







Digitized by the Internet Archive  
in 2014



CORPVS POETARVM LATINORVM



CORPVS  
POETARVM LATINORVM

A SE ALIISQVE DENO RECOGNITORVM  
ET BREVI LECTIONVM VARIETATE  
INSTRVCTORVM

EDIDIT

IOHANNES PERCIVAL POSTGATE

TOM. I

QVO CONTINENTVR

ENNI FRAGMENTA  
LVCRETIVS

CATVLLVS  
VERGILIVS

HORATIVS  
TIBVLLVS

PROPERTIVS  
OVIDIVS

LONDINI  
SVMPVIBVS G. BELL ET FILIORVM

MDCCCXCIII

LONDINI: EXCVDEBANT C. WHITTINGHAM ET SOC.



BENTLEII MANIBVS  
SACRVM



IOHANNES P. POSTGATE  
LECTORI BENEVOLO  
SALVTEM

NON nouum neque uastum hoc corporis genus amori atque amplexu tuo, Lector Beneuole, commendamus, uerum exemplis iam probatum, usu atque commoditate laudatum. qui tamen si fortasse miraris intrâ sex annos tria poetarum Latinorum corpora in lucem prouenisse, Londini a. 1827 edente WIL. S. WALKER (conlegi huius S. Trinitatis et ipso alumno ac socio), Florentiae (auuis 1827-1829), Francofurti ad Moenum a. 1833 edente WIL. E. WEBER, intra hos sexaginta ne unum quidem, miraris rem non admodum mirandam. tautus enim tamque adsiduus in singulis poetis excoleudis, nec mehereule sine grandi proventu, uirorum doctorum desudauit desudatque labor, ut omnes uuo uelut fascie colligare uixdum uacauerit. quod ipsum haud seio an commode eueuerit: quae enim illa messis futura esset quae careret Lachmannianis et Bachrensianis, ut alios omittam, laboribus?

Iu hoc opere nostro primum illud memorandum quod aliorum uu. dd. auxilia adseuerimus. quae si non adfuissent, nulla spes fuisset ad finem perducendae rei natura sua utique tardae et erebris intermissionibus tardioris. uiros doctos quos ad partis uocauimus, primum de totius corporis ratione instituta docuimus, deinde in suis quemque curis siquid mutandum uel alio modo efferendum uideretur monuimus; horum si minus aliquid alieni persuasimus, instare uoluimus, eum socios eos atque adintores, non asseclas et nostrae uocis quasi imagines nobis comparassemus et aeeum quoque esset quorum nomine atque auctoritate opus aliquod uulgaretur, penes eos esse ultimum de rebus dubiis iudicium. editorum inter se dissimilitudo quam in singulis partibus edendi uarietatem pepererit, uelut eum ali aliis erebris ceterorum, praesertim recentiorum, placita nomiuatim adpellant, neque singillatim multis uerbis referre operae pretium est et tu, Lector, facile ex ipso opere perspicies: ad illa uelim animum attendas quibus instituti nostri summa continetur. primum id ipsi egimus aliisque ut agerent praecipimus ut quod in optimis manu scriptis eodicibus, excepto duumtaxat siquid memoratu prorsus indignum uideretur, traditum extet, id tibi sine in textu siue in commentariis textui subiectis ante oculos exhibeatur. in quo si aliquando plus etiam quam speraueris inueneris, hanc copiam caue nimis reprehendas. eum enim nullius non scriptoris loci per plurimi non ex eodiem integro testimonio sed ex eorum erroribus deprehensis sanaudi sint, non alienum duximus quot quibusque modis a librariis peccetur exemplis nonnullis hic illie docere. quo in genere tirones rei criticae quam uocant diligenter admonendi sunt ne qui diuersorum saeculorum locorumque errores siut inter se confundant ac permisceant. nam multum interest utrum ab homine Italo an a Germano, utrum decimo post Chr. natum saeculo an quinto decimo codex aliquis descriptus sit. altero loco eum nobis ipsis, tum sociis agendum illud proposuimus ut uirorum doctorum coniecturarum maxime probabilium ratio ac delectus haberetur utque quae certissimae uiderentur reciperentur in textum, bonae sed minus certae in adnotatione commemorarentur. haec ut suis quaeque auctoribus adtribuerentur, curae in primis fuit; quod tamen per librorum libellorumque doctorum paene infinitam multitudinem difficilius esse nemo iam nescit peritus. est etiam alia in adnotatione critica uirorum doctorum adpellatio supra iam memorata, eum nomiue alieuius laudato haue uel illam lectionem huic uel illi uiro placuisse significatur. huius mentionis ab illa facile distinguendae exemplo sint adnotata ad *On. Met.* V 662. ceterum errata siue de emendatorum nominibus seu lectionibus immerito

neglectis siue alia quaecumque ab eorum qui deprehenderint beneuolentia petimus ut nobis ea indicent. nam perducto ad finem operi paginarum aliquot appendicem subicere in animo est, quo cum cetera quae opus sit corrigantur, tum bonis lectionibus siue nouis siue etiam ueteribus suis tandem honor, suis auctor reddatur.

De orthographia quam dicunt, re, mehercule, siqua alia, impedita atque incerta, tutissimum uisum est consulentibus ita in uniuersum respondere, praua omnino eicienda, sinceræ antiquitatis uera uestigia aut seruanda aut certe non occulenda. nam fieri posse ut semper uocabulum idem eodem modo scriberetur aut ut auctoribus sua cuique scribendi ratio redonaretur, ne uotis quidem fingendum erat. codicum leuitatis, editorum inconstantiae in hac re unum adponemus documentum. Lucreti codices intra duos quidem uersus (V 714, 715) 'linquuntur' et 'lincuntur' praebent; utrumque adripuit Lachmannus quem secuti sunt Munro et Brieger. sed Lucretius illud scripsit, hoc ne potuit quidem scribere, nisi forte homo sagacissimus, quo modo saeculo post ipsius mortem scriberetur, diuina mente prospexit. hoc non eo dico quo illos u. dd. exagitem, qui non id agebant ut ad normam quandam grammaticorum quadrarent omnia, sed ut ueritatis rapta quaedam tanquam ex naufragio frustra nobis ante oculos proponerent, uerum ut illis quodam modo satisfaciam qui in tali re uolunt esse seueriores. quid quod haud raro ipsa secum pugnat antiquitas? an Augustus 'claussum' 'clausum', 'immortalis' 'inmissus', 'nunquam' 'cumque', etiam 'pluris minores' (*res gestae diui Augusti* ed. Th. Mommsen p. 146) lapidibus nullo discrimine insculpenda curauit; tu ex membranis post mille annos ab hominibus indoctis semidoctisue exaratis Horatio Tibullo Ouidio quo modo quidque scribant imperabis, cum diuersa statuentibus iurgabis? haud equidem faciam neque quam in magnis rebus uiris doctis concessi, in minoribus eripiam libertatem.

Nunc illud relictum est ut seiscitantibus respondeamus quae magnitudo huius operis futura sit quaeue ueterum scripta eo includere destinemus. magnitudine corpore Weberiano haud multo inferior erit. ex duobus constabit tomis, tomorum cum prior, tum posterior ex binis uterque fasciculis. paginarum series numerique continuabuntur, ut absolutum demum opus unius uoluminis instar habeat. poetarum Romanorum scripta illa inerunt quae hominum harum litterarum gnarorum studiosorumue cottidiano usu teruntur. inerit, uerbi causa, Vergili quae dicuntur carmina minora, non inerit Q. Sereni Sammonici *liber medicinalis* quaeque alia id genus uel non multo pretiosiora Baehrens in suis *poetis Latinis minoribus* (annis 1870-1883) tomis quinque conlecta edidit.

Q. ENNI Annalium et Saturarum reliquias LVCIANVS MVELLER ad normam editionis suae a. 1885 in lucem datae mutatis perpauca recensuit; de quibus quae admonendus erat lector, rogatu ipsius ex praefatione illius editionis desumpsimus. ac primo quidem loco cum multi sint scriptores qui Enni uersus laudauerint, eorum quos codices potissimum uir doctus adhibuerit quibusque signis ad eos indicandos breuitatis causa usus sit, ipsius uerbis paululum contractis declarabimus.

"In *Ciceronis* scriptis" inquit "usi sumus potissimum Orellii Baiterique et Halmii copiis. in libris *rhetoricis* quae in apparatu critico a me afferuntur ex Orellii editione altera et Vahleni ex libro potissimum sunt petita. praeterea Franciscus Ruehlius misit nobis excerpta ex codice Harleiano librorum *de oratore*. in libris *de diuinatione* compendia adhibita haec:

A Lugdun. Voss. 84.

B Lugdun. Voss. 86.

H Lugdun. Heins. 118.

V Vindobonensis.

In *Gellii* libris cum hic illic haberem suspecta Vahleni Ribbeckiique testimonia, M. Hertzius nonnulla de quibus dubitassem quomodo perscripta essent in suis codicibus me docuit. interim prodiit editionis Gellii scriptorum diu expectatae pars prior, qua non medio-criter adiuti sumus. reliqua ex Ribbeckii Vahlenique sumpta esse libris et horum constare fide tenendum. et hi quidem potissimum codices fuere respiciendi:

Rottendorfanus (saec. XII). Parisinus (saec. XIII). Vaticanus (saec. XIII). Bernensis (saec. XII). Lugdunensis (Voss. maior saec. XIV). Vaticanus, qui olim fuit Christinae (saec. X). Vossianus minor (saec. X). Petauianus (saec. XII). Magliabecchianus (saec. XV).

Ad fragmenta a *Nonio* seruata Lugdunensis potissimum Harleianique et Guelferbytani adscriptae sunt dittographiae.

In *Festi* Sylloge praeter codicis Farnesiani scripturam, qualis in editione Muellerei legitur, adhibita sunt a nobis quae ab Henrico Keilio musei Rhenani VI 624 sqq. sunt notata, nec non quae de quaternione sexto decimo nunc deperdito libri Farnesiani prompsit Th. Mommsenus libello qui prodiit Berolini 1864.

In Isidori originibus praesto nobis fuerunt scripturae a Iosepho Kleinio suppeditatae codicum Guelferbytani, Frisingensis, Parisinorum 7582, 13027, 13028.

*Diomedis* codicum compendia haec adhiberi:

A Parisin. 7494.	B Parisin. 7493.	M Monacens.
------------------	------------------	-------------

*Prisciani* haec:

R Parisin. 7496.	P Parisin. 7530.	B Bambergens.
D Bernens.	H Halberstadiens.	A Amienens.
G Sangallens.	L Lugdunens.	K Caroliruhens.

*Seruii Philargyrii* codicum dittographias exceptis locis paucissimis Hageni Thilonisque exhibuit nobis comitas. adhibiti autem libri sunt hi:

I plenioris commentarii:

C Cassellanus (aen. I, II).	G Bernens. 167 (aen. III-XII).
P Paris. 1750 (aen. I, II).	T Bernens. 165 (aen. III-XII).
F Bernens. 172 (aen. III-V); Paris. 7929 (aen. VI-XII).	

II breuioris:

B Bernens. 363.	L Lipsiens.	H Hamburgens. 52.
K Caroliruhens. 186.	R Reginens. 1674.	M Monacens. 6394.
A Caroliruhens. 116.	N Laurentian.	E Monacens. 18059.
C Cassellan. (aen. III-VI).	S Sangallens. 861 et 862.	

Porro Carolus Dziatzko communicauit nobis eundem dittographias codicis antiquissimi Parisini *Donati in Terentium commentorum* simulque Oxoniensis qui saeculo scriptus est XV. editionum uetustissimarum aliorumque quorundam librorum ex Vahleni commentis repeti.

*Lactantii scholiastae* ex codicibus quae ad rem nostram facerent excerpta sunt ab Ottone Muellero.

In *Macrobii et Capellae* scriptis Eysenhardtii usi sumus potissimum copiis. secuti sumus potissimum Parisinum librum (P).

Denique quae ex *Ausonii* technopaegnio sunt excerpta eorum dittographias suppeditant Rudolphi Peiperi comitas.

In orthographia constituenda eandem plane atque olim in Lucilii saturis secutus sum uiam. itaque expressa sunt Ennii carmina ea fere scriptura quae saec. p. Chr. n. I obtinuit, excepto ubi antiquioris usus haud dubia tradita erant indicia." In quo monendus es, Lector, 'traditae scripturae indicia' illa quoque contineri quae, a Cicerone disertis uerbis de Enniana scriptura tradita, ut haec in editione restituantur, nos a uiro docto impetrauimus. "Praeterea sic habeto in hac editione *us* uel *is* finales breues ubique propter metrum necesse erat orbatas consona nec non uerbum *est* ubique uocali. qui scribendi modus siquando codicum auctoritate firmabatur, id a nobis sedulo indicatum.

Asteriseis singulis [\*] sum usus ubi uel auctoris uel libri nomen non esset traditum antiquitus; binis [\*\*] ubi neutrum.

Fragmentis aliquo inter se nexu uinctis apposui Latinas secundam alphabeti ordinem litteras; Graecas eis quae etsi tali carerent uinculo tamen propter res uel dicendi genus haud dissimile eum commodo una legi posse uiderentur."

Enni textus post ultimam editoris manum solidis quos dicunt typis excudendus typothetis redditus est a. d. VII Kal. Oct. a. 1888.

LVCRETI textum cum nobis promississet editor eius clarissimus HUGO A. J. MUNRO neque perfecisset idem in matura morte abreptus, et pietate monente et reuerentia ne in tam illustri uiri monumento temere aliquid mutaretur, talem exhibuimus qualem post ipsius mortem, typothetarum nonnullis erroribus correctis, anno 1886 edidit Iacobus D. Duff; ita tamen ut pro huius operis proposito una *u* littera et consonam reddat et uocalem, et inclinatarum litterarum, quas *italicas* uocant, neglegentior quidam usus in ordinem redigeretur. in textu igitur haec duo, quae, quamuis leuiuscula uiderentur, reticere tamen nolimus, de nostro refinximus, cetera Munronis quam religiosissime seruauimus: adnotationem criticam ex Munronis maximam partem Lachmannique copiis ipsi desumpsimus, adscitis quoque haud ita paucis quae post eos ab aliis aut de codicum lectionibus accuratius aut de ipsa Lucreti manu uel uere uel saltem ueri similiter disputata sunt, in quo nostrum quoque iudicium interdum significauimus.

Lucreti codices quorum quidem mentio textui subiecta est, hi sunt:

Antiquiores duo:

Leidensis oblongus saec. IX ut uid. = A

Leidensis quadratus saec. X ut uid. = B

hos duo in adnotatione *codicum* nomine, *codd.* nota, insigniuimus.

Antiquiorum fragmenta haec duo:

Hauniense siue Gottorpiense quo continentur I-II 456 (omissis uu. I 734-785 et II 253-304) = G

Vindobonense quo contiuentur II 642-III 621 (omissis uu. II 757-806) et VI 743 ad finem, tum II 757-806, V 928-979, I 734-785, II 253-304 = Vindob.

Recentiores hi:

Florentini plut. XXXV	25 = Flor. 25	Vaticani	3275
„	26 = „ 26		3276
„	27 = „ 27		Vrbinas 1136
„	28 = „ 28		Othoboniens. 1954
„	29 = „ 29		Regin. 1706
„	30 = „ 30	Cantabrigiensis.	
„	31 = „ 31	Monacensis.	
„	32 = „ 32		

Ex his ceteri aut singuli suo quisque eoque facillimo intellectu compendio aut plures *codicum correctorum* nomine, nota *codd. corr.* citabuntur, unus Flor. XXXV 30: quem Nicolai Nicoli (Italice Niccolo Niccoli) manu scriptum esse constat, peculiari signo *Nicc.* notatus librari sui nomen referet.

Lucreti textus solidis typis excudendus typothetis redditus est a. d. III Non. Mai a. 1889.

CATVLLI eum textum, correctis tamen quae corrigenda uidebantur, exhibuimus qui exeunte anno 1889 Londini prodit. codices quos citauimus hi sunt:

G olim Sangermanensis, nunc Parisinus 14137, a. 1375 Octobris die 29<sup>o</sup> scriptus.

O Oxoniensis in Bibliotheca Bodleiana inter Canonicianos 30 circa a. 1400 scriptus.

T olim Thuaneus, nunc Parisinus 8071, saec. IX. ut uidetur scriptus, quo carmen 62 continetur.

V nota codicum G et O consensus (tanquam Veronensis quidam codex) designatur.

Ceterorum codicum lectiones simplici signo *ω* notatae sunt. quo sub signo intellegendae sunt eae lectiones quas, ut dicit L. Schwabe (ed. 1886), “a V discrepantes Itali uel in codices manu scriptos saeculi XIII et XV uel in editiones ad annum fere 1550 impressas intulerunt.” emendationes quoque quae non nominato auctore in textum receptae sunt indidem desumptae sunt.

In textu *inclinatis* siue *italicis* litteras uerba uersus eos signauimus quorum in codicibus illis tribus G O T ne uestigia quidem seruata sunt. in quo quotiens in critica adnotatione breui-

tatis causa nullam V illius lectionem commemorauimus, eam fere esse intellegendam uoluimus quae, si detraherentur inclinatae illae litterae, ceterae suo ordine seruarentur, tum demum in textu adpareret.

Catulli textus solidis typis excudendus typothetis redditus est a. d. III Id. Iun. a. 1889.

VERGILIVM nobis praestitit uir doctissimus atque amicissimus HENRICVS NETTLESHIP. quem de textus sui rationibus postea fusius disputaturum hoc ipso loco scripseramus, eum scripta atque etiam inpressa uerba Mors delere coegit. hanc igitur de codicibus et ceteris subsidiis mentionem necessariam, adhibitis quae ille ne tum quidem cum morbo iam iaceret aut Camenarum suarum aut commodi nostri oblitus, partim ipse exscripserat, partim de Ribbeckii editione sumenda monuerat, maesti quo potuimus modo confecimus.—his a. 1893 scriptis nunc pauca subicimus desumpta de praefatione illa quam huic textui suo ipse olim destinauerat quamque nobis eius uxor uidua post editum primum corporis fasciculum rogantibus transmisit.

“Vergilii textum, qualem nunc habemus, duobus fundamentis nititur, libris manu scriptis et testimoniis grammaticorum. plenam atque accuratam librorum optimorum notitiam debemus maxime Ottoni Ribbeck, aliquam autem partem Iacobo Henry, quorum ille in re critica, hic in interpretatione optime de Vergilio meritis est. librorum siue integrorum siue mutilorum bonus numerus extat qui quarto uel quinto post Christum saeculo litteris quas uocant capitalibus scripti sunt. eorum originem unum esse codicem glossematis et uariis lectionibus refertum, fere certum est. diuersi generis exempla Seruio, Philargyrio, Tiberio Donato, aliis grammaticis praesto fuisse inde patet quod illi interdum lectiones praebent quas in nostris codicibus frustra quaesieris. in ipsis codicibus uarietates scripturae quinque maxime causis puto deberi: primum inero errori quod genus infinitum est; deinde glossematis adscriptis textui uel superscriptis; tum autem uerbis concinnandi contextus causa insertis; quibus accedunt uerba inter se ad grammaticam scilicet rationem prae accommodata et memoria similium uersuum aliis locis a poeta scriptorum.

Cursiuos quos uocant codices quorum quidem lectiones a uiris doctis in libris impressis prolatae sint, ubi a capitalibus discrepant, manifesto est Seruio et grammaticis saepissime obnoxios fuisse; ideoque raro eorum mentionem feci, nisi cum ita ab aliquo capitalium pendent ut ad explendas eius lacunas utiles sint; quae ratio inter Palatinum et Gudianum inter Romanum et Bernensem primum Ribbeckii intercedit.”

Huc debent accedere quibus ille uerbis exponit eum plurima a uiris doctis coniectura temptata silentio praeterierit. “ea enim” inquit “est in antiquis scriptoribus emendationis ratio ut nihil pro certo accepi debeat nisi ea in quibus uiri docti consenserunt. in Vergilio autem quis affirmabit rem se ita habere? neque Schrader neque Peerkamp Ottoni Ribbeck persuaserunt nec Ribbeck Ioanni Conington nec Madvig Hugoni Munro. et coniecturam in Vergilii textu rem periculosam esse uir summus, Fridericus Augustus Wolf perspexit. multa quoque in Aeneide a Vergilio imperfecta esse et ut erant imperfecta a Vario et Plotio edita, si quid aliud, certum est. igitur, quae est, ut mihi uidetur, textus Vergiliani condicio, cautus esse malui quam ingenio indulgere; et in apparatu critico id egi ut speciem textus exhiberem qualis quarto uel quinto post Christum saeculo extabat; omnia enim nos habere qualia Vergilius reliquerit, nemo opinor eredet, qui rem accuratius persequetur.”

A codicis Augustei (saec. ?) septem folia quibus continentur Georg. I 1-280 et III 181-220.

P codex Palatinus Vat. 1631, saec. IV uel V. caret foliis 32 in quibus inerant Buc. III 71-IV 52; Georg. I 322-II 139, IV 461-Aen. I 277, IV 116-62, VII 277-645, X 463-509, XI 646-92, 37-83, XII 47-93. unam paginam Aen. X 509-531 aliena manus scripsit.

M codex Mediceus Flor. plut. 39, 29 saec. IV. incipit a Buc. VI 48.

R codex Romanus Vat. 3867 saec. IV (?) caret foliis 76 uel 77 Buc. VII 1-X 9, Georg. II 2-215, IV 37-180, Aen. II 73-III 684, IV 217-V 36, XI 757-92, XII 759-830, 939-52.

V fragmentum Veronense rescriptum saec. IV.

F fragmentum Vaticanum Vat. 3225 saec. IV. incipit a Georg. III.

G fragmentum Sangallense rescriptum saec. Par. continet Georg. IV 345-82, 383-420, 535-66, Aen. I 381-418, 685-722, III 191-228, 457-94, 495-532, IV 1-38, VI 688-724.

g codex Gudianus saec. IX. caret uersibus Georg. II 212-60.

b Bernensis primus Ribbeckii.

$\pi$  codex Pragensis.

Schol. Veron. siue Ver. scholia margini codicis Veronensis adscripta.

Schol. Bern. scholia Bernensia.

Seru. commentarius Seruii.

Ti. Donatus commentarius Tiberii Donati in Aeneidem.

Aelius Donatus Aelii Donati in Vergilium commentarii reliquiae.

Vergili textus solidis typis excudendus typothetis redditus est a. d. XVII Kal. Apr. a. 1890.

HORATIVVM recensuit IACOBVS Gow, qui quae codicum subsidia adhibuerit, ipsius uerbis exponetur.

“Varietatem codicum quam textui subieci ex editione quam minorem Otto Keller, uir optime de Horatio meritis, a. 1879 protulit maximam partem desumpsit. hos uero codices signauit Keller litteris Aa BC E  $\gamma$   $\nu$   $\phi\psi$   $\lambda\lambda$   $\pi$ L R g. quorum cum multa paria inuenerit quae ita inter se congruerent ut ex eodem archetypo fluxisse uiderentur, commodius duxit ipsum archetypum citare, ut A' pro Aa consentientibus, B' pro BC, F pro  $\phi\psi$ ,  $\lambda'$  pro  $\lambda\lambda$ ,  $\pi'$  pro  $\pi$ L.

A' = codex archetypus siue consensus codicum Aa.

[A (Pottierii 1) = Parisinus 7900<sup>a</sup> saec. X. deficit in Epod. 17: in Serm. omnino: in maiore parte Ep. Libri I: in Ep. Libro II et in A. P. omnino. post Epod. librum subscriptionem Mauortianam habet.

a = Ambrosianus O. 136 sup. saec. IX-X.]

B' = BC.

[B (eadem littera apud Orellium aliosque signatus) = Bernensis 363, saec. VIII-IX. Carmina turbato ordine exhibet. ceterum uide infra.

C = pars prior Monacensis 14685, saec. XI. Carmina continet.]

E = Monacensis pars altera eiusdem 14685. Serm. et Epp. habet, sed caret A. P. paene tota.

F =  $\phi\psi$ .

[ $\phi$  (Pottierii 6) = Parisinus 7974 saec. X (uel XI, si Pottierio fides).

$\psi$  (Pottierii 2) = Parisinus 7971 saec. X.]

$\gamma$  (Pottierii 7) = Parisinus 7975 saec. XI.

$\nu$  (quem in Carm. contulit Janius, in Epistulis Obbarius) = Dessauensis A. saec. X. deficit in Carminibus et Epodis plerisque: in Serm. II 6, 7, 8: in Epist. II usque ad 2. 65: in A. P. 104-195.

$\lambda'$  =  $\lambda\lambda$ .

[ $\lambda$  (Pottierii 3, Ritteri E) = Parisinus 7972, saec. IX-X. post Epodon librum subscriptionem Mauortianam habet.

$l$  = Leidensis Lat. 28 (27 apud Kirchnerum, *Nouae Quaestiones Horatianae* 1847). huius codicis lectiones a N. Heinsio collatas P. Burmannus ad Bentleium misit.]

$\pi'$  =  $\pi$ L.

[ $\pi$  = Parisinus 10310, saec. X-XI. deficit in Sermonibus paene omnino.

L (Janii Lips. 2) = Lipsiensis rep. I 4. 38 saec. X.]

R (Feae Vr) = Romanus siue Sueco-Vaticanus (olim reginae Christinae), 1703, saec. IX-X. deficit in Serm. II: Epistulas, ut uidetur, a manu recentiore habet.

V = codex ille e quattuor Blandiniis uetustissimus, quem a J. Cruquio conlatum, postea incendio absumptum esse fertur. quod cum uix credat Keller, huius codicis lectiones omisit: sed et Blandinii (hodie 'Blankenberghe') in monasterio



codices aliquot Horati antiquissimos seruatos esse iam prius P. Nannius auctor fuerat nec, quamuis alium codicem, qui Lugduni Bataurum hodie exstat, parum accurate Cruquius contulerit, prorsus mendacem eum fuisse iudicandum erit. saec. IX uel X, ut uidetur, V exaratus est.

*g* = Gothanus chart. B. 61, inter annos 1456-1467 scriptus, codicum, quot extant, Blandinio V simillimus. deest A. P. totum contulit Pauly: in Carminibus tantum hic illic citauit Keller.

$\varepsilon$  = codices uel unus uel plures.

Tibi uero, Lector Beneuole, si nimis laboriosum uidetur tot auctores adire, memineris iubebo codices non ita multos neque eos antiquissimos uel optimos totum Horatium complecti, necdum inuentum esse inter doctos qui stemma codicum, ut ita dicam, descripserit. (nam quid de Kellerianis illis classibus, quae uocantur, censeam, amplissime disserui in *Classical Review* IV p. 337.) equidem iam persuasum habeo duas antiquitus extitisse Horati editiones (qua de re etiam nonnulla disputauit in *Classical Review* IV p. 196) et nostrorum codicum scribas, cum plures ante oculos archetypos utriusque editionis haberent, in singulis operibus exscribendis modo hunc modo illum secutos esse.

Desiderantur multa passim in Horati codicibus. haec de ceteris breuiter supra notauit, in B codice quod digniorem eum esse ceteris credidi qui exemplo foret, quae omissa sunt omnia descripsi. sunt autem haec:

*Carm.* I. **3, 4, 5, 6, 7, 9, 10** 14, **11, 15** 20-32, **16** 15-28, **17** 15-16, **19** 11-13, 15, **26** 5-6, **33, 34.**

II. **7** 19-28, **15** 9-10 (*ictus*) 12-20, **17** 7-9, **18** 22-29.

III. **2** 2, 5-12, 17-32, **3, 4** 17-20, 29, 39-52, 66-68, **5** 31-34, **6** 11-13, 15-48, **16** 29-44, **21** 6-8, **22** 5-8, **24** 30-64, **25** 8-9.

IV. **3, 9** 37(*et*)-40, 42-45, **13** 1-2 (*Lyce*), **15.**

*Epod.* **8** 18, **9** 13-38, **10** 18-20, **16** 23-26.

*Serm.* I **3** 10, 20, 84, 85, 92, 95-100, 111-124. tum a **3** 135 deficit usque ad finem lib. II.

*Epistulae omnes.*

A. P. 283."

Horati textus solidis typis excudendus typothetis redditus est prid. Non. Nou. a. 1890.

TIBVLLI libros duo quaeque aliorum sub Tibulli nomine falso circumferuntur carmina recensuit nobis uir humanissimus et doctissimus EDVARDVS HILLER. cui cum ultimam iam manum his schedis attulisset cum magno et nostro dolore et Graecarum et Latinarum litterarum uulnere et ipsi Mors audias manus iniecit. quae de textu ille suo breuiter praemonere cogitauerat, haec, quantum meminimus, fuerunt.

Huius editionis fundamentum sciendum est in illa esse positum quae a. 1885 Lipsiae ex officina Bernhardi Tauchnitz prodiit; additae tamen sunt si quas memoratu dignas coniecturas uiri docti post emissam eam protulerunt.

Codices citantur hi:

A Ambrosianus R 26 saec. XIV exeuntis.

V Vaticanus 3270 saec. XIV uel XV.

O codd. A et V archetypus nunc deperditus.

M fragmenta Monacensia siue Frisingensia, quae leguntur in codice saeculi XI olim Frisingensi nunc Monacensi 6292, edita a Luciano Mueller in editione Tibulli p. viii.

F alterum fragmentum quod incipit a III 4 65 uel paulo ante, Scaligeri temporibus extans, nunc, ut uidetur, deperditum.

P excerpta Parisina 7647 et 17903 saeculi fere XI.

$\varepsilon$  ceteri codices.

Tibulli textus solidis typis excudendus typothetis redditus est a. d. XIV Kal. Apr. a. 1891.

PROPERTIO in recognoscendo primum ea subsidia adhibuimus quae conguessit Aemilius Baehrens in editione Teubneriana a. 1880. sunt autem haec:

N codex Neapolitanus uel Guelferbytanus inter Gudianos 224. deficit uno interlapso folio in IV xi 17-76.

A codex Vossianus 38 saec. XIV. deficit post II i 43.

F codex Laurentianus plut. 36. 49, saec. XIV exeuntis uel XV incipientis. quae de eo aliter ac Baehrens rettulimus, ea in ipso codice ita scripta extare testimoniis utimur Margaretæ Alford accuratissimis.

D codex Dauentriensis 1792 saec. XV. deficit in I i 1—ii 13.

V codex Ottoboniano-Vaticanus quem Baehrens saec. XIV, alii saec. XV medii esse uoluerunt.

Praeter haec adhibuimus

L codicem Holkhamicum 333, a. 1421 scriptum, inter libros comitis de Leycestria Holkhamiae seruatum. liber mutilus a II xxi 3 incipit.

Huius libri uarietatem a nobis ipsis excussam publici iuris fecimus *Transactions of the Cambridge Philological Society* tom. IV fasc. i. uidetur ex codicis Laurentiani exemplari proflixisse duplicem iam correcturam passo, alteram ex cognato quodam Dauentriensis atque Ottoboniano-Vaticani codice, alteram ex Neapolitani similiore profectam. quod caue ei uitio uertas, quippe qui ueteris memoriae undecumque repetitam fidem religiose seruauerit.

Tum, ut uulnus Neapolitani quodammodo resarciatur, adhibuimus ad IV xi 17-76

$\mu$  codicem Parisinum 8233 siue 'Memmianum' a. 1465 scriptum

$\nu$  codicem Vrbinatem 641 saec. XV.

Quorum uterque et ab eodem quasi fonte haud dubie profluxerunt et cognationem cum N habent artiozem. horum alterius nemo adhuc rationem habuit, de Vrbinate uero nonnulla disputauit Carolus Hosius *Rhein. Mus.* 1891 pp. 577 sqq. 'Memmiani' lectiones, quod quidem ad IV i 17-76 attinet, humanissime nobis uir codicum peritissimus Aemilius Chatelain exscripsit, Vrbinatis uero suffecit Thomae Wil. Allen, adfinis nostri, benignitas.

Supra dictorum codicum consensus adfinitatesque breuitatis causa per notas ita distinxi-  
mus ut in aliqua lectione

$\Phi$  consentire libros A F uel FL

$\Delta$  consentire libros D V

O consentire  $\Phi$  et  $\Delta$

$\Omega$  consentire O et N (uel O et  $\mu$   $\nu$ ) indicaret.

Minusculis quoque litteris eadem de causa usi sumus ut

n, f, l, d,  $\nu$  lectiones in N F L D V codices a corrigentibus inlatas significarent.

Accedit his Baehrensiana illa nota

$\varepsilon$  qua ab illo indicantur "coniecturae Italorum in codicibus interpolatis obuiae." hinc etiam illae lectiones prouenerunt quae ab  $\Omega$  discrepantes non nominato auctore in textum receptae sunt, exceptis perpauca quae, unde uenerint, neque Baehrens docuit et nos nescimus. eadem etiam in  $\Omega$  codicibus breuitate usi, quotienscumque lectionem alicuius in adnotatione non commemorauimus, eandem aut fere eandem ac quae in textu staret intellegi uoluimus. in quo etiam illud monendum est quae in textu inclinatis siue italicis litteris inpressa sunt, eorum in nullo ex  $\Omega$  codicibus ne uestigium quidem iam esse.

Tot codicum uarietatis copias in breue coegimus, recisa cum corruptelarum uulgarium multitudine, tum maxima parte eorum quae suorum codicum siue in textum intulerunt siue in margine adscripserunt f, d,  $\nu$  manus emendatrices, seruatis tamen haud ita paucis quae ipsorum codicum naturam et fidem clarius indicarent. et fidei quoniam incidimus in mentionem, haud ab re alienum uidetur quae de hac re fusius in op. cit. pp. 73 sq. disputauimus hic summam referre. hi igitur in Properti carminibus testes respiciendi sunt. primo loco Neapolitanus de cuius aetate et auctoritate peruersissime iudicauit Baehrens sicut pluribus iam uisum est; hunc librum triplici natura esse tenendum est cum alia cum  $\Phi$  consentientia praebeat, alia cum  $\Delta$ , alia uero cum neutro. deinceps  $\Phi$  et  $\Delta$  quasi stirpium memoria eruenda est, comparatis inter se singulorum qui ab illis originem duxerunt codicum testimoniis, neglectis uero quae

intulit correctura nisi quae nonnulla in F correctorum primus (nam unum tantum esse parum recte rettulit Baehrens ut ab eadem M. Alford didicimus) exemplari rursus inspecto emendauerat. itaque quotiens quid in  $\Phi$  scriptum fuerit requiritur, perpendenda sunt librorum A, F (cum f ex parte) N L testimonia. quod uero ad D V attinet, ipsos a quadam stirpis  $\Phi$  quasi stirpe originem simplicem duxisse (quod Baehrens contendit) nos statuere non audebimus; lectiones uero quas praebent ita distribuimus, ut una pars earum sit quas cum  $\Phi$  communes habent quasque nota O breuitatis causa comprehendere commodum sit, altera earum quae N et L auctoritate haud spernenda confirmantur, tertia uero illarum quae in nullo alio codice, qui quidem bonus sit, reperiuntur; quae si nullae essent, prorsus abiiciendi essent codices audaciore interpolatione foedatae. huc accessura sunt nonnulla ab f et v correctae si "uerum est quod Leo censet Laurentianum et Vaticanum ex codice aliquo Neapolitani haud dissimili certe non ex ipso N correctos esse" (R. Solbisky *de codicibus Propertianis* p. 172) uel si uera, ut certe suptilia, disputauit A. E. Housman *Journal of Philology* xxii pp. 105 seqq.

De codicibus interpolatis paucis transigendum. Baehrensiano illo  $\epsilon$  necessitate coacti utimur: ille enim quos codices quibusque eos argumentis interpolatos iudicaret dicere supersedit. certe in eo numero sunt Groninganus Perusinus Helmstadiensis quorum excussa uarietas doctis innotuit. ceteros, siquid de eis nouimus, tutius iudicauimus suo quemque nomine citare; in quibus Passeratii quoque codices, quorum lectiones, ne mentione quidem codicum illorum facta, Passeratio ipsi dissimulanter attribuit Baehrens. quae in talium commemoratione, uelut aliena, uirgulis inclusimus, testimonio aliorum non explorato, uelut Burmanni, nituntur.

In uirorum doctorum coniecturis laudandis Baehrensianas copias nequaquam aemulati sumus, nonnulla tamen quae ille spreuerat uel praeteruiderat, plura etiam post illum feliciter temptata recepimus in textum uel in notis commemorauimus. has illis attribuimus quos primos inuenisse uel publici iuris fecisse constabat, quod non moneremus nisi illud quoque monendum esset, cum aliquot ex coniecturis in textum receptis ipsi excudissemus, postea ab aliis occupatas uidissemus, in his nostrum nomen ideo non reticuisse ne alienam tantum auctoritatem secuti esse uideremur. orthographiae interdum taciti subuenimus.

Librorum et carminum numerum ordinemque solitum seruauius, additis tamen Muellerianae editionis numeris. libro primo CYNTHIAE titulum reddidimus.

Denique complura de curis his emendendis monuerunt A. Palmer, A. E. Housman, S. G. Owen quibus, sicut par est, hic quoque nobis gratiae referendae sunt.

Properti textus solidis typis excudendus typothetis redditus est a. d. V Kal. Nou. 1894.

OUIDIUM, totius corporis haud exiguam partem, editoribus pluribus locauimus. in eius scidis recensendis quod quidem ad carmina Amatoria Metamorphoseon libros Fastos Halieuticon fragmentum attinet egregiam operam praestitit Aluredus E. Housman; de carminibus amatoris nonnulla communicauit Arturus Palmer. utrique et pro nobis ipsis et pro scriptorum illorum editoribus gratias quam maximas agimus.

HEROIDAS recensuit ARTVRVS PALMER quem iam loquentem inducimus.

"Epistulae Heroidum siue Heroides potius sunt appellandae sescentis codicibus manu scriptis ad nos deuenerunt. inter eos primum locum obtinet

P codex Parisinus 8242, olim Puteaneus, a Merkelio saec. IX, a Sedlmayero saec. XI adscriptus. folia nonnulla ex codice olim neglegenter habito interciderunt continentia a i 1 ad ii 13, iv 48 ad 103, v 97 ad vi 49, xx 176 ad finem.

Proximus, longo sed proximus interuallo sequitur

G codex Guelferbytanus ms extrav. 260 saec. XII. hic liber, quanquam farragini librorum interpolatorum antecellit, corruptelis correcturisque tamen ipse scatet.

Si antiquitatem solum spectaremus,

E fragmento Etonensi locus dandus erat. uerum uix dici potest quam foede is codex corruptus interpolatusque sit, ita ut fragmento ab vii 155 deperdito facile carere potuissemus.

Praeter P G E codices subinde nominaui

V schedas Vindobonenses, haud pessimi codicis fragmentum. incipit a x 14.

Ceterorum quotquot codices ad partes uocauī nominatim mentionem feci. nota ω multos, nota ε paucos eosque non bonos codices indicaui. de his turbaque codicum uel aeuo uel bonitate minorum ante omnes consulendus est H. S. Sedlmayer in prolegomenis criticis ad *Heroides Ouidianas* 1878 idemque in editione *Heroidum* 1886.

Munere codicis, non optimi illius quidem uerum haud omnino spernendi ubi Parisinus deest, fungitur uersio Graeca Maximi Planudis, saeculo XIII ad finem uergente facta. namque ut non adsentior Diltheyo in *Cydippa* sua p. 136 scribenti 'Planudem usum esse uili quodam libro eius generis cuius sescenta nos possidemus exemplaria,' ita pro certo habeo archetypum illum quem uertebat Planudes inter secundorum codicum Ouidianorum classem numerandum esse. cum horum modo hi modo illi in locis aliquibus uerum seruaerint, in uno saltem loco memorabili (vi 47) Planudes unus Ouidi uerba tradidit.

Restat ut pauca dicam de iis epistulis de quibus dubitatur utrum ab Ouidio necne sint abiudicandae. non nunc de illis uersibus loquor qui in nullo bono codice lecti neque a Planude conuersi recentes et spurii sunt, xvi 39-144 et xxi 13-248.

Vt de epp. xvi, xvii, xviii, xix, xx, xxi primum breuissime expediam, hae eadem codicum auctoritate nituntur qua ceterae ut quae maxime genuinae sunt. itaque ad ipsarum examen res redit et illud primum suspicionem mouet quod in illis uiri puellis rescribentes inducuntur; deinde licentiae metricae ut uoces plurium syllabarum in finem pentametrorum admissae (xvi 290, xvii 16, xix 202) elisio qualem praebent uerba 'meo exemplo' xvii 95, quo non magis Ouidianum in aure Lachmanni sonuit 'Aethrā' xvii 150, et cetera de genere hoc. nusquam se harum epistularum professus est Naso. his motus Lachmannus has epistolas ab Ouidio abiudicauit 'simul a Macro illo, qui Am. II 18. 37 tantum non scripsisse Helenam et Laodamiam dicitur. atqui Ouidii profecto non sunt: de altero res sane incerta' (*Merkel Praef.* p. xi).

Sapphus epistula in antiquioribus codicibus non legitur neque a Planude conuersa est. inter codices qui eam continent

F codex Francofurtanus saec. XIII longe optimus est,

H codex Harleianus saec. XV proximus. epistula inde ab Heinsio usque ad Merkelium loco quindecimo posita a Merkelio atque Ehwaldio tamquam spuria in calcem reiecta est. quod nollem factum; nam certissimum est, ut demonstrauit S. G. De Vries in libello *de epistula Sapphus* (1885) epistulam Sapphus quam nunc habemus, in archetypo Heroidum quindecimum locum occupasse. namque in excerptis Parisinis (17903, 7647) saec. XIII quae originem ducunt ex archetypo quodam noni uel decimi saeculi excerpta ex hac epistula inter epistulas XIV et XVI leguntur. quae res nota fuisse uidetur D. Heinsio qui primus hunc locum ei assignauit; nam in libris manu scriptis aut omnibus epistulis praeposita est aut postposita aut in codicibus aliorum scriptorum Latinorum traditur. hanc epistulam his temporibus Lachmannus Merkelius alii pro spuria damnarunt; contra Comparettius Baehrensius ante omnes de Vries acerrimi Ouidi auctoris uindices exstiterunt, quorum de Vries ita me argumentis mouit ut iam adducar ut credam eam maxima ex parte ipsius Ouidi esse, large tamen Petronii et seriore aeuo interpolatam. ut singula aliqua attingam, graue Lachmanni argumentum contra epistulam statim concidit; nam 'Erichtho' (u. 139) quod nomen magae Thessalicae epistulae auctor ex Lucani Pharsalia sumpsisse Lachmanno uisus est, non est uera lectio, uerum, quod F habet 'Enyo'. caesura intolerabilis u. 113 'postquam se dolor inuenit' tolli potest quidem scribendo 'se dolor inuenit postquam', sed figura Petronii stilum redolet, et distichon totum ablegandum uidetur. restant fateor alia magna difficultate expedienda uelut elisio ab Ouidio aliena 'uerum ut amare sinas' u. 96. attamen talia non satis causae adlatura credo, cur epistulam ab Ouidio abiudicent, recordantibus ultimum locum Heroidum genuinam epistulam Sapphus occupasse uideri, Ouidium enim ultimam nominare (Am. II 18), hanc quam habemus ultimum locum occupare: hanc notam fuisse auctori Consolationis ad Liuiam, Mario Plotio Sacerdoti, Ausonio, ut demonstrauit De Vries, p. 120 seqq.: eam ad nos deuenisse non nisi recentibus corruptisque codicibus traditam, unde nil mirum falsarum lectionum interpolationumque segetem ei accreuisse: denique nullam causam reddi posse, cur genuina epistula periisset, cur perdita illa noua,

Ouidi manum prae se ferens, scriberetur. his omnibus perpensis cum aliqua exceptione manus do uiro docto affirmanti "hanc ipsam Sapphus epistulam quam hodie habemus esse genuinum Ouidi opus."

Iam de uno et altero loco perpauca hic apponam.

iii 30. praestat Naugerium sequi scribentem *blanda*—*prece* quod firmat Planudes (σὺν μειλιχίαις δέησει).

vi 65. quod retinui *Argon* iudicium Merkelii secutus sum, qui ita scribit praef. p. xiii: "Accusatiui aeolici qui apparent, *Ion* (Am. II 19. 29) in P S, *Heron* (Am. II 16. 31) in P S, *Argon* (Her. vi 65 et xii 9) *Didon* (vii 77 et 133) in G P ma. sec. noti fuerunt Marciano Capellae."

vii 45. de hoc uersu quasi compacto editores falsa olim ex P renuntiarunt. P habet *quid non censeris*, o suprascripto ma. sec. litterae *ns* fortasse ex *ss* reformatis. quod cum cuilibet perspicuum sit, mireris sane Heinsium ex P *terreris*, Merkelium *mereris* rettulisse. ualeant igitur coniecturae quae istis lectionibus immitantur, ueluti *metiris* Madvigii, *tu reris* Heinsii, *mercaris* mea. *censeris* unice uera lectio, difficilior tamen, immensam discrepantiam per correctorum licentiam peperit.

viii 88, 104. dele meas coniecturas: *mi* in Heroidibus non utitur Ouidius.

ix 81. rectam uiam ingressus sic scribit Merkel *Praef.* p. ix: 'ix 81, 83, in margine P a ma. sec. adiciuntur: uetus aliquis librarius in libro, qui pentametros uetustiori more non reductos haberet describendo aberrauit in hexametro 82 a uoce *dominae* in 74; adiecti deinde ante aetatem G codicis duo hexametri duobus pentametris.'

xi 127. hoc distichon sic scriptum uelim:

*tura* rogo placitae nimium mandata sororis

tu fer: mandatum persequar ipsa patris.

*rogo* datiuum casum esse nullus dubito.

xvi 39-144. 'hos civ uersus' (omissis 97, 98) 'Aldus primus edidit' (anno 1502) 'quem deinceps editores secuti sunt. leguntur in cod. Palatino qui tamen recens est, et in fragmento Paulino. in reliquis libris omnibus et in Planudis uersione desunt' (Jahn). ubi gentium Fragmentum Paulinum hodie sit, omnes ignorant.

xix 133. dele ultimam notae partem.

xx 13. nunc seribo: 'nunc quoque idem *studeo*: *studium* tamen acrius illud.'

xx 178. *et tu continuo certa salutis eris* nunc scripserim, duce Planude qui uersum reddit: *καὶ σὺ παραχρῆμα τῆς σωτηρίας σωτῆς ἐπιλήψῃ.* conf. xxi 13.

Heroidum textus solidis typis excudendus typothetis redditus est Non. Feb. a. 1892.

AMORES, ARTEM AMATORIAM, REMEDIA AMORIS, NECNON MEDICAMINA FACIEI FEMINEAE, et METAMORPHOSEON libros recensuit G. M. EDWARDS qui quae subsidia adhibuerit ipsius uerbis, Lector, doceberis.

"Inter codices hi praecipue sunt nominandi:—

#### I CARMINVM AMATORIORVM CODICES.

P Parisinus 8242 Puteanus saec. IX continet *Amores* I ii 51—III xii 26, xiv 3—xv 8. contulit H. Keil in edd. Merkelii et Elhwaldi.

R Parisinus 7311 Regius saec. X continet *Artem am.*, *Remedia*, *Am.* epigramma, *Am.* I i 3—ii 49. contulit idem.

S Sangallensis 864 saec. XI continet *Amor.* usque ad III ix 10: desunt I vi 46—viii 74. contulit idem.

O Oxoniensis saec. IX continet *Artis amatoriae* I. contulit R. Ellis (*Hermes* t. xv pp. 427 sqq.).

M Florentinus Marcianus 223 saec. XI continet *Medicamina*. contulit A. Kunz in libello *de medicamine faciei* 1881.

Praeter hos aliorum quoque codicum lectiones excitari quos uel ab Heinsio uel ab Ioh. Chr. Jahn (1828-1832) excussos uel in editione Valpii Delphiniana (1821) memoratos inuenies.

## II METAMORPHOSEON.

1. *Codices.*

- M Florentinus Marcianus 225 saec. XI. contulit H. Keil (in edd. Kornii et Riesii). deficit post XIV 830.  
 N Neapolitanus saec. XI. contulit A. Riese (in ed. 1889). deficit post XIV 838.  
 λ Laurentianus XXXVI 12 saec. XI uel XII. deficit post XII 297.  
 h Hauniensis saec. XIII (a XII 298).  
 ε Amplonianus prior siue Erfurtensis saec. XIII. contulit O. Korn.

2. *Fragmenta Codicum.*

- A Harleianus 2610. contulit R. Ellis (in *Anecdotis Oxoniensibus* tom. i fasc. v 1883).  
 Be Bernensis 363. contulit idem.  
 Br Londiniensis musei Britannici 11967. contulit T. Gottlieb (*Wiener Studien* 1891, pars i p. 133 sqq.).

In adnotationibus conscribendis non totam codicum uarietatem, sed eas tantum lectiones quae pluris uidentur exhibui. quod ad Amorum, Artis amatoriae, Remediorum recensionem attinet, raro a praestanti auctoritate codicum Parisinorum discedere necesse est nisi qua a librariis imprudenter peccatum est; nam prauior interpolatio omnino ab eis abest. in Metamorphoseon libris Marciano principatus tribuendus est; si a codicum fragmentis recesseris, Neapolitanus proximus est bonitate. ne hi quidem interpolatione malitiosa liberi sunt. quod tamen ad ceteros attinet, multo peius res se habet. sed, quamuis foedius interpolati, Laurentianus, Erfurtensis, Hauniensis ueritatis quaedam uestigia seruauerunt. in codicum scripturis laudandis, quotiens inter auctores discrepat, testimonia recentiora semper praetuli. quod quidem ad ε attinet, Kornii aliquos errores correxit R. Grau *de Ou. Met. Codice Amploniano priore* (1892); cum hic libellus inpressa typis iam maxima Metamorphoseon parte mihi cognitus sit, in libro ultimo tantum adhibita sunt quae ex eo citat H. Magnus, *Studien zur Ueberlieferung und Kritik der Metamorphosen Ovid's*. hic pauca dicenda sunt de Graeca Planudis Metamorphoseon interpretatione quam publici iuris fecit J. F. Boissonade in editione Lemaire t. v 1822. Planudes, ut uidetur, usus est codice male interpolato, qui cum Laurentiano cognationem habuit; est autem ubi ueritatem melius repraesentet praesertim in priorum nominum formis. hanc interpretationem editores, excepto J. C. Jahn, minus frequenter consuluerunt. Planudis lectionum aliquot memorabilium admonuerunt cum ipse totius corporis editor tum A. E. Housman cui gratiae ob egregiam in his scidis emendandis operam ac beneuolentiam maxime mihi agenda sunt.

Iam de illo loco de quo, cum longiore disputatione egeret, in adnotatione ad Praefationem, Lector, te remisi, ipse corporis editor haec mecum communicauit."

*Metamorphoseon* VII 246 sqq. melius ceteris de hoc loco meruit Riese qui perpensa M codicis lectione collatoque Homeri loco *Od.* XI 27 excidisse uidit uersum in quo uinum fusum commemoratum esset. et mortuos τρισπόνοις χααίς solere placari quis est qui ignoret? sed minus bene idem post 246 uersum illum perisse iudicauit. nam *mellis et lactis* (μελι-κρηρον) nequaquam inter se distrahenda sunt et uu. 246 et 247 sibi uicinis fuisse illud quoque indicio est quod in ε utriusque fines 'liquidi carchesia mellis' et 'tepidi carchesia lactis' inter se transpositi sunt. sic euincitur aut ante 246 aut post 247 uersum illum excidisse. illud idcirco magis placet quod 'ciuit' (248) uicinia 'lactis' uidetur in 'leuit' et quae similia in codicibus scripta sunt corrupisse. itaque totus locus fortasse in hunc modum rescribendus est:

tum super *inuergens puri carchesia uini*  
*alteraque inuergens liquidi carchesia mellis*  
*tertiaque inuergens tepidi carchesia lactis.*

post amissa uerba 'inuergens—alteraque' illud 'tertiaque' sensu iam carens uarie corruerunt

librarii. nam quid 'aerea' (uel 'aenea' quod iuuito metro inculcant) 'earchesia' hic sibi uelint, nemo umquam expediuit nec puto expediet.

Carminum Amatoriorum textus solidis typis excudendus typhothetis redditus est a. d. VIII Kal. Iun. a. 1892, Metamorphoseon a. d. XV Kal. Nou. a. 1893.

FASTOS recensuit GILBERTVS A. DAVIES qui proposita sua his uerbis declarauit.

" In recognoscendis Fastis Ouidianis testes nominatim citauit codices hos.

A Reginensem 1709 siue Petauiauum primum saec. X

V Vaticanum 3262 siue Vrsinianum saec. XI

M Mallerstorfiensem n. 2 siue Monacensem (Bauaricum primum ap. Merkelium).

Reginensem quidem quem Riese littera R ceteri A significant, ut ceteros praestare constat, ita quantum contra eum codicum deteriorum auctoritas ualere debeat, longe inter editores discrepat. cum enim superioribus temporibus Heiusius quaecumque sibi placerent unde unde orta in textum intulisset, contra R. Merkel in editione prima 'eximia' inquit 'est eius' (codicis A) 'auctoritas uee nisi grauem ob causam deserenda.' qui tamen lectionem Vrsiniani siue Vaticani, quem ipse audacissime interpolatum esse censuit, multis locis praetulit. similem uiam iugressus est A. Riese, qui se codicem optimum, ubicunque et ratio et res et sermo id permitteret, secuturum esse professus est. Riesium tamen et ipsum hoc non ubique re praestitisse questus est H. Peter, codicum aliorum acerrimus iudex. cui cum totam hanc rem auuo 1877 diligentissime excuteret, non difficile erat moustrare et Vrsiniauum et ipsum Reginensem multis corruptelis nonnullis etiam interpolationibus deprauatos esse. sed cum horum librorum auctoritatem immiueret, nescio au uir doctus in eum inciderit errorem, ut illis, quorum patrocinium summo ingeui acumine suscepit, plus aequo tribueret. ego enim, si Mallerstorfiensis excipitur, ut Riesio adsentiar adducor, qui se uihil in ceteris libris deprehendisse dicit, quod genuina bonitate suis R V praestaret. nam Mallerstorfiensis quidem (D apud ceteros, apud me M), quamquam non ante saeculum duodecimum descriptus fuisse uidetur, uestigia archetypi interdum non spernenda exhibet. reliqui uero licet multa praebant digna memoratu, nonnumquam etiam ueram scripturam, in his tribus amissam, conseruent, tamen id mihi non archetypi diuersi uirtute, sed librariorum non indoctorum opera factum esse uidetur. quonobrem primo loco Reginensem secundo Vrsiniauum tertio Mallerstorfiensem sequendos adsumpsi, neque tamen, ubi ratio uel sermonis Ouidiani usus postulare uideretur, hos omnes deserere dubitauit et modo deteriorum lectiones modo doctorum uirorum coniecturas recipere.

In Reginensi et, quotiens promptum erat, in Vrsiniano collatione ab H. Keil facta et in editionem Riesianam transcripta usus sum. lectiones ceterorum et, ubi silebat Riese, Vrsiniani ex notis Merkelianis adsumptae sunt. signum  $\tau$ , quod 'nonnullos deteriorum' notat, saepe Mallerstorfiensem, interdum fortasse etiam Vrsiniauum amplecti inuenietur. ubi de lemmate siletur, ex A id ortum esse, at, si quando aliud quid ex A notatur, ex V uel  $\tau$  intellegendum est.

Editorum priorum scripturas a mea discrepantes, ubi e re esse uidebatur, notis adieci. lectiones Merkelianae plerumque ex editione tertia in aedibus Teubnerianis uulgatae sumptae sunt. semel tantum (lib. V, u. 21) emendationem ipse conari ausus sum. notas dierum ex tabula Maffeanae secundum Riesii dispositionem addidi, nisi quod ad finem libri sexti paucos ex sententia partim Peteri partim mea transposui.

Restant adhuc nonnulla de quibus dubitari potest, quaedam de quibus ipse dubito. sed de his locis, si propositum meum peregi, adnotatis omnibus quae usui fore uidebantur ipse sibi lector diiudicare poterit."

Fastorum textus solidis typis excudendus typhothetis redditus est a. d. V Kal. Dec. a. 1893.

TRISTIA et EX PONTO epistulas recensuit SIDNEIVS G. OWEN qui de sui textus rationibus haec praefatus est.

" In recenseudis TRISTIVM libris ducent potissimum habui

L codicem Laurentiauum olim Marciauum 123, saec. XI; cuius cum folia haud pauca deperissent, ne liber manens uideretur, nescioquis saeculo quinto decimo uouas membranas intulit, ex fonte deprauato haustas, quibus omnis auctoritas deest. continet autem liber

uetus Laurentianus Trist. I v 11—III vii 1, IV i 12—IV vii 5. tres ibi correctores operam nauauerunt; quorum primus (L<sup>2</sup>) eidem fere, cui ipse codex, ascribendus est, alter et tertius recentiores sunt. ceterum in hoc libro miram existentem errorum copiam, ex socordia librarii manifesto ortam, in scidas meas pigebat referre, ne inopportuno in modum opus cresceret: partes codicis recentiores plerumque neglegere uisum est. quoniam uero Laurentiano passim destitueremur, placuit ad alios codices confugere, qui familiam ab hoc haud plane alienam efficerent. sunt autem hi:

- A Marcianus Politiani, hodie deperditus, saec. fortasse XI
- G Guelferbytanus, Gud. 192, saec. XIII
- H Holkhamicus, saec. XIII
- P Palatinus 910 (Vaticanus), saec. XV
- V Vaticanus 1606, saec. XIII.

quae uidelicet instrumenta ut cedunt Laurentiano, quem adfinitate contingunt, ita reliquis plerumque praestant chartis, quorum numerus uarie diffusus nonnumquam utilia monstrauit remedia propter mendorum segetem, quae codicibus a Laurentiani stantibus (A G H P V) increuit. de codicum deteriorum rationibus in editione mea Tristium Oxoniensi anni 1889 (=ed. Ox.) fuse disputatum est: hic obscura strictim explorare exilis labor. in uniuersum illud dico Laurentianum me cum primis, si is deficeret, codicis A G H P V secutum esse; quando hi suspicionem mouerent, ceterorum opem arcessiuisse. in adnotatione nota

Γ consensum librorum A G H P V, ubi uero discreparent inter se, sua quemque codicem littera indicaui.

Libros, quorum minor fides, notis indicaui, ut

ω reliquorum praeter Γ aut omnes aut plurimos

ϛ reliquorum praeter Γ partem tantum significet.

Tristium textus solidis typis excudendus typothetis redditus est a. d. V Id. Iul. a. 1894.

Epistularum ex Ponto praeter

frag(entum) Guelf(erbytanum) antiquissimum, saeculo VI uel VII scriptum, Ponticorum IV ix 101-108, 127-133; IV xii 15-19, 41-44 complectens, de quo qui exscripsit Kornius iure indignatur tantae dignitatis librum amissum, auctor sincerissimus est

A codex Hamburgensis saec. XII scriptus, cui desunt carmen tertium libri primi et omnia post III ii 67. mancus iste codex ascriptores habet duos:

B Bauaricum siue Monacensem Lat. 384 saec. XII exeuntis uel XIII ineuntis, et

C Monacensem Lat. 19476 saec. XII. Hamburgensem Kornius, Bauaricum Harlesius (in editione Tristium et ex Ponto epistularum anni 1772), nuperrime C. Schenkelius contulit, qui Guethlingium de codice accuratius edocuit: Monacensem denique Lat. 19476 edito libello *De codicibus duobus carminum Ouidianorum ex Ponto datorum Monacensibus* (Strehlen, 1874) Kornius integrum descripsit. locos nonnullos in codicibus Monacensibus, de quibus haerebam, mihi Laubmannus, bibliothecarius doctissimus, inspexit. codices B C cum A plerumque conspirant; multis tamen locis, ut fit, desciscunt, uide sis I ix 17; II i 46; ii 5, 33-34; vii 55; III i 60; IV vi 12; ceterum codex C solus nonnumquam a se stat, uide II i 26; ii 35; ix 43. quae cum ita sint, littera

α consensum librorum A B C notaui. cum uero nonnulla hi tres libri perperam tradissent, cuiusmodi sunt I i 4; v 50; II v 24, 52; ix 73; III i 137, 154; qui alienam secuntur sectam ei aduocandi sunt, cuius generis permultos, Argentoratensem saec. XII uel XIII, Parisinos 7993, 8239 saec. XIII, Basileensem saec. XIV, Etonensem B. k. 6. 18 olim Patricii Iunii, in editione Tristium Oxoniensi a me adhibitum (Trist. proll. p. xxviii), Gudianum, excerpta Scaligeri, alios Kornius congressit.

Quibus subsidiis noua ipse addidi, excussis cum

exc(erptis) Pol(itiani) Mediceis, in exemplari Bodleiano editionis Parmensis anni 1477 hodie latentibus (uide Tristium ed. Oxon. p. xiv), tum his libris

O Canoniano Lat. 1 in Bibliotheca Bodleiana adseruato, saeculi XIII (Trist. p. xxv), et

H Holkhamico comitis de Leycestria saec. XIII (Trist. p. xx): hic quidem liber ad Tristia recensenda utilissimus in Ponticis fere inanis est (cf. tamen III iv 108), sed Canoni-



cianum felici quodam casu ueram poetae manum praestare testantur inter alios loci hi: I iv 46; II viii 25; III ix 31; IV i 26; iv 46. Graccis litteris significau

ω codices reliquos omnes aut multos praeter A B C

ε codicum reliquorum praeter A B C partem.

R. Ellisio, ueterum Camenarum fautori acutissimo, gratias habeo maximas, qui scidas suas qua est benignitate mihi commodauit. illud ad summam uelim lectores meminerint uirorum doctorum coniecturas a me nusquam admissas nisi si quid indicii in adnotatione prolatum sit."

Epistulae ex Ponto et quae Epistulas secuntur solidis typis excudenda typhothetis reddita sunt a. d. VI Id. Oct. 1894.

HALIEVTICA fragmentum quod Ouidi esse Plinius *N. II. XXXII 11* falsus testis est, sicut Mureto aliisque uisum est (cf. Th. Birt *de Halieuticis Ouidio poetae falso adscriptis* 1887), recensuit G. M. EDWARDS, codicum usus uarietate quam uulgauit M. Haupt in ed. Gratii aliorumque, Lips. 1838. sunt autem hi duo:

P Parisinus 8071 saec. IX uel X

V Vindobonensis 277 uel Sannazarianus saec. IX.

IBIM, qui num Ouidi esset a multis iam dubitatum est, recensuit A. E. HOUSMAN subsidiis usus quae infra notata habes.

"F Merkelii C, Francofurtanus, olim ecclesiae S. Bartholomaei, nunc bibliothecae publicae. saeculo XII ascripsit Heinsius, XIII Loers et Matthiae, XIV uel XV Riese.

G Galeanus 213, nunc O. 7. 7 in bibliotheca collegii S. Trinitatis apud Cantabrigienses, scriptus circa 1180.

H Holkhamicus, bibliothecae Comitum de Leicestria in Nordoulea, saeculi XIII.

P Phillippicus 1796, nunc Berolinensis Lat. 210 bibliothecae regiae. saeculo XIII uel XIV scriptum esse iudicat Ellis, XIV uel XV A. Wilmanns.

T Turonensis 879, scriptus circa 1200.

V Merkelii A, Vindobonensis 885, saeculi XIII.

X Parisinus 7994, saeculi XIII.

C Conradi de Mure repertorium uocabulorum exquisitorum, scriptum anno 1273. continet u. 53 dimidium *in te mihi liber iambus*, 54, 55, 175, 177, 253-5, 261-2, 269-72, 281-2, 285, 287, 289, 293, 295-302, 305, 307-13, 317-21, 323-5, 327-32, 335, 341-2, 345, 347-52, 359-66, 369, 377-80, 383, 387-8, 391-2, 399-400, 405-7, 409, 411-2, 415-20, 425-6, 429-30, 434, 437-8, 447-8, 451-2, 459-67, 469-70, 473, 475, 477-8, 480, 483-8, 491-4, 498-509, 511-3, 515-7, 519-20, 523-4, 529-31, 539-42, 545-50, 555-9, 563-4, 567-9, 571-2, 575, 581, 587, 595-6, 603-7, 609, 619, 621-4, 627, 629-30, 633. huius testimonia non perpetuo ascripsi sed sicubi e re uidebatur.

Atr. defloratio Atrebatensis 65.

Par. defloratio Parisina 17903.

Brit. defloratio musei Britannici 18459.

Bodl. defloratio Bodleiana canon. patr. Lat. 43.

O consensus librorum F G H P T V X.

cett. librorum F G H P T V X qui non appellantur nominatim.

ε codicum non supra nominatorum uel unus uel plures.

Nonnullarum rerum de quibus dubitabam cognitionem beneuole suppeditauere R. Ellis, J. E. A. Fenwick, Alexander J. Napier, J. P. Postgate, Augustus Wilmanns."

FRAGMENTA breui adnotatione instructa ipsi disposuimus.

Haec sunt, Lector Beneuole, quae de huius operis rationibus et partibus praemonenda uidebantur. uale et inceptis nostris faue.

SCRIPSIMVS CANTABRIGIAE IN AEDIBVS S. TRINITATIS a. d. V Id. Oct. A. P. Chr. N. MDCCCXCIII.

NOTARVM ET COMPENDIORVM CONSPECTVS

In textu

[ ] spuria significat

( ) genuina sed suo loco mota.

\* uel . . . amissum esse aliquid indicat.

*litteris inclinatis* scripta a codicibus prorsus absunt.

In adnotatione

. . . deperdita indicat

— omissa breuitatis causa

// erasa.

interdum breuitatis causa quae plurium codicum communia sunt semel tantum scripta sunt; ex. gr. ad Prop. II 26. 5 ‘*agitau(-it L) Φ*’ significatur in L esse *agitauit*, ib. u. 16 ‘*nise(a)e Ω*’ in Ω codicibus esse *niseae* uel *nisee*.

A<sup>1</sup>, A<sup>2</sup> significant in eo codice qui littera A notatur aliquid a prima manu, a manu secunda scriptum extare. similia in ceteris usurpantur.

a.	annus	litt.	littera
add.	addidit <i>similia</i>	m., ma., man.	manus
adn.	adnotatio	marg., mg.	margo <i>uel</i> in margine
al.	alius	mel.	melior
alt.	alter	n. s.	noua series
ap.	apud	nou.	nouus
auct.	auctor	om.	omittit <i>sim.</i>
c.	carmen	opt.	optimus
cet. <i>uel</i> cett.	ceteri	or.	oratio
ci., coni.	coniecit <i>sim.</i>	p.	pagina
cod.	codex	pr., prim.	primus
coll.	collato <i>sim.</i>	prob.	probat <i>sim.</i>
compend.	compendium	-q.	-que
conf., cf.	confer	q. s.	quod sequitur
corr.	correxit <i>sim.</i>	ras.	rasura
def.	defendit <i>sim.</i>	rec.	recens <i>uel</i> recepit
del.	deleuit <i>sim.</i>	rett.	rettulit <i>sim.</i>
det.	deterior	s. u.	sub uoce
dist.	distinxit <i>sim.</i>	saec.	saeculum
ed.	editio editor <i>sim.</i>	sc.	scilicet
el.	elegia	scr.	scripsit scriptura <i>sim. similiter</i> adscr., circumscr., inser., su- perscr.
eras.	erasus	secl.	seclusit <i>sim.</i>
exc.	excerpta	sep.	separauit <i>sim.</i>
fort.	fortasse	sim.	similia
fr., fragm.	fragmentum	spur.	spurius
h.	hic <i>sim.</i>	susp.	suspiscatur <i>sim.</i>
h. e.	hoc est	t., tom.	tomus
id.	idem	transp.	transposuit <i>sim.</i>
interp.	interpungit <i>sim.</i>	u.	uide <i>uel</i> uersus
interpol.	interpolatus <i>sim.</i>	uar.	uaria
interpr.	interpretatur <i>sim.</i>	uet.	uetus
l.	liber	uulg.	uulgo, uulgata lectio
l. c.	locus citatus		pluralia geminatis litteris ut fere indican- tur, ex. gr. uu. uersus, nott. notae.
l. l.	locus laudatus		
lac.	lacuna		
lin.	linea		

## TOMVS I

Q. ENNI fragmenta, recognita a LVCIANO MVELLER	
Annalium . . . . .	1
Saturarum . . . . .	16
T. LVCRETI CARI De Rerum Natura libri VI, ex ultima recensione HVGONIS A. J. MUNRO .	21
C. VALERI CATVLLI carmina, recognita a IOH. P. POSTGATE . . . . .	83
P. VERGILIVS MARO, recognitus ab HENRICO NETTLESHIP	
Bucolicon liber . . . . .	108
Georgicon libri IV . . . . .	113
Aeneidos libri XII . . . . .	130
Q. HORATIVS FLACCVS, recognitus a IACOBO GOW	
Carminum libri IV . . . . .	204
Epodon liber . . . . .	231
Carmen Saeculare . . . . .	236
Sermonum libri II . . . . .	237
Epistularum libri II . . . . .	254
De Arte Poetica liber . . . . .	266
ALBI TIBVLLI carmina, recognita ab EDVARDO HILLER . . . . .	270
SEX. PROPERTIVS, recognitus a IOH. P. POSTGATE . . . . .	287
P. OVIDIVS NASO	
Heroides, recognitae ab ARTVRO PALMER . . . . .	322
Amorum libri III, recogniti a GERALDO M. EDWARDS . . . . .	354
Medicamina Faciei Femineae, recognita ab eodem . . . . .	374
Artis Amatoriae libri III, recogniti ab eodem . . . . .	376
Remedia Amoris, recognita ab eodem . . . . .	394
Metamorphoseon libri XV, recogniti ab eodem . . . . .	401
Pastorum libri VI, recogniti a GILBERTO A. DAVIES . . . . .	494
Tristium libri V, recogniti a SIDNEIO G. OWEN . . . . .	534
Ex Ponto libri IV, recogniti ab eodem . . . . .	562
Halieuticon liber, recognitus a GERALDO M. EDWARDS . . . . .	588
Ibis, recognitus ab ALVREDO E. HOUSMAN . . . . .	590
Fragmenta, recognita a IOH. P. POSTGATE . . . . .	596



CORPVS  
POETARVM LATINORVM

A SE ALIISQVE DENVO RECOGNITORVM  
ET BREVI LECTIONVM VARIETATE  
INSTRVCTORVM

EDIDIT

IOHANNES PERCIVAL POSTGATE

FASC. I

QVO CONTINENTVR

ENNI FRAGMENTA

CATVLLVS

HORATIVS

LVCRETIVS

VERGILIVS

TIBVLLVS

LONDINI

SVMPTIBVS G. BELL ET FILIORVM

MDCCCXCIII

*\* \* \* This work when complete will be published in two volumes, bound in cloth or other durable material. Owing to the slow progress which has been found inevitable, it has been decided to issue each volume in two paper-covered parts.*

*Purchasers of the work in this form will be under no disadvantage as compared with those who wait for the complete volumes, as a sufficient difference in price will be made to cover the cost of binding.*

*Part II., completing the Augustan period, is in the press, and will be issued early in 1894.*

CORPVS POETARVM LATINORVM





CORPVS  
POETARVM LATINORVM

A SE ALIISQVE DENVO RECOGNITORVM  
ET BREVI LECTIONVM VARIETATE  
INSTRVCTORVM

EDIDIT

IOHANNES PERCIVAL POSTGATE

FASC. I

QVO CONTINENTVR

ENNI FRAGMENTA  
LVCRETIVS

CATVLLVS  
VERGILIVS

HORATIVS  
TIBVLLVS

LONDINI

SVMPTIBVS G. BELL ET FILIORVM

MDCCCXCIII

LONDINI: EXCVDEBANT C. WHITTINGHAM ET SOC.

IOHANNES P. POSTGATE  
LECTORI BENEVOLO  
SALVTEM

SI hanc tantulam ex tanto opere partem non nimis grato animo, Lector, accepturus es, dum cetera (quod utinam facias!) desideras, rei causa et ratio paucis tibi exposita, ut credo, probabitur. bibliopola cum in sextum iam paene annum rem extrahi uideret, ne sumptus sibi in dies crescerent, fructus cessarent, rogauit nos ut totius poetarum Latinorum, quod dicitur, corporis in duos tomos diuisi tomum priorem et ipsum in duas partes diuidi pateremur, et alteram partem qua continerentur carmina ab Enni usque ad Tibulli aetatem scripta, praefati quae praefari omnino necesse esset, iam tandem emitteremus. quod cum iustum et aequum peteret uir bonus, a nobis facile impetrauit, praesertim cum sciremus alteram quoque partem nauata opera paucos intra menses posse emitti. ac de diuiso quidem opere satis erit haec dixisse. quod si cui pro re bibliothecaria sua sollicito displicebunt et schedae interrumpi uisae et inuoluerum pro lineo chartaceum, hac sollicitudine cum deposita studia sua laboribus nostris non subtrahere iubemus; prouisum enim ab eodem bibliopola, quod disertis etiam uerbis alibi docebitur, ne procedens liber aut incommode distrahatur aut amictu suo fraudetur.

Totius operis nostri rationem ac consilium tum denique commodissime explicabitur cum ad finem propius accesserimus; nunc illud tantum agimus ut ea quae, nisi praemonerentur, legentibus incommodum latura essent, breui mentione percurrantur.

Q. ENNI Annalium et Saturarum reliquias LVCIANVS MVELLER ad normam editionis suae a. 1885 in lucem datae mutatis perpauca recensuit; de quibus quae admonendus erat lector, rogatu ipsius ex praefatione illius editionis desumpsimus. ac primo quidem loco cum multi sint scriptores qui Enni uersus laudauerint, eorum quos codices potissimum uir doctus adhibuerit quibusque signis ad eos indicandos breuitatis causa usus sit, ipsius uerbis paululum contractis declarabimus.

“In *Cicronis* scriptis” inquit “usi sumus potissimum Orellii Baïterique et Halmii copias. in libris *rhetoricis* quae in apparatu critico a me afferuntur ex Orellii editione altera et Vahleni ex libro potissimum sunt petita. praeterea Franciscus Ruehlius misit nobis excerpta ex codice Harleiano librorum *de oratore*. in libris *de diuinatione* compendia adhibita haec:

A Lugdun. Voss. 84.

B Lugdun. Voss. 86.

H Lugdun. Heins. 118.

V Vindobonensis.

In *Gellii* libris cum hic illic haberem suspecta Vahleni Ribbeckiique testimonia, M. Hertzius nonnulla de quibus dubitassem quomodo perscripta essent in suis codicibus me docuit. interim prodiit editionis Gellii scriptorum diu expectatae pars prior, qua non mediocriter adiuti sumus. reliqua ex Ribbeckii Vahlenique sumpta esse libris et horum constare fide tenendum. et hi quidem potissimum codices fuere respiciendi:

Rottendorffianus (saec. XII). Parisinus (saec. XIII). Vaticanus (saec. XIII). Bernensis (saec. XII). Lugdunensis (Voss. maior saec. XIV). Vaticanus, qui olim fuit Christinae (saec. X). Vossianus minor (saec. X). Petauianus (saec. XII). Magliabecchianus (saec. XV).

Ad fragmenta a *Nonio* seruata Lugdunensis potissimum Harleianique et Guelferbytani adscriptae sunt dittographiae.

In *Festi* Sylloge praeter codicis Farnesiani scripturam, qualis in editione Muellerei legitur, adhibita sunt a nobis quae ab Henrico Keilio musei Rhenani VI 624 sqq. sunt notata, nec non quae de quaternione sexto decimo nunc deperdito libri Farnesiani promisit Th. Mommsenus libello qui prodiit Berolini 1864.

In Isidori originibus praesto nobis fuerunt scripturae a Iosepho Kleinio suppeditatae codicum Guelferbytani, Frisingensis, Parisinorum 7582, 13027, 13028.

*Diomedis* codicum compendia haec adhibui:

A Parisin. 7494.	B Parisin. 7493.	M Monacens.
------------------	------------------	-------------

*Prisciani* haec:

R Parisin. 7496.	P Parisin. 7530.	B Bambergens.
D Bernens.	H Halberstadiens.	A Amienens.
G Sangallens.	L Lugdunens.	K Caroliruhens.

*Seruii Philargyrii*que codicum dittographias exceptis locis paucissimis Hageni Thilonisque exhibuit nobis comitas. adhibiti autem libri sunt hi:

I plenioris commentarii:

C Cassellanus (aen. I, II).	G Bernens. 167 (aen. III-XII).
P Paris. 1750 (aen. I, II).	T Bernens. 165 (aen. III-XII).
F Bernens. 172 (aen. III-V); Paris. 7929 (aen. VI-XII).	

II breuioris:

B Bernens. 363.	L Lipsiens.	H Hamburgens. 52.
K Caroliruhens. 186.	R Reginens. 1674.	M Monacens. 6394.
A Caroliruhens. 116.	N Laurentian.	E Monacens. 18059.
C Cassellan. (aen. III-VI).	S Sangallens. 861 et 862.	

Porro Carolus Dziatzko communicauit nobiscum dittographias codicis antiquissimi Parisini *Donati in Terentium commentorum* simulque Oxoniensis qui saeculo scriptus est XV. editionum uetustissimarum aliorumque quorundam librorum ex Vahleni commentis repetiit.

*Lactantii scholiastae* ex codicibus quae ad rem nostram facerent excerpta sunt ab Ottone Muellero.

In *Macrobi* et *Capellae* scriptis Eyssenhardtii usi sumus potissimum copiis. secuti sumus potissimum Parisinum librum (P).

Denique quae ex *Ausonii* technopaegnio sunt excerpta eorum dittographias suppeditauit Rudolphi Peiperi comitas.

In orthographia constituenda eandem plane atque olim in Lucilii saturis secutus sum uiam. itaque expressa sunt Ennii carmina ea fere scriptura quae saec. p. Chr. n. I obtinuit, excepto ubi antiquioris usus haud dubia tradita erant indicia." In quo monendus es, Lector, 'traditae scripturae indicia' illa quoque contineri quae, a Cicerone disertis uerbis de Enniana scriptura tradita, ut hac in editione restituantur, nos a uiro docto impetrauimus. "Praeterea sic habeto in hac editione *us* uel *is* finales breues ubicumque propter metrum necesse erat orbatas consona nec non uerbum *est* ubique uocali. qui scribendi modus siquando codicum auctoritate firmabatur, id a nobis sedulo indicatum.

Asteriscis singulis [\*] sum usus ubi uel auctoris uel libri nomen non esset traditum antiquitus; binis [\*\*] ubi neutrum.

Fragmentis aliquo inter se nexu uinctis apposui Latinas secundam alphabeti ordinem litteras; Graecas eis quae etsi tali carerent uinculo tamen propter res uel dicendi genus haud dissimile cum commodo una legi posse uiderentur."

Enni textus post ultimam editoris manum solidis quas dicunt typis excudendus typothetis redditus est a. d. VII Kal. Oct. a. 1888.

LVCRETI textum cum nobis promississet editor eius clarissimus HUGO A. J. MUNRO neque perfecisset idem immatura morte abreptus, et pietate monente et reuerentia ne in tam illustri uiri monumento temere aliquid mutaretur, talem exhibuimus qualem post ipsius mortem, typhotetarum nonnullis erroribus correctis, anno 1886 edidit Iacobus D. Duff; ita tamen ut pro huius operis proposito una *u* littera et consonam reddat et uocalem, et inclinarum litterarum, quas *italicas* uocant, neglegentior quidam usus in ordinem redigeretur. in textu igitur haec duo, quae, quamuis leuiusecula uiderentur, reticere tamen nolimus, de nostro refinximus, cetera Munronis quam religiosissime seruauimus: adnotationem criticam ex Munronis maximam partem Lachmannique copiis ipsi desumpsimus, adscitis quoque haud ita paucis quae post eos ab aliis aut de codicum lectionibus accuratius aut de ipsa Lucreti manu uel uere uel saltem ueri similiter disputata sunt, in quo nostrum quoque iudicium interdum significauimus.

Lucreti codices quorum quidem mentio textui subiecta est, hi sunt:

Antiquiores duo:

Leidensis oblongus saec. IX ut uid. = A

Leidensis quadratus saec. X ut uid. = B

hos duo in adnotatione *codicum* nomine, *codd.* nota, insigniuimus.

Antiquiorum fragmenta haec duo:

Hannense siue Gottorpiense quo continentur I-II 456 (omissis uu. I 734-785 et II 253-304) = G

Vindobonense quo continentur II 642-III 621 (omissis nu. II 757-806) et VI 743 ad finem, tum II 757-806, V 928-979, I 734-785, II 253-304 = Vindob.

Recentiores hi:

Florentini plut. XXXV	25 = Flor. 25	Vaticani	3275
„	26 = „ 26		3276
„	27 = „ 27		Vrbinas 1136
„	28 = „ 28		Othoboniens. 1954
„	29 = „ 29		Regin. 1706
„	30 = „ 30	Cantabrigiensis.	
„	31 = „ 31	Monacensis.	
„	32 = „ 32		

Ex his ceteri aut singuli suo quisque eoque facillimo intellectu compendio aut plures *codicum correctorum* nomine, nota *codd. corr.* citabuntur, unus Flor. XXXV 30: quem Nicolai Nicoli (Italice Niccolo Niccoli) manu scriptum esse constat, peculiari signo *Nicc.* notatus librari sui nomen referet.

Lucreti textus solidis typis excudendus typhotetis redditus est a. d. III Non. Mai a. 1889.

CATVLLI enim textum, correctis tamen quae corrigenda uidebantur, exhibuimus qui exeunte anno 1889 Londini prodit. codices quos citauimus hi sunt:

G olim Sangermanensis, nunc Parisinus 14137, a. 1375 Octobris die 29<sup>o</sup> scriptus.

O Oxoniensis in Bibliotheca Bodleiana inter Canonicianos 30 circa a. 1400 scriptus.

T olim Thuanens, nunc Parisinus 8071, saec. IX. ut nideatur scriptus, quo carmen 62 continetur.

V nota codicum G et O consensus (tanquam Veronensis quidam codex) designatur.

Ceterorum codicum lectiones simpliciter signo *ω* notatae sunt. quo sub signo intellegendae sunt eae lectiones quas, ut dicit L. Schwabe (ed. 1886), “a V discrepantes Itali uel in codices manu scriptos saeculi XIII et XV uel in editiones ad annum fere 1550 impressas intulerunt.” emendationes quoque quae non nominato auctore in textum receptae sunt indidem desumptae sunt.

In textu *inclinatis* siue *italicis* litteras uerba uersus eos signauimus quorum in codicibus

illis tribus G O T ne uestigia quidem seruata sunt. in quo quotiens in critica adnotatione breuitatis causa nullam V illius lectionem commemorauimus, eam fere esse intellegendam uoluimus quae, si detraherentur inclinatae illae litterae, ceterae suo ordine seruarentur, tum demum in textu adpareret.

Catulli textus solidis typis excudendus typhothetis redditus est a. d. III Id. Iun. a. 1889.

VERGILIVM nobis praestitit uir doctissimus atque amicissimus HENRICVS NETTLESHIP. quem de textus sui rationibus postea fusius disputaturum hoc ipso loco scripseramus, cum scripta atque etiam impressa uerba Mors delere coegit. hanc igitur de codicibus et ceteris subsidiis mentionem necessariam, adhibitis quae ille ne tum quidem cum morbo iam iaceret aut Camenarum suarum aut commodi nostri oblitus, partim ipse exscriperat, partim de Ribbeckii editione sumenda monuerat, maesti quo potuimus modo confecimus.

A codicis Augustei (saec. ?) septem folia quibus continentur Georg. I 1-280 et III 181-220.

P codex Palatinus Vat. 1631, saec. IV uel V. caret foliis 32 in quibus inerant Buc. III 71-IV 52; Georg. I 322-II 139, IV 461-Aen. I 277, IV 116-62, VII 277-645, X 463-509, XI 646-92, 37-83, XII 47-93. unam paginam Aen. X 509-531 aliena manus scripsit.

M codex Mediceus Flor. plut. 39, 29 saec. IV. incipit a Buc. VI 48.

R codex Romanus Vat. 3867 saec. IV (?) caret foliis 76 uel 77 Buc. VII 1-X 9, Georg. II 2-215, IV 37-180, Aen. II 73-III 684, IV 217-V 36, XI 757-92, XII 759-830, 939-52.

V fragmentum Veronense rescriptum saec. IV.

F fragmentum Vaticanum Vat. 3225 saec. IV. incipit a Georg. III.

G fragmentum Sangallense rescriptum saec. Par. continet Georg. IV 345-82, 383-420, 535-66, Aen. I 381-418, 685-722, III 191-228, 457-94, 495-532, IV 1-38, VI 688-724.

g codex Gudianus saec. IX. caret uersibus Georg. II 212-60.

b Bernensis primus Ribbeckii.

π Codex Pragensis.

Schol. Veron. siue Ver. Scholia margini codicis Veronensis adscripta.

Schol. Bern. Scholia Bernensia.

Seru. Commentarius Seruii.

Ti. Donatus Commentarius Tiberii Donati in Aeneidem.

Aelius Donatus Aelii Donati in Vergilium commentarii reliquiae.

Vergili textus solidis typis excudendus typhothetis redditus est a. d. XVII Kal. Apr. a. 1890.

HORATIVM recensuit IACOBVS GOW, qui quae codicum subsidia adhibuerit, ipsius uerbis exponetur.

“Varietatem codicum quam textui subieci ex editione quam minorem Otto Keller, uir optime de Horatio meritis, a. 1879 protulit maximam partem desumpsi. hos uero codices signauit Keller litteris Aa BC E γ ν φ ψ λ λ π L R g. horum uero cum multa paria inuenerit quae ita inter se congruerent ut ex eodem archetypo fluxisse uiderentur, commodius duxit ipsum archetypum citare, ut A' pro Aa consentientibus, B' pro BC, F pro φ ψ, λ' pro λ λ, π' pro π L.

A' = codex archetypus siue consensio codicum Aa.

[A (Pottierii 1) = Parisinus 7900<sup>a</sup> saec. X. deficit in Epod. 17: in Serm. omnino: in maiore parte Ep. Libri I: in Ep. Libro II et in A. P. omnino. post Epod. librum subscriptionem Mauortianam habet.

a = Ambrosianus O. 136 sup. saec. IX-X.]

B' = BC.

[B (eadem littera apud Orellium aliosque signatus) = Bernensis 363, saec. VIII-IX. Carmina turbato ordine exhibet. ceterum uide infra.

C = pars prior, Monacensis 14685, saec. XI. Carmina continet.]

E = Monacensis pars altera eiusdem 14685. Serm. et Epp. habet, sed caret A. P. paene tota.

F' =  $\phi\psi$ .

[ $\phi$  (Pottierii 6) = Parisinus 7974 saec. X (uel XI, si Pottierio fides).

$\psi$  (Pottierii 2) = Parisinus 7971 saec. X.]

$\gamma$  (Pottierii 7) = Parisinus 7975 saec. XI.

$\nu$  (quem in Carm. contulit Janius, in Epistulis Obbarius) = Dessauensis A. saec. X. deficit in Carminibus et Epodis plerisque: in Serm. II 6, 7, 8: in Epist. II usque ad 2. 65: in A. P. 104-195.

$\lambda'$  =  $\lambda l$ .

[ $\lambda$  (Pottierii 3, Ritteri E) = Parisinus 7972, saec. IX-X. post Epodon librum subscriptionem Mauortianam habet.

$l$  = Leidensis Lat. 28 (apud Kirchnerum, 27). huius codicis lectiones a N. Heinsio collatas P. Burmannus ad Bentleium misit.]

$\pi'$  =  $\pi l$ .

[ $\pi$  = Parisinus 10310, saec. X-XI. deficit in Sermonibus paene omnino.

$l$  (Janii Lips. 2) = Lipsiensis rep. I 4. 38 saec. X.]

R (Feac Vr) = Romanus siue Sueco-Vaticanus (olim reginae Christinae), 1703, saec. IX-X. deficit in Serm. II: Epistulas, ut uidetur, a manu recentiore habet.

V = codex ille e quattuor Blandiniis uetustissimus, quem a J. Cruquio conlatum, postea incendio absumptum esse fertur. quod cum nix credat Keller, huius codicis lectiones omisit: sed et Blandinii (hodie 'Blaukenberghe') in monasterio codices aliquot Horati antiquissimos seruatos esse iam prius P. Nannius auctor fuerat nec, quamuis alium codicem, qui Lugduni Batanorum hodie exstat, parum accurate Crnquius contulerit, prorsus mendacem eum fuisse iudicandum erit. saec. IX uel X, ut uidetur, V exaratus est.

g = Gothanus chart. B. 61, inter annos 1456-1467 scriptus, codicum, quot extant, Blandinio V simillimus. deest A. P. totum contulit Pauly: in Carminibus tantum hic illic citauit Keller.

Desiderantur multa passim in Horati codicibus. haec de ceteris breuiter supra notauit, in B codice quod digniorem eum esse ceteris credidi qui exemplo foret, quae omissa sunt omnia descripsi. sunt autem haec:

*Carm.* I. **3, 4, 5, 6, 7, 9, 10** 14, **11, 15** 20-32, **16** 15-28, **17** 15-16, **19** 11-13, 15, **26** 5-6, **33, 34.**

II. **7** 19-28, **15** 9-10 (*ictus*) 12-20, **17** 7-9, **18** 22-29.

III. **2** 2, 5-12, 17-32, **3, 4** 17-20, 29, 39-52, 66-68, **5** 31-34, **6** 11-13, 15-48, **16** 29-44, **21** 6-8, **22** 5-8, **24** 30-64, **25** 8-9.

IV. **3, 8** 37(*et*)-40, 42-45, **13** 1-2 (*Lyce*), **15.**

*Epod.* **8** 18, **9** 13-38, **10** 18-20, **16** 23-26.

*Serm.* I **3** 10, 20, 84, 85, 92, 95-100, 111-124. tum a u. 135 deficit usque ad finem lib. II.

*Epistulae.*

A. P. 283."

Horati textus solidis typis exeuendus typothetis redditus est prid. Non. Nou. a. 1890.

TIBULLI libros duo quaeque aliorum sub Tibulli nomine falso circumferuntur carmina recensuit nobis uir humanissimus et doctissimus EDWARDVS HILLER. cui cum ultimam iam manum his schedis attulisset cum magno et nostro dolore et Graecarum et Latinarum litterarum uulnere et ipsi Mors anidas manus iniecit. quae de textu ille suo breuiter praemonere cogitauerat, haec, quantum meminimus, fuerunt.

Huius editionis fundamentum sciendum est in illa esse positum quae a. 1885 Lipsiae ex officina Bernhadi Tauchnitz prodiit; additae tamen sunt si quas memoratu dignas coniecturas uiri docti post emissam eam protulerunt.

Codices citantur hi :

- A Ambrosianus R 26 saec. XIV exeuntis.  
Vaticanus 3270 saec. XIV uel XV.  
codd. A et V archetypus nunc deperditus.
- M fragmenta Monacensia siue Frisingensia, quae leguntur in codice saeculi XI olim Frisingensi nunc Monacensi 6292, edita a Luciano Mueller in editione Tibulli p. viii.
- F alterum fragmentum quod incipit a III 4 65 uel paulo ante, Scaligeri temporibus extans, nunc, ut uidetur, deperditum.
- P excerpta Parisina 7647 et 17903 saeculi fere XI.
- ⊖ ceteri codices.

Tibulli textus solidis typis excudendus typothetis redditus est a. d. XIV Kal. Apr. a. 1891.

Haec sunt, Lector Beneuole, quae hoc de nostro opere nunc dicenda esse uidebantur. signa enim et compendia quae in adnotatione critica adhibuimus sollennia et facillima sunt; neque haerebis, satis scio, in nominibus libellorum (quo de genere sunt *Novi Annales* quos *Neue Jahrbücher* Germani et *Diarium Philologicum* quod *Journal of Philology* Britanni nuncupamus) haud ita multum in uertendo inmutatis neque ultra Vergili finem ciuitate Romana donatis. uncinorum quoque duo genera agnosces, quorum altero [ ] spuria notantur, altero ( ) genuina sed suo loco mota significantur.

Vale et inceptis nostris faue.

SCRIPSIMVS CANTABRIGIAE A. D. IV KAL. OCT. A. P. N. CHR. MDCCCXCIII.



Q. ENNI fragmenta, recognita a LUCIANO MVELLER	
Annalium . . . . .	1
Saturarum . . . . .	16
T. LVCRETI CARI De Rerum Natura libri VI, ex ultima recensione HYGONIS A. J. MUNRO . . . . .	21
C. VALERII CATULLI carmina, recognita a IOH. P. POSTGATE . . . . .	83
P. VERGILII MARO, recognitus ab HENRICO NETTLESHIP	
Bucolicum liber . . . . .	108
Georgicum libri IV . . . . .	113
Aeneidos libri XII . . . . .	130
Q. HORATII FLACCI, recognitus a IACOBO GOW	
Carminum libri IV . . . . .	204
Epodon liber . . . . .	231
Carmen Saeculare . . . . .	236
Sermonum libri II . . . . .	237
Epistularum libri II . . . . .	254
De Arte Poetica liber . . . . .	266
ALBI TIBULLI carmina, recognita ab EDUARDO HILLER . . . . .	270



# QVINTI ENNI

## ANNALIVM ET SATVRARVM RELIQVIAE

### ANNALES.

**D** IOMEDES (I 484 Keil) ex *Suetoni de uiris industrius libro: Epos Latinum primus digne scripsit is qui res Romanorum decem et octo complexus est libris qui et annales inscribuntur quod singulorum fere annorum actus contiueant, sicut publici annales quos pontifices scribaeque conficiunt, uel Romais quod Romanorum res gestas declarent.*

### LIBER I.

I a\*

Musae quae pedibus magnam pulsatis Olumpum.  
Varro de l. Lat. VII 20.

II b

Varro de Re Rust. I 14 et quoniam ut aiunt 'dei furientes ulinuant,' prius innocabo eos, uer ut Homerus et Ennius Musas scil XII deos Conscntis.

III c

nostra Latinos  
per populos terrasque poemata clara cluebant.  
Pseudoprobis p. 1401 (ed. Putsch.)

IV d\*

Lucret. I 120 sqq. :  
*etsi praetera tamen esse Acherusia triupla  
Ennius aeternis exponit uersibus edens,  
quo neque permaneat animus neque corpora nostra,  
sed quaedam simulacra modis pallentia miris ;  
unde sibi exortam semper florentis Homeri  
commemoratur speciem lucribus effundere salsas  
coepisse et rerum uiturum expaudere dietis.*

V e

*Nobilissimi illius somnia, quo per Homeri umbram  
in Parnaso monte sibi oblatai edoctum se de uitura  
rerum nec non de origine sua et de Homeri animi in  
se transfusa simulque monitum, ut Homericis car-  
mine Romanorum res celebraret, in principio l. I  
Annalium prodiderat Ennius, multis lucis memo-  
riam iniicere ueteres. ex quibus satis erit hic  
memorari Cic. Somn. Scip. I; Horat. Epist. II 1  
50 cum scholiastarum commentis; M. Anrel. Caesaris  
Epist. ad Frontonem (I 4 p. 11 ed. Naber); Persii  
prol. uuit. cum scholiis.*

VI f\*

somno leni placidoque reuinetus.  
Fronto Epist. IV 12 (p. 74 Nab.)

VII g\*  
nusus Homerus adesse poeta.  
Cic. Academ. prior II 16 51, cf. II 27 88.  
VIII h

o pietas animi!

Cic. Acad. prior II 27 88, Donat.  
in Ter. Eun. III 5 12.

IX i\*

terraque corpus,  
quae dedit, ipsa capit nec dispendi facit hilum.  
Varro de l. Lat. V 60 111, IX 54.

X k\*

memini me fieri pauum.

Charis. p. 759, Donat. in Terent  
Andr. II 5 18, Phorm. I 2 24,  
Adelph. I 2 26.

XI l\*

Seru. in Aen. VII 691 at Messapus equum domitor,  
Neptunia proles—ab hoc Ennius dicit se originem  
ducere, unde nuuc et cantantes inducit eius socios et  
eos comparat cycnis. Cf. et Sil. It. XII 393.

XII a

io est loeus, Hesperiam quam mortales perhibebant.  
Macrob. VI 1 11.

XIII b\*

Saturnia terra,  
quam prisci easci populi tenere Latini.  
Varro de l. Lat. V 42, VII 28.

XIV c\*

Saturno . . . . .  
quem Caelus genuit.  
Non. p. 197 (ed. Mercet.), Charis. p. 55.

XV d\*

15 quos homines quondam Laurentis terra recepit,  
cum ueter oecubuit Priamus sub Marte Pelasgo.  
V. 15 ap. Prisc. p. 762, u. 16 apud  
ennd. 607.

XVI e\*

Assaraco natus Capus optimus isque pinni ex se  
Aneisam generat.

Philargyrius in Georg. III 35.

XVII f\*

doctu' parens Aneisa, Venus quem pulcra dearum  
20 fata docet fari, diuinum pectus habere.

Schol. Veronens. in Aen. II 687,  
Prob. in Bucol. 6 31.

\*.\* De siglis aliisque compendiis quae breuitatis causa in iis quae sequuntur usurpamus uidentia sunt illa quae iam in praefatione diximus \*.\*.

2, 3 nostra Latinos (uel nostraque latos) M(nellerus). per add. Ilbergius. terrasque Ilbergius. clara add. Ilbergius. cluebant I. Doua. codd. nam latos populos res atque poemata nostra cluebant. 6 unice pro animi edd. uet. Donati. 7, 8 terraque corpus Bergkiius. terram corpus quae dederit ipsam capere u. d. facere h. in or. obliqua Varro. 9 meminit me codd. Char. fieri id., fere Ilbergius. pauum codd. Char. 12 tenere C(olumna), genere Flor. 13 Saturno om. Char. 17 Capis Vatican. 18 Aneisam M. Anchisen Vatican. 19 parens add. M. doctusque Anchisesque codd. Probi. pulcherrima diu schol. Ver. (diuum A. Maius). 20 fata docet fari I. Bernaysius, fata docet schol. Ver., fari donauit Prob. diuinum ut pectus haberet schol. Veron.

XVIII g  
cum superum lumen nox intempesta teneret,  
transnauit cita per teneras caliginis auras.  
V. 21 apud Macrob. VI 1 14. u. 22  
ap. Philargyr. in Georg. IV 9.

XIX h  
constitit inde loci propter sos dia dearum.  
Festus p. 301 (ed. O. Muelleri).

XX i  
face uero  
25 quod tecum precibus pater orat.  
Fest. p. 198.

XXI k(a)\*  
maerentes flentes lacrimantes ac miserantes.  
Diomed. p. 442 aliique plures.

XXII (β)\*\*  
flentes plorantes lacrimantes optestantes.  
Auct. ad Herennium IV 12 18.

XXIII a  
Rerum Romanarum ab Ennio descriptarum potissima eleganter adumbrat Propertius Carm. III (IV) 2 1 sqq.

XXIV b  
Seru. in Aen. I 273 Naucius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorum urbis tradunt.—  
Cf. id. in Aen. VI 778.

XXV c\*  
eccita cum tremulis anus attulit artubu' lumen,  
talía tum memorat lacrimans, exterrita somno :  
30 'Eurudica prognata, pater quam noster amauit,  
uires uitaque corpu' meum nunc deserit omne.  
nam me uisus homo pulcer per amoena salicta  
et ripas raptare locosque nouos. ita sola  
postilla, germana soror, errare uidebar  
35 tardaue uestigare et quaerere te neque posse  
corde capessere : semita nulla pedem stabilibat.  
exim compellare pater me uoce uidetur  
his uerbis : "o gnata, tibi sunt ante ferendae  
aerumnae ; post ex fluuii fortuna resistet."  
40 haec ecfatu' pater, germana, repente recessit  
nec sese dedit in conspectum corde cupitus,  
quamquam multa uanus ad caeli caerula templa  
tendebam lacrumans et blanda uoce uocabam.  
uix aegro cum corde meo me somnu' reliquit.  
Cic. de Diuin. I 20 40.

XXVI d\*  
Ou. Trist. II 259 sq. :  
sumpsit Annales (nihil est hirsutius illis),  
facta sit unde parens Ilia nempe leget.

XXVII e  
45 te nunc sancta precor Venu', te genetrix patri'  
nostri,  
ut me de caelo uisus cognata parumper.  
Non. p. 378.

XXVIII f\*  
Ilia, dia nepos, quas aerumnas tetulisti.  
Non. p. 215, Charis. p. 70, Festus p. 286.

XXIX g\*  
cetera quos peperisti  
ne cures.  
Seru. in Aen. IX 653.

XXX h\*  
Porphy. in Hor. C I 2 17 Ilia auctore Ennio in

annem Tiberim iussu Anullii (ita Monacens.) regis  
Albanorum praecipitata. at enim ea (uulg. antea  
enim), ut alii narrant (haec ommissa in codd.), Anieni  
matrimonio iuncta est. atqui hic loquitur, quasi  
Tiberi potius nupsit. Cf. et Seru. in Aen. I 273.

XXXI i\*  
50 uosque, Lares, tectum nostrum qui funditu'  
curant,  
teque, pater Tiberine, tuo cum flumine sancto.  
V. 50 ap. Charis. p. 238, u. 51 ap.  
Macrob. VI 1 12.

XXXII k  
haec ecfatus ; ibique latrones dicta facessunt.  
Non. p. 306.

XXXIII l\*  
at Ilia reddita nuptum.  
Seru. in Aen. III 333.

XXXIV m\*  
Verg. Aen. VIII 630 sqq.  
fecerat et uiridi fetam Mauortis in antro  
procubuisse lupam, geminos huic ubera circum  
luderc pendentis pueros et lambere matrem  
inpavidos, illam tereti ceruice reflexa  
mulseere alternos et corpora fingere lingua.  
Seruius : sanc totus hic locus Ennianus est.

XXXV n  
destituunt undae campos ripisque remanant.  
Fest. 282, Paul. 283.

XXXVI o\*  
55 postquam consistit fluuius, quist omnibu' princeps,  
qui sunt sub caelo.  
Fronto de Orationibus p. 160,  
cf. Cic. Orat. 48 161.

XXXVII p\*  
fici dulciferae, lactentes ubere toto.  
Charis. p. 103, cf. et Caper p.  
2242 (Keil).

XXXVIII q\*  
lupu' femina feta repente.  
Seru. in Aen. II 355, cf. et Fest. 286.

XXXIX r(a)  
60 indotuetur ibi lupu' femina, conspicit omnis ;  
hinc campum celeri passu permensa parumper  
conicit in siluam sese.  
Non. 378.

XL (β)\*  
sed sola terrarum postquam permensa parumper.  
Fest. p. 298, cf. Varr. V 22.

XLI a\*  
pars ludice saxa  
iactant, inter se licitantur.  
Non. p. 134.

XLII b\*  
65 occiduntur ubi, potitur ratu' Romulu' praedam.  
Fest. p. 274.

XLIII c\*  
olli respondit rex Albai Longai.  
Atil. Fortunat. p. 2691, Donat.  
p. 1772, cf. Pompeius V 297  
(Keil).

XLIV a  
qui caelum uersat stellis fulgentibus aptum.  
Macrob. VI 1 9.

21 tenebat Neapol. 23 dia dearum Augustin., dea diarum ms. 24 face C, facere. 25 id. te cum, corr. Me(rula). 26 merentes omnes codd. ac miserantes Char., Diom., commiserantes rell. 27 Ennio adscripsere docti, fortasse idem est uersus cum praecedente. 28 ecita V m. 1 A B, eccita V m. 2, H, eccita Klotzius. 29 commemorat docti. 37 exin V, ut uid., A m. 2, H. 38 o gnata excerpta Pithoei, cognata A B, cognita H V. ferundae Dauis., gerendae codd. uu. 39 40 inuerso ordine leguntur in A B H V. 40 ecfatus V m. 1, A, ecfatus V m. 2, fatus H, pater ecfatus, sed in ras., B. 43 relinquit Vahlens teste V. 45 nunc sancta C, saneneta codd. te Vahlens, et codd. 47 erumnas codd. ne tulisti codd. Non. 50 Ennio adscripsit A. Kochius. 52 et fatus codd. plerique, ecfatus B 83. et fatu sibi que B 374. haec ecfatus (immo ecfatur, ut alibi occiduntur ubi) ubi, l. d. f. Scal. ; cf. Aen. V 653. 53 ad cod. Ilia Commelinus, illa cod. 54 destituunt Scal., desunt cod. Fest., om. Paul. undae add. M. campos ripisque M, riuos camposque cod. Fest., Paul. remant codd. 55 consistit Iacobus Beckerus ; const. . . ti cod. Fronton., sed litteris parum certis. qui omnium cod. Front. 56 qui sub ciuita id., qui sunt sub caelo M. 57 lactantes cod. Char., lactentes Caper. 60 hinc campom C, in campo codd. permensa C, praemens codd. 62 terrai Lambinus. 63, 64 uersus distinxit Vahlens.



- LXX c  
Nerinem Manortis et Herem.  
Gell. XIII 23 18.
- LXXI d  
*teque*, Quirine pater, ueneror, *bene* Horamque  
Quirini!  
Non. p. 120.
- LXXII e\*  
simul inter  
115 sese sic memorant : o Romule, Romule die,  
qualem te patriae custodem di genuerunt !  
o pater, o genitor, o sanguem dis oriundum,  
tu produxisti nos intra luminis oras  
Cic. *de Republica* I 41 64, cf.  
et Lactant. *Div. Institut.* I 15,  
Prisc. p. 708.
- LIBER II.
- I a  
Et simul effugit speres ita funditu' nostras.  
Fest. p. 339.
- II b\*  
120 ecquis se sperat Romae regnare quadratae ?  
Fest. p. 258.
- III c  
haec inter sese tota tum ui tuditantes.  
Fest. p. 352.
- IV d  
Lucret. I 112 sqq. :  
*ignoratur enim, quae sit natura animai,  
nata sit, an contra nascentibus insinuetur,  
et simul intercat nobiscum morte dirempta,  
an tenebras Orci uisat uastasque lacunas,  
an pecudes alias diuinitus insinuet se,  
Ennius ut noster cecinit.*
- V e\*  
oua parere solet genu' pinnis condecoratum,  
non animam ; post inde uenit diuinitu' pullis  
ipsa anima.  
Varro *d. l. L.* V 59. u. 122 ap.  
Prisc. p. 802, 880, 905, cf. et  
Diom. 378.
- VI f\*  
125 olli respondit suavis sonus Egeriai.  
Varro *d. l. L.* VII 82.
- VII g  
siquid me inciderit humanitus, ut teneatis.  
Fest. p. 161.
- VIII h\*  
mensas constituit idemque ancilia primus  
libaque, fectores, Argeos et tutulatos.  
Varro *d. l. L.* VII 43. u. 128  
apud Fest. p. 355, Paul. p.  
354.
- IX i\*  
Varro VII 45 eundem Pompilium ait (Ennius)  
*fecisse flamines.*
- X a\*  
Metoi Fufetoi.  
Quintil. I 5 12.
- XI b\*  
130 quianam legiones caedimu' ferro ?  
pila retunduntur uenientibus obuia pilis ?  
V. 130 Seru. *in Aen.* X 6, u.  
131, Schol. Bernens. *in Lucan.*  
I 6.
- XII c  
quande tuas omnes legiones ac popularis.  
Fest. p. 261.
- XIII d\*  
Prop. *Carm.* III (IV) 2 7 :  
*Curios fratres et Horatia pila.*
- XIV e  
qui ferro minitere atque in te ningulus . .  
Fest. p. 177, Paul. 176.
- XV f  
hic occasu' datust. at Horatius inclutu' saltu.  
Fest. p. 178.
- XVI g  
135 adnuit sese mecum decernere ferro.  
Prisc. p. 882.
- XVII h  
ferro se caedei quam dictis his toleraret.  
Fest. p. 356.
- XVIII i\*  
Verg. *Aen.* VIII 642 sqq. :  
*haud procul inde citae Mettum in diuersa quadrigae  
distulcrant—at tu dictis, Albane, maneres—  
raptabatque uiri mendacis uiscera Tullus  
per siluam et sparsi rorabant sanguine uepres.*  
color loci plane Ennianus.
- XIX k\*  
tractatu' per aequora campi.  
Macrob. *de Verbo* IV 651 (Keil).
- XX l\*  
uolturus in spineis miserum mandebat homonem.  
heu, quam crudeli condebat membra sepulcro.  
Prisc. p. 683, Schol. Bambergens.  
*in Stat. Theb.* III 508, uers.  
139 Seru. *in Aen.* VI 595,  
Charis. p. 120.
- XXI m\*  
Verg. *Aen.* II 486 sqq. :  
*at domus interior genitu' miseroque tumultu  
miscetur penitusque cauae plangoribus acdes  
femineis ululant, ferit aurca sideru' clamor.  
tum pauidae tectis matres ingentibus errant  
amplexaeque tenent postes atque oscula figunt.*  
Seru. *ad u.* 486 at domus interior : de Albano ex-  
cidio translatus est locus.
- XXII a\*  
140 isque dies, Ancus quom Marcii' regna recepit.  
Seru. *in Aen.* III 333.
- XXIII b\*  
ut Tiberis flumen uomit in mare salsum,  
Ostia munitast. idem loca nauibu' celsis  
munda facit nautisque mari quaesentibu' uitam.  
V. 141 Macrob. VI 4 3, uers. 142,  
143, Fest. p. 258 (cf. et Paul.  
p. 259), Fest. p. 142.

112 *Herem* Meursius, *erdm* Voss, minor, *herelem* rell. 113 *teque* add. C, *bene* add. M. 115 *die* o Lact. idem uu. 117 et 118 inuerso ponit ordine. 120 *ecquis* Me ; *se sperat* Salmas ; *et quis est erat* cod. (*et, qui sextus erat, Romae regnare quadratae* M. Hertzius). 121 *sese* Spangenberg, *se* cod. *tota ui tuditantes* Scal., *totum . . . . . tes* cod. *tum* add. M. 122 *parere* Flor. Varr. *solent* Diom. codd. *pennis* multi codd. Prisc. cum Flor. Varr. 125 *Egeriai* Victorius, *egria*, I. Flor. 126 *me inciderit* M, *nutierit* cod. 127 *ancilia* uulg., om. codd. *primus* add. Scal. 128 *libaque* Fest., *salibaque* Flor., om. Paul. 129 *Mettoi Fufettoi* Vahlenus ; codd. *etioe fufetioe*, *etioe fufetioe* co, *mettioe* et *furetioe*. 130 uers. ita fere supplendus : *heu, nostras quianam l. e. f.?* 132 *quande tuas* Vrsin., *quan dit uas* cod. 133 *Enniana* a Marcii uatis uerbis segregauit Augustin. 134 *datust* Daccrius, *datust* cod. *astu* Daccrius. 136 *caedi* Vrsin. (*caedei* Vahlenus), *caede* cod. 138 *uulturis* Seru. R M, schol. Stat., Prisc. R H A ; *uulturius* S Seru., *uultu* F. *in spinis* A. Kochius, *in spineto* cod. Char., *in campo* Seru. C H F, *in campos* R, *in siluis* rell. *supinum* pro *miserum* Seru. C F H. *hominem* cod. Char., *homonem* Me collato Fest. 100. 139 *hei* schol. Stat. 140 *Ancus quom Marcii'* M, *post aut Marcus quam* F, *postquam Ancus Marcus* Ilbergius. 141 *ut* M, et uulg. 142 *Ost. mun.* om. Fest. p. 142, *loco* cod. 142, *pulehris* cod. 258. 143 *mundo* cod. 258, *munda facie atque etiam aere* om. rell. cod. 142.

## XXIV

at sese, sum quae dederat in luminis oras.  
Fest. p. 298.

## XXV

145† ingens cura mis cum concordibus acquirere.  
Prisc. p. 955.

## XXVI (a)

ponti caerulea prata.  
Fest. p. 286.

## XXVII (β)\*

rigido tum caerulea suro.  
Fest. p. 286.

## XXVIII (γ)\*

inde Parum, circum quam caerulea salsa utula-  
bant.  
Fest. p. 286.

## LIBER III.

## I a

Et densis aquila pinnis obnixa uolabat  
150 uento, quem perhibent Graium genus acra  
lingua.

Prob. in *Verg. Bucol.* VI 31.

## II b

postquam lumina sis oculis bonus Ancu' reliquit,  
Tarquinio dedit imperium simul et sola regni.

V. 151 Fest. 301, Paul. 300, cf.  
Lucr. III 1025. uers. 152  
Fest. 298.

## III c

circum sos quae sunt magnae gentes opulentae.  
Fest. p. 301.

## IV d

exim Tarquinium bona femina lauit et unxit.  
Donat. in *Ter. Heeyr.* I 2 60,  
Seru. in *Aen.* VI 219.

## V a (a)

155 olim de caelo laeuoni deditu' signum.  
Non. p. 51.

## VI (β)\*

cum tonuit laeuoni bene tempestate serena.  
Cic. de *Divin.* II 39 82.

## VII (γ)\*

ab laeuia rite probatum.  
Schol. Bernens. in *Georg.* IV 7.

## VIII b

haec noctu filo pendebit Etruria tota.  
Macrob. I 4 18.

## IX a (a)

prodinunt famuli; tum candida lumina lucent.  
Fest. p. 229.

## X (β)\*

160 redinunt in . . . .  
Fest. p. 286.

## XI b

caelum suspexit stellis fulgentibus aptum.  
Macrob. VI 1 9.

## XII

postquam defessi sunt stare et spargere sese  
hastis ansatis, concurrunt undique telis.  
Macrob. VI 1 16.

## XIII

inde sibi memorat unum super esse laborem.  
Gell. I 22 16.

## LIBER IV.

## I\*

Verg. *Aen.* VIII 646 sqq. :  
*nec non Tarquinium cicctum Porsenna iubebat  
accipere, ingentique urbem obsidione premebat :  
Aeneadae in ferrum pro libertate rucbant.  
illum indignanti simidem similemque minanti  
aspiceres, pontem auderet quia uellere Cocles  
et fluium uinctis innaret Cloelia ruptis.*

color loci Ennius.

## II a

165 Romani sealis summa nituntur opum ui.  
Macrob. VI 1 17, cf. Seru. in *Aen.*  
XII 552.

## III b\*

Volseulu' perdidit Anxur.  
Paul. p. 22.

## IV

. nonis Iunis soli luna obstitit et nox.  
Cic. de *Rep.* I 16 25.

## V a\*

Verg. *Aen.* VIII 652 sqq. :  
*in summo custos Tarpeiac Manlius arcis  
stabat pro templo et Capitolia celsa tenebat,  
Romulcoque recens horrebat regia culmo.  
atque hic auratis uolitans argenteus anser  
porticibus Gallos in limine adesse canebat ;  
Galli per dumos aderant arcenque tenebant,  
defensi tenebris et dono noctis opatae ;  
aurea caesaries ollis atque uirca uestis ;  
uirgatis lucent sagulis ; tum lactea colla  
auro innectuntur ; duo quisque Alpina coruscant  
gacsa manu, scutis protecti corpora longis.*

locus plane Ennius.

## VI h\*

Prop. *Carm.* III (IV) 2 12 :  
*anseris et tutum uoce fuisse Iouem.*

## VII e\*

hos pestis uenit, pars occidit illa duellis.  
Prise. 861.

## LIBER V.

## I\*\*

Ciues Romani tunc facti sunt Campani.  
Censoriu. qui dicitur de *metris*  
p. 2725 2728, Ennio adser. C.  
Dulitiat Vahlenus, an sit a  
grammatico fictus uersus.

## II\*

170 eum nihil horridius unquam lex nlla inberet.  
Ekkehartus ad *Oros.* III 9 5.

## III\*

bellum aequis manibus nax intempesta diremit.  
Schol. in *Hor. Ep.* II 2 97 sq.

## IV

inicit inritatu' ; tenet accasn', iuuat res.  
Fest. p. 178.

## V

ansatas mittunt de turribus.  
Non. p. 556.

## VI

cogebant hostis lacrimantes, ut misererent.  
Priscian. p. 824.

## VII

175 quod per amoenam urbem leni fluit agmine  
illum.  
Macrob. VI 4 4.

144 ad Daecrius. dederit Vahlenus. 145 u. corruptus. 146 ponti Scal., . . . i cod. 147 tum c. s. add. Vrsin. 148 circum c. q. s. Ilbergius supplendit. 149 pinnis Egnatius, pennis Paris., primis Vatic. 151 bonus Ancu' reliquid om. Paul. 154 exin Tarquinianu edl. uet. Donat., Oxon. ; Tarquinii corpus bona Seruius. 155 olli Mercerus. 156 cum Vindobon., tum plerique l. 160 redinunt in patriam Vrsinus. 161 suspexit Vahlenus, prosperit codl. 162 stare et Vahlenus, stant et codl., stantes Seriuier. 167 fortasse cum nonis. nonis uulg., non. cod. 173 hastas add. C.

## LIBER VI.

- I a  
Quis potis ingentis oras evolueret belli?  
Quintil. VI 3 86, Macrob. VI 1  
18, Seru. in *Aen.* IX 528,  
Diomed. 381.
- II b  
balantum pecudes quatit.—omnes arma re-  
quirunt.  
Macrob. VI 1 54.
- III c  
lumen . . . . . scitus agaso.  
Fest. p. 330.
- IV d (a)  
gnauo' repertus homo, Graio patre, Graiu' domo  
rex,  
180 numini' Burrus, uti memorant, a stirpe supremo.  
V. 179 Fest. p. 169, u. 180 Non.  
p. 226, Fest. p. 313.  
v (3)\*  
Cic. Or. 48 160 *Burrum semper Ennius, numquam  
Pyrrhum;—ipsius antiqui declarant libri.*
- VI e\*  
aio te, Aacida, Romanos uincere posse.  
Cic. de *Divin.* II 56 116, Quintil.  
VII 9 7, Charis. p. 243 alii que  
multi.
- VII f  
intus in occulto mussabant.  
Fest. p. 298, Paul. p. 144.
- VIII g\*  
proletariu' publicitus scuteisque feroque  
ornatur ferro, muros urbemque forumque  
185 excubiis curant.  
Gell. XVI 10, *uers.* 183, 184, Non.  
p. 155.
- IX h\*  
taetros elefantos.  
Isid. *Orig.* X 270.
- X i\*  
it nigrum campis agmen.  
Seru. in *Aen.* IV 404.
- XI k  
incedunt arbusta per alta, securibu' caedunt,  
percellunt magnas quercus, exciditur ilex,  
190 fraxinu' frangitur atque abies consternitur alta,  
pinus proceras peruortunt. omne sonabat  
arbutum fremitu siluai frondosai.  
Macrob. VI 2 77.
- XII l\*  
†qui inuicti fuere uiri, pater optime Olumpi,  
†hos egomet pugna uici uictusque sum ab isdem.  
Oros. IV 1 14.
- XIII m\*  
195 quod dono, noli remorare, sed accipe laetus.  
Diomed. p. 395.
- XIV n (a)\*  
nec mi aurum posco nec mi pretium dederitis,  
nec cauponantes bellum, sed belligerantes  
ferro non auro uitam cernamus utrique.
- 200 nosne uelit an me regnare era quidue ferat Fors  
uirtute experiamur. et hoc simul accipe dictum:  
quorum uirtuti belli fortuna pepercit,  
eorundem libertati me parcere certumst.  
dono ducite doque uolentibu' cum magnis dis.  
Cic. de *Off.* I 12 38, u. 198  
Seru. in *Aen.* XII 709.  
XV (3)\*  
Seru. in *Aen.* X 532 *gnatis parce tuis.—'parce'  
est secundum antiquos serua, ut apud Lucilium et  
Ennium inuenitur.*
- XVI o\*  
quo uobis mentes, rectae quae stare solebant  
205 anthac, dementes sese flexere uiai?  
Cic. de *Sen.* 6 16.
- XVII p\*  
stolidum genus Aeacidarum;  
bellipotentes sunt magi' quam sapientiloquentes.  
Cic. de *Divin.* II 56 116.
- XVIII q (a)\*  
orator sine pace redit regique refert rem.  
Varro d. l. *Lat.* VII 41.
- XIX (3)\*  
oratores doctiloqui.  
Varro d. l. *Lat.* VII 41.
- XX (γ)\*  
Fronto *Ep.* IV 3 (p. 66 ed. Naber): *neque id repre-  
hendo, te uerbi translatione audacius progressum,  
quippe qui Enni sententia oratorem audacem esse  
debere censeam.*
- 210 XXI r  
diui hoc audite parumper,  
ut pro Romano populo praegnauiter armis  
certando prudens animam de corpore mitto.  
Non. p. 150.
- XXII s  
uertitur interea caelum cum ingentibu' signis.  
Macrob. VI 1 8.
- XXIII t\*  
quem nemo ferro potuit superare nec auro.  
Cic. de *Republ.* III 3 6.
- 215 XXIV\*  
Brundisium pulcro praecinctorum praepete portu.  
Gell. VII 6 6, cf. IX 4 1.
- XXV (a. a)  
tum cum corde suo diuom pater atque hominum  
rex  
haec fatur.  
Macrob. VI 1 10.
- XXVI (β)\*  
effudit uoces proprio cum pectore sancto.  
Seru. in *Georg.* II 424.
- XXVII (β)\*  
diuomque hominumque pater rex.  
Varro V 65.
- 220 XXVIII (γ)\*  
patrem diuomque hominumque.  
Cic. de *Nat. Deor.* II 2 4.
- XXIX  
ast animo superant, ut quaeque asperrima;  
*casus*  
mortiferei belli spernunt.  
Schol. Veron. in *Aen.* V 473.

176 qui apud Seru. causas pro oras Quintil. 178 iumen[ta] H. Ilbergius. 179 domo Fruterius, homo uulg. 180 numini' M, homines codd. Non., nomine Fest. Pyrrhus codd. Non., Pyrrh cod. Festi. 182 intus O. Mueller, utus cod. Fest., om. Paul. 183 proletariu' codd. Non. publicitus iam Reg., Lugd. Gell. scuteisque Gronouius, sicuti isque, sicut isque, si uti isque codd. Gell., seutaque libri Non. ferique libr. Non. 184 ornatus Non. qui rell. om. 191 proceros Par. 193, 194 grauiter interpolati uidentur. post qui add. codd. anthac, del. Zangemeisterus. egomet p. Zangem., ego (egomet Sangall. m. 2) in p. codd. fortasse inuicti qui fuerunt, p. o. Ol., hos eadem pugna uici et sum uictus ab isdem. 195 quod dono (uel quidquid do), noli remorare M, quid quod dono illi morare uulg. accipe laetus M, accipite codd. (accipe Vahlenus). 197 non pro nec Palatin. 199 sors Bern. 104. 202 libertati me Lachmann., me libertati codd. 205 anthac codd. uiai Lambin., uia codd., nisi quod scriptum est ruina in Rhenau- giens. altero, in Oehleriano uia qua. 207 sapientiloquentes A. Nauckius, sapientipotentes uulg. 210 diui Iun., diu codd. 211 praegnauiter Acidal., prognariter uulg. 212 animam edd., anima codd. 217 haec fatur M, effatur uulg. 221 ast Vahlenus, aut cod. animos cod. ut quaeque M, atque uulg. asperrima Mains, asp . . . rima cod. 221, 222 casus mortiferei belli uel mente fera belli M, fera belli cod.



XXX

sed quid ego hic animo lamentor?

Donat. in Ter. Phorm. V 4 2.

## LIBER VII.

I a

Nec quisquam sopiam, sapientia quae perhibetur,

225 in somnis uidit priu' quam sam discere coepit.

Fest. p. 325, Paul. p. 324.

II b\*

scripsere alii rem

uorsibu', quos olim Faunici natesque canebant; cum neque Musarum scopulos quisquam superarat

230 nec dicti studiosus erat . . . . .

ante hunc . . . . .

nos ausi reserare.

Cic. *Beut.* 19 76, *Orat.* 47 147, *Brut.* 18 71, *Orat.* 51 117, cf. et Cic. *de Diuin.* I 50 114, Varro *d. l. Lat.* VII 36, Quintil. IX 4 115, *Anct. de orig. gent. Rom.* cap. 4.

III c\*

Cic. *de Leg.* II 27 68 *hecois uersibus quos longos appellat Ennius.*Cf. Atil. Fortunatian. 2690, Isidor. *Orig.* I 38.

IV d

nec rem me decet hanc carinantibus edere chartis.

Seru. in *Aen.* VIII 361.

V a\*

dis Poeni soliti suos sacrificare pnellos.

Fest. p. 249, Paul. p. 248, Non. p. 158.

VI b\*

tunicata iuuentus.

Gell. VI 12, Non. 536.

VII c\*

235 quantum consiliis quantumque potesset is armis.

Ekkehartus *ad Oros.* IV 6 21.

VIII d

dum censent terrere minis, hortantur ibei sos.

Fest. p. 301.

IX e\*\*

Appius indixit Kartaginiensibu' bellum.

Cic. *de Inuent.* I 19 37.

X f

alter nare eupit, alter pugnare paratnst.

Fest. p. 166.

XI g

mulserat hinc nauim comolsam fluctibu' pontus.

Priscian. p. 870.

XII i\*

240 haec melior nauis quam quae stalaria portat.

Valla in *Inuend.* 7 134.

XIII k

tonsamque tenentes

parent, observarent, portiseulu' signum

eum dare coepisset.

Non. p. 151.

XIV l

poste recumbite nestraque pectora pellite tonsis.

Fest. p. 356.

XV m

245 pone premunt, exim referunt ad pectora tonsas.

Fest. p. 356.

XVI n

non semper uestra euertit, nunc Inppiter hac stat.

Macrob. VI 1 19.

XVII o

fortibus est fortuna uiris data.

Macrob. VI 1 62.

XVIII p

explorant Numidae. totam quatit ungula terram.

Macrob. VI 1 22.

XIX q

250 denique ui magna quadripes eques atque elepanti proiciunt sese.

Gell. XVIII 5, Macrob. VI 9 10, Philargyr. in *Georg.* III 116, cf. Non. p. 106.

XX r\*

Poeni stipendia pendunt.

Varro V 182.

XXI (a)\*

postquam discordia taetra

Belli ferratos postes portasque refregit.

Hor. *Sat.* I 4 60, Schol. in *loc.*

XXII (β. a)\*

Seru. in *Aen.* VII 22.

XXII (β. a)\*

tergus igitur sagu' pinguis opertat.

Non. p. 223.

XXIII (β)\*

255 sagu' caeruleus.

Charis. p. 81.

XXIV

qua Galli furtim noctu summa areis adorti

moenia conenbia, nigilesque repente eruentant.

Macrob. I 4 17.

XXV a\*

ast hic quem nunc tu tam toruiter increpuisti.

Non. p. 516.

XXVI b\*

Illurii restant sicis sibunisque fodentes.

Paul. p. 336.

XXVII c\*

260 Liuius inde redit magno maectatu' triumpho.

Seru. in *Aen.* IX 641.

XXVIII (a)

legio rediit rumore secundo.

Non. p. 385.

XXIX (β)\*

mox auferre domos populi rumore secundo.

Non. p. 385.

XXX

deducunt habiles gladios filo gracilento.

Non. p. 116.

XXXI (a)

265 stant rectis foliis et amaro corpore buxum.

Philargyr. in *Georg.* II 444.

XXXII (β)\*

capitibu' nutantis pinos rectosque enpressos.

Gell. XIII 20 13, Non. 195.

XXXIII (γ)\*

rnsesent frundes.

Charis. p. 105.

224 *sophiam* Scal., *philosophiam* codd. Festi et Pauli. s. q. p. om. Paul. 227 *Faunici* Vahlenus, *Fauni* et Flor. Varronis, *Fauni* uulg. 228, 229 q. s. *nec dicti studiosus erat* ed. Bruti Victoriana a. 1536, *nec dicti studiosus quisquam erat* codd. 232 *nec rem me* M (*nec me rem* Ilbergius), *neque me* codd. 233 *Poeni dis* Hugius, *soliti suos* Paul., *solitis uos* cod. Fest., *suos diuis* s. p. om. rell. Non. 234 *tunicatam iuuententem* Gell., Non. 235 *quantum* M, *qualis* cod. is M, in cod. 236 *ibei* O. Mueller, *be* cod. 238 *paratnst* uulg., *parat'* t. cod. 239 *conulsam* M, *compulsam*, *compulsa*, *compulsam* codd. 240 *haec* M, et uulg. 241 *tonsamque* Carrio, *tasante* codd. 245 *premont* M, *patunt* uulg. *exim* Paul. 246 *nostro* Salisburg. *euertit* Vahlenus. 258 *Ennius lupi* codd.; l. I adscrib. alii. *ast hic* Scaliger, *ustic* codd. 259 *fodantes* Me, collato Paulo 84 *fodare*, *fodere*. 260 *magnum* cod. 261 *rediit* Vahlenus, *redditu*, *redditu*, *redditu* u. codd. *secundo* add. M. 262 *ruina* (uel *ruinis*) M, *ruinas* uulg. 266 *rectis—amaro* uulg., *sectis—amore* Vatic. 267 *capitibu'*, per synecopen, *docti*, *nutantibus* Non.; Voss. Gell. in. 1.

- xxxiv (δ)\*  
 populea frus.  
 Auson. *Technopaegn.* 159.  
 xxxv  
 270 quianam dictis nostris sententia flexast?  
 Fest. p. 257, Paul. p. 256.  
 xxxvi  
 sulphureas posuit spiramina Naris ad undas.  
 Priscian. p. 691.

## LIBER VIII.

- I a  
 Poenos Didone oriundos.  
 Priscian. p. 685.  
 II b\*\*  
 Europam Libuamque rapax ubi diuidit unda.  
 Cic. *Tuscul. Disput.* I 20 45, de  
*Nat. Deor.* III 10 24. Ennio  
 adscript Me.  
 III c\*  
 at non sic dirus fuit hostis  
 275 Aeacidas Burrus.  
 Scholiasta in *Oros.* IV 14 3.  
 IV d  
 pellitur e medio sapientia, ni geritur res,  
 spernitur orator bonus, horridu' miles amatur.  
 haud doctis dictis certantes, sed maledictis  
 miscent inter sese inimicitiam munitantes.  
 280 non ex iure manum consertum, sed magi' ferro  
 rem repetunt regnumque parant, uadunt solida ui.  
 Gell. XX 10 1, Cic. *pro Mur.* 14  
 30, cf. id. *ad Fam.* VII 13 12,  
*Lactant. Div. Instit.* V 1.  
 V e\*\*  
 hostem qui feriet, mihi erit Kartaginiensis,  
 quisquis' siet, quoiati' siet.  
 Cic. *pro Balbo* 22 51. Ennio adser. Me.  
 VI f\*  
 Cic. *pro Archia* 9 22 *carus fuit Africano superiori*  
*noster Ennius; itaque etiam in sepulcro Scipionum*  
*putatur is esse constitutus ex marmore. at his laudi-*  
*bus certe non solum ipse qui laudatur, sed etiam*  
*populi Romani nomen ornatur. in caelum huius*  
*procius Cato tollitur: magnus honos populi Romani*  
*rebus adiungitur. omnes denique illi Maximi,*  
*Marcelli, Fuluii non sine communi omnium nostrum*  
*laude decorantur.*  
 VII g\*  
 omnes corde patrem perhibent animoque benigno  
 285 dant circumfusum.  
 Donat. in *Phorm.* V 9 39.  
 VIII h\*  
 unus homo nobis cunctando restituit rem.  
 noennum rumores ponebat ante salutem.  
 ergo postque magisque uiri nunc gloria claret.  
 Cic. *de Sen.* 4 10, id. *de Off.* I 24,

84. *ucrsus* 286 multi faciunt  
 mentionem auctores, l. VIII  
 adscript Me, l. XII (VII  
 Salisb.) codd. Macrob.

IX i\*  
 Prop. *Carm.* IV (III) 2 9 :  
*uictricesque moras Fabii.*

- X k  
 praecoca pugna.  
 290 certare abnuo; metuo legionibu' labem.  
 V. 289 Non. p. 150, u. 290  
 Dioned. p. 378.

XI l  
 multa dies in bello conficit unus,  
 et rursus multae fortunae forte recumbunt.  
 haudquaquam quemquam semper fortuna secu-  
 tast.  
 Macrobr. VI 2 16.

XII m\*  
 haec locutu' uocat, quoi tum bene saepe  
 libenter

- 295 mensam sermonesque suos rerumque suarum  
 impertit cumulum, magnam cum lassu' diei  
 partem fuisset de summis rebu' regundis  
 consilio indu foro lato sanctoque senatu ;  
 300 cni res audacter magnas paruasque locumque  
 eloqueretur, utei iuxta malaque et bona dictu  
 euomeret, siqui uellet, tutoque locaret,  
 prudenter quod dicta loquere tacere posset ;  
 quocum multa uolup et gaudia clamque palani-  
 que ;

305 ingenium, cui nulla malum sententia suadet  
 ut faceret facinus leuis aut malu' ; doctu', fidelis,  
 suauis homo, faciundu', suo contentu', beatus,  
 scitu', secunda loquens in tempore, commodu'  
 uerbum

paucum, multa tenens antiqua, sepulta, uetusta ;  
 quem faciunt mores ueteresque nouosque tene-  
 tem

- 310 multorum ueterum . . . . .  
 . . . . . leges diuomque hominumque.  
 hunc inter pugnas Seruiliu' sic compellat.  
 Gell. XII 4.

XIII n  
 iamque fere puluis ad caelum uasta negetur.  
 Non. p. 217.

XIV o\*  
 stant puluere campi.  
 Porphy. in *Hor. Carm.* I 9 1.

- XV p  
 315 amplius exaugere obstipo lumine solis.  
 Fest. p. 193.

XVI q  
 densantur campis horrentia tela uirorum.  
 Priscian. p. 866.

XVII r  
 hastati spargunt hastas, fit ferreus imber.  
 Macrobr. VI 1 52.

269 frus cod. Tilian., fruns Cantabrig., frons Voss. 270 heu add. docti coll. Aen. V 13. uerba obscura. 271 naris Bergkiius. 274 dirus M, dubius cod. 275 Acacidas Zaugemeisterus, qui et numeros disposuit; cacida cod. possunt etiam uerba in unum uersum redigi uelut: at non sic dirus Burrus fuit Acacida hostis. 276 pellitur Gellius; tollitur plures codd. Cic. Or. pr. Mur. 278 sed C, nec codd. 279 munitantes M, agitantes uulg. 280 uariant codd. inter manu et manum. magis omitt. Cic. in Orat. pro Mur., errore pro ferro codd. Gellii. 281 idem pro rem repetunt habent rei repetunt uel rei petunt. parant M, petunt uulg. solita Reg., Lugdun. 282 mihi erit uulg., erit, inquit, mihi Cic. 283 quisquis' siet Me, quisquis erit codd. 284 perhibent Ibergius, praebent uulg.; debent Oxon. 285 dant add. M. 287 nocnum Lachm., non enim codd. 289 praecoca M, praecox uulg. 293 quemquam om. Par., Neapol., al. 294 haec locutus Stephanus, libri haec elocutus uel sim. quoi tum M, quod cum codd. plerique, quod cum Reg. 296 impertit cumulum M, comiter (comitum Lugdun.) impertit codd. plerique. fortasse seruandam scripturam codicum et post illud rerumque suarum uersum haustum putat M. 300 utei iuxta M (iuxta iam Gronouius), et cuncta codd., malusque pars codd. uers. 302 prudenter—posset, qui in libris legitur ante 312, huc reuocauit M. 303 quicum Vossian. minor; uolup plures libri, uolup . . Bern., uoluptate Reg. et add. Hugius. 304 suasset Vahlenus. 305 aut Voss. 308 paucum docti, paucorum codices. uetusta M, uetustus uulg. 309 quem faciunt M (quem iam Gronouius), quae facit et codd. 311 lacunam indicauit M, quae in hunc modum expleri potest: lecti simul atque recentium libri, qui nouit. 312 Seruilius sic compellat I. Doussa, compellat Seruilius sic fere omnes codd. 313 uegetur Bergkiius, uidetur codd. 315 lumue cod., corr. Augustin. 317 ansatas sp. hastas legendum suspicatur M.

XVIII s  
consequitur sum mox; sonitu quatit ungula  
terram.  
Macrob. VI 1 22.

XIX t  
nunc hostes uiuo domiti somnoque sepulti.  
Macrob. VI 1 20.

XX u  
320 ast occasus ubi tempusue audere repressit.  
Fest. p. 178.

XXI v\*  
his pernas succidit iniqua superbia Poci.  
Fest. p. 305, Paul. p. 304.

XXII x\*  
qui uicit, non est uictor, nisi uictu' fatetur.  
Seru. in *Aen.* XI 307.

XXIII y\*  
dum quidem unus homo Romanu' toga supe-  
rescit.  
Fest. p. 302, Paul. p. 303.

XXIV z\*  
unum surum ferre tamen, defendere possunt.  
Fest. p. 286, id. 298, Paul. p. 299.

XXV aa\*  
Prop. *Carm.* III (IV) 2 9, 10 :  
*pugnamque sinistram  
Cannensem et uersos ad pia uota deos.*

XXVI bb\*  
325 optima caelieolium, Saturnia, magna dearum !  
Prise. p. 1103.

XXVII ce\*  
Seruius in *Aen.* I 281 (*Iuno consilia in melius  
referet; quia bello Punico secundo Iuno, ut ait En-  
nius, placata coepit fauere Romanis (Romanis Iuno  
coepit placata fauere Ilbergius).*)

XXVIII  
tibia musacum pangit melos.  
Schol. Bernens. in *Georg.* IV 71 sq.

LIBER IX.  
I a\*  
Quintu' pater quartum fit consul.  
Gell. X I 6, Non. p. 435.

II b\*  
de muris rem gemit Opseus.  
Fest. p. 198.

III c\*  
unus ibi capitur mcdclxx, oeciditur alter.  
Paul. p. 123.

IV d\*  
330 ob Romam noetu legiones ducere coepit.  
Fest. p. 178, id. p. 190, Paul.  
p. 179.

V e\*  
cum saeno obsidio magnus Titanu' premebat.  
Non. p. 216.

VI f\*  
Prop. *Carm.* III (IV) 2 11 :  
*Hannibalemque larcs Romana sede fugantes.*

VII g  
rastros dentefabres capisit causa poliendi  
agri.  
Non. p. 66.

VIII h  
libertatenque ut perpetuassint  
335 quaeque axim.  
Non. p. 150.

IX i  
praeda exereitus undat.  
Seru. in *Georg.* II 437.

X  
mortalem summum *miserum* fortuna repente  
reddidit, exutus regno ut famul infimus esset.  
Non. p. 110. cf. Lucr. III 1035.

XI  
sed quid ego haec memoro? dictum factumque  
facit frux.  
Priscian. p. 724.

XII  
340 uirei ualidis *eum* uiribu' luctant.  
Non. p. 472.

XIII  
pulis fulua uolat.  
Non. p. 217.

XIV  
debil homo.  
Non. p. 95.

XV  
Cuelopis uenter nelet olim turserat alte  
earnibus humanis distentus.  
Prisc. p. 870.

XVI  
345 lucnorum lumina bis sex.  
Macrob. VI 4 17.

## LIBER X.

I a\*  
Scipio inuicte.  
Cic. *Orat.* 45 152.

II b\*  
uel tu dietator uel equorum equitumque ma-  
gister  
esto uel consul.  
Paul. p. 369.

III e\*  
350 additur orator Corneliu' snauiloquenti  
ore Cetegus Mareu' Tuditano conlega  
Marei filius  
. . . is dietust ollis popularibus olim,  
qui tum uiuebant homines atque aeuom agita-  
bant,  
flos delibatus populi Suadaeque medulla.  
Cic. *Brut.* 15 58. u. 352 sqq. ap.  
Gell. XII 2. cf. et Quintil. XI  
3 31, Cic. *de Sen.* 14 50, Quintil.  
II 15 4.

IV d  
355 insigneita fere tum milia militum octo  
duxit delectos, bellum superare potentes.  
Prisc. p. 556.

V e\*  
Iuppiter hic risit, tempestatesque serenae  
riserunt omnes risu Iouis omnipotentis.  
Seru. in *Aen.* I 254.

318 sum (i.e. cum) mox (uel summam) M, summo codd. 320 ast C, aut cod. 321 is Fest. 322 uicit F, uincit G T. 323 Romae, om. toga, Paul. 324 unum surum M, unum surum surus Fest. cod. 286, . . . rus surum id. 298, unus surus surum Paul. possent cod. Festi 298 et Paul. 326 musacum M, Musurum uulg. 329 unus Dacrius, summus uulg. 331 saeno Iunius, suo codd. Titanum id., corr. Me. 332 dentefabres corruptum; dentiferos Hugius. 334 perpetuassint uulg., perpetuassint L m. 1; perpetuas sint II, ut uid. perpetuas sint codd. rell. 335 quaeque axim M, que maxime codd.; uulg. om. 'que': Maxime, quae sequebantur, ita supplet M: uortant bene uobis. 337 summa L et m. I H. miserum add. M. 338 exutus M (e summo Gifanius), summo codd. famul ut id., ut famul Gifanius. infimus Lipsius (ultimus N. Faber), optimus codd. 340 uiri uulg., uiri a codd. plerique, uaria Bamberg. cum add. I. Douza. 341 ianque fere puluis f. u. codd.; correxit Hug.; cf. u. 313. 342 debil Lips., debito uulg. 343 alte I. Douza, alti codd. 345 luehorum Macrobi. 346 M putat fuisse: Scipio, inuictae, ut uires uel simile sequeretur. 352 dietust ollis Gronouius, dietus tollis Gellii codd. plerique, dietus tolleres Voss.; dietus om. ollis codd. Bruti. 353 aqebant idem. 354 populi suada uel populis uada codd. Gellii, suadaeque Hertzius. 355 insignita Vahlenus, insignata H G L, insignita rell. 357 huic con. M.

- VI f\*  
Africa terribili tremis horrida terra tumultu.  
Fest. p. 153, Cic. *de Orat.* III 42  
67, id. *Epist.* IX 7 2, cf. et  
*Orat.* 27 97.
- VII g\*  
360 siluarum saltus, latebras lamasque lutasas.  
Commentator Cruquianus *in Hor.*  
*Epist.* I 13 10.
- VIII h\*  
flamma loci postquam concussast, turbine saeuo  
cum magno strepitu Volcanum uentu' uegebat.  
V. 360 Schol. Vatic. *in Ter.*  
*Heaut.* II 3 4. u. 361 Fest.  
p. 153.
- IX i  
regni uorsatam tum summouere columnam.  
Donat. *in Ter. Phorm.* II 1 57.
- X k  
365 aegro corde comis . . . . .  
passis late palmis 'pater' . . . . .  
Non. p. 370.
- XI l (a)  
et simul erubuit ceu lacte et purpura mixta.  
Non. p. 483.
- XII (β)\*  
conculi quom iam semel est imbuta ueneno.  
Fest. p. 376.
- XIII m  
horitatur . . . induperator.  
Diomed. p. 374.
- XIV n  
p. pinsunt terram genibus.  
Diomed. p. 370.
- XV  
370 aspectabat uirtutem legionis suai,  
exspectans si mussarent, quae denique pausa  
pugnandi fieret aut duri finis laboris.  
Philargyr. *in Georg.* IV 188, u. 370  
sq. ap. Nestor. Nouariens.  
p. 68 (ed. Ven. a. 1496).
- XVI  
hinc nox processit stellis ardentibus apta.  
Macrob. VI 1 9.
- XVII (a)  
ae ueluti quando uinclis uenatica uelox  
375 apta suis, si forte feras ea nare sagaci  
sensit, uoce sua nictis ululatque ibi acute.  
Fest. p. 177, u. 375 sq. Paul.  
p. 176.
- XVIII (β)\*\*  
inuictus canis atque sagax et naribu' fretus.  
Fest. p. 321.
- XIX  
Fest. 375 *ueruta pila dicuntur quod (uelut uerua  
add. docti) habeant praefixa. Ennius li. X. . . .*
- XX  
Macrobii *excerpta Bobiensia de uerbo* (V 645 K):  
*a fimo fieri esse deberet—fieri—nunc dicitur, Ennius  
tamen in X annalium 'fieri' dixit, non 'fieri'.*
- 359 *terribilis* Cic. de Or., Abrincens., Erlangens. alt. *tremis* cod. Festi. 361 *concussa preturbine* (turbine  
Faernus) saeuo cod. 363 *uorsatam* Scal.; tum add. M; *summouere* Scal.; *uersatam summam* uero uulg. 364, 365  
uerba in hunc fere modum concepta fuisse suspicatur M: *aegro c. c. sparsis lacrimisque profusis et passis  
late palmis 'pater' inquit. 366 et simul* Gulielmius, *es simulier* codd. 367 *conchyli* Bergk; *cum illud* uulg.  
*quom iam* uel *quoniam* M, *quo iam* cod. 368 *horitatur* Ilbergius, *horitur* codd. 370 *suai* Bergk; *sue* Vatic.,  
*suae* Nestor. 371 *exspectans* id.; *spectans* Vat. *mussaret* M (*mussaret* Bergk); *mussitarent* Nestor, qui *rell.*  
*om. dubitaret* Vat. *pausa* Bergk; *causa* supra s. ser. n. Vat. 372 *fnis* add. Bergk. 374 *ac* M add. *ueluti*  
*si* cod., corr. Turneb. 374, 375 *apta*—ca om. Paul. *uinclis* u. *uelox* *apta* Turn., *uinclis* u. *ueneno* *xapta* cod.  
Fest. *suis* M, *solet* cod. *feras* add. O. Mueller. *ea* id., *ex* cod. 376 *nictu* cod. *acute* Scal., *acuta* et cod. *ibi*  
*acute* om. Paul. 377 *uers.* suppluit Daerius, excepto quod pro *naribus* scribit *uiribus*. 378 *mih* M, *manu*  
uulg. 381 *Graios Graeci* (uel *Grai*) M, . . . os *Grai* cod. 286; *Graios Graecos* id. 301. 382 *esse eadem* M add.;  
quae sequuntur suppleta ab Vrsino. 384 *Leucatum* Vahlenus, *Leucatem, Leucatan, Leucaten, Leocaten* codd.  
387 *siquid* te Paris.; *siquid* ego *rell.* codd. Baiteri. *adiuro* docti; *adiuero* uel *adiuto* codd. 388 *uersatur* *pectore*  
Monac. 7809. *firma* Rhenaug. 127. post *fica* additum in codd. *Monacensibus* et *qua deprimeris*. 389 *precii* uel  
*praeci* Monac. tres; *rel. praemii*. 390 *cum magna* Monacenses. 391 *tunc* codd. 863. *resonant aes* codices plerique  
838, *resonunt aes* K R.

- acantus.
- XXI  
Cf. Schol. Bernens. *in Georg.* II  
119, testim. de Enn. XLIX  
p. 153 ed. Petropolitan ae.
- LIBER XI.
- I a(a)  
Insece, Musa, mili, Romanorum induperator  
quod quisque in bello gessit cum rege Pilippo.  
Gell. XVIII 9 2.
- II (β)\*  
Paulus 111 'inseque' apud Ennium dic, 'in-  
sexit' dixerit (ita uulgo, codd. *direxerit* uel *direxit*).  
prae, ut uidetur, Paulus *inseque*. dicit enim  
Gellius loc. cit. arbitrari se 'a Q. Ennio 'insece'  
scriptum sine u littera' et Velio Longo quoque idem  
placuisse.
- III b  
380 quippe solent reges omnes in rebu' secundis.  
Fest. p. 257.
- IV c  
contendunt Graios Graeci, memorare solent sos  
*esse eadem lingua longos per tempore tractus*.  
Fest. p. 286. u. 381 id. p. 301.
- V d\*\*  
Graecia Sulpicio sorti data, Gallia Cottae.  
Isid. *Orig.* I 35 3. Ennio adscriptis M.
- VI e  
Leucatum campsant.  
Prisc. p. 906.
- VII f\*  
385 egregie cordatus homo catus Aelii' Sextus.  
Cic. *de Rep.* I 18 30, id. *Tusc. Disp.*  
I 9 18, id. *de Orat.* I 45 198,  
cf. et Varr. *de l. Lat.* VII 46,  
Pompon. *Digest.* I 2 2 38.
- VIII g\*  
sollicitari te, Tite, sic noctesque diesque!  
Cic. *de Sen. init.*
- IX h\*  
o Tite, siquid ego adiuro curamue leuasso,  
quae nunc te coquit et uersat in pectore fixa,  
aequid erit praemi?  
Cic. *de Sen. init.*
- X i\*  
390 ille uir haud magna cum re, sed plenu' fidei.  
Cic. *de Sen. init.*
- XI k  
tum clipei resonunt et ferri stridit acumen.  
Prisc. p. 838, id. p. 863.
- XII l  
missaque per pectus dum transit striderat hasta.  
Prisc. p. 817.
- XIII m  
quae neque Dardaniis campis potuere perire  
nec, cum capta, capi nec, cum combusta,  
cremari.  
Macrob. VI 1 60.

XIV  
395 splendent peniculae unum ad quodque pedule.

Non. p. 149.

XV  
Iuppiter ! malo cruce, fatur, uti des,

Non. p. 195.

XVI  
alte elata mari petrisque ingentibus tecta.

Fest. p. 206.

XVII  
Fest. 277 (rimari, quæcere valde, ut in rimis quæque) . . . qui te rimat(ur) . . . . . Ennius l. XI . . . . . utrique.

LIBER XII.

I  
omnis mortalis victores cordibus inis  
400 laetantis, nino curatos somnum' repente  
in campo passim mollissimum' perculit acris.  
Prisc. p. 647, id. p. 696.

LIBER XIII.

I a  
Hannibal audaci cum pectore de me hortatur,  
ne bellum faciam ? quem credidit esse meum cor  
suasorem summum et studiosum robore belli.  
Gell. VI 2. u. 402 403 Non. p. 195.

II b\*  
405 isque Hellesponto pontem contendit in alto.  
Varro de l. Lat. VII 21.

III c\*  
matronae uiros eomplent spectare fauentes.  
Seru. in Georg. I 18, Philargyr.  
in Georg. IV 230.

IV  
quo res sapsa loco sese ostentatque inbetque.  
Fest. p. 325, Paul. p. 324.

V  
satin uates uerant aetate in agnda ?  
Gell. XVIII 2.

LIBER XIV.

I a  
litora lata sonant.  
Prisc. p. 863.

II b  
410 nerrunt extemplo placidum mare marmore flauo,  
caeruleum spinat sale conferta rate pulsuum.  
Gell. II 26 21. u. 411 Prisc. 659.

III c  
cum procul aspiciunt hostes accedere uentis  
nauibus ueliuolis.  
Macrob. VI 5 10.

IV d  
labitur uncta carina, uolat super impetis undas.  
Macrob. VI 1 51.

v e\*  
Prop. Cucm. III (IV) 2 8 :  
regiaque Aemilia uecta tropaea rate.

VI f  
415 nunc est ille dies, cum gloria maxima sese  
nobis ostendit, si uiuimus siue morimur.  
Prisc. p. 880.

VII g  
horrescit telis exercitus asper utrumque.  
Macrob. VI 4 6.

VIII h  
Gell. X 25 4 item rumpia (rupia codd., sed idem  
supra rumpiae) genus teli est Thracæ nationis, posi-  
tumque hoc uocabulum in Quinti Enni annalium  
XVIII.

IX i  
infit : o ciues, quæ me fortuna ferocem  
contudit indigne, bello confecit acerbo !  
Prisc. p. 891.

X  
420 omnes occisi occensique in nocte serena.  
Fest. p. 201.

LIBER XV.

I a\*  
Auct. inc. de Vv. Illustr. 52 Marcus Fuluius—  
consul Actolos—proclis frequentibus uictos et in  
Ambruciam oppidum conctos in deditionem accepit—  
de quibus triumphauit, quam uictoriam, per se  
magnificam, Q. Ennius, amicus eius, insigni laude  
celebrauit.

II b  
malos disindunt ; sunt tabulata falæque.  
Non. p. 114.

III c  
occubunt multi letum ferroque lapique  
aut intra uiros aut extra præcipe casu.  
Prisc. p. 725. u. 422 id. p. 708.

IV a\*  
425 septingenti sunt, paulo plus aut minus, anni,  
augusto augurio postquam incluta condita  
Romast.  
Varro de Re Rust. III 1 2. u. 425  
Sueton. Aug. 7.

V b\*  
moribus antiquis res stat Romana mirisque.  
Augustin. de Ciu. Dei II 21,  
Vulcat. Gallican. u. Audivi  
Cassii 5.

VI c\*  
Inno Vesta Minera Ceres Diana Venus Mars  
Mercurius Ioui' Neptunus Volcanus Apollo.  
Appuleius de Deo Socratis 2, Mar-  
tiani. Cap. I 42.

VII  
430 arens nbi aspicitur, mortalibus quæ perhibetur  
iris.  
Prisc. p. 712.

395 (XII annali:) splendent M, XI (XII prius H, etiam in L post XI ras.) annalis pendunt codd. unum ad quodque pedule Scal., unum ad quemque pedum codd. 398 elata Scaliger, delata col. mari add. M. ceterisque col., corr. Scal. 399 inis codd. quidam interpolati, Hauctus, rell. huius uel inuis. 402 Hannibal codd. Gellii, G Non., et m. 2 II, Annibal id. I cum L. pro audaci cum codd. Non. laudacium; dum libri Gell. posteriore loco. me om. id. priore. 407 ostentat Paul. om. rel. 410 placidum Parrhasius, placide codd. 411 mare pro sale Gellius. post pulsuum in codd. Prisc. additum glossema pro mare uel per mare. 416 ostendit L et m. 2 R, ostentat uel ostendat rell. 418 ferocem I. Douza, codd. fero sic uel simillima. 419 indigne Columna, indigno uulg. 420 obcensique cod. 421 diffidunt Me, defendunt uulg. 422 codd. plerique lactum uel loctum. 427 Ceresque codd. Martiani Capellæ. 428 Iuppiter codd. eiusdem. 429 aspiciunt C, aspiciunt codd. perhibetur H, Carolinuhensis alter, Darmstad. duo, perhibentur rell. 430 iris add. M.

## LIBER XVI.

## I a

Plin. *Nat. Hist.* VII 28 101 *fortitudo in quomaxima extiterit inmensae quaestionis est, utique si poetica recipiatur fabulositas. Q. Ennius T. Caetium (ita Hauetus, M, T. Caecilium uulg.) Teucrum fratremque eius praecipue miratus propter eos sextum decimum adiecit annalem.*

## II b

quippe uetusta uirum non est sati' bella moueri.  
Fest. p. 257.

## III c\*\*

nos sumu' Romani, qui fuimus ante Rudini.  
Cic. *de Orat.* III 42 168. Ennio adser. docti.

## IV d

post aetate pigret sufferre laborem.  
Non. p. 219.

## V e

postremo longinqua dies confecerat aetas.  
Gell. IX 34 5.

## VI f

435 reges per regnum statuasque sepulcraque quaerunt,  
ludificant nummum, summa nituntur opum ui.  
Macrob. VI 1 17.

## VII g\*

Cic. *de Prouinc. Cons.* 9 21 *an uero M. ille Lepidus, qui bis consul et pontifex maximus fuit, non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poetae uoce laudatus est, quod cum M. Fuluio conlega, quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac uoluntate defenderent?*

## VIII a

primus nec bradus in regimen bellique peritus.  
Fest. p. 278.

## IX b

quos ubi rex Epulo spexit de cotibu' celsis.  
Fest. p. 330, Varro *de l. Lat.* VI 82.

## X c

montibus obstipis obstantibus, unde oritur nox.  
Fest. p. 193.

## XI d

440 si luci, si nox, si mox, si iam data sit frux.  
Prisc. p. 724.

## XII e

nox quando mediis signis praecineta uolabit.  
Fest. p. 258.

## XIII f

interea fax  
occidit oceanumque rubra tractim obruit aethra.  
Macrob. VI 4 19.

## XIV g

hic insidiantes uigilant, partim requiescunt  
445 protecti gladiis sub scutis, ore fauentes.  
Philargyr. *in Georg.* IV 230.  
cf. Seru. *in Georg.* I 18.

## XV h

ingenio forti dextrum latu' pertudit hasta.  
Prisc. p. 891.

## XVI i

tamen induuolans secum abstulit hasta  
insigne.

Macrob. VI 1 53.

## XVII k

spero, si speres quicquam prodesse potissunt.  
Fest. p. 333.

## XVIII l

450 noli sperando cupide rem proderere sunnam.  
Fest. p. 229, Paul. p. 228.

## XIX m\*

undique conuenient uelut imber tela tribuno,  
configunt parmam, tinnit hastilibus umbo,  
aerato sonitu galeae. sed nec pote quisquam  
undique nitendo corpus discerpere ferro.  
455 semper aduandantes hastas frangitque quatitque.  
totum sudor habet corpus multumque laborat,  
nec respirandi fit copia: praepete ferro  
Histri tela manu iacentes sollicitabant.

Macrob. VI 3 2. libro XVI adser.  
Hauetus, M. codd. *in XII*  
uel *in quinto decimo* habent.

## XX n\*

et tum, sicut equos qui de praesepibu' fartus  
460 uincla suis magnis animis abruptit et inde  
fert sese campi per caerula laetaque prata  
celso pectore, saepe iubam quassat simul altam,  
spiritus ex anima calida spumas agit albas.

Macrob. VI 3 7. l. XVI adser. M.

## XXI o

tum timido manat ex omni corpore sudor.  
Macrob. VI 1 50.

## XXII p

465 concidit; et sonitum simul insuper arma dedere.  
Macrob. VI 1 24.

## XXIII q

prandere iubet horiturque.  
Diomed. p. 378.

## XXIV r (a)\*

uertunt crateras ahenos.  
Seru. *in Aen.* IX 164.

## XXV (β)\*\*

olli crateris ex auratis hauserunt.  
Censorinus qui dicitur p. 2727.  
Ennio adser. docti.

## XXVI s\*

rex deinde citatus  
470 conuellit sese.  
Seru. *in Aen.* XI 19.

## XXVII t

gnauorum imperium seruarest induperantum.  
Fest. p. 166.

## XXVIII u

aestatem autumnus sequitur, post acer hiemps it.  
Prisc. p. 647, Seru. *in Aen.* VI  
685.

## XXIX v\*

Macrob. VI 2 32 *item de Pandaro et Bitia aperientibus portas (Aen. IX 672 sqq.) locus acceptus est ex libro XVI (ita Bergkius, M, quinto decimo uulg.) Ennii, qui induit Histros duos in obsidione erupisse porta et stragem de obsidente hoste fecisse.*

## XXX (α)\*

clamos ad caelum uoluendu' per aethera uagit.  
Varro *de l. Lat.* VII 104.

432 *Rutili, Rutuli* similia codd. plerique. 433 *potestate* L, item, sed corr. m. 2, H. 434 *postremo* Bergkius, *postrema* codd. *confecerat* codd. quidam deteriores, *confecerit* uel *quod fecerit* meliores. 436 *ludificant nummum* M, *aedificant* nomen uulg. 437 *nec bradus* Me, qui *se* ante *primus* addidit; *senex bradyn* cod. 438 *pulo* uel *sulo* absumpta e cod. Fest. *cotibus* docti, *contibus* cod. uos *Epulo* postquam *spexit* om. rel. Varro. 445 *protecti* C, *tecti* Vatic. 446 *ingenio* corruptum; uidetur latere nomen proprium. *dextrum* Me, *dextra* codd. 450 *noli* M, non in codd. Festi et Pauli. 455 *aduandantes* Castricomius, *habundantes* uel *abundantes* codd. 460 *animis* om. P. 464 *tunc* codd. plerique. 465 *simul* om. P. 468 *crateris* Cauchius; *craterib;* (*aterib;* in rasura) Colon. 471 *insuperantum* cod., corr. Scal. 472 *sequitur* om. ap. Seru. *it* A G M, *sit* rel.; om. codd. Prisc.; *fit* Fabricius. 473 *clamos* Lachm., *elamor* uulg.

- XXXI x (β)  
qui clamor oppugnantis uagore uolanti.  
Fest. p. 375.
- XXXII (γ)\*  
475 animus cum pectore latrat.  
Varro de l. Lat. VII 103.
- XXXIII (δ)\*  
clamore bouantes.  
Varro de l. Lat. VII 103.
- XXXIV (ε)\*  
pausam fecere fremendi.  
Varro de l. Lat. VII 103.
- XXXV  
Charis. 107 'hebeu' Ennius XVI . . . (lacunam indicauit Keil.), ubi Flavius Caper: non ut adiectiuo (adiunctiuo eod.), sed appellatiuo est locutus.

## LIBER XVII.

- I a\*  
audiret operae pretium, procedere recte  
qui rem Romanam Latiumque augescere uoltis.  
Porphyr. ad Hor. Sat. I 2 37. u.  
479 Varro ap. Non. p. 478.
- II b  
480 noenu decet mussare bonos, qui facta labore  
nixi militiae peperere perennia multo.  
Philargyr. in Georg. IV 188, u.  
480 Paul. p. 144.
- III e\*  
Gell. XVII 21 43 Claudium et Tullianum consules secuntur Q. Valerius et C. Manilius, quibus natum esse Q. Ennium poctam M. Varro in primo de poetis libro scripsit cumque, cum septimum et sexagesimum annum haberet, XVII (ita M, codd. XII uel duodecimum; in Voss. minore X ut uideatur. ante XII eras.) auialem scripsisse utque ipsum Ennium in eodem libro dicere.
- IV d\*  
hic ut fortis equos, spatio qui saepe supremo uicit Olympia, non senio confectu quiescit.  
Cic. de Sen. 5 14.
- V\*  
Lunai portum, est operae, cognoscite eius.  
Persius 6 9.
- VI a  
485 it eques et plausu eana conentit unguia terram.  
Macrob. VI 1 22.
- VII b  
dux ipse uias.  
Prisc. p. 679.
- VIII e  
eoneana sub montei late specus intu' patebat.  
Non. p. 222, Fest. p. 343, Prisc.  
p. 713.
- IX d  
tollitur in caelum clamor exortus utrimque.  
Macrob. VI 1 21.
- X e  
490 coneurunt ueluti neuti, cum spiritus austri  
imbricitor aquiloque suo cum flamine contra  
indu mari magno fluctus extollere certant.  
Macrob. VI 2 28.

- XI f (a)  
neque corpora firma  
langeseunt quiequam.  
Non. p. 134.
- XII (β)\*  
eum soles tandem faciunt langeseere longei.  
Non. p. 134.

## LIBER XVIII.

- I  
495 degramare forum.  
Non. p. 63.
- II  
aere fulua.  
Gell. XIII 21 13.

## INCERTORVM LIBRORVM RELIQVIAE.

- I (a)  
cum legionibu' eum proficiscitur induperator.  
Cassiodorus p. 2318.
- II (β. a)  
olli cernebant magnis de rebus agentes.  
Seru. in Aeu. XII 709.
- III (β)  
Seru. in Aeu. XI 236 olli conuenere. 'olli' illi, secundum Ennium.
- IV (γ)  
et pede pes premitur utque armis arma teruntur.  
Auct. Bell. Hispan. 31.
- V (δ)  
500 impetus haut longe mediis regionibu' restat.  
Fest. p. 282.
- VI (ε)\*  
miscent foede flumina candida sanguine sparso.  
Diomed. p. 498. Ennio adser. M.
- VII (ζ)\*  
qua murum fieri noluit, arguentur in unum.  
Non. p. 418, Ennio adser. Popma.
- VIII (η)  
spiras legionibu' nexit.  
Fest. p. 339, cf. et Paul. p. 331.
- IX (θ. a)  
equitatus
- 505 ut celerissimus.  
Charis. p. 64.
- X (β)  
exim per terras postquam celerissimu' ruonor.  
Prisc. p. 760.
- XI (ι)  
decretumst fossarci corpora telis.  
Varro de l. Lat. VII 100.
- XII (κ)  
Verg. Aeu. XI 608 sqq.  
iamque intra iuctum teli progressus uterque  
substiterat. subito erumpunt clamore furentisque  
exhortantur equos; fundunt simul undique tela,  
crebra niuis ritu, caeluunq; obtexitur umbra.  
nbi Seruus: Enniana est omnis haec ambitiosa  
descriptio.

474 clamor Lachm., clamor cod. 476 clamorem Flor. 477 facere id., corr. C. 479 aleisere codd. Non. 480 non possunt mussare boni Philarg. noctiu Vahlenus, non etiam Paul.; qui f. l. om. Paul. 480, 481 facta l. nixi militiae I. Douza, factam l. uixi militiae Vatican. perennia multo add. M. 482 hic ut Aem. Baehrensium, sicut uel sicuti codd. 483 non M, nuuc uulg. 484 cognoscere Montep. 125. 487 tum eana Prisc. tum causa cod. Festi. montei O. Muellers, montis libri Non., monte rell. late sp. Prisc., latet sp. codd. Non. pleriq., alte sp. cod. Festi. 488 clamor Lachmann., facta l. Vahlenus, sola est eadem codd. facient L, faciunt supra ser. e G et H. langisere Hugius, longisere uulg. longei M, longe uulg. 495 degramare forum Vahlenus, degramari ferrum codd. 497 indup. uulg., iuperator codd. 498 ugentis F A, agentibus R H. 499 auct. b. Hisp. pes pede premitur, armis teruntur arma; et pede pes premitur M; premitur pede pes Vahlenus, qui et atque addidit. arma ter. Mc. 500 haut uulg., aut cod. 501 foede Monac. m. 2, fida rell. sparso; M legendum putat salso. 502 arguentur Popma, arguentur, arguentur codd. 505 celerissimus uulg., celerissimus supra rr ss scripto cod.; fortasse eq. nti ecl. 507 decretum est fossari C, decretum est, stare Flor.

- XIII (λ)  
nam me grauis impetus Orei  
percutit in latus.  
Seru. in *Aen.* I 81.
- XIV (μ)  
510 tum laterali' dolor certissimu' nuntiu' mortis.  
Maxim. Victorin. p. 1963, ubi falso  
tribuitur Lucilio.
- XV (ν)  
oscitat in campis caput a ceruice reuolsum  
semanimesque micant oculi lucemque requirunt.  
cumque caput caderet, carmen tuba sola peregit,  
et pereunte uiro rancum sonus aere cucurrit.  
VV. 510, 511 Seru. in *Aen.* X 396.  
m. 512, 513 Lactant. in *Stat.*  
*Theb.* XI 56.
- XVI (ξ)  
515 uiresque ualentes  
contutudit crudelis hiemps.  
Prisc. p. 891.
- XVII (ο)  
nostri cessere parumper.  
Auct. *Belli Hispan.* 23.
- XVIII (π)  
exspoliantur eos et corpora nuda relinquunt.  
Donat. p. 1769, Pompeius V 291  
(ed. K.).
- XIX (ρ)  
et detondit agros laetos atque oppida cepit.  
Prisc. p. 868.
- XX (σ. α)  
520 atque atque accedit muros Romana iuuentus.  
Gell. X 29 1, Non. p. 530.
- XXI (τ. β)  
optima cum pulcris animis Romana iuuentus.  
Donat. in *Ter. Phorm.* III 1 1.
- XXII (υ. γ. α)  
cum sese exsiccat somno Romana iuuentus.  
Lactant. in *Stat. Theb.* VI 27.
- XXIII (β. α)  
pandite sulti' genas et corde relinquitte somnum.  
Fest. p. 343, Paul. p. 342, id. p. 94.
- XXIV (β)  
Seru. in *Aen.* VI 686 *genis, palpebris. Ennius*  
*de dormiente: inprimitque genae genam (inprimit*  
*cod. M; genaeque id.; rene H. uerba grauitur inter-*  
*polata).*
- XXV (γ)  
Isid. *Orig.* XI 1 109 *complicatum gigni formarique*  
*hominem dicunt, ita ut genua sursum sint, quibus*  
*oculi formantur, ut caui et reconditi fiant. Ennius:*  
*atque genua conprinit arta gena (fortasse apta;*  
*relicua grauitur interpolata).*
- XXVI (φ)  
Plin. *Nat. Hist.* XVIII 8 83 *pulte autem, non pane*  
*uixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam*  
*et pulmentaria hodieque dieuntur. et Ennius, anti-*  
*quissimus uates, obsidionis famem exprimens offum*  
*eripuisse plorantibus liberis patres commemorat*  
*(uerba Ennii haec fere fuerunt: cripuere patres offum*  
*plorantibu' natis).*
- XXVII (χ)  
fortis Romani  
525 . . . . . quamquam caelu' profundus.  
Non. p. 197, Charis. p. 55.
- XXVIII (ψ)  
dictis Romanis incutit iram.  
Seru. in *Aen.* I 69.
- XXIX (ω)  
nec metus ulla tenet, freti uirtute quiescunt.  
Non. p. 214.
- XXX (αα)\*  
at Romanus homo, tamenetsi res bene gestast,  
corde suo trepidat.  
Cic. *de Orat.* III 42 168. Ennio  
adscriptere docti.
- XXXI (ββ. α)  
530 fortunaeque suas coepere latrones  
inter se memorare.  
Non. p. 134.
- XXXII (β)  
tunc coepit memorare simul cata dicta.  
Varro *de l. Lat.* VII 46.
- XXXIII (γγ)  
Marsa manus, Paeligna cohors, Vestina uirum  
uis.  
Charis. p. 251, Dion. p. 441,  
Donat. p. 1774, Pompeius V  
303 (K.). cf. Auct. *Explan. in*  
*Donat.* II (IV 565 K.).
- XXXIV (δδ)  
Hispane, non Romane, memoreti' loqui me.  
Charis. p. 180. cf. et Fest. 286.
- XXXV (εε. α)  
535 percussi pectora Poeni.  
Scholiasta Statii ineditus ap. Co-  
lumnam.
- XXXVI (β)  
succincti corda machaeris.  
Seru. in *Aen.* IX 678.
- XXXVII (ζζ)\*  
rex ambas intra fossam retinere coepit.  
Plot. *Sacerd.* VI 468 (K.). Ennio  
tribuit Lachmannus.
- XXXVIII (α)  
at tuba terribili sonitu taratantara dixit.  
Prisc. p. 842.
- XXXIX (β)  
iam cata signa fere sonitum dare uoce parabant.  
Varro *de l. Lat.* VII 46.
- XL (γ)  
540 inde loci lituus sonitus effudit acutos.  
Paul. p. 116.
- XLI (δ)  
Charis. 213 *euax—Ennius annalium libro: euax—*  
*lituus (aquast aspersa Latinis Neapol.; quae ex*  
*Plauti uersu praecedente huc irrepsisse docent*  
*excerpta Kaucheniana).*  
Charis. p. 213.
- XLII (ε)  
succincti gladiis media regione cracentes.  
Paul. p. 53.
- XLIII (ζ)  
incedit ueles uolgo sicilibu' latis.  
Paul. p. 337.
- XLIV (η)  
leuesque secuntur in hastis.  
Seru. in *Aen.* V 37.
- XLV (θ)  
runata recedit.  
Paul. p. 263.
- XLVI (ι)  
545 teloque trabali.  
Seru. in *Aen.* XII 294.

516 contutudit M, contudit Priscian. 518 exspoliantur edd. antiquae Don., C; spoliantur codd. ubique. 519 detondit B m. 2, detondit libri plerique. 520 in illo atque atque haud dubie memoria lapsus est Gellius. alterum atque om. codd. Non.; idem supra ser. in Voss. minore. accendit codd. Non. 521 annis Oxon. 523 sulti genas Paul. 342, sulphigenas 94; suctigionis cod. Fest. 524 illa fortis Romani, quae om. Char., ad aliud Ennii fragm. uidentur pertinere. 526 incutit Commelinus, inculit cod. 527 nec Mercerus, ni (n. i.) codd. freti Merc., rite G H; tenne triae pro tenet rite L. 530 suas Mercerus, quas codd. 531 inter serare L. 533 festina codd. ubique, corr. I. Dousa. 537 ambas ed. Vindobonensis, amos cod. intra M, ultra cod. ultra f. protendere coepit Lachmann. 545 trabali Vergilius, trabalim cod.



- XLVII (κ)  
heia machaeras!  
Seru. in *Aen.* IX 37.
- XLVIII (λ)  
uersat mueronem.  
Seru. in *Aen.* IX 744.
- XLIX (μ. a)  
saxo cere comminuit brum.  
Auct. *Explan. in Donat.* II (IV 565 K.), Seru. in *Aen.* I 412, Donat. p. 1777, Pompeius V 310 K.
- L (β)  
endo suom do.  
Ausonius *Technopaegn.* 17, 18, ibid. 1—3, Char. p. 249, Diom. p. 436, Prob. p. 1438, Mar. Victor. p. 2499, Consentius V 388 K.
- 550 LI (γ)  
diuom donuus altisonum cael.  
Ausonius *Technopaegn.* 17, 18, ibid. 1—3.
- LII (δ)  
repleat te laetificum gau.  
Ausonius *Technopaegn.* 1—3 (19).
- LIII (ν)  
quoi ualido uenit contorta falarica uisu.  
Non. p. 555.
- LIV (ξ)  
aut †permaeret paries perreussu' trifaci.  
Paul. p. 367.
- LV (ο)\*  
machina multa minax molitur maxima muris.  
Diom. p. 441, Ennio adscr. M.
- LVI (π)  
555 indignas turres.  
Seru. in *Buc.* 10 10.
- LVII (α)  
idem campus habet textrinum nauibu' longis.  
Seru. in *Aen.* XI 326, Cic. *Orat.* 47, 157.
- LVIII (β)  
nauibus explebant sese terrasque replebant.  
Seru. in *Aen.* VI 545.
- LIX (γ)\*  
ferme aderant ratibus repentibus aequore in alto.  
Varro de *l. Lat.* VII 23, Ennio adscr. Ilbergius.
- LX (δ)  
ratibusque fremebat  
560 imber Neptuni.  
Seru. in *Aen.* XI 299, id. in *Georg.* I 12.
- LXI (ε)\*  
trabes remis rostrata per altum.  
Varro de *l. Lat.* VII 33, Ennio adscr. Columna.
- LXII (ζ)  
labitur uncta earina per aequora cana celoeis.  
Isid. *Orig.* XIX 1 22.
- LXIII (η)  
multa foro ponit et agoea longa repletur.  
Isid. *Orig.* XIX 2 4.
- LXIII (bis) (6)  
Glosae Labbaei: *aplustra, πτερόν πλοίου, ὡς Ἐπιτοί.*
- LXIV (ι)  
dum elauom rectum teneam nauemque gubernem.  
Isid. *Orig.* XIX 2 12, Quintil. II 17 24.
- LXV (κ)  
565 tonsillas apiunt, configunt litus aduncis.  
Isid. *Orig.* XIX 2 14.
- LXVI (λ)  
fluetusque natantes.  
Seru. in *Aen.* VI 705.
- LXVII (μ)  
atque manu magna Romanos inpulit amnis.  
Schol. Veronens. in *Aen.* V 241.
- LXVIII (α)\*  
contremuit templum magnum louis altitonantis.  
Varro de *l. Lat.* VII 7, Ennio tribuere docti.
- LXIX (β)  
inde patefecit radiis rota candida caelum.  
Isid. *Orig.* XVIII 36 3, cf. Seru. in *Aen.* VI 748.
- LXX (γ)  
570 uix sol iam complere colum terroribu' caeli.  
Isidor. de *Natura Rerum* 12.
- LXXI (α. α)  
... .. adgretu' fari.  
Paul. p. 6, id. p. 78.
- LXXII (β)\*  
egretus.  
Paul. p. 78.
- LXXIII (β)  
quaerunt in scirpo, soliti quod dicere, nodum.  
Fest. p. 330, Isid. *Orig.* XVII 9 97.
- LXXIV (γ)  
haud temerest, quod tu tristi cum eorde gubernas.  
Seru. in *Aen.* IX 329.
- LXXV (δ)  
575 seu mors in mundost.  
Charis. p. 181.
- LXXVI (ε)  
ausus es hoe ex ore tuo?  
Cic. ad *Att.* VI 2 8.
- LXXVII (ζ)  
irarum effunde quadrigas.  
Seru. in *Aen.* XII 499.
- LXXVIII (η)  
quo tani temere itis?  
Seru. in *Aen.* IX 329.
- LXXIX (θ)  
auorsabantur semper uos uostraque uolta.  
Non. p. 230.
- LXXX  
580 omnes mortales sese laudari optant.  
Augustin. de *Trinit.* XIII 6, id. *Epist.* 231 3.

549 *endo suom do* M. *endo suam do* Dion. *endo suam hoc est modum* cod. Char. *namque suam do* Prob. *endo suado* Victor. Paris. 1753; *indo suado eiusd.* 7539. *tetendit suam do* cod. Cons. 561 *replea* cod. Voss., *replet* unlg. 562 *quoi* M, *quae* vulg. *uat. u. c. f.* Iunius, *ualide ueniunt fal.* codd. *nisu* M, *missa* codd. 563 *aut permaeret* corruptum. 564 *molitur* M, *minatur* codd. 565 *item* F; *idem* cod. Erlang. *Orat. atque ipse* Cic.; *text. n. l.* om. Cic. 566 *rat. rep. aeq. in a.* Ilbergius, *aeq. in a. rat. rep.* codd. 567 *trabes* add. Spengel. 568 *lauitur cuncta* Guelf. 569 *ponit* C, *punit* Guelf., *ponit* Fris., Paris. 13028, *monet* 13027. *agoa* codd., *et tonga repletur agoea* Vahlenus. 570 *dum* Quintil., *ut* Isid. *etauom* om. Guelferb. *n. g.* om. Quintil. 571 *tonsillas apiunt* Guelf., *tonsillam sapiunt* Parisini, *tonsillas rapiunt* Frising. *aduncis* M; *sequabatur* ut *puta dentibus*; *aduncas* Guelf., *aduncas* rell. 572 *sol iam* M, *solum* codd. *chaum* Bambergens. *prior, cous* Bamb. alter. Scalgeri (ad Fest. p. 39 M) *uct. col.*: *pitam uix sol mediam complere c. l. c.* 573 *cum mente* Seruius Danielis *testante* Merula. 574 *irarum effunde quadrigas* F, *effundit irarum quadrigas* codd. rell. *scriptum fuisse i. effundit quadrigas?* suspiciatur M. 575 *auorsabantur* Quicheratus (*auorsabantur* Scal.), *aduorsabantur* codd. *nos* Iunius, *uiuos* codd.

- LXXXI  
non si lingua loqui superet, atque ora decem sint  
in me, tum ferro cor sit pectusque reuinctum.  
Schol. Bernens. in *Georg.* II 43,  
Seru. cod. Paris. 7960 in loc.  
eund.
- LXXXII  
nobeis unde forent fructus uitaque propagen?  
Non. p. 64, id. p. 221.
- LXXXIII  
†huic statuam statui maiorem obatu Athenis.  
Consent. V 400 K.
- LXXXIV  
585 quo *sospite* liber.  
Fest. p. 301, cf. Paul. p. 300.
- LXXXV  
quem non uirtutis egentem.  
Seru. in *Aen.* XI 27.
- LXXXVI (a)  
ingenti uadit cursu, qua redditu' termost.  
Fest. p. 363.
- LXXXVII (β)  
hortatore bono† prius quam finibu' termo.  
Fest. p. 363.
- LXXXVIII  
contempsit fontes, quibu' sese erugit aquae uis.  
Macrob. de *Verbo* V 651 K, cf.  
ibid. V 626.
- LXXXIX  
Seru. ad *Aen.* II 274 5:  
*ei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo  
Hectore.  
ei mihi: Enni uersus.*
- XC  
590 sicut siqui' ferat uas uini dimidiatum.  
Gell. III 14 5.
- XCI  
tantidem quasi feta canes sine dentibu' latret.  
Varro de *l. Lat.* VII 32.
- XCII  
corpore Tartarino prognata Paluda uirago,  
cui par imber et ignis, spiritus et graui' terra,  
quae caua corpore caeruleo cortina recepat,  
\* \* \*  
V. 592 3 Prob. in Verg. *Bucol.* 6  
31. u. 592 Varro de *l. Lat.*  
VII 37, cf. et Fest. p. 359.  
u. 594 Varro de *l. Lat.* VII  
48.
- XCIII  
595 urbis magnas atque imperiosas.  
Cic. de *Rep.* I 2 3.
- XCIV  
Seru. in *Aen.* VII 683 *gelidumque Anienem* — hie  
*euphonian secutus est. nam Ennius 'Anionem'  
dixit iuxta regulam.*
- XCV  
Bruttace bilingui.  
Porphy. in *Hor. Sat.* I 10 30, cf.  
Paul. p. 35.

- XCVI  
funduntque elatis naribu' lucem.  
Seru. in *Aen.* XII 115, Mar.  
Victor. p. 2472.
- XCVII  
ipsius armentas ad easdem.  
Non. p. 190, cf. Paul. p. 4.
- XCVIII  
perque fabam repunt et mollia crura reponunt.  
Seru. in *Georg.* III 76, cf. Schol.  
Bernens. in l. eund.
- XCIX  
600 terrai frugifera.  
Charis. p. 7, *Fragn. Bobiense de  
nomine et pronom.* V 555 K,  
ubi Lucretio adscribitur, Mart.  
ial. XI 90, cf. et Plot. *Sacerd.*  
VI 449 K.
- C  
uostro sine nomine, uenti.  
Osbornus *Thesaur. nouae Latinit.  
auct. Class. A. Maii* VIII 332.
- CI  
furentibu' uentis.  
Seru. in *Aen.* I 51.
- CII  
tanto sublatae sunt agmine tunc lapides .  
Non. p. 211.
- CIII  
iamque fere quattor partum.  
Char. p. 114.

## SATVRAE.

- I  
Diomed. 482 (ex Suetonio) *satyra dicitur carmen  
apud Romanos nunc quidem maledicium et ad carpen-  
da hominum uitia archaicae comoediae caractere  
compositum, quale scripserunt Lucilius et Horatius  
et Persius. set olim carmen quod ex uariis poematibus  
constabat satyra uocabatur, quale scripserunt Pacu-  
uius et Ennius.*
- II  
Porphy. in *Hor. Sat.* I 10 46 *Ennius, qui quattuor  
libros saturarum reliquit.*

## LIBER I.

- I  
numquam poetor, nisi *sim* podager.  
Prisc. p. 29.
- II  
malo hercle magno suo conuiuat sine modo.  
Non. p. 472.
- III  
da, quicquid des, celere.  
Non. p. 510.

581 ora decem om. rell. omnibus schol. Bern., non si docti, non s, m. 2 mansi Par. superet M, saperet uulg. atque Th. Momenus, at cod. in metrum cod.; in me, tum M. 583 nobis u. Iunius, nouis u. cod. 64, boni secunde, bonis unde 221. propagen C, propagimen codd. 64; propagimen H 221, et ita, sed eraso i, L; propagen G. 584 uersus corruptus. cod. obatu, add. et supra ob alia m. 585 quo *sospite* add. Vrsin. 588 uers. corruptus. talia fere ab Ennio uenisse existimat M: hortatore bonost opu', quando finibu' termo distat longinquis. 589 quibu' sese erugit Vahlenus, quibus exerugit (add. punctis supra e priore) cod. 590 sicut Lachmann., sicuti codd. 591 latret M, latret uulg. 592 corpora Tartareo—palude codd. Probi. 594 quae c. c. c. cortina r. O. Muellertus, ducibus Scaligero et Turnebo; quaeque in corpore causa caeruleo faelo orta nare ceptat Flor. post u. 594 sequi putat M, ut puta: nil tulerunt. 596 Brutate Par. 7988, bilingues Bruttates cod. Monac. Pauli, bil. Brutates Guelf., ut uid. 597 efflantque Victorin. 598 codd. fere omnes ipsius ad armentas eosdem ad armenta; in L lineolis supra ad et armentas additis significatur haec locis permutanda inter se. eadem Aldus; ad armenta del. Scal. 599 perque om. Vatican. perque fabare ponunt Caroliruh.; in hoc et Hamburg. omnia ea quae sunt: et m. c. r. 603 toto, sed un supra o scripto G. 604 quattor Ritschelii, IIII cod.

SATVRAE. 1 *sim* add. M. 2 suo magno codd.; corr. Bothius. id. per diuerbium extulit sic: 'malo hercle magno suo conuiuat.' 'sine modo!' 3 da Gulielmius, dum codd.

## LIBER II.

I  
résistant, occúrstant, obstant, óbstringillant, óba-  
gitant.

Non. p. 147.

II  
5 inde loci liquidas pilatasque aetheris oras  
contemplor.

Seru. in *Aen.* XII 121.

## LIBER III.

## SCIPIO.

I  
Enní poeta, sálue, qui mortálibus  
uersús propinas flámmeos medúllitus.

Non. pp. 33, 139.

II  
Suidas s. u. \*Έννιος: 'Ρωμαῖος ποιητής, ὃν Αἰλιανὸς  
ἐπαίνων ἀξιὸν φησι. Σκιπίωνα γὰρ ἄδων καὶ ἐπὶ μέγα  
τὸν ἀνδρα ἐξάραι βουλόμενός φησι μόνον ἂν Ὀμηρον  
ἐπαξίους ἐπαίνους εἰπεῖν Σκιπίωνος. δῆλον δὲ ὡς ἐτιθήκει  
τοῦ ποιητοῦ τὴν μεγαλόνοιαν καὶ τῶν μέτρων τὸ μεγαλεῖον  
καὶ ἀξιάσαστον.—ad Scipionem rett. C.

III  
mundus caeli vastus cónstitit siléntio,  
10 ét Neptunus saeuus undis ásperis pausám dedit,  
Sól equis itér repressit úngulis uolántibus,  
cónstittere annés perennes, árboreas uentó nacant.

Macrob. VI 2 26.

IV  
quáque propter Hánnibalis cópias considerat.

Gell. IV 7.

V  
sparsis hastis longis campus splendet et horret.

Macrob. VI 4 6, Seru. in *Aen.*

## XI 601.

VI\*  
15 súbulo quondám marinas própter adstabát  
plagas.

Varro d. l. *Lat.* VII 35, Fest. p.

## 309.

VII  
testes sunt campi magni . . . .  
lati campi, quos gerit Africa terra politos.

Cic. *de Orat.* III 42 167, Non. p.

## 66.

VIII\*  
desine Roma tuos hostis . . . .  
nam tibi munimenta mei peperere labores.

Cic. *de Orat.* III 42 167, id. *de**Fin.* II 32 106.

IX\*  
20 memm nón est, ut si mé eanis memórderit.

Gell. VI 9, Non. p. 140.

X  
nam is nón ben uolt tibi, qui me falso eriminat  
apút te.

Non. p. 470.

XI  
Treb. Poll. *Claud.* 7 (ex Cicerone haud dubie  
laec petita) dicit Ennius de Scipione: *quantam*  
*statuam faciet populus Romanus, quantam colum-*  
*nan, quae res tuas gestas loquatur?*

## LIBER IV.

I  
neque ille tristé  
quaeritat sínápi neque caépe maéstum . . .  
Macrob. VI 5 5, Seru. in *Georg.*

## I 75.

## LIBER VI.

I  
25 sine cúra quippe lactus lautus tu áduenis,  
inféstis malis, expedito bráccchio,  
alacér, lupino célsu exultans impetu.  
mox cum álterius ábligurreris bona,  
quid cénses domino esse ánimi? pro diuóm fidem!  
30 cibum ille tristis séruat, tu ridéns uoras.

Donat. in *Phormion.* II 2 25.

## AMBRACIA.

I  
pér gentes Asiaé eluebat ómnium misérrimus.

Non. p. 88.

II  
. . . et aequora salsa ueges ingentibu' uentis.

Non. p. 183.

III  
agros  
audaces populant serui domini dominorum.

Non. p. 471.

IV  
35 béne mones tute, ípse eunetas. én uide fortém  
uirum.

Non. p. 469.

## EPICHIARMVS.

I  
nám uidebar sónniare méd ego esse mórtuum.

Cic. *Acad. prior.* II 16 52.

II\*  
áqua, terra, ánima, sol.

Varro *de Re Rust.* I 4.

III  
térra corpus ést, at mentis ígnis ést.

Prisc. p. 764.

IV  
ístic ést de sóle sumptus ísque totus méntis ést.

Varro d. l. *Lat.* V 59.

V  
40 frigori miscét calorem atque úmori aritúdinem.

Varro d. l. *Lat.* V 60.

VI  
ístic ést is Ióui' pater quem díeo; quem Graeci  
uocant

áerem. qui uéntus ést et nubes, imber póstea  
átque ex imbre frigus, uentus póst fit, aer dénuo.  
haeéc propter Ióui' pater sunt ista quae dicó tibi,  
45 quándo mortális atque urbes bélnasque omnis  
iouant.

Varro d. l. *Lat.* V 65.

VII  
térra gentis ómnis peperit ét resumit dénuo:  
átque dat cibária.

Varro d. l. *Lat.* V 64.

4 occursant M, occurrunt uulg. 13 quaque Hertzius, qua eodd. considerant pars eodd. 15 adstabat aquas Varro. 16 addi potest uirtuti' meai. 18 docti quidam apud C addunt: horrere superbos. 19 munimenta Muretus; eodd. munimenta uel monumenta. 20 meum om. Non. ac si uel at si eodd. Gell. 21 iis eodd. bene idem. me add. Quicheratus. 23, 24 sotadeos agnouit Hugius. 25 sine cura quippe M, quippe sine cura uulg., lantus om. eodd. Lugdun. et Gandau. tu M, cum uulg. 26 infestis M, infertis uulg.; exertis Muretus. 27 ita M; alacer celsus lupino impetu expectans uulg. 28 abligurrieris M, obligurrias uulg.; abligurias Lugdun. 29 domino Muretus; dominos Lugd., Oxon.; dominis uulg. 30 cibum ille tristis Petermannus; ille tristis cibum dum uulg. 31 Asiae Buechler, M, esse uulg. 34 populant M; depopulant eodd. domini dominorum M, domiuorum domini Beutin., dominorum domiuus eodd. 35 cunctas Bothius, cunctato uel cuncto eodd. en add. M. 36 mel Manutius, me et eodd. 39 ita Bergkiius; istic est de sole s. ignis idem solem isque t. m. est Flor.; istic e. d. s. z. ignis isque m. c. Seal. 41 Ioui' pater M, Iupiter Flor. 43 uentus uulg., uentis eodd. 44 haecce Spengelius, haec Fl. Ioui' pater M, Iupiter Fl. 45 quando M (quoniam O. Mueller), qua Flor. iouant M, iuuat uulg. 46 terra M, terris uulg. 47 atque M, quae Flor.

## VIII

Varro *d. l. Lat.* V 68 hinc Epicharmus Enni 'Proserpinam' quoque appellat (Lunam), quod solet (solet codd.) esse sub terris.

## EVHEMERVS SIVE SACRA HISTORIA.

## I

Cic. *de Nat. Deor.* I 42 119 quid? qui aut fortis aut claros aut potentis viros tradunt post mortem ad deos peruenisse eosque esse ipsos, quos nos colere, precari uenerarique soleamus, uonne expertes sunt religionum omnium? quae ratio maxime tractata ab Euhemero est, quem noster et interpretatus et secutus est praeter ceteros Ennius. ab Euhemero autem et mortes et sepulturae demonstrantur deorum. —cf. Lactant. *Diuin. Institut.* I 11 (frgm. X); Arnob. *adu. Gent.* IV 29.

## II

Lactant. *Diuin. Instit.* I 13 (cf. epitomae cap. 14). Ennius quidem in Euhemero non primum dicit regnasse Saturnum, sed Vranum patrem.

Initio, inquit, primus in terris imperium summum Caelus habuit: is id regnum una eum fratribus suis instituit atque parauit.

## III

Lactant. *Diu. Inst.* I 11 cui ergo sacrificare Iuppiter potuit, nisi Caelo auro? quem dicit Euhemerus in Oceania mortuum et in oppido Aulucia sepultum.

## IV

Enn. ap. Lactant. *Diuin. Instit.* I 14 (cf. epitom. cap. 13): exim Saturnus uxorem duxit Opem. Titan qui maior natu erat postulat ut ipse regnaret. ibi Vesta mater eorum et sorores Ceres atque Ops succedunt Saturno, ut de regno non concedat fratri. ibi Titan, qui facie deterior esset quam Saturnus, idcirco et quod uidebat matrem atque sorores suas operam dare ut Saturnus regnaret, concessit ei ut is regnaret. itaque pactus est cum Saturno, uti siquid liberum uirilis sexus ei natum esset, ne educaret. id eius rei causa fecit, uti ad suos gnatos regnum rediret. tum Saturno filius qui primus natus est, eum necauerunt. deinde posterius nati sunt gemini, Iuppiter atque Iuno. tum Iunonem Saturno in conspectum dedere, atque Iouem clam abscondunt dantque eum Vestae educandum, celantes Saturnum. item Neptunum clam Saturno Ops parit eumque clauculum abscondit. ad eundem modum tertio partu Ops parit geminos Plutonem et Glaueam. Pluto Latine est Dispiter: alii Oreum uocant. ibi Glaueam filiam Saturno ostendunt, at filium Plutonem celant atque abscondunt. deinde Glauea parua emoritur. haec ut scripta sunt, Iouis fratrumque eius stirps atque cognatio in hunc modum nobis ex sacra scriptione tradita est.

## V

Enn. ap. Lactant. *l. l.*: deinde Titan postquam reseuiit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam, sedueit secum filios suos qui Titani uocantur fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit eosque muro circueunxit et custodiam his appouit.

## VI

Columella IX 2 nec sane rustico dignum est seiscitari, fueritne mulier pulcherrima specie Melissa quam Iuppiter in apem conuertit an ut Euhemerus poeta dicit erabronibus et sole genitas apes, quas nymphae Phryxionides educauerunt, mox Dietaeo speciei Iouis ecclitisse nutrices easque pabula munere dei sortitas quibus ipsae paruam educauerant alumnium. ista enim quamuis non dedecant poetam, summam tamen et uno tantum modo uersiculo leuiter attigit Vergilius cum sic ait: Dietaeo caeli regem pauere sub antro. sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando et in qua regione primum natae sint, utrum in Thessalia sub Aristaeo an in insula Cea, ut scribit Euhemerus.

## VII

Lactant. *Diu. Inst.* I 11 sacra uero historia etiam ante consedis illi aquilam in capite atque regnum portendisse testatur.

## VIII

Lactant. *Diu. Inst.* I 14 relicua historia sic contextitur: Iouem aduultum, cum audisset patrem atque matrem custodiis circumseptos atque in uincula coniectos, uenisse eum magna Cretensium multitudine Titanumque ac filios eius pugnando uicisse, parentes uinculis exmisisse, patri regnum reddidisse atque ita in Cretam remeasse; post haec deinde Saturno datam sortem, ut caueret ne filius eum regno expelleret; illum cleuandae sortis atque effugiendi periculi gratia insidiatum Ioui, ut eum necaret; Iouem cognitis insidiis regnum sibi de uo uindicasse ac fugasse Saturnum, qui eum iactatus esset per omnes terras persecutibus armatis, quos ad eum comprehendum uel necandum Iuppiter miserat, uix in Italia locum in quo lateret inuenit.

## IX

Ennius ap. Lactant. *Diu. Inst.* I 11 deinde Pan eum deducit in montem, qui uocatur caeli stela. postquam eo ascendit, contemplatus est late terras, ibique eo in uoute aram erexit Caelo; primusque in ea ara Iuppiter sacrificauit; in eo loco suscepit in caelum quod unne nos nominamus, idque quod supra mundum erat, quod aether uocatur. cui de sui aui uouine caelo nomen indidit [idque Iuppiter quod aether uocabatur praecaus primum caelum nominauit]; eamque hostiam, quam ibi sacravit, totam adoleuit.

## X

Enn. ap. Lactant. *l. l.*: antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex ciuitate Messanae res gestas Iouis et ceterorum qui di putantur collegit. —hanc historiam et interpretatus est Ennius et secutus. eius uerba sunt haec: ibi Iuppiter Neptuno imperium dat maris, ut in insulis omnibus et quae secundum mare loca essent omnibus regnaret.

## XI

Lactant. *l. l.*: ea tempestate Iuppiter in monte Olympo maximam partem uitae colebat, et eo ad eum in ius ueniebant, siquae res in controversia erant. item siquis quid noui inuenerat, quod ad uitam humanam utile esset, eo ueniebat atque Ioui ostendebat.

## XII

Lactant. *Diu. Inst.* I 13 natos sibi filios non utique deuorabat, ut ferunt fabulae, sed necabat, quamquam scriptum sit in historia sacra Saturnum et Opem ceterosque tunc homines humanam carnem solitos esitare: uerum primum Iouem leges hominibus moresque condentem edicto prohibuisse, ne liceret eo cibo uesci.

## XIII

Lactant. *Diu. Inst.* I 22 historia uero sacra testatur e. q. s. nam eum terras circuiret (Iuppiter), ut in quamque regionem uenerat, reges principesque populorum hospitio sibi et amicitia copulabat et eum a quoque digrederetur, iubebat sibi fanum creari hospitii sui nomine, quasi ita posset amicitiae et foederis memoria conseruari. sic constituta sunt templa Ioui Ataburio, Ioui Labrandio. Ataburius enim et Labrandius hospites eius atque adiutores in bello fuerunt. item Ioui Labrio, Ioui Molioni, Ioui Casio et quae sunt in eundem modum. quod ille astutissime exegitauit, ut et sibi honorem diuinum et hospitibus suis perpetuum nomen acquireret eum religione coniunctum. gaudebant ergo illi et hinc imperio eius libenter obsequabantur et nominis sui gratia ritus annuos et festa celebrabant. [simile quiddam in Sicilia fecit Aeneas, cum conditae urbi Aecetae hospitii nomen inposuit, ut eam postmodum lactus ac libens Aecetes diligenter augetet ornaret.] hoc modo religionem cultus sui per orbem terrae Iuppiter seminauit et exemplum ceteris ad imitandum dedit.

## XIV

Lact. *Div. Inst.* I 11 (cf. epitom. e. 13): *Ennius in sacra historia descriptis omnibus quae in vita sua gessit (Iuppiter) ad ultimum sic ait: deinde Iuppiter postquam quinquens terras circumiit omnibusque amicis atque cognatis suis imperia diuisit reliquitque hominibus leges et mores frumentaue parauit multaque alia bona fecit et immortalis gloria memoriaque affectus sempiterna monumenta sui reliquit: actate pessum acta in Creta uitam commutauit et ad deos abiit eumque Caretes filii sui curauerunt decoraueruntque [cum]. et sepulcrum eius est in Creta et in oppido Cnosso et dicitur Vesta hinc urbem creauisse; inque sepulcro eius est inscriptum antiquis litteris Graecis ZAN KPONOY ul est Latine Iuppiter Saturni.*

## XV

Lactant. *Div. Inst.* I 17 (cf. epitom. cap. 9): *quae prima (Venus), ut in historia sacra continetur, artem meretriciam instituit auctorque mulieribus in Cypro fuit, uti vulgato corpore quaestum facerent: quod idcirco imperauit, ne sola praeter alias mulieres impudica et uirorum appetens uideretur.*

## XVI

Varro *de R. Rust.* I 48 *arista et granum omnibus fere notum, gluma pauca. itaque ul apud Ennium solum scriptum scito esse in Euhemeri libris uersis.*

## PROTREPTICVS (PRAECEPTA).

## I

ubi uidet auctnam lolium erescere inter triticum, seligit, sceernit, aufert, addit operam sedulo,  
50 quanto studio seruit, seruat.

Prisc. p. 900.

## HEDYPHAGETICA.

## I

omnibus ut Clipeae praestat mustela marina,  
mures sic Aenei, sparsa ostrea plurima Abydi;  
Mitilenaest† pecten earadrusque apud Ambraciai  
finis; Brundisio sargust; hunc, magnus erit si,  
55 sume tibi, apriculum scito primum esse Tarenti;  
Surrenti fac emas elopem, glaucum prope Cumas,  
quid scarn'? praeterii cerebrum Ioni' paene  
supremi,  
Nestoris ad patriam hic capitur magnusque  
bonusque,  
melanurum,† turdum, merulamque umbramque  
marinam  
60 polypu' Coreyraest, caluaria pingua Atarnae,  
purpura, muriculi, murex, dulces quoque cehini.  
Apuleius *de Magia* cap. 39.

## SOTA.

## I

M. Caesar *Epist. ad Fronton.* IV 2 (pg. 61 Nab.) *Sota Ennianus, remissus a te, et charta puriore et uolumine gratiore et littera festiuore quam antea fuerat uidetur.*

## II

alius in mari uolt magnó tenere tonsam.

Fest. p. 356.

## III\*

. . alii denique rhetorica tóngent.

Fest. p. 356, Paul. p. 357.

## IV

ibant malaci uiere ueneriam corollam.

Varro *d. l. Lat.* V 62, Fest. p. 355,  
Pseudocensorinus *de Metris*  
p. 2726.

## V\*\*

65 ille ictu' retró receidit in natem supinús.

Pseudocensorinus p. 2726, Ennio  
tribuit Lachmannus.

## VI\*

Cyprío boui meréndám.

Paul. p. 59.

## EPIGRAMMATA.

## I

Isid. *Orig.* I 38 *elegiacus—hic omnino uix constat a quo sit inuentus, nisi quia apud nos Ennius eo prior usus est.*

## II

nemo me daerumis deceat nec funera fletu  
faxit, eur? uolito uiuo' per ora uirum.

Cic. *Tusc. Disp.* I 15 34, 49 117,  
id. *Sen.* 20, 73.

## III

hic est ille situs, quoí nemo ciui' neque hostis  
70 quiuit pro factis reddere opis pretium.

Cic. *de Leg.* II 22 57 *hic—situs,*  
Seneca *Epist.* XVII 1 5 32 *quoí*  
et quae sequuntur; inxit  
haec Scal.

## IV

a sole exoriente supra Maecoti' paludes  
neuost qui factis acquirerare queat.  
si fas endo plagas caelestum ascendere eui-  
quamst,

mi soli caeli maxima porta patet.

Cic. *Tusc. Disp.* V 17 49 *a—queat,*  
cf. et Mamertini Genethl.  
Maximiani cap. 16, Sen. *Ep.*  
XVII 1 5 34, Lactant. *Div.*  
*Inst.* I 18 *si—patet;* inxit  
haec Scal.

## V

Plin. *N. H.* V 3 6 *inter quos (uersicolorum parum suuorum auctores) uel praecipue numerandus est P. Vergilius, Cornelius Nepos et prius Accius Enniusque.*

## INCERTORVM LIBRORVM RELIQVIAE.

## I\*

75 decem coelites quas montibu' summis  
Ripacis fodere.

Varro *d. l. Lat.* VII 71.

## II\*

simia quam similis, turpissima bestia, nobis!

Cic. *de Nat. Deor.* I 35 97.

## III\*

propter stagna, ubi lanigerum pecu' piseibu'  
pascit.

Paul. p. 59.

49 a. o. s. M, scdulo ubi operam addidit codd. 50 quam tanto idem, quanto M. seruat add. M. 52 sic M, sunt uulg. Aenei, sparsa M, cui aspera Florent. a, b. 53 mitilene est Fl. a, b; Mytilenae, ut uid., corruptum. charadrusque Scal., caradrumque Fl. a, b. Ambraciai M, umbraciae Fl. a, b; in hoc supra u positum a. 54 Brundisio Suerdsioeus, Brundisii codd. sargust Valhenus, sargus bonas est codd. hunc magnus si erit codd., corr. Turnebus. 55 tibi add. M, apriculum codd.; apriculum ed. Vicentina. post apriculum uulg. add. piscem; del. C. targenti Fl. a, rryenti Fl. b, tarenti ed. Vic. 56 Surrenti fac emas elopem Bergkiius (S. f. c. iam Turnebus); surrenti telopem facemas Fl. a, b. prope M, apud Fl. a, apud Fl. b. 57 scaru' Bergkiius, scarum uulg. 59 tum turdum, merulam, melanurum u. m. Schraderus. post h. u. aliquid exeidisse uidit Kruegerus. 60 est add. Bergkiius. Atarnae uulg., tarne Fl. a, carne Fl. b; Aearnae alii; pinguis Atarnae C. 61 purpura ed. Vic., purpuram Fl. b, purpura Fl. a. murex Casaubonus, mures uulg., 63 denique add. Valhenus. 64 mala cluere Censorini cod. Coloniens. coronam Censorini. 65 ictus Censorini., ictu' Lachm. 67 daerumis Bergkiius, codd. luerimis uel laerumis. neque in Catone fertur. 70 qui uult codd. plerique; quibit Pincianus. opis Valhenus, operae add. 71 exoriente ad usque codd. Mamert.; usque ad Liuinicus. 73 scandere codd. quidam deteriores Lactantii.

IV (a)\*  
nec dico nec facio mu.  
Donat. in Ter. Andr. III 2 25.  
V (3)\*

80 neque ut aiunt mu facere audent.  
Varro d. l. Lat. VII 101.

VI\*  
illie nugator nili, non naucist homo.  
Fest. p. 166.

VII  
Gell. II 29 3 sqq. *auicula*, inquit (Aesopus), est parua, nomen est cassita. habitat nidulaturque in segetibus, id ferme temporis, ut appetat messis pullis iam iam plumantibus. ca cassita in sementes forte concesserat tempestiuiores; propterea frumentis flauescens pulli etiam tunc inuolucres erant. dum igitur ipsa iret cibum pullis quaesitum, monet eos, ut, siquid ibi rei nouae fieret diceretur, animaduertent idque uti sibi, ubi redisset, nuntiarent. dominus postea segetum illarum filium adulescentem uocat, et: 'uidesne', inquit, 'haec ematuruisse et manus iam postulare? idcirco die crastini, ubi primum diluculabit, fac amicos adeas et roges, ueniant operamque mutuant et messim hanc nobis adiuuent'. haec ubi ille dixit, discessit. atque, ubi rediit cassita, pulli tremibundi, trepiduli circumstrepere orareque matrem, ut iam statim properet inque alium locum sese asportet: 'nam dominus', inquirunt, 'misit, qui amicos roget, uti luce oriente ueniant et metant'. mater iubet eos otioso animo esse: 'si enim dominus', inquit, 'messim ad amicos reicit, crastino seges non metetur neque necessum est, hodie uti uos auferam'. die, inquit, postero mater in pabulum uolat. dominus, quos rogauerat, opperitur. sol feruit, et fit nihil; it dies, et amici nulli erant. tum ille rursus ad filium: 'amici isti magnam partem', inquit, 'cessatores sunt. quin potius imus et cognatos adfinesque nostros oramus, ut adsint cras temperi ad metendum?' itidem hoc pulli pauifacit matri nuntiant. mater hortatur, ut tum quoque sine metu ac sine cura sint, cognatos adfinesque nullos ferme tam esse obsequibiles ait, ut ad laborem capessendum nihil cunctentur et statim dicto oboediant: 'uos

modo', inquit, 'aduertite, si [modo] quid denuo dicitur'. alia luce orta, auis in pastum profecta est. cognati et adfines operam quam rogati sunt dare supersederunt. ad postremum igitur dominus filio: 'ualeant', inquit, 'amici eum propinquis. afferes primo luci falces duas: unam egomet mihi et tu tibi capies alteram, et frumentum nosmet ipsi manibus nostris cras metemus'. id ubi ex pullis dixisse dominum mater audiuit: 'tempus', inquit, 'est cediendi et abeundi; fiet nunc dubio procul, quod futurum dixit. in ipso enim iam uertitur, cuius res est, non in alio, unde petitur'. atque ita cassita nidum migravit, seges a domino demessa est. hunc Aesopi apologum Q. Ennius in satiris scite admodum et uenuste uersibus quadratis composuit. quorum duo postremi isti sunt, quos habere cordi et memoriae operae pretium esse hercle puto:

hoc erit tibi argumentum semper in promptu  
situm,  
nequid expectes amicos, agere tu quod possies.

VIII  
nam qui lepidè postulat alterum frustrari,  
85 quem frustratu frustrast cum dicit frustra esse,  
qui sese frustrari quem frustra sentit,  
qui frustratur, is frustrast, ille non est frustrat.  
Gell. XVIII 2.

IX  
Quint. IX 2 36 sed formas quoque fingimus saepe,  
ut Famam Vergilius, ut Voluptatem ac Virtutem—  
Prodicus, ut Mortem ac Vitam, quas contententes  
(consentientes Ambrosian.) in satira tradit Ennius.

X\*  
Cic. de Diuin. II 54 111 non esse autem illud  
carmen (Sibyllae) furentis cum ipsum poema declarat  
—tum uero ea quae ἀποσπυριχῆ dicitur, cum deinceps  
ex primis uersuum litteris aliquid conecit, ut in  
quibusdam Ennianis: Q. (ita Auratus, quae codd.)  
Ennius fecit. id certe magis est attentum animi quam  
furentis.

XI\*  
tubicina máximò labóre múgit . .  
Varro d. l. Lat. VII 104.

79 mu add. C. 80 mu C,  $\mu\nu$  Flor. 81 illie Vrsin.; illuc cod. est post illuc addit. in eod.; post nauici traiecit Vahlenus. nihil Vrsin. (nili Vahlenus) nihil cod. 82 promptu T, promptum uel promptum rell. 83 agere t. q. p. M, quod tu agere possis codd. (q. tute a. possies Fruterius.) 85 frustratu' frustrast eum M, frustratur frustra eum codd. plerique. 86 qui Ribbeckius, M, nam qui uulg.; irrepsit nam ex primo uersu. frustra sentit uulg., codd. plerique frustras sentit similia. 87 post frustrast si add. codd. (set Regius); om. Acidalius. ille non Vahlenus, non ille uulg. 88 haec saturis an comoediis addenda sint incertum; nam et per trochaeos disponi possunt.

T. LVCRETI CARI  
DE RERVM NATVRA

LIBER PRIMVS

**A**ENEADVM genitrix, hominum diuom-  
que uoluptas,  
alma Venus, caeli subter labentia signa  
quae mare nauigerum, quae terras frugiferentis  
concelebras, per te quoniam genus omne ani-  
mantum  
concipitur uisitque exortum lumina solis : 5  
te, dea, te fugiunt uenti, te nubila caeli  
aduentumque tuum, tibi suavis daedala tellus  
summittit flores, tibi rident aequora ponti  
placatumque nitet diffuso lumine caelum.  
nam simul ac species patefactast uerna diei 10  
et reserata uiget genitabilis aura fauoni,  
aeriae primum uolucres te, diua, tuumque  
significat inuitum percussae corda tua ui.  
15 inde ferae pecudes persultant pabula lacta  
14 et rapidos tranant amnis : ita capta lepore 15  
te sequitur cupide quo quamque inducere pergis.  
denique per maria ac montis fluuiosque rapaeis  
frondiferasque domos auium camposque uirentis  
omnibus ineutiens blandum per peetora amorem  
efficit ut eupide generatim saecula propagent. 20  
quae quoniam rerum naturam sola gubernas  
nec sine te quicquam dias in luminis oras  
exoritur neque fit laetum neque amabile quicquam,  
te sociam studeo scribendis uersibus esse  
quos ego de rerum natura pangere conor 25  
Memmiadae nostro, quem tu, dea, tempore in  
omni  
omnibus ornatum uoluisti excellere rebus.  
quo magis aeternum da dietis, diua, leporem.  
effice ut interea fera moenera militiis  
per maria ac terras omnis sopita quiescant. 30  
nam tu sola potes tranquilla pace iuuare  
mortalis, quoniam belli fera moenera Mauors  
armipotens regit, in gremium qui saepe tuum se  
reicit aeterno deuictus uulnere amoris,  
atque ita suspiciens tereti ceruice reposta 35  
pascit amore auidos inhians in te, dea, uisus,  
eque tuo pendet resupini spiritus ore.  
hunc tu, diua, tuo reuabantem corpore saneto  
circumfusa super, suauis ex ore loquellas 39  
funde petens placidam Romanis, ineluta, pacem.  
nam neque nos agere hoc patriai tempore iniquo  
possumus aequo animo nec Memmi clara propago  
talibus in rebus communi desse saluti. 43

quod superest, uacuas auris animumque sagacem 50  
semotum a euris adlibe ueram ad rationem,  
ne mea dona tibi studio disposta fideli,  
intellecta prius quam sint, contempta relinquas.  
nam tibi de summa caeli ratione deunque  
disserere incipiam et rerum primordia pandam, 55  
unde omnis natura ereet res auet et aliatque,  
quoue eadem rursum natura perempta resoluat,  
quae nos materiem et genitalia corpora rebus  
reddunda in ratione uocare et semina rerum  
appellare suemus et haec eadem usurpare 60  
corpora prima, quod ex illis sunt omnia primis.  
Humana ante oculos foede cum uita iaceret  
in terris oppressa graui sub religione  
quae caput a caeli regionibus ostendebat  
horribili super aspectu mortalibus instans, 65  
primum Graius homo mortalis tollere contra  
est oculos ausus primusque obsistere contra,  
quem neque fama deum nec fulmina nec minitanti  
murmure compressit caelum, sed eo magis acrem  
inritat animi uirtutem, effringere ut arta 70  
naturae primus portarum claustra euipret.  
ergo uiuida uis animi peruicet, et extra  
processit longe flammantia moenia mundi  
atque omne immensum peragrauit mente animoque,  
unde refert nobis uictor quid possit oriri, 75  
quid nequeat, finita potestas denique cuique  
quanam sit ratione atque alte terminus haerens.  
quare religio pedibus subiecta uicissim  
opteritur, nos exaequat uictoria caelo.  
Illum in his rebus uereor, ne forte rearis 80  
impia te rationis inire elementa uianque  
indugredi sceleris. quod contra saepius illa  
religio peperit scelerosa atque impia faeta.  
Aulide quo pacto Triuii uirginis aram  
Iphianassai turparunt sanguine foede 85  
ductores Danaum delecti, prima uirorum.  
cui simul infula uirgineos circumdata comptus  
ex utraque pari malarum parte profusast,  
et maestum simul ante aras adstare parentem  
sensit et hunc propter ferrum celare ministros 90  
aspectuque suo lacrimas effundere eiuis,  
muta metu terram genibus summissa petebat.  
nec miserae prodesse in tali tempore quibat  
quod patrio princeps donarat nomine regem ;  
nam sublata uirum manibus tremibundaque ad aras  
deductast, non ut sollempni more sacrorum 96

I. 15 ante 14 habent A (Leidensis oblongus) B (Leidensis quadratus) Hauniense siue G (ottorpiense) fragmentum.  
16 pergis Nicc(oli codex) A ex corr., tergis A B G. 27 ornatum A ex corr., oratum codd. 32 fera moenera Lamb(inus),  
feram onera codd. 33 regit Nicc. Schol. Stat. ad Theb. 3 296, regium codd. 34 reicit B G, reficit A. 35 tereti Nicc.,  
teriti codd. 43 desse A ex corr. Nicc., id esse codd. 44-49 ex II 646-651 repetunt codices, om. hic Pont(anus) Mar(ullus).  
50 corr. Bern(ays) praeceunte interp. Verg. in Maii class. auct. t. vii p. 262, quod superest ut uacuas auris A B. 66 Lamb.  
ed. 3 Lach(mann) tendere ex Nonio p. 411, 2. 68 fana Bentl(ey), Lach., Bern. 70 effringere Prisc(ianus) p. 879,  
aliquot codd. correcti, confringere codd. 71 cupiret Prisc. A ex corr., cuperet codd. 74 omne A ex corr., omnem codd.  
77 quanam A ex corr., quantum codd. 83 atque A, ac B G. 84 Triuii Prisc., triuiat codd. 85 Iphianassai A ex  
corr. Avanc., Iphianassa codd.

perfecto posset claro comitari Hymenaeo,  
sed casta inceste nubendi tempore in ipso  
hostia concideret maectatu maesta parentis,  
exitus ut classi felix faustusque daretur. 100  
tantum religio potuit suadere malorum.

Tutemet a nobis iam quouis tempore uatum  
terri loquis uictus dictis desciscere quaeres.  
quippe etenim quam multa tibi iam fingere pos-

sunt  
somnia quae uitae rationes uertere possint 105  
fortunaeque tuas omnis turbare timore!  
et merito; nam si certam finem esse uiderent  
aerumnarum homines, aliqua ratione ualere  
religionibus atque minis subsistere uatum.

nunc ratio nulla est restandi, nulla facultas, 110  
aeternas quoniam poenas in morte timendumst.  
ignoratur enim quae sit natura animai,  
nata sit an contra nascentibus insinuetur,  
et simul intereat nobiscum morte dirempta  
an tenebras Oris uisat uastaque lacunas 115  
an pceudes alias diuinitus insinuet se,  
Ennius ut noster cecinit qui primus amoeno  
detulit ex Helicone perenni fronde coronam,  
per gentis Italas hominum quae clara clueret;  
etsi praeterea tamen esse Acherusia templa 120  
Ennius aeternis exponit uersibus edens,  
quo neque permaneant animae neque corpora  
nostra,

sed quaedam simulacra modis pallentia miris;  
unde sibi exortam semper florentis Homeri  
commemoratur speciem lacrimas effundere salsas  
coepisse et rerum naturam expandere dictis. 126

quapropter bene cum superis de rebus habenda  
nobis est ratio, solis lunaeque meatus  
qua fiant ratione, et qua ui quaeque gerantur  
in terris, tum cum primis ratione sagaci 130  
unde anima atque animi constet natura uidentum;

et quae res nobis, uigilantibus obuia, mentes  
terrificet morbo adfectis, somnoque sepultis,  
cernere uti uideamur eos audireque coram,  
morte obita quorum tellus amplectitur ossa. 135  
nec me animi fallit Graiorum obscura reperta  
difficile inlustrare Latinis uersibus esse,  
multa nouis uerbis praesertim cum sit agendum  
propter egestatem linguae et rerum nouitatem;  
sed tua me uirtus tamen et sperata uoluptas 140  
suauis amicitiae quemuis sufferre laborem  
suadet et inducit noctes uigilare serenas  
quaerentem dictis quibus et quo carmine demum  
clara tuae possim praepandere lumina menti,  
res quibus occultas penitus conuiscere possis. 145

Hunc igitur terrorem animi tenebrasque ne-

cesses  
non radii solis neque lucida tela diei  
discutiant, sed naturae species ratioque.  
principium cuius hinc nobis exordia sumet,  
nullam rem e nilo gigni diuinitus umquam. 150  
quippe ita formido mortalium continet omnis,  
quod multa in terris fieri caeloque tuentur  
quorum operum causas nulla ratione uidere  
possunt ac fieri diuino numine rentur.

156 quas ob res ubi uiderimus nil posse creari  
155 de nilo, tum quod sequimur iam rectius inde  
perspicimus, et unde queat res quaeque creari  
155 et quo quaeque modo fiant opera sine diuom.

159 Nam si de nilo fierent, ex omnibus rebus  
omne genus nasci posset, nil semine egeret. 160  
e mare primum homines, e terra posset oriri

squamigerum genus et uolucres erumpere caelo;  
armenta atque aliae pceudes, genus omne ferarum,  
incerto partu culta ac deserta tenerent.

nec fructus idem arboribus constare solerent, 165  
sed mutantur, ferre omnes omnia possent.  
quippe, ubi non essent genitalia corpora cuique,  
qui posset mater rebus consistere certa?

at nunc seminibus quia certis quaeque creantur,  
inde enaseitur atque oras in luminis exit, 170  
materies ubi inest cuiusque et corpora prima;  
atque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni,  
quod certis in rebus inest secreta facultas.

praeterea cur uere rosam, frumenta calore,  
uites autumnum fundi suadente uidemus, 175  
si non, certa suo quia tempore semina rerum  
cum confluerunt, patefit quodcumque creatur,  
dum tempestates adsunt et uiuida tellus  
tuto res teneras effert in luminis oras?

quod si de nilo fierent, subito exorerentur 180  
incerto spatio atque alienis partibus anni,  
quippe ubi nulla forent primordia quae genitali  
concilio possent arceri tempore iniquo.

nec porro augendis rebus spatio foret usus  
seminis ad coitum, si e nilo crescere possent; 185  
nam fierent iuuenes subito ex infantibus paruis  
e terraque exorta repente arbusta salirent.  
quorum nil fieri manifestum est, omnia quando  
paulatim crescunt, ut par est,

semine certo  
crescentesque genus seruant; ut noscere possis 190  
quicquid sua de materia grandescere alique.

huc accedit uti sine certis imbribus anni  
laetificos nequeat fetus submittere tellus  
nec porro secreta cibo natura animantium  
propagare genus possit uitamque tueri; 195  
ut potius multis communia corpora rebus  
multa putes esse, ut uerbis elementa uidemus,

quam sine principis ullam rem existere posse.  
denique cur homines tantos natura parare  
non potuit, pedibus qui pontum per uada possent 200  
transire et magnos manibus diuellerent montis  
multaque uiuendo uitalia uincere saecula,  
si non, materies quia rebus reddita certast

gignundis e qua constat quid possit oriri?  
nil igitur fieri de nilo posse fatendumst, 205  
semine quando opus est rebus quo quaeque creatae  
aeris in teneras possint proferri auras.

postremo quoniam incultis praestare uidemus  
cultu loca et manibus melioris reddere fetus,  
esse uidelicet in terris primordia rerum 210  
quae nos fecundas uertentes uomere glebas  
ferraique solum subigentes cimus ad ortus.

quod si nulla forent, nostro sine quaeque labore  
sponte sua multo fieri meliora uideres.

Huc accedit uti quicquid in sua corpora rursum 215  
dissoluatur natura neque ad nilum intereat res.

nam siquid mortale e cunctis partibus esset,  
ex oculis res quaeque repente erepta periret.  
nulla ui foret usus enim quae partibus eius  
discidium parere et nexus exsolueret possent. 220

quod nunc, aeterno quia constant semine quaeque,  
donec uis obiit quae res diuerberet ictu  
aut intus penetret per inania dissolutaque,  
nullius exitium patitur natura uideri.

praeterea quaecumque uetustate amouet aetas, 225  
si penitus perenit consumens materiem omnem,  
unde animale genus generatim in lumina uitae  
reducat Venus, aut reductum daedala tellus

102 quouis A ex corr., Seru. ad Aen. 11,230, Prisc. p. 947. 104 iam A, me B G. possunt Mar. Junt., possum codd.  
111 timendumst Orelli eclog. in adm., Lach., timendum codd. 121 eidem Lach. 126 coepisse et B corr. coepisset codd.  
120 tum codd. correcti, tunc codd. 141 sufferre Flor(entinus) 32 in marg., Heins(ius) in notis ineditis, Faber. 150 nilo B,  
nihil A. 155-8 in ordinem redegerunt Mar. Junt(inae editor). idem ut pro eo quod codd. habent et. 161-4 haec ita  
interpungit Lachm. Lamb., colo post pceudes posito, teneret legit, quem ita sequitur Langen ut semicolo post uolucres  
posito sic legat e terra p. o. sq. g. e. uolucres: erumpere caelo a. a. pceudes: g. o.—teneret. 168 certa A ex corr. Nicc.,  
derta codd. 176 quia Flor. 31 Cantab(riensis) superser., qui codd. 189 lacunam indicauit M(unro). 200 ponti Mark-  
land in adn. nuper edita in Hermath. t. iv p. 156, pontum ut Bockem(ueller). 207 possint Pont. Ald. 1, possent codd.  
215 quicquid Lamb., quicquid codd. 217 e add. Nicc.



unde alit atque auget generatim pabula praebens ?  
unde mare ingennei fontes aeternaque longe 230  
flumina suppeditant ? unde aether sidera pascit ?  
omnia enim debet, mortali corpore quae sunt,  
infinita aetas consumpsse anteaquam diesque.  
quod si in eo spatium atque anteaquam caecate finire  
e quibus haec rerum consistit summa relecta, 235  
immortali sunt natura praedita certe,  
haud igitur possunt ad nilum quaeque reuerti.  
denique res omnis eadem nis causaque uolgo  
conficeret, nisi materies aeterna teneret,  
inter se nexu minus aut magis indupedita ; 240  
tactus enim leti satis esset causa profecto,  
quippe, ubi nulla forent aeterno corpore, quorum  
contextum nis deberet dissolvere quaeque  
at nunc, inter se quia nexus principiorum  
dissimiles constant aeternaque materies est, 245  
incolumi remanent res corpore, dum satis acris  
uis obeat pro textura cuiusque reperta.  
haud igitur redit ad nilum res ulla, sed omnes  
discidio redeunt in corpora materiai.  
postremo pereunt imbres, ubi eos pater aether 250  
in gremium matris terrae praecipitavit ;  
at nitidae surgunt fruges ramiq; uirescunt  
arboribus, crescent ipsae fetuq; grauantur ;  
hinc alitur porro nostrum genus atque ferarum,  
hinc laetas urbes pueris florere uidemus 255  
frondiferasque nouis aubus canere undiq; siluas ;  
hinc fessae pecudes pingui per pabula lacta  
corpora deponunt et candens lacteus umor  
uberibus manat distentis ; hinc nona proles  
artibus infans teneras lascina per herbas 260  
ludit lacte nero mentes perculsa nonellas.  
haud igitur penitus pereunt quaecumque uidentur,  
quando alid ex alio reficit natura nec nullam  
rem gigni patitur nisi morte adiuta aliena.  
Nunc age, res quoniam docti non posse creari 265  
de nilo neque item genitas ad nil renocari,  
nequa forte tamen coeptes diffidere dietis,  
quod nequeunt oculis ferri primordia cerni,  
acepe praeterea quae corpora tute necessesst  
confiteare esse in rebus nec posse uideri. 270  
principio uenti nis nerbat incita portus  
ingentisque ruit nauis et nubila differt,  
interdum rapido percurrens turbine campos  
arboribus magnis sternit montisque supremos  
siluifragis uexat flabris : ita perfurit aeri 275  
cum fremitu saeuitque minaci murmure uentus.  
sunt igitur uenti nimirum corpora caeca  
quae mare, quae terras, quae denique nubila caeli  
nerrunt ac subito uexantia turbine raptant,  
nec ratione flumit alia stragemque propagant 280  
et cum mollis aquae fertur natura repente  
flumine abundant, quam largis imbribus auget  
montibus ex altis magnus decursus aquai  
fragmina coniciens siluarum arbustaque tota,  
nec ualidi possunt pontes uenientis aquai 285  
nim subitam tolerare : ita magno turbidus imbrum  
molibus incurrat ualidis enim uiribus annis :  
dat sonitu magno stragem noluitque sub undis  
grandia saxa : ruit qua quicquid fluctibus obstat.  
sic igitur debent uenti quoque flamina ferri, 290  
quae ueluti ualidum cum flumen proeubere  
quamlibet in partem, tridunt res ante ruuntque  
impetibus crebris, interdum uertice torto

corripiunt rapideque rotanti turbine portant.  
quare etiam atque etiam sunt uenti corpora caeca, 295  
quandoquidem factis et moribus aemula magnis  
annibus inueniuntur, aperto corpore qui sunt.  
tum porro uarios rerum sentimus odores  
nec tamen ad naribus uenientis cernimus unquam,  
nec calidos aestus tuimur nec frigora quinius 300  
usurpare oculis nec uoces cernere suemus ;  
quae tamen omnia corporea constare necessesst  
natura, quoniam sensus impellere possunt.  
tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest  
res.

denique fluctifrago suspensae in litore uestes 305  
uuescunt, eadem dispensans in sole reseunt.  
at neque quo pacto persederit umor aquai  
uisumst nec rursus quo pacto fugerit aestu.  
in paruas igitur partis dispergitur umor  
quas oculi nulla possunt ratione uidere. 310  
quiu etiam multis solis redeuntibus annis  
amulus in digito subter tenuatur habendo,  
stilicidi casus lapidem cauat, uncus aratri  
ferreus occulte decrescit uomer in arnis,  
strataque iam uolgi pedibus detrita uiarum 315  
saxea conspicimus ; tum portas propter aena  
signa manus dextras ostendunt adtenuari  
saepe salutantum tactu praetereque meantun  
haec igitur minui, cum sint detrita, uidemus.  
sed quae corpora deeedant in tempore quoque, 320  
inuida praeceluit speciem natura uidentur.  
postremo quaecumque dies natura rebus  
paulatim tribuit, moderatim crescere cogens,  
nulla potest oculorum acies contenta tueri ;  
nec porro quaecumque aeno macieque senescunt, 325  
nec, mare quae impendent, uesco sale saxa peresa  
quid quoque amittant in tempore cernere possis.  
corporibus caecis igitur natura gerit res.

Nec tamen undique corporea stipata tenentur  
omnia natura ; namque est in rebus inane. 330  
quod tibi cognosse in multis erit utile rebus  
nec sinet errantem dubitare et quaerere semper  
de summa rerum et nostris diffidere dietis.  
[quapropter locus est intactus inane uacansque]  
quod si non esset, nulla ratione moueri 335  
res possent ; namque officium quod corporis exstat,  
officere atque obstar, id in omni tempore adesset  
omnibus ; haud igitur quicquam procedere posset,  
principium quoniam cedendi nulla daret res.  
at nunc per maria ac terras sublimaque caeli 340  
multa modis multis uaria ratione moueri  
cernimus ante oculos, quae, si non esset inane,  
non tam sollicito motu priuata earent  
quam genita omnino nulla ratione fuissent,  
undique materies quoniam stipata quiesset. 345  
praeterea quamuis solidae res esse putentur,  
hinc tamen esse licet raro cum corpore cernas.  
in saxis ac speluncis permanat aquarum  
liquidus umor et uberibus flent omnia guttis.  
dissipat in corpus sese eibus omne animantum. 350  
crescunt arbusta et fetus in tempore fundunt,  
quod eibus in totas usque ab radicibus inis  
per truncos ac per ramos diffunditur omnis.  
inter saepta meant uoces et elausa domorum  
transuolitant, rigidum permanat frigus ad ossa, 355  
quod nisi inania sint, qua possint corpora quaeque  
transire ? haud ulla fieri ratione uideres.

230 *mare*, *ingenuei* Lach. *extentaque* idem. *large* Bern. 240 *nexu* cod. Mon(acensis), *nexu* eeteri. 257 *pingui* Inm. Philargyrius ad Verg. *Georg.* 3. 124, *pinguis* codd. 263 *alio* Nicc., *allo* codd. 264 *adiuta* A ex corr. Nicc., *adluta* codd. 271 *portus* aliquot codd. correcti, *cortus* codd., *pontum* Mar. Politian(us) Bern., *cautes* Lach. 276 *uentus* Markland in adn., Lach. 282 *quam* Lach., *quem* codd. *auget*, *aliget* A, *uirget* B, teste Woltjero in Nou. Annal. t. cxix p. 772. unde ipse *urget* conicit. 286 *turbidus* A ex corr. Nicc., *turbibus* codd. 289 *quicquid* M., *rustique ita quidquid* Lach., codd. *quidquid*. 294 *rapide* Lach., *rapidi* codd. 304 *et* codd. Sen. Tertull. Non., aut Gell. v. 15. 313 Isidor. *Or.* 20 14 1 "uomer—de quo Lucretius uncus aratri ferreus oculo d. u. in a. sumitque per detrimenta fulgorem" unde suspicatur M. intercidisse hic *sumitque ipse suum per detrimenta nitorem*. 321 *praeceluit* A ex corr., codd. *praeceluset*. *spatium* Lach., *uideo* Bentl. 334 *spurium iudicantur* Bentl. Lach. 347 *licet* Nicc., *licet* codd. 349 *flent* Nicc., *flent* A B cf. 386. 362 *radicibus* A ex corr. *radicimus* A B G. 356, 7 *possint* M. interpunctione quoque mutata, *possent* codd. Pont. Junt. Lamb. Lach. etc. *quod—sint, qua possent—uideres.* pro *ferei* u. 357 B G *ualerent* unde in u. 356

denique cur alias aliis praestare uideamus  
ponderare res rebus nilo maiore figura?  
nam si tantundem in lanae glomere quantum 360  
corporis in plumbo est, tantunden pendere par est,  
corporis officiumst quoniam premere omnia deorsum,  
contra autem natura manet sine pondere inanis.  
ergo quod magnumst aequae leuiusque uidetur,  
nimirum plus esse sibi declarat inanis; 365  
at contra grauius plus in se corporis esse  
dedicat et multo uacui minus intus habere.  
est igitur nimirum id quod ratione sagaci  
quaerimus, admixtum rebus, quod inane uocamus.  
Illud in his rebus ne te deducere uero 370  
possit, quod quidam fingunt, praecurrere cogor.  
cedere squamigeris latices nitentibus alunt  
et liquidas aperire uias, quia post loca pisces  
linquant, quo possint cedentes confluere undae;  
sic alias quoque res inter se posse moueri 375  
et mutare locum, quamuis sint omnia plena.  
scilicet id falsa totum ratione receptumst.  
nam quo squamigeri poterunt procedere tandem,  
ni spatium dederint latices? concedere porro  
quo poterunt undae, cum pisces ire nequibunt? 380  
aut igitur motu priuandumst corpora quaeque  
aut esse admixtum dicendumst rebus inane  
unde initum primum capiat res quaeque mouendi.  
postremo duo de concursu corpora lata  
si cita dissilant, nempe aer omne necessest, 385  
inter corpora quod fiat, possidat inane.  
is porro quamuis circum celerantibus auris  
confluat, haud poterit tamen uno tempore totum  
compleri spatium; nam primum quemque necessest  
occupet ille locum, deinde omnia possideantur. 390  
quod si forte aliquis, cum corpora dissilueret,  
tum putat id fieri quia se condenseat aer,  
errat; nam uacuum tum fit quod non fuit ante  
et repletur item uacuum quod constitit ante,  
nec tali ratione potest denserier aer, 395  
nec, si iam posset, sine inani posset, opinor,  
ipse in se trahere et partis conducere in unum.  
Quapropter, quamuis causando multa moreris,  
esse in rebus inane tamen fateare necessest.  
multaque praeterea tibi possum commemorando 400  
argumenta fidem dictis conradere nostris.  
uerum animo satis haec uestigia parua sagaci  
sunt per quae possis cognoscere cetera tute.  
namque canes ut montiuagae persaepe ferae  
naribus inueniunt intactas fronde quietes, 405  
cum semel institerunt uestigia certa uiai,  
sic aliud ex alio per te tute ipse uidere  
talibus in rebus poteris caecaeque latebras  
insinuare omnis et uerum protrahere inde.  
quod si pigraris paulumue recesseris ab re, 410  
hoc tibi de plano possum promittere, Memmi:  
usque adeo largos haustus e fontibus magnis  
lingua meo suauis diti de pectore fundet,  
ut uerear ne tarda prius per membra senectus  
serpat et in nobis uitae claustra resoluat, 415  
quam tibi de quauis una re uersibus omnis  
argumentorum sit copia missa per auris.  
Sed nunc ut repetam coeptum pertexere dictis,

omnis ut est igitur per se natura duabus 419  
constitit in rebus; nam corpora sunt et inane,  
haec in quo sita sunt et qua diuersa mouentur.  
corpus enim per se communis dedicat esse  
sensus; cui nisi prima fides fundata ualebit,  
haut erit occultis de rebus quo referentes 424  
confirmare animi quicquam ratione queamus.  
tum porro locus ac spatium, quod inane uocamus,  
si nullum foret, haut usquam sita corpora pos-  
sent  
esse neque omnino quoquam diuersa meare;  
id quod iam supra tibi paulo ostendimus ante.  
praeterea nil est quod possis dicere ab omni 430  
corpore seiunctum secretumque esse ab inani,  
quod quasi tertia sit numero natura reperta.  
nam quodcumque erit, esse aliquid debet id  
ipsum;  
435 cui si tactus erit quamuis leuis exiguisque,  
434 augmine uel grandi uel paruo denique, dum sit,  
corporis augebit numerum summamque seque-  
tur. 436  
sin intactile erit, nulla de parte quod ullam  
rem prohibere queat per se transire meantem,  
scilicet hoc id erit, uacuum quod inane uocamus.  
praeterea per se quodcumque erit, aut faciet  
quid 440  
aut alius fungi debet agentibus ipsum  
aut erit, ut possunt in eo res esse gerique.  
at facere et fungi sine corpore nulla potest res  
nec praebere locum porro nisi inane uacansque.  
ergo praeter inane et corpora tertia per se 445  
nulla potest rerum in numero natura relinqui,  
nec quae sub sensus cadat ullo tempore nostros  
nec ratione animi quam quisquam possit apisci.  
Nam quaecumque cluent, aut his coniuncta  
duabus  
rebus ea inuenies aut horum euenta uidebis. 450  
coniunctum est id quod nusquam sine permissuali  
discidio potis est seiungi seque gregari,  
pondus uti saxist, calor ignis, liquor aquai.  
[tactus corporibus cunctis intactis inani]  
seruitium contra paupertas diuitiaequae, 455  
libertas bellum concordia, cetera quorum  
aduentu manet incolumis natura abituque,  
haec soliti sumus, ut par est, euenta uocare  
tempus item per se non est, sed rebus ab ipsis  
consequitur sensus, transactum quid sit in  
aero, 460  
tum quae res instet, quid porro deinde sequatur.  
nec per se quemquam tempus sentire fatendumst  
senotum ab rerum motu placidaque quiete.  
denique Tyndaridem raptam belloque subactas  
Troiuugenae gentis cum dicunt esse, uidendumst  
ne forte haec per se cogant nos esse fateri, 466  
quando ea saecula hominum, quorum haec euenta  
fuerunt,  
inreuocabilis abstulerit iam praeterita aetas;  
namque aliu Teucris, aliu regionibus ipsis  
euentum dici poterit quodcumque erit actum. 470  
denique materies si rerum nulla fuisset  
nec locus ac spatium, res in quo quaeque geruntur,

qua corpora quaeque ualent Bern. de lectura codicum possent frustra sollicitata disputauit Postgate in Diario Philologico t. xvi p. 124 qui huc etiam II 1034 retulit. poetae illa si essent, ni essent et similia uitabant, auribus nimirum consulentes.

366 at codd. correcti, aut codd. 367 uacui Pont. Junt. Lamb., uacuum B G, uacuum A codices correcti Wak(efield) Lach. 372 aiunt A ex corr., codd. correcti, alunt codd. 383 initum A ex corr., initium codd. 384 concursu G a prim. man., concurso A B. 386 fiat, flat A B. 389 quemque. quencque Pont. Mar. Ald(ina) I editio, Junt., quisque codd. 395 denserier A ex corr. codex Flor(entinus) 31, condensier codd. 404 ferai codd. correcti, ferare A B G, ferarum A ex corr. 411 de plano Flor. 31 Cantab(rigiensis) cod. Mar. Junt., deplano codd. 412 magnis A ex corr. codd. correcti; magnes A, amnes B G, magnetis Heins. in notis manuscriptis. 435 ante 434 habent codd., transposuit Lach. 438 transeire Lach., transire A ex corr., transere codd. 442 possunt codd. Munro, possint Flor. 31 Cantab. Lamb. Lach. M. prius, Brieger, puncto post erit sublato, grammatica ratio uidetur possint postulare. conf. loci ab ipso M. in commentatione laudati. 449 cluent et coniuncta A ex corr. Non. 203, 32, eiuent et coniuncto codd. 450 harum Bockem. haud male. 451 permissuali A B Munro, permissuali uulg. Lach. 452 gregari A ex corr., gregari codd. 453 saxist Lach., saxi est Wak., saxis codd. Aquai Mar., aquae codd. 454 spurium esse uidit Lach. 455 diuitiac A ex corr. Nicc., diuitiae codd. 458 euenta A ex corr. Nicc., euento codd. 467 fuerunt G, fuerit A B. 469 Teucris M., codd. terris, per sest Lach., saeculis Bern. uu. 469, 470 post 482 transponendos censet Postgate in Diario Philologico t. xvi p. 125.

numquam Tyndaridis formae conflatus amore  
ignis, Alexandri Phrygio sub pectore gliscens,  
clara accendisset saevi certamina belli, 475  
nec clam durateus Troianis Pergama partu  
inflammasset equos nocturno Graiugenaarum;  
perspicere ut possis res gestas funditus omnis  
non ita uti corpus per se constare neque esse,  
nec ratione cluere eadem qua constet inane, 480  
sed magis ut merito possis euenta uocare  
corporis atque loci, res in quo quaeque gerantur.

Corpora sunt porro partim primordia rerum,  
partim concilio quae constant principiorum.  
sed quae sunt rerum primordia, nulla potest uis 485  
stinguere; nam solido uiuunt ea corpore denum.  
etsi difficile esse uidetur credere quicquam  
in rebus solido reperiri corpore posse.  
transit enim fulmen caeli per saepta domorum,  
clamor ut ac uoces; ferrum caudescit in igni 490  
dissiliuntque fero feruentia saxa uapore;  
tum labefactatus rigor auri soluitur aestu;  
tum glacies aeris flamma deuicta liquescit;  
permanat calor argentum penetraleque frigus,  
quando utrumque manu retinentes pocula rite 495  
sestius infuso lympharum rore superne.  
usque adeo in rebus solido nil esse uidetur.  
sed quia uera tamen ratio naturae rerum  
cogit, ades, paucis dum uersibus expediamus  
esse ea quae solido atque aeterno corpore constant,  
semina quae rerum primordiaeque esse docemus, 501  
unde omnis rerum nunc constet summa creata.

Principio quoniam duplex natura duarum  
dissimilis rerum longe constare repetast,  
eorporis atque loci, res in quo quaeque geruntur, 505  
esse utramque sibi per se puranique necessesse.  
nam quaecumque nacat spatium, quod inane uocamus,  
corpus ea non est; qua porro cumque tenet se  
corpus, ea uacuum nequaquam constat inane.  
sunt igitur solida ac sine inani corpora prima. 510  
praeterea quoniam geuitis in rebus inanest,  
materiem circum solidam constare necessesse,  
nec res ulla potest uera ratione probari  
corpore inane suo celare atque intus habere,  
si non, quod cohibet, solidum constare relinquis. 515  
id porro nil esse potest nisi materiai  
concilium, quod inane queat rerum cohibere.  
materies igitur, solido quae corpore constat,  
esse aeterna potest, cum cetera dissoluantur.  
tum porro si uil esset quod inane nocaret, 520  
omne foret solidum; nisi contra corpora certa  
essent quae loca couplerent quaecumque tenerent,  
omne quod est, spatium uacuum constaret inane.  
alternis igitur nimirum corpus inani  
distinctumst, quoniam nec plenum nauiter extat 525  
nec porro uacuum. sunt ergo corpora certa  
quae spatium pleno possint distinguere inane.  
haec neque dissolui plagis extrinsecus icta  
possunt nec porro penitus penetrata retexti  
nec ratione queunt alia temptata labare; 530  
id quod iam supra tibi paulo ostendimus ante.  
nam neque conlidi sine inani posse uidetur  
quicquam nec frangi nec findi in bina secundo  
nec capere uiorem neque item manabile frigus  
nec penetralem ignem, quibus omnia conficiuntur.

et quo quaeque magis cohibet res intus inane, 536  
tam magis his rebus peuitus temptata labascit.  
ergo si solida ac sine inani corpora prima  
sunt ita uti docui, sint haec aeterna necessesse.  
praeterea nisi materies aeterna fuisset, 540  
antehac ad nilum penitus res quaeque redissent  
de niloque renata forent quaecumque uidemus.  
at quoniam supra docui nil posse creati  
de nilo neque quod genitum est ad nil reuocari,  
esse immortali primordia corpore debent, 545  
dissolui quo quaeque supremo tempore possint,  
materies ut subpeditet rebus reparandis,  
sunt igitur solida primordia simplicitate  
nec ratione queunt alia seruata per aenou  
ex infinito iam tempore res reparare. 550

Denique si nullam finem natura parasset  
frangendis rebus, iam corpora materiai  
usque redacta forent aeno fragente priore,  
ut nil ex illis a certo tempore posset  
conceptum summum actatis peruadere ad auctum.  
nam quiduis citius dissolui posse uidemus 556  
quam rursus refici; quapropter longa diei  
infinita aetas anteaeti temporis omnis  
quod fregisset adhuc disturbans dissoluensque,  
numquam relicto reparari tempore posset. 560  
at nunc nimirum frangendi reddita finis  
certa manet, quoniam reliei rem quamque uidemus  
et finita simul generatim tempora rebus  
stare, quibus possint aeni contingere florem.  
huc accedit uti, solidissima materiai 565  
corpora cum constant, possint tamen, omnia, reddi,  
mollia quae liunt, aer aqua terra uapores,  
quo pacto liant et qua ut quaeque gerantur,  
admixtum quoniam semel est in rebus inane.  
at contra si mollia sint primordia rerum, 570  
unde queant ualidi silices ferrumque creati  
non poterit ratio reddi; nam funditus omnis  
principio fundamenti natura carebit.  
sunt igitur solida pollentia simplicitate  
quorum condense magis omnia conciliatu 575  
artari possunt ualidasque ostendere uiris.

Porro si nullast frangendis reddita finis  
corporibus, tamen ex aeterno tempore quaeque  
nunc etiam superare necessesse corpora rebus,  
quae nondum clueant ullo temptata periclo. 580  
at quoniam fragili natura praedita constant,  
discrepat aeternum tempus potuisse manere  
innumerabilibus plagis uexata per aenou.  
denique iam quoniam generatim reddita finis  
erescendi rebus constat uitamque tenendi, 585  
et quid quaeque queant per foedera naturai,  
quid porro nequeant, sancitum quandoquidem extat,  
nec commutatur quicquam, quin omnia constant  
usque adeo, uariae uolueres ut in ordine cunctae  
ostendant maculas generalis corpore inesse, 590  
immutabili materiae quoque corpus habere  
debent nimirum. nam si primordia rerum  
commutari aliqua possint ratione reuicta,  
incertum quoque iam constet quid possit oriri,  
quid nequeat, finita potestas denique cuique 595  
quanam sit ratione atque alte terminus haerens,  
nec totiens possint generatim saecula referre  
naturam mores uictum motusque parentum.

473 formae Lach., forma conflatus amoris Bockem. 480 cluere B ex corr., Cantab. Flor. 30 ex corr., tuere codd. constat A, constat B G. 484 quae B ex corr., qua codd. 486 stinguere A B Lach., stringere uulg. 489 fulmen A ex corr., B ex corr., Nicc. ex corr., codd. fulmen. 490 ut, Lach. it. ac Avanc(ius), codd. ad. 491 feruenti codd., corr. uctt. edd. 492 cum Brix(iensis) Ver(ouensis) Ven(eta) edd., tum codd. 500 constant B ex corr., constat codd. 517 inane in rebus queat Lach., lectum Mar. Ald. 1 Junt. uerum Bern., codd. rerum. 520 esset A ex corr. Avanc., est codd. uocaret idem est ac uocaret quod Lach. legit. 525 distinctumst, quoniam Lamb. M., distinctum quoniam codd. Lach. 527 pleno—inane Mar. Ald. 1 Junt., codd. poena—inani. 533 findi aliquot correcti codices, codd. fundi. 542 que renata Lamb., quacraua codd. 542 materiai Mar., materiae codd. 543 forent B ex corr. Nicc., fouent codd. 545 ad auctum M., finis codd., summa—finis Lach. 547 dies et Faber Madv., uere ut uidentur. 548 refici A ex corr., refice codd. quamque uidemus B ex corr. Nicc., quamque demus codd. 546 possit M., Sauppe, codd. possint. 549 admixtum codd. correcti, admixtumque codd. 548 quacdam Lamb. Lach. 580 elucant Mar., ciueant codd. 584 generatum codd. correcti, generat in codd. 585 erescendi Ver. Ven., codd. erescendis. 588 commutatur B ex corr. Nicc., comitatur codd. iam constant Lach. 591 immutabili' Lach., immutabiles codd. 593 et 597 possint M., possent codd.

Tum porro quoniam est extremum quodque cacumen  
 \*  
 corporis illius quod nostri cernere sensus 600  
 iam nequeunt: id nimirum sine partibus extat  
 et minima constat natura nec fuit unquam  
 per se secretum neque posthac esse valebit,  
 alterius quoniamst ipsam pars, primaque et una  
 inde aliae atque aliae similes ex ordine partes 605  
 agmine condense naturam corporis explent,  
 quae quoniam per se nequeunt constare, necessest  
 haerere unde queant nulla ratione reuelli.  
 sunt igitur solida primordia simplicitate  
 quae minimis stipata cohaerent partibus arte, 610  
 non ex illarum conuentu conciliata,  
 sed magis aeterna pollentia simplicitate,  
 unde neque auelli quicquam neque deminui iam  
 concedit natura reseruans semina rebus.  
 praeterea nisi erit minimum, paruissima quaeque 615  
 corpora constabunt ex partibus infinitis,  
 quippe ubi dimidia pars semper habebit  
 dimidiam partem nec res praefiniet ulla.  
 ergo rerum inter summam minimamque quid escit?  
 nil erit ut distet; nam quamuis funditus omnis 620  
 summa sit infinita, tamen, paruissima quae sunt,  
 ex infinitis constabunt partibus aequae.  
 quod quoniam ratio reclamat uera negatque  
 credere posse animum, uictus fateare necessest  
 esse ea quae nullis iam praedita partibus extent, 625  
 et minima constant natura. quae quoniam sunt,  
 illa quoque esse tibi solida atque aeterna fatendum.  
 demique si minimas in partibus cuncta resolui  
 cogere consuesset rerum natura creatrix,  
 iam nil ex illis eadem reparare ualeret 630  
 propterea quia, quae nullis sunt partibus aucta,  
 non possunt ea quae debet genitalis habere  
 materies, uarios conexus pondera plagas  
 concursus motus, per quae res quaeque geruntur.  
 Quapropter qui materiem rerum esse putarunt 635  
 ignem atque ex igni summam consistere solo,  
 magno opere a uera lapsi ratione uidentur.  
 Heraclitus inquit quorum dux proelia primus,  
 clarus ob obscuram linguam magis inter inanis  
 quamde grauis inter Graios qui uera requirunt. 640  
 omnia enim stolidi magis admirantur amantque,  
 inuersis quae sub uerbis latitantia cernunt,  
 ueraque constituunt quae belle tangere possunt  
 auris et lepido quae sunt fucata sonore.  
 Nam cur tam uariae res possint esse requiro, 645  
 ex uno si sunt igni puroque creatae;  
 nil prodesset enim calidum denserier ignem  
 nec rarefier, si partes ignis eandem  
 naturam quam totus habet super ignis haberent.  
 acrior ardor enim conductis partibus esset, 650  
 languidior porro disiectis disque supatis:  
 amplius hoc fieri nil est quod posse rearis  
 talibus in causis, nedum uariantia rerum  
 tanta queat densis rarique ex ignibus esse.  
 id quoque, si faciant admixtum rebus inane, 655  
 denseri poterunt ignes rarique relinqui.

sed quia multa sibi cernunt contraria nasci  
 et fugitant in rebus inane relinquere purum,  
 ardua dum metuunt, amittunt uera uia;  
 nec rursus cernunt exempto rebus inani 660  
 omnia denseri fierique ex omnibus unum  
 corpus, nil ab se quod possit mittere raptim;  
 aestifer ignis uti lumen iacit atque uaporem,  
 ut uideas non e stipatis partibus esse. 665  
 quod si forte alia credunt ratione potesse  
 ignis in coetu stingui mutareque corpus,  
 scilicet ex nulla facere id si parte reparant,  
 occidet ad nilum nimirum funditus ardor  
 omnis et e nilo fient quaecumque creantur.  
 nam quodcumque suis mutatum finibus exit, 670  
 continuo hoc mors est illius quod fuit ante.  
 proinde aliqui superare necesse est incolume ollis,  
 ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes  
 de niloque renata uigescat copia rerum.  
 nunc igitur quoniam certissima corpora quaedam 675  
 sunt quae conseruant naturam semper eandem,  
 quorum abitu aut aditu mutatoque ordine mutant  
 naturam res et conuertunt corpora sese,  
 scire licet non esse haec ignea corpora rerum.  
 Nil referret enim quaedam decedere abire, 680  
 atque alia adtribui, mutarique ordine quaedam,  
 si tamen ardoris naturam cuncta tenerent;  
 ignis enim foret omnimodis quodcumque crearent.  
 uerum, ut opinor, itast: sunt quaedam corpora  
 quorum  
 concursus motus ordo positura figurae 685  
 efficiunt ignis, mutatoque ordine mutant  
 naturam neque sunt igni simulata neque ulli  
 praeterea rei quae corpora mittere possit  
 sensibus et nostros adiectu tangere tactus.  
 Dicere porro ignem res omnis esse neque ullam 690  
 rem ueram in numero rerum constare nisi ignem,  
 quod facit hic idem, perdelirum esse uidetur.  
 nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat  
 et labefactat eos unde omnia credita pendet,  
 unde hic cognitus est ipsi quem nominat ignem; 695  
 credit enim sensus ignem cognoscere uere,  
 cetera non credit, quae nilo clara minus sunt.  
 quod mihi cum uanum tum delirum esse uidetur;  
 quo referemus enim? quid nobis certius ipsis  
 sensibus esse potest, qui uera ac falsa notemus? 700  
 praeterea quare quisquam magis omnia tollat  
 et uelit ardoris naturam linquere solam,  
 quam neget esse ignis, quiduis tamen esse relinquit?  
 aequa uidetur enim dementia dicere utrumque.  
 Quapropter qui materiem rerum esse putarunt 705  
 ignem atque ex igni summam consistere posse,  
 et qui principium gignendis aera rebus  
 constituere, aut unorem quicumque putarunt  
 fingere res ipsam per se, terramque creare  
 omnia et in rerum naturas uertier omnis, 710  
 magno opere a uero longe derrasse uidentur.  
 adde etiam qui conduplicant primordia rerum  
 aera iungentes igni terramque liquori,  
 et qui quattuor ex rebus posse omnia rentur  
 ex igni terra atque anima prorescere et inibri. 715

599 post hunc uersum M. lacunam statuit quae in hunc modum expleri possit: *corporibus, quoniam nobis minimum esse uidetur, | debet item ratione pari minimum esse eacumen | corporis cett. quoniam codd., quoniam Lach., quod iam Bern. 600 ullius Lach. Bern. 606 explent correctores antiqui, explet A B. 608 nulla Flor. 31 Ver. Ven. cett., ulla codd., ut nequeant ulla B ex corr. 611 ularum M., ularum codd., ularum Ald. 1 Junt. Lamb. Lach. 613 iam Flor. 31 Ver. Ven. cett., codd. tam. 626 constant Ald. Junt., constant codd. 628 Lamb. Lach. uulg. ni. 631 idem multis. 634 quae Mar. Junt., quas codd. 639 ob apud Festum, om. codd. 645 c. possint esse r. M., codd. uulg. c. possint esse, r. et recte quidem ut uidetur. 646 uno B ex corr. Turnebus Lamb., uro codd. 649 haberent Nicc., haberet A, habere B G. 651 disiectis disque A ex corr., disiectisque codd. 657 nasci M., muse A, mu B G; alii alia temptarunt uelut adesse Lach., anussim Bern., melius utroque in usu A. Palmer. 659 uera uia A ex corr., codd. uer aula. 660 inani Flor. 30 ex corr. Mar. Junt., codd. inane. 662 raptim Pont. Avanc., codd. raptis. 665 alia Lach., codd. mia. 666 coetu Pont. Turneb., codd. coetus. mutare Mar. Junt., codd. musare. 668 funditus B ex corr., codd. funditur. ardor A ex corr. Nicc., amor A, arbor B G cett. 669 e add. Lach., ex uett. edd. 674 uigescat Heins. in notis manu scr., Lach., codd. uiuescat. 680 decedere Lamb. Lach. cett., codd. descendere. abire codd. edd., ab igne Boeckm. 681 alia Mar. Lamb. M., alio codd. Lach. 683 crearent Lamb., crearet codd. 690 ignem B ex corr., iq. nem. codd. 703 quiduis add. Lach. summam Nicc. uulg. 708 putarunt Nicc. B ex corr., putantur B, A ex corr., putant A. 710 uertier B ex corr. Nicc., uerti codd. 711 longe derrasse Vat(icianus) 3275 1136 Othob(oniensis), longi derrasse B G A ex corr., longi errasse A, longeque errasse Nicc. uulg.*

quorum Acregantinus cum primis Empedocles est,  
insula quem triquetris terrarum gessit in oris,  
quam fluitans circum magnis anfractibus aequor  
Ionium glaucis aspargit virus ab undis,  
angustoque fretu rapidum mare dimidit undis 720  
Italiae terrarum oras a finibus eius.  
hic est uasta Charybdis et hic Aetnaeae minantur  
murmura flammarum rursum se colligere iras,  
fancibus eruptos iterum nis ut uomat ignis  
ad caelumque ferat flammae fulgura rursum. 725  
quae cum magna modis multis miranda uidetur  
gentibus humanis regio uisenda fertur,  
rebus opima bonis, multa munita uirum ui,  
nil tamen hoc habuisse uiro praeclarius in se  
nec sanctum magis et mirum carumque uidetur. 730  
carniua quin etiam diuini pectoris eius  
uociferantur et exponunt praeclara reperta,  
ut uix humana uideatur stirpe creatis.  
Hic tamen et supra quos diximus inferiores  
partibus egregie multis multoque minores, 735  
quamquam multa bene ac diminitus inuenientes  
ex adyto tamquam cordis responsa dedere  
sanctius et multo certa ratione magis quam  
Pythia quae tripodi a Phoebi lanroque profatur,  
principia tamen in rerum fecere ruinas 740  
et grauitur magis magno eecidere ibi casu ;  
primum quod motus exempto rebus inani  
constituunt, et res molles rarasque relinquunt,  
aera solem ignem terras animalia frugis,  
nec tamen admiscunt in eorum corpore uane ; 745  
deinde quod omnino finem non esse secandis  
corporibus faciunt neque pausan stare fragori  
nec prorsum in rebus minimum consistere *quicquam* ;  
eum uideamus id extremum cuiusque eacumque  
esse quod ad sensus nostros minimum esse uidetur,  
conicere ut possis ex hoc, quae cernere non quis, 751  
extremum quod habent, minimum consistere *in illis*.  
huc accedit item, quoniam primordia rerum  
mollia constituunt, quae nos natua uidentis  
esse et mortali cum corpore funditus, ut qui 755  
debeat ad nihil iam rerum summa reuerti  
de noloque renata uigescere copia rerum ;  
quorum utrumque quid a nero iam distet *habebis*.  
deinde inimica modis multis sunt atque ueneno  
ipsa sibi inter se ; quare ut congressa peribunt 760  
aut ita diffugient ut tempestate coacta  
fulmina diffugere atque imbris uentosque nidemus.  
Denique quattuor ex rebus si cuncta creantur  
atque in eas rursum res omnia dissoluuntur,  
qui magis illa quoniam rerum primordia diei 765  
quam contra res illorum retroque putari ?  
alternis gignuntur enim mutantque colorem  
et totam inter se naturam tempore ab omni. 768  
sin ita forte putas ignis terraeque coire  
corpore et aeras auras roremque liquoris,  
nil in concilio naturam ut mutat eorum,  
nulla tibi ex illis poterit res esse creata,  
non animans, non exanimis eum corpore, ut arbor ;  
quippe suam quicque in coetu uariantis acerni 775  
naturam ostendet mixtusque uidelitur aer  
cum terra simul atque ardor eum rore manere.  
at primordia gignendis in rebus oportet

naturam elandestinam caecamque adhibere,  
emineat nequid quod contra pugnet et obstat 780  
quominus esse queat proprie quodcumque creatur.  
Quin etiam repetunt a caelo atque ignibus eius  
et primum faciunt ignem se uertere in auras  
aeris, hinc imbrem gigni terramque creari  
ex imbris retroque a terra cuncta reuerti, 785  
uorem primum, post aera, deinde calorem,  
nec cessare haec inter se mutare, meare  
a caelo ad terram, de terra ad sidera mundi.  
quod facere haud ullo debent primordia pacto ;  
immutabile enim quiddam superare necessest, 790  
ne res ad nihil redigantur funditus omnes.  
nam quodcumque suis mutatum finibus exit,  
continuo hoc mors est illius quod fuit ante.  
quapropter quoniam quae paulo diximus ante  
in commutatum ueniunt, constare necessest 795  
ex aliis ea, quae nequeant conuertier usquam,  
ne tibi res redeant ad nihil funditus omnes.  
quin potius tali natura praedita quaedam  
corpora constituas, ignem si forte creari,  
posse eadem demptis paucis paucisque tributis, 800  
ordine mutato et motu, facere aeris auras,  
sic alias aliis rebus mutarier omnis ?  
'At manifesta palam res indicat' inquis 'in auras  
aeris e terra res omnis crescere alicue ;  
et nisi tempestas indulget tempore fausto 805  
imbribus, ut tabe nimborum arbusta uacillent,  
solque sua pro parte fouet tributique calorem,  
crescere non possint fruges arbusta animantis'.  
scilicet et nisi nos eibus aridus et tener umor  
adiunet, amisso iam corpore uita quoque omnis 810  
omnibus e uernis atque ossibus exsoluatur ;  
adiutamur enim dubio procul atque alimur nos  
certis ab rebus, certis aliae atque aliae res.  
nimirum quia multa modis communia multis  
multarum rerum in rebus primordia mixta 815  
sunt, ideo uariis uariae res rebus aluntur.  
atque eadem magis refert primordia saepe  
eum quibus et quali positura continentur  
et quos inter se dent motus accipiantque ;  
namque eadem enclum mare terras flumina solem 820  
constituunt, eadem fruges arbusta animantis,  
nerum aliis alioque modo commixta mouentur.  
quin etiam passim nostris in uersibus ipsis  
multa elementa uides multis communia uerbis,  
cum tamen inter se uersus ac uerba necessest 825  
conferre et re et sonitu distare sonanti.  
tantum elementa quocumque permutato ordine solo ;  
at rerum quae sunt primordia, plura adhibere  
possunt unde queant uariae res quaeque creari.  
Nunc et Anaxagorae seruatenur homioemerian 830  
quam Grai memorant nee nostra dicere lingua  
concedit nobis patri sermonis egestas,  
sed tamen ipsam rem facilest exponere uerbis.  
principio, rerum quom dicit homioemerian,  
ossa uidelicet e paucillis atque minutis 835  
ossibus hic et de paucillis atque minutis  
uisceribus uisens gigni sanguinem creari  
sanguinis inter se multis coentibus guttis  
ex aurique putat micis consistere posse  
aurum et de terris terram concreescere paruus, 840

716 Acregantinus codd. 720 undans Lach. 721 Italiae Nicc., haetiae codd. 724 uis ut uomat Lamb., uis ut  
omniat codd. 737 adyto Nicc., adito codd. 739 profatur A ex corr. Nicc., prosatur codd. 741 casu A ex corr. Nicc.,  
causa codd. 744 frugis A B, codd. correcti excepto Nicc., fruges Lach. 747 faciunt aliquot codd. correcti, facient  
A B. 748 quicquam Mar. Ald. 1 Junt., qui A B, quire aliquot codd. correcti. 752 in illis addidit M., om. codd. Lach.  
prorsum. 753 item, Lach. uti et in u. 755 funditus usque. 758 habebis A ex corr. Nicc. al., habes codd. 759 ueneno  
Wak. Lach., uene codd. 767 ulterius A corr., ulteris codd. 769 = 762. 772 ut B ex corr. Flor. 31 Cantab., et A B (G).  
774 animans Pont. Mar. Junt., animas codd. 775 quicque in coetu Mar. Junt., quisque in coetum codd. 776 ostendet  
Flor. 31 Avanc., ostendit codd. 777 atque ardor cum rore Lamb., et quodam e. r. codd. manere A ex corr., manare  
codd. 778 oportet Lach. 779 elandestinam A ex corr., glandestinam codd. 780 emineat Naugerius, demineat codd.  
781 creatur A ex corr., creatus codd. 784, 785 hinc imbrem — ex imbris — a terra Mar. Ald. 1 Junt., h. ignem —  
ex igni — in terram codd. 789 pacto Mon. Ald. 1 Junt., facto codd. 806 ut Priscian. p. 768, et codd. arbusta codd.  
ambusta Lach., uu. 806, 807 inter se transpositis. 814 multa modis Lamb., multumodis codd. 824 uerbis Flor. 31  
Cantab. Vat. Pont. al., bellis A B (G). 830 et. ut Lach., frustra contendens Lucretium nunquam ita et usurpasse ut  
'etiam' significaret. 834 quom Lach., quam codd. Lamb., seruato quam, principio in principium mutat. 835 e Pont.  
Mar. Ald. 1 Junt., de codd. 837 sanguenque Charis p. 70 alicue grammatici, uulg., sanguem A, sangu' B.

ignibus ex ignis, unorem amoribus esse,  
 cetera consimili fingit ratione putatque.  
 nec tamen esse ulla parte idem in rebus inane  
 concedit neque corporibus finem esse secandis.  
 quare in utraque mihi pariter ratione uidetur 845  
 errare atque illi, supra quos diximus ante.  
 adde quod imbecilla nimis primordia fugit ;  
 si primordia sunt, simili quae praedita constant  
 natura atque ipsae res sunt aequaeque laborant  
 et pereunt neque ab exitio res ulla refrenat. 850  
 nam quid in oppressu ualido durabit eorum,  
 ut mortem effugiat, leti sub dentibus ipsis ?  
 ignis an amor an aura ? quid horum ? sanguen  
 an ossa ?  
 nil, ut opinor, ubi ex aequo res funditus omnis  
 tam mortalis erit quam quae manifesta uide-  
 mus 855  
 ex oculis nostris aliqua ui uicta perire.  
 at neque recidere ad nilum res posse neque  
 autem  
 crescere de nilo testor res ante probatas.  
 praeterea quoniam cibus auget corpus alitque,  
 scire licet nobis uenas et sanguen et ossa 860  
 siue cibos omnis commixto corpore dicent  
 esse et habere in se neruorum corpora parua  
 ossaque et omnino uenas partisque cruoris,  
 fiet uti cibus omnis, et aridus et liquor ipse,  
 ex alienigenis rebus constare putetur, 865  
 ossibus et neruis sanieque et sanguine mixto.  
 praeterea quaecumque e terra corpora crescunt  
 si sunt in terris, terram constare necesses  
 ex alienigenis, quae terris exoriuntur.  
 transfer item, totidem uerbis utare licebit. 870  
 in lignis si flamma latet fumusque cinisque,  
 ex alienigenis consistant ligna necesses.  
 praeterea tellus quae corpora cumque alit, auget  
 ex alienigenis, quae lignis *his* oriuntur.  
 Linquitur hic quaedam latitandi copia ten-  
 uis, 875  
 id quod Anaxagoras sibi sumit, ut omnibus  
 omnibus  
 res putet inmixtas rebus latitare, sed illud  
 apparere unum cuius sint plurima mixta  
 et magis in promptu primaque in fronte locata.  
 quod tamen a uera longe ratione repulsumst. 880  
 conueniebat enim fruges quoque saepe, minaci  
 robore cum saxi franguntur, mittere signum  
 sanguinis aut aliquid, nostro quae corpore alun-  
 tur.  
 885 consimili ratione herbis quoque saepe decebat,  
 884 cum lapidi in lapidem terimus, manare cruo-  
 rem ; 885  
 et latices dulcis guttas similique sapore  
 mittere, lanigerae quali sunt ubere lactis,  
 scilicet et glebis terrarum saepe friatis  
 herbarum genera et fruges frondesque uideri  
 dispersita inter terram latitare minute, 890  
 postremo in lignis cinerem fumumque uideri,  
 cum prae fracta forent, ignisque latere minutos.  
 quorum nil fieri quoniam manifesta docet res,

scire licet non esse in rebus res ita mixtas,  
 uerum semina multimodis inmixta latere 895  
 multarum rerum in rebus communia debent.  
 ' At saepe in magnis fit montibus' inquis ' ut altis  
 arboribus uicina cacumina summa terantur  
 inter se, ualidis facere id cogentibus austris,  
 donec flamma fulserunt flore coorto'. 900  
 scilicet et non est lignis tamen insitus ignis,  
 uerum semina sunt ardoris multa, terendo  
 quae cum confluxere, creant incendia siluis.  
 quod si facta foret siluis abscondita flamma,  
 non possent ullum tempus celarier ignes, 905  
 conficerent uolgo siluas, arbusta cremarent  
 iamne uides igitur, paulo quod diximus ante,  
 permagni referre eadem primordia saepe  
 cum quibus et quali positura contineantur  
 et quos inter se dent motus accipiantque, 910  
 atque eadem paulo inter se mutata creare  
 ignes et lignum ? quo pacto uerba quoque ipsa  
 inter se paulo mutatis sunt elementis,  
 cum ligna atque ignes distincta uoce notemus.  
 denique iam quaecumque in rebus cernis apertis 915  
 si fieri non posse putas, quin materiai  
 corpora consimili natura praedita fingas,  
 hac ratione tibi pereunt primordia rerum :  
 fiet uti risu tremulo concussa cachinnent  
 et lacrimis salsis umectent ora genasque. 920  
 Nunc age quod superest cognosce et clarius audi.  
 nec me animi fallit quam sint obscura ; sed acri  
 percussit thyrsu laudis spes magna meum cor  
 et simul incussit suauem mi in pectus amorem  
 musarum, quo nunc instinctus mente uigenti 925  
 aua Pieridum pragro loca nullius ante  
 trita solo. inuat integros accedere fontis  
 atque haurire, inuatque nouos decerpere flores  
 insignemque meo capiti petere inde coronam  
 unde prius nulli uelarat tempora musae ; 930  
 primum quod magnis doceo de rebus et artis  
 religionum animum nodis exsoluere pergo,  
 deinde quod obscura de re tam lucida pango  
 carmina, musaeo contingens cuncta lepore.  
 id quoque enim non ab nulla ratione uidetur ; 935  
 sed ueluti pueris absinthia taetra medentes  
 cum dare conantur, prius ora pocula circum  
 contingunt mellis dulci flanoque liquore,  
 ut puerorum aetas inprovida ludificetur  
 laborum tenuis, interea perpetet amaram 940  
 absinthii laticem deceptaque non capiatur,  
 sed potius tali pacto recreata ualescat,  
 sic ego nunc, quoniam haec ratio plerumque uidetur  
 tristior esse quibus non est tractata, retroque  
 uolgos abhorret ab hac, uolui tibi suauiloquenti 945  
 carmine Pierio rationem exponere nostram  
 et quasi musaeo dulci contingere melle,  
 si tibi forte animum tali ratione tenere  
 uersibus in nostris possem, dum perspicis omnem  
 naturam rerum qua constet compta figura. 950  
 Sed quoniam docui solidissima materiai  
 corpora perpetuo uolitare iniuncta per aeuum,  
 nunc age, summa quaedam sit finis eorum  
 necne sit, euoluamus ; item quod inane repertumst  
 seu locus ac spatium, res in quo quaeque gerantur,

841 ignem, unorem ex u. Lamb. 843 ulla parte idem Nicc. uulg., ulla idem parte codd., ulla idem ex parte Lach. 846 illi supra quos marg. Flor. 32 Ald. 1 Junt., illis uera quod A, i. u. quo B G. 847 imbecilla Flor. 31 Cantab., imbecilia codd. 852 effugiat B ex corr. Pont. Mar., efficiat codd. 853 sanguen an ossa marg. Flor. 32 Pont. Lamb., sanguis an os codd., Lach. sanguen os aurum. 860 amissum uersum ita supplet Lachm. et neruos alienigenis ex partibus esse. 861 siue Flor. 31 Cantab., sine codd. corpore Nicc., core codd. 862 esse et Nicc., esset codd. 866 sanieque codd., uenisque Avanc. Lamb. Lach. mixto Lach., Mar. Ald. 1 Junt. misto, mixtum Politian. 873, 874 lacunam indicauit M ; quidam edd. uersus spurios esse iudicant uel saltem 873. His addidit M, exoriuntur Flor. 31 Cantab. al. Brieger, quae alienigenis oriuntur Lach. 882 cum saxi Mar. Ald. 1 Junt. al., cum in saxi codd. 884 post 885 habent codd., transposuit N. P. Howard. in om. Lach. terimus Nicc., tenemus codd. herbis codd., herbas Mar. Ald. 1 al. 886 latices codd., laticis Flor. 31 Cantab. uulg. Lach. salices Bruno uerissime. 887 quali B, qualis A. sunt codd. quod corruptum est. Postgate in Diario Philologico t. xvi p. 124 qualis dant ubere lactis, ubera Lamb. 890 inter terram Lach., in terram codd. 893 res add. Nicc. B ex corr. 900 flammai Pont. Junt., flammae codd. 906 conficeret B ex corr., conficerent codd. 909 contineantur Nauger., Pontano duce ut uidetur, contingantur codd. 912 et B ex corr. Wak., e codd. 918 hac Nicc. B ex corr., haec codd. 919 uti risu tremulo Nicc., utris ut acnulo codd. 926-949 etiam in quarti libri exordio leguntur. 942 pacto Heins. in notis, Lach., facto codd. 954 necne sit Pont. Lamb., codd. nec sit.

peruideamus utrum finitum funditus omne 956  
constet an immensum pateat nasteque profun-  
dum.

Omne quod est igitur nulla regione uiarum  
finitumst; namque extremum debebat habere.  
extremum porro nullius posse uidetur 960  
esse, nisi ultra sit quod finiat; ut uideatur  
quo non longius haec sensus natura sequatur.  
nunc extra summam quoniam nil esse faten-  
dum,

non habet extremum, caret ergo fine modoque.  
nec refert quibus adsistas regionibus eius; 965  
usque adeo, quem quisque locum possedit, in  
omnis

tantundem partis infinitum omne relinquit.  
praeterea si iam finitum constituatur  
omne quod est spatium, siquis procurrat ad oras  
ultimas extremas iaciatque uolatile telum, 970  
id ualidis utrum contortum uiribus ire  
quo fuerit missum maus longeque uolare,  
an prohibere aliquid censes obstareque posse?  
alternum fatearis enim sumasque necesses.  
quorum utrumque tibi effugium praecidit et  
omne 975

cogit ut exempta concedas sine patere.  
nam siue est aliquis quod probeat officiatque  
quomiu' quo missum est ueniat finique locet se,  
siue foras fertur, non est a fine profectum.  
hoc pacto sequar atque, oras ubicumque locaris  
extremas, quaeram quid telo denique fiat. 981  
fiet uti nusquam possit consistere finis  
effugiumque fugae prolatet copia semper.

998 postreuo ante oculos res rem finire uidetur;  
aer dissaepit collis atque aera montes, 985  
terra mare et contra mare terras terminat  
omnis;

1001 omne quidem uero nil est quod finiat extra.

984 Praeterea spatium summam totius omne  
undique si inclusum certis consisteret oris  
finitumque foret, iam copia materiai 990  
undique ponderibus solidis confluxit ad imum  
nec res ulla geri sub caeli tegmine posset  
nec foret omnino caelum neque lumina solis,  
990 quippe ubi materies omnis cumulata iaceret  
ex infinito iam tempore subsidendo. 995

at nunc nimirum requies data principiorum  
corporibus nullast, quia nil est funditus imum  
quo quasi confluere et sedes ubi ponere possint.  
995 semper in adsiduo motu res quaeque geruntur  
partibus e cunctis infernaeque suppeditantur  
ex infinito cita corpora materiai. 1001

1002 est igitur natura loci spatiumque profundi,  
quod neque clara suo percurrere fulmina cursu  
perpetuo possint aeni labentia tractu  
nec prorsum facere ut restet minus ire meando;  
usque adeo passim patet ingens copia rebus 1006  
finibus exemptis in cunctas undique partis.

Ipsa modum porro sibi rerum summa parare  
ne possit, natura tenet, quae corpus inani  
et quod inane autem est finiri corpore cogit, 1010  
ut sic alternis infinita omnia reddat,  
aut etiam alterutrum, nisi terminet alterum,  
eorum

simplice natura pateat tamen inmoderatum.

nec mare nec tellus neque caeli lucida templa  
nee mortale genus nec diuum corpora sancta 1015  
exiguum possent horai sistere tempus;  
nam dispulsa suo de coetu materiai

copia ferretur magnum per inane soluta,  
siue adeo potius nunquam concreta creasset  
ullam rem, quoniam cogi disiecta nequisset. 1020  
nam certe neque consilio primordia rerum  
ordine se suo quaeque sagaci mente locarunt  
nec quos quaeque darent motus pepigere profecto,  
sed quia multa modis multis mutata per omne  
ex infinito uexantur percita plagis, 1025

omne genus motus et coetus experiundo  
tandem deueniunt in talis disposituras,  
qualibus haec rerum consistit summa creata,  
et multos etiam magnos seruat per annos  
ut semel in motus coniectast conuenientis, 1030  
efficit ut largis auidum mare fluminis undis  
integrent amnes et solis terra uapore  
fota nouet fetus summissaque gens animantium  
floreast et uiuant labentes aetheris ignes;  
quod nullo facerent pacto nisi materiai 1035

ex infinito suboriri copia posset,  
unde amissa solent reparare in tempore quaeque.  
nam ueluti priuata cibo natura animantium  
dilluit amittens corpus, sic omnia debent  
dissolui simul ac defecit suppeditare 1040  
materies aliqua ratione auersa uia.

nec plagae possunt extrinsecus undique summam  
conservare omnem quaeuicunque est conciliata.  
eudere enim crebro possunt partemque morari,  
dum neniant aliae ac suppleri summa queatur. 1045  
interdum resilire tamen coguntur et una  
principiis rerum spatium tempusque fugai  
largiri, ut possint a coetu libera ferri.

quare etiam atque etiam suboriri multa necessesst,  
et tamen ut plagae quoque possint suppetere ipsae,  
infinita opus est uis undique materiai. 1051

Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi,  
in medium summae, quod dicunt, omnia niti,  
atque ideo mundi naturam stare sine nullis  
ictibus externis neque quoquam posse resolui 1055  
summa atque ima, quod in medium sint omnia nixa:  
ipsum si quicquam posse in se sistere credis:

et quae pondera sunt sub terris omnia sursum  
nitier in terraque retro requiescere posta,  
ut per aquas quae nunc rerum simulacra uidemus,  
et simili ratione animalia suppa nagari 1061  
contendant neque posse et terris in loca caeli  
recedere inferiora magis quam corpora nostra  
sponte sua possint in caeli templa uolare;  
illi cum uideant solem, nos sidera noctis 1065  
cernere, et alternis nobiscum tempora caeli  
diuidere et noctes parilis agitare diebus.

sed nanus stolidis haec . . . . .  
amplexi quod habent peru . . . . .  
nam medium nil esse potest . . . . . 1070  
infinita. neque omnino, si iam *medium sit*,  
possit ibi quicquam consistere . . . . .  
quam quauis alia longe ratione . . . . .  
omnis enim locus ac spatium quod *inane uocamus*

957 *imensum* A B hoc uno loco. 966 *omnis* Nicc., *omnus* codd. 971 *id ualidis* Lamb., *inualidis* codd. 977 *officiat* Gryphus Lugdunensis, Lamb., *efficiat* codd. 981 *nat* Nicc., *fiet* codd. 984-987 hic posuit M., Goebel post 1007. 984 *spatium* A ex corr., *scitium* A, *catium* B. 989 *ita* Nicc., *inclusus* codd. 991 *confuruit* codd., corr. Flor. 31. 997 *nullast* Politian, alii, *nullas* codd. 998 *possint* Ald. I Junt., *possit* codd. 1000 *e* add. Mon. Lach., om. codd. *aeternaque* Mar. Ald. I al. Lach. 1008 *ipso* B ex corr., *ipsa* codd. 1009 *inani* Mar. Ald. I Junt., *inane* codd. 1013 post hunc u. lacu-  
nam statuunt Mar. Madv. M., post 1012 Lach. 1017 *coetu* B ex corr. uulg., *coetum* codd. 1019 *creasset* A ex corr.,  
B ex corr., *creasset* A B. 1023 uerba Lucreti ex libro V 421 reposerunt Mar. Junt., codd. iisdem uerbis hunc uersum  
finiunt quibus priorem finiuerant *sagaci* u. l. 1028 *rerum* Faber Bentl. ut in V 194, codd. *rebus*. 1033 *summissa* Pont.  
al., *summa* codd. 1034 *floreast* Flor. 31 Cantab., *florcant* codd. 1037 *amissa* A ex corr., B ex corr., *ammissa* A, *admissa*  
B. 1040 *dissolui* Nicc. B ex corr., *dissoluit* codd. 1041 *uici* B ex corr. uulg., *uia* codd., *uiaque* Lach. 1047 *principiis*  
Mar. Junt., *principium* codd. 1061 *adsimili* Lach. hoc uersu cum praecedente coniuncto et plene post *posta* inter-  
puncto. 1068-75 uersus mutilos habet A, om. B G sed additis sigis quibus octo periisse uersus significaretur. 1068  
*stolidis* A ex corr., *stolidis* A. 1071 *neque omnino si iam medium sit* Mar. Junt., *denique o. s. iam* codd. 1074 uersus  
finem supplicuerunt Mar. Ald. I Junt.





nam veluti pueri trepidant atque omnia caecis 55  
in tenebris metunt, sic nos in luce timemus  
interdum, nilo quae sunt metuenda magis quam  
quae pueri in tenebris pavitant finguntque futura.  
hinc igitur terrorem animi tenebrasque necessost  
non radii solis neque lucida tela diei  
dissentiant, sed naturae species ratioque. 60

Nunc age, quo motu genitalia materiali  
corpora res varias gignant genitasque resoluant  
et qua ni facere id cogantur quaeque sit ollis  
reddita mobilitas magnum per inane meandi, 65  
expediam: tu te dietis praebere memento.  
nam certe non inter se stipata cohaeret  
materies, quoniam nimium rem quamque videmus  
et quasi longinquo fluere omnia cerimus aeno  
ex oculisque vetustatem subducere nostris, 70  
cum tamen inelumnis videatur summa manere  
propterea quia, quae decedunt corpora cuique,  
unde abeunt minuunt, quo venire augmine do-  
nant,

illa senescere at haec contra florescere cogunt,  
nec remorantur ibi, sic rerum summa novatur 75  
seuper, et inter se mortales mutua uiuunt.  
augescunt aliae gentes, aliae minuuntur,  
inque breui spatio mutantur saecula animantium  
et quasi eursores uitae lampada tradunt.

Si cessare putas rerum primordia posse 80  
cessandoque novos rerum progignere motus,  
auius a uera longe ratione uagaris.  
nam quoniam per inane uagantur, euncta necessent  
aut grauitate sua ferri primordia rerum  
aut metu forte alterius. nam *cuius* cita saepe 85  
obuia confluxere, fit nit diuersa repente  
dissiliant; neque enim mirum, dirissima quae sint  
ponderibus solidis neque quicquam a tergo ibus-  
obstet.

et quo iactari magis omnia materiali  
corpora peruideas, reminiscere totius innum 90  
nil esse in summa, neque habere ubi corpora prima  
consistant, quoniam spatium siue tibi modoquest  
immensumque patere in eunctas undique partis  
pluribus ostendi et certa ratione probauimus.  
quod quoniam constat, nimirum nulla quies est 95  
reddita corporibus primis per inane profundum,  
sed magis adsiduo uariouque exercita motu  
partim interuallis magnis confulta resultant,  
pars etiam breuius spatii nexantur ab ictu.  
et quaecumque magis condense conciliatu 100  
exiguus interuallis connecta resultant,  
indupedita suis perplexis ipsa liguris,  
haec ualidas saxi radices et fera ferri  
corpora constitunt et cetera de genere horum  
paucula quae porro magnum per inane uagantur. 105  
cetera dissiliunt longe longeque recursant  
in magnis interuallis: haec aera rarum  
sufficiunt nobis et splendida lumina sois,  
multaque praeterea magnum per inane uagantur.  
conciliis rerum quae sunt reiecta nec usquam 110  
consociare etiam motus potuere recepta.  
cuius, ut memoro, rei simulacrum et imago  
ante oculos semper nobis uersatur et iustat.  
contemplari enim, cum solis lumina cumque  
inserti fundunt radii per opaca donorum: 115  
multa minuta modis multis per inane uidebis

corpora misceri radiorum lumine in ipso  
et uelut aeterno certamine proelia pugnas  
edere turmatim certantia nec dare pausam,  
conciiliis et disceidiis exercita erebris; 120  
conicere ut possis ex hoc, primordia rerum  
quale sit in magno iactari semper inani.  
dumtaxat rerum magnarum parua potest res  
exemplare dare et uestigia notitiae.  
hoc etiam magis haec animum te aduertere par est  
corpora quae in solis radiis turbare uidentur, 126  
quod tales turbae motus quoque materiali  
significant clandestinos caecosque subesse.  
multa uidebis enim plagis ibi pereita caecis  
commutare niam retroque repulsa reuerti 130  
nunc huc nunc illuc in eunctas undique partis.  
scilicet hic a principiis est omnibus error.  
prima mouentur enim per se primordia rerum;  
inde ea quae paruo sunt corpora conciliatu  
et quasi proxima sunt ad uiris principiorum, 135  
ictibus illorum caecis impulsa eientur,  
ipsaque *proporro* paulo maiora laecessunt.  
sic a principiis ascendit motus et exit  
paulatim nostros ad sensus, ut moueantur  
illa quoque, in solis quae lumine cernere quimus 140  
nec quibus id faciant plagis appareat aperte.  
Nunc quae mobilitas sit reddita materiali  
corporibus, pauca licet line cognoscere, Memmi.  
primum aurora nouo cum spargit lumine terras  
et uariae uolucres memora aua peruolitantes 145  
aera per tenerum liquidis loca uocibus opplent,  
quam subito soleat sol ortus tempore tali  
conuestire sua perfundens omnia luce,  
omnibus in promptu manifestumque esse uideamus.  
at uapor is quem sol mittit lumenque serenum 150  
non per inane meat uacuum; quo tardius ire  
eogitur, aeras quasi dum diuerberet undas,  
nec singillatim corpuscula quaeque uaporis  
sed complexa meant inter se conque globata;  
quapropter simul inter se retrahuntur et extra 155  
ollicuntur, uti cogantur tardius ire.  
at quae sunt solida primordia simplicitate,  
cum per inane meant uacuum nec res remoratur  
ulla foris atque ipsa, suis e partibus una,  
unum in quem coepere locum conixa feruntur, 160  
debent nimirum praecellere mobilitate  
et multo citius ferri quam lumina solis  
multiplexque loci spatium transcurrere eodem  
tempore quo solis peruolant fulgura caelum.

(nec persectari primordia singula quaeque  
ut uideant qua quicque geratur eum ratione. 165  
At quidam contra haec, ignari materiali,  
naturam non posse deum sine numine credunt  
tanto opere humanis rationibus admoderate  
tempora mutare annorum frugesque creare, 170  
et iam cetera, mortalis quae suadet adire  
ipsaque deducit dux uitae dia uoluptas  
et res per Veneris blanditur saecula propagent,  
ne genus occidat humanum. quorum omnia causa  
constituisse deos eum lingunt, omnibu' rebus 175  
magno opere a nera lapsi ratione uidentur.  
nam quamuis rerum ignorem primordia quae sint,  
hoc tamen ex ipsis caeli rationibus ausim  
confirmare aliisque ex rebus reddere multis,

68 *quamque uideamus* Nicc. B ex corr., codd. *quaque uideamus*. 73 *augmine* B ex corr. Nicc., codd. *agmine*. 84 *ferri* Nicc. B ex corr., codd. *terri*. 85 *cum (quam)* add. Wak. 86 *confluxere* codd., corr. Lamb. in notis manu scr. ut Avanc., codd. *ubi*. 88 ita l. Voss. in notis manu scriptis, *tergibus* codd. 92 *om. est* Bockem. 95 *nulla* Nicc., codd. *multa*. 98 *confulta* omnes codd. Lach. M. uerbi usum paullo insolentiorum laecesserunt Lamb. Wak. alii, exemplis confirmant Postgate (ad Prop. l. 87 et prius in Diario Philolog. t. ix p. 64). 99 *breuius* Nicc., *breuius* codd. 112 *memoro rei* Vat. 1706. Reg. Pont. Avanc. uulg., *memoro rei* codd. 134 *conciliatu* Nicc., *conciliata* codd. 137 *proporro* Turneb. Lach., *porro* codd. 152 *quasi dum diuerberet* codd. teste Lach. M., sed Woltjer affirmat (in Nou. Annal. t. exix p. 782) *diuerberat* (quod Pont. Lamb. coniecerunt) et in A codice esse et in B. 155 *se retrahuntur* Priscian. p. 802, *se trahuntur* codd. 158 *remoratur* Pont. Mar. Ald. l. Junct., *remorant* codd. 159 *una M.*, *unum* codd. 160 *connixio* Ver. Vcn. uulg., *conexa* codd. u. 165-185 ab hoc loco alienum esse uidit Lach., amissum esse aliquot ante 165 uersus uidit Pont. Bern., nihil amissum esse statuens, u. 167 ante 165 posito pro *persectari* legit *persectati*. 166 *ut uideant* Nicc., codd. *ut uideant*. 168 *numine credunt* M. ut ante Pont., Mar. Junct. Lach. uulg. *reitur*, codd. *reddi*.

nequaquam nobis diuinitus esse creatam 180  
naturam mundi: *tanta stat* praedita culpa.  
quae tibi posterius, Memmi, faciemus aperta.  
nunc id quod superest de motibus expediemus.)  
Nunc locus est, ut opinor, in his illud quoque rebus  
confirmare tibi, nullam rem posse sua ui 185  
corpoream sursum ferri sursumque meare;  
ne tibi dent in eo flammaram corpora fraudem.  
sursum enim uersus gignuntur et augmina sumunt  
et sursum nitidae fruges arbustaque crescunt,  
pondera, quantum in se est, cum deorsum cuncta  
ferantur. 190  
nec cum subsiliunt ignes ad tecta domorum  
et celeri flamma degustant tigna trabesque,  
sponte sua facere id sine ui subigente putandum est.  
quod genus e nostro quom missus corpore sanguis  
emicat exultans alte spargitque cruorem. 195  
nonne uides etiam quanta ui tigna trabesque  
respuat umor aquae? nam quo magis ursimus alte  
directa et magna ui multi pressimus aegre,  
tam cupide sursum reuomit magis atque remittit,  
plus ut parte foras emergant exiliantque. 200  
nec tamen haec, quantum est in se, dubitamus,  
opinor,  
quin uacuum per inane deorsum cuncta ferantur.  
sic igitur debent flammae quoque posse per auras  
aeris expressae sursum succedere, quamquam  
pondera, quantum in se est, deorsum deducere pug-  
nent, 205  
nocturnasque faces caeli sublime uolantis  
nonne uides longos flammaram ducere tractus  
in quascumque dedit partis natura meatum?  
non cadere in terram stellae et sidera cernis?  
sol etiam *caeli* de uertice dissipat omnis 210  
ardorem in partis et lumine conserit arua;  
in terras igitur quoque solis uergitur ardor.  
transuersosque uolare per imbris fulmina cernis:  
nunc hinc nunc illinc abrupti nubibus ignes  
concurant; cadit in terras uis flammea uolgo. 215  
Illud in his quoque te rebus cognoscere auemus,  
corpora cum deorsum rectum per inane feruntur  
ponderibus propriis, se incerto tempore ferme  
incertisque locis spatio depellere paulum,  
tantum quod momen mutatum dicere possis. 220  
quod nisi declinare solerent, omnia deorsum,  
imbris uti guttae, caderent per inane profundum,  
nec foret offensus natus nec plaga creata  
principiis: ita nil unquam natura creasset.  
Quod si forte aliquis credit grauiora potesse 225  
corpora, quo citius rectum per inane feruntur,  
incidere ex supero leuioribus atque ita plagas  
gignere quae possint genitalis reddere motus,  
auius a uera longe ratione recedit.  
nam per aquas quaecumque cadunt atque aera  
rarum, 230  
haec pro ponderibus casus celerare necessest  
propterea quia corpus aquae naturaque tenuis  
aeris haut possunt aequae rem quamque morari,  
sed citius cedunt grauioribus exsuperata;  
at contra nulli de nulla parte neque ullo 235  
tempore inane potest uacuum subsistere rei,  
quin, sua quod natura petit, concedere pergat;

omnia quapropter debent per inane quietum  
aeque ponderibus non aequis concita ferri.  
haud igitur poterunt leuioribus incidere unquam 240  
ex supero grauiora neque ictus gignere per se  
qui uariant motus per quos natura gerat res.  
quare etiam atque etiam paulum inclinare necessest  
corpora; nec plus quam minimum, ne fingere motus  
obliquos uideamur et id res uera refutet. 245  
namque hoc in promptu manifestumque esse uide-  
mus,  
pondera, quantum in se est, non posse obliqua meare,  
ex supero cum praecipitant, quod cernere possis;  
sed nil omnino *recta* regione uiui  
declinare quis est qui possit cernere sese? 250  
Denique si semper motus conecitur omnis  
et uetere exoritur *semper* nouus ordine certo  
nec declinando faciunt primordia motus  
principium quoddam quod fati foedera rumpat,  
ex infinito ne causam causa sequatur, 255  
libera per terras unde haec animantibus exstat  
unde est haec, inquam, fatis auolsa *potestas*  
per quam progredimur quo ducit quemque uoluntas,  
declinamus item motus nec tempore certo  
nec regione loci certa, sed ubi ipsa tulit mens? 260  
nam dubio procul his rebus sua cuique uoluntas  
principium dat et hinc motus per membra rigantur.  
nonne uides etiam patefactis tempore puncto  
carceribus non posse tamen prorumper equorum  
uim cupidam tam de subito quam mens auct ipsa? 265  
omnis enim totum per corpus materiai  
copia conquiri debet, concita per artus  
omnis ut studium mentis conixa sequatur;  
ut uideas initum motus a corde creari  
ex animique uoluntate id procedere primum, 270  
inde dari porro per totum corpus et artus.  
nec similest ut cum impulsu procedimus ictu  
uiribus alterius magnis magnoque coactu;  
nam tum materiem totius corporis omnem  
perspicuumst nobis inuitis ire rapique, 275  
donec eam refrenauit per membra uoluntas.  
iamne uides igitur, quamquam uis externa multos  
pellat et inuitos cogat procedere saepe  
praecipitesque rapi, tamen esse in pectore nostro  
quiddam quod contra pugnare obstareque possit? 280  
cuius ad arbitrium quoque copia materiai  
cogitur interdum flecti per membra per artus  
et proiecta refrenatur retroque residit.  
quare in seminibus quoque idem fateare necessest,  
esse aliam praeter plagas et pondera causam 285  
motibus, unde haec est nobis innata potestas,  
de nilo quoniam fieri nil posse uidemus.  
pondus enim prohibet ne plagis omnia fiant  
externa quasi ui; sed ne mens ipsa necessum  
intestinum habeat cunctis in rebus agendis 290  
et deuicta quasi *hoc* cogatur ferre patique,  
id facit exiguum clinamen principiorum  
nec regione loci certa nec tempore certo.  
Nec stipata magis fuit unquam materiai  
copia nec porro maioribus interuallis; 295  
nam neque adangescit quicquam neque deperit inde.  
quapropter quo nunc in motu principiorum  
corpora sunt, in eodem ante acta aetate fuere

131 *tanta stat* Lach. collato u. 199, codd. *quamquam, quanta stat* Postgate in Diario Philologico t. xvi p. 127. 187 *frudem* B. 193 *subigente* Lamb., codd. *subiecta, subeunte* Bern. 194 *quom* Nicc., com A Lach., cum B. 197 *alte* Flor. 31, *altu* codd. 198 *deiecta* Lach. 199 *reuomit* Pont. Naug., *remouet* codd. 203 *d. fl. quoque* Ald. 1 Junt., codd. *quoque d. fl.* 205 *in se est deorsum deducere* Mar. Ald. 1 Junt., codd. *inest deorsum ducere, quantum in se deorsum ducere* Pont. Lach., *decidere* Susem(ihl.). 209 *cadere in terram* Nicc., *cadrem in terra* codd. 210 *caeli* add. Bern. 214 *abruptis* Macrob. Sat. VI l. 27. 218 *se add. M. ferme* Flor. 31 Cantab. Mar., *firme* codd. 219 *loei spatii decellere* Lach. 227 *plagas* B ex corr. Lamb., codd. *plag.* 229 *auis* Nicc., codd. *auis.* 233 *aeris haud* Nicc., *haerant* A, *haeraud* B G. 234 *exsuperata* Mar. Junt., *exsuperate* codd. 240 *poterunt* Flor. 31 Cantab., *potuerunt* codd. 247 *se add.* Flor. 31 Cantab. cett. 249 *recta* add. Nicc., *nulla* Lach. 250 *pro possit* Lach. *praestet, pro sese* Bern. *sensus.* 251 *motus* Flor. 31 Cantab., *motu* codd. 252 *semper* add. Nicc. Flor. 31 Cantab. edd. *exacto exoritur* Lach. 257 *potestas* Lach., *uoluptas* codd. 264 *equorum* Brix(iensis editio), *quorum* codd. 267 *conquiri* A ex corr. G Nicc., *coneri* A B Lach. 268 *conixa* Giff(anus), *conixa* codd. 275 *perspicuum nobisst* A B. 278, 279 *pellat—rapi* Avanc., *pellat—rapit* codd. *in pectore nostro* uett. edd. *in ictore* no. B, *inictor* A. 281 *copia* Flor. 31 Cantab., *cona* codd. 283 *residit* Flor. 31, *residia* codd. 291 *quasi* Nicc., *quaci* codd. *hoc* add. M., *id* Lach. 294 *fuit unquam* Junt., codd. *fullum quum.*

et post haec semper simili ratione ferentur,  
et quae consuerint gigni gignentur eadem  
condicione et erunt et crescent uique ualebunt,  
quantum cuique datum est per foedera naturae.  
nec rerum summam commutare ulla potest uis;  
nam neque, quo possit genus ullum materiai  
effugere ex omni, quicquam est *extra*, neque in  
omne

unde eorata queat noua uis intrumpere et omnem  
naturam rerum mutare et uertere motus.

Illud in his rebus non est mirabile, quare,  
omnia cum rerum primordia sint in motu,  
summa tamen summa uideatur stare quiete,  
praeterquam siquid proprio dat corpore motus.  
omnis enim longe nostris ab sensibus infra  
primorum natura inest: quapropter, ubi ipsa  
cernere iam nequeas, motus quoque surpere debent;  
praesertim cum, quae possimus cernere, celesit  
saepe tamen motus spatio ducta locorum.

nam saepe in colli tondentes pabula laeta  
lanigerae reptant pecudes quo quamque uocantes  
inuitare herbae gemmantes rore recenti,  
et satiati agni ludunt blandaeque coruscant;  
omnia quae nobis longe confusa uidentur  
et uelut in uiridi candor consistere colli.  
praeterea magnae legiones cum loca cursu  
camporum complent belli simulacra cientes,  
fulgor ibi ad caelum se tollit totaque circum  
aere renidescit tellus superque nimum ui  
excitit pedibus sonitus clamoreque montes  
icti reieciunt noceas ad sidera mundi  
et circumuolitant equites mediosque repente  
tramittunt ualido quatientes impete campos.  
et tamen est quidam locus altis montibus *unde*  
stare uidentur et in campis consistere fulgor.

Nunc age iam deinceps cunctarum exordia rerum  
qualia sint et quam longe distantia formis  
pereipe, multigenis quam sint uariata figuris;  
non quo multa parum simili sint praedita forma,  
sed quia non uolgo paria omnibus omnia constant.  
nec nimum; nam cum sit eorum copia tanta  
ut neque finis, uti doceni, neque summa sit ulla,  
debent nimirum non omnibus omnia prorsum  
esse pari filo similique adfecta figura.

praeter autem genus humanum uitaeque natantes  
squamigerum pecudes et laeta armenta feraeque  
et uariae uolucres, lactantia quae loca aquarum  
concelebrant circum ripas fontisque laesque,  
et quae peruolant nemora auiam peruolitantes;  
quorum unum quidnis generatim sumere perge,  
inuenies tamen inter se dilere figuris  
nec ratione alia proles cognoscere matrem  
nec mater posset prolem; quod posse uidemus  
nec minus atque homines inter se nota cluere.  
nam saepe ante deum uittulus delubra decora  
turieremas propter mactatus concidit aras  
sanguinis expirans calidum de pectore flumen;  
at mater uiridis saltus orbata peragrans  
noscit lumen pedibus uestigia pressa bisuleis,  
omnia conuisens oculis loca si queat usquam  
conspicere amissum fetum, completque querellis  
frondiferum nemus absistens et crebra reuisit  
ad stabulum desiderio perplexa inueni,  
nec tenerae salices atque herbae rore uigentes  
fluminaque illa queunt summis labentia ripis

oblectare animum subitamque auertere curam,  
nec uitulorum aliae species per pabula laeta  
deriuare queunt animum curaueque leuare:  
usque adeo quiddam proprium notumque requirit.

praeterea teneris tremulis cum uocibus haedi  
cornigeras norunt matres agniue petulei  
balantum pecudes: ita, quod natura reposecit,  
ad sua quisque fere decurrunt ubera lactis.

postremo quoduis frumentum non tamen omne  
quique suo genere inter se simile esse uidebis,  
quin intercurrat quaedam distantia formis.  
concharumque genus parili ratione uidemus  
pingere telluris gremium, qua mollibus undis  
litoris incurui bibulam panis aequor harenam.  
quare etiam atque etiam simili ratione necessest,  
natura quoniam constant neque facta manu sunt  
minus ad certam formam primordia rerum,  
dissimili inter se quaedam uolitare figura.

Perfacile est tali ratione exsoluere nobis  
quare fulmineus multo penetratior ignis  
quam noster finat e taedis terrestribus ortus;  
dicere enim possis caelestem fulminis ignem  
suptilem magis e paruis constare figuris  
atque ideo transire foramina quae nequit ignis  
noster hic e lignis ortus taedaeque creatus.  
praeterea lumen per cornum transit, at imber  
respuitur. quare? nisi luminis illa minora  
corpora sunt quam de quibus est liquor almus aqua-  
rum.

et quamuis subito per eolum uina uidemus  
perfluere; at contra tardum cunctatur olium,  
aut quia nimirum maioribus est elementis  
aut magis hamatis inter se perque plicatis,  
atque ideo fit uti non tam diducta repente  
inter se possint primordia singula quaeque  
singula per cuiusque foramina permanere.

Huc accedit uti mellis lactisque liquores  
incedo sensu linguae tractentur in ore;  
at contra taetra absinthii natura ferique  
centauri foedo perorquent ora sapore;  
ut facile agnosceas e leuibis atque rutundis  
esse ea quae sensus incedunt tangere possunt,  
at contra quae amara atque aspera cumque uidentur,  
haec magis hamatis inter se nexa teneri  
proptereaque solere uias rescindere nostris  
sensibus introituque suo perumpere corpus.

Omnia postremo bona sensibus et mala taeta  
dissimili inter se pugnant perfecta figura;  
ne tu forte putes serrae stridentis acerbum  
horrorem constare elementis leuibis aequae  
ac muscae mele, per chordas organici quae  
mobilibus digitis expergefata figurant;  
neu simili penetrare putes primordia forma  
in nares hominum, cum taetra cadauera torrent,  
et cum scena eroico Cilici perfusa recens est  
araque Panthaeos exhalat propter odores;  
neue bonos rerum simili constare colores  
semine constituas, oculos qui pascere possunt,  
et qui conpungunt aciem lacrimareque cogunt  
aut foeda specie diri turpesque uidentur.  
omnis enim, sensus quae mulcet cumque, *figura*  
hant sine principali aliquo leuore creatast;  
at contra quaecumque molesta atque aspera constat,  
non aliquo sine materiae squalore repertast.  
sunt etiam quae iam nec leuia iure putantur

305 *extra* add. M., Lach. in fine uersus *scorsum*. 313 *ipsa* Gif., codd. *ipsum*. 314 *surpere* Pont. Jun., *asurpere* codd. 322 *uelut* Lach., *ueluti* codd. 325 *ibi* Mar. Ald. 1 Jun., *ubi* codd. 330 *tramittunt* A, *transmittunt* B. 331 *unde* add. Nice. 334 ex III 32 irrepisse censet Tohte quod ueri simile. 337 *constant* correcti codd. uulg. Lamb., codd. *constat*, Lach. *constant*. cf. 694, 724. 342 *praeter* aut M., codd. *praetere*, Non. p. 158 *praeterea*. 343 *armenta* Bentleius et Tonsoni editio, *arbusta* codd. 347 *quiduis* Lach., codd. *quod uis*. 356 *noscit* Lach., *non quit* A, *oinquit* B, *oinquit* G. *nouit* Brieger, *linquit* Maguire in Hermathena iv p. 417. 359 *absistens* M., *adsittens* codd., *adsiducis* Lach., *adgsistens* uulg. 361 *uirantes* Macrob. Sat. VI 2. 362 *illa* A B G, *ulla* Macrob. l. l. 363 *solitani* Lach. quod recte improbat M. uerbum corruptum uidetur. 369 *balantum* A G, *balatum* B. 371 *non ita* Memmi Bruno. 372 *quique* Lach., *codd. quidque*. 381 *est tali* Lach., *est animi* codd., *parili* Bern. 383 *faat* Faber Bentl., *faat* codd. 387 *ortu* Lach. 390 *almus* B ex corr., Brix. Pont., codd. *almus*. 397 *coli usque* Bruno. 400 *absenti* B. 403 *incedunt* tangere Nice., *incedunt tacere* codd. 413 *mobilitibus* Pollitiam., *nobilibus* codd. 421 *diri* Lach., *di* codd. 422 *figura* add. Lach. ut ante Schuicdeuin. 423 *leuore* Avanc., codd. *leuiore*.

esse neque omnino flexis mucronibus unca,  
sed magis angellis paulum prostantibus, *ut qui*  
titillare magis sensus quam laedere possint;  
faecula iam quo de genere est inulaeque sapes. 430  
denique iam calidos ignis gelidamque pruina  
dissimili dentata modo conpungere sensus  
corporis, indicio nobis est tactus uterque.  
tactus enim, tactus, pro diuum numina sancta,  
corporis est sensus, uel cum res externa sese 435  
insinuat, uel cum laedit quae in corpore natat  
aut iuuat egrediens genitalis per Vencris res,  
aut ex offensu cum turbant corpore in ipso  
semina confunduntque inter se concita sensum;  
ut si forte manu quamuis iam corporis ipse 440  
tute tibi partem ferias atque experiare.  
quapropter longe formas distare necessest  
principiis, uarios quae possint edere sensus.

Denique quae nobis durata ac spissa uidentur,  
haec magis hamatis inter sese esse necessest 445  
et quasi ramosis alte compacta teneri.  
in quo iam genere in primis adamantina saxa  
prima acie constant ictus contemere sueta  
et ualidi silices ac duri robora ferri  
aeraque quae claustris restantia uociferantur. 450  
illa quidem debent e leuibis atque rutundis  
esse magis, fluuido quae corpore liquida constant;  
[namque papaueris haustus itemst facilis quod  
aquarem]

nec retinentur enim inter se glomeramina quaeque  
et procurus item procline nolubilis exstat. 455  
omnia postremo quae puncto tempore cernis  
diffugere, ut fumum nebulas flammisque, necessest,  
si minus omnibus sunt e leuibis atque rutundis,  
at non esse tamen perplexis indupedita,  
pungere uti possint corpus penetrareque *uesca* 460  
nec tamen haerere inter se; quodcumque uidemus  
sensibus sedatum, facile ut cognoscere possis  
non e perplexis sed acutis esse elementis.

sed quod amara uides eadem quae fluuida constant,  
sudor uti maris est, minime mirabile habeto; 465  
nam quod fluuidus est, e leuibis atque rutundis  
est, et *squalida multa creant* admixta doloris  
corpora; nec tamen haec retineri hamata neces-  
sumst;

scilicet esse globosa tamen, cum squalida constant,  
prouolui simul ut possint et laedere sensus. 470  
et quo mixta putes magis aspera leuibis esse  
principiis, unde est Neptuni corpus acerbum,  
est ratio discernendi; seorsumque uidentur  
umor dulcis, ubi per terras crebrius idem  
percolatur, ut in foueam fluat ac mansuescat; 475  
inquit enim supera taetri primordia uiri,  
aspera quom magis in terris haerescere possint.

Quod quoniam docui, pergam conecere rem quae  
ex hoc apta fidem ducat, primordia rerum  
finita uariare figurarum ratione. 480  
quod si non ita sit, rursum iam semina quaedam  
esse infinito debebunt corporis auctu.

namque in eodem, una cuiusuis in breuitate  
corporis inter se multum uariare figurae  
non possunt: fac enim minimis e partibus esse 485  
corpora prima tribus, uel paulo pluribus auge;  
nempe ubi eas partis unius corporis omnis,  
summa atque ima locans, transmutans dextera laeuis,  
omnimodis expertus eris, quam quisque det ordo  
formai speciem totius corporis eius, 490  
quod superest, si forte uoles uariare figuras,  
addendum partis alias erit, inde sequetur,  
adsimili ratione alias ut postulet ordo,  
si tu forte uoles etiam uariare figuras.  
ergo formarum nouitatem corporis augmen 495  
subsequitur. quare non est ut credere possis  
esse infinitis distantia semina formis,  
ne quaedam cogas immani maximitate  
esse, supra quod iam docui non posse probari.  
iam tibi barbaricae nectes Meliboeaque fulgens 500  
purpura Thessalico concharum tacta colore

aurea pauonum ridenti imbuta lepore  
saela, nouo rerum superata colore iacerent  
et contemptus odor smyrnae mellisque sapes,  
et cynea mele Phoebeaque daedala chordis 505  
carmina consimili ratione oppressa silerent;  
namque aliis aliud praestantius exoreretur.  
cedere item retro possent in deteriores  
omnia sic partis, ut diximus in melioris;  
namque aliis aliud retro quoque taetrius esset 510  
naribus auribus atque oculis orisque sapor.  
quae quoniam non sunt, sed rebus reddita certa  
finis utrimque tenet summam, fateare necessest  
materiem quoque finitis differre figuris.  
denique ab ignibus ad gelidas iter usque pruinas  
finitumst retroque pari ratione remensumst; 516  
omnis enim calor ac frigus mediique tepores  
intercrasque iacent expletens ordine summam.  
ergo finita distant ratione creata,  
incipiti quoniam mucroni utrimque notantur, 520  
hinc flammis illinc rigidis infesta pruinis.

Quod quoniam docui, pergam conecere rem quae  
ex hoc apta fidem ducat, primordia rerum,  
inter se simili quae sunt perfecta figura,  
infinita chere. etenim distantia cum sit 525  
formarum finita, necesse est quae similes sint  
esse infinitas aut summam materiai  
finitam constare, id quod non esse probaui  
uersibus ostendens corpuscula materiai  
ex infinito summam rerum usque tenere, 530  
undique protelo plagarum continuato.  
nam quod rara uides magis esse animalia quaedam  
fecundamque minus naturam cernis in illis,  
at regione locoque alio terrisque remotis  
multa licet genere esse in eo numerumque repleti;  
sicut quadripedum cum primis esse uidemus 536  
in genere anguimam elephantos, India quorum  
milibus e multis uallo munitur eburno,  
ut penitus nequeat penetrari: tanta ferarum

427 uncaque codd. 428 utqui add. M., N. P. Howard, et quae uulg., quaeque Lach., unde Bern. fortasse recte.  
429 possint A Nicc. Flor. 31 Cantab. M., possunt B G uulg. Lach. 430 inulaeque Lamb., inuiaque codd. 431 grediens  
codd., egr. Flor. 31 al. 438 atque Lach. 439 que add. Mar. Junt. uulg. 451 e Lach., ex codd. sed hoc uno loco.  
453 spurium censent Lamb. M., Lach. genuinum, quod (M. Hauptio duce) in quasi mutato. 455 procurus Junt., codd.  
perculsus. 458 omnibus Muret. Lamb., codd. omnia. 460 uesca M., saxa codd., laxa olim M., sese Lach. 461 uenem-  
umst Lach. 462 sensibus sedatum codd., s. sed rarum Lach., uentis esse datum Bern. 465 habeto M., debet codd.,  
Lach. aut habebis legendum putat ut quod minus ueri simile ei uidetur perisse uersum, hoc probat Bern. 467  
M. pro eo quod habent codices est e leuibis atque rutundi admixta doloris, leuibis atque rutundi e uersu praecedente  
illatis, Bern. e. e. squalida sunt illis a. d. 468 necessumst Lach., codd. necessu. 471 quo Pont. Mar. Junt., quod codd.  
473 discernendi; punctum add. M., uidentur: puncto sublato. 476 post 473 ponit Lach. 477 quom M., quo codd. 483  
in eodem, una M., codd. in eadem una, Lach. eadem unius, Brieger in eadem una e. iam br. 497 semina A ex corr.,  
codd. femina. 499 probari Ald. I Junt., probare codd. 501 tacta Oudendorp. Lach., tecta codd. uersum intercidisse  
censet M. qualis et quos ostendunt in solis luce colores. 502 ita Fr. Medices, codd. rident; Lach. aurea, p. ridentis imitata l.  
503 nouo Fr. Medices, codd. noua. 504 odor Flor. 31 Cantab. Brix. cett., udor codd. 512 sed add. Lach. 514 finitis  
Pont. Mar. cett., infinitis codd. 515 iter usque Lach., hiemisque codd. 517 omnis codd., ambit Lach. 518 interutraque  
Lach. 520 mss. accipi. 521 infesta Lach., infessa codd. 522-528 uncinis inclusit Lach., idem nouum argumentum  
ex u. 529 ordini putat, ibique uersibus in protenus mutat. cogitauit idem de lacuna post uersibus statuenda; hanc  
arripuit Bern. 528 probaui M. sublato puncto. 529 ostendens M., ostendam codd. edd. 533 minus Lach., magis codd.  
535 genere Mar. ? Junt., genera codd. 536 sicut Bentl., sic uti codd. u. Lach. ad loc.

uis est, quarum nos perpaucæ exempla videmus. 540  
 sed tamen id quoque ut concedam, quamlibet esto  
 unica res quaedam nativo corpore sola,  
 cui similis toto terrarum *nulla* sit orbi;  
 infinita tamen nisi erit uis materiali  
 unde ea progigni possit concepta, creari 545  
 non poterit, neque, quod superest, procreare alicue.  
 quippe etenim sumam *hoc quoque* uti finita per omne  
 corpora iactari unius genitalia rei,  
 unde ubi qua ui et quo pacto congressa coibunt  
 materiae tanto in pelago turbaque aliena? 550  
 non, ut opinor, habent rationem coneuiliandi;  
 sed quasi naufragiis magnis multisque coortis  
 disiectare solet magnam mare transtra gubernata  
 antennas proram malos tonsaque nautantis,  
 per terrarum omnis oras fluitantia aplustra 555  
 ut uideantur et indicium mortalibus edant,  
 infidi maris insidias uirisque dolumque  
 ut uitare uelint, neue ullo tempore credant,  
 subdola eum ridet placidi pellacia ponti,  
 sic tibi si finita semel primordia quaedam 560  
 constitues, ac uoni debebunt sparsa per omnem  
 disiectare aestus diuersi materiai,  
 numquam in coneuilium ut possint compulsa coire  
 nee remorari in coneuilio nec crescere adacta;  
 quorum utrumque palam fieri manifesta docet res,  
 et res progigni et genitas procreare posse. 566  
 esse igitur genere in quouis primordia rerum  
 infinita palam est unde omnia suppedantur.  
 Nec superare queunt motus itaque exitiales  
 perpetuo neque in aeternum sepelire salutem, 570  
 nec porro rerum genitales auctilicque  
 motus perpetuo possunt seruare creata.  
 sie aequo geritur certamine principiorum  
 ex infinito contractum tempore bellum:  
 nunc hic nunc illie superant uitalia rerum 575  
 et superantur item. misceat funere uagor  
 quem pueri tollunt nensis luminis oras;  
 nee nox ulla diem neque noctem aurora secutast  
 quae non audierit mixtos uagitibus aegris  
 ploratus mortis comites et funeris atri. 580  
 Illud in his obsignatum quoque rebus habere  
 conuenit et memori mandatum mente tenere,  
 nil esse, in promptu quorum natura uidetur,  
 quod genere ex uno consistat principiorum,  
 nec quicquam quod non permixto semine constet. 586  
 et quodcumque magis uis multas possidet in se  
 atque potestates, ita plurima principiorum  
 in sese genera ac uarias docet esse figuras.  
 principio tellus habet in se corpora prima 590  
 unde mare immensum uoluentes frigora fontes  
 adsidue renouent, habet ignes unde oriantur.  
 nam multis succensa locis ardent sola terrae,  
 eximâs uero furit ignibus impetus Aethrae.  
 tum porro nitidas fringes arbustaque laeta  
 gentibus humanis habet nnde extollere possit, 595  
 unde etiam flumios frondes et pabula lacta  
 montiuago generi possit praebere ferarum.  
 quare magna demum mater materque ferarum  
 et nostri genetrix haec dicta est corporis una.  
 Hanc ueteres Grauium docti eecinerunt poetae 600  
 sedibus in curru biungos agitare leones,  
 aeris in spatio magnam pendere docentes  
 tellurem neque posse in terra sistere terram.

adiungere feras, quia quamuis effera proles  
 officii debet moliri uicta parentum. 605  
 muralique caput summum cinxere corona,  
 eximâs munita locis quia sustinet urbes;  
 quo nunc insigni per magnas praedita terras  
 horrefice fertur diuinæ matris imago.  
 hanc uariae gentes antiquo more sacerorum 610  
 Idaeam uocitant matrem Phrygiasque ceteruas  
 dant comites, quia primum ex illis finibus edunt  
 per terrarum orbem fruges coepisse creari.  
 gallos attribuunt, quia, numen qui uiolarint  
 matris et ingrati genitoribus inuenti sint, 615  
 significare uolunt indignos esse putandos,  
 uiuam progeniem qui in oras luminis edant.  
 tympana tenta tonant palmis et cymbala circum  
 concaua, raucisonoque minantur cornua cantu,  
 et Phrygio stimulat numero caua tibia mentis,  
 telaque praeporant uiolenti signa furoris, 621  
 ingratos animos atque impia pectora uolgi  
 contertere metu quae possint numini' diuæ.  
 ergo eum primum magnas inuicta per urbis  
 munificat tacita mortalis muta salute, 625  
 aere atque argento sternunt itor omne uiarum  
 largifera stipe ditantes ninguntque rosarum  
 floribus umbrantes matrem comitumque ceteruas.  
 hic armata manus, Curetas nomine Grai 629  
 quos memorant Phrygios, inter se forte *quod armis*  
 ludunt in numerumque exultant sanguinolenti  
 terribiles caputum quatientes numine eristas,  
 Dictaeos referunt Curetas qui Iouis illum  
 uagitum in Creta quondam occultasse feruntur,  
 eum pueri circum puerum pernice chorea 635  
 armatei in numerum pulsarent acerbis aera, 637  
 ne Saturnus eum malis mandaret adeptus  
 aeternumque daret matri sub pectore uolnus. 639  
 propterea magnam armati matrem comitantur,  
 aut quia significat diuam praedicere ut armis  
 ac uirtute uelint patriam defendere terram  
 praesidioque parent decorique parentibus esse.  
 quae bene et eximie quamuis disposta ferantur,  
 longe sunt tamen a uera ratione repulsa. 645  
 omnis enim per se diuom natura neccesset  
 immortalis aeno summa eum pace fruatur  
 semota ab nostris rebus seiunctaque longe;  
 nam priuata dolore omni, priuata periculis,  
 ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri, 650  
 nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.  
 hic si quis mare Neptunum Cereremque uocare  
 constituit fruges et Bacchi nomine abuti  
 maouit quam laticis proprium proferre uocamen,  
 concedamus ut hic terrarum dictitet orbem 655  
 esse deum matrem, dum uera re tamen ipse  
 religione animum turpi contingere pareat. 659  
 680 terra quidem uero caret omni tempore sensu,  
 652 et quia multarum potitur primordia rerum,  
 multa modis multis effert in lumina solis. 660  
 660 Saepe itaque ex uno tondentes gramina campo  
 lanigeræ pependes et eorum duellia proles  
 bucceriaeque greges eodem sub tegmine caeli  
 ex unoque sitim sedantes flumine aquai 664  
 dissimili uiuunt specie retinentque parentum  
 naturam et mores generatim quaeque imitantur. 665  
 tantâ est in quouis genere herbae materiai  
 dissimilis ratio, tanta est in flumine quoque.  
 hinc porro quamuis animantem ex omniibus unam

541 *libet* B ex corr. Flor. 31 Cantab., *libet* codd. 543 *nulla* add. Lach., *non sit in orbi* B ex corr., *non sit in orbe* codd. correcti uulg. 547 *sumam hoc quoque uti* M., codd. *sumant oculi*, *si mantuler* Lach. 553 *guberna* Lamb., *cauerna* codd., *caernas* B ex corr. 555 *aplustra* Politian. Mar. Junt., *plaustra* A, *plaustra* B Niec. Cantab., *frusta* Madv. recte ut uidetur. 560 *si finita* B ex corr. uett. edd., *si infinita* codd. 586 *quod cumque* Lach., *quae cumque* codd. 593 et 607 *eximâs* Avanc., *ex imis* codd. 601 hic periisse uersum uidit Lach. 605 *molliri* aliquot codd. correcti, *molliri* codd. 613 *orbem* Pont. Junt., *orbes* codd. 615 *matris* Flor. 31 Cantab., *matri* codd. *sint* Lamb., *sunt* A B, Lach. *sint inuenti*. 623 *numine* codd., correctit doctus quidam apud Lach. 626 *iter omne uiarum* Turnebus Gif., *ite omnia uirum* codd. 630 *quod armis* Lach., *cateruas* (*catenas* B) codd. huc ex u. 628 illatum. 631 *sanguinolenti* Bentl., *sanguine fleti* codd. 636 hic spurium uersum habet codd. *armat et in numerum pernice chorea*, ex 635 et 637 conflatum. 651 post hunc uersum u. 658-660 posuit M. 653 *constituit* Lach., codd. *constituit*. 657 hic transtulit Lach., *pareat* idem, *parato* codd. 664 *sedantes* Niec. B ex corr., *sedentes* codd., hunc uers. ante 662 ponit Brieger. 665 ita codd. corr., *retinente* parente codd. 669 *quamuis—unam* Lamb., *quamuis—una* codd.

ossa cruor uenae calor umor uiscera nerui 670  
 670 constituunt; quae sunt porro distantia longe,  
 dissimili perfecta figura principiorum.  
 tum porro quaecumque igni flammata cremantur,  
 si nil praeterea, tamen haec in corpore condunt  
 unde ignem lacere et lumen summittere possint  
 675 scintillasque agere ac late differre fauillam. 676  
 cetera consimili mentis ratione peragrans  
 inuenies igitur multarum semina rerum  
 corpore celare et uarias cohobere figuras. 679  
 681 reddita sunt cum odore: in primis pleraque dona

haec igitur uariis debent constare figuris;  
 nidor enim penetrat qua fucus non it in artus,  
 fucus item sorsum, *sorsum* sapor insinuatur  
 sensibus; ut noscas primis differre figuris. 685  
 dissimiles igitur formae glomeramen in unum  
 conueniunt et res permixto semine constant.  
 quin etiam passim nostris in uersibus ipsis  
 multa elementa uides multis communia uerbis,  
 cum tamen inter se uersus ac uerba necesse est  
 confiteare alia ex aliis constare elementis; 691  
 non quo multa parum communis littera currat  
 aut nulla inter se duo sint ex omnibus isdem,  
 sed quia non uolgo paria omnibus omnia constant.  
 sic aliis in rebus item communia multa 695  
 multarum rerum cum sint primordia, uerum  
 dissimili tamen inter se consistere summa  
 possunt; ut merito ex aliis constare feratur  
 humanum genus et fruges arbustaque laeta.

Nec tamen omnimodis coniecti posse putandum  
 est 700

omnia; nam uolgo fieri portenta uideres,  
 semiferas hominum species existere et altos  
 interdum ramos eigni corpore uiuo,  
 multaue coniecti terrestria membra marinis,  
 tum flammam taetro spirantis ore Chimaeras 705  
 pascere naturam per terras omniparentis.  
 quorum nil fieri manifestum est, omnia quando  
 seminibus certis certa genetrice creata  
 conseruare genus crescentia posse uidemus.  
 scilicet id certa fieri ratione necessust. 710  
 nam sua cuique cibis ex omnibus intus in artus  
 corpora discedunt conexasque conuenientis  
 efficiunt motus; at contra aliena uidemus  
 reicere in terras naturam, multaue caecis  
 corporibus fugiunt e corpore percita plagis, 715  
 quae neque coniecti quoquam potuere neque intus  
 uitalis motus consentire atque imitari.  
 sed ne forte putes animalia sola teneri  
 legibus hisce, ea res ratio disterminat omnis.  
 nam ueluti tota natura dissimiles sunt 720  
 inter se genitae res quaeque, ita quamque necessest

dissimili constare figura principiorum;  
 non quo multa parum simili sint praedita forma,  
 sed quia non uolgo paria omnibus omnia constant.  
 semina cum porro distent, differre necessust 725  
 interualla uias conexus pondera plagas  
 concursus motus, quae non animalia solum  
 corpora seiungunt, sed terras ac mare totum

secernunt caelumque a terris omne retentant.

Nunc age dicta meo dulci quaesita labore 730  
 percipe, ne forte haec albis ex alba rearis  
 principis esse, ante oculos quae candida cernis,  
 aut ea quae nigrant nigro de semine nata;  
 niue alium quemuvis quae sunt inbuta colorem,  
 propterea gerere hunc credas, quod materiai 735  
 corpora consimili sint eius tincta colore.  
 nullus enim color est omnino materiai  
 corporibus, neque par rebus neque denique dispar.  
 in quae corpora si nullus tibi forte uideatur  
 posse animi iniectus fieri, procul auius erras. 740  
 nam cum caecigeni, solis qui lumina numquam  
 dispexere, tamen cognoscant corpora tactu,  
 ex ineunte aeuo nullo coniuncta colore,  
 scire licet nostrae quoque menti corpora posse  
 uorti in notitiam nullo circumlita fuco. 745  
 denique nos ipsi caecis quaecumque tenebris  
 tangimus, haud ullo sentinus tincta colore.  
 quod quoniam uinco fieri, nunc esse docebo

omnis enim color omnino mutatur in omnis;  
 quod facere haud ullo debent primordia pacto; 750  
 immutabile enim quiddam superare necessest,  
 ne res ad nihil redigantur funditus omnes.  
 nam quodcumque suis mutatum finibus exit,  
 continuo hoc mors est illius quod fuit ante.  
 proinde colore caue contingas semina rerum, 755  
 ne tibi res redeant ad nihil funditus omnes.

Praeterea si nulla coloris principis est  
 reddita natura et uariis sunt praedita formis,  
 e quibus omne genus gignunt uariantque colores  
 propterea, magni quod refert semina quaeque 760  
 cum quibus et quali positura contineantur  
 et quos inter se dent motus accipiantque,  
 perfacile extemplo rationem reddere possis  
 cur ea quae nigro fuerint paulo ante colore,  
 marmoreo fieri possint candore repente; 765  
 ut mare, cum magni commorunt aequora uenti,  
 uertitur in canos candentis marmore fluctus;  
 dicere enim possis, nigrum quod saepe uidemus,  
 materies ubi permixta est illius et ordo  
 principis mutatus et addita demptaque quaedam,  
 continuo id fieri ut candens uideatur et album. 771  
 quod si caeruleis constarent aequora ponti  
 seminibus, nullo possent albescere pacto;  
 nam quocumque modo perturbans caerula quae sint,  
 numquam in marmoreum possunt migrare colorem.  
 sin alio atque alio sunt semina tincta colore 776  
 quae maris efficiunt unum purumque nitorem,  
 ut saepe ex aliis formis uariisque figuris  
 efficitur quiddam quadratum unaque figura,  
 conueniebat, ut in quadrato cerninus esse 780  
 dissimiles formas, ita cernere in aequore ponti  
 aut alio in quouis uno puroque nitore  
 dissimiles longe inter se uariosque colores.  
 praeterea nil efficiunt obstantque figurae  
 dissimiles quo quadratum minus omne sit extra;  
 ut uarii rerum impediunt prohibentque colores 786  
 quominus esse uno possit res tota nitore.

Tum porro quae ducit et illicet ut tribuamus  
 principis rerum nonnumquam causa colores,

674 condunt M., codd. traduntur, celant Lach., cludunt Bern. 675 ignem Nicc., igne codd. 681 unius uersus lacunam indicauerunt Bern. M. qui uersum huiusmodi esse censet quis accensa solent fumare altaria diuom. 683, 684 fucus—fucus Lach., sucus—sucus codd. sorsum alterum add. G. Vossius, Lach. 685 primis codd., priuis Voss. al. Lach. 693 idem Lamb., idem codd. seruatum a Lach. qui nulli pro nulla legit. 694 constant B, costet A, constant A ex corr. Lach. 696 uerum Pont. Lach., rerum codd. 716 intus Lach., inte codd., inde Brieger. 719 ita M., codd. legibus his quaedam ratio disterminat omnis, Lach. omnia ut in I 1106 legibus hisce, eadem r. d. omne Bern., l. hisce, eadem ratio res terminat omnis Goebel recte ut uidetur. 721 quanque Junt., cumque codd. 724 constant M., constant A B uulg. Lach. 734 colorem Nicc. uulg., colore codd.; Lach. n. a. q. quo s. i. colore. 741 lumina codd. correcti, numina codd. 742 dispexere Nicc. ex corr. Avanc., dispexere codd. 743 post 748 collocant Benti. Lach. 748 lacunam indicauit M. 749 in omnis Flor. 31 Cantab. Nauger., et omnis codd. 759 omne genus Lach., omnigenus codd. 760 propterea codd. correcti, praeterea codd. 763 extemplo Brix, Lamb., exemplo codd. 765 possint Lamb., possunt codd. 779 figura Nicc., figuras codd. 780 ut in Lach., codd. uti in. cf. 322. 781 aequore Ver. Ven. Politian. (?) Mar. Junt., aequora codd. 783 colores Nicc., calores codd. 785 Lach. ex his. 788 ducit et illicet ut tr. Lamb. Turneb., ducit et (om. A Nicc.) inleitu tr. codd.

occidit, ex albis quoniam non alba creantur, 790  
nec quae nigra cluent de nigris sed uariis ex.  
quippe etenim multo proliuius exoritur  
caecida de nullo quam nigro nata colore  
aut alio quouis qui contra pugnet et obstat.

Praeterea quoniam nequeunt sine luce colores 795  
esse neque in lucem existunt primordia rerum,  
seire licet quam sint nullo uelata colore.

qualis enim caecis poterit color esse tenebris?  
lumine quin ipso mutatur propterea quod  
recta aut obliqua perensiss luce refulget; 800

pluma columbarum quo pacto in sole uidetur,  
quae sita ceruices circum collumque coronat;  
namque alias fit uti claro sit rubra pyropo,  
interdum quodam sensu fit uti uideatur  
inter curallium uiridis miscere zmaragdus. 805

caudaque pauonis, larga eum luce repleta est,  
consimili mutat ratione obuersa colores;  
qui quoniam quodam gignuntur luminis ictu,  
seire licet, sine eo fieri non posse putandum est.  
et quoniam plagae quoddam genus excipit in se 810

pupula, eum sentire colorem dicitur album,  
atque aliud porro, nigrum eum et cetera sentit,  
nec refert ea quae tangas quo forte colore  
praedita sint, uerum quali magis apta figura,  
seire licet nil principis opus esse colores, 815

sed uariis formis uariantes edere taetus.

Praeterea quoniam non certis certa figuris  
est natura coloris et omnia principiorum  
formamenta queunt in quouis esse nitore,  
eum ea quae constant ex illis non pariter sunt 820

omne genus perfusa coloribus in genere omni?  
conueniebat enim cornos quoque saepe nolantis  
ex albis album pinnis iactare colorem,  
et nigros fieri nigro de semine cyenos  
aut alio quouis uno uarioque colore. 825

Quin etiam quanto in partes res quaeque minutas  
distribuitur magis, hoc magis est ut cernere possis  
euanescere paulatim stinguique colorem;  
ut fit ubi in paruas partis disceperit austrum:  
purpura poeniceusque color clarissimi multo, 830

filatim eum distractum est, dispergitur omnis;  
noscere ut line possis prius omnem etflare colorem  
particulae quam discedant ad semina rerum.

Postremo quoniam non omnia corpora uocem  
mittere concedis neque odorem, propterea fit 835  
ut non omnibus adtribuas sonitus et odores.  
sic oculis quoniam non omnia cernere quimus,  
seire licet quaedam tam constare orba colore  
quam sine odore illo quaedam sonitumque remota,  
nec minus haec animum cognoscere posse sagacem  
quam quae sunt aliis rebus priuata notare. 841

Sed ne forte putes solo spoliata colore  
corpora prima manere, etiam secreta teporis  
sunt ac frigoris omnino calidique uaporis,  
et sonitu sterila et saeco icuina feruntur, 845

nec iaciunt ullum proprium de corpore odorem.  
sicut amaracini blandum staetaeque liquorem  
et nardi florem, nectar qui naribus halat,  
cum facere instituas, eum primis querere par est,  
quoad licet ac possis reperire, inolentis oliui 850

naturam, nullam quae mittat naribus anrum,  
quam minime ut possit mixtos in corpore odores .

concoctosque suo contractans perdere uiro,  
propter eandem rem debent primordia rerum  
non adhibere suum gignundis rebus odorem 855  
nec sonitum, quoniam nil ab se mittere possunt,  
nec simili ratione saporem denique quemquam  
nec frigus neque item calidum tepidumque uaporem,  
eetera; quae eum ita sunt tamen ut mortalia constant,  
molli lenta, fragosa putri, caua corpore raro, 860

omnia sint a principiis seiuncta necessesst,  
immortalia si nolumus subiungere rebus  
fundamenta quibus nitatur summa salutis;  
ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes.

Nunc ea quae sentire uidemus eumque necessesst  
ex insensilibus tamen omnia confiteare 866  
principiis constare. neque id manifesta refutant  
nec contra pugnant, in promptu cognita quae sunt,  
sed magis ipsa manu deunt et credere cogunt  
ex insensilibus, quod dico, animalia gigni. 870

quippe uidere licet uiuos existere uermes  
stereore de taetro, pitorem eum sibi naeta est  
intempestiuus ex imbribus umida tellus;  
praeterea eunetas itidem res uertere sese.  
uertunt se fluuui frondes et pabula laeta 875

in pependes, uertunt pecudes in corpora nostra  
naturam, et nostro de corpore saepe ferarum  
augeseunt uires et corpora pennipotentium.  
ergo omnes natura eibos in corpora uiua  
uertit et hinc sensus animantium procreat omnes, 880

non alia longe ratione atque arida ligna  
explicat in flammam et in ignis omnia uersat.  
iamne uides igitur magni primordia rerum  
referre in quali sint ordine quaeque locata  
et commixta quibus dent motus accipientique? 885

Tum porro quid id est, animum quod percipit, ipsum  
quod mouet et uarios sensus exponere cogit,  
ex insensilibus ne credas sensile gigni?  
nimirum lapides et ligna et terra quod una  
mixta tamen nequeunt uitalem reddere sensum. 890  
illud in his igitur rebus meminisse decebit,  
non ex omnibus omnino, quae cumque creant res,  
sensile et exemplo me gigni dicere sensus,  
sed magni referre ea primum quantula constant,  
sensile quae faciunt, et qua sint praedita forma, 895  
motibus ordinibus posituris denique quae sint.  
quarum nil rerum in lignis glaebisque uidemus;  
et tamen haec, cum sunt quae parti putrefacta per imbres,  
uermiculos pariunt, quia corpora materialia  
antiquis ex ordinibus permota noua re 900

conciuantur ita ut debent animalia gigni.  
deinde ex sensilibus qui sensile posse creari  
constituunt, porro ex aliis sentire sueti  
mollia eum faciunt. nam sensus iungitur omnis  
uisceribus nemis uenis, quae cuique uidemus 905  
mollia mortali consistere corpore creta.  
sed tamen esto iam posse haec aeterna manere:  
nempe tamen debent aut sensum partis habere  
aut simili totis animalibus esse putari.  
at nequeant per se partes sentire necesse est; 910  
namque alio sensus membrorum respicit omnis,  
nec manus a nobis potis est secreta neque ulla  
corporis omnino sensum pars sola tenere.  
linquitur ut totis animalibus adsimulentur.

790 creantur Nicc., codd. creatur. 791 nec quae Flor. 31 Cantab., neque codd. uariis ex Wak., uariis ea codd. 800 refulgat Lach. 802 ceruicemst Brieger. 803 rubra codd. correcti, rubro codd. 805 curallium Wak., caeruleum codd. 806 larga c. l. B ex corr. Nicc., largo c. l. codd. 814 sint Ald. 1 Junt., sunt codd. 815 colores ex Nonio Lamb., colore codd. 821 omne genus Lach., omnigenus codd. 829 ostrum Wak., austrum M., aurum codd. color post austrum posuit Goebel, male Lach. aurea p.—distracta. 831 dispergitur Lach., disperditur codd. 841 notare Lach., notaque codd. 845 icuina Flor. 31 Cantab., et una codd. 846 proprio Lach. 850 potis ex Lamb. Lach. 853 contractans Prisciani (p. 722) aliqui codd. Lach., contractas codd., seruare et perdere Non. p. 188. 854 rem add. Lach. 860 molli Turneb. Lamb., mollia codd. 875 fluuui frondes Lamb., fl. in fr. codd. 882 in add. Flor. 31 Cantab. cett. 888 nasci Priscianus p. 632. 891 rebus Avanc., felus codd. 893 sensile Nicc., sensilia codd. et exemplo Nauger., exemplo codd. 902 ea semibus Lach. 903 suctis Lamb. Lach., uers. perisse uiderunt Christ, M., qui huiusmodi cum fuisse censet ipsi sensilibus, mortalia semina reddunt. 904 cum. iam Lach. 905 cuique M., codd. cumque, cuncta Lach. 909 simili Lach., similis codd. 910 at Mar. Junt., aut codd. 911 alio Lach., alios codd. respicit id., codd. respuit, Bern. nam ratio—respuit.

923 sic itidem quae sentimus sentire necessesse, 915  
 915 uitali ut possint consentire undique sensu.  
 qui poterunt igitur rerum primordia dici  
 et leti uitae uias, animalia cum sint,  
 adque animalia *sint* mortalibus una eademque ?  
 quod tamen ut possint, at coetu concilioque 920  
 920 nil facit praeter uolgum turbamque animantum,  
 scilicet ut nequeant homines armenta feraeque  
 inter sese ullam rem gignere conueniundo.  
 924 quod si forte sum dimittunt corpore sensum  
 atque alium capiunt, quid opus fuit adtribui id  
 quod 925

detrahitur ? tum praeterea, quo fugimus ante,  
 quatenus in pullos animalis uertier oua  
 cernimus alituum uermisque efferuere, terram  
 interpestiuos quom putor cepit ob imbris,  
 scire licet gigni posse ex non sensibu' sensus. 930

Quod si forte aliquis dicit dumtaxat oriri  
 posse a non sensu sensum mutabilitate,  
 aut aliquo tamquam partu quod proditus extet,  
 huic satis illud erit planum facere atque probare  
 non fieri partum nisi concilio ante coacto 935  
 nec quicquam commutari sine conciliatu.  
 principio nequeunt ullius corporis esse  
 sensus ante ipsam genitiam naturam animantis,  
 nimirum quia materies disiecta tenetur  
 aere fluminibus terris terraque creatis, 940  
 nec congressa modo uitalis conuenienti  
 contulit inter se motus, quibus omnituentes  
 accensi sensus animante in quaque ciebunt.

Praeterea quamuis animantem grandior ictus,  
 quam patitur natura, repente adfligit et omnis 945  
 corporis atque animi pergit confundere sensus.  
 dissoluuntur enim positurae principiorum  
 et penitus motus uitalis inpediuntur,  
 donec materies, omnis conuulsa per artus,  
 uitalis animae nodos a corpore soluit 950  
 dispersamque foras per caulas eiecit omnis.  
 nam quid praeterea facere ictum posse reamur  
 oblatum, nisi discutere ac dissoluere quaeque ?  
 fit quoque uti soleant minus oblato acriter ictu  
 reliquii motus uitalis uincere saepe, 955  
 uincere, et ingentis plagae sedare tumultus  
 inque suos quicquid rursus reuocare meatus  
 et quasi iam leti dominantem in corpore motum  
 discutere ac paene amissos accendere sensus.  
 nam qua re potius leti iam limine ab ipso 960  
 ad uitam possit conlecta mente reuerti,  
 quam quo decursum prope iam siet ire et abire ?

Praeterea quoniam dolor est ubi material  
 corpora ui quadam per uiscera uiua per artus  
 sollicitata suis trepidant in sedibus intus, 965  
 inque locum quando remigrant, fit blanda uolup-  
 tates,  
 scire licet nullo primordia posse dolore  
 temptari nullamque uoluptatem capere ex se ;  
 quandoquidem non sunt ex ullis principiorum  
 corporibus, quorum motus nouitate laborent 970

aut aliquem fructum capiant dulcedinis almae,  
 haut igitur debent esse ullo praedita sensu.

Denique uti possint sentire animalia quaeque,  
 principii si iam est sensus tribuendus eorum,  
 quid, genus humanum proptim de quibu' factumst ?  
 scilicet et risu tremulo concussa cacinnant 976  
 et lacrimis spargunt orantibus ora genasque  
 multaque de rerum mixtura dicere callent  
 et sibi propono quae sint primordia quaerunt ;  
 quandoquidem totis mortalibus adsimulata 980  
 ipsa quoque ex aliis debent constare elementis,  
 inde alia ex aliis, nusquam consistere ut ausis :  
 quippe sequar, quodcumque loqui ridereque dices  
 et sapere, ex aliis eadem haec facientibus ut sit.  
 quod si delira haec furiosaque cernimus esse 985  
 et ridere potest non ex ridentibu' factus  
 et sapere et doctis rationem reddere dictis  
 non ex seminibus sapientibus atque disertis,  
 qui minus esse queant ea quae sentire uidemus  
 seminibus permixta carentibus undique sensu ? 990

Denique caelesti sumus omnes semine oriundi ;  
 omnibus ille idem pater est, unde alia liquentes  
 umoris guttas mater cum terra recepit,  
 feta parit nitidas fruges arbutaque laeta  
 et genus humanum, parit omnia saecula ferarum, 995  
 papula cum praebet quibus omnes corpora pascunt  
 et dulcem dicunt uitam prolemque propagant ;  
 quapropter merito maternum nomen adepta est.  
 cedit item retro, de terra quod fuit ante,  
 in terras, et quod missumst ex aetheris oris, 1000  
 id rursus caeli rellatum tempore recepat.  
 nec sic interemittit mors res ut material  
 corpora conficiat, sed coetum dissupat ollis,  
 inde aliis aliud coniungit ; et effit ut omnes  
 res ita conuertant formas mutantque colores 1005  
 et capiant sensus et puncto tempore reddant ;  
 ut noscas referre eadem primordia rerum  
 cum quibus et quali positura contineantur  
 et quos inter se dent motus accipiantque,  
 neue putes aeterna penes residere potesse 1010  
 corpora prima quod in summis fluitare uidemus  
 rebus et interdum nasci subitoque perire.  
 quin etiam refert nostris in uersibus ipsis  
 cum quibus et quali sint ordine quaeque locata.  
 si non omnia sunt, at multo maxime pars est 1017  
 consimilis ; uerum positura discrepant res.  
 sic ipsis in rebus item iam material  
 concursus motus ordo positura figurae 1021  
 cum permutantur, mutari res quoque debent.

Nunc animum nobis adhibe ueram ad rationem.  
 nam tibi uementer noua res molitur ad auris  
 accedere et noua se species ostendere rerum. 1025  
 sed neque tam facilis res ulla est quin ea primum  
 difficilis magis ad credendum constet, itemque  
 nil adeo magnum neque tam mirabile quicquam,  
 quod non paullatim minnant mirarier omnes.  
 suspicito caeli clarum purumque colorem, 1030  
 quaeque in se cohibet, palantia sidera passim,

915 hic collocauit Bern., post 916 Lach. 919 animalia sint Lach., animalibus codd., animalibu' sint Mar. Junct. cf. 458, IV 81. 920 at coetu Mon. Lach., ab coetu codd. 922 nequeunt Gif. Bentl. Lach. 926 quo fugimus Wak., quod fugimus codd. Lach., quod uicinus olim M. quod amplexus est Brieger. 928, 929 ita Marullus, codd. offeruere terram interpestiuus quam putor cepit (A, coepit B). 932 a Wak., ea codd., ex Lamb. Lach. 933 proditus extet M., codd. proditum extra, protinus extra Lach., proditur extra Pont. Bern. 936 nisi conciliatum Goebel. 938 ipsam codd. correcti, lesam codd. 940 aethraque Lach. 941 uitali Goebel. conuenienti Lamb., conuenientes codd. Lach. Goebel. 943 ita H. Purmann, codd. animantem quamque tuentur, Lach. animantum concuterentur, Bern. codicum scripturam seruat ita tamen ut in u. 942 omnicientes legat. 951 caulas B ex corr. Flor. 31, caviis eiecit codd., correcti eiecit. 954 oblatu uetusti edd., oblata codd. 961 possit Lach., codd. possint. conlecta Lamb., coniecta codd. 963 propterea Lach. 975 quibu' fact. Lamb. (similiter 986), quibus auct. codd. Non. p. 511 quibus actus. 976 cacinnant A B hoc uno loco, alibi cacinnant. 982 alia Ver. Ven., ali codd. 985 delira codd. correcti, det ira codd. 998 adepta B ex corr. Flor. 31 Cantab., adempta codd. 1000 missumst Lactantius, missum est Cantab. cett., missus codd. 1001 rellatum, fulgentia Lactant. Inst. VII 2. 1002 mors res, ut Mar. Ald. Junct., mors ut res codd. 1004 coniungit ; et effit ut M., coniungit et effit codd. quod seruat Wak., coniungitur et fit Lach. plene post ollis interpuncto. coniungit et efficit et in u. 1005 ut pro ita uulg. 1007 eodem Avanc., carum codd. 1010-1012 secundum M. turbas dedit quod (1011) parum intellectum ; relatiuum enim esse et ad formas, colores, sensus (uu. 1005, 1006) spectare. Lach., quod pro coniunctione accipiens cunctis pro summis legit, nouum argumentum ab 1013 incipere putat, uncinis includit 1013-1104. 1015, 1016 = I 820 821 nisi quod significat hic pro constituent codd. 1017 sunt Lach., sint codd. 1025 accedere (h. e. accedere) cum codd. M. cuius uide adm. 1029 mittant Lach. 1030 suspicito Bern., principio codd. quod M. ueri simile putat si uersus interciderit. 1031 cohibet Lach., cohibent codd.



Innamque et solis praeclara luce nitorem ;  
omnia quae nunc si primum mortalibus essent,  
ex inproniso si nunc obiecta repente,  
quid magis his rebus poterat mirabile dici 1035  
aut minus ante quod auderent fore credere gentes ?  
nil, ut opinor : ita haec species miranda fuisset.  
quam tibi iam nemo, fessus satiate uidentis,  
susplicere in caeli dignatur lucida templa !  
desine quapropter nouitate exterritus ipsa 1040  
expuere ex animo rationem, sed magis acri  
iudicio perpende et, si tibi uera uidentur,  
dede manus, aut, si falsum est, accingere contra.  
quaerit enim rationem animus, cum summa loci sit  
infinita foris haec extra moenia mundi, 1045  
quid sit tibi porro quo prospicere usque uelit mens  
atque animi iactus liber quo peruolet ipse.

Principio nobis in eunctas undique partis  
et latere ex utroque *supra* superque per omne  
nulla est finis ; uti docui, res ipsaque per se 1050  
uociferatur, et elucet natura profunda.  
nullo iam pacto ueri simile esse putandumst,  
undique cum uorsum spatium uacet infinitum  
seminaque innumero numero summaque profunda  
multimodis uolentem aeterno perita motu, 1055  
hunc unum terrarum orbem caelumque creatum,  
nil agere illa foris tot corpora materiai ;  
cum praesertim hic sit natura factus, ut ipsa  
sponte sua forte offensando semina rerum,  
multimodis temere incassum frustraue coacta, 1060  
tandem colorant ea quae coniecta repente  
magnarum rerum fierent exordia semper,  
terrai maris et caeli generisue animantium.  
quare etiam atque etiam talis fateare necesse est  
esse alios alibi congressus materiai, 1065  
qualis hic est, audio complexu quem tenet aether.

Praeterea cum materies est multa parata,  
cum locus est praesto nec res nec causa moratur  
ulla, geri debent nimirum et confieri res.  
nunc et seminibus si tanta est copia quantum 1070  
enumerare actas animantium non queat omnis,  
uisque eadem et natura manet quae semina rerum  
conicere in loca quaeque queat simili ratione  
atque hic sunt coniecta, necesse est confiteare  
esse alios alibi terrarum in partibus orbis 1075  
et uarias hominum gentis et saecula ferarum.

Huc accedit ut in summa res nulla sit una,  
unica quae gignatur et unica solaue crescat,  
quum aliquo uel sicut saeculi permultaue eodem  
sint genere. in primis animalibus, inquit Memmi,  
inuenies sic montiuagum genus esse ferarum, 1081  
sic hominum genitam prolem, sic denique mutas  
squamigerum peudes et corpora euncta uolantum.  
quapropter caelum simili ratione fundendumst  
terramque et solem lunam mare, cetera quae sunt,  
non esse unica, sed numero magis innumerati ; 1086  
quandoquidem nitae depactis terminus alte  
tam manet haec et tam natiuo corpore constant,  
quam genus omne quod hic generatimst rebus abun-  
dans.

Quae bene cognita si teneas, natura uidetur 1090  
libera continuo dominis priuata superbis

ipsa sua per se sponte omnia dis agere expers.  
nam pro sancta deum tranquilla pectora pace  
quae placidum degunt aeuom uitamque serenam,  
quis regere immensi summam, quis habere pro-  
fundi 1095  
indumanu ualidas potis est moderanter habenas,  
quis pariter caelos omnis conuenter et omnis  
ignibus aetheriis terras suffire feracis,  
omnibus inue locis esse omni tempore praesto,  
nubibus ut tenebras faciat caelique serena 1100  
concutiat sonitu, tum fulmina mittat et aedis  
saepae suas disturbet et in deserta recedens  
saeniat exereens telum quod saepe nocentes  
praeterit exanimatque indignos inque merentes ?

Multaque post mundi tempus genitale diem-  
que 1105  
primigenum maris et terrae solisque coortum  
addita corpora sunt extrinsecus, addita circum  
semina quae magnum iaculando contulit omne ;  
unde mare et terrae possent augescere et unde  
appareret spatium caeli domus altaue tecta  
tolleret a terris procul et consurgeret aer. 1111  
nam sua cuique locis ex omnibus omnia plagis  
corpora distribuuntur et ad sua saecula recedunt.  
umor ad umorem, terreno corpore terra  
crescit et ignem ignes prociunt aetheraue 1115  
aether,

denique ad extremam erescendi perlicia finem  
omnia perduxit rerum natura creatrix ;  
ut fit ubi nilo iam plus est quod datur intra  
uitalis uenas quam quod fluit adque recedit.  
omnibus hic aetas debet consistere rebus, 1120  
hic natura suis refrenat uiribus auctum.  
nam quaecumque uides hilario grandescere ad-  
auctu

paulatimque gradus aetatis seandere adultae,  
plura sibi adsumunt quam de se corpora mittunt,  
dum facile in uenas eibus omnis inditur et dum  
non ita sunt late dispessa ut multa remittant 1126  
et plus dispendi faciant quam uescitur actas.  
nam certe fluere adque recedere corpora rebus  
ultra manus dandum est ; sed plura accedere  
debent,

donec alescendi summum tetigere cacumen. 1130  
inde minutatim uires et robur adultum  
frangit et in partem peiorem liquitur actas.  
quippe etenim quanto est res amplior, auguine  
adempto,

et quo latior est, in eunctas undique partis  
plura modo dispargit et ab se corpora mittit,  
nec facile in uenas eibus omnis diditur ei 1136  
nec satis est, proquam largos exaustat aestus,  
unde queat tantum suboriri ac subpeditare.

1146 omnia debet enim eibus integrare nouando  
et fulcire eibus, eibus omnia sustentare, 1140  
nequiquam, quoniam nec enaeae perpetiuntur  
quod satis est neque quantum opus est natura  
ministrat.

1139 iure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo  
sunt et eum externis succumbunt omnia plagis,  
quandoquidem grandi eibus aeuo denique deficit

1033 essent codd., extant Orelli Lach. recte, ut uidetur. 1034 si nunc M., si sint codd., si essent Polle, Bern. uisu et subiecta pro obiecta, sed uide quae ad I 356 diximus. 1047 iactus Gronov. Bentl., tactus codd. *libero quo peruolet ipse* B, uolet A. 1049 supra *superyne* Lach., codd. *superque*. 1051 uu. 1070-76 post h. u. collocat Kannengiesser. 1058 ut M., et codd. Lach. in u. sequenti ut ante *semina* intulit. 1061 colorant codd. correcti, colorunt codd., colorunt Lach. coniecta codd. M. qui conf. 1108, connecta Lach. coll. V 429. 1062 exordia Mar. Ald. 1 Junt., ex ordine codd. 1070 ex Lach. 1072 uisque c. et n. Mar. Ald. 1 Junt., uis eadem n. codd., quis eadem n. Lach. 1073 quaeque queat simili Flor. 31 Cantab., quaeque atsimili codd. 1079 aliquo uel sicut Gronov., aliquo uel sicut aliquo uel A B. 1080 inlute Memmi Gronov., codd. *indice mente, adice mentem* Tohte, *inice mentem* Brieger. 1081 inuenies Pont. al., inuenisse codd. 1082 genitam Mar. Ald. 1 Junt., genitam codd. 1089 q. hic generatimst r. abundans M., q. hic generatim r. abundans codd., q. est generatim r. abundans Lach., q. hic generatim r. abundat Bern. 1094 uitam Pont. Avanc., uitam codd. 1102 in Lact. Inst. III 17, om. codd. 1110 appareret Nicc. Cantab., appareret codd. 1115 aether add. codd. correcti, aeraue aer Lach. 1116 extremum Lach. pro *extremum* codd., docens *finem* semper apud Lucretium generis feminini esse. *perlicia* A ex corr. Nicc., *perlicia* A B Nonius. 1120 hic M. (ut in 1089), hic codd. 1122 hilario Lamb., hilar codd. 1124 corpora B ex corr. Nicc., cora codd. 1126 dispessa M., dispersa codd. 1129 debent Flor. 31 Cantab., debet codd. 1131 robur, robor A B. 1135 ab se Lach., a se codd. 1136 diditur Mar. Ald. Junt., deditur codd. 1138 queat Mar. Junt., queant codd. 1139-1142 (1140-49 uulg.) hic posuit Goebel. 1140 eibus add. Is. Voss. in notis manu scr.

nec tuditantia rem cessant extrinsecus ul-  
lam 1146  
corpora conficere et plagis infesta domare.  
sic igitur magni quoque circum moenia mundi  
1145 expugnata dabunt labem putrisque ruinas. 1149  
iamque adeo fracta est aetas effetaque tellus  
uix animalia parua creat quae cuncta creauit  
saecla deditque ferarum ingentia corpora partu.  
haud, ut opinor, ezim mortalia saecla superne  
aurea de caelo denisit funis in arua  
nec mare nec fluctus plangentis saxa crearunt,  
sed genuit tellus eadem quae nunc alit ex se. 1156  
praeterea nitidas fruges uinetaque laeta  
sponte sua primum mortalibus ipsa creauit,  
ipsa dedit dulcis fetus et pabula laeta ;  
quae nunc uix nostro grandescunt aucta labore,

conterimusque boues et nris agriculturalum, 1161  
conficimus ferrum uix aruis suppeditati :  
usque adeo parcut fetus argenteque labore.  
iamque caput quassans grandis suspirat arator  
crebrius, incassum manuum cecidisse labores,  
et cum tempora temporibus praesentia confert  
praeteritis, laudat fortunas saepe parentis 1167  
1170 et crepat, anticum genus ut pietate repletum  
perfacile angustis tolerarit finibus aenom,  
cum minor esset agri multo modus ante  
uiritim. 1170  
1168 tristis uitam uetulae uitis sator atque uictae  
temporis incusat momen caelumque fatigat  
1173 nec tenet omnia paulatim tabescere et ire  
ad capulum spatio aetatis defessa uetusto.

## LIBER TERTIVS

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen  
qui primus potuisti industrans commoda uitae,  
te sequor, o Graiae gentis decus, inque tuis nunc  
ficta pedum pono pressis uestigia signis,  
non ita certandi cupidus quam propter amorem 5  
quod te imitari aueo ; quid enim contendat lirundo  
cyenis, aut quidnam tremulis facere artibus haedi  
consimile in cursu possint et fortis equi uis ?  
tu, pater, es rerum inuentor, tu patria nobis  
suppeditas praecepta, tuisque ex, inclute, chartis, 10  
floriferis ut apes in saltibus omnia libant,  
omnia nos itidem depascimur aurea dicta,  
aurea, perpetua semper dignissima uita.  
nam simul ac ratio tua coepit uociferari  
naturam rerum, diuina mente coorta, 15  
diffugiunt animi terrores, moenia mundi  
discedunt, totum uideo per inane geri res.  
apparet diuum numen sedesque quietae  
quas neque concutiunt uenti nec nubila nimbis  
aspergunt neque nix acri concreta pruina 20  
cana cadens uiolat semperque innubilis aether  
integit, et large diffuso lumine rident.  
omnia suppeditat porro natura neque ulla  
res animi pacem delibet tempore in ullo.  
at contra nusquam apparent Acherusia templa 25  
nec tellus obstat quin omnia dispiciantur,  
sub pedibus quaecumque infra per inane gerun-  
tur.

his ibi me rebus quaedam diuina uoluptas  
percipit adque horror, quod sic natura tua ui  
tam manifesta patens ex omni parte resecta est. 30  
Et quoniam docui, cunctarum exordia rerum  
qualia sint et quam uariis distantia formis  
sponte sua uolitent aeterno percita motu  
quoue modo possint res ex his quaeque creari,  
hasce secundum res animi natura uidetur 35  
atque animae claranda meis iam uersibus esse  
et metus ille foras praeceps Acheruntis agendus,  
funditus humanam qui uitam turbat ab imo  
omnia suffundens mortis nigrore neque ullam  
esse uoluptatem liquidam puramque relinquit. 40

nam quod saepe homines morbos magis esse ti-  
mendos  
infamemque ferunt uitam quam Tartara leti  
et se scire animae naturam sanguinis esse  
46 aut etiam uenti, si fert ita forte uoluntas,  
44 nec prosum quicquam nostrae rationis egere, 45  
hinc licet aduertas animum magis omnia laudis  
47 iactari causa quam quod res ipsa probetur.  
extorres idem patria longaque fugati  
conspetu ex hominum, foedati crimine turpi,  
omnibus aerumnis adfecti denique uiuunt, 50  
et quocumque tamen miseri uenere parentant  
et nigras maectant pecupes et manibu' diuis  
inferias mittunt multoque in rebus acerbis  
acrius aduertunt animos ad religionem.  
quo magis in dubiis hominem spectare periculis 55  
conuenit aduersisque in rebus noscere qui sit ;  
nam uerae uoces tum demum pectore ab imo  
eiciuntur et eripitur persona, manet res  
denique auarities et honorum caeca cupido 59  
quae miseris homines cogunt transcendere fines  
iuris et interdum socios scelerum atque ministros  
noctes atque dies niti praestante labore  
ad summas emergere opes, haec uulnera uitae  
non minimam partem mortis formidine aluntur.  
turpis enim ferme contemptus et acris egestas 65  
semota ab dulci uita stabilique uidentur  
et quasi iam leti portas cunctarier ante ;  
unde homines dum se falso terrore coacti  
effugisse uolunt longe longaque remosse,  
sanguine ciuili rem conflant diuitiasque 70  
conduplicant audi, caedem caede accumulantes ;  
crudeles gaudent in tristi funere fratris  
et consanguineum mensas odere timentque.  
consimili ratione ab eodem saepe timore  
macerat inuidia. ante oculos illum esse potentem,  
illum aspectari, claro qui incedit honore, 76  
ipsi se in tenebris uolui caenoque queruntur.  
intereunt partim statuarum et nominis ergo.  
et saepe usque adeo, mortis formidine, uitae  
percipit humanos odium lucisque uidendae, 80

1149 que add. Nicc. 1150 fracta B ex corr. 1162 suppetiati haud male Ellis in Diar. Philol. vii 259, suppeditati iam Brieger. 1163 laborem Goebel, fortasse recte. 1168-70 (1170-72 uulg.) huc transtulit Th. Bergk. 1171 uictae Heins. in nott. manu scr. fatigat codd. ex 1172 illatum. 1172 momen Pius, nomen codd. 1174 capulum I. Voss., copulum B. scopulum A.

III. 1 E Mon. uett. edd., O A frag. Vindob(onense), om. B. Nicc. 11 libant Avanc. al., limant codd. 15 coorta Orelli, coortam codd. 21 semperque Nicc. alii codd. correcti. 22 rident Lach., ridet codd. 28 ibi Pont. al., ubi codd. 29 sic natura Avanc., signatura codd. 33 aeterno Bentl., alterno codd. 43 Woltjer scire animi cum dicat in A esse hoc ipsum, in B sciri animi. 44 (46) hic retulit Bentl. 58 eiciuntur Lamb. Gif. Lach., codd. dicitur. manet res codd. correcti, manare codd. 66 uidentur Lamb. Lach., uidetur codd. 72 fratris Macrobian. Sat. VI 2 15, fratres codd. 78 statuarum codd. correcti, statum codd.

ut sibi consciscant maerenti pectore letum  
obliti fontem curarum hunc esse timorem,  
hunc uexare pudorem, hunc uineula amicitiai  
rumpere et in summa pietatem euertere suadet ;  
nam iam saepe homines patriam carosque parentis 85  
prodidissent, uitare Acherusia templa petentes.  
nam ueluti pueri trepidant atque omnia caecis  
in tenebris metuunt, sic nos in luce timemus  
interdum, nilo quae sunt metuenda magis quam  
quae pueri in tenebris pauitant linguntque futura. 90  
hunc igitur terrorem animi tenebrasque necessos  
non radigi solis neque lucida tela diei  
disentiant, sed naturae species ratioque.

Primum animum dico, mentem quam saepe uo-  
camus,  
in quo consilium uitae regimenque locatum est, 95  
esse hominis partem nilo minus ac manus et pes  
atque oculi partes animantis totius extant.

sensum animi certa non esse in parte locatum,  
uerum habitum quandam uitalem corporis esse,  
harmoniam Graei quam dicunt, quod faciat nos 100  
uiuere cum sensu, nulla cum in parte siet mens ;  
ut bona saepe ualetudo cum dicitur esse  
corporis, et non est tamen haec pars ulla ualentis.  
sic animi sensum non certa parte reponunt ;  
magno opere in quo mi diuersi errare uidentur. 105  
saepe itaque, in promptu corpus quod cernitur, aegret,  
cum tamen ex alia laetatur parte latenti ;  
et retro fit uti contra sit saepe nicissim,  
cum miser ex animo laetatur corpore toto ;  
non alio pacto quam si, pes cum dolet aegri, 110  
in nullo caput interea sit forte dolore.  
praeterea molli cum somno dedita membra  
effusumque iacet sine sensu corpus hominum,  
est aliud tamen in nobis quod tempore in illo  
multimodis agitur et omnis accipit in se 115  
laetitiae motus et curas cordis inanis.  
nunc animam quoque ut in membris cognoscere  
possis

esse neque harmonia corpus sentire solere,  
principio fit uti detracto corpore multo  
saepe tamen nobis in membris uita moeretur ; 120  
atque eadem rursum, cum corpora pauca calor  
diffugere forasque per os est editus aer,  
deserit extemplo uenas atque ossa relinquit ;  
noscere ut hinc possis non aequos omnia partis  
corpora habere neque ex aequo fulcire salutem, 125  
sed magis haec, nenti quae sunt calidique uaporis  
semina, curare in membris ut nila moeretur.  
est igitur calor ac uentus uitalis in ipso  
corpore qui nobis moribundos deserit artus.  
quapropter quoniam est animi natura reperta 130  
atque animae quasi pars hominis, redde harmoniai  
nomen, ad organicos alto delatum Heliconi ;  
siue aliunde ipsi porro traxere et in illam  
transtulerunt, proprio quae tum res nomine egebat.  
quidquid *id* est, habeant ; tu cetera percipe dicta. 135

Nunc animum atque animam dico coniuncta teneri  
inter se atque unam naturam conlicere ex se,  
sed caput esse quasi et dominari in corpore toto  
consilium quod nos animum mentemque uocamus.  
idque situm media regione in pectoris haeret. 140  
hic exultat enim pauor ac metus, haec loca circum  
laetitiae mulcent ; hic ergo mens animusque.  
cetera pars animae per totum dissita corpus

paret et ad numen mentis nomenque mouetur.  
idque sibi solum per se sapit, *id* sibi gaudet, 145  
cum neque res animam neque corpus commouet una.  
et quasi, cum caput aut oculus temptante dolore  
laeditur in nobis, non omni coneruciamur  
corpore, sic animus nonnumquam laeditur ipse  
laetitiaeque uiget, cum cetera pars animae 150  
per membra atque artus nulla nouitate cietur.  
uerum ubi uementi magis est commota metu mens,  
consentire animam totam per membra uidemus  
sudoresque ita palloremque existere toto  
corpore et infringi linguam uocemque aboriri, 155  
caligare oculos, sonere auris, succidere artus,  
denique concidere ex animi terrore uidemus  
saepe homines ; facile ut quis hinc noscere possit  
esse animam cum animo coniunctam, quae cum  
animi *ui*

percussast, exim corpus propellit et icit. 160

Haec eadem ratio naturam animi atque animae  
corpoream docet esse ; ubi enim propellere membra,  
corripere ex somno corpus mutareque uultum  
atque hominem totum regere ac nersare uidetur,  
quorum nil fieri sine tactu posse uidemus 165  
nec tactum porro sine corpore, uonne fatendumst  
corporea natura animum constare animamque ?  
praeterea pariter fungi cum corpore et una  
consentire animum nobis in corpore cernis.  
si minus offendit uitam uis horrida telis 170  
ossibus ac neruis disclusis intus adacta,  
at tamen insequitur languor terraeque petitus  
segnis, et in terra mentis qui gignitur aestus,  
interdumque quasi exurgendi incerta uoluntas.  
ergo corpoream naturam animi esse necessesst, 175  
corporeis quoniam telis icitque laborat.

Is tibi nunc animus quali sit corpore et unde  
constiterit pergam rationem reddere dictis.  
principio esse aio persupilem atque minutis  
perquam corporibus factum constare. id ita esse 180  
hinc licet aduertat animum ut pernoscere possis :  
nil adeo fieri celeri ratione uidetur,  
quam *sibi* mens fieri proponit et inchoat ipsa ;  
ocius ergo animus quam res se pericit ulla,  
ante oculos quorum in promptu natura uidetur. 185  
at quod mobile tanto operest, constare rutundis  
perquam seminibus debet perquamque minutis,  
momine uti paruo possint impulsa moueri.  
namque mouetur aqua et tantillo momine llutat,  
quippe uolubilibus paruisque creata figuris, 190  
at contra mellis constantior est natura  
et pigri laties magis et emctantior actus ;  
haeret enim inter se magis omnis materia  
copia, nimirum quia non tam lenibus extat  
corporibus neque tam suptilibus atque rutundis. 195  
namque papaueris aura potest suspensa leuisque  
cogere ut ab summo tibi dillluat altus aceruus ;  
at contra lapidum conlectum ipse euru' mouere  
noenu potest. igitur paruissima corpora proquam  
et leuissima sunt, ita mobilitate fruuntur ; 200  
at contra quaecumque magis cum pondere magno  
asperaque inueniuntur, eo stabilita magis sunt.  
nunc igitur quoniam *est* animi natura reperta  
mobilis egregie, perquam constare necessesst  
corporibus paruus et leuibz atque rutundis. 205  
quae tibi cognita res in multis, o bone, rebus  
utilis inuenietur et opportuna chuebit.  
haec quoque res etiam naturam dedicat eius,  
quam tenui constet textura quamque loco se

81 consciscant Nicc., codd. coniscant. 82 minus uersus lacunam hic sumit M. quae in hunc modum expleri possit :  
qui miseros homines cogens scelus omne patrare. 84 suadet, fraude Lach., clade Bern. 94 quam Charisius p. 187 (210),  
quem codd. 95 locatum Mar. al., uocatum codd. 100 faciat Nicc. B ex corr., taciat codd. 106 aegret Lach. gram-  
matici cuiusdam testimonio usus, aegrum codd. 108 fit uti Lamb., fit ubi codd. 118 corpus sentire e con. Wak. Lach.,  
corpus interire codd. 132 alto I. Voss., altu A B. 135 id add. codd. correcti. 145 sapit, id sibi Wak., codd. sapit  
sibi, s. et sibi Nicc. uulg. pauet, id s. Tohte. 154 ita palloremque Nicc. Mar. al., itaque pallorem codd. 159 animi ui  
Ven. Mar., animi A B Nicc., animi uis Nonius Brix. et nuper Kannengiesser. 170 offendit B ex corr., offendis codd.  
teli nett. edd., codd. leti. 173 segnis M., suavis codd., suppus Lach., saeuus et Bern. sicut ante Joh. Jones ; sed post-  
positi et desunt exempla apud Lucr. 183 sibi Wak., codd. si. 198 conlectum Marcus, coniectum codd. ipse euru'  
mouere M. Bern. cauru' mouere, codd. spicarunq. 203 est add. Pont. al.

contineat paruo, si possit conglomerari, 210  
 quod simul atque hominem leti secura quies est  
 indepta atque animi natura animaeque recessit,  
 nil ibi libatum de toto corpore cernas  
 ad speciem, nil ad pondus: mors omnia praestat  
 uitalem praeter sensum calidumque uaporem. 215  
 ergo animam totam perparuis esse necessest  
 seminibus, nexam per uenas uiscera neruus;  
 quatenus, omnis ubi e toto iam corpore cessit,  
 extima membrorum circumcaesura tamen se  
 incolumem praestat nec deficit ponderis hilum. 220  
 quod genus est Bacchi cum flos euauit aut cum  
 spiritus unguenti suauis diffugit in auras  
 aut aliquo cum iam succus de corpore cessit;  
 nil oculis tamen esse minor res ipsa uidetur  
 propterea neque detractum de pondere quicquam.  
 nimirum quia multa minutaque semina sucos 226  
 efficiunt et odorem in toto corpore rerum.  
 quare etiam atque etiam mentis naturam animaeque  
 scire licet perquam paucillis esse creatam  
 seminibus, quoniam fugiens nil ponderis aufert. 230  
 Nec tamen haec simplex nobis natura putanda est.  
 tenuis enim quaedam moribundos deserit aura  
 mixta uapore, uapor porro trahit aera secum.  
 nec calor est quisquam, cui non sit mixtus et aer;  
 rara quod eius enim constat natura, necessest 235  
 aeris inter eum primordia multa moueri.  
 iam triplex animi est igitur natura reperta;  
 nec tamen haec sat sunt ad sensum cuncta circandum,  
 nil horum quoniam recepit res posse creare  
 sensiferos motus et homo quae mente uolutat. 240  
 quarta quoque his igitur quaedam natura necessest  
 adtribuat; ea omnino nominis expers;  
 qua neque mobilis quicquam neque tenuius exstat,  
 nec magis e paruis et leuibus est elementis;  
 sensiferos motus quae didit prima per artus. 245  
 prima cietur enim, paruis perfecta figuris;  
 inde calor motus et uenti caeca potestas  
 accipit, inde aer; inde omnio mobilantur,  
 concutitur sanguis, tum uiscera persentiscunt  
 omnia, postremis datur ossibus atque medullis 250  
 siue uoluptas est siue est contrarius ardor.  
 nec temere huc dolor usque potest penetrare neque acre  
 permanere malum, quin omnia perturbentur  
 usque adeo ut uitae desit locus atque animai  
 diffugiant partes per caulas corporis omnis. 255  
 sed plerumque fit in summo quasi corpore finis  
 motibus: hanc ob rem uitam retinere ualeamus.  
 Nunc ea quo pacto inter sese mixta quibusque  
 compta modis uigeant rationem reddere auentem  
 abstrahit inuitum patrii sermonis egestas; 260  
 sed tamen, ut potero, summatum, attingere, tangam.  
 inter enim cursant primordia principiorum  
 motibus inter se, nil ut secerner unum  
 possit nec spatio fieri diuisa potestas,  
 sed quasi multae uis unius corporis extant. 265  
 quod genus in quouis animantum uiscere uolgo  
 est odor et quidam color et sapor, et tamen ex his  
 omnibus est unum perfectum corporis augmen.  
 sic calor atque aer et uenti caeca potestas  
 mixta creant unam naturam et mobilis illa 270  
 uis, initum motus ab se quae diuidit ollis,  
 sensifer unde oritur primum per uiscera motus.

nam penitus prorsum latet haec natura subestque  
 nec magis hac infra quicquam est in corpore nostro  
 atque anima est animae proporo totius ipsa. 275  
 quod genus in nostris membris et corpore toto  
 mixta latens animi uis est animaeque potestas,  
 corporibus quia de paruis paucisque creatast.  
 sic tibi nominis haec expers uis facta minutis  
 corporibus latet atque animae quasi totius ipsa 280  
 proporrost anima et dominatur corpore toto.  
 consimili ratione necessest uentus et aer  
 et calor inter se uigant commixta per artus  
 adque aliis aliud subsit magis emineatque  
 ut quiddam fieri uideatur ab omnibus unum, 285  
 ni calor ac uentus seorsumque potestas  
 aeris interemant sensum diductaque soluant.  
 est etenim calor ille animo, quem sumit, in ira  
 cum feruescit et ex oculis micat acris ardor;  
 est et frigiditas multa comes formidinis aura 290  
 quae ciet horrorem membris et concitat artus;  
 est etiam quoque peccati status aeris ille,  
 pectore tranquillo fit qui uolutoque sereno.  
 sed calidi plus est illis quibus acria corda  
 iracundaque mens facile efferuescit in ira. 295  
 quo genere in primis uis est uiolenta leonum,  
 pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes  
 nec capere irarum fluctus in pectore possunt.  
 at uentosa magis ceruorum frigida mens est  
 et gelidas citius per uiscera concitat auras 300  
 quae trenulum faciunt membris existere motum.  
 at natura bouum placido magis aere uiuit,  
 nec nimis irai fax unquam subdita pericit  
 fumida, suffundens caecae caliginis umbra,  
 nec gelidis torpet telis perfixa pauoris: 305  
 inter utrosque sitast, ceruus saenosque leones.  
 sic hominum genus est. quamuis doctrina politis  
 constituat pariter quosdam, tamen illa relinquit  
 naturae cuiusque animi uestigia prima.  
 nec radicitus euelli mala posse putandumst, 310  
 quin procliuus hic iras decurrat ad acris,  
 ille metu citius paulo temptetur, at ille  
 tertius accipiat quaedam elementis aequo.  
 inque aliis rebus multis differre necessest  
 naturas hominum uarias moresque sequacis; 315  
 quorum ego nunc nequeo caecas exponere causas  
 nec reperire figurarum tot nomina quot sunt  
 principis, unde haec oritur uarietas rerum.  
 illud in his rebus uideor fumare potesse,  
 usque adeo naturarum uestigia linqui 320  
 paruola quae nequeat ratio depellere nobis,  
 ut nil impediatur dignam dis degere uitam.  
 Haec igitur natura tenetur corpore ab omni  
 ipsaque corporis est custos et causa salutis;  
 nam communibus inter se radicibus haerent 325  
 nec sine pernicie diuelli posse uidentur.  
 quod genus e thuris glaebis euellere odorem  
 haud facile est quin intereat natura quoque eius.  
 sic animi atque animae naturam corpore toto  
 extrahere haud facile est quin omnia dissoluantur. 330  
 inplexis ita principis ab origine prima  
 inter se fiunt consorti praedita uita,  
 nec sibi quaeque sine alterius ui posse uidetur  
 corporis atque animi seorsum sentire potestas,  
 sed communibus inter eas conflatur utrimque 335

210 si codd. correcti, se A B. 232 tenuis A ex corr., tenuis codd. 234 cui mixtus non siet aer Lach. 236 multa moueri A ex corr. Nicc. uulg., multanqueri codd. 239 res Bern. M., codd. mens, Lach. quem. recepit A B M. cf. II 1025. 240 et homo q. m. u. M., codd. quaedam que m. u., Lach. quaedam uis menti, Bern. quidam quod manticulatur. 244 est Wak. in notis, ex codd. Lach. ex seruato et paruis legit. 249 ita Pont. Avanc., codd. c. l. s. u. persentiscunt. 254 ut add. Lamb. 257 retinere A ex corr. uulg., retinemus codd., Lach. retinemu' ualentes. 258 inter se sint mixta Brieg., fortasse recte. 266 uiscere B, uiscere A, codd. correcti. 267 color Lamb. conl., calor codd. uulg. Lach. 268 post augmen comma ponit Dittel; cf. 278, 328. 278 post creatast comma ponit Susemihl. 284 aliis. alias Brieg. 288 etenim Faber in emend., etiam codd. Benteio duce Lach. in ira cum feruescit coniungit. 289 acrisus Lamb., codd. acrisus. 290 et. ea Lach. 293 fit qui codd. M., qui fit uulg. Lach. 298 ante 296 collocaat Lach. 303 nimis codd. correcti, minus codd. 304 fumida suffundens codd. corr., fumidas effundens codd. uett. umbra B, umbram A Nicc. Cantab. fortasse recte. 305 pauoris uett. edd., uaporis codd. 306 inter utrosque sitast Avanc., i. utrasque sitas codd., interuolue secus Lach., interuolue secat Bern. 309 naturae Mar. Junt., natura codd. 317 quot, quod A B. 319 uideo Faber, uideo codd. firmare edd. uett., formare codd. 321 nobis Lach., noctis codd. 332 fiunt c.—uita Mar. Junt., c. f.—uitae codd. 335 cas Lach., cos codd.

motibus accensus nobis per viscera sensus,  
praeterea corpus per se nec gignitur unquam  
nec crescit neque post mortem durare videtur.  
non enim, ut humor aquae dimittit saepe vaporem  
qui datus est, neque ea causa conuelliur ipse, 340  
sed manet incolumis, non, inquam, sic animai  
discidium possunt artus perferre reliqui,  
sed penitus pereunt conuulsi conque putrescent.  
ex ineunte aëro sic corporis atque animai  
mutua vitalis discunt contagia motus 345  
maternis etiam membris alioque reposta,  
discidium ut nequeat fieri sine peste maloque;  
ut uideas, quoniam coniunctast causa salubris,  
coniunctam quoque naturam consistere eorum.

Quod superest, si quis corpus sentire refutat 350  
atque animam credit permixtam corpore toto  
suscipere hunc motum quem sensum nominamus,  
uel manifestas res contra uerasque repugnat.  
quid sit enim corpus sentire quis adferet unquam,  
si non ipsa palam quod res dedit ac docuit nos? 355  
at dimissa anima corpus caret undique sensu;  
perdit enim quod non proprium fuit eius in aëro;  
multaque praeterea perdit quam expellitur ante.

Dicere porro oculos nullam rem cernere posse,  
sed per eos animum ut foribus spectare reclusis, 360  
difficilest, contra cum sensus dicat eorum;  
sensus enim trahit atque acies detruidit ad ipsas;  
fulgida praesertim cum cernere saepe nequimus,  
lumina luminibus quæ nobis praepediuntur.  
quod foribus non fit; neque enim, quia cernimus ipsi,  
ostia suscipiunt ullum reclusa laborem. 366  
praeterea si pro foribus sunt lumina nostra,  
iam magis exemptis oculis debere uideretur  
cernere res animus sublatis postibus ipsis.

Illud in his rebus nequaquam sumere possis, 370  
Democriti quod sancta uiri sententia ponit,  
corporis atque animi primordia singula prius  
adposita alternis nariare, ac necesse membra.  
nam cum multo sunt animae elementa minora  
quam quibus e corpus nobis et viscera constant, 375  
tum numero quoque concedunt et rara per artus  
dissita sunt dimtaxat; ut hoc promittere possis,  
quantula prima queant nobis iniecta cedere  
corpora sensiferos motus in corpore, tanta  
interualla tenere exordia prima animai. 380  
nam neque puberis interdum sentimus adhaesum  
corpore nec membris inmensam sidere cretam,  
nec nebulam noctu neque arani tenuia fila  
obuia sentimus, quando obreuerunt cuntes,  
nec supra caput eiusdem cecidisse uietam 385  
uestem nec plumas auium papposque uolantis  
qui nimia leuitate cadunt plerumque grauatim,  
nec repentis itum enuisuissimae animantis  
sentimus nec priua pedum uestigia quaeque,  
corpore quae in nostro culices et cetera ponunt. 390  
usque adeo prius est in nobis multa ciendum,  
quam primordia sentiscant concessa animai  
seminia corporibus nostris inmixta per artus,  
et quam in his interuallis tudantiam possint  
concurrere coire et dissultare uicissim. 395

Et magis est animus uitai claustra coereens

et dominantior ad uitam quam uis animai.  
nam sine mente animoque nequit residere per artus  
temporis exiguan partem pars ulla animai,  
sed comes insequitur facile et discedit in auras 400  
et gelidos artus in leti frigore linquit.

at manet in uita cui mens animusque remansit.  
quamuis est circum caesis lacere undique membris  
truncus, adempta anima circum membrisque remota  
uiuut et aetherias vitalis suscipit auras. 405

si non omnimodis, at magna parte animai  
priuatus, tamen in uita cunctatur et haeret;  
ut, lacerato oculo circum si pupula mansit  
incolumis, stat cernendi uiuata potestas,  
dummodo ne totum corrumpas luminis orbem 410  
et circum caedas aciem solanque relinquas;  
id quoque enim sine pernicie non fiet et orbi.  
at si tantula pars oculi media illa peresa est,  
occidit extemplo lumen tenebraeque secuntur,  
incolumis quamuis aliquoi sit splendidus orbis. 415  
hoc anima atque animus uincti sunt foedere semper.

Nunc age, natiuos animantibus et mortalis  
esse animos animasque leuis ut noscere possis,  
conquisita diu dulcique reperta labore  
digna tua pergam disponere caruina cura. 420  
tu fac utrumque uno sub iugas nomine eorum,  
atque animam uerbi causa cum dicere pergam,  
mortalem esse docens, animum quoque dicere credas,  
quatenus est unum inter se coniunctaque res est.

principio quoniam tenuem constare minutis 425  
corporibus docui multoque minoribus esse  
principiis factam quam liquidus humor aquai  
aut nebula aut fumus: —nam longe mobilitate  
praestat et a tenui causa magis ieta mouetur;  
quippenbi imaginibus fumi nebulaeque mouetur: 430

quod genus in somnis sopiti ubi cernimus alte  
exhalare uaporem altaria ferreque fumum;  
nam procul hinc dubio nobis simulacra genuntur: —  
nunc igitur quoniam quassatis undique nasus  
dilluere uiorem et laticem discedere cernis 435

et nebula ac fumus quoniam discedit in auras,  
crede animam quoque diffundi multoque perire  
ocius et citius dissolui in corpora prima,  
eum semel ex hominis membris ablata reossit.  
quippe etenim corpus, quod nas quasi constitit eius,  
cum cohibere nequit conuassatum ex aliqua re 441  
ae rarefactum detracto sanguine uenis,  
aere qui credas posse hunc cohiberier ullo?  
corpore qui nostro rarus magis is cohibessit?

Praeterea gigni pariter eum corpore et una 445  
erescere sentimus pariterque senescere mentem.  
nam uelut infirmo pueri teneroque uaguntur  
corpore, sic animi sequitur sententia tenuis.

iude ubi robustis adoleuit nribus aetas,  
consilium quoque maius et auctor est animi uis. 450  
post ubi iam ualidis quassatum est uiribus acui  
corpus et obtusis ceciderunt uiribus artus,  
elaudiat ingenium, delirat lingua, labat mens,  
omnia deficiunt atque inuo tempore desunt.  
ergo dissolui quoque conuenit omnem animai 455  
naturam, ceu fumus, in altis aëris auras;  
quandoquidem gigni pariter pariterque uilemus

346 *reposta* Avanc., *reposito* codd. 347 *ut* add. Mar. Junt. 350 *rennat* Lamb. 358 *multaque*, Lach. *nullaque*. *perdit quam e. aëro* M., codd. *perditum e. aëro quam*, spurium iudicauerunt Creech in notis, Bern. 361 *desiperest* Lamb. Gif. Lach. *dicat* Lamb., *ducat* codd. 362 post 363 ponit Lach. 365 *quia* Lach., codd. *qua*. 372 *prinus* Bentl., *prinus* codd. 374 *animae c. m.* A B Nicc., *animai c. m.* codd. correcti, *c. m. animai* Lach. 378 et 380 *prima* Bentl. Lach. M. olim. 383 *aranci* uett. edd. Lach., *arani* codd. 391 *ciendum* Avanc., *ciendo* codd. 392, 393 inter se transposuerant Mar. uulg. Lach. Bern., M. olim. 394 *et quam in his* Lach., codd. *et quantis*. 400 *et discedit* Vat. 3276 uett. codd., *discedit* codd. 403 *circum* codd. correcti, *erctum* codd. 404 *remota* B e corr. Lach., *remot* B, *remotus* A. 405 *aerias* Lach. tamquam *aurae* non possent esse *aetheriae*. 412 *et orbi* M., *orum* codd. spur. censet Lach. 415 *aliquoi* sit M., codd. *alioqui*, *alioquist* Kannengiesser, *alioqui splendet* Bockem., spur. censet Lach. 420 *digna tua—cura* Lach., *d. t.—uita* codd., *perpetua—uita* Bern. 421 *sub iugas nomine* M., codd. *subiugas nome* (*nomine* B ex corr.), *uni subiugas nomen* Lach. 428 *nam* Lach. 430 (et 433) spurium censet Lach. *mouetur* Mar. Junt., *mouentur* codd. 431 *est* Lach. *alte ex. uaporem* Lach., *alta ex. uapore* codd. 432 *exhalare* uulg. M. quem ad hunc locum uide. *exalare* A B Lach. utrum scripsit Lucr. in dubio est. cf. V 463 *exalantque* A B, VI 478 *altus* A B. 433 *hinc* Bentl., *haec* codd. *genuntur* Lamb., *geruntur* codd. 438 *ocius* B e corr. Nicc., *opius* codd. *in* add. B. e corr. 441 *quam* Mar. Junt. Lach. 444 *is cohibessit* Lach., *in cohibesset* codd. 450 *aetior* B ex corr. codd. correcti, *aetior* codd. 453 *hinc* Bentl. add. Lach. *lingua graescens* Bockem., *uagat* A. Palmer in Hermath. t. iv p. 264. 456 *auris* uett. edd., *aeris* codd.

creſcere et, ut docui, ſimul aeuo feſſa fatiſci.

Huc accedit uti uideamus, corpus ut ipſum  
 ſuſcipere inmanis morbos durumque dolorem, 460  
 ſic animum curas acris luctumque metumque ;  
 quare participem leti quoque conuenit eſſe.  
 quin etiam morbis in corporis auius errat  
 ſaepe animus ; dementi enim deliraeque fatur  
 interdumque graui lethargo fertur in altum 465  
 aeternumque ſoporem oculis nutuque cadenti,  
 unde neque exaudit uoces nec noſcere uoltus  
 illorum potis eſt, ad uitam qui reuocantes  
 circumſtant lacrimis rorantes ora genasque.  
 quare animum quoque diſſolui fateare neceſſeſt, 470  
 quandoquidem penetrant in eum contagia morbi ;  
 nam dolor ac morbus leti fabricator uterqueſt,  
 multorum exitio perdocti quod ſumus ante.  
 denique quor, hominem cum uini uis penetrauit 476  
 acris et in uenas diſceſſit deditus ardor,  
 conſequitur grauitas membrorum, praepediuntur  
 crura uacillanti, tardescit lingua, madet mens,  
 nant oculi, clamor ſingultus iurgia gliſcunt, 480  
 et iam cetera de genere hoc quaecumque ſecuntur,  
 cur ea ſunt, niſi quod uemens uiolentia uini  
 conturbare animam conſuevit corpore in ipſo ?  
 at quaecumque queunt conturbari inque pediri,  
 ſignificant, paulo ſi durior inſinuarit 485  
 cauſa, fore ut pereant aeuo priuata futuro.  
 quin etiam ſubito ui morbi ſaepe coactus  
 ante oculos aliquis noſtros, ut fulminis ictu,  
 deſcendit et ſpumas agit, ingemit et tremiſt artus,  
 deſipit, extentat neruus, torquetur, anhelat 490  
 inconstanter, et in iactando membra fatigat.  
 nimirum qua uis morbi diſtracta per artus  
 turbat, agens animam ſpumat, *quasi* in aequore ſalſo  
 uentorum ualidis ferueſcunt uiribus undae.  
 exprimitur porro gemitus, quia membra dolore 495  
 adficiuntur et omnino quod ſemina uocis  
 eiciuntur et ore foras glomerata feruntur  
 qua *quasi* conſuerunt et ſunt munita uiui.  
 deſipientia fit, quia uis animi atque animai  
 conturbatur et, ut docui, diuiſa ſeorſum 500  
 diſiectatur eodem illo diſtracta ueneno.  
 inde ubi iam morbi reflexit cauſa redditque  
 in latebras acer corrupti corporis umor,  
 tum *quasi* uacillans primum conſurgit et omnis  
 paulatim redit in ſenſus animamque receptat. 505  
 haec igitur tantis ubi morbis corpore in ipſo  
 lactentur miſerisque modis diſtracta laborent,  
 cur eadem credis ſine corpore in aere aperto  
 cum ualidis uentis aetatem degere poſſe ?  
 et quoniam mentem ſanari, corpus ut aegrum, 510  
 cernimus et flecti medicina poſſe uidemus,  
 id quoque praesagit mortalem uiuere mentem.  
 addere enim partis aut ordine traiecere aecumſt  
 aut aliquod prorsum de ſumma detrahare hilum,  
 commutare animum quicumque adoritur et inſit 515  
 aut aliam quamuis naturam flectere quaerit.  
 at neque transferri ſibi partis nec tribui uult  
 inmortale quod eſt quicumque neque defluere hilum.  
 nam quodecumque ſuis mutatum finibus exit,  
 continuo hoc mors eſt illius quod fuit ante. 520  
 ergo animus ſiue aegreſcit, mortalia ſigna  
 mittit, uti docui, ſeu flectitur a medicina.

uſque adeo falſae rationi uera uidetur  
 res occurrere et effugium praeccludere eunti  
 ancipitque reſutatu conuincere falſum. 525

Denique ſaepe hominem paulatim cernimus  
 ire  
 et membratim uitalem deperdere ſenſum ;  
 in pedibus primum digitos liueſcere et unguis,  
 inde pedes et crura mori, poſt inde per artus  
 ire alios tractim gelidi ueſtigia leti. 530  
 ſcinditur itaque animae hoc quoniam natura nec  
 uno  
 tempore ſincera exiſtit, mortalis habendaſt.  
 quod ſi forte putas ipſam ſe poſſe per artus  
 introſum trahere et partis conducere in unum  
 atque ideo cunctis ſenſum deducere membris,  
 at locus ille tamen, quo copia tanta animai 536  
 cogitur, in ſenſu debet maiore uideri ;  
 qui quoniam nuſquamſt, nimirum ut diximus  
*ante*,  
 dilaniata foras diſpargitur, interit ergo.  
 quin etiam ſi iam libeat concedere falſum 540  
 et dare poſſe animam glomerari in corpore eorum,  
 lumina qui lineunt moribundi particulatim,  
 mortalem tamen eſſe animam fateare neceſſe,  
 nec referit utrum pereat diſperſa per auras  
 an contracta ſuis et partibus obruteſcat, 545  
 quando hominem totum magis ac magis undique  
 ſenſus  
 deficit et uitae minus et minus undique reſtat.

Et quoniam mens eſt hominis pars una, loco  
 quae

fixa manet certo, uelut aures atque oculi ſunt  
 atque alii ſenſus qui uitam cumque gubernant,  
 et ueluti manus atque oculus naresue ſeorſum 551  
 ſecreta ab nobis nequeunt ſentire neque eſſe,  
 ſed tamen in paruo lieuntur tempore tate,  
 ſic animus per ſe non quiſt ſine corpore et ipſo  
 eſſe homine, illius *quasi* quod uas eſſe uidetur  
 ſiue aliud quid uiſ potius coniunctius ei 556  
 fingere, quandoquidem conexu corpus adhaeret.

Denique corporis atque animi uiuata potestas  
 inter ſe coniuncta ualent uitaeque fruuntur ;  
 nec ſine corpore enim uitalis edere motus 560  
 ſola potest animi per ſe natura nec autem  
 caſſam anima corpus durare et ſenſibus uti.  
 ſcilicet auoluſ corpus radicibus ut nequit ullam  
 diſpicere ipſe oculus rem ſeorſum corpore toto,  
 ſic anima atque animus per ſe nil poſſe uidetur.  
 nimirum quia *per* uenas et uiscera mixtim, 566  
 per neruos atque oſſa, tenentur corpore ab omni  
 nec magnis interuallis primordia poſſunt  
 libera diſſultare, ideo concluda mouentur  
 ſenſiferos motus quos extra corpus in auras 570  
 aeris haut poſſunt poſt mortem eiecta moueri  
 propterea quia non ſimili ratione tenentur.  
 corpus enim atque animans erit aer, ſi cohibere  
 ſeſe anima atque in eo poterit concludere motus  
 quos ante in neruis et in ipſo corpore agebat. 575  
 quin etiam finis dum uitae uertitur intra,  
 ſaepe aliqua tamen e cauſa labefacta uidetur  
 ire anima ac toto ſolui de corpore *uelle*  
 595 et *quasi* ſupremo languere tempore uoltus  
 molliaque exſangu *trunco* cadere omnia membra.

468 ut add. in B. ex corr. *fatisci* codd. correcti, *fatiscit* B ex corr., *factis* codd. 472 dolor Nicc., *polor* codd. 474 (= 510), 475 inſulſum additamentum eiecit Lamb. et *quoniam mentem ſanari corpus ut aegrum et pariter mentem ſanari corpus inani*. 476 quor. cor A B, cf. II 194 com = quom. 482 cur ea Nicc., *curba* codd. 492 quia codd. correcti, uett. edd., quod codd. 493 *spumat, quasi* in Lach., *spumans* in codd. 497 *ciciuntur* Lamb., *eliciuntur* codd., *eliduntur* Boekem. quod placet. 523 *rationi* uett. edd., *rationis* codd. 525 *refutatu* Mar. Junt., *refutatur* codd. 531 *sc. itque animae* hoc M., *sc. atque animae haec* codd., *sc. usque adeo haec* Lach., *sc. aequae animae haec* Bern. locum corruptum nondum ſanarunt. 535 *deducere* Cantab. uett. edd. ; codd. *diducere*. 548 *loco quae* Lach., *locoque* codd. 551 *atque*. aut Lach. 553 *lieuntur* Creech in notis, *linguntur* codd. *tate* Creech, *tali* codd., *lineuntur—tali* Lach. 555 *homine* uett. edd., codd. *hominem*. *uas eſſe* Nicc., codd. *uasse*. 564 *ipse oculus* Flor. 31 Mar., *oculus ipse* codd. 566 *per* add. Nicc. *mixtim* codd. correcti, *mixti* codd. 571 *moueri* Lamb., *mouere* codd. 573 *animans erit* Lamb., *animam serit* codd. 574 *co* Faber, *eos* codd. quo ſeruato Lach. *in se anima* recipit Wakef. coniecturam. 576-590 (592-606) hos uersus alieno fuiſſe loco uidit Chriſt qui poſt 579 (594) eos ponit. 578 *corpore uelle* Lach. pro eo quod codd. habent *omnia membra* ex u. 580 inlatum. 580 *trunco* add. Lach., *cadere horrore* Bern.

quod genus est, animo male factum eum per-  
hibetur 581  
aut animam liquisse; ubi iam trepidatur et omnes  
extremum cupiunt uitae reprehendere uinculum.  
600 conuassatur enim tum mens animaeque potestas  
omnis et haec ipso cum corpore conlabefunt; 585  
ut grauior paulo possit dissoluere causa.  
quid dubitas tandem quin extra prodita corpus  
inbecilla foras in aperto, tegmine dempto,  
605 non modo non omnem possit durare per aenon,  
sed minimum quoduis nequeat consistere tem-  
pus? 590  
576 quare etiam atque etiam resolutio corporis omni  
tegmine et eiectis extra uitalibus auris  
dissolui sensus animi fateare necessesit  
atque animam, quoniam coniunctast causa duo-  
bus.  
580 Denique eum corpus nequeat perferre animai  
discidium quin in taetro tabescat odore, 596  
quid dubitas quin ex imo penitusque coorta  
emanarit uti fumus diffusa animae uis,  
atque ideo tanta mutatum putre ruina  
585 conciderit corpus, penitus quia mota loco sunt  
fundamenta, foras anima emanante per artus 601  
perque uiam omnis flexus, in corpore qui sunt,  
atque foramina? multimodis ut noscere possis  
dispertitam animae naturam exisse per artus  
590 et prius esse sibi distractam corpore in ipso, 605  
quam prolapsa foras enare in aeris auras.  
nec sibi enim quisquam moriens sentire uidetur  
ire foras animam incolumem de corpore toto  
nec prius ad iugulum et supra succedere fauces,  
uerum deficere in certa regione locatam; 610  
ut sensus alios in parti quemque sua scit  
dissolui. quod si immortalis nostra foret mens,  
non tam se moriens dissolui conquereretur,  
sed magis ire foras uestemque relinquere, ut an-  
guis.  
Denique cur animi numquam mens consilium-  
que 615  
gignitur in capite aut pedibus manibusue, sed unis  
sedibus et certis regionibus omnibus haeret,  
si non certa loca ad nascendum reddita cuique  
sunt, et ubi quicquid possit durare creatum,  
atque ita multimodis partitis artibus esse, 620  
membrorum ut numquam existat praeposterus  
ordo?  
usque adeo sequitur res rem neque flamma creari  
fluminibus solitast neque in igni gigni alior.  
Praeterea si immortalis natura animai  
et sentire potest secreta a corpore nostro, 625  
quinque, ut opinor, eam faciendum est sensibus  
auctam;  
nec ratione alia nosmet proponere nobis  
possimus infernas animas Acherante uagari.  
pictores itaque et scriptorum saecula priora  
sic animas intro duxerunt sensibus auctas. 630  
at neque sorsum oculi neque nares nec manus ipsa  
esse potest animae neque sorsum lingua, neque  
aures  
auditum per se possunt sentire neque esse.  
Et quoniam toto sentimus corpore inesse  
uitalem sensum et totum esse animale uidentus,

si subito medium eeleri praeciderit ictu 636  
nis aliquae ut sorsum partem secernat utramque,  
dispertita procul dubio quoque nis animai  
et discissa simul cum corpore dissocietur.  
at quod scinditur et partis discedit in ulla, 640  
scilicet aeternam sibi naturam abuuit esse.  
falciferos memorant currus abscedere membra  
saepe ita de subito permixta caede calentis,  
ut tremere in terra uideatur ab artibus id quod  
decidit abscisum, cum mens tamen atque hominis  
uis 645  
mobilitate mali non quit sentire dolorem;  
et semel in pugnae studio quod dedita mens  
est,  
corpore reliquo pugnam caedesque petessit,  
nec tenet amissam lacunam cum tegmine saepe  
inter equos abstraxe rotas falcisque rapaces, 650  
nec cecidisse alius dextram, cum secundit et instat.  
inde alius conatur adempto surgere crure,  
cum digitos agit at propter moribundus humi pes.  
et caput abscisum calido uiuentemque trunco  
seruat humi uoltum nitalem oculosque patentis,  
donec reliquias animai reddidit omnes. 656  
quin etiam tibi si, lingua uibrante, micanti  
serpentis cauda et procer corpore, utrumque  
sit libitum in multas partis discidere ferro,  
omnia iam sorsum cernes ancisa recenti 660  
uolnere tortari et terram conspargere tabo,  
ipsam seque retro partem petere ore priorem,  
uolneris ardenti ut morsu premat icta dolorem.  
omnibus esse igitur totas dicemus in illis  
particulis animas? at ea ratione sequetur 665  
unam animantem animas habuisse in corpore  
multas.  
ergo diuisast ea quae fuit una simul cum  
corpore; quapropter mortale utrumque putan-  
dumst,  
in multas quoniam partis disciditur aequae.  
Praeterea si immortalis natura animai 670  
constat et in corpus nascentibus insinuat,  
cur super anteaetam aetatem meminisse nequi-  
mus  
nec negligia gestarum rerum ulla tenemus?  
nam si tanto operest animi uiuata potestas,  
omnis ut actarum exederit retinentia rerum, 675  
non, ut opinor, id a leto iam longiter errat;  
quapropter fateare necessesit quae fuit ante  
interiisse et quae nunc est nunc esse creatam.  
Praeterea si iam perfecto corpore nobis  
inferri solitast animi uiuata potestas 680  
tum cum gignimur et uitae cum limen inimus,  
hand ita conueniebat uti cum corpore et una  
cum membris uideatur in ipso sanguine cresce,  
sed melut in cauea per se sibi uiuere solam. 684  
[conuenit ut sensu corpus tamen alluat omne]  
690 quod fieri totum contra manifesta docet res;  
namque ita conexa est per uenas uiscera neruus  
ossaque, uti dentes quoque sensu participantur;  
morbus ut indicat et gelidai stringor aquai  
et lapis oppressus, subit si e frugibus, asper. 690  
686 quare etiam atque etiam neque originis esse  
putandumst.  
expertis animas nec leti lege solutas.

581 perhibetur B ex corr., peribet B, periberet A Nicc. 591 quare Nicc. B ex corr., quae codd. 597 ex codd. correcti, ea codd. 598 animae uis codd. correcti, anima eius codd. 601 foras anima emanante Wak., f. manant animaeque codd., f. manante anima usque Lach. 617 regionibus pectoris Lach., hominis r. M. olim. Post 619 amissos esse aliquot uersus censet M. 620 partitis Bern., pro totis codd., perfectis Lach. 623 solita neque insigni A B, solita est codd. correcti, in igni Nicc. 624 si immortalis Nicc., si mortalis codd. 628 uagari Lach., uagare codd., uagare B ex corr. uulg., 'fortasse recte,' M. 632 animae Pius conit., anima codd. 633 auditu Havercamp. in adn. Christ M., auditum codd., haud igitur Lach. plene post dolorem interpuncto. 647 scinet Lach., simul codd. quod sine dubio seruandum est. 650 rotas Nicc., rote codd. 657, 658 micanti s. cauda c Lach. M., micanti s. caude codd. 658 lacunam statuit M., Lach. serpentem—utrumque legit. 662 seque retro Nicc., sequere retro codd. 663 dolorem Lach., dolore codd. 674 t. operest animi Mar., t. operest animast, transposito st ut totius ap. Lucr., codd. 676 a leto Lach., longiter Lamb. ducibus Charisio (p. 183) Nonio (p. 515 15) restituerunt, codd. ab leto longius. 685 caullatoris additamentum expulit Lamb., retinet Lach. affluit in arecat mutato. 686-690 (690-694) huc transtulit Lach. 689 morsus Lach. 690 oppressus, subit si e fr. Bern., oppressus subitis e fr. codd., expressus subiens e. fr. Lach.

nam neque tanto opere adnecti potuisse putandumst  
 689 corporibus nostris extrinsecus insinuat, nec, tam contextae cum sint, exire videntur 695 incolumes posse et saluas exsoluere sese omnibus e neruis atque ossibus articulisque. quod si forte putas extrinsecus insinuatam permanare animam nobis per membra solere, tanto quique magis cum corpore fusa peribit. 700 quod permanat enim dissoluitur, interit ergo. dispersit enim per caulas corporis omnis ut cibus, in membra atque artus cum diditur omnis,

disperit atque aliam naturam sufficit ex se, sic anima atque animus quamuis integra recens in corpus eunt, tamen in manando dissoluuntur, 706 dum quasi per caulas omnis diduntur in artus particulae quibus haec animi natura creatur, quae nunc in nostro dominatur corpore nata ex illa quae tum perit partita per artus. 710 quo propter neque natali priuata uidetur esse die natura animae nec funeris expers.

Semina praeterea linquuntur neque animai corpore in exanimo? quod si lineuntur et insunt, haut erit ut merito immortalis possit haberi, 715 partibus anissis quoniam libata recessit. sin ita sinceris membris ablata profugit ut nullas partis in corpore liquerit ex se, unde cadauera rancenti iam uiscere uermes expirant atque unde animantium copia tanta 720 exos et exanguis tumidos perfluctuat artus? quod si forte animas extrinsecus insinuari uermibus et priuas in corpora posse uenire credis nec reputas cur milia multa animarum 724 conueniant unde una recesserit, hoc tamen est ut quaerendum uideatur et in discrimen agendum, utrum tandem animae uenentur semina quaeque uermiculorum ipsaeque sibi fabricentur ubi sint, an quasi corporibus perfectis insinuentur.

at neque cor faciunt ipsae quareue laborent 730 dicere suppeditat. neque enim, sine corpore cum sunt,

sollicitae uolitant morbis alique fameque; corpus enim magis his uitis ad fine laborat et mala multa animus contagio fungitur eius. 734 sed tamen his esto quamuis facere utile corpus, cum subeant; at qua possint uia nulla uidetur. haut igitur faciunt animae sibi corpora et artus. nec tamen est ut qui perfectis insinuentur corporibus; neque enim poterunt suptiliter esse conexae neque consensus contagia fient. 740

Denique cur acris uiolenta triste leonum seminum sequitur, uolpes dolus, et fuga cernos, [a patribus datur et a patrius pavor incitat artus]

et iam cetera de genere hoc cur omnia membris ex ineunte aeuo generascunt ingenioque, 745 si non, certa suo quia semine seminioque uis animi pariter crescit cum corpore toto? quod si immortalis foret et mutare soleret corpora, permixtis animantes moribus essent, effugeret canis Hyrcano de semine saepe 750 cornigeri incursum cerui tremeretque per auras aeris accipiter fugiens ueniente columba, desiperent homines, saperent fera saecula ferarum.

illud enim falsa fertur ratione, quod aiant immortalem animam mutato corpore flecti. 755 quod mutatur enim dissoluitur, interit ergo; traiciuntur enim partes atque ordine migrant; quare dissolui quoque debent posse per artus, denique ut intereat una cum corpore cunctae. sin animas hominum dicent in corpora semper 760 ire humana, tamen quaeram cur e sapienti stulta queat fieri, nec prudens sit puer ullus nec tam doctus equae pullus quam fortis equi uis. scilicet in tenero tenerascere corpore mentem 765 confugient. quod si iam fit, fateare necessest mortalem esse animam, quoniam mutata per artus tanto opere anittit uitam sensumque priorem. quoue modo poterit pariter cum corpore quoque confirmata cupitum aetatis tangere florem 770 uis animi, nisi erit consors in origine prima? quidue foras sibi uult membris exire senectis? an metuit conclusa manere in corpore putri et domus aetatis spatio ne fessa uetusto obruat? at non sunt immortalis ulla pericla. 775

Denique conubia ad Veneris partusque ferarum esse animas praesto deridiculum esse uidetur, expectare immortalis mortalia membra innumero numero certaque praeproperanter inter se quae prima potissimaque insinuetur; 780 si non forte ita sunt animarum foedera pacta ut quae prima uolans aduenit insinuetur prima neque inter se contendant uiribus hilum.

Denique in aethere non arbor, non aequore in alto nubes esse queunt nec pisces uiuere in aruis 785 nec cruor in lignis neque saxis succus inesse. certum ac dispositum ubi quicquid crescat et insit. sic animi natura nequit sine corpore oriri sola neque a neruis et sanguine longiter esse. quod si (posset enim multo prius) ipsa animi uis 790 in capite aut umeris aut in imis calcibus esse posset et innasci quauis in parte, soleret tandem in eodem homine atque in eodem uase manere. quod quoniam nostro quoque constat corpore certum dispositumque uidetur ubi esse et crescere possit 795 sorsum anima atque animus, tanto magis infitiandum totum posse extra corpus durare genique. quare, corpus ubi interit, perisse necessest confiteare animam distractam in corpore toto. quippe etenim mortale, aeterno iungere et una 800 consentire putare et fungi mutua posse desiperest; quid enim diuersius esse putandumst aut magis inter se disunctum discrepansque, quam mortale quod est immortali atque perenni iunctum in concilio saeua tolerare procellas? 805 quod si forte ideo magis immortalis habendast, quod letalibus ab rebus munita tenetur, aut quia non ueniunt omnino aliena salutis aut quia quae ueniunt aliqua ratione recedunt pulsa prius quam quid noceant sentire queamus,

praeter enim quam quod morbis cum corporis aegret, aduenit id quod cam de rebus saepe futuris 825 macerat inque metu male habet curisque fatigat praeteritisque male admissis peccata remordent. adde furorem animi proprium atque obliuia rerum, adde quod in nigras lethargi mergitur undas.

Nil igitur mors est ad nos neque pertinet hilum, quandoquidem natura animi mortalis habetur, 831

702 dispersitur codd., corr. Lach. enim Pont., ergo codd. 705 integra recens in uett. edd., est integra recens codd. 710 tum uett. edd., tunc codd. 718 ut uett. edd., et codd. 723 priuas in B ex corr., priua sic codd. 732 alique Nonii codd. (p. 72 3) Lamb., algoque codd. 733 ad fine A ut uidetur, at fine B. 734 contagibus Lach. 736 cui subeant Bern. 738 ut qui M., codd. ut quieum, Bern. quidum. 740 consensus Lach., consensu codd. 743 caullatoris commentum expulit Lach. 747 toto B, quoque A ceteri codd. uett. edd. 760 sin Pont. al., sic codd. corpora B ex corr. al., corpore codd. 763 = 746; Bern. damnat etiam 764. 764 pullus Nicc., paulus codd. 784 salso Lach. 789 longiter Lamb. Lach., longius codd. cf. 676, V 133. 790-793 totidem litteris apud V 134-137 iterum inuenies. codicum scripturam, interpunctio- nem tantum mutata, seruauit M., Lach. quid si posset enim? multo. Madv. qui in Aduersar. II 23 de hoc loco plenius disputat, iam, dum pro tandem legit. 800 mortale Junt., mortalem codd. 805 saeua Mar. Junt., saluas codd. 806-818 = V 351-363. huc illatos expulit Lach. 820 letalibus Lamb., codd. uitalibus. 823 amissum post hunc uersum Lach. ita refingit multa tamen tangunt animam mala, multa pericla. 824 morbis Avanc., morbist A B. aegret Gif. in notis, aegrit codd. 826 macerat Flor. 31 Pont. al., maceret codd.



et uelut anteaeto nil tempore sensimus aegri,  
ad configendum uenientibus undique Poenis,  
omnia eum belli trepido concussa tumultu  
horrida contremere sub altis aetheris oris, 835  
in dubioque fuere utrorum ad regna cadendum  
omnibus humanis esset terraeque marique,  
sic, ubi non erimus, eum corporis atque animai  
disidium fuerit quibus e sumus uniter apti,  
scilicet haud nobis quicquam, qui non erimus tum,  
accidere omnino poterit sensumque mouere, 841  
non si terra mari miscebitur et mare caelo.  
et si iam nostro sentit de corpore postquam  
distractast' animi natura animaeque potestas,  
nil tamen est ad nos qui compta coniugioque 845  
corporis atque animae consistimus uniter apti.  
nee, si materiem nostram collegerit aetas  
post obitum rursusque redegerit ut sita nunc est  
atque iterum nobis fuerit data lumina uitae,  
pertineat quicquam tamen ad nos id quoque fac-  
tum, 850  
interrupta semel eum sit repetentia nostri.  
et nunc nil ad nos de nobis attinet, ante  
qui fuimus, neque iam de illis nos adiecit angor.  
nam eum respicias inmensi temporis omne  
praeteritum spatium, tum motus materiai 855  
multimodis quam sint, facile hoc aderedere possis,  
semina saepe in eodem, ut nunc sunt, ordine posta  
865 haec eadem, quibusae nunc nos sumus, ante fuisse.  
858 nec memori tamen id quimus repraehendere  
mente;  
inter enim ictast' uitai pausa uageque 860  
deerrant passim notus ab sensibus omnes.  
debet enim, misere si forte aegreque futurumst,  
ipse quoque esse in eo tum tempore, cui male  
possit  
accidere, id quoniam mors eximit, esseque probet  
864 illum cui possint incommoda conciliari, 865  
scire licet nobis nil esse in morte timendum  
nec miserum fieri qui non esse posse neque hilum  
differre anne ullo fuerit iam tempore natus,  
mortalem uitam mors cum immortalis ademit.  
Proinde ubi se uideas hominem indignarier  
ipsum, 870  
post mortem fore ut aut putescat corpore posto  
aut flammis interfiat malisue ferarum,  
scire licet non sincerum sonere atque subesse  
caecum aliquem cordi stimulam, quamuis neget  
ipse  
credere se quemquam sibi sensum in morte futu-  
rum. 875  
non, ut opinor, enim dat quod promittit et unde,  
nec radicatus e uita se tollit et eiecit,  
sed facit esse sui quiddam super inuisus ipse.  
uiuus enim sibi eum proponit quisque futurum,  
corpus uti noleres lacerent in morte feraeque, 880  
ipse sui miseret; neque enim se diuidit illini,  
nec renouet satis a proiecto corpore et illum se  
lingit sensuque suo contaminat istans.  
hinc indignatur se mortalem esse creatum  
nec nidet in uera nullum fore morte alium se 885  
qui possit uiuus sibi se ligere peremptum  
stansque iacentem se lacerari uriae dolore,  
nam si in morte malumst malis morsuque ferarum

tractari, non inuenio qui non sit acerbum  
ignibus inpositum calidis torrescere flammis 890  
aut in melle situm suffocari atque rigere  
frigore, cum summo gelidi eubat aequore saxi,  
urgeriue superue obtritum pondere terrae.

'Iam iam uon domus accipiet te laeta, neque uxor  
optima nec dulces occurrent oscula nati 895  
praeripere et tacita pectus dulcedine tangent.  
non poteris factis florentibus esse, tuisque  
praesidina. misero misere' aiunt 'omnia ademit  
una dies infesta tibi tot praenata uitae.'  
illud in his rebus non addunt 'nec tibi earum 900  
iam desiderium rerum super insidet una.'  
quod bene si uideant animo dictisque sequantur,  
dissoluant animi magno se angore metuque.  
'tu quidem ut es leto sopitus, sis eris aui  
quod superest cunctis priuatu' doloribus aegris: 905  
at nos horrifico cinctum est prope busto  
insatiabiliter defleuimus, aeternumque  
nulla dies uobis maerorem e pectore demet.'  
illud ab hoc igitur quaerendum est, quid sit amari  
tanto opere, ad somnum si res redit atque quietem,  
cur quisquam aeterno possit tabescere luctu. 911

Hoc etiam faciunt ubi discubere tenentque  
pocula saepe homines et inuibrant ora corouis,  
ex animo ut dicant 'breuis hic est fructus hominibus;  
iam fuerit neque post unquam reuocare licebit.' 915  
tanquam in morte mali eum primis hoc sit eorum,  
quod sitis exurat miseros atque arida torres,  
aut aliae cuius desiderium insidet rei.  
nec sibi enim quisquam tum se uitamque requirit,  
cum pariter mens et corpora sopita quiescent; 920  
nam licet aeternum per nos sic esse soporem,  
nec desiderium nostri nos adiecit ullum.

et tamen haudquaquam nostros tunc illa per artus  
longe ab sensiferis primordia motibus errant,  
enim correptus homo ex somno se colligit ipse. 925  
multo igitur mortem minus ad nos esse putandumst,  
si minus esse potest quam quod nil esse uidemus;  
maior enim turbae disiectus materiai  
consequitur leto nec quisquam expergitus exstat,  
frigida quem semel est uitai pausa secuta. 930

Denique si nocem rerum natura repente  
mittat et hoc alieni nostrum sic increpet ipsa  
'quid tibi tanto operest, mortalis, quod uimis aegris  
luctibus indulges? quid mortem congenis ac fles?  
nam gratis anteaeta fuit tibi uita priorque 935  
et non omnia pertusum congesta quasi in uas  
commoda perluxere atque ingrata interiere:  
cur non ut plenus uitae conuina recedis  
aequo animoque capis securam, stulte, quietem?  
sin ea quae fructus eumque es periere profusa 940  
uitaque in offensust, cur amplius addere quaeris,  
rursus quod percat male et ingratum occidat omne,  
non potius uitae finem facis atque laboris?  
nam tibi praeterea quod uacilner inueniamque,  
quod placeat, nil est: eadem sunt omnia semper.  
si tibi non annis corpus iam marect et artus 946  
confecti languent, eadem tamen omnia restant,  
omnia si pergas uiuendo uincere saecla,  
atque etiam potius, si nunquam sis moriturus,  
quid respondemus, nisi iustam intendere licentia, 950  
uaturam et ueram uerbis exponere causam?

835 oris Gif., auris codl. 844 distractast. Nicc., distractas codl. 847 materiem B, materiam A Nicc. 851 sic B M., repentia A, retinencia Avanc. Lach. nostri Pius in notis Lach., nostris codl. 852 ut Susemihl, satis probabiliter. 853 neque add. Lach. 856 multimodis Lach., codl. multimodi. 858 (865) huc transtulit Lach. 862 misere si Pont. al., miseret codl. 864 mors B ex corr. Flor. 31, mox codl. probet Lach., prohibet Turneb., prohibe codl. 868 differre anne ullo M., differre anullo anullo A, anullo anullo B, d. ante ullo Lach. 871 putescat Avanc., putes codl. 873 non sincerum codl. correcti, no sincerum A Nicc., nos sine B. 880 lacerent Nicc., iacerent codl. 881 diuidit illum A, uidit illum B. 882 illud Bockem. fortasse recte. 886 qui codl. correcti, cui codl. 893 obtritum uett. edd., obrutum codl. 894 iam iam quidam correcti codl. Lach., amiam A Nicc., uimiam B. 902 quod Nicc., quo codl. 904-B interpellatoris esso uerba uidit Bern. 914 fructus codl. correcti, fluctus codl. 917 torres Lach., torret A, torrat B A ex corr. Nicc. 919 requirit Flor. 29 ex corr. al., requirit codl. 921 esse soporem A, esse praeno B. 935 n. gratis anteaeta fuit tibi u. pr. M., n. gratis fuit tibi uita a. pr. codl. (fuit siue fuit potuisse scribi a Lucr. idem M. concedit), n. gratis fuit haec t. u. a. pr. Lach., n. si grata fuit t. u. a. pr. Nauger. quem sequitur Brieger., nam gratisne fuit Bern. 941 offensust Lach., offensost codl. sed praestat offensust de quo uide Postg. in Diar. Philolog. t. xvi p. 127. 942 male et B, mali et A. 943 facis Avanc., iacis codl. 945 placet Nicc., placet codl. 948 pergas Lamb., perycs codl.

955 grandior hic uero si iam seniorque queratur  
952 atque obitum lamentetur miser amplius aequo,  
non merito inelamet magis et uoce increpet acri?

954 ' aufer abhinc lacrimas, balatro, et compesce  
querellas.

955 omnia perfunctus uitai praemia marces.

sed quia semper aues quod abest, praesentia  
tennis,

imperfecta tibi elapsast ingrataque uita  
et nec opinanti mors ad caput adstitit ante  
quam satur ac plenus possis discedere rerum. 960  
nunc aliena tua tamen aetate omnia mitte  
aequo animoque agedum magnus concede :  
necessest.

iure, ut opinor, agat, iure increpet inciletque ;  
cedit enim rerum nouitate extrusa uetustas  
semper, et ex aliis aliud reparare necessesit ; 965  
nec quisquam in barathrum nec Tartara deditur  
atra :

materies opus est ut crescant postera saecula ;  
quae tamen omnia te uita perfuncta sequentur ;  
nec minus ergo ante haec quam tu cecidere, ca-  
dentque.

sic aliud ex alio numquam desistet oriri 970  
uitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.

respice item quam nil ad nos anteaeta uetustas  
temporis aeterni fuerit, quam nascimur ante.

hoc igitur speculum nobis natura futuri 974  
temporis exponit post mortem denique nostram  
numquid ibi horribile apparet, num triste uidetur  
quicquam, non omni somno securius exstat ?

Atque ea nimirum quaecumque Acherunte  
profundo

prodita sunt esse, in uita sunt omnia nobis. 979  
nec miser impendens magnum timet aere saxum  
Tantalus, ut famast, cassa formidine torpens ;  
sed magis in uita diuom metus urget inanis

mortalis casumque timent quem cuique ferat fors.  
nec Tityon uolucres ineunt Acherunte iacentem

nec quod sub magno scrutentur pectore quicquam  
perpetuam aetatem possunt reperire profecto, 986  
quamlibet immani proiectu corporis exstet,

qui non sola nouem dispessis iugera membris  
optineat, sed qui terrai totius orbem,

non tamen aeternum poterit perferre dolorem 990  
nec praebere cibum proprio de corpore semper.

sed Tityos nobis hic est, in amore iacentem  
quem nolueres lacerant atque exest anxius angor

aut alia quauis scindunt cuppedine curae.  
Sisyphus in uita quoque nobis ante oculos est 995

qui petere a populo fascas saeuasque secures  
imbibit et semper uictus tristisque recedit.

nam petere imperium quod inanes nec datur  
umquam,

atque in eo semper durum sufferre laborem,  
hoc est aduerso nixantem trudere monte 1000

saxum quod tamen e summo iam uertice rusum  
noluit et plani raptim petit aequora campi.

deinde animi ingrata naturam pascere semper  
atque explere bonis rebus satiareque numquam,

quod faciunt nobis annorum tempora, circum 1005  
cum redeunt fetusque ferunt uariosque lepores,  
nec tamen explemur uitai fructibus umquam,

hoc, ut opinor, id est, aeuo florente puellas

quod memorant laticem pertusum congerere in uas  
quod tamen expleri nulla ratione potestur. 1010  
Cerberus et furiae iam uero et lucis egestas

\*  
Tartarus horriferos eructans faucibus aestus,  
qui neque sunt usquam nec possunt esse profecto  
sed metus in uita poenarum pro male factis  
est insignibus insignis scelerisque luel/a, 1015  
carcer et horribilis de saxo iactu' deorsum,  
uerbera carnificis robur pix lammina taedae ;  
quae tamen etsi absunt, at mens sibi conscia factis  
praemetuens adhibet stimulos terretque flagellis  
nec uidet interea qui terminus esse malorum 1020  
possit nec quae sit poenarum denique finis  
atque eadem metuit magis haec ne in morte graues  
cant.

hic Acherusia fit stultorum denique uita.

Hoc etiam tibi tute interdum dicere possis  
' lumina sis oculis etiam bonus Ancu' reliquit 1025

qui melior multis quam tu fuit, improbe, rebus  
inde alii multi reges rerumque potentes

occiderunt, magnis qui genibus imperitarunt.  
ille quoque ipse, uiam qui quondam per mare magnum

strauit iterque dedit legionibus ire per altum 1030  
ac pedibus salsas docuit superare lucunas  
et contempsit equis insultans murmura ponti,

lumine adempto animam moribundo corpore fudit  
Scipiadas, belli fulmen, Carthaginis horror,

ossa dedit terrae proinde ac famul infimus esset.  
adde repertoires doctrinarum atque leporum. 1036

adde Heliconiadum comites ; quorum unus Homerus  
sceptrata potius eadem aliis sopitu' quietest.

denique Democritum postquam matura uetustas  
admonuit memores motus languescere mentis, 1040

sponde sua leto caput obuius optulit ipse.  
ipse Epicurus obit decurso lumine uitae,

qui genus humanum ingenio superauit et omnis  
restinexit, stellae exortus ut aetheris sol.

tu uero dubitabis et indignabere obire ? 1045

mortua cui uita est prope iam uiuo atque uidenti,  
qui somno partem maiorem conteris aeu

et nigrilans stertis nec somnia cernere cessas  
sollicitamque geris cassa formidine mentem

nec reperire potes tibi quid sit saepe mali, cum 1050  
ebrius urgeris multis miser undique curis  
atque animi incerto fluitans errore uagaris.'

Si possent homines, proinde ac sentire uidentur  
pondus inesse animo quod se grauitate fatiget,

e quibus id fiat causis quoque noscere et unde 1055  
tanta mali tamquam moles in pectore constet,  
haut ita uitam agerent, ut nunc plerumque uidemus

quid sibi quisque uelit nescire et quaerere semper  
commutare locum quasi onus deponere possit.

exit saepe foras magnis ex aedibus ille, 1060  
esse domi quem pertaesumst, subitoque reuertit,

quippe foris nil melius qui sentiat esse.  
currit agens mannos ad uillam praecipitanter,

auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans ;  
oseitat extemplo, tetigit cum limina uillae, 1065

aut abit in somnum grauis atque obliuia quaerit,  
aut etiam properans urbem petit atque reuisit.

hoc se quisque modo fugit (at quem scilicet, ut fit,  
effugere haut potis est, ingratis haeret) et odit

propterea, morbi quia causam non tenet aeger ; 1070

952 (955) huc transtulit Lach. 955 balatro docti quidam apud Turneb., Heins. in notis manu scr., baratre codd. (i. q. Βάρατρε), barathrum Bockem. 958 imperfecta codd. correcti, imperfecte codd. 960 discedere Nicc., disceere codd. 962 agedum Nicc., agendum codd. magnus ' censor Orellii Ienensis, ' magnis codd., dignis Lach., gnatis Bern., ad manis Bockem. 966 dedit B. 983 eumque B. 985 quod Cant. Junt. al., quid codd. 988 dispessis Turneb., dispersis codd. 992 est B ex corr., es codd. 994 cuppedine Pont. Lamb., curpedine A B. 1001 e add. Pont. Avanc. 1005 circum cum. uictum, cum Lach. 1009 congerere B ex corr. al., cogere codd. 1010 nulla Nicc., ulla codd. 1011 lacunam indicauit M. furiae B ex corr. al., funae codd. 1013 quid? neque Lach., haec neque uulg. 1016 iactu' deorsum Lach., iactus eorum codd. 1017 lammina Lach., iam mina A B, lamina Ven. uulg. 1019 terretque Lach., torretque codd. 1031 superare Nicc., super ire codd., Lach. uersum uncinis inclusit. 1033 fudit Pont. al., fugit codd. 1034 Scipiadas A B Lach., Scipiades Nicc. uulg. 1038 potitus codd. correcti, potius codd. 1042 obit codd. correcti, obit codd., Lach. iit. 1044 aetherius Lach. Junt., acrius codd. 1050 potes tibi quod sit Lach., potest ibi quod sit codd. 1052 animi Lach., animo codd. 1061 reuertit add. Politian. 1063 praecipitanter Nicc., praecipiter codd. 1068, 1069 haec ita interpunxit M. fugit at codd., fugitat Madv. fortasse recte. quem codd., quom Lach. 1069 ingratis Lach., ingratius codd.

quam bene si uideat, iam rebus quisque relictis  
naturam primum studeat cognoscere rerum,  
temporis aeterni quoniam, non unius horae,  
ambigitur status, in quo sit mortalibus omnis 1074  
aetas, post mortem quae restat cumque manenda.

Denique tanto opere in dubiis trepidare periculis  
quae mala nos subigit uitae tanta cupido?  
certa quidem finis uitae mortalibus adstat  
nec deuitari letum pote quin obeamus,  
praeterea uersamur ibidem atque insumus usque  
nec noua uiuendo proceditur ulla uoluptas; 1081  
sed dum abest quod auemus, id exsuperare uidetur

cetera; post alium, cum contigit illud, auemus  
et sitis aequa tenet uitae semper hiantis.  
posteraque in dubios fortunam quam uehat aetas,  
quidne terat nobis casus quique exitus instet. 1086  
nec prorsum uitam ducendo deminus hilum  
tempore de mortis nec delibare ualemus,  
quo minus esse diu possimus forte perempti  
proinde licet quot uis uiuendo condere saccla; 1090  
mors aeterna tamen nilo minus illa manebit,  
nec minus ille diu iam non erit, ex hodierno  
lumine qui finem uitae fecit, et ille,  
mensibus atque annis qui multis occidit ante.

## LIBER QVARTVS

(Ania Pieridum peragro loca nullius ante  
trita solo, iuuat integros accedere fontis  
atque haurire, iuuatque nouos decerpere flores  
insignemque meo capiti petere inde coronam  
unde prius nulli uclarint tempora musae; 5  
primum quod magnis doceo de rebus et artis  
religionum animum nodis exsoluere pergo,  
deinde quod obscura de re tam lucida pango  
earmina, musaco contingens cuncta lepore,  
id quoque enim non ab nulla ratione uidetur; 10  
nam ueluti pueris absinthia taetra medentes  
cum dare conantur, prius oras pocula circum  
contingunt mellis dulci flauoque liquore,  
ut puerorum aetas inprovida ludificetur  
laborum tenus, interea perpotet amarum  
absinthii laticem deceptaque non capiatur, 15  
sed potius tali pacto recreata ualescat,  
sic ego nunc, quoniam haec ratio plerumque uidetur  
tristior esse quibus non est tractata, retroque  
uolgens abhorret ab hac, uolui tibi suauiloquenti 20  
carnine Pierio rationem exponere nostram  
et quasi musaco dulci contingere melle,  
si tibi forte animum tali ratione tenere  
uersibus in nostris possem, dum percipis omnem  
naturam rerum ac pensatis utilitatem.) 25

Atque animi quoniam docti natura quid esset  
et quibus e rebus cum corpore compta uigeret  
quoque modo distracta rediret in ordina prima,  
nunc agere incipiam tibi, quod uementer ad has res  
attinet, esse ea quae rerum simulacra uocamus: 30  
quae, quasi membranae summo de corpore rerum  
deregatae, uolitant utroque citroque per auras,  
atque eadem nobis uigilantibus omnia mentes  
terrificant atque in somnis, cum saepe figuras  
contuimur miras simulacraque luce carentium, 35  
quae nos horrefice languentis saepe sopore  
exierunt: ne forte animas Aeherunte reanur  
effugere aut umbras inter uiuos uolitare  
neue aliquid nostri post mortem posse relinqui,  
cum corpus simul atque animi natura perempta 40  
in sua discessum dederint primordia quaeque.

Dico igitur rerum effigias tenuisque figuras

mittit ab rebus summo de corpore rerum, 43  
51 quoi quasi membranae, uel cortex nominandast,  
quod speciem ac formam similem gerit eius imago  
eniseumque cluet de corpore fusa uagari. 52  
44 id licet hinc quamuis hebeti cognoscere corde.  
54 principio quoniam mittunt in rebus apertis  
corpora res multae, partim diffusa solute, 55  
robora ceu fumum mittunt ignesque uaporem,  
et partim contexta magis condensaque, ut olim  
cum teretis ponunt tunicas aestate cicadae,  
et uituli cum membranas de corpore summo  
nascentes mittunt, et item cum lubrica serpens 60  
exiit in spinis uestem; nam saepe uidentur  
illorum spoliis uepres uolitantibus auctas:  
quae quoniam fiunt, tenuis quoque debet imago  
ab rebus mitti summo de corpore rerum.  
nam cur illa cadant magis ab rebusque recedant 65  
quam quae tenuia sunt, hincendist nulla potestas;  
praesertim cum sint in summis corpora rebus  
multa minuta, iaci quae possint ordine eodem  
quo fuerint et formae seruare figuram,  
et multo citius, quanto minus indupediri 70  
pauca queunt et quae sunt prima fronte locata.  
nam certe iacere ac largiri multa uidentur,  
non solum ex alto penitusque, ut diximus ante,  
uerum de summis ipsum quoque saepe colorem.  
et uolgo faciunt id lutea russaque uela 75  
et ferrugina, cum magnis intenta theatris  
per malos uolgata trabesque trementia fluitant;  
namque ibi sessum caueai supter et omnem  
scenae speciem, patrum coetumque decorum  
inducunt coguntque suo fluitare colore. 80  
et quanto circum mage sunt inclusa theatri  
moenibus, tam magis haec intus perfusa lepore  
omnia conrident correpta luce diei.  
ergo lintae de summo cum corpore ficum  
mittunt, effigias quoque debent mittere tenuis 85  
res quaeque, ex summo quoniam iaculantur utra-  
que.  
sunt igitur iam formarum uestigia certa  
quae uolgo uolitant suptili praedita filo  
nec singillatim possunt secreta uideri.

1073 temporis aeterni Pont. al., aeterni temporis codd. 1075 manenda Lamb., manendo codd. 1078 certa quidem Avanc., certe quidem codd. 1085 fortunam Ald. I., fortuna codd. 1088 delibare Pont. al., deliberare codd. 1089 possimus codd. correcti, possumus codd., morte Lamb.

IV. 7 animos Lactant. I 16. 8 pango codd. correcti, pando codd. 11 nam. ac Quint. III 1 4, Non. p. 413, 16, Hieronym. t. ii p. 1024. absinthia A. 13 contingunt. inspirant uel aspergunt Quintiliani codd. 16 absinthii A. 17 pacto Lach., atacto A B. 32 deregatae B Lamb., direptae A uulg. 41 quaeque. Lach. quouique. 42 effigias Lamb., effigias A B, effigias codd. correcti, uett. edd. 43 de corpore rerum Lach., de cortice eorum codd. 44 47 (45-48 = III 31-34) expulit Lach. 48, 49 (= 29, 30) hinc eiecerunt Mar. Junt. 50 quoi M., codd. qui, quae Nonius codd. correcti Lach. 52 cluet Brix. al., cluet A B. 53 (44) huc transtulit Mar. Junt. 56 mittunt Nicc., mittuntur codd. 69 formae Is. Voss. in nott. manu scr., forma codd. 71 quae add. Lach. 72 ac largiri Lach., acirgiri codd. 77 flutant Turnebus, fluctus B, om. A Nicc. 79 scenaei Lamb., scenaei A, scenaei B, patrum coetumque decorum M. qui etiam ornatumque coniecit, patrum matrumque decorum codd., puleram uariumque decorum Lach. 81 inclusa theatri moenibus M., inclusa (B, in claustra A Nicc.) th. moenia codd., angusta th. moenia Lach.

praeterea omnis odor fumus uapor atque aliae res  
consimiles ideo diffusae e rebus abundant, 91  
ex alto quia dum ueniunt intrinsecus ortae,  
scinduntur per iter flexum, nec recta uiarum  
ostia sunt qua contendant exire coartae.

at contra tenuis summi membrana coloris 95  
cum iacitur, nil est quod eam discernere possit,  
in promptu quoniam est in prima fronte locata.  
postremo speculis in aqua splendoreque in omni  
quaecumque apparent nobis simulacra, necessest,  
quandoquidem simili specie sunt praedita rerum  
extima, imaginibus missis consistere rerum. 101  
sunt igitur tenues formae, rerum similesque 104  
effigiae, singillatim quas cernere nemo  
cum possit tamen, adsiduo crebroque repulsu  
relectae reddunt speculorum ex aequore uisum,  
nec ratione alia seruari posse uidentur,  
tanto opere ut similes reddantur cuique figurae.

Nunc age quam tenui natura constet imago 110  
percipe. et in primis, quoniam primordia tantum  
sunt infra nostros sensus tantoque minora  
quam quae primum oculi coeptant non posse tueri,  
nunc tamen id quoque nti confirmem, exordia  
rerum

cunctarum quam sint suptilia percipe paucis. 115  
primum animalia sunt iam partim tantula, quo-  
rum

tertia pars nulla possit ratione uideri.  
horum intestinum quoduis quale esse putan-  
dumst!

quid cordis globus aut oculi? quid membra? quid  
artus? 119

quantula sunt! quid praeterea primordia quaeque  
unde anima atque animi constet natura neces-  
sumst?

nonne uides quam sint subtilia quamque minuta?  
praeterea quaecumque suo de corpore odorem  
expirant aere, panaces absinthia taetra  
habrotonique graues et tristia centaurea, 125  
quorum unum quiduis leuiter si forte duobus

\*

quin potius noscas rerum simulacra uagari  
multa modis multis nulla ui cassaque sensu?

(Sed ne forte putes ea demum sola uagari, 129  
quaecumque ab rebus rerum simulacra recedunt,  
sunt etiam quae sponte sua gignuntur et ipsa  
constituuntur in hoc caelo qui dicitur aer,

135 quae multis formata modis sublime feruntur  
141 nec speciem mutare suam liquentia cessant  
et cuiusque modi formarum uertere in oras; 135

133 ut nubes facile interdum concresecere in alto  
cernimus et mundi speciem uiolare serenam

136 aera mulcentes motu. nam saepe Gigantum  
ora uolare uidentur et umbram ducere late,  
interdum magni montes auolsaque saxa 140

montibus anteire et solem succedere praeter,  
inde alios trahere atque inducere belua nimbos.)

140 Nunc ea quam facili et celeri ratione genantur  
143 perpetuoque fluant ab rebus lapsaque cedant  
semper enim summum quicquid de rebus abun-  
dat 145  
quod iaculentur. et hoc alias cum peruenit in res,  
transit, ut in primis uitrum. sed ubi aspera saxa  
aut in materiam ligni peruenit, ibi iam  
scinditur ut nullum simulacrum reddere possit.

at cum splendida quae constant opposta fuerunt 150  
densaque, ut in primis speculum est, nil accidit horum;  
nam neque, uti uitrum, potis est transire, neque autem  
scindi; quam meminit leuor praestare salutem.

quapropter fit ut hinc nobis simulacra redudent.  
et quannuis subito quouis in tempore quamque 155  
rem contra speculum ponas, apparet imago;  
perpetuo fluere ut noscas e corpore summo  
texturas rerum tenuis tenuisque figuras.

ergo multa breui spatio simulacra genuntur,  
ut merito celer his rebus dicatur origo. 160

et quasi multa breui spatio summittere debet  
lumina sol ut perpetuo sint omnia plena,  
sic ab rebus item simili ratione necessest

temporis in puncto rerum simulacra ferantur  
multa modis multis in cunctas undique partis; 165  
quandoquidem speculum quocumque obuertimus oris,  
res ibi respondent simili forma atque colore.

praeterea modo cum fuerit liquidissima caeli  
tempestas, perquam subito fit turbida foede,  
undique uti tenebras omnis Acherunta rearis 170

liquisse et magnas caeli complexae caernas.  
usque adeo taetra nimborum nocte coorta  
independent atrae formidinis ora superne;

quorum quantula pars sit imago dicere nemost  
qui possit neque eam rationem reddere dictis. 175

Nunc age, quam celeri motu simulacra ferantur  
et quae mobilitas ollis tranantibus auras  
reddita sit, longo spatio ut breuis hora teratur,  
in quem quaeque locum diuerso numine tendunt,  
suauidicis potius quam multis uersibus edam; 180

paruus ut est cyeni melior canor, ille gruum quam  
clamor in aetheriis dispersus nubibus austri.  
principio persaepe leuis res atque minutis  
corporibus factas celeris licet esse uidere.

in quo iam genere est solis lux et uapor eius 185  
propterea quia sunt e primis facta minutis  
quae quasi eduntur perque aeris interuallum  
non dubitant transire sequenti concita plaga.  
suppeditatur enim confestim lumine lumen  
et quasi protelo stimularur fulgere fulgur. 190

quapropter simulacra pari ratione necesse est  
inmemorable per spatium transcurrere posse  
temporis in puncto, primum quod paruola causa  
est procul a tergo quae prouehat atque propellat,  
quod superest, ubi tam uolueri leuitate ferantur; 195

deinde quod usque adeo textura praedita rara  
mittuntur, facile ut quasuis penetrare queant res  
et quasi permanere per aeris interuallum.

praeterea si, quae penitus corpuscula rerum  
ex altoque foras mittuntur, solis uti lux 200  
ac uapor, haec puncto cernuntur lapsa diei  
per totum caeli spatium diffundere sese  
perque uolare mare ac terras caelumque rigare,  
quid quae sunt igitur iam prima fronte parata,  
cum iaciuntur et emissum res nulla moratur? 205

quone uides citius debere et longius ire  
multiplexque loci spatium transcurrere eodem  
tempore quo solis peruolgant lumina caelum?  
hoc etiam in primis specimen uerum esse uidetur  
quam celeri motu rerum simulacra ferantur, 210

quod simul ac primum sub diu splendor aquai  
ponitur, extemplo caelo stellante serena  
sidera respondent in aqua radiantia mundi.  
iamne uides igitur quam puncto tempore imago  
aetheris ex oris in terrarum accidat oras? 215

91 e add. Lamb. 92 *intrinsecus* Lach., *extrinsecus* codd. 94 *eoorte* B, *eoorta* A quod recepit Lach. idem u. 91 *diffusa* e et u. 92 *extrinsecu* forte legit. 101 *extima*, *imaginibus* M., *ex imaginibus* codd., *excita i.* Lach. *rerum* Lach., *eorum* codd. 102, 103 = 65, 66. 104 *formae rerum similesque* H. Purmann, M., *formarum dissimilesque* codd., Lach. *formarum illis similesque*. 116 *quorum* H. Purmann, *eorum* Lach., *eorum* codd. 126 post hunc u. lacunam indicauit Lach. 129-143 uersus miro modo in codd. perturbatos in ordinem rededit Lamb. 143 *genantur* Lamb., *gerantur* codd. 144 hic unius uers. lacunam indicauit Lach. 147 et 152 *uitrum* Oppenrieder, *uestem* codd. 152 *potis est* Lach., *possunt* codd. 159 *genuntur* Lamb., *geruntur* codd. 167 *res ibi* A codd. et edd. plerique, *res sibi* B Lach. 178 *teratur* Pont. Junt., codd. *feratur*. 179 *tendunt* Lamb., codd. *tendit*; Lach. *nomine tendat* uersu ipso post 175 posito. 195 post 205 ponit Lach. 199-203 Lach. sic interpungit: *praeterea si quae—mittuntur—rigare. quid—parata? eum iaciuntur—moratur quod superest* (u. 195)—*ferantur quone* cett. 203 *circum* Lach. 213 *mundo* Lach.

quae etiam atque etiam mira fateare necesses-  
 corpora quae feriant oculos uisumque lacessant,  
 perpetuoque fluunt certis ab rebus odores;  
 frigus ut a fluuiis, calor ab sole, aestus ab undis  
 aequoris exesor moerorum litora circum. 220  
 nec uariae cessant uoces uolitare per auras.  
 denique in os salsi uenit umor saepe saporis,  
 cum mare uersamur propter, dilutaque contra  
 cum tuimur miseri absinthia, tangit amaror.  
 usque adeo omnibus ab rebus res quaeque fluenter  
 fertur et in eunctas dimittitur undique partis 226  
 nec mora nec requies interdatur ulla fluendi,  
 perpetuo quoniam sentimus, et omnia semper  
 cernere odorari licet et sentire sonare. 229  
 Praeterea quoniam manibus tractata figura  
 in tenebris quaedam cognoscitur esse eadem quae  
 cernitur in luce et claro candore, necesses-  
 consimili causa tactum uisumque moueri,  
 nunc igitur si quadratum temptamus et id nos  
 commouet in tenebris, in luci quae poterit res 235  
 accidere ad speciem quadrata, nisi eius imago?  
 esse in imaginibus quapropter causa uidetur  
 cernendi neque posse sine his res ulla uideri.  
 nunc ea quae dico rerum simulacra feruntur  
 undique et in cunctas iaciuntur didita partis; 240  
 uerum nos oculis quia solis cernere quimus,  
 propterea fit uti, speciem quo uertimus, omnes  
 res ibi eam contra feriant forma atque colore.  
 et quantum quaeque ab nobis res absit, imago  
 efficit ut uideamus et internoscere curat; 245  
 nam cum mittitur, extemplo protrudit agitque  
 aera qui inter se cumque est oculoque locatus,  
 isque ita per nostras acies perlabitur omnis  
 et quasi perterget pupillas atque ita transit.  
 251 propterea fit uti uideamus quam procul absit 250  
 250 res quaeque. et quanto plus aere ante agitatur  
 et nostros oculos perterget longior aura,  
 tam procul esse magis res quaeque remota uidetur.  
 scilicet haec summe celeri ratione geruntur, 254  
 quale sit ut uideamus et una quam procul absit.  
 illud in his rebus minime mirabile habendum est,  
 cur, ea quae feriant oculos simulacra uideri  
 singula enim nequeant, res ipsae perspicantur.  
 uentus enim quoque paulatim cum uerberat et  
 cum  
 261 aere fluit frigus, non primam quamque solentis  
 260 particulam uenti sentire et frigoris eius, 261  
 sed magis unorsum, fierique perinde uidentur  
 corpore tuis plagas in nostro tamquam aliquas res  
 uerberet atque sui det sensum corporis extra. 264  
 praeterea lapidem digito eum tundimus, ipsum  
 tangimus extremum saxi summumque colorem,  
 nec sentimus eum tactu, uerum magis ipsam  
 duritiem penitus saxi sentimus in alto.  
 Nunc age, cur ultra speculum uideatur imago  
 percipere; nam certe penitus senota uidetur. 270  
 quod genus illa foris quae uere transpiciuntur,  
 ianua cum per se transpectum praebet apertum,  
 multa facitque foris ex aedibus ut uideantur.  
 is quoque enim duplici geminoque fit aere uisus.  
 primus enim citra postes tum cernitur aer, 275  
 inde fores ipsae dextra lacuque secuntur,  
 post extraria lux oculos perterget et aer  
 alter et illa foris quae uere transpiciuntur.  
 sic ubi se primum speculi proiecit imago,

dum uenit ad nostras acies, protrudit agitque 280  
 aera qui inter se cumquest oculosque locatus,  
 et facit ut prius hunc omnem sentire queamus  
 quam speculum. sed ubi speculum quoque sensi-  
 mus ipsum,  
 continuo a nobis in *idem* quae fertur imago  
 peruenit et nostros oculos reiecta reuisit 285  
 atque alium prae se propellens aera uoluit  
 et facit ut prius hunc quam se uideamus, eoque  
 distare ab speculo tantum semota uidetur.  
 quare etiam atque etiam minime mirari est par,  
 illic quor reddant speculorum ex aequore uisum,  
 aeribus binis quoniam res confit utraque. 291  
 nunc ea quae nobis membrorum dextera pars  
 est,  
 in speculis fit ut in laeua uideatur eo quod  
 planitiem ad speculi ueniens cum offendit imago,  
 non conuertitur incolomis, sed recta retrorsum  
 sic eliditur, ut siquis, prius arida quam sit 296  
 cretae persona, adilat pileae trabiue,  
 atque ea continuo rectam si fronte figuram  
 323 seruet et elisam retro sese exprimat ipsa.  
 fiet ita, ante oculos fuerit qui dexter, ut *idem* 300  
 325 nunc sit laeuis, et e laeuis sit mutua dexter.  
 fit quoque de speculo in speculum ut tradatur  
 imago,  
 quinque etiam *sexue* ut fieri simulacra suerint.  
 nam quaecumque retro parte interiore latebunt,  
 inde tamen, quamuis torte penitusque remota,  
 330 omnia per flexos aditus eucta licebit 306  
 pluribus haec speculis uideantur in aedibus esse.  
 usque adeo speculo in speculum translucet imago,  
 et cum laeua data est, fit rursum ut dextera fiat,  
 inde retro rursus redit et conuertitur eodem. 310  
 335 quin etiam quaecumque latuscula sunt specu-  
 lorum  
 adsimili lateris flexura praedita nostri,  
 dextera ea propter nobis simulacra remittunt,  
 aut quia de speculo in speculum transfertur imago,  
 inde ad nos elisa bis aduolat, aut etiam quod 315  
 340 circum agitatur, cum uenit, imago propterea quod  
 flexa figura docet speculi conuertit ad nos.  
 indugredi porro pariter simulacra pedemque  
 ponere nobiscum credas gestumque imitari  
 propterea quia, de speculi qua parte recedat, 320  
 345 continuo nequeunt illinc simulacra reuerti;  
 omnia quandoquidem cogit natura referri  
 ac resiliere ab rebus ad aequos reddita flexus.  
 299 Splendida porro oculi fugitant uitantque tueri.  
 sol etiam caecat, contra si tendere pergas, 325  
 propterea quia uis maguast ipsius et alte  
 aera per purum grauitur simulacra feruntur  
 et ferunt oculos turbantia composituras.  
 praeterea splendor quicumque est acer adurit  
 305 saepe oculos ideo quod semina possidet ignis 330  
 multa, dolorem oculis quae gignunt insinuando.  
 lurida praeterea fiunt quaecumque tuentur  
 arquat, quia luroris de corpore eorum  
 semina multa fluunt simulacris obuia rerum,  
 310 multae sunt oculis in eorum denique mixta, 335  
 quae contage sua palloribus omnia pingunt.  
 e tenebris autem quae sunt in luce tuentur  
 propterea quia, cum propior caliginis aer  
 ater init oculos prior et possedit apertos,  
 315 insequitur candens confestim lucidus aer 340  
 qui quasi purgat eos ac nigras discutit umbras

216 *mira. mitti* Lach. post hunc uers., ducibus Purmann et Goebel, lacunam indicauit M. 218-229 hos uersus qui idem in libro VI (923-935) multo conuenientius leguntur huic libro tribuant Gellius et Nonius (p. 247, 11). 218 *fluunt* Lamb., *fluunt* codd. 219 *ut. it* Kamnengieser. 229 immerito ciecit Lach. 240 *didita* uett. edd., *dedita* codd. 245 *cogit* Lach. 246 *protrudit* Lamb., *protulit* codd. 250, 251 et 260, 261 in suum quemque ordinem reuocarunt Mar. Ald. 1 Jun. 260 *primam* Gif., codd. *primam*. 267 *ipsam* Nice. B ex corr., *ipsa* codd. 270 *senota* uett. edd., *remota* A, *remota* B. 271 et 278 *uere*. Lach. *sunt, bene*. 277 *perterget* Lamb., *perterget* codd. 283 *ubi sp.* Mar. Jun., *ubi in sp.* codd. 284 *in idem M.*, *in cum* codd., *iterum* Lach. 290 *illic quor reddant M.*, *illis quae r.* codd. 299-347 suo ordine disposuit B ex corr., editorum primus Lamb. 299 et *elisam* B ex corr., codd. correcti, *lisam* codd. 300 *fiet ita, ante* Lach., *fiet ut ante* codd. 303 *serue* Mar. Jun., *ser* codd., *aut ser* Lach. 304 *latebunt* uett. codd., *latebit* codd. 310 *conuertitur* Lach., *conuertit* codd. *retrorsum* A B ex corr. 318 *porro p.* A codd. correcti, *p. porro* B. Mon. 321 *nequeant* A Nicc.

aeris illius ; nam multis partibus hic est mobilior multisque minutor et mage pollens. qui simul atque vias oculorum luce repleuit  
 320 atque patefecit quas ante obsederat aer 345  
*ater*, continuo rerum simulacra secuntur quae sita sunt in luce, laecessuntque ut uideamus.  
 348 quod contra facere in tenebris e luce nequimus propterea quia posterior caliginis aer crassior insequitur qui cuncta foramina complet obsiditque vias oculorum, ne simulacra 351 possint ullarum rerum coniecta mouere. quadratasque procul turris cum cernimus urbis, propterea fit uti uideantur saepe rutundae, angulus optus quia longe cernitur omnis 355 siue etiam potius non cernitur ac perit eius plaga nec ad nostras acies perlabitur ictus, aera per multum quia dum simulacra feruntur, cogit hebescere eum crebris offensibus aer. 359 hoc ubi suffugit sensum simul angulus omnis, fit quasi ut ad tornum saxorum structa terantur; non tamen ut coram quae sunt uereque rutunda, sed quasi adumbratim paulum simulata uidentur. umbra uidetur item nobis in sole moueri et uestigia nostra sequi gestumque imitari ; 365 aera si credis priuatum lumine posse indugredi, motus hominum gestumque sequentem ;  
 nam nil esse potest aliud nisi lumine cassus aer id quod nos umbram perhibere suemus. nimirum quia terra locis ex ordine certis 370 lumine priuatur solis quacumque meantes officimus, repletur item quod liquimus eius, propterea fit uti uideatur, quae fuit umbra corporis, e regione eadem nos usque secuta. 374 semper enim noua se radiatorum lumina fundunt primaque dispereunt, quasi in ignem lana trahatur.  
 propterea facile et spoliatur lumine terra et repletur item nigrasque sibi abluit umbras.  
 Nec tamen hic oculos falli concedimus hilum. nam quocumque loco sit lux atque umbra tueri illorum est ; eadem uero sint lumina neene, 381 umbrae quae fuit hic eadem nunc transeat illuc, an potius fiat paulo quod diximus ante, hoc animi demum ratio discernere debet, nec possunt oculi naturam noscere rerum. 385 proinde animi uitium hoc oculis adfingere noli. qua uehimur nauis, fertur, cum stare uidetur ; quae manet in statione, ea praeter creditur ire. et fugere ad puppim colles campique uidentur quos agimus praeter nauem uelisque uolamus. sidera cessare aetheris adfixa cauernis 391 cuncta uidentur, et adsiduo sunt omnia motu, quandoquidem longos obitus exorta reuisunt, cum permensa suo sunt caelum corpore claro. solque pari ratione manere et luna uidentur 395 in statione, ea quae ferri res indicat ipsa. exstantisque procul medio de gurgite montis classibus inter quos liber patet exitus ingens, insula coniunctis tamen ex his una uidetur. atria uersari et circumcursare columnae 400 usque adeo fit uti pueris uideantur, ubi ipsi desierunt uerti, uix ut iam credere possint non supra sese ruere omnia tecta minari. iamque rubrum tremulis iubarignibus erigere alte

cum coeptat natura supraque extollere montes, 405 quos tibi tum supra sol montis esse uidetur comminus ipse suo contingens feruidus igni, uix absunt nobis missus bis mille sagittae, uix etiam cursus quingentes saepe ueruti : inter eos solemque iacent immania ponti 410 aequora substrata aetheris ingentibus oris, interiectaque sunt terrarum milia multa quae uariae retinent gentes et saecula ferarum. at conlectus aquae digitum non altior unum, qui lapides inter sistit per strata uiarum, 415 despectum praebet sub terras inpete tanto, a terris quantum caeli patet altus hiatus ; nubila dispicere et † caelum ut uideare uidere corpora mirando sub terras abdita caelo. denique ubi in medio nobis eus acer obhaesit 420 flumine et in rapidas amnis despexit undas, stantis equi corpus transuersum ferre uidetur uis et in aduersum flumen contrudere raptim, et quocumque oculos traiecit omnia ferri et fluere adsimili nobis ratione uidentur. 425 porticus aequali quamuis est denique ductu stansque in perpetuum paribus suffulta columnis, longa tamen parte ab summa cum tota uidetur, paulatim trahit angusti fastigia conii, tecta solo iungens atque omnia dextera laeuis 430 donec in obscuro conii conduxit acumen. in pelago nautis ex undis ortus in undis sol fit uti uideatur obire et condere lumen ; quippe ubi nil aliud nisi aquam caelumque tuentur ; ne leuiter credas labefactari undique sensus. 435 at maris ignaris in portu clauda uidentur nauigia aplustris fractis obnitier undae. nam quaecumque supra rorem salis edita pars est remorum, recta est, et recta superne gubernata : quae demersa liquorem obeunt, refracta uidentur 440 omnia conuerti sursumque supina reuerti et reflexa prope in summo fluitare liquore. raraque per caelum cum uenti nubila portant tempore nocturno, tum splendida signa uidentur labier aduersum nimbos atque ire superne 445 longe aliam in partem ac uera ratione feruntur. at si forte oculo manus uis subdita supter pressit eum, quodam sensu fit uti uideantur omnia quae tuimur fieri tum bina tuendo, bina lucernarum florentia lumina flammis 450 binaque per totas aedis geminare supellex et duplicis hominum facies et corpora bina. denique cum suauis deuinxit membra sapore somnus et in summa corpus iacet omne quiete, tum uigilare tamen nobis et membra mouere 455 nostra uidemur, et in noctis caligine caeca cernere censemum solem lumenque diurnum conclusoque loco caelum mare flumina montis mutare et campos pedibus transire uidemur, et sonitus audire, seuera silentia noctis 460 undique cum constant, et reddere dicta tacentes. cetera de genere hoc miracula multa uidemus, quae uiolare fidem quasi sensibus omnia quaerunt, nequiquam, quoniam pars horum maxima fallit propter opinatus animi quos addimus ipsi, 465 pro uisis ut sint quae non sunt sensibus uisa. nam nil aegrius est quam res discernere apertas ab dubiis, animus quas ab se protinus addit. Denique nil sciri siquis putat, id quoque nescit

342 *illius* codd. correcti, *ullius* codd. 346 *aer ater* Bern., *ater* codd., *ater, aera* Lach. 351 *que vias* B ex corr. al., *quia* codd. 352 *coniecta* Mar. al., *conlecta* codd. *mouere* Bentl., *moueri* codd. 357 *acies* B ex corr. Nicc., *ates* codd. *perlabitur* Lamb., *deriabitur* codd. 361 *turnum* A B. *terantur* M., *tuantur* codd., *tuamur* Lach., *rotentur* conii. M. in commentatione. 378 *abluit* uett. edd., *adluit* codd. 395 *uidentur* Lach., *uidetur* codd. 397 *exstant usque* Lach. 406 *tibi tum* Nauger., *ubi t.* codd., *ibi* Bockem. 414 *conlectus* Lamb., *coniectus* codd. cf. III 198. 418 *dispicere* cum codd. et Lachm. M. cuius adnotationem ad loc. uide, *despicere* uulg. *caelum* corruptum, *rerum* H. Nettleship in Diario Philol. t. xv p. 21, *ut A*, *et B* al. A. Palmer in Hermath. iv p. 265 *uiaa*, idem in u. 419 *addita* pro *abdita*. 419 *mirando*. codd. *mirande*, Lach. *miraclo* idem *ut prope pro corpora* et *cadi* pro *caelo* legit, uersibus 418, 419 inter se transpositis. 421 *desp.* codd. corr. M., *disp.* codd. Lach. 436 *at maris* B ex corr. Nicc., *amaris* codd. 437 *fractis* Flor. 31 Mar., *factas* codd. *undae* Lach., *undas* codd. 440 *liquorem* Lach., *liquore* codd. 446 *ac uera* Is. Voss. in notis manu scr., *aque* codd. 448 *fit uti* Mar. Junt., *fit ut* codd. 460 *noctis* B ex corr. codd. correcti, *montis* codd. 462 *miracula* M. qui *acula* in multa haustum abiisse arbitratur, codd. *mirande*, Lach. *miraci*. 468 *addit* A, *abditi* B.

an sciri possit, quoniam nil scire fatetur. 470  
 hunc igitur contra mittam contendere causam,  
 qui capite ipse sua in statuit uestigia sese.  
 et tamen hoc quoque uti concedam scire, at id ipsum  
 quaeram, cum in rebus veri nil uiderit ante,  
 unde sciat quid sit scire et nescire uicissim, 475  
 notitiam ueri quae res falsaque crearit  
 et dubium certo quae res differre probarit.  
 inuenies primis ab sensibus esse creatam  
 notitiam ueri neque sensus posse refelli.  
 nam maiore fide debet reperiri illud, 480  
 sponte sua ueris quod possit uincere falsa.  
 quid maiore fide porro quam sensus haberi  
 debet? an ab sensu falso ratio orta ualebit  
 dicere eos contra, quae tota ab sensibus orta est?  
 qui nisi sunt ueri, ratio quoque falsa fit omnis. 485  
 an poterunt oculos aures reprehendere, an aures  
 tactus? an hunc porro tactum sapor arguet oris,  
 an confutabit nares oculiue reuincunt?  
 non, ut opinor, ita est. nam seorsum cuique potestas  
 diuisas, sua uis cuique, ideoque necesse est 490  
 et quod molle sit et gelidum fernensue *seorsum*  
 et seorsum uarios rerum sentire colores  
 et quaecumque coloribus sint conueta *uidere*.  
 seorsus item sapor oris habet uim, seorsus odores  
 nascuntur, sorsum sonitus. ideoque necesse est 495  
 nec possint alios alii conuincere sensus.  
 nec porro poterunt ipsi reprehendere sese,  
 aequa fides quoniam debet semper haberi.  
 proinde quod in quoquest his uisum tempore, uerumst.  
 et si non poterit ratio dissoluere causam, 500  
 cur ea quae fuerint iuxta quadrata, procul sint  
 uisa rotunda, tamen praestat rationis egentem  
 reddere mendose causas utriusque figurae,  
 quam manibus manifesta suis emittere quoquam  
 et uiolare fidem primam et conuellerre tota 505  
 fundamenta quibus nixatur uita salusque.  
 non modo enim ratio ruat omnis, uita quoque ipsa  
 conceidat extemplo, nisi credere sensibus ausis  
 praecipitisque locos uitare et cetera quae sint  
 in genere hoc fugienda, sequi contraria quae sint. 510  
 illa tibi est igitur uerborum copia eassa  
 omnis quae contra sensus instructa paratast.  
 denique ut in fabrica, si prauast regula prima,  
 normaue si fallax rectis regionibus exit,  
 et libella aliqua si ex parti elaudicat hilum, 515  
 omnia mendose fieri atque obstipa necesse est  
 praua cubantia prona supina atque absona tecta,  
 iam ruere ut quaedam uideantur uelle, ruantque  
 prodita iudicis fallacibus omnia primis,  
 sic igitur ratio tibi rerum praua necessest 520  
 falsaque sit, falsis quaecumque ab sensibus ortast.  
 Nunc illi sensus quo pacto quisque suam rem  
 sentiat, haudquaquam ratio scruposa relicta est.  
 Principio auditur sonus et uox omnis, in auris  
 insinuata suo pepulere ubi corpore sensum. 525  
 corpoream uocem quoque enim constare fatendumst  
 et sonitum, quoniam possunt impellere sensus.  
 praeterea radit uox fauces saepe facitque  
 asperiora foras gradiens arteria clamor.  
 quippe per angustam turba maiore coorta 530  
 ire foras ubi coeperunt primordia uocum,  
 scilicet expleti quoque ianua raditur oris.  
 haud igitur dubiumst quin uoces uerbaque constant

corporeis e principiis, ut laedere possint. 534  
 nec te fallit item quid corporis auferat et quid  
 detrahat ex hominum ueris ad uiribus ipsis  
 perpetuus sermo nigra noctis ad nubram  
 aurorae perductus ab exoriente nitore,  
 praesertim si cum summost clamore profusus.  
 ergo corpoream uocem constare necessest, 540  
 multa loquens quoniam amittit de corpore partem.  
 551 asperitas autem uocis lit ab asperitate  
 principiorum et item leuor leuore creatur.  
 542 nec simili penetrant auris primordia forma,  
 cum tuba depresso grauius sub murmure mugit  
 et reboat raucum regio ceta barbara bombum, 546  
 545 et ualidis eueni *torrentibus* ex Heliconis  
 eum liquidam tollunt lugubri uoce querellam.  
 Haec igitur penitus uoces cum corpore nostro  
 exprimimus rectoque foras emittimus ore, 550  
 mobilis articulat uerborum daedala lingua  
 553 formaturaque laborum pro parte figurat.  
 hoc ubi non longum spatiumst unde una profecta  
 perueniat uox quaeque, necessest uerba quoque  
 ipsa  
 plane exaudiri discernique articulatim; 555  
 seruat enim formaturam seruatque figuram.  
 at si interpositum spatium sit longius aequo,  
 aera per multum confundi uerba necessest  
 et conturbari uocem, dum transuolat auras.  
 ergo fit, sonitum ut possis sentire neque illam  
 interoscere, uerborum sententia quae sit: 561  
 usque adeo confusa uenit uox inque pedita.  
 praeterea uerbum saepe unum perciet auris  
 omnibus in populo, missum praecoxis ab ore.  
 in multas igitur uoces uox una repente 565  
 diffugit, in prius quoniam se diuidit auris  
 obsignans formam uerbi clarumque sonorem.  
 at quae pars uocem non auris inedit ipsas,  
 praeterlata perit frustra diffusa per auras.  
 pars solidis adlisa locis reiecta sonorem 570  
 reddit et interdum frustratur imagine uerbi.  
 quae bene cum uideas, rationem reddere possis  
 tute tibi atque aliis, quo pacto per loca sola  
 saxa paris formas uerborum ex ordine reddant,  
 palantis comites quom montis inter opacos 575  
 quaerimus et magna dispersos uoce ciemus.  
 sex etiam aut septem loca uidi reddere uocis,  
 unam cum iaceres: ita colles collibus ipsi  
 uerba repulsant iteratim docta referri.  
 haec loca capripedes satyros nymphasque tenere  
 limitini lingunt et faunos esse locuntur 581  
 quorum noctuago strepitu ludoque iocanti  
 adfirmant uolgo tacitura silentia rumpi  
 elordamque sonos fieri dulcisque querellas,  
 tibia quas fundit digitis pulsata canentum, 585  
 et genus agricolum late sentisecere, quom Pan  
 pinea semiferi capitis uelamina quaessans  
 uoce saepe labro calamos pereurrit hiantis,  
 fistula siluestrem ne cesset fundere musam.  
 cetera de genere hoc monstra ac portenta lo-  
 quuntur, 590  
 ne loca deserta ab diuis quoque forte putentur  
 sola tenere. ideo factant miracula dictis  
 aut aliqua ratione alia ducuntur, ut omne  
 humanum genus est audium nimis auricularum.  
 Quod superest, non est mirandum qua ratione,

471 *mittam* Mar. Ald. Junst., *mituam* codd. 472 *sua in statuit* Lach., *suo i. st.* codd. 479 *sensus* Mar. Junst., *sensu* codd. 486 *poterunt* codd. correcti, *poterit* codd. 491 *seorsum* Bentl., *uideri* codd. 493 *uidere* Lach., *necessest* codd. 495 *nascuntur* uett. edd., *nascuntur* codd. 496 *possint* codd. correcti, uett. edd., *possunt* codd. 498 *aequa* correctorum unus, uett. edd., *aequa* codd. 500 *poterit* Nicc., *poteris*. 514 *si B* ex corr., Nicc. *sibi* codd. 517 *praua* Mar., *parua* codd. 526 *uocem* ante *quoque* enim add. Lach., post *qu. c.* habent codd. correcti. 528 *praeterea* A Gell. x 26, *propterea* B. 532 *expleti* Lach., *expletis* codd. 542, 543 (551, 552) hic posuit Lamb. 543 *leuo letiore* codd. 545 *murmure* uett. edd., *murmura* codd. 546 *c. reboat r. regio c. b. b.* Lach., *c. reuorat r. retro c. b. b.* codd. 547 *c. u. eueni* *torrentibus ex Heliconis* Is. Voss. in nott. manu scr., *c. u. uecti tortis ex Heliconis A, uete tortis ex H.* A ex corr. B, *eueni* *tortis conuallibus ex H.* Lach. 550 *emittimus* A ex corr., *mittimus* codd. 551 *uerborum* Lamb., *ueruorum* codd. 553 *una* Bentl., *illa* codd. 567 *uerbi* Lach., *uerbis* codd. 568 *inedit*. *accidit* Lamb., *probante* etiam Lach. cf. V 608. 570 *locis* B ex corr., *topis* codd., *pars, s. a., locis* Lach. 579 *docta* Lach., *dieta* codd. 582 *iocanti* A ex corr., *locanti* codd. 587 *uelamina* codd. correcti, *ullamina* codd., *uallamina* Heins. in notis manu scr. 590 *cetera* codd. correcti, *ptere* codd. 594 *nimi* *miraculorum* Lach.

per loca quae nequeunt oculi res cernere apertas, 596  
haec loca per uoces ueniunt aurisque lacessant.  
conloquium clausis foribus quoque saepe uidemus,  
nimirum quia uox per flexa foramina rerum  
incolumis transire potest, simulacra renutant; 600  
perseinduntur enim, nisi recta foramina tranant,  
qualia sunt vitrei, species qua traouolat omnis.  
praeterea partis in cunctas diuiditur uox,  
ex aliis aliae quoniam gignuntur, ubi una  
dissuluit semel in multas exorta, quasi ignis 605  
saepe solet scintilla uos se spargere in ignis.  
ergo plentur loca uocibus, addita retro  
omnia quae circum ferunt sonituque cientur.  
at simulacra uis derectis omnia tendunt  
ut sunt missa semel; quapropter cernere nemo 610  
saepem ultra potis est, at uoces accipere extra.  
et tamen ipsa quoque haec, dum transit clausa

*domorum,*

uox optunditur atque auris confusa penetrat  
et sonitum potius quam uerba audire uidemur.

Nec, quisentimus sucum, lingua atque palatum 615  
plusculum habent in se rationis plus operae.  
principio sucum sentimus in ore, cibum cum  
mandendo exprimimus, ceu plenam spongiam aquai  
siquis forte manu premere ac siccare coepit.  
inde quod exprimimus per caulas omne palati 620  
diditit et rarae perplexa foramina linguae.  
hoc ubi leuia sunt manantia corpora suci,  
suauiter attingunt et suauiter omnia tractant  
umida linguae circum sudantia templa.

at contra pungunt sensum lacerantque coorta, 625  
quanto quaque magis sunt asperitate repleta.  
deinde uoluptas est e suco fine palati;  
cum uero deorsum per fauces praecipitauit,  
nulla uoluptas est, dum diditur omnis in artus.  
nec refert quicquam quo uictu corpus alatur, 630  
dummodo quod capias concoctum didere possis  
artubus et stomachi umidulum seruare tenorem.

Nunc aliis alius qui sit cibi suauis et almus  
expediam, quarene, aliis quod triste et amarumst,  
hoc tamen esse aliis possit perdulce uideri, 635  
tantaque in his rebus distantia differitasque,  
ut quod ali cibus est aliis fiat acre uenenum,  
extetque ut serpens, hominis quae tacta saliuus  
disperit ac sese mandendo conficit ipsa.  
praeterea nobis ueratrurum est acre uenenum, 640  
at capris adipos et coturnicibus auget.

ut quibus id fiat rebus cognoscere possis,  
principio meminisse deest quae diximus ante,  
semina multimodis in rebus mixta teneri.  
porro omnes quaecumque cibum capiunt animantes,  
ut sunt dissimiles extrinsecus et generatim 646  
extima membrorum circumcaesura coeret,

proinde et seminibus constant uariante figura.  
semina cum porro distent, differre necessesit  
interualla uiasque, foramina quae perhibemus, 650  
omnibus in membris et in ore ipsoque palato.  
esse minora igitur quaedam maioraque debent,  
esse triquetra aliis, aliis quadrata necessesit,  
multa rotunda, modis multis multangula quaedam.  
namque figurarum ratio ut motusque reposeunt, 655  
proinde foraminibus debent differre figurae,  
et uariare uiae proinde ac textura coeret.  
hoc nbi quod suaue est aliis aliis fit amarum,  
illi, cui suaue est, leuissima corpora debent

contractabiliter caulas intrare palati, 660  
at contra quibus est eadem res intus acerba,  
aspera nimirum penetrant hamataque fauces.  
nunc facile est ex his rebus cognoscere quaeque.  
quippe ubi cui febris bili superante coorta est  
aut alia ratione aliquid uis excita morbi, 665  
perturbatur ibi iam totum corpus et omnes  
commutantur ibi positurae principiorum;  
fit prius ad sensum ut quae corpora conueniant  
nunc non conueniant, et cetera sint magis apta,  
quae penetrata queunt sensum progignere acerbum;  
utraque enim sunt in mellis commixta sapore; 671  
id quod iam supera tibi saepe ostendimus ante.

Nunc age quo pacto naris adiectus odoris  
tangat agam. primum res multas esse necessesit  
unde fluens noluat uariis se fluctus odorum, 675  
et fluere et mitti uolgo spargique putandumst;  
uerum aliis aliis magis est animantibus aptus  
dissimilis propter formas. ideoque per auras  
mellis apes quamuis longe ducuntur odore,  
uolturique cadaueribus. tum fissa ferarum 680  
ungula quo tulerit gressum promissa canum uis  
ducit, et humanum longe praesentit odorem  
Romulidarum arcis seruator candidus anser.  
sic aliis alius nidor datus ad sua quemque  
pabula ducit et a taetro resillire ueneno 685  
cogit, eoque modo seruantur saecla ferarum.

Hic odor ipse igitur, naris quicumque lacessit,  
est alio ut possit permitti longius alter;  
sed tamen haud quisquam tam longe fertur eorum  
quam sonitus, quam uox, mitto iam dicere quam res  
quae ferunt oculorum acies nisumque lacessunt. 691  
errabundum enim tarde uenit ac perit ante  
paulatim facilis distractus in aeris auras;  
ex alto primum quia uix emittitur ex re:  
nam penitus fluere atque recedere rebus odores 695  
significat quod fracta magis redolere uidentur  
omnia, quod contrita, quod igni conlabefacta:  
deinde uidere licet maioribus esse creatum  
principiis quam uox, quoniam per saxea saepta  
non penetrat, qua uox uolgo sonitusque feruntur. 700  
quare etiam quod olet non tam facile esse uidebis  
innestigare in qua sit regione locatum;  
refrigescit enim cunctando plaga per auras  
nec calida ad sensum decurrunt nuntia rerum.  
errant saepe canes itaque et uestigia quaerunt. 705

(Nec tamen hoc solis in odoribus atque saporum  
in generes, sed item species rerum atque colores  
non ita conueniunt ad sensum omnibus omnes,  
ut non sint aliis quaedam magis acria uisu.  
quin etiam gallum, noctem explaudentibus alis 710  
auroram clara consuetum uoce uocare,  
noenu queunt rabidi contra constare leones  
ique tueri: ita continuo meminere fugai,  
nimirum quia sunt gallorum in corpore quaedam  
semina, quae cum sunt oculis inmissa leonum, 715  
pupillas interfodiunt acremque dolorem  
praebent, ut nequeant contra durare feroces;  
cum tamen haec nostras acies nil laedere possint,  
aut quia non penetrant aut quod penetrantibus illis  
exitus ex oculis liber datur, in remorando 720  
laedere ne possint ex ulla lumina parte.)

Nunc age quae moueant animum res accipe, et unde  
quae ueniunt ueniant in mentem percipe paucis.  
principio hoc dico, rerum simulacra uagari

598 uidemus. ubi demus Lach. 604 ubi una B ex corr. Lamb., ubina codd. 605 dissuluit B, dissuluit A uulg. Lach. 608 ferunt M., codd. fuerunt, ferunt Lach. 611 saepem ultra Bern., saepe supra codd., saepem intra Lach. 612 domorum add. Lach. 615 nec Mar. Junt., hoc codd. 616 operae Lach., opere codd. 621 per flexa Mon., 'fortasse recte' M. 622 manantibus Pont. Junt., manantes codd. 624 sidentia Lach. 631 possis codd. correcti, posses codd. 632 umidulum Lach., umidum codd. 633 cibi suauis et almus M., sine aptus ut Lach., codd. cibus ut uideamus, cibus unicus aptus Lach. locus nondum sanatus. 636 in Nonius p. 95, 30, om. codd. est in fine uersus habent codd. om. Non. 637 ali Lach., aliis codd. 638 extetque ut serpens M., est itaque ut s. codd., est alique ut s. Lach. uersus aliquos intercidisse censet Postgate. 641 coturnicibus. cocturnibus A, quod turmicibus B. 642 ut quibus id Lamb. Lach. M. sed recte codd. id quibus ut. 648 et. ex Mon. Junt. Lach. constant uariante figura Lach., c. uariantque f. codd. 668 fit. Lach. ut. ut add. codd. correcti, om. codd. 671, 672 post 662 ponit Lach. lacunam mauult Bern. 680 uolturique Pont. Ald. 1, uolturique codd. 681 permissa Gronov. Lach. 682 dicit Lach. 698 creatum Mar. Junt., creatam codd. 712 rabidi Wak., rapidi codd. 719 illis B ex corr., ilus codd.



multa modis multis in cunetas undique partis 725  
 tenuia, quae facile inter se iunguntur in auris,  
 obuia eum ueniunt, ut aranea bratteaque auri.  
 quippe etenim multo magis haec sunt tenuia textu  
 quam quae percipiunt oculis uisumque laecessunt,  
 corporis haec quomiam penetrant perrara eientque 730  
 tenuem animi naturam intus sensumque laecessunt.  
 Centauros itaque et Scyllarum membra uidemus  
 Cerbereasque canum facies simulacraque eorum  
 quorum morte obita tellus amplectitur ossa ;  
 omne genus quoniam passim simulacra feruntur, 735  
 partim sponte sua quae fiunt aere in ipso,  
 partim quae uariis ab rebus eumque recedunt  
 et quae coniuntur ex horum facta figuris.  
 nam certe ex uiuo Centauri non fit imago,  
 nulla fuit quoniam talis natura animantibus ; 740  
 nerum ubi equi atque hominis casu conuenit imago,  
 haerescit facile extemplo, quod diximus ante,  
 propter subtilem naturam et tenuia texta.  
 cetera de genere hoc eadem ratione creantur.  
 quae eum mobiliter summa leuitate feruntur, 745  
 ut prius ostendi, facile uno commouet ictu  
 quaelibet uia animum nobis subtilis imago ;  
 tennis enim mens est et mire mobilis ipsa.

Haec fieri ut memoro, facile hinc cognoscere possis.  
 quatenus hoc simile est illi, quod mente uidemus 750  
 atque oculis, simili fieri ratione necesse est.  
 nunc igitur docui quoniam me forte leonem  
 cernere per simulacra, oculos quae uisumque laecessunt,  
 seire licet mentem simili ratione moueri,  
 per simulacra leonem et cetera quae uidet aequae 755  
 nec minus atque oculi, nisi quod magis tene cernit.  
 nec ratione alia, cum somnus membra profudit,  
 mens animi uigilat, nisi quod simulacra laecessunt  
 haec eadem nostros animos quae cum uigilamus,  
 usque adeo, certe ut uideamur cernere eum quem 760  
 rellieta uita iam mors et terra potitast.  
 hoc ideo fieri cogit natura, quod omnes  
 corporis effecti sensus per membra quae uisunt  
 nec possunt falsum ueris conuincere rebus.  
 praeterca meminisse iacet languetque sompore 765  
 nec dissentit eum mortis letique potitum  
 iam pridem, quem mens uiuoni se cernere credit.  
 quod superest, non est mirum simulacra moueri  
 braecchiaque in numerum iactare et cetera membra ;  
 nam fit ut in somnis faere hoc uideatur imago ; 770  
 quippe ubi prima perit alioque est altera nata  
 inde statu, prior hic gestum mutasse uidetur.  
 scilicet id fieri celeri ratione putandumst ;  
 tanta est mobilitas et rerum copia tanta  
 tantaque sensibili quouis est tempore in uno 775  
 copia particularum, ut possit suppeditare.

(Multaque in his rebus quaeruntur multaque nobis  
 clarandumst, plane si res exponere auemus.  
 quaeritur in primis quare, quod cuique libido  
 uenerit, extemplo mens cogitet eius id ipsum. 780  
 ane uoluntatem nostram simulacra tuentur  
 et simul ac uolumus nobis occurrit imago,  
 si mare, si terrast cordi, si denique caelum ?  
 conuentus hominum pompam conuiuia pugnas,  
 omnia sub uerbone erant natura parataque ? 785  
 cum praesertim aliis eadem in regione loeoque  
 longe dissimilis animus res cogitet amnis.  
 quid porro, in numerum procedere cum simulacra

cernimus in somnis et mollia membra mouere,  
 mollia mobiliter cum alternis braecchia mittunt  
 et repetunt oculis gestum pede conuenient ? 791  
 scilicet arte madent simulacra et docta uagantur,  
 nocturno facere ut possint in tempore ludos.  
 an magis illud erit uerum ? quia tempore in uno,  
 cum sentimus id, et cum uox emittitur una, 795  
 tempora multa latent, ratio quae comperit esse,  
 propterea fit uti quouis in tempore quaeque 797  
 praesto sint simulacra locis in quisque parata.  
 et quia tenuia sunt, nisi quae contendit, acute 802  
 cernere non potis est animus ; proinde omnia  
 quae sunt

praeterca pereunt, nisi si quae ad se ipse parauit.  
 ipse parat sese porro speratque futurum 805  
 ut uideat quod consequitur rem quamque ; fit ergo.  
 noune uides oculos etiam, cum tenuia quae sunt  
 cernere coeperunt, contendere se atque parere,  
 nec sine eo fieri posse ut cernamus acute ? 810  
 et tamen in rebus quoque apertis noscere possis,  
 si non aduertas animum, proinde esse quasi omni  
 tempore semotum fuerit longeque remotum.  
 cur igitur mirumst, animus si cetera perdit  
 praeterquam quibus est in rebus deditus ipse ?  
 deinde adopinamur de signis maxima paruis 816  
 ac nos in fraudem induimus frustraminis ipsi.)

Fit quoque ut interdum non suppeditetur imago  
 eiusdem generis, sed femina quae fuit ante,  
 in manibus uir uti faetus uideatur adesse, 820  
 aut alia ex alia facies actusque sequatur.

826 quod ne miremur sopor atque obliuia curant.  
 822 (Illud in his rebus uitium uementer auessis  
 effugere, errorem uitaeque praemetuenter,  
 lumina ne facias oculorum clara creata, 825  
 825 prospicere ut possemus, et ut proferre queamus  
 proceros passus, ideo fastigia posse  
 surarum ac feminum pedibus fundata plerari,  
 braecchia tum porro ualidis ex apta laertis  
 esse manusque datas utraque ex parte ministras,  
 ut faere ad uitam possemus quae foret usus. 831  
 cetera de genere hoc inter quae uicium pretantur,  
 omnia peruersa praepostera sunt ratione,  
 nil ideo quoniam natumst in corpore ut uti  
 possemus, sed quod natumst id procreat usum,  
 nec fuit ante uidere oculorum lumina nata 836  
 nec dietis orare prius quam lingua creatast,  
 sed patius longe linguae praecessit origo  
 seruanem multoque creatae sunt prius aures 839  
 quam sonsus est auditus, et omnia denique membra  
 ante fuere, ut opinor, eorum quam foret usus ;  
 laud igitur potuere utendi crescere causa.  
 at contra conferre manu certamina pugnae  
 et laerare artus foederare membra errore  
 ante fuit multo quam lucida tela uolarent, 845  
 et uolnus nitare prius natura coegit  
 quam daret obiectum parmae laena per artem.  
 scilicet et fessum corpus mandare quieti  
 multa antiquius est quam lecti mollia strata,  
 et sedare sitim prius est quam pocula natum. 850  
 haec igitur possunt utendi cognita causa  
 credier, ex usu quae sunt uitaeque reperta.  
 illa quidem seorsum sunt omnia quae prius ipsa  
 nata dedere suae post notitiam utilitatis. 854  
 quo genere in primis sensus et membra uidemus ;

727 brattea A, bratiea B, Lach. qui etiam aliunde huius scripturae affert exempla, brattea uulgo. 730 per rara Mar. al., perara codd. 735 omne genus Mar. Junt., omnigenus codd. 736 sunt Mar. al., sunt A, sunt B. 740 animantis Gif., anima A B, animalis Lamb. Lach. 741 equi casu at. h. Lach. cum neget uocabula quae ex breui longaque syllaba sicut equi constant apud Lucr. uocalem posse amittere. 750 quatinus A B et hic et II 927 teste Woltjer. 752 quoniam docui Lamb. Lach. leonem Lach., leonum codd. 755 leonem et Lach., leonum codd. 761 rellieta uita Bern. Is. Voss. in notis manu ser., reddita u. codd., reddita pro u. Lach. 783 si terrast cordi Pont. M., si terram cordist codd. 791 referunt Lach. 795 cum sentimus id, et cum M., consentimus id est cum codd., Lach. quod sentimus id est ? legit et uersum ante 783 ponit. 799-801 774, 771, 772. 802 nisi se contendit Lamb. Lach. 804 n. si quae ad se i. Lach., n. que soez se i. codd. 805 futurum Pont. Junt., futuram codd. 808-804. 815 praeterquam Avanc., praeterca quam codd. 818 non uett. cdd., nos codd. 820 uir uti codd. correcti, uirtuti codd. 822 (826) hic rettulit B ex corr., Mar. al. 823 auessis M., inesse codd. his uitium uementer rebu' necessesit Lach., auemus te effugere Bern. 824 errorem uitaeque B-ex corr. Avanc., errore nullataeque codd. praemetuenter A. 826 possemus Lach., possimus codd. queamus Lach., uia codd. 830 ez add. Lach. 836 natum Lach., codicum scriptura certe elegantius.

quare etiam atque etiam procul est ut credere possis utilitatis ob officium potuisse creari.)

(Illud item non est mirandum, corporis ipsa quod natura cibum quaerit cuiusque animantis. quippe etenim fluere atque recedere corpora rebus 860 multa modis multis docui, sed plurima debent ex animalibus. quae quia sunt exercita motu, multaque per sudorem ex alto pressa feruntur, multa per os exhalantur, cum languida anhelant, his igitur rebus rarescit corpus et omnis 865 subruitur natura; dolor quam consequitur rem. propterea capitur cibis ut suffulciat artus et recreet vires interdatus atque patentem per membra ac uenas ut amorem opturet edendi. umor item discedit in omnia quae loca cumque 870 poscunt umorem; glomerataque multa uaporis corpora, quae stomacho praebent incendia nostro, dissipat adueniens liquor ac restinguit ut ignem, urere ne possit calor amplius aridus artus. sic igitur tibi anhelata sitis de corpore nostro 875 abluitur, sic expletur ieiuna cupido.)

Nunc qui fiat uti passus proferre queamus, cum uolumus, uarietque datum sit membra mouere, et quae res tantum hoc oneris protrudere nostri corporis insuerit, dicam: tu percipe dicta. 880 dico animo nostro primum simulacra meandi accidere atque animum pulsare, ut diximus ante. inde uoluntas fit; neque enim facere incipit ullam rem quiscquam, quam mens prouidit quid uelit ante. id quod prouidet, illius rei constat imago. 885 ergo animus cum sese ita commouet ut uelit ire inque gredi, ferit extemplo quae in corpore toto per membra atque artus animai dissita uis est. et facile factu, quoniam coniuncta tenetur. inde ea proporro corpus ferit, atque ita tota paulatim moles protruditur atque mouetur. praeterea tum rarescit quoque corpus et aer, scilicet ut debet qui semper mobilis extat, per patefacta uenit penetratque foramina largus et dispersitur ad partis ita quasque miuutas 895 corporis. hic igitur rebus fit utrimque duabus, corporis ut ac nauis uelis uentoque feratur. nec tamen illud in his rebus mirabile constat, tantula quod tantum corpus corpuscula possunt contorquere et onus totum conuertere nostrum. 900 quippe etenim uentus subtili corpore tenuis trudit agens magnam magno molimine nauem et manus una regit quantouis impete euntem atque gubernaculum contorquet quolibet unum, multaque per trocleas et tympana pondere magno 905 commouet atque leui sustollit machina nisu.

Nuncquibus ille modis somnus per membra quietem inriget atque animi curas c pectore soluat, suauidicis potius quam multis uersibus edam; paruus ut est cyeni melior canor, ille gruum quam 910 clamor in aetheris dispersus nubibus austru. tu mihi da tenuis aures animumque sagacem, ne fieri negites quae dicam posse retroque uera repulsanti discedas pectore dicta, tutimet in culpa cum sis neque cernere possis. 915 principio somnus fit ubi est distracta per artus uis animae partimque foras eiecta recessit et partim contrusa magis concessit in altum; dissoluntur enim tum demum membra fluuntque. nam dubium non est, animai quin opera sit 920 sensus hic in nobis, quem cum sopor impedit esse, tum nobis animam perturbatam esse putandum est

eiectamque foras; non omnem; namque iaceret aeterno corpus perfusum frigore leti.

quippe ubi nulla latens animai pars remaneret 925 in membris, cinere ut multa latet obrutus ignis, unde reconflari sensus per membra repente posset, ut ex igni caeco consurgere flamma?

Sed quibus haec rebus nonitas confiat et unde perturbari anima et corpus languescere possit, 930 expediám: tu fac ne uentis uerba profundam. principio externa corpus de parte necessum est, aeris quoniam uicinum tangitur auris, tundier atque eius crebro pulsariet ictu, proptereaque fere res omnes aut corio sunt 935 aut etiam conchlis aut callo aut cortice tectae. interiorem etiam partem spirantibus aer uerberat hic idem, cum dicitur atque reflatur. quare utrimque secus cum corpore uapulet et cum perueniant plagae per parua foramina nobis 940 corporis ad primas partis elementaque prima, fit quasi paulatim nobis per membra ruina. conturbantur enim positurae principiorum corporis atque animi. fit uti pars inde animai eiciatur et introrsum pars abditā cedat, 945 pars etiam distracta per artus non queat esse coniuncta inter se neque motu mutua fungi; inter enim saepit coetus natura uiasque; ergo sensus ab it mutatis motibus alte.

et quoniam non est quasi quod suffulciat artus, 950 debile fit corpus languescuntque omnia membra, brachia palpebraeque cadunt poplitesque cubanti saepe tamen submituntur uirisque resoluunt. deinde cibum sequitur somnus, quia, quae facit aer, haec eadem cibis, in uenas dum diditur omnis, 955 efficit. et multo sopor ille grauissimus exstat quem satur aut lassus capias, quia plurima tum se corpora conturbant magno contusa labore. praeterea eadem coniectus partim animai altior atque foras eiectus largior eius, 960 et diuisior inter se ac distractior in test.

Et quo quisque fere studio deuinctus adhaeret aut quibus in rebus multum sumus ante morati atque in ea ratione fuit contenta magis mens, in somnis eadem plerumque uidemur obire; 965 causidici causas agere et componere leges, induperatores pugnare ac proelia obire, nautae contractum cum uentis degere bellum, nos agere hoc autem et naturam quaerere rerum semper et inuentam patriis exponere chartis. 970 cetera sic studia atque artes plerumque uidentur in somnis animos hominum frustrata tenere. et quicumque dies multos ex ordine ludis adsiduas dederunt operas, plerumque uidemus, cum iam dederunt ea sensibus usurpare, 975 reliquas tamen esse uias in mente patentes, qua possint eadem rerum simulacra uenire. per multos itaque illa dies eadem obuersantur ante oculos, etiam uigilantes ut uideantur cernere saltantis et mollia membra mouentis 980 et citharae liquidum carmen chordasque loquentis auribus accipere et consessum cernere eundem scenaique simul uarios splendere decores. usque adeo magni refert studium atque uoluptas, et quibus in rebus consuerint esse operati 985 non homines solum sed nero animalia cuncta. quippe uidebils equos fortis, cum membra iacebant, in somnis sudare tamen spirareque semper et quasi de palma summas contendere uiris,

862 quae quia Lach., quia codd., quis quia Bockem., uerissime. uu. 863 et seqq. ita interpunxit M. Lach. post feruntur plene interpungit et u. 863 post 864 ponit. 877 fiat corrector unus, uett. edd., fiat codd. 878 uarietque uett. edd., uarietque codd. 880 insuerint Bockem. 884 quisquam quam Brix. Mar., quis quam codd. 885 constat Flor. 31 Mar., constare codd. 890 ferit Mar. al., perit codd. 897 sic legitur in codd. u. corruptus. corpus ut ad nauis M. olim, corpus uti, ut Lamb., corporis ut n. codd. correcti, Lach. 905 pondera magna Lach. conf. cum M. V 556. 915 tutimet A B Nicc., M. qui tamen I 102 tutemet scribit, ut hic Lach. uulg. 928 possit Lach., codd. possit. 929 confiat Pont., codd. constat. 934 eius. ab ibus Lach. 945 eiciatur Lamb., eiciatur codd. 948 natura. uaga turba Bockem. 959 partim Lach., codd. parte. 961 in test M., intus codd., actus Lach. locus nondum persanatus est. 982 consessum Mar. Junt., consensum codd. 983 scenaique uett. edd., scenaique codd. 984 uoluptas Lach., uoluntas codd. 989 de palma s. Lamb., de palmas s. codd.

aut quasi carceribus patefactis . . . . . 990  
 999 uenantumque canes in molli saepe quiete  
 991 iactant crura tamen subito uocisque repente  
 mittunt et crebro redducunt naribus auras,  
 ut uestigia si teneant inuenta ferarum,  
 expergefactiveque secuntur inania saepe 995  
 995 ceruorum simulacra, fugae quasi dedita cernant,  
 donec discussis redeant erroribus ad se.  
 1 at consueta domi catulorum blanda propago  
 998 discentere et corpus de terra corripere instant 999  
 proinde quasi ignotas facies atque ora tuan-  
 tur. 1004  
 et quo quaeque magis sunt aspera seminiorum,  
 tam magis in somnis eadem scenire necessust.  
 at uariae fugiunt uolucres pinuisque repente  
 sollicitant diuom nocturno tempore lucos,  
 accipitres somno in leni si proelia pugnas  
 edere sunt persectantes uisaeque uolantes. 1010  
 porro hominum mentes, magnis quae motibus  
 edunt  
 magna, itidem saepe in somnis faciuntque ge-  
 runtque,  
 reges expugnant, capiuntur, proelia miscunt,  
 tollunt clamorem quasi si iugulenter ibidem.  
 multi depugnant gemitusque doloribus edunt  
 et quasi pantherae morsu saeuuie leonis 1016  
 mandantur magnis clamoribus omnia complent.  
 multi de uagnis per somnum rebu' loquuntur  
 indicioque sui facti persaepe fuere.  
 multi mortem obeunt, multi, de motibus altis  
 ut qui praecipitent ad terram corpore toto, 1021  
 externantur et ex somno quasi mentibu' capti  
 uix ad se redeunt permoti corporis aestu.  
 flumen item sitiens aut fontem propter amoenum  
 adsidet et totum prope fauceibus occupat annem.  
 puri saepe lacum propter si ae dolia curta 1026  
 somno deuineti credunt se extollere uestem,  
 totius umorem saecatium corpori fundunt,  
 cum Babylonia magnifico splendore rigantur.  
 tum quibus aetatis freta primitus insinuat 1030  
 semen, ubi ipsa dies membris matura creauit,  
 conueniunt simulacra foris et corpore quoque  
 nuntia praelari uolunt pulcherrime coloris,  
 qui ciet iurians loca turgida semine multo,  
 ut quasi transactis saepe omnibu' rebu' profun-  
 dant 1035  
 fluminis ingentis fluctus uestemque eruentent.  
 Sollicitata id in nobis, quod diximus ante,  
 semen, adulta actas cum primum roborat artus.  
 namque alias aliud res commouet atque lacessit;  
 ex homine humanum semen ciet a hominis uis.  
 quod simul atque suis eiectum sedibus exit, 1041  
 per membra atque artus decedit corpore toto  
 in loca conueniens neruorum certa cietque  
 continuo partis genitalis corporis ipsas.  
 irritata tument loca semine fitque uoluntas 1045  
 eiret id quo se contendit dira lubido,  
 idque petit corpus, mens unde est saucia amore.  
 namque omnes plerumque cadunt in uulnus et  
 illam  
 emicat in partem sanguis unde icimur ictu, 1050  
 et si comminus est, hostem ruber occupat umor.  
 sic igitur Veneris qui telis accipit ictus,

siue puer membris muliebribus hunc iaculatur  
 seu mulier toto iactans e corpore amorem,  
 unde feritur, eo tendit gestitque coire 1055  
 et iacere umorem in corpus de corpore ductum;  
 namque uoluptatem praesagit muta cupidus.

Haec Venus est nobis; hinc autem nomen amoris,  
 hinc illaec primum Veneris dulcedinis in cor  
 stillauit gutta et successit frigida cura. 1060  
 nam si abest quod ames, praesto simulacra tamensunt  
 illius et nomen dulce obuersatur ad auris.  
 sed fugitare decet simulacra et pabula amoris  
 abstertere sibi atque alio conuertere mentem  
 et iacere umorem collectum in corpora quaeque 1065  
 nec retinere, semel conuersum unius amore,  
 et seruare sibi curam certumque dolorem.  
 uleus enim uiuescit et inueterascit alendo  
 inque dies gliscit furor atque aerumna grauescit,  
 si non prima nouis conturbes uoluera plagis 1070  
 uolgiuagaque uagus Venere ante recentia cures  
 aut alio possis animi traducere motus.

Nec Veneris fructu earet is qui uitat amorem,  
 sed potius quae sunt sine poena commoda sumit;  
 nam certe purast sanis magis inde uoluptas 1075  
 quam miseris. eteum potiuendi tempore in ipso  
 fluctuat incertis erroribus ardor amantum  
 nec constat quid primum oculis manibusque fruuntur.  
 quod petiere, premunt arte faciuntque dolorem  
 corporis et dentes ilidunt saepe labellis 1080  
 osculaque adligunt, quia non est pura uoluptas  
 et stimuli subsunt qui instigant laedere id ipsum  
 quodeumque est, rabies unde illaec germina surgunt.  
 sed leuiter poenas frangit Venus inter amorem  
 blandaque refrenat morsus admixta uoluptas. 1085  
 namque in eo spes est, unde est ardoris origo,  
 restingui quoque posse ab eodem corpore flammam.  
 quod fieri contra totum natura repugnat;  
 unaque res haec est, cuius quom plurima habemus,  
 tum magis ardescit dira euipedine pectus. 1090  
 nam eibus atque umor membris adsunitur intus;  
 quae quoniam certas possunt obsidere partis,  
 hoc facile expletur laticum frugumque cupido.  
 ex hominis uero facie pulchroque colore  
 nil datur in corpus praeter simulacra fruendum 1095  
 tenuia; quae uento spes raptast saepe misella.  
 ut libere in somnis sitiens quom quaerit et uiuor  
 non datur, ardorem qui membris stinguere possit,  
 sed laticum simulacra petit frustraue laborat  
 in medioque sicut torrenti flumine potans, 1100  
 sic in amore Venus simulacris ludit amantis  
 nec satiari queunt spectando corpora coram,  
 nec manibus quiequam teneris abradere membris  
 possunt errantes incerti corpore toto.  
 denique cum membris conlatis flore fruuntur 1105  
 actatis, iam enim praesagit gaudia corpus  
 atque in cost Venus ut muliebria conserat arua,  
 adligunt auide corpus iunguntque saluinas  
 oris et inspirant pressantes dentibus ora,  
 nequiquam, quoniam nil inde abradere possunt 1110  
 nec penetrare et abire in corpus corpore toto;  
 nam facere interdum nelle et certare uidentur:  
 usque adeo eupide in Veneris compagibus haerent,  
 membra uoluptatis dum ui labefacta liqueunt.  
 tandem ubi se erupit neruis collecta eupido, 1115

990 in codd. amissorum uerborum sedem occuparunt saepe quiete ex uers. proximo huc illata. 991 (999) huc rett. Ald. 1 Junt. et Mon. sed ita ut praecedant eis etiam 998, 999 (997, 998). 992 uocis codd., uocis Lach. uulg. 996 fugae Mar., fuga codd. 997 redeant erroribus Turneb. Lamb., redeant terroribus codd. 1000-1003 = 992-995. 1010 edere sunt. Bockem. ediderunt quod ardidet. 1011 motibus Mon. uett. edd., motibus codd. magna, itidem M., mentes, qu. mentibus e. magna Lach. 1021 ut qui A, ut quasi B A ex corr. codd. correcti. 1022 externantur Lach., exterm. qu. codd. 1026 sei Lach., se codd. 1032 quodam Lach. \* 1035 ut Mar., et codd. 1036 eruentent codd. correcti, eruent codd. 1037 in add. codd. correcti, e Lach. 1038 adulta B ex corr. codd. correcti, aduila codd. 1047 = 1034. 1067 muta A, multa B. 1058 momen Lach. 1059 illaec A ex corr., ille A, illa B. post illaec interpungit Lach. 1061 ames. auis Lach. 1065 conlectum Junt., coniectum codd. 1068 uleus A ex corr., uicus codd. 1081 adligunt A codd. correcti, adligunt B. 1083 illaec germina Lambini amicus quidam Lach., illac germina A, ille germina B, ille haec g. A ex corr. Nicc. 1085 refrenat Nicc., frenat codd. 1089 cuius quom—tum M. eui tamen locum retractanti uidetur defendi posse codicum scriptura e. quam—tum, c. quo mage Lach. 1096 raptast M., raptat codd., mentem spes raptat Lach., uanos spes raptat Brugger. 1098 membris stinguere Auauc., membri st. codd. 1115 conlecta Lamb., coniecta codd. [\* 1034 qui Lamb., quae codd.]

parua fit ardoris uolenti pausa parumper.  
inde redit rabies eadem et furor ille reuisit,  
cum sibi quid cupiant ipsi contingere quaerunt,  
nec reperire malum id possunt quae machina uincat ;  
usque adeo incerti tabescunt uolnere caeco. 1120

Adde quod absumunt niris pereuntque labore,  
adde quod alterius sub nutu degitur aetas.  
labitur interea res et Babyloica fiunt,  
languent officia atque aegrotat fama uacillans.  
huic lenta et pulchra in pedibus Sicyonia rident 1125  
scilicet et grandes uiridi cum luce zmaragdi  
auro includuntur teriturque thalassina uestis  
adsidne et Veneris sudorem exercita potat.  
et bene parta patrum fiunt anademata, mitrae,  
interdum in pallam atque Alidensia Ciaque uertunt.  
eximia neste et nictu conuiuia, ludi, 1131  
pocula crebra, unguenta coronae sorta parantur,  
nequiquam, quoniam medio de fonte leporem  
surgit amari aliquid quod in ipsis floribus angat,  
aut cum conscius ipse animus se forte remordet 1135  
desidiose agere actatem lustrisque perire,  
aut quod in ambiguo uerbum iaculata reliquit  
quod cupido adfixum cordi uiuiscit ut ignis,  
aut nimium iactare oculos aliumque tueri  
quod putat in uoltuque nidet nestigia risus. 1140

Atque in amore mala haec proprio summeque  
secundo

inueniuntur ; in aduerso nero atque inopi sunt,  
prenderere quae possis oculorum lumine operto,  
innumerabilia ; ut melius uigilare sit ante,  
qua docui ratione, cauereque ne inliciaris. 1145  
nam uitare, plagas in amoris ne iaciamur,  
non ita difficile est quam captum retibus ipsis  
exire et ualidos Veneris perrumpere nodos.  
et tamen implicitus quoque possis inque peditus  
effugere infestum, nisi tute tibi obuins obstes 1150  
et praetermittas animi uitia omnia primum  
aut quae corpori sunt eius, siquam petis ac nis.  
nam faciunt homines plerumque cupidine caeci,  
et tribunt ea quae non sunt his commoda uere.  
multimodis igitur prauas turpisque uidemus 1155  
esse in deliciis summoque in honore uigere.  
atque alios alii irident Veneremque suadent  
ut placent, quoniam foedo adficientur amore,  
nec sua respiciunt miseri mala maxima saepe.  
nigra melichrus est, immunda et fetida acosmos, 1160  
caesia Palladium, neruosa et lignea dorcas,  
paruula, pumilio, chariton mia, tota merum sal,  
magna atque inmanis cataplexis plenaque honoris.  
balba loqui non quit, tranlziti, muta pudens est ;  
at flagrans odiosa loquaenla Lampadium fit. 1165  
ischnon eromenion tum fit, cum uiuere non quit  
prae macie ; rhadine uerost iam mortua tussi.  
at tumida et mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho,  
simula Silena ac saturast, labeosa philema.  
cetera de genere hoc longum est si dicere coner. 1170  
sed tamen esto iam quantonis oris honore,  
cui Veneris membris uis omnibus exoriatur :  
nempe aliae quoque sunt ; nempe hac sine uiximus  
ante ;  
nempe eadem facit, et scimus facere, omnia turpi,  
et miseram taetris se suffit odoribus ipsa 1175  
quam famulae longe fugitant furtimque cachinnant.

at lacrimans exclusus amator limina saepe  
floribus et sertis operit postisque superbos  
unguit amaracino et foribus miser oscula figit ;  
quem si, iam ammissum, uenientem offenderit  
aura 1180

una modo, causas abeundi quaerat honestas,  
et meditata diu cadat alte sumpta querella,  
stultitiaque ibi se damnet, tribuisse quod illi  
plus uideat quam mortali concedere par est.  
nec Veneris nostras hoc fallit ; quo magis  
ipsae 1185

omnia summo opere hos uitae poscaenia celant  
quos retinere uolunt adstrictosque esse in  
amore,  
nequiquam, quoniam tu animo tamen omnia  
possis

protrahere in lucem atque omnis inquirere risus  
et, si bello animos et non odiosa, uicissim 1190  
praetermittere et humanis concedere rebus.

Nec mulier semper ficto suspirat amore  
quae complexa uiri corpus cum corpore iungit  
et tenet adsuctis unectans oscula labris. 1194  
nam facit ex animo saepe et communia quaerens  
gaudia sollicitat spatium decurrere amoris.  
nec ratione alia uolucres armenta feraeque  
et pecudes et equae maribus subsidere possent,  
si non, ipsa quod illorum subat ardet a bundans  
natura et Venerem salientum laeta retrac-  
tat. 1200

nonne uides etiam quos mutua saepe uoluptas  
ninxit, ut in uinculis communibus exercentur?  
in truiuis quam saepe canes, discedere auentis,  
1210 diuorsi cupide summis ex uiribu' tendunt,

1204 quom interea ualidis Veneris compagibus haerent ! 1205

quod facerent numquam nisi mutua gaudia  
nossent  
quae iacere in fraudem possent uinctosque  
tenere.

quare etiam atque etiam, ut dico, est communi'  
uoluptas.

Et commiscendo quom semine forte uirili  
1209 femina uim uicit subita ui corripuitque, 1210  
tum similes matrum materno semine fiunt,  
ut patribus patrio. sed quos utriusque figurae  
esse uides, iuxtim miscentes uulta parentum,  
corpore de patrio et materno sanguine crescent,  
semina cum Veneris stimulis excita per artus  
obuia conflixit conspirans mutuus ardor, 1216  
et neque utrum superauit eorum nec superat-  
tunist.

fit quoque ut interdum similes existere aorum  
possint et referant proaorum saepe figuras 1219  
propterea quia multa modis primordia multis  
mixta suo celant in corpore saepe parentis,  
quae patribus patres tradunt ab stirpe profecta ;  
inde Venus uaria producit sorte figuras  
maiorumque refert uoltus uocesque comasque.  
1227 et muliebri oritur patrio de semine saeculum  
maternoque mares existunt corpore creti ; 1226  
1225 quandoquidem nilo magis haec de semine certo  
fiunt quam facies et corpora membraque nobis ;  
semper enim partus duplici de semine constat,

1118 quid Lach., quod codd. 1121 uiris (uires) Pont. al., utris codd. 1123 Babyloica Pius in adn., Babyloica codd. 1124 uacillans Mar., uigillans codd. 1125 huic lenta M., unguenta codd., argentum Lach., segmenta Bockem., A. Palmer. 1130 alidensia Lach. 1131 ludi A ex corr. Nice., ludi codd. Lach. bychni contra consuetudinem, ut uidetur, Lucreti; cf. V 295. 1141 mala h. codd. correcti, male h. codd. 1145 inliciaris (ill.) Mar. Ald. 1 Junt., inligiaris codd. 1152 aut Lach., ut codd. si quam pctis Lach., quam praepctis A plures codd. correcti, quam praecis B. sed uidendum est ne scriptura codicum recte se habeat, nam et ad sensum accommodatum est quam praecis alius pctis ac uis et rarum uocabulum apud Festum s. u. praepctis extat. 1156 deliciis Cantab. Mar., delictis codd. 1168 tumida Bern., iamina codd., Lamia Lach. 1174 turpi Nauger., turpis codd. 1176 longe codd. correcti, longi codd. 1180 iam ammissum (adm.) Lamb., iam ammissu Lach., iam iussu Bern. 1182 cadat Lamb., cadet codd. 1188 possis Mar. Junt., posses codd. 1191 et add. Mar. Lach. 1198 Lach. possunt. 1200 salientum Mar. al., sallentum codd. retractat Lamb., retractant codd. 1202 uinculis Mar. al., uincis codd. 1203 quam Lach., cum codd. 1204 (1210) huc rettulit Nauger. 1209 quo in A, quom in B teste Bockem. uirilem Bruno, Brieger, sine dubio recte. 1210 uim uicit Salmasius, ubi uulcit codd. 1220 multa modis Lamb., multimodis codd. 1222 ab Lach., a codd. 1225, 1226 (1227, 1228) huc rettulit M., 1227 de add. Flor. 31 Pont. al.

atque utri similes magis id quod enim creatur, 1230  
eius habet plus parte aequa; quod cernere possis,  
sine uirum suboles siues muliebri origo.

Nec diuina satum genitalem numina cuiquam  
absterrent, pater a gnatis ne dulcibus unquam  
appellatur et ut sterili Venere exigit aenon; 1235  
quod plerumque putant et multo sanguine maesti  
conspergunt aras adolentque altaria donis,  
ut grauidas reddant uxores semine largo.  
nequiquam diuom numen sortisque fatigant.  
nam steriles nimium erasso sunt semine partim 1240  
et liquido praeter instum tenuique micissim.  
tenne loeis quia non potis est adfingere adhaesum,  
liquitur extemplo et reuocatum cedit abortu.  
crassius his porro quoniam concretis aequo  
mittitur, aut non tam prolixo prouolat ictu 1245  
aut penetrare locos aequo nequit aut penetratum  
aegre admiscetur muliebri semine semen.  
nam multum harmoniae Veneris differre uidentur.  
atque alias alii complent magis ex aliisque  
succipiunt aliae pondus magis inque grauescent. 1250  
et multae steriles Hymenaeis ante fuerunt  
pluribus et nactae post sunt tamen unde puellos  
suscipere et partu possent ditescere dulci.  
et quibus ante domi fecundae saepe nequissent  
uxores parere, inuentast illis quoque compar 1255  
natura, ut possent gnatis munire senectam.  
usque adeo magni refert, ut semina possint  
seminibus commisceri genitaliter apta,

crassane conueniant liquidis et liquida erassis.  
atque in ea refert quo uictu uita colatur; 1260  
namque aliis rebus conerescent semina membris  
atque aliis extenuantur tabentque uicissim.  
et quibus ipsa modis tractetur blanda uoluptas,  
id quoque permagni refert; nam more ferarum  
quadripedumque magis ritu plerumque putantur 1265  
concipere uxores, quia sic loea sumere possunt,  
pectoribus positis, sublatis semina lumbis.  
nec molles opu' sunt motus uxoribus lilum.  
nam mulier prohibet se concipere atque repugnat,  
clunibus ipsa uiri Venerem si laeta retractat 1270  
atque exossato ciet omni pectore fluctus;  
eicit enim sulcum recta regione uiuae  
nomeris atque loeis auertit seminis ictum.  
idque sua causa consuerunt scorta moueri,  
ne complerentur crebro grauidaeque iacerent 1275  
et simul ipsa niris Venus ut concinior esset;  
coniugibus quod nil nostris opus esse uidetur.

Nec diuinitus interdum Venerisque sagittis  
deteriore lit ut forma muliercula ametur.  
nam facit ipsa suis interdum femina factis 1280  
morigerisque modis et munde corpore culto,  
ut facile insuescat te secum degere uitam.  
quod superest, consuetudo conueniat amorem;  
nam leuiter quamuis quod erebro tunditur ictu,  
uincitur in longo spatio tamen atque labascit. 1285  
nonne uides etiam guttas in saxa eadentis  
umoris longo in spatio pertundere saxa?

## LIBER QVINTVS

Quis potis est dignum pollente pectore carmen  
condere pro rerum maiestate hisque repertis?  
quisue nalet uerbis tantum qui fingere laudes  
pro meritis eius possit qui talia nobis  
pectore parta suo quaesitaque praemia liquit? 5  
nemo, ut opinor, erit mortali corpore cretus.  
nam si, ut ipsa petit maiestas cognita rerum,  
dicendum est, deus ille fit, deus, in clytē Memmi,  
qui princeps uitae rationem imenit eam quae  
nunc appellatur sapientia, quique per artem  
lucetibus e tantis nitam tantisque tenebris  
in tam tranquillo et tam clara luce loeuat.  
confer enim diuina aliorum antiqua reperta,  
namque Ceres fertur fruges Liberque liquoris  
nitigeni laticem mortalibus instituisse; 15  
cum tamen his posset sine rebus uita manere,  
ut fama est aliquas etiam nunc uirae gentis.  
at bene non poterat sine puro pectore uiui;  
quo magis hic merito nobis deus esse uidetur,  
ex quo nunc etiam per magnas didita gentis  
dulcē permulcent animos solacia uitae. 20  
Herculis antistare autem si facta putabis,  
longius a uera multo ratione ferere.  
quid Nemeaeus enim nobis nunc magnus hiatus  
ille leonis obdeset et horrens Arcaei sus?  
denique quid Cretae taurus Lernaenaeque pestis  
hydra nenenatis posset uallata colubris?  
quidue tripeptora tergeniui nis Geryonai

30 tanto opere officerent nobis Stymphala colentes  
29 et Diomedis equi spirantes naribus ignem 30  
Thracis Bistonasque plagas atque Ismara propter?  
aureaque Hesperidum seruans fulgentia mala,  
asper, acerba tuens, immani corpore serpens  
arboris amplexus stirpem quid denique obdeset  
propter Atlantem litus pelageque sonora, 35  
quo neque noster adit quisquam nec barbarus  
audet?  
cetera de genere hoc quae sunt portenta perempta,  
sei non uicta forent, quid tandem uina nocerent?  
nil, ut opinor: ita ad satietatem terra ferarum  
nunc etiam seait et trepido terrore repleta est 40  
per nemora ac montes magnos siluasque profundas;  
quae loca uitandi plerumque est nostra potestas.  
at nisi purgatumst pectus, quae proelia nobis  
atque pericula tumst ingratis insinuandum!  
quantae tum seindunt hominem cupidinis aeres  
sollicitum curae quantique perinde timores! 46  
quidne superbia spureitia ac petulantia?  
quantas elliciunt elades! quid luxus desidiaeque?  
haec igitur qui cuncta subegerit ex animoque  
expulerit dietis, non armis, nonne decebit 50  
hunc hominem numero diuom dignarier esse?  
cum bene praesertim multa ac diuinitus ipsis  
immortalibus de diuis dare dieta suerit  
atque omnem rerum naturam pandere dietis.  
Cuius ego ingressus nestigia dum rationes 55  
persequor ac doceo dietis, quo quaeque creata

1230 quodcumque codd. correcti, quocumque codd. 1234 poter a gnatis uett. edd., praeter agnatis codd. 1243 cedit Pont. al., credit codd. 1244 his Lach., hic codd. 1252 post sunt Lamb., possunt codd. 1259 crassone M., crassaque codd. conueniant Mar. al., conueniant codd. 1262 aliis uett. edd., ulis codd. 1268 nec uett. edd., ne codd. 1270 retractat B, retractet A uulg. 1281 uolus Pont. al., moris codd. 1282 te add. Bern., secum nos Lach.

V. 2 maiestate hisque repertis Lamb., maiestatis atque r. codd. 5 que om. codd. 12 locauit Nice., uocauit codd. 28 post h. uers. M. unius uersus lacunam indicauit quod a quid incipiat et huiusmodi sit: quid uolueres pernis aeratis inuia stagna. 29 et 30 inter se transposuit M., 30 et 31 uulg. Lach. 31 Thracis M., Thracio codd., Thracum Lach. 34 stirpem Mon. Nauger., stirpes codd. 35 Atlantem Gif. (Atlantem Lamb.), Atlantem codd. pelageque Lamb., pelagique codd. sonora codd. correcti, nett edd., seura codd. 38 sei Lach., si Nice., sed codd. uicta. uicta codd. 44 tumst Lach., sunt codd. 51 nauora diuom codd., diuom n. Lactant. 53 immortalibus codd. correcti, immortibus B, iam mortalibus A Nice. al. de Lamb., e codd.

foedere sint, in eo quam sit durare necessum  
nec ualidas ualeant aeni rescindere leges,  
quo genere in primis animi natura reperta est  
natio primum consistere corpore creta 60  
nec posse incolunus magnum durare per aeom,  
sed simulacra solere in somnis fallere mentem,  
cernere cum uideamur eum quem uita reliquit,  
quod superest, nunc huc rationis detulit ordo,  
ut mihi mortali consistere corpore mundum 65  
natiuomque simul ratio reddunda sit esse ;  
et quibus ille modis congressus materiai  
fundarit terram caelum mare sidera solem  
lunaique globum ; tum quae tellure animantes  
extiterint, et quae nullo sint tempore natae ; 70  
quoue modo genus humanum uariante loquella  
coeperit inter se uesci per nomina rerum ;  
et quibus ille modis diuom metus insinuarit  
pectora, terrarum qui in orbi sancta tuetur  
fana lacus lucos aras simulacraque diuom. 75  
praeterea solis cursus lunaeque meatus  
expediam qua ui flectat natura gubernans ;  
ne forte haec inter caelum terramque reamur  
libera sponte sua cursus lustrare perennis  
morigera ad fruges augendas atque animantis, 80  
neue aliqua diuom uolui ratione putemus.  
nam bene qui didicere deos securum agere aeom,  
si tamen interea mirantur qua ratione  
quaeque geri possint, praesertim rebus in illis  
quae supra caput aetheris cernuntur in oris, 85  
rursus in antiquas referuntur religiones  
et dominos aeris adsciscunt, omnia posse  
quos miseri credunt, ignari quid queat esse,  
quid nequeat, finita potestas denique cuique  
quamam sit ratione atque alte terminus haerens. 90  
Quod superest, ne te in promissis plura moremur,  
principio maria ac terras caelumque tuere ;  
quorum naturam triplicem, tria corpora, Memmi,  
tris species tam dissimilis, tria talia texta,  
una dies dabit exitio, multosque per annos 95  
sustentata ruet moles et machina mundi.  
nec me animi fallit quam res noua miraque menti  
accidat exitium caeli terraeque futurum,  
et quam difficile id mihi sit peruincere dictis ;  
ut fit ubi insolitam rem adportes auribus ante 100  
nec tamen hanc possis oculorum subdere uisu  
nec iacere indu manus, uia qua munita fidei  
proxima fert humanum in pectus templaque mentis.  
sed tamen effabor. dictis dabit ipsa fidem res  
forsitan et grauitur terrarum motibus ortis 105  
omnia conquassari in paruo tempore cernes.  
quod procul a nobis flectat fortuna gubernans,  
et ratio potius quam res persuadeat ipsa  
succidere horriso posse omnia uicta fragore.  
(Qua prius adgrediar quam de re fundere fata 110  
sanctius et multo certa ratione magis quam  
Pythia quae tripode a Phoebi lauroque profatur,  
multa tibi expediam doctis solacia dictis ;  
religione refrenatas ne forte rearis  
terras et solem et caelum, mare sidera lunam, 115  
corpore diuino debere aeterna manere,  
proptereaque putes ritu par esse Gigantum  
pendere eos poenas inmani pro scelere omnis  
qui ratione sua disturbant moenia mundi  
praeclarumque uelint caeli restinguere solem 120  
immortalia mortali sermone notantes ;  
quae procul usque adeo diuino a numine distent,  
inque deum numero quae sint indigna uideri,

notitiam potius praebere ut posse putentur  
quid sit uitali motu sensuque remotum. 125  
quippe etenim non est, cum quouis corpore ut esse  
posse animi natura putetur consiliumque ;  
sicut in aethere non arbor, non aequore salso  
nubes esse queunt neque pisces uiuere in aruis  
nec cruor in lignis neque saxis sucus inesse. 130  
certum ac dispositumst ubi quicquid crescat et  
insit.

sic animi natura nequit sine corpore oriri  
sola neque a neruis et sanguine longiter esse.  
quod si (posset enim multo prius) ipsa animi uis  
in capite aut umeris aut imis calcibus esse 135  
posset et innasci quauis in parte, soleret  
tandem in eodem homine atque in eodem uase  
manere.

quod quoniam nostro quoque constat corpore  
certum

dispositumque uidetur ubi esse et crescere possit  
seorsum anima atque animus, tanto magis infi-  
tandum 140

totum posse extra corpus formamque animalem  
putribus in glebis terrarum aut solis in igni  
aut in aqua durare aut altis aetheris oris.  
haud igitur constant diuino praedita sensu,  
quandoquidem nequeunt uitaliter esse animata.

Illud item non est ut possis credere, sedes 146  
esse deum sanctas in mundi partibus ullis.  
tenuis enim natura deum longeuque remota  
sensibus ab nostris animi uix mente uidetur ;  
quae quoniam manuum tactum suffugit et ictum,  
tactile nil nobis quod sit contingere debet. 151  
tangere enim non quit quod tangi non licet ipsum.

quare etiam sedes quoque nostris sedibus esse  
dissimiles debent, tenues de corpore eorum ;  
quae tibi posterius largo sermone probabo. 155  
dicere porro hominum causa uoluisset parare  
praeclaram mundi naturam proptereaque  
adlaudabile opus diuom laudare decere

aeternumque putare atque immortale futurum  
nec fas esse, deum quod sit ratione uetusta 160  
gentibus humanis fundatum perpetuo aeuo,  
solicitare suis ulla ui ex sedibus umquam  
nec uerbis uexare et ab imo euertere summa,  
cetera de genere hoc adfingere et addere, Memmi,  
desiperest. quid enim immortalibus atque beatis  
gratia nostra queat largiri emolumentum, 166  
ut nostra quicquam causa gerere adgrediantur ?

quidue noui potuit tanto post ante quietos  
inlicere ut euperent uitam mutare priorem ?  
nam gaudere nouis rebus debere uidetur 170  
cui ueteres obsunt ; sed cui nil accidit aegri  
tempore in anteaeto, cum pulchre degeret aeom,  
quid potuit nouitatis amore accendere tali ?

175 an, credo, in tenebris uita ac maerore iacebat,  
donec diluxit rerum genitilis origo. 175

174 quidue mali fuerat non esse creatis ?

177 natus enim debet quicumque est uelle manere  
in uita, donec retinebit blanda uoluptas.

qui numquam uero uitae gustauit amorem  
nec fuit in numero, quid obest non esse creatum ?  
exemplum porro gignundis rebus et ipsa 181  
notities diuis hominum unde est insita primum  
quid uellent facere ut scirent animoque uiderent,  
quoue modest umquam uis cognita principiorum  
quidque inter sese permutato ordine possent, 185  
si non ipsa dedit specimen natura creandi ?

61 *incolumis* Mar. Junt., *incolumen* A, *uinculum* est B. 71 quoque Nonius p. 415, 31. 114 *religione* cum geminato l A B hoc uno loco teste Lach. 116 *manere* Junt., codd. *meare*. 117 *par* Mar. Junt., codd. *pars*. 122 *a numine distent* codd. correcti, *animinbistent* codd. iam pro *distent* Madv. Christ *distant*, recte ut uidetur. 123 *uidentur* Madv. Christ Bruno, *uideri* codd. 133 *longius* codd. cf. ad III 789. 134 sqq. conf. III 790 sqq. 152 *quod* Mar. Junt., codd. *quod si*. 154 *de corpore* codd. M. qui olim *tenues ceu corpora eorum* temptauerat. *pro corpore* Lamb., *tenuest si corpus eorum* Lach., *tenuesque e corpore* Bockem. fortasse recte. 163 *summa* Lamb., *summam* codd. 174, 175 (175, 176) post 176 (174) posuit Lamb. pro *credo* M. conicit *crepera*. Lach. eosdem uersus post 170 ponit et in u. 174 at pro an legit. 182 *diuis hominum* unde est M., h. d. unde est codd., h. dis u. est Wak. Lach. 185 *sese* uett. edd., *se* codd. 186 *specimen* Pius in adn., *speciem* codd.

namque ita multa modis multis primordia rerum  
ex infinito iam tempore percita plagis  
ponderibusque suis consuerunt concita ferri  
omnimodisque coire atque omnia pertentare, 190  
quae cumque inter se possent congressa creare,  
ut non sit mirum si in talis disposituras  
deciderunt quoque et in talis uenere meatus,  
qualibus haec rerum gerit tunc summa nouando.

Quod si iam rerum ignorem primordia quae sint, 195  
hoc tamen ex ipsis caeli rationibus ausim  
confirmare aliisque ex rebus reddere multis,  
nequaquam nobis diuinitus esse paratam  
naturam rerum; tanta stat praedita culpa,  
principio quantum caeli tegit impetus ingens, 200  
inde auidi partem montes siluaeque ferarum  
possedere, tenent rupes uastaeque paludes  
et mare quod late terrarum distinet oras.  
inde duas porro prope partis feruidus ardor  
adsiduusque geli casus mortalibus aufert. 205  
quod superest arui, tamen id natura sua ni  
sentibus obducat, ni uis humana resistat  
uitai causa ualido consucta bidenti  
ingemere et terram pressis proscondere aratris.  
si non fecundas uertentes uomere glebas 210  
terraeque solum subigentes cinis ad ortus,  
sponte sua nequeant liquidas existere in auras,  
et tamen interdum magno quaesita labore  
eum iam per terras frondent atque omnia florent,  
aut nimis torret feruoribus aetherius sol 215  
aut subiti pereunt imbris gelidacque pruinae,  
flabraque uentorum uiolento turbine uexant.  
praeterea genus horrifera natura ferarum  
humanae genti infestum terraeque marique  
cur alit atque auget? cur anni tempora morbos 220  
adportant? quare mors immatura uagatur?  
tunc porro puer, ut saeuus proiectus ab undis  
nauita, nudus humi iacet, infans, indignus omni-  
uitali auxilio, enim primum in luminis oras  
nixibus ex aluo matris natura profundit, 225  
nagituque locum lugubri complet, ut accumbat  
cui tantum in uita restet transire malorum.  
at uariae crescent pecudes armenta feraeque  
nec reptacillis opus est nec cuiquam adhibendast  
almae nutricis blanda atque infracta loquella 230  
nec uarias quaerunt nectes pro tempore caeli,  
denique non arnis opus est, non moenibus altis,  
qui sua tutentur, quando omnibus omnia large  
tellus ipsa parit naturaque daedala rerum.)

Principio quoniam terrae corpus et umor 235  
aurarumque lenes animae calidique uapores,  
e quibus haec rerum consistere summa uidetur,  
omnia natiuo ac mortali corpore constant,  
debet eodem omnis mundi natura putari.  
quippe etenim quorum partis et membra uidemus 240  
corpore natiuo ac mortalibus esse figuris,  
haec eadem ferre mortalia cernimus esse  
et natua simul. quapropter maxima mundi  
eum uideam membra ac partis consumpta regni,  
scire licet caeli quoque item terraeque fuisse 245  
principale aliquod tempus eademque futuram.

Illud in his rebus ne corripuisse rearis  
me mihi, quod terram atque ignem mortalia sumpsi  
esse neque umorem dubitauit aurasque perire  
atque eadem gigni rursusque aulescere dixi, 250  
principio pars terrae nonnulla, perusta  
solibus adsiduus, multa pulsata pedum ui,  
pulueris exhalat nebulam nubesque uolantis

quas ualidi toto dispergunt aere uenti.  
pars etiam glebarum ad diluuium reuocatur 255  
imbribus et ripas radentia flumina rodunt.  
praeterea pro parte sua, quodcumque alid auget,  
redditur; et quoniam dubio procul esse uidetur  
omniparens eadem rerum commune sepulcrum,  
ergo terra tibi libatur et aucta recrescit. 260

Quod superest, umore nouo mare flumina fontes  
semper abundare et latices manare perennis  
nil opus est uerbis: magnus decursus aquarum  
undique declarat. sed primum quicquid aquai 265  
tollitur in summaque fit ut nil umor abundet,  
partim quod ualidi uerrentes aequora uenti  
diminuunt radiisque retexens aetherius sol,  
partim quod super per terras diditur omnis;  
percolatur enim uirus retroque remanat  
materies umoris et ad caput amibus omnis 270  
conuenit, inde super terras fluit agmine dulci  
qua uia seeta semel liquido pede delitit undas.

Aera nunc igitur diem qui corpore toto  
innumerabiliter prius mutatur in horas.  
semper enim, quodcumque fluit de rebus, id omne 275  
aeris in magnum fertur mare; qui nisi contra  
corpora retribuatur rebus reuertitur fluentis,  
omnia iam resoluta forent et in aera uersa.  
haut igitur cessat gigni de rebus et in res  
recidere, adsidue quoniam fluere omnia constat. 280

Largus item liquidi fons luminis, aetherius sol,  
inrigat adsidue caelum candore recenti  
suppeditatque nouo confestim lumine lumen.  
nam primum quicquid fulgoris disperit ei,  
quocumque accidit. id licet hinc cognoscere possis, 286  
quod simul ac primum nubes succedere soli  
coeperit et radios inter quasi rumpere lucis,  
extemplo inferior pars horum disperit omnis  
terraeque inuibratur qua nimbi cumque feruntur;

ut noscas splendore nouo res semper egere 290  
et primum iactum fulgoris quemque perire  
nec ratione alia res posse in sole uideri,  
perpetuo ni suppeditet lucis caput ipsum.

quin etiam nocturna tibi, terrestria quae sunt,  
lumina, pendentes lychini claraeque coruseis 295  
fulguribus pingues multa caligine taeclae  
consimili properant ratione, ardore ministro,  
suppeditare nouum lumen, tremere ignibus instant,  
instant, nec loca lux inter quasi rupta relinquit:  
usque adeo properanter ab omnibus ignibus ei 300  
exitium celeri celatur origine flammae.  
sic igitur solem lunam stellasque putandumst  
ex alio atque alio lucem iactare subortu  
et primum quicquid flammarum perdere semper;  
inuiolabilia haec ne crelas forte uigere. 305

Denique non lapides quoque uinci cernis ab aeuo,  
non altas turris ruere et putrescere saxa,  
non delubra deum simulaeque fessa fatisci,  
nec sanctum numen fati protollere finis  
posse neque aduersus naturae foedera niti? 310  
denique non monumenta mirum dilapsa uidemus  
quaerere pro porro sibi *sene* senescere creclas,  
non ruere anolsos silices a montibus altis  
nec ualidas aeui uires perferre patique  
finiti? neque enim eaderent uoluae repente, 315  
ex infinito quae tempore pertolerassent  
omnia tormenta aetatis priuata fragore.

Denique iam tuere hoc, circum supraque quod  
omnem  
continet amplexu terram: si procreat ex se

187 multa modis Lamb. (in ed. 1 et 2), *multimodis* codd. 191 *possent* Lach., codd. *possint*. 193 *meatus* Flor. 31 Mar., codd. *maestas*. 195 *si* add. Mar. al. 201 *auidi* p. M., *auidam* p. codd., *auid* Bern., *aliquam* Lach. 210-212 *dic* *ταίρων* esse censet Brieger. 227 *restet* *transire* Lactant. Nicc., *re et transirest* codd. 239 *codem* Gif., *eadem* codd. 241 *natiuo ac mortalibus* Lach., *natiuom m.* codd. 245 *item* Bentl., *idem* codd. 248 *me* mihi B, *memini* A. 251 *non nulla* codd. correcti, *non ulla* codd. 257 *alid* Lamb. in edd. 1, 2. 259 *eadem et* Brieger, *recte ut* uidetur. 282 *recenti* B ex corr. codd. correcti, *regenti* codd. 288 *disperit* B ex corr. Nicc., *disperis* codd. 291 et Mar. al., *ut* codd. 295 *lychini* M., codd. *lycini*, *lychni* uulg. Lach. 297 *properant* Mar. al., *proferant* codd. 300 *ab omnibus. obortis* Bruno. 301 *celeri celatur* Mar., *celeri celeratur* codd. 302 *putandumst* Lach., *putandum* codd. 312 *sene* M., *cumque* codd. *quae fore pr. uictumque s. cr.* Lach., *quare pr. s. cumque s. cr.* Bern. 318 *omnem* Mar. Junt., *omne* codd.

omnia, quod quidam memorant, recipitque perempta,  
totum natiuum mortali corpore constat. 321

nam quodecumque alias ex se res auget alitque,  
deminui debet, recreari, cum recipit res.

Praeterea si nulla fuit genitalis origo  
terrarum et caeli semperque aeterna fuere, 325  
cur supera bellum Thebanum et funera Troiae  
non alias alii quoque res cecinere poetae?

quo tot facta uirum totiens cecidere neque usquam  
aeternis famae monumentis insita florent?

uerum, ut opinor, habet nouitatem summa recensens  
naturast mundi neque pridem exordia cepit. 331

quare etiam quaedam nunc artes expoliuntur,  
nunc etiam augetur; nunc addita nauigiis sunt

multa, modo organici melicos peperere sonores.  
denique natura haec rerum ratioque repertast 335

nuper, et haec primus cum primis ipse repertus  
nunc ego sum in patrias qui possimi uertere uoces.

quod si forte fuisse antehac eadem omnia credis,  
sed perisse hominum torrenti saecula uapore,

aut ex imbribus adsidiuis exisse rapaces 340  
per terras amnes atque oppida cooperuisse,  
tanto quique magis uictus fateare necessesit

exitium quoque terrarum caelique futurum.  
nam cum res tantis morbis tantisque periclis 345

temptarentur, ibi si tristior incubuisset  
causa, darent late cladem magnasque ruinas.

nec ratione alia mortales esse uidemur,  
inter nos nisi quod morbis aegrescimus isdem

atque illi quos a uita natura remouit. 350

Praeterea quaecumque manent aeterna necessust  
aut, quia sunt solido cum corpore, respuere ictus

nec penetrare pati sibi quicquam quod queat artas  
dissociare intus partis, ut materialia

corpora sunt quorum naturam ostendimus ante, 355  
aut ideo durare aetatem posse per omnem,  
plagarum quia sunt expertia, sicut inane est

quod manet intactum neque ab ictu fungitur hillum,  
aut etiam quia nulla loci fit copia circum,

quo quasi res possint discedere dissoluique, 360  
sicut summarum summa est aeterna neque extra  
qui locus est quo dissiliant neque corpora sunt quae

possint incidere et ualida dissoluere plaga.  
at neque, uti docui, solido cum corpore mundi

naturast, quoniam admixtumst in rebus inane, 365  
nec tamen est ut inane, neque autem corpora desunt,  
ex infinito quae possint forte coorta

cornuere hanc rerum uolento turbine summam  
aut aliam quamuis cladem importare pericli,

nec porro natura loci spatiumque profundi 370  
deficit, exspargi quo possint moenia mundi,  
aut alia quamuis possunt ut pulsa perire.

haut igitur leti praeclusa est inaua caelo  
nec soli terraeque neque altis aequoris undis,

sed patet immani et uasto respectat hiatu. 375  
quare etiam natua necessumst confiteare  
haec eadem; neque enim, mortali corpore quae sunt

ex infinito iam tempore adhuc potuissent  
immensi ualidas aeni continere uires.

Denique tantopere inter se cum maxima mundi 380  
pugnent membra, pio nequaquam concita bello,  
nonne uides aliquam longi certaminis ollis

posse dari finem? uel cum sol et uapor omnis  
omnibus epotis umoribus exsuperarint: 384

quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur:

tantum suppeditant amnes ultraque minantur  
omnia diluuiare ex alto gurgite ponti,

nequiquam, quoniam uerrentes aequora uenti  
deminuunt radiisque retexens aetherius sol,

et siccare prius confidunt omnia posse 390  
quam liquor inepti possit contingere finem.

tantum spirantes aequo certamine bellum  
magnis inter se de rebus cernere certant,

cum semel interea fuerit superantur ignis  
et semel, ut fama est, umor regnarit in aruis. 395

ignis enim superat et lambens multa perussit,  
aui cum Phaethonta rapax uis solis equorum

aethere raptauit toto terrasque per omnis.  
at pater omnipotens ira tum percitus acri

magnanimum Phaethonta repenti fulminis ictu  
deturbauit equis in terram, solque cadenti 401

obuius aeternaum suscepit lampada mundi  
disiectosque redegit equos iunxitque trementis,

inde suum per iter recreauit cuncta gubernans,  
scilicet ut ueteres Graium cecineret poetae. 405

quod procul a uera nimis est ratione repulsum.  
ignis enim superare potest ubi materialia

ex infinito sunt corpora plura coorta;  
inde cadunt uires aliqua ratione reuictae,

aut pereunt res exustae torrentibus auris. 410  
umor item quondam coepit superare coortus,  
ut fama est, hominum multas quando obruit urbis.

inde ubi uis aliqua ratione a uersa recessit,  
ex infinito fuerat quaecumque coorta,

constiterunt imbres et flumina uim minuerunt.

Sed quibus ille modis coniectus materialia 416  
fundarit terram et caelum pontique profunda,  
solis lunae cursus, ex ordine ponam.

nam certe neque consilio primordia rerum  
ordine se suo quaeque sagaci mente locarunt 420

ne quos quaeque darent motus pepigere profecto,  
sed quia multa modis multis primordia rerum

ex infinito iam tempore pericita plagis  
ponderibusque suis consuerunt concita ferri 424

omnimodisque coire atque omnia pertemptare,  
quaecumque inter se possent congressa creare,

propterea fit uti magnum uulgata per aeuum  
omne genus coetus et motus experiundo

tandem conueniant ea quae coniecta repente  
magnarum rerum fiunt exordia saepe, 430

terrai maris et caeli generisque animantum.

Hic neque tum solis rota cerni lumine largo  
altiuolans poterat nec magni sidera mundi

nec mare nec caelum nec demique terra neque aer  
nec similis nostris rebus res ulla uideri, 435

sed noua tempestas quaedam molesque coorta  
440 omne genus de principiis, discordia quorum  
interualla uias conexus pondera plagas

concursum motus turbabat proelia miscens,  
propter dissimilis formas uariasque figuras 440

quod non omnia sic poterant coniuncta manere  
nec motus inter sese dare conuenientis.

445 diffugere inde loci partes coepere paresque  
cum paribus iungi res et discludere mundum

membraque diuidere et magnas disponere partes,  
446 hoc est, a terris altum secernere caelum 446

et sorsum mare uti secreto umore pateret,  
seorsum item puri secretique aetheris ignes.

Quippe etenim primuni terrai corpora quaeque,  
propterea quod erant grauia et perplexa, coibant

in medio atque imas capiebant omnia sedes; 451

321 natiuo ac Bern. 331 naturast mundi Ald., n. mundist codd. 339 periisse Flor. 31, perisse codd. 342 atque oppida codd. correcti, at codd. 349 isdem Pius in adn., idem codd. Lach. inter nos cum sequentibus iunxit Lach. 359 fit Lach., codd. sit. 367 coorta Mar. al., coperta codd. 375 immane Bruno, recte ut uidetur. 382 certaminis ollis codd. correcti, certamini solis codd. 385 patrarunt Goebel, recte ut uidetur. 393 inter se add. post magnis Lach., post de rebus codd. correcti uulg. 396 superat (h. e. superauit) et lambens Lach., codd. superauit et ambens (B ex corr. lambens). 399 tum codd. correcti, cum codd. 405 Graium codd. correcti, gratum codd. 409, 410 inter se transposuit Lach. idem pro aut pereunt legit et p. 412 urbis Pont. Junt., undis codd. 428 omne genus Lach., omnigenus codd. 429 conuicta Lach., codd. conuicta. 430 fiunt codd. correcti, fluunt codd. saepe, semper Lach. 432 largo. claro Macro. 433 altiuolans Macrob. Sat. VI 2 23, codd. alte uolans. 437-442 (440-445) hos uersus ita disposuit Lach., duce Reisacker. 437 omne genus de Lach., omnigenus e B, omnigenis e A Nicc. uulg. 446 altum magnum Macrob. 447 umore Macrob. B ex corr. al., umor codd.



quae quanto magis inter se perplexa coibant,  
 tam magis expressere ea quae mare sidera solem  
 lunamque efficerent et magni moenia mundi.  
 omnia enim magis haec e lenibus atque rutundis 455  
 seminibus multoque minoribus sunt elementis  
 quam tellus. ideo, per rara foramina, terrae  
 partibus erumpens primus se sustulit aether  
 ignifer et multos secum leuis abstulit ignis,  
 non alia longe ratione ac saepe videmus, 460  
 aurea cum primum gemmantis rore per herbas  
 matutina rubent radiati lumina solis  
 exhalantque lacus nebulam fluuique perennes,  
 ipsaque ut interdum tellus fumare videtur;  
 omnia quae sursum cum conciliantur, in alto 465  
 corpore concreto subtextunt nubila caelum.  
 sic igitur tum se leuis ac diffusilis aether  
 corpore concreto circumdatus undique *flexit*  
 et late diffusus in omnis undique partis  
 omnia sic auido complexu cetera saepsit. 470  
 hunc exordia sunt solis lunaeque secuta,  
 intertrusque globi quorum uertuntur in auris;  
 quae neque terra sibi adsciuit nec maximus aether,  
 quod neque tam fuerunt grauius ut depressa sederent,  
 nec leuia ut possent per summias labier oras, 475  
 et tamen intertrusque ita sunt ut corpora niua  
 uersent et partes ut mundi totius extent;  
 quod genus in nobis quaedam licet in statione  
 membra manere, tamen cum sint ea quae moueantur,  
 his igitur rebns retractis terra repente, 480  
 maxima qua nunc se ponti plaga caerulea tendit,  
 succidit et salso suffudit gurgite fossas,  
 inque dies quanto circum magis aetheris aestus  
 et radii solis egebant undique terram  
 uerberibus crebris extrema ad limina *in artum*, 485  
 in medio ut propulsa suo condensata coiret,  
 tam magis expressus salsus de corpore sudor  
 agebat mare manando camposque natantis,  
 et tanto magis illa foras elapsa uolabant  
 corpora multa uaporis et aeris altae caeli 490  
 densebant procul a terris fulgentia templa.  
 sidebant campi, cresebant montibus altis  
 ascensus; neque enim poterant subsidere saxa  
 nec pariter tantundem omnes succumbere partis.  
 Sic igitur terrae concreto corpore pondus 495  
 constitit atque omnis mundi quasi limus in imum  
 confluxit grauis et subsedit funditus ut faex;  
 inde mare inde aer inde aether ignifer ipse  
 corporibus liquidis sunt omnia pura relecta,  
 et leuiores alia, et liquidissimus aether 500  
 atque leuissimus aeris super inluit auras,  
 nec liquidum corpus turbantibus aeris auris  
 commiscet; sinit haec uolentis omnia uerti  
 turbinibus, sinit incertis turbare procellis,  
 ipse suos ignis certo fert impete labens. 505  
 nam modice fluere atque nullo posse aethera uisu  
 significat Pontos, mare certo quod fluit aestu  
 unum labendi conseruans usque tenorem.  
 (Motibus astrorum nunc quae sit causa euanas.  
 principio magnus caeli si uortitur orbis, 510  
 ex utraque polum parti premere aera nobis  
 dicendum est extraque tenere et claudere utrimque;  
 inde alium supra fluere atque intendere eodem  
 quo uoluenda micant aeterni sidera mundi; 514

aut alium supter, contra qui subuehat orbem,  
 ut fluuios uersare rotas atque haustra uidemus.  
 est etiam quoque uti possit caelum omne manere  
 in statione, tamen cum lucida signa ferantur;  
 siue quod inclusi rapidi sunt aetheris aestus 519  
 quaerentesque uiam circum uersantur et ignes  
 passim per caeli uolunt Summania templa;  
 siue aliunde fluens aliunde extrinsecus aer  
 uersat ageus ignis; siue ipsi serpere possunt  
 quo cuiusque cibus uocat atque inuitat euntis,  
 flammae per caelum pascentis corpora passim. 525  
 nam quid in hoc mundo sit eorum ponere certum  
 difficile est; sed quid possit fiatque per omne  
 in uariis mundis uaria ratione creatis,  
 id doceo plurisque sequor disponere causas, 529  
 motibus astrorum quae possint esse per omne;  
 e quibus una tamen sit in hoc quoque causa ne-  
 cessesest  
 quae uegeat motum signis; sed quae sit earum  
 praecipere hautquaquam pedetentim progre-  
 dientis.)

Terraque ut in media mundi regione quiescat,  
 euanescere paulatim et descescere pondus 535  
 conuenit, atque aliam naturam super habere  
 ex ineunte aeuo coniunctam atque uniter aptam  
 partibus aeris mundi quibus insita inuit.  
 propterea non est oneri neque deprimit auras;  
 ut sua cuique homini nullo sunt pondere membra  
 nec caput est oneri collo nec denique totum 541  
 corporis in pedibus pondus sentimus inesse;  
 at quaecumque foris ueniunt in postaque nobis  
 pondera sunt laedunt, permulto saepe minora.  
 usque adeo magni refert quid quaeque obeat res,  
 sic igitur tellus non est aliena repente 546  
 allata atque auris aliunde obiecta alienis,  
 sed pariter prima concepta ab origine mundi  
 certaque pars eius, quasi nobis membra uidentur.  
 praeterea grandi tonitru concussa repente, 550  
 terra supra quae se sunt concutit omnia motu:  
 quod facere haut ulla posset ratione, nisi esset  
 partibus aeris mundi caeloque reuincta.  
 nam communibus inter se radicibus haerent  
 ex ineunte aeuo coniuncta atque uniter apta. 555  
 nonne uides etiam quam magno pondere nobis  
 sustineat corpus tenuissima uis animi  
 propterea quia tam coniuncta atque uniter apta  
 est?  
 denique iam saltu pernici tollere corpus  
 quid potis est nisi uis animi quae membra guber-  
 nat? 560  
 ianue uides quantum tenuis natura ualere  
 possit, ubi est coniuncta graui cum corpore, ut aer  
 coniunctus terris et nobis est animi uis?  
 Nec nimio solis maior rota nec minor ardor 564  
 esse potest, nostris quam sensibus esse uidetur.  
 nam quibus e spatii eumque ignes lumina pos-  
 sunt  
 adicere et calidum membris adflare uaporem,  
 nil illa his interuallis de corpore libant  
 flammarum, nil ad speciem est contractior ignis.  
 proinde, calor quomiam solis lumenque profu-  
 sum 570  
 570 perueniunt nostros ad sensus et loca mulcent,

458 *se Nicc.*, et codd. 460, 463 *uidentur*—*exalare* Lach. 466 *nubibu'* Bruno. 468 *flexit* Lach., *saepsit* codd. 472, 476 *intertrusque* Lach. 482 *salso suffudit* A ex corr., *salsos offudit* codd. 484 *radii B*, *radis A* Nicc. codd. correcti. 485 *ad l. in artum M.*, *ad l. partem* codd., *extrema a limini' parte* Lach. haec cum seqq. coniungens. 491 *densebant* Lamb., *deusabant* codd. 503 *commiscet* Nauger., *commisci* codd. *haec. hic* Bentl. Lach. 507 *Pontos, mare* Lach., *ponto mare* codd. 513-516 hic multa nouat Lach., 513 *deorsum* pro *codem* et 515 *hinc* pro *ant* lecto et u. 514 post 516 collocaet. 515 *qui* Mar. Nauger., *quis* codd. 518 *lucida* correctorum codd. unus uet. edd., *lucis* codd. 521 *summania*, *innmania* Creech in adn. Lach. 524 *uentis* Lach. 530 *omne B* ex corr. al., *omnem* codd. 531 *s. in hoc q. causa M.*, *s. et haec q. c.* codd., *sic haec* Lach., *sic hic* Bern. 532 *uegeat* Gif., *uigeat* codd. 536 *subter* Flor. 31 Mar. Junt., *super* codd. 538 *creuit* Lach. 545 *quid qu. obeat res M.*, *quid quaeque quaeat res* codd., *q. q. aucaat r.* Lach., *uehat* Gronov., *sucut* Polle. 555, 558 *uniter apta* Pont. Junt., *u. aucta* codd. 559 *pernici* uet. edd., *pernicie* codd. 560 *quid* Lamb. Faber., *quis* codd. *animi* Lach. sic etiam u. 563. 563 *coniunctus* codd. correcti, *coniuncta* codd. 567 *adicere* Lamb., *adlicere* codd. 568 *nil illa his i.* Bern., *nil nisi i.* codd., *nil ea in his i.* Lach. *libant* Mar. Junt., *librant* codd. 570 (573) hic rettulit Mar. al. 571 *mulcent* Lach., *fulgent* codd.

forma quoque hinc solis debet filumque uideri,  
 572 nil adeo ut possis plus aut minus addere, uere.  
 575 lunaque sine notho fertur loca lumine lustrans  
 siue suam proprio iactat de corpore lucem, 576  
 quidquid id est, nilo fertur maiore figura  
 quam, nostris oculis qua cernimus, esse uidetur.  
 nam prius omnia, quae longe semota tuemur  
 aera per multum, specie confusa uidentur 580  
 quam *minui* filum. quapropter luna necesse est,  
 quandoquidem claram speciem certamque figu-  
 ram  
 praebet, ut est oris extremis cumque notata  
 quantaque quantast hinc nobis uideatur in alto.  
 postremo quoscumque uides hinc aetheris ignes;  
 quandoquidem quoscumque in terris cernimus  
 ignes, 586  
 dum tremor est clarus, dum cernitur ardoreorum,  
 preparum quiddam interdum mutare uidetur  
 alteram utram in partem filum, quo longius ab-  
 sunt;  
 594 scire licet perquam pauxillo posse minores 590  
 esse uel exigua maioris parte breuique.  
 590 Illud item non est mirandum, qua ratione  
 tantulus ille queat tantum sol mittere lumen,  
 quod maria ac terras omnis caelumque rigando  
 compleat et calido perfundat cuncta uapore. 595  
 597 nam licet hinc mundi patefactum totius unum  
 largifluum fontem scatere atque erumpere lumen,  
 ex omni mundo quia sic elementa uaporis  
 undique conueniunt et sic coniectis eorum 600  
 confluit, ex uno capite hic ut profuatur ardor.  
 nonne uides etiam quam late paruus aquai  
 prata riget fons interdum campisque redundet?  
 est etiam quoque uti non magno solis ab igni  
 aera percipiat calidis feruoribus ardor, 605  
 opportunus ita est si forte et idoneus aer,  
 ut queat accendi paruus arboribus ictus;  
 quod genus interdum segetes stipulamque uide-  
 mus  
 accedere ex una scintilla incendia passim.  
 forsitan et rosea sol alte lampade lucens 610  
 possideat multum caecis feruoribus ignem  
 circum se, nullo qui sit fulgore notatus,  
 aestifer ut tantum radiorum exaugeat ictum.  
 Nec ratio solis simplex et certa patescit,  
 quo pacto aestiuus e partibus aegocerotis 615  
 brumalis adeat flexus atque inde reuertens  
 cancri se ut uertat metas ad solstitialis,  
 lunaque mensibus id spatium uideatur obire,  
 annua sol in quo consumit tempora cursu.  
 non, inquam, simplex his rebus reddita causast.  
 nam fieri uel cum primis id posse uidetur, 621  
 Democriti quod saneta uiri sententia ponit,  
 quanto quaeque magis sint terram sidera propter,  
 tanto posse minus cum caeli turbine ferri.  
 euanescere enim rapidas illius et acris 625  
 imminui supter uiris, ideoque relinqui  
 paulatim solem cum posterioribus signis,  
 inferior multo quod sit quam feruida signa.  
 et magis hoc lunam: quanto demissior eius 629  
 cursus abest procul a caelo terrisque propinquat  
 tanto posse minus cum signis tendere cursum.  
 flaccidiore etenim quanto iam turbine fertur  
 inferior quam sol, tanto magis omnia signa  
 hanc adipiscuntur circum praeterque feruntur.

propterea fit ut haec ad signum quodque reuerti 635  
 mobilius uideatur, ad hanc quia signa reuisunt.  
 fit quoque ut e mundi transuersis partibus aer  
 alternis certo fluere alter tempore possit,  
 qui queat aestiuus solem detrudere signis  
 brumalis usque ad flexus gelidumque rigorem, 640  
 et qui reiciat gelidis a frigoribus umbris  
 aestiferas usque in partis et feruida signa.  
 et ratione pari lunam stellasque putandumst,  
 quae uolunt magnos in magnis orbibus annos,  
 aeribus posse alternis e partibus ire. 645  
 nonne uides etiam diuersis nubila uentis  
 diuersas ire in partis inferna supernis?  
 qui minus illa queant per magnos aetheris orbis  
 aestibus inter se diuersis sidera ferri?  
 At nox obruit ingenti caligine terras, 650  
 aut ubi de longo cursu sol ultima caeli  
 impulit atque suos efflauit languidus ignis  
 concussos itere et labefactos aere multo,  
 aut quia sub terras cursum conuertere cogit  
 uis eadem, supra quae terras pertulit orbem. 655  
 Tempore item certo roseam Matuta per oras  
 aetheris auroram differt et lumina pandit,  
 aut quia sol idem, sub terras ille reuertens,  
 anticipat caelum radiis accendere temptans,  
 aut quia conueniunt ignes et semina multa 660  
 confluere ardoris consuerunt tempore certo,  
 quae faciunt solis noua semper lumina gigni;  
 quod genus Idaeis fama est e montibus altis  
 dispersos ignis orienti lumine cerni,  
 inde coire globum quasi in unum et conficere orbem.  
 nec tamen illud in his rebus mirabile debet 666  
 esse, quod haec ignis tam certo tempore possunt  
 semina confluere et solis reparare nitorem.  
 multa uidemus enim, certo quae tempore fiunt  
 omnibus in rebus. florescunt tempore certo 670  
 arbusta et certo dimittunt tempore florem.  
 nec minus in certo dentes cadere imperat aetas  
 tempore et inpubem molli pubescere veste  
 et pariter mollem malis demittere barbam.  
 fulmina postremo nix imbres nubila uenti 675  
 non nimis incertis fiunt in partibus anni.  
 namque ubi sic fuerunt causarum exordia prima,  
 atque ita res mundi cecidere ab origine prima,  
 consequè quoque iam redeunt ex ordine noctes.  
 Crescere itemque dies licet et tabescere noctes, 680  
 et minui luces, cum sumant augmina noctes,  
 aut quia sol idem sub terras atque superne  
 imparibus currens amfractibus aetheris oras  
 partit et in partis non aequas diuidit orbem,  
 et quod ab alterutra detraxit parte, reponit 685  
 eius in aduersa tanto plus parte relatus,  
 donec ad id signum caeli peruenit, ubi anni  
 nodus nocturnas exaequat lucibus umbras.  
 nam, medio cursu flatus aquilonis et austru,  
 distinet aequato caelum discrimine metas 690  
 propter signiferi posituram totius orbis,  
 annua sol in quo concludit tempora serpens,  
 obliquo terras et caelum lumine lustrans,  
 ut ratio declarat eorum qui loca caeli  
 omnia dispositis signis ornata notarunt. 695  
 aut quia crassior est certis in partibus aer,  
 sub terris ideo tremulum iubar haesitat ignis  
 nec penetrare potest facile atque emergere ad ortus.  
 propterea noctes hiberno tempore longae

572 *filumque* Turneb. Lamb., *ilumque* codd. 574 = 571 (570). 581 *minui filum* Bentlei, *mi filum* codd. 584 *quantaque quantast hinc* Eichstädt, *quanto quoque q. h.* codd. 586 *ignes* add. Mar. al., *flammae* Lach. 587 *est* add. codd. correcti. 588 *uidetur* A codd. correcti, *uidentur* B. 589 *absunt* Lach., codd. *absit*. 590, 591 (594, 595) huc rettul. Mar. al. 596 = 594 excepto quod hic habent codd. *quanta quoque est tanta hinc*. 599 *uaporis* Lamb., *uapore* codd. 605 *percipiat* Nauger., codd. *percipitat*. 609 *accedere* A, *accidere* B, *accendere* A ex corr. codd. correcti. 610 *et*. Lach. e. 613 *aestifer ut tantum* codd. correcti, *aestiferi utantum* B, *utantur* A Nicc. 614 *simplex et certa* M., *simplex recta* codd., s. *rellata* Lach., s. *reclusa* Bern. 617 *cancri* sc Lach., *caneris* codd. 632 *etenim* Lach., *etiam* codd. 648 *illa* codd. correcti, *ille* codd. 651 *sol ultima* codd. correcti aliquot, *soluet ima* codd. 656 *Matuta* Pont. al., *matura* codd. 667 *possunt* Lach., *possit* codd. 675 *fulmina* Mar. al., *flumina* codd. 679 *consequè* quoque iam redeunt Lach., *consequae quoque iam rerum* codd. 689-93 in his uu. multa immutat Lach. in u. 690 *metans pro metas* legit ut ante Pont., 692 post 693 ponit, in 693 uult *obliqui* ut cum orbis iungatur. 692 *concludit* Lach., *contudit* codd.

essant, dum neniatur radiatum insigne diei. aut etiam, quia sic alternis partibus anni tardius et citius conserunt confluere ignes qui faciunt solem certa desurgere parte, propterea fit uti uideantur dicere uerum	700	tempore eodem alint nequeat succurrere lunae corpus uel supra solis perlabier orbem, quod radios interrumpat lumenque profusum? et tamen ipsa suo si fulget luna nitore, cur nequeat certa mundi languescere parte, dum loea luminibus propriis inimica per exit?	765		
Luna potest solis radiis percussa nitere inque dies magis id lumen conuertere nobis ad speciem, quantum solis secedit ab orbi, donique eum contra pleno bene lumine fulsit atque oriens obitus eius super edita uidit; inde minutatim retro quasi condere lumen debet item, quanto propius iam solis ad ignem labitur ex alia signorum parte per orbem; ut faciunt, lunam qui fingunt esse pilai consimilem eursusque uiam sub sole tenere. est etiam quare proprio eum lumine possit uoluer et uarias splendoris reddere formas. corpus enim licet esse aliud quod fertur et una labitur omnimodis eursans officiensque nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur. uersarique potest, globus ut, si forte, pilai dimidia ex parti candenti lumine tinetus, uersandoque globum uariantis edere formas, donique eam partem, quaeuincque est ignibus aueta, ad speciem uerit nobis oculosque patentis; inde minutatim retro contorquet et auert luciferam partem glomeraminis atque pilai; ut Babylonica Chaldaeum doctrina refutans astrologorum artem contra conuincere tendit, proinde quasi id fieri nequeat quod pugnat uterque ant minus hoc illo sit cur amplectier ausis. denique cur nequeat semper noua luna creari ordine formarum certo certisque figuris inque dies priuos aborisei quaeque creata atque alia illius reparari in parte locoque, difficilest ratione docere et uincere uerbis, ordine eum possint tam certo multa creari. it uer et Venus, et Veneris praenuntians ante pennatus graditur, Zephyri uestigia propter Flora quibus mater praespargens ante mai euneta coloribus egregiis et odoribus opplet. inde loci sequitur calor aridus et comes una puluerulenta Ceres et etesia flabra Aquilonum. inde autumnus adit, graditur simul Euhis Enan. inde aliae tempestates uentique secuntur, altitonans Voltumnus et Auster fulmine pollens, tandem bruma niues adfert pigrumque rigorem reddit: hiemps sequitur ereptans hanc dentibus algu. quo minus est mirum si certo tempore luna gignitur et certo deletur tempore rusus, eum fieri possint tam certo tempore multa.	705	Quod superest, quoniam magni per caerulea mundi qua fieri quicquid posset ratione resoluti, solis uti uarios cursus lunaeque meatus noscerere possemus quae uis et causa cieret, quoue modo possent effecto lumine obire et neque opinantis tenebris obduere terras, eum quasi coniuert et aperto lumine rursum omnia conuisunt clara loea candida luce, nunc redeo ad mundi nouitatem et mollia terrae arua, nouo fetu quid primum in luminis oras tollere et incertis ererit committere uentis.	770		
Solis item quoque defectus lunaeque latebras pluribus et causis fieri tibi posse putandumst. nam cur luna queat terram secludere solis lumine et a terris altum caput obstrnere ei, obsciens caecum radiis ardentibus orbem; tempore eodem aliud facere id non posse putetur corpus quod cassum labatur lumine semper? solque suos etiam dimittit languidus ignis tempore cur certo nequeat recreareque lumen, eum loea praeterit flammis infesta per auras, quae faciunt ignis interstingui atque perire? et cur terra queat lunam spoliare uicissim lumine et oppressum solem super ipsa tenere, menstrua dum rigidas conu perlabitur umbras;	710	Principio genus herbarum uiridemque nitorem terra dedit circum collis campisque per omnis, florida fulserunt uiridanti prata colore, arboribusque datumst uariis exinde per auras crescendi magnum inmissis certamen habentis. est etiam quare proprio eum lumine possit uoluer et uarias splendoris reddere formas. corpus enim licet esse aliud quod fertur et una labitur omnimodis eursans officiensque nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur. uersarique potest, globus ut, si forte, pilai dimidia ex parti candenti lumine tinetus, uersandoque globum uariantis edere formas, donique eam partem, quaeuincque est ignibus aueta, ad speciem uerit nobis oculosque patentis; inde minutatim retro contorquet et auert luciferam partem glomeraminis atque pilai; ut Babylonica Chaldaeum doctrina refutans astrologorum artem contra conuincere tendit, proinde quasi id fieri nequeat quod pugnat uterque ant minus hoc illo sit cur amplectier ausis. denique cur nequeat semper noua luna creari ordine formarum certo certisque figuris inque dies priuos aborisei quaeque creata atque alia illius reparari in parte locoque, difficilest ratione docere et uincere uerbis, ordine eum possint tam certo multa creari. it uer et Venus, et Veneris praenuntians ante pennatus graditur, Zephyri uestigia propter Flora quibus mater praespargens ante mai euneta coloribus egregiis et odoribus opplet. inde loci sequitur calor aridus et comes una puluerulenta Ceres et etesia flabra Aquilonum. inde autumnus adit, graditur simul Euhis Enan. inde aliae tempestates uentique secuntur, altitonans Voltumnus et Auster fulmine pollens, tandem bruma niues adfert pigrumque rigorem reddit: hiemps sequitur ereptans hanc dentibus algu. quo minus est mirum si certo tempore luna gignitur et certo deletur tempore rusus, eum fieri possint tam certo tempore multa.	715	nam neque de caelo eccidisse animalia possunt nec terrestria de salsis exisse lacunis. linquitur ut merito maternum nomen adepta terra sit, e terra quoniam sunt euneta creata. multaque nunc etiam existunt animalia terris imbribus et calido solis concreta uapore; quo minus est mirum si tum sunt plura coorta et maiora, noua tellure atque aethere adulta. principio genus alituum uariaeque uolueres oua reliquebant exclusae tempore uerno, folliculos ut nunc teretis aestate ciaeade lineunt sponte sua uictum uitamque petentes. tum tibi terra dedit primum mortalia saecula multus enim calor atque umor superabat in aruis. hoc ubi quaeque loci regio opportuna dabatur, crescebant uteri terram radiebus apti; quos ubi tempore maturo patefecerat aestus infantum fugiens umorem aurasque petensens, conuertebat tibi natura foramina terrae et succum uenis cogeat fundere apertis consimilem lactis, sicut nunc femina quaeque eum peperit, dulci repletur lacte, quod omnis impetus in mammas conuertitur ille alimenti. terra cibum pueris, uestem uapor, herba cubile praebet multa et molli lanugine abundans. at nonitas mundi nec frigora dura ciebat nec nimios aestus nec magnis uiribus auras. omnia enim pariter crescent et roborantur.	780
Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta terra tenet merito, quoniam genus ipsa creauit humanum atque animal prope certo tempore fudit omne quod in magnis bacchatur montibus passim, aerisque simul uolueres uariantibus formis; sed quia finem aliquam pariendi debet habere, destitit, ut mulier spatio defessa uetusto. mutat enim mundi naturam totius aetas ex alioque alius status excipere omnia debet, nec manet ulla sui similis res: omnia migrant omnia commutat natura et uertere cogit.	720	Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta terra tenet merito, quoniam genus ipsa creauit humanum atque animal prope certo tempore fudit omne quod in magnis bacchatur montibus passim, aerisque simul uolueres uariantibus formis; sed quia finem aliquam pariendi debet habere, destitit, ut mulier spatio defessa uetusto. mutat enim mundi naturam totius aetas ex alioque alius status excipere omnia debet, nec manet ulla sui similis res: omnia migrant omnia commutat natura et uertere cogit.	785		
	725		800		
	730		810		
	735		815		
	740		820		
	745		825		
	750		830		

700 diei Nicc., codd. diei. 704 unius uersus lacunam indicauit M., Lach. 704 cum 703 coniungit. 705 percussa codd. correcti, percussa codd. 706 id addidit Lach. 711 iam Mar. al., tam codd. 720 ut sit forte Lach. 727 Babylonica Flor. 31 Pont., Babylonica codd. Chaldaeum Avanc., Chaldaeum A B. 733 aborisei. abolisci A B. 736 possint add. Lach., uideas codd. correcti. 737 ueris Pont. Bentl. Wak. Lach. 738 Zephyrus Pont. al. Lach. 742 puluerulenta Pont. al., puluerulenta codd. et add. Mar. al. 747 reddidit codd. correcti, reddidit codd., Lach. prodit hiemps Lach. hanc B, ac A. alij Bergk., alij codd., alij Lach. 750 fieri Mar. al., fieri codd. 753 solis Lamb., possis codd. 761 perire Mar. al., periri codd. 768 fulgit Lamb. Lach. 771 = 764. 776 possent add. Brix. 782 tollere et Pont. al., tollerect codd. ererint Orelli, Madv., Lach., credunt codd. 800 maiora Pont. al., maiore codd. 805 passim Lach. 809 aestus Lach., aestas codd. 812 et codd. correcti, ut codd. 823 animal Mar. al., anima codd. 824 magnis codd. correcti, magni codd. 825 aerisque Mar. al., acriaque codd.

namque aliut putrescit et aevo debile languet,  
porro aliut *clarescit* et *e* contemptibus exit.  
sic igitur mundi naturam totius aetas  
mutat et ex alio terram status excipit alter : 835  
quod potuit nequit, ut possit quod non tulit ante.

    Multaque tum tellus etiam portenta creare  
conatasc mira facie membrisque coorta,  
androgynum, interutrasque nec utrum, utrimque  
remotum,

orba pedum partim, manuum uiduata uicissim, 840  
muta sine ore etiam, sine uultu caeca reperta,  
uinetaque membrorum per totum corpus adhaesu,  
nec facere ut possent quicquam nec cedere quoquam  
nec uitare malum nec sumere quod foret usus.

cetera de genere hoc monstra ac portenta creabat, 845  
nequiquam, quoniam natura absterruit auctum  
nec potuere cupitum aetatis tangere florem  
nec reperire cibum nec iungi per Veneris res.

multa uidemus enim rebus concurrere debere,  
ut propagando possint procedere saecula ; 850  
pabula primum ut sint, genitalia deinde per artus  
semina qua possint membris manare remissis ;  
feminaque ut maribus coniungi possit, habere  
mutua qui mutant inter se gaudia uterque.

    Multaque tum interiisse animantium saecula ne-  
cessesest 855

nec potuisse propagando procedere prolem.  
nam quaecumque uides uesci uitalibus auris,  
aut dolus aut uirtus aut denique mobilitas est  
ex ineunte aevo genus id *tutata* reseruans.

multaque sunt, nobis ex utilitate sua quae 860  
commendata manent, tutelae tradita nostrae.  
principio genus aere leonum saeculae saecula  
*tutatast* uirtus, uolpes dolus et fuga ceruus.

at leuisomna canum fido cum pectore corda  
et genus omne quod est ueterino semine partum 865  
lanigeraeque simul pecudes et bucera saecula  
omnia sunt hominum tutelae tradita, Memmi.

nam cupide fugere feras pacemque secuta  
sunt et larga suo sine pabula parta labore,  
quae damus utilitatis eorum praemia causa. 870  
at quis nil horum tribuit natura, nec ipsa  
sponte sua possent ut uiuere nec dare nobis  
utilitatem aliquam quare pateremur eorum  
praesidio nostro pasci genus esseque tutum,

scilicet haec aliis praedae luroque iacebant 875  
indupedita suis fatalibus omnia uinculis,  
donec ad interitum genus id natura redegit.

Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in ullo  
esse queunt duplici natura et corpore bino 880  
ex alienigenis membris compacta, potestas  
hinc illinc *uisque* ut non sat par esse potissit.  
id licet hinc quamuis hebeti cognoscere corde.  
principio circum tribus actis impiger annis  
florete *ecus*, p̄ter hautquaquam ; nam saepe etiam  
nunc

ubera mammamarum in somnis lactantia quaeret. 885  
post ubi *ecum* ualidae uires aetate senecta  
membraque deficiunt fugienti languida uita,  
tum demum puero illi aevo florente iuuentas  
occipit et molli uestit lanugine malas.

ne forte ex homine et ueterino semine equorum 890

confieri credas Centauros posse neque esse,  
aut rabidis canibus succinctas semimarinis  
corporibus Scyllas et cetera de genere horum,  
inter se quorum discordia membra uidemus ; 894  
quae neque florescunt pariter nec robora sumunt  
corporibus neque prociunt aetate senecta

nec simili Venere ardescent nec moribus unis  
conueniunt, neque sunt eadem iucunda per artus  
quippe uidere licet pinguescere saepe cicuta 899  
barbigeras pecudes, homini quae est aere uenenum.

flamma quidem *uero* cum corpora fulua leonum  
tam soleat torrere atque urere quam genus omne  
uisceris in terris quodeumque et sanguinis extet,  
qui fieri potuit, triplici cum corpore ut una,  
prima leo, postrema draco, media ipsa, Chimaera  
ore foras acrem flaret de corpore flammam ? 906  
quare etiam tellure noua caeloque recenti  
talia qui fingit potuisse animalia gigni,

nixus in hoc uno nouitatis nomine inani,  
multa licet simili ratione effutiat ore, 910  
aurea tum dicat per terras flumina uulgo  
fluxisse et gemmis florere arbusta suesse  
aut hominem tanto membrorum esse impete natum,  
trans maria alta pedum nixus ut ponere posset  
et manibus totum circum se uertere caelum. 915  
nam quod multa fuere in terris semina rerum  
tempore quo primum tellus animalia fudit,  
nil tamen est signi mixtas potuisse creari  
inter se pecudes compactaque membra animantium,  
propterea quia quae de terris nunc quoque abundant  
herbarum genera ac fruges arbustaque laeta 921  
non tamen inter se possunt complexa creari,  
sed res quaeque suo ritu procedit et omnes  
foedere naturae certo discrimina seruant.

At genus humanum multo fuit illud in armis 925  
durius, ut decuit, tellus quod dura creasset,  
et maioribus et solidis magis ossibus intus  
fundatum, ualidis aptum per uiscera neruis,  
nec facile ex aestu nec frigore quod caperetur  
nec nouitate cibi nec labi corporis ulla. 930  
multaque per caelum solis uoluentia lustra  
uolguago uitam tractabant more ferarum.  
nec robustus erat curui moderator aratri  
quisquam, nec scibat ferro molirier arua  
nec noua defodere in terram uirgulta neque altis 935  
arboribus ueteres decidere falcibu' ramos.

quod sol atque imbres dederant, quod terra crearat  
sponte sua, satis id placabant pectora donum.  
glandiferas inter curabant corpora quercus  
plerumque ; et quae nunc hiberno tempore cernis  
arbita puniceo fieri natura colore, 941  
plurima tum tellus etiam maiora ferebat.  
multaque praeterea nouitas tum florida mundi  
pabula dura tulit, miseris mortalibus ampla.

at sedare sitim fluuii fontesque uocabant, 945  
ut nunc montibus et magnis decursus aquai  
claru' citat late sitientia saecula ferarum.  
denique nota uagi siluestria templa tenebant  
nympharum, quibus et scibant umori' fluenta  
lubrica proluuie larga lauere umida saxa, 950  
umida saxa, super uiridi stillantia musco,  
et partim plano scatere atque erumpere campo.

833 *clarescit* Lach., *crecscit* codd. *e* add. Mar. al. 836 *q. potuit nequit ut M., q. potuit nequeat* codd., *potē uti nequeat* Lach. 838 *facie* Flor. 31 Brix., *facit* codd. 839 *androgynum, interutraq; nec utrum, utrimque remotum* Lach., *androgynem inter utras nec utramque utrumque remotum* codd. 841 *muta* Nauger., *muta* codd. 844 *foret usus* Lamb. ut IV 831, *uolet usus* codd. 852 *remissa* Lach. 853 *c. possit auere* Lach. 854 *mutua q. mutant* Bern., *mutua q. metuent* codd., *mutuaque insinuent* Lach. 859 *tutata* uett. edd., *tuta* codd. 863 *et fuga* B, *ut fuga* A Nicc. 865 *ueterino* Non. uett. edd., *ueteri* non codd. 868 *secuta* Lamb., *secutae* codd. 871 *nil* Pont. al., *ni* A, *in* B. 880, 881 *potestas h. i. uisusq; ut non sat par esse potissit* M., codd. *potestas h. i. par uis ut non sat* (B, *sit* A) *pars esse p.*, Lach. *p. h. i. partis ut si par e. p.* 884 *hautquaquam* Nicc., *hautquamquam* codd. 885 *lactantia* codd. *correcti, lactantia* codd. 888 *puero illi* M., *puerili* codd., *pueris* Lach. 889 *occipit* Mar. al., *officit* codd. 892 *rabidis* Heins. in notis manu ser., *rapidis* codd. 896 *prociunt* post Turnebum Lamb., *prociunt* codd. 901 *uero* add. Ald. 1 Junt., *denique f. q.* Lach. 904 *ut una* Brix. al., *ut unam* codd. 906 *foras* Nauger., *feras* codd. 914 *ponere* B ex corr., *pondere* codd. 923 *sed res quaeque* M., *sed si q.* codd., *sed uis q.* Lach. 925 *at* Lach., *et* codd. 934 *molirier* Brix., *mollerier* codd. 944 *dura* Vat. 3276 Nauger., *dura* codd. 947 *claru' citat late* Forbiger, *claricitati a te* codd., *clarigitat late* Lach. 948 *nota uagi* s. Lach., *n. uagis* s. codd. 949 *quibus scibant* A B Nicc. cett., *unde e scibant* Lach. *umori'* Bentl., *umore* codd.

necum res igni seibant tractare neque uti  
pellibus et spoliis corpus uestire ferarum, 954  
sed nemora atque caeuos montis siluasque colebant  
et fructes inter eondebant squalida membra  
uerbera uentorum uitare inbrisque coacti.  
nec commune bonum poterant spectare neque  
ullis  
moribus inter se scibant nec legibus uti. 959  
quod cuique obtulerat praedae fortuna, ferebat  
sponte sua sibi quisque ualere et uiuere doctus.  
et Venus in siluis iungebat corpora amantum;  
conciabat enim uel mutua quamque epido  
uel uiolenta uiri uis atque impensa libido  
uel pretium, glandes atque arbita uel pira lecta.  
et manum mira freti uirtute pedumque 966  
consectabantur siluestria saecla ferarum  
missilibus saxis et magno pondere clauae;  
975 multaque uineebant, uitabant pauca labebris;  
968 saetigerisque pares subu' sic siluestria membra  
nuda dabant terrae nocturno tempore capti, 971  
circum se foliis ac frondibus inuolutes.  
nec plangore diem magno solemque per agros  
quaerebant pauidi palantes noctis in umbris,  
sed taciti respectabant somnoque sepulti, 975  
974 dum rosea face sol inferret lumina caelo.  
976 a parnis quod enim consueant cernere semper  
alterno tenebras et lucem tempore gigni,  
non erat ut fieri posset mirariet unquam  
nec dilidire ne terras aeterna teneret 980  
nox in perpetuum detracto lumine solis.  
sed magis illud erat eurae, quod saecla ferarum  
infestam miseris faciebant saepe quietem.  
eiectique domo fugiebant saxea tecta  
spumigeri suis aduentu naldique leonum 985  
atque intempesta eedebant nocte paentes  
hospitibus saeuis instrata cubilia fronde.  
Nec nimio tum plus quam nunc mortalia saecla  
dulcia linquebant labentis lumina nitae. 989  
unus enim tum quisque magis depressus eorum  
pabula uiua feris praebelat, dentibus haustus,  
et nemora ac montis gemitu siluasque replebat  
uiua uidens uiuo sepeliri uiscera busto.  
at quos effugium seruarat corpore adeso,  
posterior tremulas super ulcera taetra tenentes  
palmis horrifera accibant uocibus Oreum, 996  
doneque eos uita priuarant uernina saeuia  
expertis opis, ignaros quid uulnera uellent.  
at non multa mirum sub signis milia ducta  
uia dies dabat exitio nec turbida ponti 1000  
aequora fligebant nauis ad saxa uirosque.  
hic temere incassum frustra mare saepe coortum  
saeuibat leuiterque minas ponebat inanis,  
nec poterat quemquam placidi pellacia ponti  
subdola pellere in fraudem ridentibus undis,  
improba naucleri ratio cum caeca iacebat. 1006  
tum penuria deinde cibi languentia leto  
membra dabat, contra nunc rerum copia mersat.  
illi imprudentes ipsi sibi saepe nenenum  
uergebat, nuri nunc dant solertius ipsi. 1010

Iude casas postquam ac pellis ignemque pararunt,  
et mulier conuincta uiro concessit in unum

cognita sunt, prolemque ex se uidere creatam,  
tum genus humanum primum mollescere coepit.  
ignis enim curauit ut alia corpora frigus 1015  
non ita iam possent caeli sub tegmine ferre,  
et Venus imminuit uiris puerique parentum  
blanditiis facile ingenium fregere superbum.  
tunc et amicitium coeperunt iungere auentes  
finitimum inter se nec laedere nec uiolari. 1020  
et pueros commendarunt muliebrique saeculum.  
uocibus et gestu cum balbe significarent  
imbecillorum esse aecum misereriet omnis.  
nec tamen omnimodis poterat concordia gigni,  
sed bona magnaue pars seruabat foedera caeste; 1025  
aut genus humanum iam tum foret omne percipitum  
nec potuisset adhuc perducere saecla propago.

At uarios linguae sonitus natura subegit  
mittere et utilitas expressit nomina rerum,  
non alia longe ratione atque ipsa uidetur 1030  
protrahere ad gestum pueros infantia linguae,  
cum facit ut digito quae sint praesentia monstrant.  
sentit enim uim quisque suam quoad possit abuti.  
cornua nata prius uitulo quam frontibus extent,  
illis iratus petat atque infestus inurget. 1035  
at catuli pantherarum iestumque leonum  
unguibus ac pedibus iam tum morsuque repugnant,  
nix etiam cum sunt dentes unguesque creati.  
alittum porro genus alis omne uidentem  
fidere et a pinnis tremulum petere auxiliatum. 1040  
proinde putare aliquem tum nomina distribuisse  
rebus et inde homines didicisse uocabula prima,  
desiperest. nam cur hic posset cuncta notare  
uocibus et uarios sonitus emittere linguae,  
tempore eodem alii facere id non quisque putentur?  
praeterea si non alii quoque uocibus usi 1046  
inter se fuerant, unde insita notities est  
utilitatis et unde data est huic prima potestas,  
quid nellet facere ut sciret animoque uideret?  
cogere item pluris unus uictosque domare 1050  
non poterat, rerum ut perdiscere nomina uellent.  
nec ratione docere nlla suadere surdis,  
quid sit opus faeto, facilest; neque enim patereunt  
nec ratione nlla sibi ferrent amplius auris  
uocis inauditos sonitus obtundere frustra. 1055  
postremo quid in hac mirabile tantoperest re,  
si genus humanum, cui nox et lingua uigeret,  
pro uario sensu naria res uoce notaret?  
cum pecudes mutae, cum denique saecla ferarum  
dissimilis solent uoces uariasque ciere, 1060  
cum metus aut dolor est et cum iam gaudia gliscunt.  
quippe etenim licet id rebus cognoscere apertis.  
irritata eorum cum primum magna Molossum  
mollia rieta fremunt duros nudantia dentes,  
longe alio sonitu rabie restricta minantur, 1065  
et eum iam latrant et uocibus omnia complent.  
et catulos blande eum lingua lambere temptant  
aut ubi eos iactant pedibus morsuque petentes

962 iungebat Nicc., iugebat codd. 968 (975) hic rettulit Nauger. 970 subu' sic M. collatis VI 974 977, sibus codd. quod tuetur L. Mueller laudato Varronis loco Eum. 22. Lach. multa immutat, nihil explicat. 971 nuda dabant Lamb., nudabant codd. 976 rosea Flor. 31 al., rotca codd. 979 possent Madv. 984 eiectique codd. corr., electique B, et lectique A Nicc. 985 ualidiue Lach. 989 labentis Muret., lamentis codd. 993 uiuo codd. correcti, uiuo codd. 995 ulcera codd. correcti, uicera A B, uiscera A ex corr. Nicc. 997 doneque Is. Voss., denique codd. 1001 fligebant Lach., lidabant codd. 1002 hic Lach., nec codd. 1003 ponchat Mar. al., potebas codd. 1006 naucleri ratio cum M., nauigii r. tam codd. Lach. spurius esse uersum statuit. 1008 dabat codd. correcti, deant B, deant A. 1009 imprudentes Mar. al., prudentes codd. 1010 nuri nunc dant s. i. M., nudant s. i. codd., nunc se nudant s. i. Lach. 1011 casas codd. correcti, cassas codd. pellis Mon. uett. ed.J., pellus codd. 1012 unum uersum hic amissum esse statuit M. qui huiusmodi sit hospitium, ac lecti socialia uera duobus. 1013 cognita sunt. conubium Lach., coniugium Bern. 1016 ferre codd. correcti, ferri codd. 1019 amicitium A Nicc., amicitium B. 1020 finitimi B, finitum A Nicc. uiolari Lach., uiolare codd. 1023 onnetis Mar. Junt., omni codd. 1025 caeste Flor. 31, casti codd. 1032 monstrant Mar. siue Mon. Junt., monstrat codd. 1033 uim uett. ed.J., uis codd., uis—suas L. Mueller (cf. II 586, III 265). quoad (Lamb.), quod A B. 1035 infestus Flor. 31 Mar. al., infessus codd. 1038 uix etiam cum Mar. Junt., uix tiam cum B, uix iam cum A Nicc. 1039 porro Non. 74 18, Ald. 1 Junt., proporro codd. 1040 pinnis B, pennis A Nonius Nicc. 1048 utilitatis et Mar. al., utilitas et codd. 1049 ut scirent—uiderent Avane. Lamb. Lach. uulgo. 1053 q. s. o. f. facilest Lach., q. s. o. f. facile s. i. codd. 1058 uaria res Bentli., uarius r. codd. 1062 licet id rebus Giff., l. in r. codd. 1063 inmane Lach. 1064 fremant Mar. al., premunt codd. 1065 alio codd. correcti, alia codd. rabie restricta Lach., r. stricta codd. 1067 at Lach., et codd. 1068 iactant Nauger., laetant codd. petentes codd. correcti, potentes codd.

suspensis teneros imitantur dentibus haustus,  
 longe alio pacto gannitu uocis adulant, 1070  
 et cum deserti baubantur in aedibus aut cum  
 plorantis fugiunt summisso corpore plagas.  
 denique non hinnitus item differre uidetur,  
 inter equas ubi equos florenti aetate iuuenens  
 pinnigeri saeuit calcaribus ictus amoris, 1075  
 et fremitum patulis ubi naribus edit ad arma,  
 et cum sic alias concussis artibus hinnit?  
 postremo genus alituum uariaeque uolueres,  
 accipitres atque ossifragae mergique marinis  
 fluctibus in salso uictum uitamque petentes,  
 longe alias alio iaciunt in tempore uoces, 1081  
 et quom de nictu certant praedaeque repugnant.  
 et partim mutant cum tempestatibus una  
 raucisonos cantus, cornicum ut saecla uetusta  
 coruorumque greges ubi aquam dicuntur et  
 imbris 1085  
 poscere et interdum uentos aurasque uocare.  
 ergo si uarii sensus animalia cogunt,  
 muta tamen cum sint, uarias emittere uoces,  
 quanto mortalis magis accumst tum potuisse  
 dissimilis alia atque alia res uoce notare! 1090  
 (Illud in his rebus tacitus ne forte requiras,  
 fulmen detulit in terram mortalibus ignem  
 primitus, inde omnis flammaram diditur ardor.  
 multa uidemus enim caelestibus inlita flammis  
 fulgere, cum caeli donauit plaga uapore. 1095  
 et ramosa tamen cum uentis pulsa uacillans  
 aestuat in ramos incumbens arboris arbor,  
 exprimitur ualidis extritibus uiribus ignis  
 et micat interdum flammae feruidus ardor, 1099  
 mutua dum inter se rami stirpesque teruntur.  
 quorum utrumque dedisse potest mortalibus  
 ignem.  
 inde cibum coquere ac flammae mollire uapore  
 sol docuit, quoniam mitescere multa uidebant  
 uerberibus radiatorum atque aestu uicta per agros.  
 Inque dies magis hi uictum uitamque prio-  
 rem 1105  
 commutare nouis monstrabant rebu' benigni,  
 ingenio qui praestabant et corde uigebant.  
 condere coeperunt urbis arcemque locare  
 praesidium reges ipsi sibi perflugiumque,  
 et pecus atque agros diuisere atque dedere 1110  
 pro facie cuiusque et uiribus ingenioque;  
 nam facies multum ualuit uiresque uigentes.  
 posterius res inuentast arumque repertum,  
 quod facile et ualidis et pulchris dempsit hono-  
 rem; 1114  
 diuitoris enim sectam plerumque secuntur  
 quam lubet et fortes et pulchro corpore creti.  
 quod si quis uera uitam ratione gubernet,  
 diuitiae grandes homini sunt uiuere parce  
 aequo animo; neque enim est unquam penuria  
 parui. 1119  
 at claros homines uoluerunt se atque potentes,  
 ut fundamento stabili fortuna maneret  
 et placidam possent opulenti degere uitam,  
 nequiquam, quoniam ad summum succedere  
 honorem  
 certantes iter infestum fecere uia, 1124  
 et tamen e summo, quasi fulmen, deicit ictos  
 inuidia interdum contemptim in Tartara taetra;  
 1131 inuidia quoniam, ceu fulmine, summa uaporant

plerumque et quae sunt aliis magis edita cum-  
 que;  
 1127 ut satius multo iam sit parere quietum 1129  
 quam regere imperio res uelle et regna tenere,  
 proinde sine incassum defessi sanguine sudent,  
 angustum pro iter luctantes ambitionis;  
 1133 quandoquidem sapiunt alieno ex ore petuntque  
 res ex auditis potius quam sensibus ipsis,  
 nec magis id nunc est neque erit mox quam  
 fuit ante. 1135  
 Ergo regibus occisis subuersa iacebat  
 pristina maiestas soliorum et scepra superba,  
 et capitibus summi praeclarum insigne cruentum  
 sub pedibus uulgi magnum lugebat honorem;  
 nam cupide conculcatur nimis ante metutum.  
 res itaque ad summam faecem turbasque redi-  
 bat, 1141  
 imperium sibi cum ac summatum quisque pete-  
 bat.  
 inde magistratum partim docuere creare  
 iuraque constituere, ut uellent legibus uti.  
 nam genus humanum, defessum ui colere aeuum,  
 ex inimicitia languiebat; quo magis ipsum 1146  
 sponte sua cecidit sub leges artaque iura.  
 acrius ex ira quod enim se quisque parabat  
 uleisci quam nunc concessumst legibus aequis,  
 hanc ob rem est homines pertaesum ui colere  
 aeuum. 1150  
 inde metus maculat poenarum praemia uitae.  
 circumretit enim uis atque iniuria quemque  
 atque, unde exortast, ad eum plerumque re-  
 uertit,  
 nec facilest placidam ac pacatam degere uitam  
 qui uiolat factis communia foedera pacis. 1155  
 etsi fallit enim diuom genus humanumque,  
 perpetuo tamen id fore clam diffidere debet;  
 quippe ubi se multi per somnia saepe loquentes  
 aut morbo delirantes protraxe ferantur 1159  
 et celata mala in medium et peccata dedisse.)  
 Nunc quae causa deum per magnas numina  
 gentis  
 peruulgarit et ararum compleuerit urbis  
 suscipiendaque curarit sollemnia sacra,  
 quae nunc in magnis florent sacra rebu' locisque,  
 unde etiam nunc est mortalibus insitus horror  
 qui delubra deum noua toto suscitasti orbi 1166  
 terrarum et festis cogit celebrare diebus,  
 non ita difficilest rationem reddere uerbis.  
 quippe etenim iam tum diuom mortalia saecla  
 egregias animo facies uigilante uidebant 1170  
 et magis in somnis mirando corporis auctu.  
 his igitur sensum tribuebant propterea quod  
 membra mouere uidebantur uocesque superbas  
 mittere pro facie praeclara et uiribus amplis.  
 aeternamque dabant uitam, quia semper eorum  
 subpeditabatur facies et forma manebat, 1176  
 et tamen omnino quod tantis uiribus auctos  
 non temere ulla ui conuinci posse putabant.  
 fortunisque ideo longe praestare putabant,  
 quod mortis timor haut quemquam uexaret  
 eorum, 1180  
 et simul in somnis quia multa et mira uidebantur  
 efficere et nullum capere ipsos inde laborem.  
 praeterea caeli rationes ordine certo  
 et uaria annorum cernebant tempora uerti

1071 *deserti baubantur* Nicc., *desertibus* (h. e. *desertib.*) *aubantur* codd. 1076 *patulis ubi naribus* Lach. M. sed dubitanter, p. sub n. codd. 1082 *praedaeque* Avanc., *praedatataque* codd. 1084 *ut* Nauger., et codd. 1088 *muta* Flor. 31 uett. edd., *multa* codd. 1090 *res* Nicc., *re* codd. 1094 *inlita* Lach., *insita* codd. 1095 *uapore* Lach., *uaporis* codd. 1096 *et* Mar. Junt., *ut* codd. 1099 *et micat* Mar. al., *emicat* codd. 1102 *coquere. quoq;* uere A, *coq. uere* B, *quoquere* Nicc. Lach. 1105 *hi uictum* Nauger., *inuictum* codd. 1106 *rebu' benigni* Lach., *rebus et igni* codd. 1110 *et pecus a. a.* Lach., *et pecudes a. a.* codd. *diuisere atque dedere* Pont. al., *diuiseratque debere* codd. 1112 *uiresque uigentes* Faber in notis, u. *uigebant* codd., u. *uigorque* Lach. 1116 *creti* codd. correcti, *certi* codd. 1118 *parce* codd. edd., *paruo* Postgate in Diario Philologico t. xvi p. 128. 1124 *certantes iter* Mar. al., *certantesque inter* codd. 1127, 1128 (1131, 1132) huc transtulit M., post 1135 habet Lach. 1128 *aliis* Lamb., *altis* codd. 1131 *sine* codd. correcti, *side* codd. 1141 *redibat* Flor. 31 al., *recidat* codd. 1145 *ui colere* codd. correcti, *uicere* A, *uigere* B, *uincere* Nicc. 1152 *uis* Cantab. al., *iis* codd. 1160 *mala* add. Lach. 1178 *ulla* Brix., *illa* codd.

nee poterant quibus id fieret cognoscere causas. 1185  
ergo perfugium sibi habebant omnia diuis  
tradere et illorum nutu facere omnia flecti.  
in caeloque deum sedes et templa locarunt,  
per caelum nolui quia nox et luna uidetur,  
luna dies et nox et noctis sigma seuera 1190  
noctiuagaque faces caeli flammaeque uolantes,  
nubila sol imbres nix uenti fulmina grandio  
et rapidi fremitus et murmura magna minarum.

O genus infelix humanum, talia diuis  
cum tribuit facta atque iras adiunxit acerbas! 1195  
quantos tum genitus ipsi sibi, quantaque nobis  
uulnera, quas lacrimas pepererit minoribus nostris!  
nee pietas ullast uelatum saepe uideri  
uertit ad lapidem atque omnis accedere ad aras  
nee procumbere lumi prostratum et pandere palmas  
ante deum delubra nec aras sanguine multo 1201  
spargere quadrupedum nec notis nectere uota,  
sed magis pacata posse omnia mente tueri.  
nam eum suspicimus magni caelestia mundi  
templa, super stellisque micantibus aethera fixum,  
et nenit in mentem solis lunaeque uiarum, 1206  
tunc aliis oppressa malis in pectora cura  
illa quoque expergefactum caput erigere infit,  
nequae forte deum nobis immensa potestas  
sit, uario motu quae candida sidera uerset. 1210  
temptat enim dubiam mentem rationis egestas,  
equaenam fuerit mundi genitilis origo,  
et simul equae sit finis quoad moenia mundi  
solliciti motus hunc possint ferre laborem,  
an diuinitas aeterna donata salute 1215  
perpetuo possint aeni labentia tractu  
immensi ualidas aeni contemnere uiris.

praeterea cui non animus formidine diuum  
contrahitur, cui non correpunt membra pauore,  
fulminis horribili cum plaga torrida tellus 1220  
contremittit et magnum perecurrunt murmura caelumi?  
non populi gentesque tremunt, regesque superbi  
corripiunt diuum percussi membra timore,  
nequid ob admissum foede dictumue superbe  
penarum graue sit soluendi tempus adultum? 1225  
summa etiam cum uis uolenti per mare uenti  
induperatorem classis super aequora uerit  
eum ualidis pariter legionibus atque elephantis,  
non diuom pacem uotis adit ac prece quascit  
nentorum patuidas paces animasque secundas, 1230  
nequiquam, quoniam uiolente turbine saepe  
correptus nilo fertur nimis ad uada leti?  
usque adeo res humanas nis abditas quaedam  
operit et pulchros fascis sacuasque secures  
proeulare ac ludibrio sibi habere uidetur. 1235  
denique sub pedibus tellus cum tota uacillat  
concussaque cadunt urbes dubiaeque minantur,  
quid mirum si se temunt mortalia saecula  
atque potestatis magnas mirasque relinquunt  
in rebus uiris diuum, quae cuncta gubernent? 1240

Quod superest, aes atque aurum ferrumque reper-  
tumst  
et simul argenti pondus plumbique potestas,  
ignis ubi ingentis siluas ardore cremarat  
montibus in magnis, seu caeli fulmine misso,  
sive quod inter se bellum siluestre gerentes 1245  
hostibus intulerant ignem formidinis ergo,  
sive quod indueti terrae bonitate nolebant  
pandere agros pinguis et pascua reddere rura,

sive feras interficere et ditescere praeda.  
nam fouea atque igni prius est uenariet ortum 1250  
quam saepire plagis saltum canibusque ceterum.  
quidquid id est, quaeumque e causa flammis ardor  
horribili sonitu siluas exederat altis  
ab radiis et terram peroxerat igni,  
manabat uenis feruentibus in loca terrae 1255  
concaua conueniens argenti riuus et auri,  
aeris item et plumbi. quae cum concreta uidebant  
posterius claro in terra splendere colore,  
tollebant nitido capti leuique lepore  
et simili formata uidebant esse figura 1260  
atque lacunarum fuerant uestigia cuique.  
tum penetrabat eos posse haec liquefacta calore  
quamlibet in formam et faciem decurrere rerum  
et prorsum quamuis in acuta ac tenuia posse  
mueronum duci fastigia proeundum, 1265  
ut sibi tela darent, siluasque ut caedere possent  
materiemque dolare et leuia radere tigna  
et terebrare etiam ac pertundere perque forare.  
nee minus argento facere haec auroque parabant  
quam ualidi primum uiolenti uiribus aeris, 1270  
nequiquam, quoniam cedebat uicta potestas  
nee poterat pariter durum sufferre laborem.  
tum fuit in pretio magis aes aurumque iacebat  
propter inutilitatem liebeti muerone retusum.  
nunc iacet aes, aurum in summum successit honorem.  
sic uoluenda aetas commutat tempora rerum. 1276  
quod fuit in pretio, sit nullo denique honore;  
porro aliud succedit et e contemptibus exit  
inque dies magis adpetitur floretque reperitum  
landibus et miro est mortalis inter honore. 1280

Nunc tibi quo pacto ferri natura reperta  
sit facilest ipsi per te cognoscere, Memmi.  
arma antiqua manus unguis dentesque fuerunt  
et lapides et item siluarum fragmina rami,  
et flamma atque ignes, postquam sunt cognita  
primum. 1285

posterius ferri uis est aerisque reperta.  
et prior aeris erat quam ferri cognitum usus,  
quo facilis magis est natura et copia maior.  
aere solum terrae tractabant, aereque belli  
miscebant fluctus et uulnera nasta serebant 1290  
et peus atque agros adimebant; nam facile ollis  
omnia cedebant armatis nuda et inermia.  
inde minutatim processit ferreus ensis  
uersaque in obprobrium species est falsis aenae,  
et ferro coepere solum proseindere terrae 1295  
exaequataque sunt creperi certamina belli.  
et prius est armatum in equi conscendere costas  
et moderarier hunc frenis detraque uigere  
quam biugo curru belli temptare pericla.  
et biugos prius est quam bis coniungere binos 1300  
et quam faleiferos armatum escendere currus.  
inde bones lucas turrito corpore, tetras,  
anguimanus, belli docuerunt uulnera Poeni  
sullerre et magnas Martis turbare cateruas.  
sic aliud ex alio peperit discordia tristis, 1305  
horribile humanis quod gentibus esset in armis,  
inque dies belli terroribus addidit augmen.

Temptarunt etiam tauros in moenere belli  
expertique sues saeuos sunt mittere in hostis.  
et ualidos partim prae se misere leones 1310  
eum doctoribus armatis saeuisque magistris  
qui moderarier his possent uinelsique tenere,

1189 *lux* Lach. 1190 *serena* Candid. Lach. 1198 *ullast uelatum* Mar. Ald. 1, *ulla uelatumst* codd. 1203 *pacata* Junt., *placata* codd. 1214 *solliciti* Bentl. qui confert I 343, VI 1038, et *caeti* codd. 1220 *fulminis* Mar. al., *fulmini* codd. 1224 *nequid* Lach., *nequod* codd. 1225 *adnitum* Lach., *aduetum* codd. 1226 *summa* Flor. 31 al., *summe* codd. 1229 *adit ac* codd. correcti, *adita* codd. 1230 *uncinis* seclisit Lach. 1237 *dubiae* Bentl. 1241 *aes atque* Mar. al., *aesque* codd. 1244 *caeli* B Nicc. A ex corr. uulg., *caelo* A Lach. 1252 *quidquid* uulg., *quicquid* A B. 1253 *altis* A Nicc., *altis* B A ex corr. 1254 *ab* Junt., a codd. 1258 *in terra splendere* Lach., *in terras* s. codd. 1259 *capti* Flor. 31 al., *capiti* codd. 1261 *fastigia* Housman. 1266 *ita legit* Lach., *parent s. et cedere possint* codd. 'fortasse recte se habet codicum lectio' ita iam M. qui Plaut. Amph. 192 confert et ad eum locum Ussing. certe codicibus standum. 1267 *dolare et leuia radere* Mar. Junt., *dolare leuare ac radere* codd., *dono, leuare ac radere* Lach. 1272 *poterat* Lamb., *poterant* codd. 1273 *tum* Lach., *nam* codd. *aes* add. codd. correcti. 1278 e add. Brix. 1285 *flamma atque* B ex corr., codd. correcti, *flammatque* codd. 1294 *obprobrium. obscenum* Macrobian Sat. VI 1 63 omnes codd. 1300 *biugos* Faber, *biugo* codd. 1302 *tetras* (*tetras*) Lach., *tetros* codd. 1310 *partim. Parthi* codd. correcti, uulg.

nequiquam, quoniam permixta caede calentes  
 turbabant saeui nullo discrimine turmas,  
 terrificas capitum quatientes undique cristas, 1315  
 nec poterant equites fremitu perterrita equorum  
 pectora mulcere et frenis conuertere in hostis.  
 iritata leae iaciebant corpora saltu  
 undique et aduersum uenientibus ora petebant  
 et nec opinantis a tergo deripiebant 1320  
 deplexaeque dabant in terram uoluerie uictos,  
 morsibus adfixae ualidis atque unguibus uncis.  
 iactabantque suos tauri pedibusque terebant  
 et latera ac uentres hauribant supter equorum  
 cornibus et terram munitanti fronte ruebant. 1325  
 et ualidis socios caedebant dentibus apri  
 tela infracta suo tingentes sanguine saeui,  
 in se fracta suo tingentes sanguine tela,  
 permixtasque dabant equitum peditumque ruinas.  
 nam transuersa feros exhibant dentis adactus 1330  
 iumenta aut pedibus uentos erecta petebant,  
 nequiquam, quoniam ab neruis succisa uideres  
 concidere atque graui terram consternere casu.  
 signos ante domi domitos satis esse putabant,  
 efferuiscere cernebant in rebus agendis 1335  
 uulneribus clamore fuga terrore tumultu,  
 nec poterant ullam partem redducere eorum ;  
 diffugiebant enim uarium genus omne ferarum ;  
 ut nunc saepe boues lucae ferro male mactae  
 diffugiunt, fera facta suis cum multa dedere. 1340  
 [si fuit ut facerent sed uix adducor ut ante  
 non quierint animo praesentire atque uidere  
 quam commune malum fieret foedumque futurum  
 et magis id possis factum contendere in omni  
 in uariis mundis uaria ratione creatis 1345  
 quam certo atque uno terrarum quolibet orbi]  
 sed facere id non tam uincendi spe noluerunt,  
 quam dare quod gement hostes, ipsique perire,  
 qui numero diffidebant armisque uacabant.

Nexilis ante fuit uestis quam textile tegmen. 1350  
 textile post ferrumst, quia ferro tela paratur,  
 nec ratione alia possunt tam leuia gigni  
 insilia ac fusi radii scaepique sonantes.  
 et facere ante uiros lanam natura coegit  
 quam muliebre genus ; nam longe praestat in arte  
 et sollertius est multo genus omne uirile ; 1356  
 agricolae donec uitio uertere seueri,  
 ut muliebribus id manibus concedere uellent  
 atque ipsi pariter ferantur sufferre laborem  
 atque opere in duro durarent membra manusque.

At specimen sationis et insitionis origo 1361  
 ipsa fuit rerum primum natura creatrix,  
 arboribus quoniam bacae glandesque caducae  
 tempestiua dabant pullorum examina supter ;  
 unde etiam libitumst stirpis committere ramis 1365  
 et noua defodere in terram uirgulta per agros.  
 inde aliam atque aliam culturam dulcis agelli  
 temptabant fructusque feros mansuiscere terram  
 cernebant indulgendo blandeque colendo.  
 inque dies magis in montem succedere siluas 1370  
 cogebant infraque locum concedere cultis,  
 prata lacus riuos segetes uinetaque laeta  
 collibus et campis ut haberent, atque olearum  
 caerula distinguens inter plaga currere posset  
 per tumulos et conuallis camposque profusa ; 1375  
 ut nunc esse uides uario distincta lepore  
 omnia, quae pomis intersita dulcibus ornant  
 arbustisque tenent felicibus opsita circum.

At liquidas auium uoces imitari ore

ante fuit multo quam leuia carmina cantu 1380  
 concelebrare homines possent aurisque iuuare.  
 et zephyri, caua per calamorum, sibila primum  
 agrestis docuere canas inflare cicutas.  
 inde minutatim dulcis didicere querellas,  
 tibia quas fundit digitis pulsata canentum, 1385  
 auia per nemora ac siluas saltusque reperta,  
 per loca pastorum deserta atque otia dia.  
 haec animos ollis mulcebant atque iuuabant 1390  
 cum satiate cibi ; nam tum *haec sunt* omnia cordi.  
 saepe itaque inter se prostrati in gramine molli  
 propter aquae riuom sub ramis arboris altae  
 non magnis opibus iucunde corpora habebant,  
 praesertim cum tempestas ridebat et anni 1395  
 tempora pingebant uiridantis floribus herbas.  
 tum ioca, tum sermo, tum dulces esse cachiuni  
 consuauerat. agrestis enim tum musa uigebat ;  
 tum caput atque ueros plexis redimire coronis  
 floribus et foliis lasciuia laeta monebat, 1400  
 atque extra numerum procedere membra mouentes  
 duriter et duro terram pede pellere matrem ;  
 unde oriebantur risus dulcesque cachinni,  
 omnia quod noua tum magis haec et mira uigebant.  
 et uigilantibus hinc aderant solacia somni, 1405  
 ducere multimodis nocens et flectere cantus  
 et supra calamos unco percurrere labro ;  
 unde etiam uigiles nunc haec accepta tumentur  
 et numerum seruare recens didicere, neque hilo  
 maiorem interea capiunt dulcedini' fructum 1410  
 quam siluestre genus capiebant terrigenarum.  
 nam quod adest praesto, nisi quid cognouimus ante  
 suauius, in primis placet et pollere uidetur,  
 posteriorque fere melior res illa reperta  
 perdit et immutat sensus ad pristina quaeque. 1415  
 sic odium coepit glandis, sic illa relicta  
 strata cubilia sunt herbis et frondibus aucta.  
 pellis item cecidit uestis contempta ferinae ;  
 quam reor inuidia tali tunc esse repertam,  
 ut letum insidiis qui gessit primus obiret, 1420  
 et tamen inter eos distractam sanguine multo  
 disperisisse neque in fractum conuertere quisse.  
 tunc igitur pelles, nunc aurum et purpura curis  
 exercent hominum uitam belloque fatigant ;  
 quo magis in nobis, ut opinor, culpa resedit. 1425  
 frigus enim nudos sine pellibus excreciabat  
 terrigenas ; at nos nil laedit ueste carere  
 purpurea atque auro signisque ingentibus apta,  
 dum plebeia tamen sit quae defendere possit.  
 ergo hominum genus incassum frustra laborat  
 semper et in curis consumit inanibus aeum, 1431  
 nimirum quia non cognouit quae sit habendi  
 finis et omnino quoad crescat uera uoluptas.  
 idque minutatim uitam prouexit in altum  
 et belli magnos commouit funditus aestus. 1435  
 At uigiles mundi magnum uersatile templum  
 sol et luna suo lustrantur lumine circum  
 perdocuere homines annorum tempora uerti  
 et certa ratione geri rem atque ordine certo.

Iam ualidis saepti debebant turribus aeum 1440  
 et diuisa colebatur discretaque tellus,  
 iam mare uelicolis flobat puppibus ; urbes  
 auxilia ac socios iam pacto foedere habebant,  
 carminibus cum res gestas coepere poetae 1444  
 tradere ; nec multo priu' sunt elementa reperta.  
 propterea quid sit prius actum respicere aetas  
 nostra nequit, nisi qua ratio uestigia monstrat.  
 Nauigia atque agri culturas moenia leges

1315 Lucretio abiudicat Lach. 1319 *petebant* codd. correcti, *patebant* codd. 1320 *deripiebant* A, *diripiebant* B  
 Nicc. 1325 *fronte* Lach., *mente* codd. 1328 om. Mon. Junt. Lach. M. in editione minore. 1330 *dentis adactus* Mar.  
 Junt., *d. adactus* B, *dentibus adactus* A, Nicc. 1340 *fata* B ex corr. Lach. 1341-6 Lucretio abiudicauit M. 1344-6  
 eiecit Lach. seruat 1341-4, ita tamen ut *sic fuit* (Mar. al.) pro *si fuit* legeret et 1342 1343 inter se transponeret.  
 1360 *durarunt* Bocken. 1368 *terram* Lach., codd. *terra*. 1388-89 = 1454, 1455. 1391 *haec* add. "quidam" apud Lam-  
 binum, *tum sunt carmina* Lach. 1400 *monebat* Flor. 31 al., *mouebat* codd. 1405 *somni* Lamb., *somno* codd. 1409 *seruare*  
*recens* M., *s. genus* codd., *sonis* Lach. 1410 *maiorem* codd. correcti, *maiore* codd. *dulcedini'* Lamb., *dulcedine* codd.  
 1418 *ferinae* Junt., *ferina* codd. 1419 *tunc* Brix. al., *nunc* codd. 1431 *in* add. codd. correcti. 1436 *uersatili'* Lach.  
 1442 *iam* Lach., *tum* codd. *puppibus* ; *urbes* M., *p. et res* Lach., *i. mari' u. fl. p. pontus* ; Housman, *propter odores* codd.



arma vias uestes et cetera de genere horum,  
praemia, delicias quoque uitae funditis omnis, 1450  
et prima dederunt solacia dulcisa uitae,  
cum genere uirum tali cum corde repletum,  
omnia ueridico qui quondam ex ore profudit;  
cuius et extineti propter diuina reperta  
diuulgata uetus iam ad caelum gloria fertur.  
nam cum uidit hic ad uictum quae flagitat usus  
omnia iam ferme mortalibus esse parata 10  
et, proquam posset, uitam consistere tutam,  
diuitiis homines et honore et laude potentis  
affluere atque bona gnatorum excellere fama,  
nec minus esse domi cuiquam tamen anxia corda,  
atque animi ingratis uitam uexare *sine ulla* 15  
pausa atque infestis egei saeuire querellis,  
intellegit ibi uitium uas efficere ipsum  
omniaque illius uitio constringit intus  
quae conlata foris et commoda cumque uenirent;  
partim quod fluxum pertusumque esse uidebat, 20  
ut nulla posset ratione experier unquam;  
partim quod taetro quasi conspungere sapore  
omnia cernebat, quae cum repperat, intus.  
ueridicus igitur purgauit pectora dictis  
et finem statuit cupidinis atque timoris 25  
exposuitque bonum summum quo tendimus omnes  
quid foret, atque uiam monstrauit, tramite paruo  
qua possemus ad id recto contendere cursu,  
quidue mali foret in rebus mortalibus passim,  
quod fieret naturali uarietate uolaret 30  
seu casu seu ui, quod sic natura parasset,  
et quibus e portis occurri cuique decreet,  
et genus humanum frustra plerumque probauit  
uoluer curarum tristis in pectore fluctus.  
nam ueluti pueri trepidant atque omnia eacis 35  
in tenebris metuunt, sic nos in luce timeamus  
interdum, nilo quae sunt metuenda magis quam  
quae pueri in tenebris pauitant finguntque futura.  
hunc igitur terrorem animi tenebrasque necesses  
non radii solis nec lucida tela diei 40  
discutiant, sed naturae species ratioque.  
quo magis inceptum pergami pertexere dictis.

Et quoniam doem mundi mortalia templa  
esse et natium consistere corpore caelum,  
et quae cumque in eo fiunt firique necesses, 45  
pleraque ressolui, quae restant percipe porro,

sic unumquicquid paulatim protrahit aetas  
in medium ratioque in luminis erigit oras. 1455  
namque aliud ex alio clarescere et ordine debet  
artibus, ad summum donec uenere cacumen.

## LIBER SEXTVS

quandoquidem semel insignem conscendere curram  
uentorum, ex ira ut placentur, ut omnia rursum  
quae fuerint sint placato conuersa furor:  
cetera quae fieri in terris caeloque tuentur 50  
mortales, pauidis cum pendent mentibus saepe,  
et faciunt animos humilis formidine diuom  
depressosque premunt ad terram propterea quod  
ignorantia causarum conferre deorum  
cogit ad imperium res et concedere regnum. 55  
nam bene qui didicere deos securum agere acuum,  
si tamen interea mirantur qua ratione  
quaeque geri possint, praesertim rebus in illis 60  
quae supera caput aetheriis cernuntur in oris,  
rursus in antiquas referuntur religionis  
et dominos acris adsciscunt, omnia posse  
quos miseri credunt, ignari quid queat esse,  
quid nequeat, finita potestas demique cuique 65  
quam sit rationi atque alte terminus haerens;  
quo magis errantes caeca ratione feruntur.  
quae nisi respicis ex animo longeque remittis  
dis indigna putare alienaque pacis eorum,  
delibata deum per te tibi humana saneta 70  
saepe oberunt; non quo uiolari summa deum uis  
possit, ut ex ira poenas petere inbibat acris,  
sed quia tute tibi placida cum pace quietos  
constitues magnos irarum uoluer fluctus,  
nec delubra deum placido cum pectore adibus, 75  
nec de corpore quae saneto simulacra feruntur  
in mentes hominum diuinae nuntia formae,  
suscipere haec animi tranquilla pace malebis.  
inde uidere licet qualis iam uita sequatur.  
quam quidem ut a nobis ratio uerissima longe 80  
reiciat, quamquam sunt a me multa profecta,  
multa tamen restant et sunt ornanda politis  
uersibus; est ratio caeli speciesque tenenda,  
sunt tempestates et fulmina clara canenda,  
quid faciant et qua de causa cumque ferantur; 85  
ne trepidas caeli diuisis partibus amens,  
unde uolans ignis peruenerit aut in utram se  
uerterit hinc partim, quo pacto per loca saepta  
insinuarit, et hinc dominatus ut extulerit se.  
tu mihi supremae praescripta ad candida caelis 92  
currenti spatium praemonstra, callida musa  
Calliope, requies hominum diuonque uoluptas,  
te duce ut insigni capiam cum laude coronam. 95

1449 et add. codd. correcti. 1451 polire codd. correcti, politico codd. 1456 clarescere et ordine debet M., clarescere corde uidebant codd., clarescere conueniebat Lach. qui artibus cum uenere coniungit.

VI. 4 solacia Nice., solaci codd. 6 omnia Bockem. 7 extineti Mar. al., extincta codd. 10 mortalibus Nice., acortibus codd. 11 proquam posset Lach., p. possent codd. 13 excellere Mar. al., excellere B., excolere A Nice. 14 corda Mar. al., cordi codd. 15 sine ulla M., querellis codd. Lach. qui in u. 16 pro pausa atque legit passimque et pro querellis periculis. 17 uas Mar. al., fas codd. 25 cupidinis A, cupidinis B, perperam Lactant. VII 27 torpedinis. 27 correxit interpunctionem Lach., tramite paruo cum sequentibus iungens. 28 recto A ex corr., codd. correcti, recta codd. 30 quod. quo ut Woltjer. feret Iac. Susius apud ed. Tonson. Lach. 31 causa Lach. 32 et quibus codd. correcti, e q. codd. 34 uoluer uctt. codd., uoluer codd. 44 et add. codd. correcti. 46 ressolui Goebel, dissolui codd. Lach. fiunt, futeare necesses pleraque dissolui. 47-49 lacunam indicauit M. idem uentorum, ex ira ut p. ut omnia r. quoi f. s. p. c. furore, codd. uentorum exstant p. omnia r. que f. s. p. c. fauore, Lach. (49) institui c. c. uentosum et certand plangentia flamina r., quae f., sine, p. c. furore, idem uersum 50 nouae rei exordium esse censet et in u. 52 et in haec mutat. 56, 57 = I 153, 154. 68 longaeque Nice., longique codd. remitti; codd. correcti, remitti codd. 71 oberunt Wak., oderunt codd. 72 ex ira Mar. al., exire codd. 73 quietos Mar. Junt., quietus codd. 76 feruntur uctt. codd., fuerunt codd. 83 c. r. caeli speciesque t. Brix. (caelis) Avanc., codd. c. r. caelisque t., c. r. fulgenti uisque tonandi Lach. 85-89 uncinis includit Lach. 90, 91 = 56, 57, hic retinet Lach. 92 ad candida caelis Lamb. Turnebus, ac candida callis codd.

Principio tonitru quatiuntur caerulea caeli  
 propterea quia concurrunt sublime uolantes  
 aetheriae nubes contra pugnantibus uentis.  
 nec fit enim sonitus caeli de parte serena, 99  
 uerum ubicumque magis denso sunt agmine nubes,  
 tam magis hinc magno fremitus fit murmure saepe.  
 praeterea neque tam condensa corpore nubes  
 esse queunt quam sunt lapides ac tigna, neque autem  
 tam tenues quam sunt nebulae fumique uolantes ;  
 nam cadere aut bruto debent pondere pressae 105  
 ut lapides, aut ut fumus constare nequirent  
 nec cohibere niues gelidas et grandinis imbris.  
 dant etiam sonitum patuli super aequora mundi,  
 carbasus ut quondam magnis intenta theatris  
 dat crepitum malos inter lactata trabesque ; 110  
 interdum perscissa furit petulantibus auris  
 et fragilis sonitus chartarum commeditatur :  
 id quoque enim genus in tonitru cognoscere possis :  
 aut ubi suspensam uestem chartasque uolantis  
 nerberibus uenti uersant planguntque per auras. 115  
 fit quoque enim interdum ut non tam concurrere nubes  
 frontibus aduersis possint quam de latere ire  
 diuerso motu radentes corpora tractim,  
 aridus unde auris terget sonus ille diuque  
 ducitur, exierunt donec regionibus artis. 120  
 Hoc etiam pacto tonitru concussa uidentur  
 omnia saepe graui tremere et diuolsa repente  
 maxima dissiluisse capacis moenia mundi,  
 cum subito ualidi uenti conlecta procella  
 nubibus intorsit sese conclusaque ibidem 125  
 turbine uersanti magis ac magis undique nubem  
 cogit uti fiat spisso caua corpore circum,  
 post ubi conminuit uis eius et impetns acer,  
 tum perterricrepro sonitu dat scissa fragorem.  
 nec mirum, cum plena animae uensicula parua 130  
 saepe ita dat toruum sonitum displosa repente.  
 Est etiam ratio, cum uenti nubila perflant,  
 ut sonitus faciant. etenim ramosa uidemus  
 nubila saepe modis multis atque aspera ferri ;  
 scilicet ut, crebram siluam cum flamina cauri 135  
 perflant, dant sonitum frondes ramique fragorem.  
 fit quoque ut interdum ualidi uis incita uenti  
 perscindat nubem perfringens impete recto.  
 nam quid possit ibi flatus manifesta docet res,  
 hic, ubi lenior est, in terra cum tamen alta 140  
 arbusta euoluens radicibus haurit ab inis.  
 sunt etiam fluctus per nubila, qui quasi murmur  
 dant in frangendo grauiter ; quod item fit in altis  
 fluminibus magnoque mari, cum frangitur aestus.  
 fit quoque, ubi e nubi in nubem uis incidit ardens  
 fulminis, haec multo si forte umore recepit 146  
 ignem, continuo ut magno clamore trucidet ;  
 ut calidis candens ferrum e fornacibus olim  
 stridit, ubi in gelidum prope demersimus imbrem.  
 aridior porro si nubes accipit ignem, 150  
 uritur ingenti sonitu succensa repente ;  
 lauricomos ut si per montis flamma nagetur  
 turbine uentorum comburens impete magno ;  
 nec res ulla magis quam Phoebi Delphica laurus  
 terribili sonitu flamma erepitante crematur. 155  
 denique saepe geli multus fragor atque ruina

grandinis in magnis sonitum dat nubibus alte.  
 uentus enim cum confereat, franguntur, in artum,  
 concreti montes nimborum et grandine mixti.  
 Fulgit item, nubes ignis cum semina multa 160  
 excussere suo concursu ; ceu lapidem si  
 percutiat lapis aut ferrum ; nam tum quoque lumen  
 exilit et claras scintillas dissipat ignis.  
 sed tonitrum fit uti post auribus accipiamus,  
 fulgere quam cernant oculi, quia semper ad auris 165  
 tardius adueniunt quam uisum quae moueant res.  
 id licet hinc etiam cognoscere : caedere si quem  
 ancipiti uideas ferro procul arboris auctum,  
 ante fit ut cernas ictum quam plaga per auris  
 det sonitum ; sic fulgorem quoque cernimus ante 170  
 quam tonitrum accipimus, pariter qui mittitur igni  
 e simili causa, concursu natus eodem.  
 Hoc etiam pacto uolueri loca lumine tingunt  
 nubes et tremulo tempestas impete fulgit.  
 uentus ubi inuasit nubem et uersatus ibidem 175  
 fecit ut ante cauam docui spissescere nubem,  
 mobilitate sua feruescit ; ut omnia motu  
 percaefacta uides ardescere, plumbea uero  
 glans etiam longo cursu uoluenda liquescit.  
 ergo feruidus hic nubem cum perscidit atram, 180  
 dissipat ardoris quasi per uim expressa repente  
 semina quae faciunt nictantia fulgura flammae ;  
 inde sonus sequitur qui tardius adficit auris  
 quam quae perueniunt oculorum ad lumina nostra.  
 scilicet hoc densis fit nubibus et simul alte 185  
 extractis aliis alias super impete miro ;  
 ne tibi sit frudi quod nos inferne uidemus  
 quam sint lata magis quam sursum extracta quid  
 extent.  
 contemplator enim, cum montibus adsimulata  
 nubila portabant uenti transuersa per auras, 190  
 aut ubi per magnos montis cumulata uidebis  
 insuper esse aliis alia atque urguere superne  
 in statione locata sepultis undique uentis :  
 tum poteris magnas moles cognoscere eorum  
 speluncasque uelut saxis pendentibus strinctas 195  
 cernere, quas uenti cum tempestate coorta  
 complerunt, magno indignantur murmure clausi  
 nubibus in caueisque ferarum more minantur ;  
 nunc hinc nunc illinc fremitus per nubila mittunt  
 quaerentesque uiam circum uersantur et ignis 200  
 semina conuoluunt e nubibus atque ita cogunt  
 multa rotantque cauis flammam fornacibus intus,  
 donec diuolsa fulserunt nube coruscis.  
 Hac etiam fit uti de causa mobilis ille  
 deuolet in terram liquidi color aureus ignis, 205  
 semina quod nubes ipsas permutata necessust  
 ignis habere ; etenim cum sunt umore sine ullo,  
 flammeus est plerumque colos et splendidus ollis.  
 quin etiam solis de lumine multa necesses 209  
 concipere, ut merito rubeant ignesque profundant.  
 hasce igitur cum uentus agens contrusit in unum  
 compressitque locum cogens, expressa profundunt  
 semina quae faciunt flammae fulgere colores.  
 fulgit item, cum rarescunt quoque nubila caeli.  
 nam cum uentus cas leuiter ducit euntis 215  
 dissoluitque, cadant ingratis illa necesses

102 nubes Flor. 31 Pont. al., nure codd. 103 lapides Flor. 31 uett. edd., pepides codd. tigna codd. correcti, uigna codd. 105 n. cadere aut bruto codd. correcti, n. cadere aut b. B, n. candere aut b. A (?) Nicc., c. ab b. Lach. 110 malos Flor. 31 Mar., matos codd. 112 sonitus add. codd. correcti. 114 que. ue Mar. Lach. 115 planguntque Pont. al., planguntque codd. 116 ut add. codd. correcti. 118 corpora Gronov. Faber, corpore codd. 120 exierunt codd. correcti, exierum codd. 124 conlecta Nicc. Brix., concollecta A B. 129 scissa Bern., missa codd. Isidor Orig. 13 8, fissa Lach. 131 toruum M., paruum codd., s. det haut paruum Lach. 132 et 136 perflant A ex corr. Nicc., perflant codd. 141 euoluens A ex corr. al., uoluens codd. 144 aestus codd. correcti, aest codd. 145 fit, id Lach. 147 ut add. Lamb. trucidet Junt., trucidat codd. Lach. 149 prope Mar. al., propter codd. 151 repente Flor. 31 al., recente codd. 154 res ulla Macrob. Sat. VI 4 5, res uita codd. 158 in arto Lach. 165 fulgere Nicc. B ex corr., fugere codd. 168 ancipiti codd. correcti, ungpiti codd. uideas Mar. Junt., uideat codd. 172 e simili A Nicc., et simili B. 179 liquescit Pont. al., quiescit codd., calescit Lach. 180 perscidit codd. correcti, perscindit codd. 183 adficit Bentl., adlicet codd. 184 lumina B, lumina A Nicc. 185 alte Mar. al., alti codd. 187, 188 post 193 pont Lach. 187 ne. nec Mon. Lach. 188 sint Mar. al., sit codd. extracta Ald. 1 Junt., extricta codd. 191 cumulata B ex corr. uett. edd., culata codd. 192 urguere A Nicc., urgere B. superne Bentl., superna codd. 201 e add. Nicc. 205 color Seru. ad Ecl. VI 53 Mar. al., calor omnes codd., Macrob. Sat. VI 5 4. 208 flammeus est codd. correcti, flammeusq. codd. 209 quin etiam Lach., quippe enim codd. 210 rubcant codd. correcti, rubcant codd. 216 ingratis Pius in adu., ingratus codd.

semina quae faciunt fulgorem. tum sine taetro  
terrore et sonitu fulgit nulloque tumultu

Quod superest, *quali* natura constant  
fulmina, declarant ictus et inusta uaporis 220  
signa notaque grauis halantis sulphuris auras.  
ignis enim sunt haec non uenti signa neque imbris,  
praeterea saepe accendunt quoque tecta domorum  
et celeri flamma dominantur in aedibus ipsis.  
hunc tibi subtilem cum primis ignibus ignem 225  
constituit natura minutis mobilibusque  
corporibus, cui nil omnino obistere possit.  
transit enim ualidum fulmen per saepa domorum,  
clamor ut ac nocens, transit per saxa, per aera,  
et liquidum puncto facit aes in tempore et aurum,  
curat item uasis integris uina repente 231  
diffugiant, quia nimirum facile omnia circum  
conlatat rareque facit lateranina uasis  
adueniens calor eius et insinuat in ipsum  
mobilitate soluens differt primordia uini. 235  
quod solis uapor aetatem non posse uidetur  
ellicere usque adeo pellens feruore conusco:  
tanto mobilior uis et dominantior haec est.

Nunc ea quo pacto gignantur et impete tanto  
fiant ut possint metu discludere turris, 240  
disturbare domos, auellere signa trabesque,  
et monumenta uirum demoliri atque cremare,  
exanimare homines, pecudes prosternere passim,  
cetera de genere hoc qua ui facere omnia possint,  
expediam, neque te in promissis plura morabor. 245

Fulmina *gignit* et crassis atque putandumst  
nubibus extractis; nam caelo nulla sereno  
nee leuiter densis mittuntur nubibus unquam.  
nam dubio procul hoc fieri manifesta docet res;  
quod tum per totum concrescit aera nubes, 250  
undique uti tenebras omnis Aetherunta reuunt  
liquisse et magnas caeli complesse cauernas:  
usque adeo taetra nubiorum nocte coorta  
inpendent atrae formidinis ora superne:  
cum commoliri tempestas fulmina coepit. 255  
praeterea persaepe niger quoque per mare nimbus,  
ut picis et caelo demissum flumen, in undas  
sic cadit effertus tenebris procul et trahit atram  
fulminibus grauidam tempestatem atque procellis,  
ignibus ac uentis cum primis ipse repletus, 260  
in terra quoque ut horrescant ac tecta requirant,  
sic igitur supera nostrum caput esse putandumst  
tempestatem altam. neque enim caligine tanta  
obruerent terras, nisi inaedificata superne  
multa forent multis exempto nubila sole; 265  
nee tanto possent uenientes opprimere imbri,  
flumina abundare ut facerent camposque natate,  
si non extractis foret alte nubibus aether.  
hic igitur uentis atque ignibus omnia plena  
sunt; ideo passim fremitus et fulgura fiunt. 270  
quippe etenim supra docui permulta uaporis  
semina habere caenas nubes et multa necessest  
concipere ex solis radiis ardoreque eorum.  
hoc ubi uentus eas idem qui cogit in unum  
forte locum quemuis, expressit multa uaporis 275  
semina seque simul cum eo commisit igni,  
insinuat ibi uortex uersatur in arto

et calidis acuit fulmen fornacibus intus.  
nam duplici ratione accenditur, ipse sua cum  
mobilitate calescit et e contagibus ignis. 280  
inde ubi percahit uenti uis et grauis ignis  
impetus incescit, maturum tum quasi fulmen  
perscindit subito nubem, ferturque coruscis  
omnia luminibus lustrans loca percitus ardor.  
quem grauis insequitur sonitus, displosa repente 285  
opprimere ut caeli uideatur templa superne,  
inde tremor terras grauitate pertemptat et altum  
murmura percurreunt caelum; nam tota fere tum  
tempestas concussa tremit fremitusque mouentur.  
quo de concussu sequitur grauis imber et uber, 290  
omnis uti uideatur in imbrem uertier aetheri  
atque ita praecipitans ad diluuium reuocari:  
tantus discidio nubis uentique procella  
mittitur, ardenti sonitus cum proulat ictu.  
est etiam cum uis extrinsecus inueta uenti 295  
incidit in calidam maturo fulmine nubem;  
quam cum perscidit, extemplo cadit igneus ille  
uortex quem patrio uocitamus nomine fulmen.  
hoc fit idem in partis alias, quocumque tulit uis.  
fit quoque ut interdum uenti uis missa sine igni 300  
ignisat tamen in spatio longoque meatu,  
dum uenit, amittens in cursu corpora quaedam  
grandia quae nequeunt pariter penetrare per auras;  
atque alia ex ipso conradens aere portat  
paruola quae faciunt ignem commixta uolando; 305  
non alia longe ratione ac plumbea saepe  
feruida fit glans in cursu, cum multa rigoris  
corpora dimittens ignem concepit in auris.  
fit quoque ut ipsius plagae uis excitet ignem,  
frigida cum uenti pepulit uis missa sine igni, 310  
nimirum quia, cum uementi perculit ictu,  
confluere ex ipso possunt elementa uaporis  
et simul ex illa quae tum res excipit ictum;  
ut, lapidem ferro cum caedimus, enolat ignis,  
nee, quod frigida uis ferris, hoc setius illi 315  
semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.  
sic igitur quoque res accendi fulmine debet,  
opportuna fuit si forte et idonea flammis.  
nee temere omnino plane uis frigida uenti  
esse potest, ea quae tanta ui missa supernest, 320  
quin, prius in cursu si non accenditur igni,  
at tepefacta tamen ueniat commixta calore.

Mobilitas autem fit fulminis et grauis ictus,  
et celeri ferre percurreunt fulmina lapsa,  
nubibus ipsa quod omnino prius inueta se uis 325  
colligit et magnum conamen sumit eundi,  
inde ubi non potuit nubes capere impetus anctum,  
exprimitur uis atque ideo uolat impete uiro,  
ut ualidis quae de tormentis missa feruntur,  
adde quod e paruis et leuibus est elementis, 330  
nec facilest tali naturae opsistere quietum;  
inter enim fugit ac penetrat per rara uarum,  
non igitur multis offensibus in remorando  
haesitat, haec ob rem celeri uolat impete labens.  
deinde, quod omnino natura pondera deorsum 335  
omnia nituntur, cum plagast addita uero,  
mobilitas duplicatur et impetus ille grauescit,  
ut uementius et citius quaecumque morantur

218 sonitu codd. correcti, sonis codd. 219 quali add. Lamb. 220 ictus et Flor. 31 uulg., ictu loca Lach. 221 auras Mon. Junl., auras codd. 223 saepe Is. Voss. in notis manu scr., se codd. 226 nobilitibusque Ald. I Junl., montibusque codd. 228, 229 Lach. in unum conflauit, omissis uerbis per saepe 228—transit 229. 229 sara B ex corr., sarsa codd. 231 curat uti Lach., curat item ut Lamb. 234 et Lach., ut codd. 237 pellets M., tellens codd., pollens Lamb. Lach. 241 signa Lamb. 242 demoliri Mar. al., commoliri codd. cremare M., crece codd., et ceteri ut Goebel. taenta Lach. pro monumenta. 245 te add. codd. correcti. 246 gignit Mar. al., gigni codd. 250 tum Lach., tunc codd. 257 demissum flumen Junl., dimissum fulmen codd. 258 effertus fulmen codd. 269 tuu Lach., tunc codd. 267 demissum flumen Junl., dimissum fulmen codd. 277 arto Lach., alto codd. 281 uenti uis et plena codd. correcti, pluma codd. 272 habere Pont. al., haecere codd. 277 arto Lach., alto codd. 281 uenti uis et grauis ignis Bentl., grauis uenti uis ignis codd., Lach. grauida aut uis ignis et acer. 286 uideatur M., uideantur codd. Lach. pro exprimeve legit opprimere, Bern. occidere. 290 concussu B ex corr. uett. edd., concussus codd. 291 uti Pont. al., ut codd. 292 reuocari Lach., reuocare codd. 296 calidam Bern., ualida codd., grauidam Bentl. Lach. fulmine Mar. al., culmine codd. 298 patrio codd. correcti, spatia codd., Latio B ex corr. 302 cum ueni amittens Lach. 308 concepit codd. correcti, concipit codd. 309 ipsius Mar. al., ipsis codd. 316 illi Lach., ille codd. 320 ea quae Lach., ex quae codd. tanta ui missa codd. correcti, tantuamissa codd. 321 cursi si codd. correcti, cursus codd. 323 nobilitas A ex corr., nobilitas codd. 324 et Mar., ad codd. percurreunt Lach., percunt codd. 335 adde quod Lach. 336 plagast Lach., plaga si codd.

obuia discutiat plagis itinerque sequatur.  
denique quod longo uenit impete, sumere debet 340  
mobilitatem etiam atque etiam, quae crescit eundo  
et ualidas auget uiris et roborat ictum.  
nam facit ut quae sint illius semina eumque  
e regione locum quasi in unum cuncta ferantur,  
omnia conciens in eum uolentia cursum 345  
forsitan ex ipso ueniens trahat aere quaedam  
corpora quae plagis incendunt mobilitatem.  
incolumis uenit per res atque integra transit  
multa, foraminibus liquidus quia transulat ignis.  
multaque perfringit, cum corpora fulminis ipsa 350  
corporibus rerum incidunt, qua texta tenentur.  
dissoluit porro facile aes aurumque repente  
confernefacit, c paruis quia facta minute  
corporibus uis est et leuibus ex elementis,  
quae facile insinuantur et insinuata repente 355  
dissolunt nodos omnis et uincla relaxant.  
autumnoque magis stellis fulgentibus apta  
concutitur caeli domus undique totaque tellus,  
et cum tempora se ueris florentia pandunt.  
frigore enim desunt ignes uentique calore 360  
deficiunt neque sunt tam denso corpore nubes.  
interutrasque igitur cum caeli tempora constant,  
tum variae causae concurrunt fulminis omnes.  
nam fretus ipse anni permiscet frigus et aestum,  
quorum utrumque opus est fabricanda ad fulmina  
nubi, 365  
ut discordia sit rerum magnoque tumultu  
ignibus et ventis furibundus fluctuet aer.  
prima caloris enim pars et postrema rigoris,  
tempus id est uernum; quare pugnare necessest  
dissimilis res inter se turbareque mixtas. 370  
et calor extremus primo cum frigore mixtus  
uoluitur, autumnus quod fertur nomine tempus,  
hic quoque configunt hiemes aestatibus acres.  
propterea freta sunt haec anni nominanda,  
nec mirumst, in eo si tempore plurima fiunt 375  
fulmina tempestasque cietur turbida caelo,  
incipit quoniam bello turbatur utrimque,  
hinc flammis illinc uentis umoreque mixto.  
Hoc est igniferi naturam fulminis ipsam  
perspicere et qua ui faciat rem quanque uidere, 380  
non Tyrhena retro uolentem carmina frustra  
indicia occultae diuum perquirere mentis,  
unde uolans ignis peruenerit aut in utram se  
uerterit hinc partim, quo pacto per loca saepta  
insinuarit, et hinc dominatus ut extulerit se, 385  
quidue nocere queat de caelo fulminis ictus.  
quod si Iuppiter atque alii fulgentia diui  
terrifico quatiunt sonitu caelestia templa  
et iaciunt ignem quo quouisset eumque uoluptas,  
cur quibus incautum scelus auersabile cumquest 390  
non faciunt icti flammam ut fulguris halent  
pectore perfixo, documen mortalibus acre,  
et potius nulla sibi turpi conscius in re  
uoluitur in flammis innoxius inque peditur  
turbine caelesti subito correptus et igni? 395  
cur etiam loca sola petunt frustra laborant?  
an tum brachia consuescunt firmantque lacertos?  
in terrae patris cur telum perpetiuntur  
optundi? cur ipse sinit neque parit in hostis?  
denique cur numquam caelo iacit undique puro 400

Iuppiter in terras fulmen sonitusque profundit?  
an simul ac nubes successere, ipse in eas tum  
descendit, prope ut hinc teli determinet ictus?  
in mare qua porro mittit ratione? quid undas  
arguit et liquidam molem camposque natantis? 405  
praeterea si uult caeuam fulminis ictum,  
cur dubitat facere ut possimus certere missum?  
si nec opinantis autem uult opprimere igni,  
cur tonat ex illa parte, ut uitare queamus,  
cur tenebras ante et fremitus et murmura concit?  
et simul in multas partis qui credere possis 411  
mittere? an hoc ausis numquam contendere factum,  
ut fierent ictus uno sub tempore plures?  
at saepe numero factum fierique necessest,  
ut plueri in multis regionibus et cadere imbris, 415  
fulmina sic uno fieri sub tempore multa.  
postremo cur sancta deum delubra suasque  
discutit infesto praeclaras fulmine sedes  
et bene facta deum frangit simulacra suisque  
demit imaginibus uiolento uolnere honorem? 420  
altaque cur plerumque petit loca plurimaque eius  
montibus in summis uestigia cerminis ignis?  
Quod superest, facilest ex his cognoscere rebus,  
presteras Grai quos ab re nominatarunt,  
in mare qua missi ueniunt ratione superne. 425  
nam fit ut interdum tamquam demissa columna  
in mare de caelo descendat, quam freta circum  
feruescunt grauiter spirantibus incita flabris,  
et quaecumque in eo tum sint deprensa tumultu  
nauigia in summum ueniunt uexata periculum. 430  
hoc fit ubi interdum non quit uis incita uenti  
rumpere quam coepit nubem, sed deprimit, ut sit  
in mare de caelo tamquam demissa columna,  
paulatim, quasi quid pugno brachelique superne  
coniectu tradatur et extendatur in undas; 435  
quam cum discidit, hinc prorumpitur in mare uenti  
uis et feruorem mirum concinnat in undis;  
uersabundus enim turbo descendit et illam  
deducit pariter lento cum corpore nubem;  
quam simul ac grauidam detrusit ad acuora ponti,  
ille in aquam subito totum se inmittit et omne 441  
excitat ingenti sonitu mare feruere cogens.  
fit quoque ut inuoluat uenti se nubibus ipse  
uertex contradens ex aere semina nubis  
et quasi demissum caelo pretera imitetur. 445  
hic ubi se in terras demisit dissoluitque,  
turbinis immanem uim prouomit atque procellae.  
sed quia fit raro omnino montisque necessest  
officere in terris, apparet crebrius idem  
prospectu maris in magno caeloque patenti. 450  
Nubila concrestant, ubi corpora multa uolando  
hoc supero in caeli spatio coire repente  
asperiora, moris quae possint indupedita  
exiguus tamen inter se compressa teneri.  
haec faciunt primum paruas consistere nubes; 455  
inde haec comprehendunt inter se conque gregantur  
et coniungendo crescent uentisque feruntur  
usque adeo donec tempestas saeua coortast.  
fit quoque uti montis uicina caeuina caelo  
quam sint quoque magis, tanto magis edita fument  
adsidue furuae nubis caligine crassa 461  
propterea quia, cum consistunt nubila primum,  
ante uidere oculi quam possint, tenuia, uenti

347 incendunt B, incedunt A Nic. 349 transulat Nauger., transuiat codd. 350 perfringit Mar. al., perfrigit B, perfigit A, Lach. 357 apta Turnebus, alta codd. 359 se ueris codd. correcti, seris codd. 360 calore Mar. al., calores codd. 362 interutraque Lach. 364 et add. Mar. Junt. 365 nubi Lach., nobis codd. 366 sit add. Mar. al. 368 et Mar. al., est codd. Lach. id (u. 369) in ut mutato. rigoris Mar. al., ligoris codd. 370 res ante inter se add. codd. correcti, post inter se edd. uett. Lach. 374 freta add. Lach. 375 eo si B ex corr., eos codd. 376 cietur B ex corr. codd. correcti, cie codd. 382 mentis codd. correcti, menti codd. 384 hinc Mar., hic codd. 386 docere Housman, monere Bockem. 389 quo quouisset, q. cuique est codd. correcti, quo inquest codd. uoluptas Junt., uoluntas codd. 401 Iuppiter (Iupiter) in terras Nic. B ex corr., Iuppiterras codd. 402 ipse in cas tum Lamb., ipse in aestum codd. 406 propterea A Nic. si uult Avanc., si uiuit B, si uiuit A. 421 loca B ex corr. codd. correcti, ioca codd.\* 424 Grai codd. correcti, Grali codd., Graeci Lach. 426 tamquam codd. correcti, tam cum codd. 428 incita codd. correcti, lacita codd. 430 ueniunt Lach., ueniunt codd. 440 detrusit Lamb., detruit codd. 447 procellae codd. correcti, procellat codd. 449 officere codd. correcti, officeret codd. 452 supero Lach., super codd. coire codd. correcti, coire codd. 453 moris Lach., modis codd. 454 compressa Mar., compressa codd. 456 haec Lach., ea codd. 461 furuae Bentl. Lach., fuluae codd. nubis Mar. al., nubes codd. [\* 421 eius Lach., plus codd.]

portantes cogunt ad summa cacumina montis.  
hic demum fit uti turba maiore coorta 465  
et condensa queant apparere et simul ipso  
vertice de montis nideantur surgere in aethram.  
nam loca declarat sursum ventosa patere  
res ipsa et sensus, montis enim ascendimus altos.  
praeterea permulta mari quoque tollere toto 470  
corpora naturam declarant litore nectes  
suspensae, cum concipiunt umoris adhaesum.  
quo magis ad nubes agendas multa videntur  
posse quoque e salso consurgere monie ponti ;  
nam ratio consanguineast umoribus ollis. 475  
praeterea fluviiis ex omnibus et simul ipsa  
surgere de terra nebulas aestumque videmus,  
quae velut halitus hinc ita sursum expressa feruntur  
suffunduntque sua caelum caligine et altas  
sufficiunt nubes paulatim conueniundo ; 480  
urget enim quoque signiferi super aetheris aestus  
et quasi densendo subtexit caerulea nimbis.  
fit quoque ut huc veniant in caelum extrinsecus illa  
corpora quae faciunt nubes nimbosque volantis ;  
innumerabilem enim numerum summamque profundi  
esse infinitam docui, quantaque volarent 486  
corpora mobilitate ostendi quamque repente  
inmemorable per spatium transire solerent.  
haut igitur mirumst si paruo tempore saepe  
montibus' tam magnis tempestas atque tenebrae 490  
coperiant maria ac terras impensa superne,  
undique quandoquidem per caulas aetheris omnis  
et quasi per magni circum spiracula mundi  
exitus introitusque elementis redditus extat.  
Nunc age, quo pacto pluuus concreseat in altis  
nubibus umor et in terras demissus ut imber 496  
decidat, expediám. primum iam semina aquae  
multa simul uincam consurgere nubibus ipsis  
omnibus ex rebus pariterque ita crescere utrumque  
et nubes et aquam quaecumque in nubibus extat,  
ut pariter nobis corpus cum sanguine crescit, 501  
sudor item atque umor quicumque est denique mem-  
bris.  
concipiunt etiam multum quoque saepe marinum  
umorem, veluti pendentia uellera lanae,  
eum supra magnum mare uenti nebula portant.  
consimili ratione ex omnibus annibus umor 506  
tollitur in nubis. quo cum bene semina aquarum  
multa modis multis conuenere undique adaucta,  
confertae nubes umorem mittere certant  
dupliciter ; nam uis uenti contrudit et ipsa 510  
eopia nimborum turba maiore coacta  
urget, de supero premit ac facit effluere imbris.  
praeterea cum rareseunt quoque nebula uentis  
aut dissoluntur, solis super ieta calore,  
mittunt umorem pluuium stillantque, quasi igni  
cera super calido tabescens multa liquescat. 516  
sed nemens imber fit, ubi uementer utraque  
nebula ui cumulata premuntur et impete uenti.  
atque tenere diu pluuiae longinque morari  
consuerunt, ubi multa cientur semina aquarum 520

atque aliis aliae nubes nimbique rigantes  
insuper atque omni vulgo de parte feruntur,  
terraeque eua fumans umorem tota redhalat.  
hic ubi sol radiis tempestatem inter opaeam  
aduersa fulsit nimborum asparagine contra, 525  
tum color in nigris existit nubibus arqui.  
Cetera quae sorsum erescunt sorsumque creantur,  
et quae concreseunt in nubibus, omnia, prorsum  
omnia, nix uenti grandio gelidaeque pruinae  
et nis magna geli, magnum duramen aquarum, 530  
et mora quae fluuios passim refrenat cunctis,  
perfacilest tamen haec reperire animoque uidere  
omnia quo pacto fiant quareue creantur,  
cum bene cognoris elementis reddita quae sint.  
Nunc age quae ratio terrae motibus extet 535  
percipi. et in primis terram fac ut esse rearis  
supper item ut supra uentosis undique plenam  
speluncis multosque lacus multasque lucinas  
in gremio gerere et rupes deruptaque saxa ;  
multaque sub tergo terrae flumina tecta 540  
uolueri ni fluctus summersaque saxa putandumst ;  
undique enim similes esse sui res postulat ipsa.  
his igitur rebis subiunctis suppositisque  
terra superne tremit magnis concussa ruinis,  
subter ubi ingentis speluncae subruit actas ; 545  
quippe cadunt toti montes magnoque repente  
concussu late disseperunt inde tremores.  
et merito, quoniam plaustris concussa tremescunt  
tecta uiam propter non magno pondere tota,  
nec minus exultant, ut serupus eumque uia 550  
ferratos utrumque rotarum succentit orbis.  
fit quoque, ubi in magnas aquae uastasque lucinas  
gleba uetustate et terra pronoluitur ingens,  
ut iacetur aquae fluctu quoque terra uacillans ;  
ut uas interdum non quit constare, nisi umor 555  
destitit in dubio fluctu iactarier intus.  
Praeterea uentus cum per loca subcana terrae  
collectus parte ex una prociuit et urget  
obnixus magnis speluncis uiribus altas,  
inennbit tellus quo uenti prona premit uis. 560  
tum supra terram quae sunt extracta domorum  
ad caelumque magis quanto sunt edita quaeque,  
inclinata tument in eandem prodita partem  
protractaeque trabes impendent ire paratae.  
et metuunt magni naturam credere mundi 565  
exitiale aliquod tempus clademque manere,  
cum uideant tantam terrarum incumbere molem !  
quod nisi respirent uenti, uis nulla refrenet  
res neque ab exitio possit reprehendere cunctis.  
nunc quia respirant alternis inque grauescunt 570  
et quasi collecti redeunt eeduntque repulsi,  
saepeius hanc ob rem mimitatur terra ruinas  
quam facit ; inclinatur enim retroque recellit  
et recipit prolapsa suas in pondere sedes.  
hae igitur ratione uacillant omnia tecta, 575  
summa magis mediis, media imis, uia perhilum.  
Est haec eiusdem quoque magni causa tremoris,  
uentus ubi atque animae subito uis maxima quaedam

465 turba maiore Pont. al., turbammor codd. 466 et condensa queant apparere Lach., et condensatque arta parere codd. 467 uideantur codd. correcti, uideantur codd. 468 loca codd. correcti, codd. lo. 469 scusis Avanc., sensuum codd. 473 quo m. Mon., quod m. codd. 474 consurgere monie codd. correcti, consurgere homine codd. 475 consanguineast I. Voss. in notis manu scr., consanguinea se codd. ollis Lach., omnis codd. 483 huc Vat. 3276, hanc codd. illa codd. correcti, illi A, ille B. 488 per add. Pont. al. 490 montibus' (h. e. montibus) tam magnis M., tam magnis montis codd., t. m. nubibus Lach., t. uagnae molis Bern. 491 coperiant ita uentis curis M. cum codd., coperiant Lach. et olim M. 492 uincam Mar. al., uincas codd. 496 demissus codd. correcti, diuissus codd. 498 uincam codd. correcti, uincam codd. 503 concipiunt Brix. al., concidant codd. 509 umorem M. codd. ui uenti, ex u. sequenti profectum, uuentia Wak. Lach. 511 turba maiore Mar. al., turbam uore codd. 512 urget de supero Lach., urgete supero codd., urget et e supero A ex corr. Nicc. vulg. 515 stillantque B. ex corr., stillant codd. 516 cera Flor. 31 Pont. al., tela codd. 518 ui. aquis Lach. 519 atque tenere Lach., at retinet codd., at remanere Bern. 520 cientur Wak. Lach., fientur codd. 523 redhalat I. Voss. in notis manu scr., redhalat codd., rhalat A ex corr. vulg. 524 inter Nicc., inte B, iue A. 527 sorsum—sorsumque Koch, sorsum—sorsumque, codd. cursu—cursuque Lach. 531 cunctis B ex corr., auiculis codd. 533 fiant Mar. al., fluant codd. 536 terram codd. correcti, terras codd. 537 supra Avanc., super codd. uentosis Wak., uentis codd. 541 summersaque saxa codd. correcti, summersosa codd. 542 uindem Junt., simile codd. esse sui Ald. I Junt., esse ui codd. 548 plaustris Lach., plaustris codd. 550 exultant, ut serupus eumque uia M., exultantes dapsis eumque uim codd., et ubi laps' eumque uia Lach. 554 uacillans B ex corr., uacillans codd. 555 interdum Lach., inter codd. 563 tument Vat. 3276 M., miment codd. Lamb., uent Lach. 568 uenti, uis nulla Mar., uentis nulla codd. 574 in pondere A Nicc., in pondera B. Lach.

aut extrinsecus aut ipsa tellure coorta  
 in loca se caua terrai coniecit ibique 580  
 speluncas inter magnas fremit ante tumultu  
 uersabundaue portatur, post incita cum uis  
 exagitata foras erumpitur et simul altam  
 diffindens terram magnum concinnat hiatum.  
 in Syria Sidone quod accidit et fuit Aegi 585  
 in Peloponneso, quas exitus hic animai  
 disturbat urbes et terrae motus obortus.  
 multaue praeterea ceciderunt moenia magnis  
 motibus in terris et multae per mare pessum  
 subedere suis pariter cum ciuibus urbes. 590  
 quod nisi prorumpit, tamen impetus ipse animai  
 et fera uis uenti per crebra foramina terrae  
 dispertitur ut horror et incutit inde tremorem;  
 frigus uti nostros penitus cum uenit in artus,  
 concutit inuitos cogens tremere atque mouere. 595  
 aecipiti trepidant igitur terrore per urbis,  
 tecta superne timent, metuunt inferne cauernas  
 terrai ne dissoluat natura repente,  
 neu distracta suum late dispandat hiatum  
 adque suis confusa uelit completere ruinis. 600  
 proinde licet quamuis caelum terramque reantur  
 incorrupta fore aeternae mandata saluti;  
 et tamen-interdum praesens uis ipsa periculi  
 subdit et hunc stimulum quadam de parte timoris,  
 ne pedibus raptim tellus subtracta feratur 605  
 in barathrum rerumque sequatur prodita summa  
 funditus et fiat mundi confusa ruina.  
 (Principio mare mirantur non reddere maius  
 naturam, quo sit tantus decursus aquarum,  
 omnia quo ueniant ex omni flumina parte. 610  
 adde nagos imbris tempestatesque uolantes,  
 omnia quae maria ac terras sparguntque rigantque;  
 adde suos fontis; tamen ad maris omnia summam  
 guttati uix instar erunt uisum adaugmen;  
 quo minus est mirum mare non augescere magnum.  
 praeterea magnam sol partem detrahit aestu. 616  
 quippe uidemus enim nestis umore mudentis  
 exsiccare suis radiis ardentibu' solem:  
 at pelage multa et late substrata uidemus.  
 proinde licet quamuis ex uno quoque loco sol 620  
 umoris paruam delibet ab aequiore partem;  
 largiter in tanto spatio tamen auferet undis.  
 tum porro uenti quoque magnam tollere partem  
 umoris possunt uerentes aequora, uentis  
 una nocte uias quoniam persaepe uidemus 625  
 siccati mollisque luti concrecere crustas.  
 praeterea docui multum quoque tollere nubes  
 umorem magno conceptum ex aequore ponti  
 et passim toto terrarum spargere in orbi,  
 cum pluit in terris et uenti nubila portant. 630  
 postremo quoniam raro cum corpore tellus  
 est, et coniunctast, oras maris uidique cingens,  
 debet, ut in mare de terris uenit umor aquai,  
 in terras itidem manare ex aequore salso;  
 percolatur enim uirus retroque ramanat 635  
 materies umoris et ad caput annibus omnis  
 confluit, inde super terras redit agmine dulci  
 qua uia seeta semel liquido pede detulit undas.)  
 Nunc ratio quae sit, per fauces montis ut Aetnae  
 expirent ignes interdum turbine tanto, 640

expediam. neque enim mediocri clade coorta  
 flammae tempestas Siculum dominata per agros  
 finitimis ad se conuertit gentibus ora,  
 fumida cum caeli scintillare omnia templa  
 cernentes pauida complebant pectora cura, 645  
 quid moliretur rerum natura nouarum.  
 Hisce tibi in rebus latest alteque uidendum  
 et longe cunctas in partis dispiciendum,  
 ut reminiscaris summam totum esse profundam  
 et uideas caelum summam totius unum 650  
 quam sit paruula pars et quam multesima constet,  
 nec tota pars, homo terrai quota totius unus.  
 quod bene propositum si plane contuere  
 ac uideas plane, mirari multa relinquant.  
 numquis enim nostrum miratur siquis in artus 655  
 accepit calido febrim feruore coortam  
 aut alium quemuis morbi per membra dolorem?  
 opturgescit enim subito pes, arripit acer  
 saepe dolor dentes, oculos inuadit in ipsos,  
 existit sacer ignis et urit corpore serpens 660  
 quamcumque arripuit partem, repitque per artus,  
 nimirum quiz sunt multarum semina rerum,  
 et satis haec tellus nobis caelumque mali fert,  
 unde queat uis immensi procreescere morbi.  
 sic igitur toti caelo terraque putandumst 665  
 ex infinito satis omnia suppeditare,  
 unde repente queat tellus concussa moueri  
 perque mare ac terras rapidus percurrere turbo,  
 ignis abundare Aetnaeus, flammescere caelum;  
 id quoque enim fit et ardescunt caelestia templa,  
 et tempestates fluminae grauiore coortu 671  
 sunt, ubi forte ita se tetulerunt semina aquarum.  
 'at nimis est ingens incendi turbidus ardor.'  
 scilicet et fluius quiuis est maximus ei  
 qui non ante aliquem maiorem uidit, et ingens 675  
 arbor homoque uidetur, et omnia de genere omni  
 maxima quae uidit quisque, haec ingentia fingit,  
 cum tamen omnia cum caelo terraque marique  
 nil sint ad summam summam totius omnem.  
 Nunc tamen illa modis quibus inritata repente  
 flamma foras uastis Aetnae fornacibus efflet, 681  
 expediam. primum totius subcaeu montis  
 est natura, fere silicium suffultu cauernis.  
 omnibus est porro in speluncis uentus et aer;  
 uentus euim fit, ubi est agitando percitus aer. 685  
 hic ubi percaluit calefecitque omnia circum  
 saxa furens, qua contingit, terramque, et ab ollis  
 excussit calidum flammis uelocibus ignem,  
 tollit se ac rectis ita faucibus eicit alte.  
 fert itaque ardorem longe longeque fauillam 690  
 differt et crassa uoluit caligine fumum  
 extruditque simul mirando pondera saxa;  
 ne dubites quin haec animai turbida sit uis.  
 praeterea magna ex parti mare montis ad eius  
 radices frangit fluctus aestumque resorbet. 695  
 ex hoc usque mari speluncae montis ad altas  
 perueniunt subter fauces. hac ire fatendumst  
 et penetrare mari penitus res cogit aperto  
 atque efflare foras ideoque extollere flammam  
 saxaque subiectare et arenae tollere nimbos. 700  
 in summo sunt uertice enim crateres, ut ipsi

582 que add. codd. correcti. incita cum uist Bockem. recte ut uidetur. 586 quas Avanc., qua codd. 588 cecide-  
 runt Mon. uett. edd., cecideret codd. 589 pessum B ex corr. Nicc., possum codd. 600 comple codd. adque Lach., idque  
 codd. 604 subditi et hunc A, Flor. 31, subditi et hunc B, A ex corr. Nicc., subditi atque Lach. 605 subtracta Nicc.,  
 substructa codd. 608-638 hos uersus neque ad ea quae praecedunt neque ad ea quae secuntur spectare primus uidit  
 Lach. 609 naturam Pont. al., natura codd. 616 magnam sol Pont. Junt., sol m. codd. 624 aequora, uentis Lach.,  
 aequora uenti codd., aequora ponti Nicc. uulg. 629 orbi Mar. al., orbis codd. 632 maris B ex corr. al., magis codd.  
 638 pede detulit A ex corr., pede tulit codd. 641 mediocri clade coorta I. Voss. in notis manu scr., media greca de  
 coorta codd. 642 flammae Heins. in notis manu scr., flammae codd. 648 dispiciendum Nicc., despiciendum codd.  
 653 propositum B ex corr., propositus codd. plane codd. correcti, plani codd. 663 nobis Mar. al., morbi codd. ex u.  
 664 illatum, orbi Lach. 674 quiuis est Benth., qui uisus codd. 683 fere silicium A ex corr. alique correcti, feres illi  
 cum codd. 687 contingit Flor. 31 Brix., contigit codd. 690 fert itaque Heins. in notis manu scr., Lach., fert itque codd.  
 695 resorbet codd. correcti, resolut codd. 697 lacunam indicauit M., ad hunc modum explendam fluctibus admixtam  
 uim uenti; intrareque ab isto. Lach. (in u. 698) legit penitus percocta in apertum. 701 uertice enim Turnebus al.,  
 uerticeni codd.

nomitant; nos quod fances perhibemus et ora.

Sunt aliquot quoque res quarum unam dicere causam

non satis est, uerum pluris, unde una tamen sit; corpus ut exanimum siquod procul ipse iacere 705  
conspicias hominis, fit ut omnis dicere causas conueniat leti, dicatur ut illius una.  
nam neque eum ferro nee frigore uincere possis interisse neque a morbo neque forte ueneno, 709  
uerum aliquid genere esse ex hoc quod contigit ei scimus. item in multis hoc rebus dicere habemus.

Nilus in aetatem erescit campisque redundat, uiuens in terris Aegypti totius annis.  
is rigat Aegyptum medium per saepe calorem, aut quia sunt aestate aquilonis ostia contra, 715  
anni tempore eo qui etesiae esse feruntur, et contra fluumm illantes remorantur et undas eogentes sursus replent eoguntque manere.  
nam dubio procul haec aduerso labra feruntur flumine, quae gelidis ab stellis axis aguntur. 720  
ille ex aestifera parti uenit annis ab austro, inter nigra uirum percocto saecula colore exorians penitus media ab regione dici.

est quoque uti possit magnus congestus harenae fluctibus aduersis oppillare ostia contra, 725  
cum mare permotum uentis ruit intus harenam; quo fit uti pacto liber minus exitus anni et procliuis item fiat minus impetus undis.  
fit quoque uti pluuias forsan magis ad caput ei tempore eo fiant, quod etesia labra aquilonum 730  
nubila conieciunt in eas tunc omnia partis, scilicet ad median regionem eiecta diei cum conuenerunt, ibi ad altos denique montis contrusae nubes eoguntur uique premuntur.  
forsitan Aethiopum penitus de montibus altis 735  
erescat, ubi in campos albas descendere niungnes tabifeis subigit radius sol omnia lustrans.

Nunc age, Auerna tibi quae sint loca cunIQUE laeusque

expediam, quali natura praedita consistit. 739  
principio quod Auerna uocantur nomine, il ab re inpositumst, quia sunt anibus contraria emetis, e regione ea quod loca cum uenere uolantes, remigi oblitae peninarum uela remittunt praecipitesque cadunt molli cernice profusae in terram, si forte ita fert natura locorum, 745  
aut in aquam, si forte lacus substratus Auernist. is locus est Cymas apud, aeri sulphure montes oppleti calidis nbi fumant fontibus aucti.  
est et Athenaeis in mocibus, aereis in ipso uertice, Palladis ad templum Tritonidis almae, 750  
quo nunquam pennis appellunt corpora ranaeae cornices, non eum fumant altaria donis: usque adeo fugitant non iras Palladis aeris peruigili causa, Graium ut cecinare poetae, sed natura loci ope sufficit ipsa suapte, 755  
in Syria quoque fertur item locus esse uideri, quadripedes quoque quo simul ac nestigia primum intralerit, grauitur uis eogat conedere ipsa,

manibus ut si sint diuis inactata repente.  
omnia quae naturali ratione geruntur, 760  
et quibus effiant causis apparet origo;  
ianua ne forte his Orei regionibus esse credatur, post hinc aninas Acheruntis in oras ducere forte deos manis inferne reamur,  
naribus alipedes ut cerui saepe putantur 765  
ducere de latebris serpentia saecula ferarum.  
quod procul a uera quam sit ratione repulsum percipe; nam de re nunc ipsa dicere eoor.

Prineipio hoc dico, quod dixi saepe quoque ante, in terra cuiusque modi rerum esse figuras; 770  
multa, cibo quae sunt, uitalia, multaque, morbos incutere et mortem quae possint addequare.  
et magis esse aliis alias animantibus aptas res ad uitai rationem ostendimus ante  
propter dissimilem naturam dissimilisque 775  
texturas inter sese primasque figuras.  
multa uentis inimica per auras, multa per ipsas insinuant naris infesta atque aspera iactu,  
nec sunt multa parum tactu uitanda neque autem aspectu fugienda saporeque tristitia quae sint. 780

Deinde uidere licet quam multas sint homini res acriter infesto sensu spurcaeque grauesque; arboribus primum certis grauis umbra tributa usque adeo, capitis faciunt ut saepe dolores, siquis eas super iacuit prostratus in herbis, 785  
est etiam magnis Heliconis montibus arbor floris odore hominem tacto consueta necare.  
scilicet haec ideo totis ex omnia surgunt, multa modis multis multarum semina rerum quod permixta gerit tellus discretaque tradit. 790  
nocturnumque reuens extinetum luiaen ubi acri uidore offendit nares, consopit ibidem, conidere et spumas qui morbo mittere suenit.  
eastoreoque graui mulier sopita reumbit et manibus nitidum teneris opus elluit ei, 795  
tempore eo si odorastat quo menstrua soluit.  
multaque praeterea languentia membra per artus solunt atque animam labefactant sedibus intus.  
denique si calidis etiam emectant lanabris plenior et laueris, solio feruentis aquae 800  
quam facile in medio fit uti des saepe ruinas!  
carbonumque grauis nis atque odor insinuat quam facile in cerebrum, nisi aquam praecipimus ante!

at cum membra domus percipit feruidu', neruis tum fit odor uiri plagae inactabilis instar. 805  
nonne uides etiam terra quoque sulphur in ipsa gignit et tacto conerescere odore bitumen; denique ubi argenti nenas aurique secuntur, terrae penitus scrutantes abdita ferro, qualis expiret Scaptensula subter odores? 810  
quidne nulli fit ut exhalent aurata metalla!  
quas hominum reddunt facies qualisque colores!  
nonne uides audisue perire in tempore paruo quam soleant et quam uitai copia desit, quos opere in tali cohibet uis magna necessis? 815  
hos igitur tellus omnis exaestuat aestus

705 iacere codd. correcti, iaceret codd. 708 nam neque codd. correcti, namque codd. 710 uerum Mar. al., utrum codd. contigit ei Is. Voss. in notis manu scr., contiolet A, contiolet B. 711 item. idem Bockem. 719 labra codd. correcti, labro codd. 727 anni Mar., annis codd. 730 quod Mar., quo codd. 736 descendere Lach., deedere codd. 738 sint. sunt Bockem. 740 quod. quo Lach. 743 remigi oblitae Lach., remigio oblitae codd. 746 substratus Brix., subtratus codd. Auernist M., Auerni codd., est ante si forte add. Lach. 747 is B, his A Nicc. acri sulphure Salmas. al., acri super codd. montes B, montis A Nicc. quod fortasse scripsit Lucretius. 749 est ut Lach. 755 ope sufficit M., opus efficit codd., ni ibus officit Lach., sponte officit Polle quod uerissimum est. 759 si fit diuis inactata' Lach. sine necessitate. 761 effiant Lach., e fiant codd. 762 forte his M., potis codd., posita his Wak., Puteis h. e. Puteolanis Lach. 764 inferne Lamb., inferna codd. 768 de re om. A. 771 cibo quae sunt Wak., e. eque sunt codd. 777-780 post 782 ponit Kannengiesser, recte ut uidetur. 777 auras Mar. Ald. I Jant., auras codd. 778 iactu M. cum inere, adiectus de odoribus potissimum dicantur, tractu Housman, tactu codd., adactu Lach. 780 tristitia codd. correcti, tristitia codd. 788 ideo terris Mar. al., inde ueris codd. 789 conuauit cum u. 788 Cantab. Lamb. al., Creech Lach. al. cum 790 coniungunt. 791 acri Lamb., aeris codd. 793 et spumas Madv., codd. et pumas, Lach. et spumam ut, uersu post 801 transposito. 798 labefactant codd. correcti, labefaciunt codd. 799 cuncture Lach., cunctere codd., Housman. 800 et l. Lach., affueris s. codd., et frneris solio Madv. cffultus s. Housman. 803 aquam codd. correcti, aqua codd. 804 m. domus Vat. 3276 Brix. al., m. domus codd. feruidu', neruis M. (feruida, neruis Wak.), feruida seruis A. Nicc. (f. feruis B), feruidior uis Lach., feruida febris Lamb. Is. Voss. Madv. 805 uiri Pius in adn., uiri codd. 806 ipsa codd. correcti, ipso codd. 808 argenti codd. correcti, argento codd. 813 audisue codd. correcti, audire codd. 815 necessis Lach., necesses codd.

expiratque foras in apertum promptaque caeli.

Sic et Auerna loca alitibus summittere debent  
mortiferam uim, de terra quae surgit in auras,  
ut spatium caeli quadam de parte uenenet ; 820  
quo simul ac primum pennis delata sit ales,  
impediatur ibi caeco correpta ueneno,  
ut cadat e regione loci, qua derigit aestus.  
quo cum conruit, hic eadem uis illius aestus  
reliquias uitae membris ex omnibus aufert. 825  
quippe etenim primo quasi quendam conciet aestum ;  
posterius fit uti, cum iam cecidere ueneni  
in fontis ipsos, ibi sit quoque uita uomenda  
propterea quod magna mali fit copia circum.

Fit quoque ut interdum uis haec atque aestus  
Auerni 830  
aera, qui inter auis cumquest terramque locatus,  
discutiatur, prope uti locus hic linquatur inanis.  
cuius ubi e regione loci uenere uolantes,  
claudicat extemplo pinnarum nisus inanis  
et conamen utrinque alarum proditur omne. 835  
hic ubi nixari nequeunt insistereque alis,  
scilicet in terram delabi pondere cogit  
natura, et uacuum prope iam per inane iacentes  
dispergunt animas per caulas corporis omnis.

frigidior porro in puteis aestate fit umor, 840  
rarescit quia terra calore et semina siquae  
forte uaporis habet, prope dimittit in auras.  
quo magis est igitur tellus effeta calore,  
fit quoque frigidior qui in terrast abditus umor.  
frigore cum premitur porro omnis terra coitque 845  
et quasi conerescit, fit scilicet ut coeundo  
exprimat in puteis siquem gerit ipsa calorem.

Esse apud Hammonis fanum fons luce diurna  
frigidus et calidus nocturno tempore fertur.  
hunc homines fontem nimis admirantur et acri 850  
sole putant super terras feruescere raptim,  
nox ubi terribili terras caligine texit.  
quod nimis a uerast longe ratione remotum.  
quippe ubi sol nudum contractans corpus aquai  
non querit calidum supera de reddere parte, 855  
cuni superum lumen tanto feruore fruatur,  
qui queat hic super tam erasso corpore terram  
percoquere umorem et calido satiare uapore ?  
praesertim cum uix possit per saepia domorum  
insinuare suam radiis ardentibus aestum. 860  
quae ratioast igitur ? nimirum terra magis quod  
rara tepet circum fontem quam cetera tellus  
multaque sunt ignis prope semina corpus aquai.  
hoc ubi roriferis terram nox obruit umbris,  
extemplo penitus frigescit terra coitque. 865  
hac ratione fit ut, tanquam compressa manu sit,  
exprimat in fontem quae semina cumque habet ignis,  
quae calidum faciunt aquae tactum atque saporem.  
inde ubi sol radiis terram dimouit obtortus  
et rarefecit calido gliscente uapore, 870  
rursus in antiquas redeunt primordia sedes  
ignis et in terram cedit calor omnis aquai.

frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.  
praeterea solis radiis iactatur aquai  
umor et in lucem tremulo rarescit ab aestu ; 875  
propterea fit uti quae semina cumque habet ignis  
dimittat ; quasi saepe gelum, quod continet in se,  
mittit et exoluit glaciem nodosque relaxat.

Frigidus est etiam fons, supra quem sita saepe  
stuppa iacit flammam concepto protinus igni, 880  
taedaeque consimili ratione accensa per undas  
conlucet, quocumque natans impellitur auris.  
nimirum quia sunt in aqua permulta uaporis  
semina de terraque necessest funditus ipsa  
ignis corpora per totum consurgere fontem 885  
et simul expirare foras exireque in auras,  
non ita multa tamen, calidus queat ut fieri fons,  
propterea dispersa foras erumpere cogit  
uis per aquam subito sursumque ea conciliari.  
quod genus endo marist Aradi fons, dulcis aquai  
qui scatit et salsas circum se dimouet undas ; 891  
et multis aliis praebet regionibus aequor  
utilitatem opportunam sitientibus nautis,  
quod dulcis inter salsas interuomit undas.

sic igitur per eum possunt erumpere fontem 895  
et scatere illa foras, in stuppam semina quae cum  
conueniunt aut in taedae corpore adhaerent,  
ardescunt facile extemplo, quia multo quoque in se  
semina habent ignis stuppae taedaeque latentis.  
nonne uidet etiam, nocturna ad lumina linum 900  
niper ubi extinctum admoueat, accendit ante  
quam tetigit flammam, taedamque pari ratione ?  
multaque praeterea prius ipso facta uapore  
eminus ardescunt quam comminus imbuat ignis.  
hoc igitur fieri quoque in illo fonte putandumst. 905  
Quod superest, agere incipiam quo foedere fiat

naturae, lapis hic ut ferrum ducere possit,  
quem Magnetae uocant patrio de nomine Grai,  
Magnetum quia fit patriis in finibus ortus.  
hunc homines lapidem mirantur ; quippe catenam  
saepe ex anellis reddit pendentibus ex se. 911  
quinque etenim licet interdum pluresque uidere  
ordine demissos leuibus iactariis auris,  
unus ubi ex uno dependet super adhaerens  
ex alioque alius lapidis uim uinelaque noscit : 915  
usque adeo permanenter uis peruolat eius.

Hoc genus in rebus firmandumst multa prius quam  
ipsius rei rationem reddere possis,  
et nimum longis ambagibus est adeundum ;  
quo magis attentas auris animumque reposito. 920

Principio omnibus ab rebus, quascumque uide-  
mus,  
perpetuo fluere ac mitti spargique necessest  
corpora quae feriant oculos uisumque lacescant.  
perpetuoque fluunt certis ab rebus odores ;  
frigus ut a fluuiis, calor ab sole, aestus ab undis 925  
aequoris exor moerorum litora propter.  
nec uarii cessant sonitus manare per auras.  
denique in os salsi uenit umor saepe saporis,  
cum mare uersanur propter, dilutaque contra 929

817 apertum B, aperta A Nicc. 818 et. ca Lach. alitibus codd. correcti, malitibus codd. 832 hic Mon. prim. man. Lach., hinc codd. linquatur codd. correcti, linquitur codd. 839 hic duas paginas perisse uidit Lach. idem hic ponit haec quattuor fragmenta quae sub Lucreti nomine feruntur, Non mihi si linguae centum sint oraue centum, aerea uox. Sibibu' frigus. Cameraeque caminis. Ne obliet. 840 ante frigidior A habet que, B uae h. e. quae. 841 rarescit Lamb., arescit codd. semina codd. correcti, semi codd. si quae Auanc, siqua codd. 842 habet, prope codd. correcti, habet proprie B Flor. 31, proprie A. 846 ut coeundo Lach., in coeundo codd. 851 raptim Lamb., partim codd. 857 super Pont., super codd. 858 satiare codd. correcti, soelare codd. 862 rara Lamb., para codd. tepet Lach., tenet codd. 864 umbris Mar. al., undis codd. 865 penitus Lach., sonitus codd. 868 aquae Lach., duce Beda, latieis codd. saporem Lamb., uaporem codd. Bed. 870 gliscente Wak., miscente codd. 877 dimittat Cantab., demittat codd. 878 nodosque codd. correcti, nobosque codd. 879 frigidus codd. correcti, frigus codd. 887 non ita multa Is. Voss. in notis manu scr., n. i. multa codd. 888 propterea Lach., praeterea codd. 889 conciliari Lamb., conciliare codd. 890 marist Aradi fons Bern. Lach., maris parat fons codd. 892 praebet codd. correcti, praeter codd. 894 dulcis codd. correcti, duleit codd. 896 quae Ven., que codd. Brix. Ver., quo Lamb. uulg. Lach. interpunctionem emendauit N. P. Howard. 897 in taedae corpore Is. Voss. in notis manu scr., in taeda corpora codd. 898 quia codd. correcti, qui codd. 899 latentis Bern., tenentes codd., tepentis Lach. 907 lapis B ex corr. codd. correcti, lapsi codd. 908 quem B ex corr. codd. correcti, quam codd. patrio. patriae. Bockem. 909 fit. sit codd. correcti. ortu Lach. ut in II 387. 912 quinque B ex corr., qui neque codd. 913 demissos Lamb., demisso codd. 916 permanenter codd. correcti, permanater codd. peruolat Turneb., perualet codd. 919 ambagibus e. codd. 925 it Kannengiesser. a. om. codd. 927 per auris Housman.



934 cum tuimur miseri absinthia, tangit amaror.  
usque adeo omnibus ab rebus res quaeque fluenter  
930 fertur et in cunctas dimittitur undique partis  
nec mora nec requies interdatur ulla illuendi,  
perpetuo quoniam sentimus, et omnia semper  
cernere odorari licet et sentire sonare. 935

936 Nunc omnis repetam quam raro corpore sint res  
commemorare; quod in primo quoque carmine  
claret.

quippe etenim, quamquam multas hoc pertinet  
ad res

noscere, eum primis hanc ad rem protinus ipsam,  
qua de disserere adgredior, firmare necessest 940  
nil esse in promptu nisi mixtum corpus inani.  
princepio fit ut in speluncis saxa superne  
sudent umore et guttis manantibus stillent.

manat item nobis e toto corpore sudor,  
erescit barba pilique per omnia membra, per artus.  
diditur in uenas cibus omnis, auget alitque 946  
corporis extremas quoque partis inguiculosque.  
frigus item transire per aes calidumque uaporem  
sentimus, sentimus item transire per aurum,  
atque per argentum, eum poeula plena tenemus.  
denique per dissaeta domorum saxea uocens 951  
peruolitant, permanat odor frigusque uaporesque  
ignis, qui ferri quoque uim penetrare senuit

956 et, tempestate in terra caeloque coorta, 955

955 morbida uisque simul eum extrinsecus insinua-  
tur,

in caelum terrasque remotae iura faecessunt,  
quandoquidem nil est nisi raro corpori nexu.

Huc accedit uti non omnia, quae lacinuntur  
corpora cumque ab rebus, eodem praedita sensu  
atque eodem pacto rebus sint omnibus apta. 961

princepio terram sol excoquit et facit are,  
at glaciem dissoluit et altis montibus altas  
extructasque niues radiis tabescere cogit.

denique aera liquefit in eius posta uapore. 965

ignis item liquidum facit aes aurumque resouit,  
at coria et carnem mollit durata calore.

umor aquae porro ferrum condurat ab igni,  
at coria et carnem mollit durata calore.

barbigeras oleaster eo iunat usque capellas, 970  
elluat ambrosius quasi uero, et nectare tinctus;

qua nil est homini quod amarum frondeat esca.  
denique amaracinum fugitat sus et timet omne  
ungentum; nam saetigeris subus acre uenenum est,  
quod nos interdum tanquam recreare uidetur.

at contra nobis caenum taeterrima cum sit 976  
spureities, eadem subus haec iucunda uidetur,  
insatiabiliter toti ut uoluntur ibidem.

Hoc etiam superest, ipsa quam dicere de re  
adgredior quod dicendum prius esse uidetur. 980

multa foramina eum uariis sint reddita rebus,  
dissimili inter se natura praedita debent

esse et habere suam naturam quaeque uiasque,  
quippe etenim uarii sensus animantibus insunt,  
quorum quisque suam proprie rem percipit in se;  
nam penetrare alio sonitus alioque saporem 986  
cernimus e sucis, alio nidoris odores.

991 praeterea manare aliud per saxa uidetur, 990

atque aliud lignis, aliud transire per aurum,

argentoque foras aliud uitroque meare.  
nam fluere haec species, illac calor ire uidetur,  
atque aliis aliut citius transmittere eadem.

995 scilicet id fieri eogit natura uiarum 995

multinodis uariis, ut paulo ostendimus ante,  
propter dissimilem naturam textaque rerum.

998 Quapropter, bene ubi haec confirmata atque  
locata

omnia constiterint nobis praeposta parata,  
quod superest, facile hinc ratione deditur et omnis  
causa patefiet quae ferri pelliciat uim. 1001

princepio fluere e lapide hoc permulta necessest  
semina siue aestum qui discutit aera plagis,  
inter qui lapidem ferrumque est cumque locatus.

hoc ubi inanitur spatium multusque uacuit  
in medio locus, ex templo primordia ferri 1006

in uacuum prolapsa cadunt coniuncta, fit utque  
anulus ipse sequatur atque ita corpore toto.

nec res ulla magis primoribus ex elementis  
indupedita suis arte conexa colaeret 1010

quam ualidi ferri natura et frigidus horror.  
quo minus est mirum, quod dico, ibus ex ele-  
mentis

corpora si nequeunt e ferro plura coorta  
in uacuum ferri, quin anulus ipse sequatur; 1014

quod facit, et sequitur, donec peruenit ad ipsum  
iam lapidem caecisque in eo conpagibus haesit.

hoc fit idem cunctas in partis, unde uacuit  
cumque locus, siue e transuerso siue superne  
corpora continuo in uacuum uicina feruntur; 1019

quippe agitantur enim plagis aliunde nec ipsa  
sponte sua sursum possunt consurgere in auras.  
huc accedit item (quare queat id magis esse,  
haec quoque res adiumento motuque iuuatur)

quod, simul a fronte est anelli rarior aer  
factus inanitusque locus magis aera uacuatus, 1025

1033 continuo fit uti qui post est cumque locatus  
1026 aer a tergo quasi pronelat atque propellat.

semper enim circumpositus res uerberat aer;  
sed tali fit uti propellat tempore ferrum, 1029

parte quod ex una spatium uacat et capit in se.  
1030 hic, tibi quem memoro, per crebra foramina ferri  
paruas ad partis subtiliter insinuat

trudit et impellit, quasi nauem nelaque uentus.  
1034 denique res omnes debent in corpore habere  
aera, quandoquidem rarosunt corpore et aer 1035

omnibus est rebus circumdatus adpositusque.  
hic igitur, penitus qui in ferrost abditus aer,  
sollicito motu semper iactatur eoque  
uerberat anellum dubio procul et ciet intus  
scilicet: ille eodem fertur quo praecipitauit 1040  
iam semel et partem in uacuum conamina sump-  
sit.

Fit quoque ut a lapide hoc ferri natura recedat  
interdum, fugere atque sequi consuea necissim.

exultare etiam Samothracia ferrea uidi  
et ramenta simul ferri furere intus ahenis 1045

in scaphiis, lapis hic Magnes cum subditus esset:  
usque adeo fugere ab saxo gestire uidetur.

aere interposito discordia tanta creatur  
propterea quia nimirum prius aestus ubi aeris  
praecipit ferrique uias possedit apertas, 1050  
posterior lapidis uenit aestus et omnia plena

935 om. Lach. 937 claret codd. correcti, clare codd. 941 mixtum corpus Brix. al., corpus mixtum codd., corpus mixtum in inani Wak. 942 superne Lach., superna codd. 954 galli Lach., caeli codd. 955, 956 inter se transposuit M., 955 post 947 ponit Lach. 957 iura Lach., iure B Vindob(onense fragm.) A ex corr., iurac A. 958 corpori nexu Lach., corpore nexum codd. 962 sol codd. correcti, quo codd. 963 abas Housman. 964 que add. Flor. 31 Pont. al., ninguis Avanc. 971 ambrosius M., ambrosias codd. ambrosiae quasi uere et nectari linetus Lach. 972 amariu' frondeat esca Lach., marius fronde ac exsect A, m. f. a. extel B Vindob. Nicc., amarius codd. correcti. 973 amaracinum Mar. Junct., naracinum codd. 977 iucunda siue iocunda codd. correcti, euanda A, inunda B. 988, 989 - 995, 996 (996, 997). 991 lignis Wak., ignis codd. 1001 pelliciat uim codd. correcti, pelliciatum B, perliccatum A. 1006 ferri codd. correcti, ferre codd. 1007 fit utque Mar., fit ut qui codd. 1009 ex add. codd. correcti. 1011 natura et Wak., naturae codd. 1012 quod dico, ibus ex c. M., quod dicitur ex c. codd., quo ducitur ex c. Lach. 1013 e ferro B, te ferro A. 1018 e codd. correcti, et codd. 1020 plagis codd. correcti, plagit codd. 1022, 1023 haec ita interpunxit M. item. Lach. utei, Idem inueter. haec corruptum, hoc Postgate in Diar. Phil. xvi 129. motus que Briege. 1025 magis Cantab. uett. edd., magnis codd. 1026 (1033) huc transtul. Ald. I Junct. 1027 aer a tergo Mar. al., erat ergo codd. 1033 uentus Pius, uentis codd. 1040 ille Lach., illo B Vindob., om. A Nicc. 1047 ab saxo Lach., a saxo codd.

inuenit in ferro neque habet qua tranet ut ante.  
cogitur offensare igitur pulsareque fluctu  
ferrea texta suo; quo pacto resquit ab se  
atque per aes agitat, sine eo quod saepe resorbet.  
illud in his rebus mirari mitte, quod aestus 1056  
non nalet e lapide hoc alias impellere item res.  
ponder enim fretae partim stant: quod genus au-  
rum;

et partim raro quia sunt cum corpore, ut aestus  
peruolet intactus, nequeunt impellier usquam; 1060  
lignea materies in quo genere esse uidetur.  
interutrasque igitur ferri natura locata  
aeris ubi accepit quaedam corpuscula, tum fit,  
impellant ut eam Magnesia flumine saxa. 1064

Nec tamen haec ita sunt aliarum rerum aliena,  
ut mihi multa parum genere ex hoc suppedientur  
quae memorare queam inter se singlariter apta.  
saxa uides primum sola colescere calce.  
glutina materies taurino iungitur uno,  
ut uitio uenae tabularum saepius hiscant 1070  
quam laxare queant compages taurea uincla.  
uitigeni latice aquai fontibus audent  
misceri, cum pix nequeat grauis et leue oliuom.  
purpureusque colos conchyli iungitur uno  
corpore cum lanae, dirimi qui non queat usquam,  
non si Neptuni fluctu renouare operam des, 1076  
non, mare si totum uelit eluere omnibus uindis.

denique non auro res aurum copulat una  
aerique *aes* plumbo fit uti iungatur ab albo? 1079  
cetera iam quam multa licet reperire! quid ergo?  
nec tibi tam longis opus est ambagibus usquam,  
nec me tam multam hic operam consumere par est,  
sed breuiter paucis praestat comprehendere multa.  
quorum ita texturae ceciderunt mutua contra,  
ut caua conueniant plenae haec illius illa 1085  
huiusque inter se, iuncturae haec optima constat.  
est etiam, quasi ut anellis haec plicata  
inter se quaedam possint coplata teneri;  
quod magis in lapide hoc fieri ferroque uidetur.

Nunc ratio quae sit morbis aut unde repente 1090  
mortiferam possit cladem conflare coorta  
morbida uis hominum generi pecudumque cateruis,  
expediam. primum multarum semina rerum  
esse supra docui quae sint uitalia nobis,  
et contra quae sint morbo mortique necessest 1095  
multa uolare. ea cum casu sunt forte coorta  
et perturbant caelum, fit morbidus aer.  
atque ea uis omnis morborum pestilitasque  
aut extrinsecus ut nubes nebulaeque superne  
per caelum ueniunt, aut ipsa saepe coortae 1100  
de terra surgunt, ubi putorem umida nactast  
intempestiuus pluuiisque et solibus icta.  
nonne uides etiam caeli nouitate et aquarum  
temptari procul a patria quicumque domoque  
adueniunt ideo quia longe discrepant res? 1105  
nam quid Britannii caelum differre putamus,  
et quod in Aegypto est qua mundi claudicat axis,  
quidue quod in Ponto est differre, et Gadibus atque  
usque ad nigra uirum percocto saecula colore?  
quae cum quattuor inter se diuersa uidemus 1110  
quattuor a uentis et caeli partibus esse,  
tum color et facies hominum distare uidentur

largiter et morbi generatim saecula tenere.  
est elephas morbus qui propter flumina Nili 1114  
gignitur Aegypto in media neque praeterea usquam.  
Afflide temptantur gressus oculique in Aethiis  
finibus. inde aliis alius locus est inimicus  
partibus ac membris: uariis concinat id aer.  
proinde ubi se caelum quod nobis forte alienum  
commouet atque aer inimicus serpere coepit, 1120  
ut nebula ac nubes paulatim repit et omne  
qua graditur conturbat et immutare coactat;  
fit quoque ut, in nostrum cum uenit denique cae-  
lum,

corrumpat reddatque sui simile atque alienum.  
haec igitur subito clades noua pestilitasque 1125  
aut in aquas cadit aut fruges persidit in ipsas  
aut alios hominum pastus pecudumque cibatus,  
aut etiam suspensa manet uis aere in ipso  
et, cum spirantes mixtas hinc ducimus auras,  
illa quoque in corpus pariter sorbere necessest. 1130  
consimili ratione uenit bubus quoque saepe  
pestilitas et iam pigris balantibus aegros.  
nec refert utrum nos in loca deueniamus  
nobis aduersa et caeli mutemus amictum,  
an caelum nobis ultro natura coruptum 1135  
deferat aut aliquid quo non consueuimus uti,  
quod nos aduentu possit temptare recenti.

Haec ratio quondam morborum et mortifer aestus  
finibus in Caeopis funestos reddidit agros  
nastauitque uias, exhausit ciuibus urbem. 1140  
nam penitus ueniens Aegypti finibus ortus,  
aera permensus multum camposque natantis,  
incubuit tandem populo Pandionis omnei,  
inde cateruatim morbo mortique dabantur.  
principio caput incensum feruore gerebant 1145  
et duplicis oculos suffusa luce rubentes.  
sudabant etiam fauces intrinsecus atrae  
sanguine et ulceribus uocis uia saepta coibat  
atque animi interpres manabat lingua cruore  
debilitata malis, motu gravis, aspera tactu. 1150  
inde ubi per fauces pectus complerat et ipsum  
morbida vis in cor maestum confluerat aegris,  
omnia tum uero uitai claustra lababant.  
spiritus ore foras taetrum uoluebat odorem,  
rancida quo perolent proiecta cadauera ritu. 1155  
atque animi prorsum tum uires totius, omne  
languebat corpus leti iam limine in ipso.  
intolerabilibusque malis erat anxius angor  
adsidue comes et gemitu commixta querella.  
singultusque frequens noctem per saepe diemque  
corripere adsidue neruos et membra coactans 1161  
dissoluebat eos, defessos ante, fatigans.  
nec nimio cuiquam posses ardore tueri  
corporis in summo summam feruescere partem,  
sed potius ulceribus quasi inustus omne rubere  
corpus, ut est per membra sacer dum diditur ignis.  
intima pars hominum uero flagrabat ad ossa,  
flagrabat stomacho flamma ut fornacibus intus.  
nil adeo posses cuiquam leue tenuerit membris 1170  
uertere in utilitatem, at uentum et frigora semper.  
in fluuios partim gelidos ardentia morbo  
membra dabant nudum iacentes corpus in undas.

1059 et Lach., at B A ex corr., ad A prim. manu. 1062 interutraque Lach. 1064 eam Mar. al., cum codd. flumine codd. correcti, flumina codd. 1067 singlariter Flor. 31 al., singulariter codd., inter singlariter Lach. apta codd. correcti, aptam codd. 1068 uides Pont. al., uide codd. eolescere Lach., colescere codd. 1069 uno Lach., una codd. 1077 eluere B ex corr. Vindob. fragm., euuere B, euuere A Nice. 1078 non auro res Faber, non res auro B, res auro A Nice. 1079 aerique aes Lach., aeraque codd. 1083 praestat B, restat A Nice. 1089 fieri codd. correcti, ferri codd. 1090 in cod. Mon. desunt quattuor paginae. 1091 cladem B ex corr., cradem codd. 1099 extrinsecus B, intrinsecus A Nice. 1100 coortae Lach., coorta codd. 1106 Britannii M., Britannis codd. Brieger. 1109 colore codd. correcti, calore codd. 1115 Aegypto Flor. 31 al., Aegyptia codd. 1118 post hunc uers. Bockem. uu. 1133-1137 collocat. 1121 ut Pont. al., ue codd. 1122 graditur conturbat codd. correcti, graditus conturbas codd. 1124 reddatque codd. correcti, reddetque codd. 1132 balantibus Flor. 31 al., calantibus codd. iam pigris. lanigeris Bruno optime. 1135 ultro Avanc., uitro codd., uiro Bockem. coruptum Flor. 31, corruptum A B, coortum Lach. 1138 aestus Macrob. Sat. VI 27, ae codd., Lach. aer. 1139 in Caeopis Macrob. codd. correcti, in Caeopit codd. 1143 omnei Lach., omnem A Nice., omne B. 1155 redolent Housman. 1156 tum add. Wak. 1165 potius Mar. al., totius codd. 1171 uertere in u. Lamb. uerteret u. codd., at uentum Lach., ad uentum codd. frigora codd. correcti, frigore codd.

1178 multi praecipites lymphis putealibus alte  
 1174 inciderunt ipso uenientes ore patente : 1175  
 insedabiliter sitis arida, corpora mersans,  
 aequabat multum paruis umoribus imbrem.  
 nec requies erat ulla mali : defessa iacebant  
 1179 corpora. mussabat tacito medicina timore,  
 quippe patentia cum totiens ardentia morbis  
 lumina uersarent oculorum expertiasomno. 1181  
 multaque praeterea mortis tum signa dabantur,  
 perturbata animi mens in maerore metuque,  
 triste supercilium, furiosus uoltus et acer,  
 sollicitae porro plenaeque sonorus aures, 1185  
 ereber spiritus aut ingens raroque coortus,  
 sudorisque madens per collium splendidus umor,  
 tenuia sputa minuta, eroi contacta colore  
 salsaque, per fauces raucae uix edita tussi.  
 in manibus uero nerui trahere et tremere artus  
 a pedibusque minutatim succedere frigus 1191  
 non dubitabat. item ad supremum denique  
 tempus  
 compressae nares, nasi primoris acumen  
 tenue, cauati oculi, caua tempora, frigida pellis  
 duraque, in ore trucei rictum, frons tenta lumen-  
 bat. 1195  
 nec nimio rigidi post artus morte iacebant.  
 octanoque fere candenti lumine solis  
 aut etiam nona reddebant lampade uitam.  
 quorum si quis ibei uitarat funera leti,  
 ulceribus taetris et nigra proluuie alui 1200  
 posterius tamen hunc tabes letumque manebat,  
 aut etiam multus capitis cum saepe dolore  
 corruptus sanguis expletis naribus ibat :  
 huc hominis totae uires corpusque fluebat.  
 profluumum porro qui taetri sanguinis acre 1205  
 exierat, tamen in neruis huic morbus et artus  
 ibat et in partis genitalis corporis ipsas.  
 et grauiter partim metuentes limina leti  
 uiuebant ferro priuati parte uirili, 1209  
 et manibus sine nonnulli pedibusque manebant  
 in uita tamen, et perdebant lumina partim :  
 usque adeo mortis metus his incesserat acer.  
 atque etiam quosdam cepere obliuia rerum  
 cunetarum, neque se possent cognoscere ut ipsi.  
 multaque huius eum inhumata iacerent corpora  
 supra 1215  
 corporibus, tamen altitum genus atque ferarum  
 aut prociil apsiliebat, ut aerem exiret odorem,  
 aut, ubi gustarat, languebat morte propinqua.  
 nec tamen omnino temere illis solibus ulla  
 comparebat auis, nec tristia saecula ferarum 1220  
 exhibant siluis. languebant pleraque morbo  
 et moriebantur. eum primis fida eanum uis  
 strata uis animam ponebat in omnibus aegre;  
 extorquebat enim uitam uis morbida membris.  
 (incoinitata rapi certabant femera uasta.) 1225  
 nec ratio remedi communis certa dabatur;  
 nam quod ali dederat uitalis aeris auras  
 uolueru in ore licere et caeli templa tueri,  
 hoc aliis erat exitio letumque parabat. 1229

illud in his rebus miserandum magno opere nunquam  
 acruunabile erat, quod ubi se quisque uidebat  
 impleitum morbo, morti damnatus ut esset,  
 deficiens animo maesto cum corde iacebat,  
 funera respectans animam amittebat ibidem.  
 quippe etenim nullo cessabant tempore apisei  
 ex aliis alios auldo contagia morbi, 1236  
 1245 lanigeras tanquam pecudes et bucera saecula.  
 1237 idque uel in primis cumulat ab funere funus.  
 nam quicumque suos fugitabant uisere ad  
 aegros,  
 uitai nimum cupidos mortisque timentis 1240  
 1240 poenibat paulo post turpi morte malaque,  
 desertos, opis expertis, ineuria maectans.  
 qui fuerant autem praesto, contagia ibant  
 atque labore, pudor quem tum cogebat obire  
 blandaque lassorum uox mixta uoce querel-  
 lae. 1245  
 1246 optimus hoc leti genus ergo quisque subibat

inquē aliis alium, populū sepelire suorum  
 certantes : laerimis lassu luctuque redibant ;  
 inde bonam partem in lectum maerore daban-  
 tur.

nec poterat quisquam reperiri, quem neque  
 morbus 1250  
 nec mors nec luctus temptaret tempore tali.

Praeterea iam pastor et armentarius omnis  
 et robustus item eurni moderator aratri  
 languebat, penitusque casa contrusa iacebant  
 corpora paupertate et morbo dedita morti. 1255  
 exanimis pueris super exanimata parentum  
 corpora nonnumquam posses retroque uidere  
 matribus et patribus natos super edere uitam.  
 nec minimam partem ex agris is maeror in urbem  
 confluit, languens quem contulit agricolarum  
 copia conueniens ex omni morbida parte. 1261  
 omnia complebant loca tectaueque ; quo magis  
 aestus

confertos ita acruatim mors accumulabat.  
 multa siti protracta niam per proque uoluta  
 corpora silanos ad aquarum strata iacebant 1265  
 interclusa anima nimia ab diledine aquarum,  
 multaque per populi passim loca prompta uias-  
 que

languida semanimo eum corpore membra uide-  
 res

horrida paedore et pannis cooperta perire  
 corporis inluuie, pelli super ossibus una, 1270  
 ulceribus taetris prope iam sordidie sepulta.  
 omnia denique saneta deum delubra replebat  
 corporibus mors exanimis onerataque passim  
 cuncta cadaueribus caelestium templa mane-  
 bant,

hospitibus loca quae complebant aedituentes.  
 nec iam religio diuom nec numina magni 1276  
 pendebantur enim : praesens dolore superabat.  
 nec mos ille sepulturae remanebat in urbe,

1174 (1178) huc rettulit Nauger. *lymphis* codd. correcti, *nymphis* codd. 1176 *mersans* A Nicc., *inerrans* B. 1178  
*mali* Macrob. VI 2 13, Brix., *mari* codd. 1180 *ardentia morbis* Lach., *ac nuntia mortis* codd. 1186 *spiritus* Macrob.  
 codd. correcti, *spiritum* codd. 1187 *umor.* Macrob. *humor*, codd. *uumum.* 1189 *raucus* Macrob., *rauca* codd. *lassi*  
 Mar. Junt., *tusse* codd., *tussis* codd. Macrob. 1195 *in ore trucei M. rictum* Lach., *inortiaet* (B Vindob. *inortiaet*  
 A) *rectum* codd., *in ore iacens rictu* Non., *inhorescens rictum* post Rutgersium Lach., *in ore lacens rictum* Postgate  
 in Diario Philol. xvi p. 130. *tenta tumbat* Heins. in notis manu scr., *tenta manebat* Non. B ex  
 corr. 1196 *rigidi* Lach., *rigida* codd. 1199 *ibei* M., *ut est* codd., *uir* Lach. 1200 *ulceribus* Lamb., *uicribus* codd.  
 1205 *qui* Lamb., *cul* codd. 1212 *his* Mon. Brix. Junt., *uis* codd. *incesserat* Lamb., *inuesserat* codd. 1217 *exiret*  
 Lach., *exiret* Brix., *exiret* codd. 1220 *nec tristia* Macrob. VI 2 14, *nectia* codd., *edacia* Bockem. 1221 *exibant* Lach.,  
*exiebant* A, *exabant* B, *exabant* Nicc. 1225 alienum hoc loco indicat M. 1234 *amittebat* B, *imittibat* A. 1235 *apisei* codd.  
 correcti, *apiseit* codd. 1237 (1245) hic posuit Bentl., Thueydidis memor. 1239 *uisere* codd. correcti, *uisere* codd.  
 1241 *poenibat* Turneb. ap. Lamb., *poenibus* at (b. c. *poenib. at*) B, *poenibus et* A Nicc. 1242 *incuria* Flor. 31, *incura*  
 codd. 1247 aut aliquos hic perisse uersus aut locum ab ipso Lucretio imperfectum relictum censet M. 1249 *in lectum*  
 Mar. Junt., *inlectum* codd. 1250 *morbus* codd. correcti, *morbo* codd. 1259 *ex agris is maeror* M., *ex a. maeroris* codd.  
 1260 *confluit labes* Lach. 1262 *complebant.* *complebant* Lamb., *complebant* codd. *aestus.* *astu* Lach. lacunam indi-  
 cauit M. 1264 *protracta* Lach., *prostrata* codd. 1265 *iacebant* uett. edd., *taebant* codd. 1270 *uncibus* includit Lach.  
 1271 *ulceribus* Lamb., *uicribus* codd. 1274 *manebat* Cantab. uulg., *manebat* A, *manebit* B, *tenebat* Lach.

quo pius hic populus semper consuerat humari; perturbatus enim totus trepidabat, et unus 1280 quisque suum pro re <i>praesenti</i> maestus humabat. multaue res subita et paupertas horrida suasit;	namque suos consanguineos aliena rogorum insuper extracta ingenti clamore locabant 1284 subdebantque faces, multo cum sanguine saepe rixantes potius quam corpora desererentur.
--	--

1279 *quo pius* Is. Voss. in notis manu ser., *huc pius* A Nicc., *quo prius* B Vindob. recte. *humari. humare* N. P. Howard, recte ut uidetur. 1280 *trepidabat* B, *repedabat* A Nicc. 1281 *praesenti* add. M., *compostum* Lach. 1282 *res subita et* codd. correcti, *subita et* A, *subita fit* B, *res subitae et* Lach., *mors subita* Bern. 1285 *faces* codd. correcti, *fauces* codd.

# GAI VALERI CATULLI

## CARMINA

### I

QVOI dono lepidum nouom libellum  
arida modo pumice expoliturum?  
Corneli, tibi: namque tu solebas  
meas esse aliquid putare nugas,  
iam tum cum ausus es unus Italorum  
omne acuom tribus explicare chartis  
doctis, Iuppiter, et laboriosis.  
quare habe tibi quidquid hoc libelli,  
qualecumque; quod, o patrona uirgo,  
plus uno maneat perenne sacelo.

### II

Passer, deliciae meae puellae,  
quicom ludere, quem in sinu tenere,  
quom primum digitum dare adpetenti  
et acris solet incitare morsus,  
cum desiderio meo nitenti  
carum nescio quid lubet iocari,  
et solaciolum sui doloris,  
credo, et quo grauis acquiescat ardor:  
tecum ludere sic ut ipsa possem  
et tristis animi leuare curas!

tam gratumst mihi quam ferunt puellae  
pernici aureolum fuisse malum,  
quod zonam soluit diu ligatam.

### III

Lugete, o Veneres Cupidinesque,  
et quantumst hominum neustiorum.  
passer mortuos est meae puellae,  
passer, deliciae meae puellae,  
quem plus illa oculis suis amabat.  
nam mellitus erat suamque norat  
ipsam tam bene quam puella matrem;  
nec sese a gremio illius mouebat,  
sed circumsiliens modo huc modo illuc  
ad solam dominam usque pipiabat.  
qui nunc it per iter tenebricosum  
illuc, unde negant redire quemquam.  
at uobis male sit, malae tenebrae  
Orei, quae omnia bella deoratis:  
tam bellum mihi passerem abstulistis.  
uae factum male! uae miselle passer!

tua nunc opera meae puellae  
flendo turgiduli rubent ocelli.

### IV

5 Phasellus ille, quem uidetis, hospites,  
ait fuisse nauium celerrimus,  
neque ullius natantis impetum trabis  
nequisse praeterire, siue palmulis  
opus foret uolare siue linteo. 5  
10 et hoc negat minacis Hadriatiei  
negare litus insulae Cycladas  
Rhodumque nobilem horridamque Thraciam  
Propontida truncem Ponticum sinum,  
10 ubi iste post phasellus antea fuit  
comata silua: nam Cytorio in iugo  
loquente saepe sibilum edidit coma.  
Amastri Pontica et Cytore buxifer,  
tibi haec fuisse et esse cognitissima  
5 ait phasellus: ultima ex origine  
tuo stetisse diei in caeuimine,  
tuo imbuisse palmulas in aequore,  
et inde tot per impotentia freta  
erum tulisse, laeua siue dextera  
10 uocaret aura, siue utrumque Iuppiter  
simul secundus incidisset in pedem;  
neque ulla uota litoralibus deis  
sibi esse facta, cum ueniret a mari  
nouissimo hunc ad usque limpium lacum.  
25 sed haec prius fuere: nunc recondita  
senet quiete seque dedicat tibi,  
gemelle Castor et gemelle Castoris.

### V

5 Viuanus, mea Lesbia, atque amemus,  
rimoresque senum seueriorum  
omnes unius aestimemus assis.  
soles occidere et redire possunt:  
nobis cum semel occidit breuis lux, 5  
noxa est perpetua una dormienda.  
10 da mi basia mille, deinde centum,  
dein mille altera, dein secunda centum,  
deinde usque altera mille, deinde centum.  
dein, cum milia multa fecerimus, 10  
conturbabimus illa, ne sciamus,  
aut nequis malus inuidere possit,  
15 cum tantum sciat esse basiorum.

I 1 Qui V. 2 sic Pastrengicus, cf. Seru. ad Aen. 12,587, arido V. 5 tamen (tā) V. 8 tibi habe V. 9 o om. V. quaecumque quidem (ita ω) est, patroni ut ergo Bergk, q. quod, o patroni, per te Hand. II Interuallum in V. 6 karum V. 8 ita nos. c. ut cum g. acquiescet a. V, edd. aliis alia placuerunt. 9 sic ut Baehr., sicut V. possim Baehr. uu. 11-13, uulgo a reliquo carmine seiunctos, cum praecedentibus coniungunt Vossius, Housman, hic passer, ille posse in u. 9 conicientes. 13 ligatam Prisc. I 22 ω, negatam V. III 7 ipsa ω. an ipse? 10 pipiabat Voss., piplabat V. 11 tenebrosus V. 12 illud V. 16 ita Ellis, bonum factum, male bonus ille passer V, o f. male! o miselle p. l ω, io m. p. Lach. IV Interuallum in V. 1 Hasellus O, cf. V 1, alibi. 2 aiunt—celerrimum V. 3 illius V. 4 neque esse V. 6 et h' (h. e. haec) O. mina ei V. 14 cognotissima V. 20 uocare cura V, uagaret a. Lach. 23 a marci(-i ω) Lach., amaret V. 24 nouissimo ω, nouissime V. 25 h' O, hoc G. 27 castrum V (al' castorum add. G.). V Interuallum in V. 1 Tuamus O. 3 extimemus G, estimemus O. 8 et 10 pro dein ter deinde V. 11 conturbauimus i. nesciamus V.

## VI

Flauī, delicias tuas Catullo,  
neq̄ sint inlepidae atque inelegantes,  
uelles dicere, nec tacere posses.  
nerum nescio quid febriculosi  
scortī diligis: hoc pudet fateri.  
nam te non uiduas iacere noctes  
nequiquam tacitum, cubile clamat  
scrtis ac Syrio fragrans oliuo,  
puluinusque peraeque et hic et illic  
attritus, tremulique quassa lecti  
argutatio inambulatioque.  
iam tu ista ipse nihil uales tacere.  
cur? non tam latera ecfututa pandas,  
ni tu quid facias ineptiarum.  
quare quidquid habes boni malique  
dic nobis. uolo te ac tuos amores  
ad caelum lepido uocare uersu.

## VII

Quaeris, quot mihi basiationes  
tuae, Lesbia, sint satis superque.  
quam magnus numerus Libyssae harenae  
lasarpiciferis iacet Cyrenis,  
oraclum Iouis inter aestuosi  
et Batti ueteris sacrum sepulcrum,  
aut quam sidera multa, cum tacet nox,  
furtiuos hominum uident amores,  
tam te basia multa basiare  
nesano satis et super Catullost,  
quae nec pernumerare curiosi  
possint nec mala fascinare lingua.

## VIII

Miser Catulle, desinas ineptire,  
et quod uides perisse perditum ducas.  
fulsere quondam candidi tibi soles,  
cum uentitabas quo puella ducebat,  
amata nobis quantum amabitur nulla.  
ibi illa multa tum iocosa fiebant,  
quae tu uolebas nec puella nolebat.  
fulsere uere candidi tibi soles.  
nunc iam illa non uolt: tu quoque, impotens, noli,  
nec quae fugit sectare, nec miser uiue,  
sed obstinata mente perfer, obdura.  
uale, puella. iam Catullus obdurat,  
nec te requiret nec rogabit inuitam:  
at tu dolebis, cum rogaberis nulla.  
scelestā, uae te, quae tibi manet uita!  
quis nunc te adibit? quoi uideberis bella?  
quem nunc amabis? quoinis esse diceris?  
quem basiabis? quoi labella mordebis?  
at tu, Catulle, destinatus obdura.

## IX

Verani, omnibus o meis amicis  
antistans mihi milibus trecentis,  
uenistine domum ad tuos Penates  
fratresque unanimos anumque matrem?  
uenisti. o mihi nuntii beati!  
nisan te incolumem audiamque Hibernum  
narrantem loca, facta, nationes,  
ut mos est tuos, adplicansque collum  
iucundum os oculosque sauiabor.  
o quantumst hominum beatorum,  
quid me laetius est beatusne?

## X

Varus me meus ad suos amores  
uisum duxerat e foro otiosum,  
scortillum, ut mihi tum repente uisumst,  
non sane inlepidum neque inuenustum.  
huc ut nenimus, incidere nobis  
sermones uarii, in quibus, quid esset  
iam Bithynia, quo modo se haberet,  
ecquonam mihi profuisset aere.  
 respondi id quod erat, nihil neque ipsis  
nunc praetoribus esse nec cohorti,  
cur quisquam caput unctius referret,  
praesertim quibus esset inrumator  
praetor nec faceret pili cohortem.  
'at certe tamen,' inquit, 'quod illic  
natum dicitur esse, comparasti  
ad lecticam homines.' ego, ut puellae  
num me facerem beatiorem,  
'non' inquam 'mihi tam fuit maligne,  
ut, prouincia quod mala incidisset,  
non possem octo homines parare rectos.'  
at mi nullus erat neque hic neque illic  
fractum qui ueteris pedem grabati  
in collo sibi collocare posset.  
hic illa, ut denuit cinaediorem,  
'quaeso' inquit 'mihi, mi Catulle, paulum  
istos: commodum enim: uolo ad Sarapim  
deferri.' 'mane tme' inquit puellae;  
'istud quod modo dixeram me habere,  
fugit me ratio: meus sodalis,  
Cinnast Gaius, is sibi parauit.  
nerum, utrum illius an mei, quid ad me?  
utor tam bene quam mihi paratis.—  
sed tu insulsa male ac molesta uiuis,  
per quam non licet esse neglegentem.'

## XI

Furi et Aureli, comites Catulli,  
sive in extremos penetrahit Indos,  
litus ut longe resonante Eoa  
tunditur unda,

VI hoc cum praecedenti carmine coniungit O, interuallo diuidit G. 1 *catulo* O, ut saepe. 2 *nei* Lach., ne V. 3 *uelis*—*possis* Heins. al. 7 nos interpunximus. 8 ac *Syrio* ω, *asirio* V, *Assyrio* Schulze. *fragrans* V. 9 *hic et illic* ω, *hcc et illo* V, *hic et ille* D(atanus) codex, *haec e. illac* B. Schmidt. 10 *quassa* corruptum est. *cassa* D, Froehner, *lassa* Baehrens. 12 sic B. Schmidt. *nam mi ista ipse ualeat nihil tacere* Baehr., *nam ni* (in O) *ista preualet nichil t. V.* 13 *ec(f) ω* f. Lach., et *future* V. *panda* V, *pandes* (h. e. *flectas*) Riese. 14 *nei* Marcius, ne V. 17 *uersum* V. VII Interuallum in V. 1 *quod* V. 5 *oradum* V. *aestuouum* con. Baehr. 9 *basiei* V (suprascr. *al' basia* in G). VIII Interuallum in V. 1 *Iser* O. 4 *quod* V. *dicebat* Doua filius. 6 *cum* V. 9 *impote* V, corr. *Auantius*, i. *ne sis* Scaliger. 14 *nullae* Rossberg. 15 *uae te quae* B. Venator, *ne te q̄* G, *nē teg*; O, *nocte quae* Stat. IX Interuallum in V. 1 *Veranni* V, littera hic tantum geminata. o add. Baehr., e uulg. 4 *uno animo sanamque* (O, *suamque* G) V, corr. Faernus. 9 *suabior* V. X 3 *tūc* O, *tū* G. 7 *quomodo posse h.* V. 8 *ecquonam* Statius, et *quoniam* V (suprascr. in G. *al' quonam*). 9 *nihil neque ipsi* ω, Heins., n. *neque nec in ipsis* V. 10 *nunc* Westphal, nec V. *quaestoribus* Muret. 16 *hominis* V. 21 *nec hic* V, L. Mueller. 22 *que* V. 24 *docuit* V. 25 *inquit* O. 26 *istos: commodum enim: uolo nos, i.: commodum enim u.* Hand, *commoda* (—ā) O) nam V, edd. complures. *Sarapim* G, *Serapini* O, ad *Sarapis* Baehr. 27 *deserti* V. *mane me* V, *mane* Pontanus, *minime* Stat(ius), *meminei* Munro, *minime* et pro *istud* (u. 28) *est id* Cornelissen. *inquit* G, *inquit* O, unde *inquo* edd. complures. 30 *cuma ē granis* V unde *Gaius* Ribbeck. *haec* ita distinctit Baehr. 32 *pararim* V, corr. Stat. 33 *tu insulsa* ω, *tu insula* G, *tulsa* O, *tu salsa* Schrader.

siue in Hyreanos Arabasue molles,  
 seu Sagas sagittiferosue Parthos,  
 siue quae septemgeninus colorat  
 aequora Nilus,  
 siue trans altas gradietur Alpes,  
 Caesaris uiscus monumenta magni,  
 Gallicum Rhenum, horribile aequor ulti-  
 mosque Britannos,  
 omnia haec, quaecumque feret uoluntas  
 caelitum, temptare simul parati,  
 pauca mutiatae meae puellae  
 non bona dicta:  
 cum suis niuat ualeatque moechis,  
 quos simul complexa tenet trecentos,  
 nullum amans uere, sed identidem omnium  
 ilia rumpens:  
 nec meum respectet, ut ante, amorem,  
 qui illius culpa cecidit uelut prati  
 ultimi flos, praetereunte postquam  
 tactus aratrost.

## XII

Marrucine Asini, manu sinistra  
 non belle uteris in ioco atque uino:  
 tollis lintea neglegentiorum.  
 hoc salsum esse putas? fugit te, inepte:  
 quamuis sordida res et inueniastast.  
 non credis mihi? crede Polioni  
 fratri, qui tua furti uel talento  
 mutari uelit: est enim leporem  
 † disertus puer ac factiarum.  
 quare aut hendecasyllabos trecentos  
 expecta aut mihi linteam remitte,  
 quod me non mouet aestimatione,  
 uerumst memosynum mei sodalis.  
 nam sudaria Saetaba ex Hiberiis  
 miserunt mihi muneri Fabullus  
 et Veranius: haec anem necessesst,  
 ut Veraniolum meum et Falallum.

## XIII

Cenabis bene, mi Fabulle, apud me  
 paucis, si tibi di fauent, diclam,  
 si tecum attuleris bonam atque magnam  
 cenam, non sine candida puella  
 et uino et sale et omnibus eachiunis.  
 haec si, inquam, attuleris, nenuste noster,  
 cenabis bene: nam tui Catulli  
 plenus sacculus est aranearum.  
 sed contra accipies meros amores  
 sen quid suauius elegantiusuest:  
 nam inuentum dabo, quod meae puellae  
 donarunt Veneres Cupidinesque,  
 quod tu enim olfacies, deos rogabis,  
 totum ut te faciant, Fabulle, uasum.

## XIV

Ni te plus oculis meis amarem,  
 uicundissime Calne, munere isto  
 odissem te odio Vatiniiano:  
 nam quid feci ego quidne sum loentus,

5 | cur me tot male perderes poetis? 5  
 isti di mala multa dent elienti 5  
 qui tantum tibi misit inporum.  
 quod si, ut suspicor, hoc nouum ae reuertum  
 munus dat tibi Sulla litterator,  
 10 | non est mi male, sed bene ac beate, 10  
 quod non disperunt tui labores,  
 di magni, horribilem et sacrum libellum  
 quem tu scilicet ad tuum Catullum  
 misti, continuo ut die periret,  
 15 | Saturnalibus, optimo dierum! 15  
 non non hoc tibi, salse, sic abibit:  
 nam, si luxerit, ad librarium  
 curram scriinia, Caesios, Aquinos,  
 Sullenum omnia colligam nenena,  
 20 | ac te his supplicis remunerabor. 20  
 uos hinc interea ualete abite  
 illuc, unde malum pedem attulistis,  
 saeculi incommoda, pessimi poetae.

## XIV\*

Si qui forte mearum ineptiarum  
 lectores eritis manusque uestras  
 non horrebis admouere nobis,

## XV

Commendo tibi me ac meos amores,  
 Aureli. ueniam peto pudenter,  
 ut, si quicquam animo tuo cupisti,  
 10 | quod castum expeteres et integellum,  
 conserues praerum mihi pudice, 5  
 non dico a populo: nihil ueremur  
 istos, qui in platea modo huc modo illuc  
 in re praetereunt sua occupati:  
 15 | uerum a te metuo tuoque pene  
 infesto pueris bonis malisque,  
 quem tu qua libet, ut iubet, moneto,  
 quantum uis, ubi erit foris, paratum:  
 hunc munus excepio, ut puto, pudenter.  
 quod si te mala mens furorque uecors  
 in tantam inpulerit, sceleste, culpam,  
 15 | ut nostrum insidiis caput lacessas,  
 a tum te miserum malique fati,  
 quem attractis pedibus patente porta  
 percurrunt raphanique mugilesque!

## XVI

Pedicabo ego nos et irrumabo,  
 Aureli pathice et cinaede Furi,  
 qui me ex uersiculis meis putastis,  
 quod sunt molliculi, parum pudicium.  
 5 | nam castum esse decet pium poetam  
 ipsum, uersiculos nihil necessest,  
 qui tum denique habent salem ac leporem,  
 si sunt molliculi ac parum pudici  
 et quod pruriat incitare possunt,  
 10 | non dico pueris, sed his pilosis, 10  
 qui duros nequeunt monere lumbos.  
 uos, quom milia multa basiorum  
 legistis, male me marem putatis?  
 pedicabo ego uos et irrumabo.

XI 5 arabas ue O, arabacs que G. 6 s. Sugas ω Baehr., s. Saetas uulg., s. Sugas V. 7 qua uulg. 11 horribile aequor Haupt, horribilesque V, G. Rh. horribilem sequi Ellis, Housman. 12 uitimosque O. 14 tentare G. 22 cui V. XII Interuallum in V. 1 Matruncine V. 3 neglegentiorum O, negligentiorum G. 4 salsum (supraser. al' falsum) G, falsum al' salsum O. 9 disertus O, disertus G, differtus Passerat. 13 est nemo suauis G, nemo est suauis O. 15 numeri V (supraser. in G al' numeri). 17 ut. et V. XIII Interuallum in V. 6 unquam V. XIV Interuallum in V. 1 Ne G, E O. 14 misisti V. 15 opiao G, oppiao O. 16 salse fit abibit G, false fit abibit O. 19 Suffenam V, Suffenum, omnia edd. complures. 20 hac V. 23 seculi V. XIV\* Fragmentum sedis prorsus incertae alii alibi ponunt. XV Interuallum in V. 2 pudenter Maehly, pudentem V. 5 pudicium Baehr. 10 bonisque V. 11 qualibet V. ut i. G, Baehr., ut al' iubet O, ut libet uulgo. XVI 7 tū (tamen) V, tunc codd. Plin. Ep. IV 14 5. 8 sunt codd. Plin., sint V. 12 quom L. Muell., q; V, qui Rossbach.

## XVII

O Colonia, quae cupis ponte ludere longo,  
et salire paratum habes, sed uereri inepta  
crura ponticuli axulis stantis in rediuiuis,  
ne supinus eat cauaque in palude recumbat;  
sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, 5  
in quo uel Salisubtilis sacra suscipiantur:  
munus hoc mihi maximi da, Colonia, risus.  
quendam municipem meum de tuo uolo ponte  
ire praecipitem in lutum per caputque pedesque, 10  
uerum totius ut lacus putidaequae paludis  
liuidissima maximeque est profunda uorago.  
insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar  
bimuli tremula patris dormientis in ulna.  
quoi cum sit uiridissimo nupta flore puella  
(et puella tenellulo delicatior haedo, 15  
adseruanda nigerrimis diligentius uuis),  
ludere hanc sinit ut lubet, nec pili facit uni,  
nec se subleuat ex sua parte, sed uelut alnus  
in fossa Liguri iacet suppernata securi, 19  
tantundem omnia sentiens quam si nulla sit usquam;  
talis iste meus stupor nil uidet, nihil audit,  
ipse qui sit, utrum sit an non sit, id quoque nescit.  
nunc eum uolo de tuo ponte mittere pronum,  
si pote stolidum repente excitare ueternum  
et supinum animum in graui derelinquere caeno, 25  
ferream ut soleam tenaci in uoragine mula.

## XXI

Aureli, pater esuritionum,  
non harum modo, sed quot aut fuerunt  
aut sunt aut aliis erunt in annis,  
pedicare cupis meos amores.  
nec clam: nam simul es, iocaris una, 5  
haerens ad latus omnia experiris.  
frustra: nam insidias mihi instrumentem  
tangam te prior irrumatione.  
atque id si faceres satur, tacerem:  
nunc ipsum id doleo, quod esurire 10  
† me me puer et sitire discet.  
quare desine, dum licet pudico,  
ne finem facias, sed irrumatus.

## XXII

Suffenus iste, Vare, quem probe nosti,  
homost uenustus et dicax et urbanus,  
idemque longe plurimos facit uersus.  
puto esse ego illi milia aut decem aut plura  
perscripta, nec sic, ut fit, in palimpsestos 5  
relata: chartae regiae, noui libri,  
noui umbilici et lora, rubra membrana,  
derecta plumbo et pumice omnia aequata.  
haec cum legas tu, bellus ille et urbanus  
Suffenus unus caprimulgus aut fossor 10  
rursus uidetur: tantum abhorret ac mutat.  
hoc quid putemus esse? qui modo scurra  
aut si quid hac re tritius uidebatur,

XVII 3 ac sulcis V, azuleis Schwab., assulis Stat. uulg. tantis V, corr. Stat. 10 pudiceque V. 14 quoi cum Scal., cui iocum V. 15 ut V. 18 nec me V. 19 corr. Stat. ex Festo 303. 21 nichil u. nichil V. 23 n. cum uolo G, n. uolo uolo O. 24 s. potest olidum V. Post XVII Catulli fragm. 2 et Priapeorum 84 et 85 olim inuicis codicibus legebantur. XXI Interuallum in V. 7 struentem Ribbeck. 9 id si. ipsi V. atquei si ω, Baehr. 11 locus corruptus. a me me! Scal., a temet Froehlich, a te mei (mi) Munro. 13 in fine add. sum V. XXII 4 ad decem Baehr. 5 sicut fit edd. complur. sic. si V. palimpsestos Baehr., palmisepto V, palimpseston Marcellius alii. 6 carte regie noue libri V, cartae edd. complur. 7 et nos addidimus. rubra cum membrana coniunxit Riese, cum lora alii. membrana Auant., membranæ V. 8 derecta Stat., detecta V. 13 h. r. tritius ω, hac (ac O) reuistius V, tertius siue tertius Munro. XXIII 2 cimex aial (h. e. animal) neque G, cimex al' neque O. 10 furta Haupt, facta V. 12 aut qui V. 13 aridum magis est V. 23 posses V. 24 tua V. 27 sat es. satis V. XXIV 1 est V. 4 corr. Voss., mi dedidisses O, mi dedidisses G. 5 qui (al' cui G?) V. 7 quid O, qui G. edd. complur. 9 hec G. XXV 2 oricilla Scal., moricilla G, moricula O. 5 diua V, ml'r' aries O, mulier alios G. ostendet V, ostendit uulg. os citantes G, assistantes O. uersus corruptissimi sententia haec fuisse uidetur 'si quando neglegentia custodum furandi ocasionem nactus es'; neque absurde dixit ex corruptela mulier aries posse elici aut balnearios (quod coni. Riese) aut simile quid; cetera incerta sunt.

idem infacetost infacetior rure,  
simul poemata attingit, neque idem umquam 15  
aequest beatus ac poema cum scribit;  
tam gaudet in se tamque se ipse miratur.  
nimirum idem omnes fallimur, nequest quisquam,  
quem non in aliqua re uidere Suffenum  
possis. suos quoique attributus est error: 20  
sed non uidemus, manticae quod in tergest.

## XXIII

Furei, quoi neque seruos est neque arca  
nec cimex neque araneus neque ignis,  
uerumst et pater et nouerca, quorum  
dentes uel silicem comesse possunt,  
est pulcre tibi cum tuo parente 5  
et cum coniuge lignea parentis.  
nec mirum: bene nam ualeitis omnes,  
pulcre concoquitis, nihil timetis,  
non incendia, non graues ruinas,  
non furta inopia, non dolos ueneni, 10  
non casus alios periculorum.  
atqui corpora sicciora cornu  
aut siquid magis aridumst habetis  
sole et frigore et esuritione.  
quare non tibi sit bene ac beate?  
a te sudor abest, abest salua, 15  
mucusque et mala pituita nasi.  
hanc ad munditiem adde mundiozem,  
quod culus tibi purior salillost,  
nec toto decies cacas in anno, 20  
atque id durius est faba et lapillis;  
quod tu si manibus teras fricesque,  
non umquam digitum inquinare possis.  
haec tu commoda tam beata, Furei,  
noli spernere nec putare parui, 25  
et sestertia quae soles precari  
centum desine: nam sat es beatus.

## XXIV

O qui floseculus es Inuentiorum,  
non horum modo, sed quot aut fuerunt  
aut posthac aliis erunt in annis,  
mallem diuitias Midæ dedisses  
isti, quoi neque seruos est neque arca, 5  
quam sic te sineres ab illo antari.  
'quid? non est homo bellus?' inquit. est:  
sed bello huic neque seruos est neque arca.  
hoc tu quam lubet abice eleuaque:  
nec seruum tamen ille habet neque arcam. 10

## XXV

Cinaede Thalle, mollior cuniculi capillo  
uel anseris medullula uel imula oricilla  
uel pene languido senis situque araneoso,  
idemque Thalle turbida rapacior procella,  
cum † diua mulier aries ostendet oscitantes, 5  
rennitte pallium mihi meum, quod inuolasti,



sudariumque Saetabum catagraphosque Thynos,  
inepte, quae palam soles habere tanquam anita.  
quae nunc tuis ab unguibus reglutina et remitte,  
ne lancum latuseculum manusque mollicellas  
inusta turpiter tibi flagella conscribissent,  
et insolenter aestuos uelut minuta magno  
depressa nauis in mari uesante uento.

## XXVI

Furi, uillula nostra non ad Austri  
flatus oppositast neque ad Fauoni  
nec saeui Boreae aut Apeliotae,  
uerum ad milia quindecim et ducentos.  
o uentum horribilem atque pestilentem !

## XXVII

Minister uetuli puer Falerni  
inger mi calices amariiores,  
ut lex Postumiae iubet magistrac,  
ebria acina ebriosioris.  
at uos quo lubet hinc abere, lymphae  
uini pernicies, et ad seueros  
migrate : hic merus est Thyonianus.

## XXVIII

Pisonis comites, cohors inanis  
aptis sarcinulis et expeditis,  
Verani optime tuque mi Fabulle,  
quid rerum geritis ? satisne cum isto  
uappa frigoraque et fanem tulistis ?  
aequidnam in tabulis patet lucelli  
expensum, ut mihi, qui meum seeutus  
praetorem refero datum luello ?  
o Memmi, bene me ac diu supinum  
tota ista trabe lentius inrumasti.  
sed, quantum uideo, pari fuistis  
casu : nam nihilo minore uerpa  
farti estis. pete nobiles amicos !  
at uobis mala multa di deaque  
dent, opprobria Romuli Remque.

## XXIX

Quis hoc potest uidere, quis potest pati,  
nisi impudicus et uorax et alco,  
Mammram habere quod Comata Gallia  
habebat ante et ultima Britannia ?  
cinaede Romule, haec uidebis et feres ?  
*es impudicus et uorax et alco.*  
et ille nunc superbus et superfluens  
perambulabit omnium cubilia  
ut albulus columbus aut Adoneus ?  
cinaede Romule, haec uidebis et feres ?  
*es impudicus et uorax et alco.*  
cone nomine, imperator unice,  
fuisti in ultima occidentis insula,  
ut ista uostra diffutata mentula  
ducentiens comesset aut trecentiens ?  
quid est alid sinistra liberalitas ?  
parum expatruat an parum heluatus est ?

XXV 11 *insula* V. 13 *inimica* V. XXVI 1 *uestra* O (per compendium scriptum), *nostra* G, uulg. 2 om. O.  
3 *Apheliotae* V, edd. complur. XXVII 2 *inger* Gellius VI 20 6, *ingere* V. 4 *ebria acina*. hanc lectionem unice  
ueram esse testatur Gell. l. I. *ebriose acino* V. 5 *quod iubet* V. XXVIII 9, 10 cum priore u. coniungit Scal., al.  
XXIX 4 *ante Stat.*, *cū* *te* V. 8 *Adoneus* Stat., *yloneus* V, *Thyoneus* Ellis in Diar. Philol. xvii 132, *haut idoneus*  
Sillig, al. 20 *cinae* Baehr., *hucine* nos, *hunc* V. *ultima* nos, *optima* Baehr., *timet* V. 21 *hoc ω*, *hunc* V. 23 *e. n.*, *urbis*  
o *missini*, nos ; *urbis opuleutissime* V, *orbis*, o *missime* Haupt, o *missime* Haupt, o *missime* Haupt, o *missime* Haupt, o *missime* Haupt,  
Ellis. 24 *gener socerque* Baehr. ex Verg. *Catal.* 3, 6. XXX 3 *i. n. me dubitas* V. 4 *nam* Schwabe, *nee* V, lacunam sus-  
picatur Ellis. 5 *quos ω* Riese, *que* V, *quou—malis*, *cheu* Munro, *quem* Baehr. u. 5 post u. 3 posito. 6 *dico* V, *dice* Ellis.  
8 *omnia tuta* G, *omnia* O. XXXI 5 *thyniam a. bithinios* V unde *Thyniam a. Bithynios* Schwabe, al. 13 *uos quoque*  
*lily Gylie* V, *uosque* o ω, *liquidac* nos, *limpidac* Auant., *Lydii* Scal. XXXII 1 *Ipsimilla* Baehr. 4 *adiubeto* Turneb.

paterna prima lancinata sunt bona,  
secunda praeda Pontica, inde tertia  
Hibera quam scit annis arifer Tagus—  
eine Galliae ultima et Britanniae ?  
quid hoc malum fouetis ? aut quid hic potes  
nisi uncta deorare patrimonia ?  
eone nomine, urbis o pissini,  
socer generque perdidistis omnia ?

## XXX

Alfene inmemor atque unanims false sodalibus,  
iam te nil miseret, dure, tui dulcis amicu !  
iam me prodere, iam non dubitas fallere, perlide ?  
num facta inopia fallacum hominum caelicolis placent ?

quos tu neglegis, ac me miserum deseris in malis. 5  
cheu, quid faciant, dic, homines, quouie habeant  
fidem ?

certe tute iubebas animam tradere, inique, *me*  
inducens in amorem, quasi tuta omnia mi forent.

idem nunc retrahis te ac tua dicta omnia factaque  
uentos inrita ferre ac nebulas acria sinis. 10

si tu oblitus es, at di meminerunt, meminit Fides  
quae te ut paeniteat postmodo facti faciet tui.

## XXXI

Paene insularum, Sirmio, insularumque  
ocelle, quascumque in liquentibus stagnis  
marique uasto fert uterque Neptunus,  
quam te libenter quamque lactus inuiso, 5  
uix mi ipse credens Thyniam atque Bithynos  
liquisse campos et nidere te in tuto.  
o, quid solutus est beatus curis,  
cum mens onus reponit, ac peregrino  
labore fessi uenimus larem ad nostrum  
desideratoque acquiescimus lecto ! 10  
hoc est, quod unumst pro laboribus tantis.  
salne, o uenusta Sirmio, atque cro gande :  
gaudete uosque, o liquidac laeus undae :  
ridete, quidquid est domi eachinnorum.

## XXXII

Amabo, mea dulcis Ipsithilla,  
meae deliciae, mei lepores,  
iube ad te ueniam meridiatum.  
et si iusseris, illud adiunato, 5  
no quis liminis obseret tabellam,  
nen tibi libeat foras abire,  
sed domi maneat paresque nobis  
nouem continuas fututiones,  
uerum, siquid ages, statim iubeto :  
nam pransus iaceo et satur supinus 10  
pertundo tunicamque palliumque.

## XXXIII

O furum optime balneariorum  
Vibeni pater, et cinaede lili,  
(nam dextra pater inquinatore,

10

20

5

5

5

10

10

10

15

5

5

10

10

15

culo filius est uoraciore)  
 cur non exilium malasque in oras  
 itis, quandoquidem patris rapinae  
 notae sunt populo, et natis pilosas,  
 fili, non potes asse uenditare.

## XXXIV

Dianae sumus in fide  
 puellae et pueri integri:  
*Dianam pueri integri*  
 puellaeque canamus.

o Latonia, maximi  
 magna progenies Iouis,  
 quam mater prope Deliam  
 deposiuit oliuam,

montium domina ut fores  
 siluarumque uirentium  
 saltuumque reconditorum  
 anniumque sonantum.

tu Lucina dolentibus  
 Iuno dicta puerperis,  
 tu potens Triuia et notho's  
 dicta lumine Luna.

tu cursu, dea, menstruo  
 metiens iter annuum  
 rustica agricolae bonis  
 tecta frugibus explēs.

sis quocumque tibi placet  
 sancta nomine, Romulique  
 antiquam, ut solita's, bona  
 sospites ope gentem.

## XXXV

Poetae tenero, meo sodali  
 uelim Caecilio, papyre, dicas,  
 Veronam ueniat, Noui relinquens  
 Comi moenia Lariumque litus:  
 nam quasdam uolo cogitationes  
 amici accipiat sui meique.  
 quare, si sapiet, uiam norabit,  
 quamuis candida miliens puella  
 euntem reuocet manusque collo  
 ambas inciens roget morari,  
 quae nunc, si mihi uera nuntiantur,  
 illum deperit inpotente amore:  
 nam quo tempore legit incohatam  
 Dindymi dominam, ex eo misellae  
 ignes interiorum edunt medullam.  
 ignosco tibi, Sapphica puella  
 musa doctor: est enim uenuste  
 Magna Caecilio incohata Mater.

## XXXVI

Annales Volusi, cacata charta,  
 uotum soluite pro mea puella:  
 nam sanctae Veneri Cupidinique  
 uouit, si sibi restitutus essem

desissemque truces uibrare iambos,  
 electissima pessimi poetae  
 scripta tardipedi deo daturam  
 infelicibus ustulanda lignis.  
 et haec pessima sic puella uidit  
 ioco se lepido nouere diuis.  
 nunc, o caeruleo creata ponto,  
 quae sanctum Idalium Vriosque apertos  
 quaeque Ancona Cnidumque harundinosam  
 colis quaeque Amathunta quaeque Golgos  
 quaeque Durachium Hadriac tabernam,  
 acceptum face redditumque uotum,  
 si non illepidum neque inuenustumst,  
 at uos interea uenite in ignem,  
 pleni ruris et infectiarum  
 annales Volusi, cacata charta.

## XXXVII

Salax taberna uosque contubernales,  
 a pilleatis nona fratribus pila,  
 solis putatis esse mentulas uobis,  
 solis licere, quidquid est puellarum,  
 confutere et putare ceteros hircos?  
 an, continenter quod sedetis insulsi  
 centum an ducenti, non putatis ausurum  
 me una ducentos inrumare sessores?  
 atqui putate: namque totius uobis  
 frontem tabernae sopionibus scribam.  
 puella nam mi, quae meo sinu fugit,  
 amata tantum quantum amabitur nulla,  
 pro qua mihi sunt magna bella pugnata,  
 consedit istic. hanc boni beatiue  
 omnes amatis, et quidem, quod indignumst,  
 omnes pusilli et semitarii moechi;  
 tu praeter omnes une de capillatis,  
 cuniculosae Celtiberiae fili  
 Egnati, opaca quem bonum facit barba  
 et dens Hibera defricatus urina.

## XXXVIII

Malest, Cornifici, tuo Catullo,  
 malest, me hercule, et est laboriose,  
 et magis magis in dies et horas.  
 quem tu, quod minimum facillimumquest,  
 qua solatus es adlocutione?  
 iraseor tibi. sic meos amores?  
 panlum quid lubet adlocutionis,  
 maestius lacrimis Simonideis.

## XXXIX

Egnatius, quod candidos habet dentes,  
 renidet usque quaque. sei ad rei uentumst  
 subsellium, cum orator excitat fletum,  
 renidet ille. sei ad pii rogum fili  
 lugetur, orba cum flet unicum mater,  
 renidet ille. quidquid est, ubicumquest,  
 quodeumque agit, renidet. hunc habet morbum,  
 neque elegantem, ut arbitror, neque urbanum.  
 quare monendum fest mihi, bone Egnati.  
 si urbanus esses aut Sabinus aut Tiburs  
 aut porcus Vmber aut obesus Etruscus

XXXIII 8 potest ase uendicare V. XXXIV 3 add. ω. 8 deposiuit Pallad. 23 antiquam ω, antique V, antiquei Klotz. XXXV 12 ita Charisius 133, 25 (Keil), impotentem amorem V. 13 indotatam V, corr. Guarinus. XXXVI 5 dedissem V, corr. Auantius. 8 ustulanda V, Schwabe. 9 haec ω, Haupt. hoc V, edd. complur. uos Housman. sic nos, se V, edd. 10 ita Scal., iocose lepide V uulg., iocosis A. Palmer, u. se diuis V. XXXVII 10 sopionibus V, ropionibus Peiper, quod placeret si de primae syllabae mensura satis constaret; scorpionibus, alia, ω. 11 mi Heins., mei Schwab., me V. 18 Celtiberos C. Priscianus et V 77 et VII 22. XXXVIII 1 M. est si V. 2 male sime h. V. est add. Sillig., et l. V, Ellis, et et Lach., et a Baehr. 4 facillimumque O. XXXIX 2 seu G. 3 excitat orator V, corr. Auant. 4 si V. pii al' impii G, impii O. regum filii V. 9 est V, te est Spengel, est te Maehly. 11 pareus V, pinguis Gloss. Vat. Mai Auct. Class. 7, 574 'pinguis grassus nam obesus plus est quam pinguis. Catullus ait Aut pinguis uera aut obesus et prossus' (ita eodd.), corr. Scaliger.

aut Lanuuius ater atque dentatus  
aut Transpadanus, ut meos quoque attingam,  
aut quilibet, qui puriter lauit dentes,  
tamen reuidere usque quaque te nollem :  
nam risu inepto res ineptior nullast.  
nunc Celtiber *es* : Celtiberia in terra,  
quod quisque mixxit, hoc sibi solet mane  
dentem atque russam defricare gingiuam,  
ut quo iste uester expolitior dens est,  
hoc te amplius bibisse praediceat loti.

## XL

Quaenam te mala mens, miselle Rauide,  
agit praecipitem in meos imbos?  
quis deus tibi non bene aduocatus  
uocordem parat excitare rixam?  
an ut peruenias in ora uolgi?  
quid uis? qua lubet esse notus optas?  
eris, quandoquidem meos amores  
cum longa uoluisti amare poena.

## XLI

Ameana puella defutura  
tota milia me decem poposcit,  
ista turpiculo puella naso,  
decoetoris amica Formiani.  
propinqui, quibus est puella curae,  
amicos medicosque conuocate :  
non est sana puella, nec rogare,  
qualis sit, solet aes imaginosum.

## XLII

Adeste, hendecasyllabi, quot estis  
omnes undique, quotquot estis omnes.  
iocum me putat esse moecha turpis  
et negat mihi uestra reddituram  
pugillaria, si pati potestis.  
persequamur eam, et reflagitemus.  
quae sit, quaeritis. illa, quam nideatis  
turpe incedere, mimice ac moleste  
ridentem catuli ore Gallicani.  
circumsistite eam et reflagitate :  
'moecha putida, redde codicillos,  
redde, putida moecha, codicillos.  
non assis facis? o lutum, lupanar,  
aut si perditus potes quid esse.'  
sed non est tamen hoc satis putandum.  
quod si non aliud pote, ut ruborem  
ferreo canis exprimamus ore,  
conclamate iterum altiore uoce :  
'moecha putida, redde codicillos,  
redde, putida moecha, codicillos.'  
sed nil proficimus, nihil mouetur.  
mutandast ratio modusque uobis,  
siquid proficere amplius potestis :  
'pudica et proba, redde codicillos.'

## XLIII

Salue, nec minimo puella naso  
nec bello pede nec nigris ocellis

nec longis digitis nec ore siccio  
nec sane nimis elegante lingua,  
decoetoris amica Formiani.  
ten prouincia narrat esse bellam?  
tecum Lesbia nostra comparatur?  
o saeculum insapiens et infaectum!

## XLIV

O funde noster seu Sabine seu Tiburs,  
(nam te esse Tiburtem autumant, quibus non est  
cordi Catullum laedere : at quibus cordist,  
quouis Sabinum pignore esse contendunt)  
sed seu Sabine siue uerius Tiburs,  
fui libenter in tua suburbana  
uilla malamque pectore expulsi tussim,  
non immerenti quam mihi mens uenter,  
dum sumptuosas adpeto, dedit, cenas.  
nam, Sestianus dum uolo esse coniuua,  
orationem in Antium petitorae  
plenam ueneni et pestilentiae legi.  
hic me grauido frigida et frequens tussis  
quassauit usque dum in tuum sinum fugi  
et me recraui otioque et urtica.  
quare refectus maximas tibi grates  
ago, meum quod non es ulta peccatum.  
nec deprecor iam, si nefaria scripta  
Sesti recepto, quiz grauidinem et tussim  
non mi, sed ipsi Sestio ferat frigus,  
qui tunc uocat me, cum malum librum legi.

## XLV

Aemen Septimius suos amores  
tenens in gremio, 'mea,' inquit, 'Acme,  
ni te perditis amo atque amare porro  
omnes sum adsidue paratus amos  
quantum qui pote plurimum perire,  
solus in Libya Indiaque tasta  
caesio ueniam obuius leoni.'  
hoc ut dixit, Amor sinistra, ut ante  
dextra, sternuit adprobationem.  
at Acme leuiter caput reflectens  
et daleis pueri ebrios ocellos  
illo purpureo ore saniata,  
'sic,' inquit, 'mea uita Septumille,  
huic mi domino usque seruiamus,  
ut multo mihi maior acriorque  
ignis mollibus ardet in medullis.'  
hoc ut dixit, Amor, sinistram ut ante,  
dextram sternuit adprobationem.  
nunc ab auspicio bono profecti  
mutuis animis amant amantur.  
nam Septimius misellus Aemen  
manolt quam Syrias Britanniasque :  
uno in Septumio fidelis Acme  
facit delicias libidinesque.  
quis illos homines beatiores  
uidit, quis Venerem auspiciatorem?

## XLVI

Iam uer egeidos refert tepores,  
iam caeli furor aequinoctialis  
ineundis Zephyri silesit aureis.

XXXIX 17 *es* add. Corradinus de Allio. 19 *punicore* Apuleius Apol. p. 10. 21 *lotus* V. XL 5 *perueniamus* V. 8 *mirnice* V, corr. Turnebus. *pena* O, *poena* G. XLI 8 *et* V, *aes* Froelich optime, receperunt Ellis, Baehr. *rogate q. sit* : *solide est imaginosa* Haupt, *rogate q. sit* : *solet esse imaginosa* Schwabe. XLII 14 *potest* ω, uulg. 16 *pote* ut Pleitner, *potest* V edd. uerbis ita distinctis : *potest*, *r. f. c. c. ore* (18) c. XLIV 7 *abamque* V. *expulsi tussim* Anant., *expulsus sim* V. 8 *mens uertur* V, corr. Faernus. 11 *orationem minantium* V, corr. Stat. 13 *hoc* O. 17 *altus erratum* Baehr. 19 *grauidinem* V. 21 *legi* Laeb., *legit* V. XLV 1 *septimios* V (=nos G), 13 *septumille* V, 23 *septimio* sed in 21 *septimius*. 5 *potest* V. 6 *Indiae* L. Muehl. 8 haec ita distinctimus nos, ω. *s. ut ante*, (9) d. uulg. *adprobatione* V. 17 *sinistram ut a.*, nos ; *sinistra ut ante*, uulg., *sinistrant a.* V. 18 *dextram* V, *dextra* edd. complur. 22 *Syriasque* V. 24 *libidinesque* V, edd. complur.

linquantur Phrygii, Catulle, campi  
Nicaeaeque ager uber aestuosae :  
ad claras Asiae uolens urbes.  
iam mens praetrepidans auet uagari,  
iam laeti studio pedes uigescunt.  
o dulces comitum ualete coetus,  
longe quos simul a domo profectos  
diuersae uariae uiae reportant.

## XLVII

Porei et Socraton, duae sinistrae  
Pisonis, scabies famesque munda,  
uos Veraniolo meo et Fabullo  
uerpus praeposuit Priapus ille ?  
uos conuiuia lauta sumptuose  
de die facitis ? mei sodales  
quaerunt in triuio uocationes ?

## XLVIII

Mellitot oculos tuos, Iuuenti,  
siquis me sinat usque basiare,  
usque ad milia basiam trecenta,  
nec mi unquam uidear satur futurus,  
non si densior aridis aristis  
sit nostrae seges osculationis.

## XLIX

Disertissime Romuli nepotum,  
quot sunt quotque fuere, Marce Tulli,  
quotque post aliis erunt in annis,  
gratias tibi maximas Catullus  
agit pessimus omnium poeta,  
tanto pessimus omnium poeta  
quanto tu optimus omnium patronus.

## L

Hesterno, Licini, die otiosi  
multum lusimus in meis tabellis,  
ut conuenerat esse delicatos.  
scribens uersiculos uterque nostrum  
ludebat numero modo hoc modo illoc,  
reddens mutua per iocum atque uinum.  
atque illinc abii tuo lepore  
incensus, Licini, facetisque,  
ut nec me miserum cibis iuuaret  
nec somnus tegeter quiete ocellos,  
sed toto indomitus furore lecto  
uersarer cupiens uidere lucem,  
ut tecum loquerer, simulque ut essem.  
at defessa labore membra postquam  
semimortua lectulo iacebant,  
hoc, iucunde, tibi poema feci,  
ex quo perspiceres meum dolorem.  
nunc audax caue sis, precesque nostras,  
oramus, caue despuas, ocelle,  
ne poenas Nemesi reposita a te.  
est uemens dea : laedere haec cauet.

XLVI 11 diuerse uarie V unde alii diuersae uarie, alii diuerse uariae, diuerse maria et A. Palmer. XLVII 2 munda Riese, munda Euecheler, mundi V. 4 proposuit V. XLVIII 4 numquam V, mi unquam Stat., Ellis, unquam edd. inde cor sater V, corr. Guarinus. 5 Africae Markland. XLIX Interuallum in V. L Interuallum in V. 2 tuus Schwabe. 13 ut omnem G. 21 uehemens V, corr. Stat. LI Interuallum in V. 1 impar V. 3 te cum u. 4 coniungit V. 5 miseroque V. 8 omissum a codicibus uersum ita suppleuit Ritter, aliter alii. uerba Sapphus a Catullo reddita haec sunt βροχίως με φάνος οὐδὲν ἔτ' εἶκε. 11 gemina V, corr. Schrader. LII Interuallum in V. 1 et 4 mori V. LIII 1 et V. 3 meos V. 5 salaputtium codd. Senecae Contr. 7, 4, Baehr., salapantium V. disertum codd. Sen., desertum V. LIV Carmen obscurissimum, sicut a Munrone in Diar. Philol. v p. 303 exhibitum est, dedimus non quia ille omnia expedierit sed quod ceteri in incerta omnia et lacunosa abierunt. Ante 1 V iterum dat L 16, 17. 2 et eri V, Vetti Voss., Neri L. Muell. rustice V, rustica u. A. Palmer locum ita refingit pusillum, os atrus pice, s. e. 5 Fuficio Haupt, Fuffitio Scal., sufficio V. seniore cocto V. LV 1 molestus es V. 3 in campo Sillig. in minore V. 8 uidi. uideo u. serena V, serenas u edd. complur. 9 uersus suspectus. 'auertitistis,' saepe fl., Riese. 11 reduc V, finem suppleuit Ellis, rduc puellum Schwabe. 12 em V. hee V.

5

## LI

Ille mi par esse deo uidetur,  
ille, si fas est, superare diuos,  
qui sedens aduersus identidem te  
spectat et audit  
dulce ridentem, misero quod omnino  
eripit sensus mihi : nam simul te,  
Lesbia, aspexi, nihil est super mi  
uocis in ore.

10

5

lingua sed torpet, tenuis sub artus  
flamma demanat, sonitu suo  
tintinant aures geminae, teguntur  
lumina nocte.

5

10

otium, Catulle, tibi molestumst :  
otio exultas nimiumque gestis.  
otium et reges prius et beatas  
perdidit urbes.

15

## LII

Quid est, Catulle ? quid moraris emori ?  
sella in curuli struma Nonius sedet ;  
per consulatum perierat Vatinius.  
quid est, Catulle ? quid moraris emori ?

5

## LIII

Risi nescio quem modo e corona,  
qui, cum mirifice Vatiniana  
meus crimina Caluoso explicasset,  
admirans ait haec manusque tollens :  
'di magni, salaputtium disertum !'

5

5

## LIV

Otonis caput (oppidost pusillum)  
et, trirustice, semilauta erura,  
subtile et leuc peditum Libonis,  
si non omnia, displicere uellem  
tibi et Fuficio sem recocto.  
irascere iterum meis iambis  
inmerentibus, unice imperator.

5

5

## LV

Oramus, si forte non molestumst,  
demonstres, ubi sint tuae tenebrae.  
te campo quaesiuimus minore,  
te in circo, te in omnibus libellis,  
te in templo summi Iouis sacro.  
in Magni simul ambulatione  
femellas omnes, amice, prendi,  
quas uolto uidi tamen sereno.  
a, uel te sic ipse flagitabam :  
'Camerium mihi, pessimae puellae.'  
quaedam inquit, nudum reducta pectus,  
'en hic in roseis latet papillis.'

10

15

20

10

sed te iam ferre Herculei labos est.	13	aut Scylla latrans infima inguinum parte	
non custos si fugar ille Cretum,	23	tam mente dura procreauit aetætra,	
non si Pegaseo ferar uolatu,		ut supplicis uocem in nouissimo casu	
non Ladas ego pinnipescus Perseus,	25	contemptam haberes, a, nimis fero eorde?	5
non Rhesi niueae citæque bigæ.			
adde huc plumipedas uolatilesque,			
uentorumque simul require cursum:			
quos iunctos, Cameri, mihi ut dicares,	30		
defessus tamen omnibus medullis			
et multis langoribus peresus			
essem te mihi, auice, quaeritando.	32		
tanto ten fastu negas, auice?	14	LXI	
die nobis ubi sis futurus, ede hoc		Collis o Heliconici	
audacter, committe, erede lucei.		cultor, Vraniae genus,	
num te lacteolae tenent puellae?		qui rapis teneram ad uirum	
si linguam clauso tenes in ore,		uirginem, o Hymenæe Hymen,	
fructus proicies amoris omnes:	20	o Hymen Hymenæe,	5
uerbosa gaudet Venus loquella.			
uel si uis, licet obseres palatum,		cinge tempora floribus	
dum nostri sim particeps amoris.		suaue olentis anaraci,	
		flammeum cape, laetus huc	
		huc ueni niueo gerens	
		luteum pede soccum,	10
		excitusque hilari die	
		nuptialia concineus	
	5	noce carmina timula	
		pelle humum pedibus, manu	
		pineam quate taedam.	15
		namque Vinia Manlio,	
		qualis Idalium eolens	
		uenit ad Phrygium Venus	
		iudicem, bona cum bona	
		nubet alite uirgo,	20
		floridis uelut enitens	
	5	myrtus Asia ramulis,	
		quos Hamadryades deae	
		Indicium sibi rosco	
		nutriunt amore.	25
		quare age huc aditum ferens	
		perge linquere Thespiæ	
		rupis Aonios specus,	
		nympha quos super inrigat	
		frigerans Agauipe,	30
		ac domum dominam uoca	
		coniugis eupidam noui,	
		mentem amore reuincens,	
		ut tenax edera huc et huc	
	5	arborem implicat errans.	35
		nosque item simul, integrae	
		uirgines, quibus aduenit	
		par dies, agite in modum	
		dicite 'o Hymenæe Hymen,	
		o Hymen Hymenæe,'	40
		ut lubentius, audiens	
		se citarier ad sonum	
		numus, huc aditum ferat	
		dux bonae Veneris, boni	
		coniugator amoris.	45

LV 23-32 in codd. carmini LVIII subinetos hic collocauit Guarinus, post u. 12 Lach., post u. 22 uulg. 25 si ego Scal. 26 n. Rh. niueis citæque bigis Muret., da Rh. niueas citæque bigas Baehr. 29 iunctos G, uictos O, uinctos ω, Bergk, cunctos Schrader. ut nos add. 14 te in V, corr. Muret. 15, 16 hoc ante committe habet V, om. edd. lucei Scal., lucei V. 17 nunc V. 22 sim Auant., sis V, nostri sis ω. LVI Interuallum in V. 6 crisantem (h. e. crisantem) ω, Baehr., trusantem V, uulg. 7 protelo edd. complur. LVII 1 pulcre ita V. 3 paris V, edd. complur. 6, 7 haec ita distinxit Munro, aliter alii. gemelli. macelli Baehr. lectulo G edd. plerique. 9 socii Scal. socii et V. LVIII 1 uestra V. 5 magna atad G) mirentui V. magnanimitis Remi Ellis, magnanimiti R. Voss., magnanimitos R. uulg. Post h. u. V habet LV 23-32. LIX 1 rufa rufulum (genus quoddam tribuii militum) Pleitner, rufa rufum V; Rufa Rufulum Pallad. LX 5 contentam V unde O<sup>1</sup> contentam, G<sup>1</sup> contemptam. LXI Interuallum in V. 4, 5 u. o hymenæe hymen | o hymenæe hymen G, u. o hymenæe | hymen o hymenæe hymen O. 16 iunia O. mallio V. 21 uall O; cf. ad 190. 32 coniugi Pleitner. 40 hymen in fine uersus add. V ut in uu. 5, 50.



	transfer omine cum bono limen aureolos pedes, rassilemque subî forem. io Hymen Hymenaeae io, io Hymen Hymenaeae.	165		dulce rideat ad patrem semiliante labello.	215
170	aspice, intus ut acenbans uir tuos Tyrio in toro totus imineat tibi. io Hymen Hymenaeae io, io Hymen Hymenaeae.	170		sit suo similis patri Manlio et facile inscicis nosecitur ab omnibus et pudicitiam suae matris indicet ore.	220
175	illi non minus ac tibi pectore uritur intimo flamma, sed penite magis. io Hymen Hymenaeae io, io Hymen Hymenaeae.	175		talis illius a bona matre laus genus adprobet, qualis unice ab optima matre Telemacho manet fama Penelopeo.	225
180	mitte brachiolum teres, praetextate, puellulae: nam cubile adeat uiri. io Hymen Hymenaeae io, io Hymen Hymenaeae.	180		claudite ostia, uirgines: lusinus satis. at, bonae coniuges, bene uiuite et munere adsiduo ualentem exerceite iuuentam.	230
185	uos bonae semibus uiris cognitae bene feminae, collocatæ puellulam. io Hymen Hymenaeae io, io Hymen Hymenaeae.	185			
190	iam licet uenias, marite: uxor in thalamo thilist ore floridulo nitens, alba parthenice noluit intemere papauer.	190			
195	at, marite, (ita me inuent caelites) nihilo minus pulcer es, neque te Venus neglegit. sed abiit dies; perge, ne remorare.	195			
200	non diu remoratus es, iam uenis. bona te Venus inmerit, quoniam palam quod cupis cupis et bonum non abscondis amorem.	200			
205	ille pulneris Africeii siderumque micantium subducat numerum prius, qui nostri numerare uoluit multa milia Iudei.	205			
210	ludite ut lubet, et breui liberos date, non decet tam metus sine liberis nomen esse, sed indidem semper ingenerari.	210			
215	Torquatus nolo paruolus matris e gremio suae porrigens teneras manus				
				LXII	
				Vesper adest, iuuenes, consurgite: Vesper Olympo expectata diu uix tandem lumina tollit. surgere iam tempus, iam pinguis linquere mensas; iam ueniet uirgo, iam dicitur Hymenaeus. Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae!	5
				Cernitis, inuuptae, iuuenes? consurgite contra: nimirum Octaeos ostendit noctifer ignes. sic certest; niden ut perneciter exsilnere? non temere exsilnere; canent quod misere par est. Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae!	10
				Non facilis nobis, aequales, palma paratata; aspicite, inuuptae secum ut meditata requirunt. non frustra meditantur, habent memorabile quod sit, nec mirum, penitus quae tota mente laborant. nos alio mentes, alio diuisimus aures: iure igitur uincemur; amat uictoria euram. quare nunc animos saltem commertite nestros; dicere iam incipient, iam respondere decedit. Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae.	15
				Hesperie, qui caelo fertur crudelior ignis? qui natam possis complexu auellere matris, complexum matris retinentem auellere natam, et inueni ardenti castram donare puellam, quid faciunt hostes capta crudelius urbe? Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae!	20
				Hesperie, qui caelo luget incundior ignis? qui desponsa tua firmes conubia flamma, quae pepigere uiri, pepigerunt ante parentes nec inuicere prius quam se tuos extulit ardor. quid datur a diuis felici optatus hora? Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae!	26
				Hesperus e nobis, aequales, abstulit mnam	30

LXI 167 unus V, corr. Statius. 171, 176, 181, 186 io in fine uersus add. V; cf. ad u. 40 et quae disputat Munro (Aduersar. in Catullum p. 195). 188 est tibi V, corr. ω. 190 ut O (cf. u. 40) uultu G. 192-196 post 201 habet V. 194 ad uirritum tamen uiuicem V, corr. Scaliger. 197 remorata G, remota O. 199 inuenit V. 200 q. e. cupis G ex corr., uulg. 202 crecei V, corr. lleius. 206 ludere V. 207 et ludere et lubet V. 216 sed mihi ante V, corr. Scal. 218 inscicis V. 219 obuicis Pleitner, omnibus u. a. inscicis Dawes. 220 suam V, suae ω, suo conu. Baehr. (et nos). 230 assidue V. LXII Interuallum in V. 3 pingues G. 5 Hymeno hymenaeae hymenades o hymenaeae T(huaneus), h(i) O(m)en oh(i) O(u)enuec h(i) O(m)en ades o h(y)menae V neque multo aliter uu. 18, 25, 38, 48, 66. 6 consurgit exetera T. 7 orta eos T, hoc eos V. imbres T, imber V. 8 certe est Stat., certe si V, cer tes. i T. 9 quo V. uisere T V, uisere Auant., uulgo, uisere Baehr. parēt V. 11 nobilis T. 12 meditata requirunt T, meditare querunt V. 13 memora pule T. 14 om. V. labocent Voss., fortasse recte. 15 non T. 17 nō V. committite V. 20 et 26 quis T, Baehr., qui V. eidd. paene omnes. 21 complexa uelere; altera l supra lineam T. 22 ita nos, complexu T V, complexu—retinente Baehr. anelle T. 24 eedelius T. 25 Kymeno hymenaeae Kymenades. o. Kymenaeae T; similia peccat in uu. 48, 66. 26 (et 47 incunab) incundior T, incunabior (ut semper) V. 27 et 57 conub. T, conub. V. 28 quo V. uir T. 29 uinere V. 30 a om. T. 32 aequalis T, fortasse recte.

namque tuo aduentu uigilat custodia semper.  
noctē latent fures, quos idem saepe reuertens,  
Hesperē, mutato comprehendis nomine Eous. 35  
*Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae!* 35<sup>a</sup>

at lubet innuptis ficto te carpere questu.  
quid tum, si carpunt, tacita, a, quem mente requirunt?  
*Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae!*

Vt flos in saeptis secretus nascitur hortis,  
ignotus pecori, nullo conuolsus aratro, 40  
quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber

multi illum pueri, multae optauerē puellae:  
idem cum tenui carptus desloruit ungui,  
nulli illum pueri, nullae optauerē puellae:  
sic uirgo, dum intacta manet, dum cara suis est; 45  
cum castum amisit polluto corpore florem,  
nec pueris incunda manet nec cara puellis.  
*Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae!*

Vt uidua in nudo uitis quae nascitur aruo  
numquam se extollit, numquam mitem educat unam,  
sed tenerum pronō deflectens pondere corpus 51  
iam iam contingit summum radice flagellum;  
hanc nulli agricolae, nulli, a, coluere iuueni:  
at si forte eademist ulmo coniuncta marita,  
multi illam agricolae, multi coluere iuueni: 55  
sic uirgo, dum intacta manet, dum inculta senescit;  
cum par conubium maturo tempore adeptast,  
cara uiro magis et minus est inuisa parenti.  
*Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae!* 58<sup>b</sup>

At nec tu pugna cum tali coniuge, uirgo,  
non aequomst pugnare, pater quōi tradidit ipse, 60  
ipse pater cum matre, quibus parere necessesst.  
uirginitas non tota tuast, ex parte parentumst;  
tertia pars patrist, pars est data tertia matri,  
tertia sola tuast: noli pugnare duobus,  
quī genero sua iura sinul cum dote dederunt. 65  
*Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae!*

## LXIII

Super alta nectus Attis celeri rate maria  
Phrygium ut nenus citato cupide pede tetigit  
adiitque opaca siluis redimita loca deae,  
stimulatus ibi furenti rabie, uagus animi,  
denoluit ilei acuto sibi pondera silice. 5  
itaque ut relicta sensit sibi membra sine uiro,  
etiam recente terrae sola sanguine maculans,  
nueis citata cepit manibus leue tympanum,  
tympanum ac typum Cybebes, tua, mater, initia,  
quatiensque terga tauri teneris caua digitis 10

canere haec suis adortast tremebunda comitibus:  
'agite ite ad alta, Gallae, Cybeles nemora simul,  
simul ite, Dindymenaeae dominae uaga pecora,  
aliena quae petentes celere exules loca  
sectam meam executae duce me mihi comites 15  
ravidum salum tulistis trulentisque pelagi  
et corpus eurastis Veneris nimio odio,  
hilarate, io, citatis erroribus animum.  
mora tarda mente cedat: simul ite, sequimini  
Phrygiam ad domum Cybebes, Phrygia ad nemora  
deae, 20

ubi cymbalum sonat uox, ubi tympana reboant,  
tibicen nbi canit Phryx curuo graue calamo,  
ubi capita Maenades ni iacibus ederigerae,  
ubi sacra sancta acutis ululatus agitant,  
ubi senuit illa diuae uolitare uaga colons: 25  
quo nos decet citatis celere tripudiis.  
simul haec comitibus Attis cecinit notha mulier,  
thiasus repente linguis trepidantibus ululat,  
leue tympanum renngit, caua cymbala recerant,  
uiridem citus adit Idam properante pede chorus. 30  
firibunda simul anhelans uaga uadit, animam agens,  
comitata tympano Attis per opaca nemora dux,  
ueluti iuuenca uitans onus indomita iugi:  
rapidae duces secuntur Gallae properipedem.  
itaque ut domum Cybebes tetigere lassulae, 35  
nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.  
piger his labante langore oculos sopor operit:  
abit in quiete molli ravidus furor animi.  
sed ubi oris aurei Sol radiantibus oculis  
lustrauit aethera album, sola dura, mare ferum, 40  
pepulisque noctis umbras uegetis sonipedibus,  
ibi Somnus exitum Attin fugiens citus abiit:  
trepidante eum recepit dea Pasithea sinu.  
ita de quiete molli rapida sine rabie  
simul ipse pectore Attis sua facta recoluit, 45  
liquidaque mente uidit sine quibus ubique foret,  
animo aestuante rusum reditum ad uada tetulit.  
ibi maria uasta uisens lacrimantibus oculis,  
patriam allocuta maestast ita uoce miseriter.  
'patria o mei creatrix, patria o mea genetrix, 50  
ego quam miser relinquens, dominos ut erifugae  
famuli solent, ad Idae tetuli nemora pedem,  
ut apud niuem et ferarum gelida stabula forem  
et earum tonnia adirem furibunda latibula?  
ubinam aut quibus locis te positam, patria, reor? 55  
cupit ipsa pupula ad te sibi derigere aciem,  
rabie fera carens dum breue tempus animus est.  
egone a mea remota haec ferar in nemora domo?  
patria, bonis, amicis, genitoribus abero?  
abero foro, palaestra, stadio et guminasiis? 60  
miser a miser, querendumst etiam atque etiam,  
anime.  
quod enim genus figuraest, ego non quod habuerim?  
ego enim uir, ego adulescens, ego ephelus, ego puer,

LXII uu. 33-35, uulgo Adulescentibus tributos, nos Puellis reddidimus, epiphonemate (35<sup>a</sup>), omisso in codd., post u. 35 (non post u. 32) collocato. 35 comprehendis O, comprehendis G, comperendis T, deprendis coni. Baehr. Eous Schrader, eosdem V, eossem T. post hunc uersum lacunae signum nos addidimus, om. uulg. 37 a, quem Baehr., quema T, quam V. 39 ortis V. 40 conuolsus T, conclusus V. 41 quaemulcens aure firma T. post h. u. lacunam indicauit Spengel. 42 obtuere T. 43 et 44 desunt in T O. 45 intacta T V, innupta Quint. IX 3 16. dum e. suis est Quint., tum e. sui sed T V. 49 et T. 50 ext. quā mun<sup>4</sup>team dueatruā T. 51 per flectens T. 52 flaeclum T. 53 nulli, a, coluere nos; multi acoluere T, nulli coluere V, uulg. iuueni hic et in u. 55, corruptum esse uidetur. coloni Baehr., bubulei Riese. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu nos, et T V, tu (tua T) nec T V. nei pugna Baehr. 60 equom est T, equo e. V. 62 om. T. 63 t. patris pars. ē. data t. m. T, t. pars patri ē data t. m. O, t. pars patri data pars data t. m. G. alii alia, nos Haupti coniecturam receperimus. 64 solit tu est T. tuignare T. LXIII Interallum in G. 1 celeri Ter. Maurus alique auctt. metrici, celere V. 3 Rheae L. Muell. 4 ubi V. amnis V, animis u edd. multi. 5 deuoluit V, Mowat, coll. Nonn. 25, 311, deuoluit Haupt. 54 apsi T. marito V. 55 acoluere T, acoluere V, corr. s. 56 tum inculta T. 58 eura T V. 59 at ne tu



ego guminasi fui flois, ego eram deus olei :  
 mihi ianuæ frequentes, mihi limina tepida, 65  
 mihi floridis corollis redimita domus erat,  
 linquendum ubi esset orto mihi sole cubiculum.  
 ego nunc deum ministra et Cybeleæ famula ferar?  
 ego Maenas, ego mei pars, ego uir sterilis ero?  
 ego uiridis algida Idae niue amicta loca colam? 70  
 ego uitam agam sub altis Phrygiæ columiniibus,  
 ubi cerua siluicultrix, ubi aper memoriuagus?  
 iam iam dolet quod egi, iam iamque pœnitet.  
 roseis ut hic labellis sonus editus abiit,  
 geminas deorum ad auris noua nuntia referens, 75  
 ibi iuncta iuga resoluens Cybele leonibus  
 laenonique pecoris hostem stimulans ita loquitur :  
 'agedum' inquit 'age ferox i, fac ut hunc furor  
 agitet,  
 fac uti furoris ictu reditum in memora ferat,  
 mea libere nimis qui fugere imperia cupit. 80  
 age caede terga cauda, tua uerbera patere,  
 face cuncta iurgienti fremitu loca retonent,  
 rutilam ferox torosa ceruice quate iubam.'  
 ait hæc ninax Cybele religatque iuga manu.  
 ferus ipse sese adhortans rapidum incitat animo, 85  
 uadit, fremit, refringit uirgula pede nago.  
 at ubi umida albicantis loca litoris adiit,  
 tenerumque uidit Attin prope narmora pelagi,  
 facit impetum : ille demens fugit in memora fera :  
 ibi semper omne uitæ spatium famula fuit. 90  
 dea magna, dea Cybele, dea domina Dindymici,  
 procul a mea sit furor omnis, era, domo :  
 alios age incitatos, alios age rabidos.

## LXIV

Peliaco quondam prognatae uertice pinus  
 dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas  
 Phasidos ad fluctus et lines Aetæos,  
 cum lecti iuuenes, Arginae robora pubis,  
 auratum optantes Colehis auertere pellem  
 ausi sunt uada salsa cita decurrere puppi,  
 caerula uerrentes abiegnis æquora palmis.  
 dina quibus retinens in summis uribus arces  
 ipsa leui fecit uolitantem flamme currum,  
 pinea coniungens inlæxæ texta carinae, 10  
 illa rudem cursu prora imbuat Amphitriten.  
 quæ simul ac rostro uentosum proscidit æquor,  
 tortaque remigio spumis incanduit mada,  
 emersere freti candenti e gurgite uoltus  
 æquorææ monstrum Nereides admirantes. 15  
 illa (quaque alia?) uiderunt luce marinas  
 mortales oculis nudato corpore Nymphas  
 nutricum tems extantes e gurgite cano.  
 tum Thetidis Peleus incensus fertur amore,  
 tum Thetis humanos non despexit hymenæos, 20  
 tum Thetidi pater ipse iugandum Peliæ sensit.  
 o nimis optato saeculorum tempore nati  
 heroes, saluete, deum gens, o bona matrum  
 progenies, saluete iterum . . . . . 23<sup>a</sup>  
 uos ego sæpe meo, uos earmine compellabo,  
 teque adeo eximie tædis felicibus aucte, 25  
 Thessaliae columen, Peleu, quoi Iuppiter ipse,  
 ipse suos diuom genitor concessit amores.

tene Thetis tenuit pulcerrima Nereine?  
 tene suam Tethys concessit duere neptem,  
 Oceanusque, mari totum qui amplectitur orbem? 30  
 quæ simul optatae finito tempore luces  
 aduenere, domum conuentu tota frequentat  
 Thessalia, oppletur lætanti regia coetu :  
 dona ferunt præ se, declarant gaudia uolte  
 deserunt Cieros, linquunt Phthiotica tempe 35  
 Crannonisque domos ac moenia Larisæa ;  
 Pharsalum coeunt, Pharsalia tecta frequentant.  
 rura colit nemo, mollescunt colla iuuenis,  
 non humilis eurus purgatur uinea rastris,  
 non fulx attenuat frondatorum arboris umbram, 41  
 non glaebam prono conuellit uonere taurus, 40  
 squalida desertis rubigo infertur aratris. 42  
 ipsius at sedes, quæcumque opulenta recessit  
 regia, fulgenti splendent auro atque argento.  
 candet ebur solis, colucent poeula mensæ, 45  
 tota domus gaudet regali splendida gaza.  
 puluinar uero diuæ geniale locatur  
 sedibus in mediis, Indo quod dente politum  
 tincta tegit roseo conehylli purpura fuco.

Hæc uestis prisceis hominum uariata figuris 50  
 heroum mira uirtutes indicat arte.  
 namque Iluentisino prospectans litore Diae  
 Thesea cedentem celeri eum classe tuetur  
 indomitos in corde gerens Ariadna fuores,  
 necdum etiam sese quæ uisit uisere eredit, 55  
 ut pote fallaci quæ tunc primum excita somno  
 desertam in sola miseram se cernat harena.  
 immemor at iuuenis fugiens pellit uada remis,  
 inrita uentosæ linquens promissa procellæ,  
 quem procul ex alga maestis Minois ocellis,  
 saxa ut elligies bæchantis, prospicit, eheu,  
 prospicit et magnis curarum fluctuat undis,  
 non llano retinens subtilem uertice mitram,  
 non contacta leui nudatum pectus amicta,  
 non tereti strophio lactentis uincta papillas, 65  
 omnia quæ toto delapsa e corpore passim  
 ipsius ante pedes fluctus salis adludabant.  
 set neque tum mitræ neque tum Iluitatis amictus  
 illa uicem curans toto ex te pectore, Theseu,  
 toto animo, tota pendebat perditâ mente. 70  
 a misera, adsiduis quam luctibus externaui  
 spinosas Erycina serens in pectore curas  
 illa ex tempestate, ferox quo tempore Theseus  
 egressus eurus e litoribus Piræi  
 attingit iniusti regis Gortynia tecta. 75  
 nam perhibent olim crudeli peste coactam  
 Androgeoneæ poenas exsoluere cædis  
 electos iuuenes simul et decus inuictarum  
 Cæropiam solitam esse dapem dare Minotauro. 80  
 quis angusta malis eum moenia uexarunt,  
 ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis  
 proicere optauit potius quam talia Cretam  
 funera Cæropiæ nec funera portarentur,  
 atque ita naue leui nitens ac leuibus auris  
 magnanimum ad Minoa uenit sedesque superbas. 86  
 hunc simul ac cupido conspexit lumine uirgo  
 regia, quam snauis expirans castus odores  
 lectulus in molli complexu matris alebat,  
 quales Eurotæ progignunt lumina myrtos  
 aureæ distinctos educit uerna colores, 90

LXIII 64 *ginnasti* V, corr. L. Muell. 66 *circulis* V. 68 *nunc* Santenius, *nec* V. *Rheue* L. Muell., *deac* Riese. *ferarum* V. 74 *hinc* V, s. e. Froehlich, *sonitus* V, *sonitus citus* Bentl. *adit* V. 77 *pectoris* V. 78 *i* add. Scal. *agitet* add. ed. Cantab. a. 1702. 79 *uti* Lach., *ut* V; *ui f. ictus* Bachr. 82 *face* ω, *fac* V. 85 *rabidum* conii. Schwabe. *animum* ω. 88 *terram* Lach. uulg. 89 *illa* idem. 91 *dindymici* V. *Dindymi dea domina* Scal. 92 *uo* V. 93 *rapidus* V. LXIV Interuallum in V. 11 *proram* G, *post eam* O (per compendium scriptum), adser. in u argine *proram*. in archetypo fuerat *præcam* compendiose scriptum; similia peccat O uu. 145, 153, 194. *prora* nos, *proram* Ellis, *prima* uulg. *Amphitrite* Ellis. 13 *toluque* V. 14 *freti* Schrader, *ferti* V. *canenti* ω. 16 *illa atque* (atque om. O) V, *illæ* (illa nos) *quaque alia?* Munro, *illa atque hand alia* Bergk. *uiderunt* edd., *uidere* V. 23 *gens* Schol. Veron. in Aen. 5, 80 Madv., *genus* V uulg. *matrum* Schol. Veron., *mater* V, *marie* Bachr. 23<sup>a</sup> exstat in Schol. Veron., om. in V. uersus finem alii aliter supplent uelut *saluete bonarum* Peerlkamp, (*iterum*) *que iterarum bonarum* Munro. 28 *Nereine* Haupt, *nectine* V. 31 *que* V, corr. L. Mueller. *optato* V. *finite* O. 35 *Cieros* Meineke, *siros* V. 37 *Pharsalum* Poutanus, *Pharsalam* V. 40, 41 transp. Ramler. uu. 38-42 edd. alii alio ordine legunt. 55 *que sui tui se credit* V, corr. Voss. 61 *heue* V. 64 *uelatum* V, corr. Schwabe. 65 cf. Isid. Or. 19, 33 'Cinna ait strophio luctantes cineta papillas.' *luctantes* Muret. 68 *sineque* V. 73 *ex* add. Bachr. f. q. ω, *ferozque* et V. *qua robore* Froehlich. 75 *tempta* V, *tempta* ω.

non prius ex illo flagrantia declinauit  
 lumina, quam cuncto concepit corpore flammam  
 funditus atque imis exarsit tota medullis  
 heu misere exagitans in miti corde furorcs,  
 sanete puer, curis hominum qui gaudia mices, 95  
 quacum regis Golgos quaeque Idalium frondosum,  
 qualibus incensam iactastis mente puellam  
 fluctibus in flauo saepe hospite suspirantem !  
 quantos illa tulit languenti corde timores !  
 quam tum saepe magis fuluore expalluit auri ! 100  
 eum saeuoni cupiens contra contendere monstrum  
 aut mortem appeteret Theseus aut praemia laudis.  
 non ingrata tamen frustra munuscula diuis  
 promittens tacito suscepit uota labello.  
 nam uelut in summo quatiens brachia Tauro 105  
 querum aut conigeram sudanti cortice pinum  
 indomitus turbo contorquens flamine robur  
 eruit, (illa procul radieitibus exturbata  
 prona cadit, late casu cuncta obuia frangens),  
 sic domito saeuoni prostrauit corpore Theseus, 110  
 nequiquam uanis iactantem cornua uentis.  
 inde pedem sospes multa eum laude reflexit  
 errabunda regens tenui uestigia filo,  
 ne labyrinthis e flexibus egredientem  
 tecti frustraretur inobseruabilis error. 115  
 sed quid ego a primo digressus carmine plura  
 commemorare, ut linquens genitoris filia uoltum,  
 ut consanguineae complexum, ut denique matris,  
 quae misera in gnata deperdita lactabatur,  
 omnibus his Thesei dulcem praecipit amorem, 120  
 aut ut uecta rati spumosa ad litora Diae  
 uenerit, aut ut eam deuinetam lumina somno  
 liquerit inmemori discedens pectore coniunx ?  
 saepe illam perhibent ardenti corde furentem  
 clarisonas imo fudisse e pectore uoces, 125  
 ac tum praeruptos tristem conscendere montes,  
 unde aciem in pelagi uastos protenderet aestus,  
 tum tremuli salis aduersas procurrere in undas  
 mollia nudatae tollentem tegmina surae,  
 atque haec extremis maestam dixisse querellis, 130  
 frigidulos udo singultus ore eientem.  
 Sicine me patriis auctam, perfide, ab aris,  
 perfide, deserto liquisti in litore, Theseu ?  
 sicine discedens neglecto numine diuom  
 inmemor, a, deuota domum periuria portas ? 135  
 nullane res potuit crudelis flectere mentis  
 consilium ? tibi nulla fuit clementia praesto,  
 inmitte ut nostri uellet miserescere pectus ?  
 at non haec quondam blanda promissa dedisti  
 uoce mihi, non haec miseram sperare iubebas, 140  
 sed conubia laeta, sed optatos hymenaeos :  
 quae cuncta aeri discerpunt irrita uenti.  
 iam iam nulla uiro iuranti femina credat,  
 nulla uiri speret sermones esse fideles ; 144  
 quis dum aliquid cupiens animus praegestit apisei,  
 nil metuont iurare, nihil promittere parcent :  
 sed simul ac cupidae mentis satiata libidost,  
 dicta nihil meminere, nihil periuria curant.  
 certe ego te in medio uersantem turbine leti  
 cripiui, et potius germanum amittere creui, 150  
 quam tibi fallaei supremo in tempore dessem.  
 pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque  
 praeda, neque iniecta tumulabor mortua terra.  
 quaenam te genuit sola sub rupe laeena ?  
 quod mare conceptum spumantibus expuit undis,  
 quae Syrtris, quae Scylla rapax, quae uasta Cha-  
 rrybdis, 156  
 talia qui reddis pro dulei praemia uita ?  
 si tibi non cordi fuerant conubia nostra,  
 saeua quod horrebas prisici praecerta parentis, 160  
 at tamen in nostras potuisti ducere sedes,  
 quae tibi iucundo famularer serua labore,  
 candida permulcens liquidis uestigia lymphis  
 purpureae tuom consternens ueste eubile.  
 sed quid ego ignaris nequiquam conqueror auris,  
 externata malo, quae nullis sensibus auctae 165  
 nec missas audire queunt nec reddere uoces ?  
 ille autem prope iam mediis uersatur in undis ;  
 nec quisquam adparet uaeua mortalis in alga.  
 sic nimis insultans extremo tempore saeua  
 fors etiam nostris inuidit questibus aures. 170  
 Iuppiter omnipotens, utinam ne tempore primo  
 Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes,  
 indomito nec dira ferens stipendia tauro  
 perfidus in Creta religasset nauita funem,  
 nec malus hic eelans dulei crudelia forma 175  
 consilia in nostris requiesset sedibus hospes !  
 nam quo me referam ? quali spe perditam nitar ?  
 Sidoniosne petam montes ? a, gurgite lato  
 discernens ponti truentulum ubi diuidit aequor ?  
 an patris auxilium sperem ? quonne ipsa reliqui,  
 respersum iuuenem fraternae caede secuta ? 181  
 coniugis an fido consoler memet amore ?  
 quine fugit lentos ineuruans gurgite remos ?  
 praeterea nullo litus, sola insula, tecto,  
 nec patet egressus pelagi cingentibus undis : 185  
 nulla fugae ratio, nulla spes : omnia muta,  
 omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.  
 non tamen ante mihi languescunt lumina morte,  
 nec prius a fesso secedent corpore sensus,  
 quam iustam a diuis exposeam proditam multam, 190  
 caelestumque fidem postrema compreer hora.  
 quare facta uirum multantes uindice poena,  
 Eumenides, quibus angino redimita capillo  
 frons expirantis praeporat pectoris iras,  
 huc luc aduentate, meas audite querellas, 195  
 quas ego, uae, misera extremis proferre medullis  
 egor inops, ardens, amenti caeua furore.  
 quae quoniam uerae nascuntur peotere ab imo,  
 uos nolite pati nostrum uanescere luctum,  
 sed quali solam Theseus me mente reliquit, 200  
 tali mente, deae, funestet seque suosque.  
 Has postquam maesto profudit pectore uoces,  
 supplicium saeuis exposeans anxia factis,  
 admiit inuictu caelestum numine rector,  
 quo motu tellus atque horrida contremuerunt 205  
 aequora concussitque micantia sidera mundus.  
 ipse autem caeca mentem caligine Theseus  
 consitus obliuio dimisit peotere cuncta,  
 quae mandata prius constanti mente tenebat,  
 dulcisa nec maesto sustollens signa parenti 210  
 sospitem Erechtheum se ostendit usere portum.  
 namque ferunt olim, classi cum moenia diuae  
 linquentem gnatum uentis concredere Aegeus,  
 talia complexum iuueni mandata dedisse.  
 ' gnate mihi longe iucundior unice uita, 215  
 reddite in extrema nuper mihi fine senectae,  
 217  
 gnate, ego quem in dubios egor dimittere casus, 216

92 pectore ω, uulg. 94 in miti ω, imiti O, imiti G, immiti uulg. 100 quanto V, corr. Faernus. fulgore V, corr. Ritschl. 102 oppeteret G. 104 suscepit Stat., succendit V, suspendit ω. 106 conigeram V. 107 indomitus (D) turben Spengel al. cf. fr. 10. 109 ita nos. lateque eum (cū O) eius V, tum obuia O, omnia G, late quaecumque sibi (q. habet Baehr.) obuia Stat., l. qua est impetus o. Lach., lateque ruineis o. Schwabe. 111 uacuis Baehr. 116 a ω, cū V. 119 leta V, lactabatur Lach., lamentatur Buecheler (-ata est Conington), gnata tabet d., lacta Baehr. 120 portaret V, corr. Stat. 121 rati Passerat., ratis V. 122 uenerit Lach., alii alia legunt uelut molli deuinetam Baehr. deuincta V. 127 in add. ω. pretenderet V, per tenderet Baehr. 132 oris ω, edd. plerique. 138 miserescere ω, mirescere O, mitescere G. 139 blanda O, nobis G. 140 non nec V, corr. ω. misere V. 148 micture V, corr. Czwalina. 153 intacta V, inacta uulg. 164 aures V, unde aureis Baehrens al. conquerar V. 168 acta Heins. ut in u. 60. 178 Sidoniosne Baehr., idoncosne V, Idaeosne B. Guarinus, Idomeneusne Lach. 179 ubi om. edd. complur. 184 litus solum, nullo i. t. Scal. 200 qualis sola V. 205 q. m. Heyse, quō tūc V. 211 Erechtheum Voss., ereptum V. 212 castae ω, edd. complur. 213 cum crederet V, corr. Auant. 215 longe Hoeufft, longa V, edd. complur. 217, 216 inter se transp. Baehr.

quandoquidem fortuna mea ac tua feruida virtus  
eripit inuito mihi te, quoi languida nondum  
lumina sunt quati cara saturata ligura : 220  
non ego te gaudens laetanti pectore mittam,  
nec te ferre sinam fortunae signa secundae,  
sed primum multas expromam mente quereillas,  
cantitem terra atque infuso puluere foedans,  
inde infecta uago suspendam lintea malo, 225  
nostros ut luctus nostraeque incendia mentis  
carbasus obscurata decet ferrugine Hibera.  
quod tibi si sancti concesserit incola Itoni,  
quae nostrum genus ac sedes defendere Erechthei  
adnuat, ut tauri respergas sanguine dextram, 230  
tum uero facito ut memori tibi condita corde  
haec uigean mandata, nec ulla oblietter actas,  
ut simul ac nostros immisent lumina collis,  
fines tam antennae deponant undique uestem,  
candidaque intorti sustollant uela rudentes, 235  
quam primum cernens ut lacta gaudia mente  
agnoscam, cum te reducem actus prospera sistet.<sup>7</sup>  
haec mandata prius constanti mente tenentem  
Thesea ceu pulsae uentorum flamine nubes  
aerium niuei montis liquere cacumen. 240  
at pater, ut summa prospectum ex arce petebat,  
anxia in adsiduos absumens lumina lletus,  
eum primum infecti conspexit lintea ueli,  
praecipitem sese scopulorum e uertice iccit,  
amissum credens inmiti Thesea fato. 245  
sic funesta domus ingressus tecta paternam  
morte ferax Thesens qualem Minoidi luctum  
obtulerat mente inmemori talem ipse recepit.  
quae tum prospectans cedentem maesta carinam  
multiplices animo noluebat saucia eras. 250  
at parte ex alia florens uolabat laechus  
cum thiaso Satyrorum et Nysigenis Silenis,  
te quaerens, Ariadna, tuoque incensus amore.

quae tum alacres passim lymphata mente furebant,  
euhoe baechantes, euhoe capita inilectentes. 255  
harum pars tecta quatiebant cuspidē thyrsos,  
pars e dimolso iactabant membra iuueneco,  
pars sese tortis serpentibus incingebant,  
pars obscura cauis celebrabant orgia cistis,  
orgia quae frustra cupinnt audire profani,  
plangebant aliae proceris tympana palmis  
aut tereti tenues timuitus aere ciebant,  
multis rauisonos ellabant cornua bombos  
barbaraque horribili stridebat tibia cantu. 260  
Talibus amplifec uestis decorata lignris  
puluinar complexa suo uelabat anictu.  
quae postquam cupide spectando Thessala pubes  
expletast, sanctis coepit decedere diuis.  
hic, qualis flatu placidum mare matutino  
horrificans Zephyrus procliuis incitat undas  
Aurora exoriente uagi sub limina Solis, 265  
quae tarde primum element flamine pulsae  
procedunt leniterque sonant plangore caehimi,  
post uento crescente magis magis inrebecunt  
purpureaque procul nantes a luce refulgent,  
sic tibi uestibulo linquentes regia tecta 275  
ad se quisque uago passim pede discedebant,  
quorum post abitum princeps e uertice Pelei  
aduenit Chiron portans siluestria dona :  
nam quoscumque ferunt campū, quos Thessala magnis  
montibus ora creat, quos propter fluminis undas  
aura aperit flores tepidi femuda Fauoni,  
hos indistinctis plexos tulit ipse corollis, 279

quo permulsa domus iucundo risit odore.  
confestim Penios adest, miridantia Tempe, 285  
Tempe, quae siluae cingunt super impendentes,  
Haemonis linquens Doris celebranda choreis,  
non uacuos : namque ille tulit radicitus altas  
fagos ac recto proceras stipite laurus,  
non sine nutanti platano lantauque sorore 290  
flammati Phacthontis et acria cupressu.  
haec circum sedes late contexta locauit,  
uestibulum ut molli uelatum fronde uireret.  
post hunc consequitur sollerti corde Prometheus,  
extenuata genens ueteris nestigia poenae, 295  
quam quondam Scythica restrictus membra catena  
persoluit pendens e uerticibus praeruptis.  
inde pater diuom sancta cum coninge natisque  
aduenit, caelo te solum, Phoebe, relinquens  
migenamque simul cultricem montibus Idri : 300  
Pelea nam tecum pariter soror aspernatat  
nec Thetidis taelas noluit celebrare ingalis,  
qui postquam niueis flexerunt sedibus artus,  
large multiplici constructae sunt dape mensae,  
cum interea iulirno quatientes corpora motu 305  
ueridicos Parcae coeperunt edere cantus.  
his corpus tremulum complectens undique uestis  
candida purpurea talos incinxerat ora,  
at roscae niueo residebant uertice uitae,  
aeternumque manus carpebant rite laborem. 310  
laena eolum molli lana retinebat amictum,  
dextera tum leniter deducens fila supinis  
formabat digitis, tum prouo in pollice torquens  
libratum tereti uersabat turbine fusum,  
atque ita decerpens aequabat semper opus deus, 315  
lanaeque aridulis haerebant morsu labellis,  
quae prius in leni fuerant extantia filo :  
ante pedes antem eadentis mollia lanae  
uellerā uirgati custodibant calathisei.  
haec tum clarisona pellentes uellerā noce 320  
talia diuino fiderunt carmine fata,  
carmine, perlidiae quod post nulla arguet actas.

<sup>8</sup> O deens eximium magnis uirtutibus augeus,  
Enathiae titamen opis, clarissime nato, 325  
accipe, quod lacta tibi pandunt hae sorores,  
meridienū oraclum. sed uos, quae fata secuntur,  
currite ducentes subtegmīna, currite, fusi.

adueniet tibi iam portans optata maritis  
Hesperis, adueniet fausto cum sidere coniux,  
quae tibi llexanimo mentem perfundat amore 330  
languidulosque parit tecum coniungere somnos,  
leua substemens robusto braecchia collo.  
currite ducentes subtegmīna, currite, fusi.

nulla domus tales unquam contexit amores,  
nullus amor tali coniunxit foedere amantes, 335  
qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo.  
currite ducentes subtegmīna, currite, fusi.

nascetur nobis expers terroris Achilles,  
hostibus haud tergo, sed forti pectore notus,  
qui persaepe uago uictor certamine cursus 340  
flammae praeruet celeris nestigia ceruae.  
currite ducentes subtegmīna, currite, fusi.

non illi quisquam bello se conferet heros,  
cum Phrygii Teuero manabunt sanguine campū,  
Troicaeque obsideus longinqum moenia bello 345  
perinri Pelopis nastabit tertius heres.  
currite ducentes subtegmīna, currite, fusi.

LXIV 227 decet Iach., diect V, Ell. 229 freti V, corr. Voss. post 235 uulg. inseritur fragm. 9. 243 inflati V. ante 254 excidisse aliquid uidetur. quae tum Bergk, qui tum V, qui cum Baehr., nullam lacinam esse statuens. 263 multis B. Pisamis, multi V. 270 proclinit, s. supraser. O, proclinis Baehr., proclinas G, uulg. 273 leniterque O, leniter G, lenique s. Froehlich, leni resonant o. 276 tam G supraser. al' tibi, tu O, ibi Haupt. uestibulo Schrader, uestibuli V. 280 quodcumque V. 282 aperit Housman, aera perit O, aura perit G (sed in rasura) uulg., aura perit aliquot codd. 287 Haemonis in Heins., Minasin V, Niasin Haupt, alia alii. Doris V, doris Madv., crebris Iach. 288 non ac(c)uos V, corr. Guarinus. 296 Scythica Riese, silici V, edd. complur. 298 quatisque V. 300 pdri V, Idri Voss., Iri Ellis, Istri Baehr. 304 sunt extractu Baehr. 308 tuos V. 309 at rostro niueo V, corr. Guarinus. 320 uelentes Fruterius. 322 arguit Iach. 326 uos quos conii. Schwabe. 330 om. O. 334 unquam tales V. conceit Iach. 344 campū o. teno G, teno O. Phrygae = terrae Stat. alia alii.

illius egregias uirtutes claraque facta  
saepe fatebuntur gnatorum in funere matres,  
eum incultum cano soluent a uertice crinem  
putridaque infirmis uariabunt pectora palmis.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

350

namque uelut densas praesternens messor aristas  
sole sub ardentis flauentia demetit arua,  
Troingenum infesto prosternet corpora ferro.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

355

testis erit magnis uirtutibus unda Scamandri,  
quae passim rapido diffunditur Hellesponto,  
eius iter caesis angustans corporum aceruis  
alta tepefaciet permixta flumina caede.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

360

denique testis erit morti quoque reddita praeda,  
cum terrae excelso coaceruatum aggere bustum  
excipiet niueos percussae uirginis artus.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

365

nam simul ac fessis dederit fors copiam Achiuus  
urbis Dardaniae Neptunia soluere uincla,  
alta Polyxenia maderent caede sepulera,  
quae, uelut ancipiti succumbens uictima ferro,  
proiciet truncum submisso poplite corpus.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

370

quare agite optatos animi coniungite amores.  
accipiat coniunx felici foedere diuam,  
dedatur cupido iamdudum nupta marito.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

375

non illam nutrix orienti luce reuisens  
hesterno collum poterit circumdare filo,  
anxia nec mater discordis maesta puellae  
secubitu caros mittet sperare nepotes.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

377

Talia praefantes quondam felicia Pelei  
carmina diuino cecinerunt pectore Parcae.  
praesentes namque ante domos inuisere castas  
heroum et sese mortali ostendere coetu  
caelicolae nondum spreta pietate solebant.  
saepe pater diuom templo in fulgente, renisens  
annua cum festis uenissent sacra diebus,  
conspexit terra centum procumbere tauros.  
saepe uagus Liber Parnasi uertice summo  
Thyadas effusis euantis crinibus egit.

385

eum Delphi tota certatim ex urbe ruentes  
acciperent laeti diuom fumantibus aris.  
saepe in letifero belli certamine Mauors  
aut rapidi Tritonis era aut Rhannusia uirgo  
armatas hominum praesens hortata castruas.  
sed postquam tellus scelerest imbuta nefando,  
iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt,  
perfundere manus fraterno sanguine fratres,  
destitit extinctos natus lugere parentes,  
optauit genitor primaevi funera nati,  
liber ut innuptae poteretur flore nouercae,  
ignaro mater substernens se inopia nato  
inopia non ueritast duos scelerare Penates :  
omnia fanda nefanda malo permixta furore

395

400

405

iustificam nobis mentem auertere deorum.  
quare nec tales dignantur uisere coetus,  
nec se contingi patiuntur lumine claro.

## LXV

Etsi me adsiduo defectum cura dolore  
seuocat a doctis, Hortale, uirginibus,  
nec potis est dulcis Musarum expromere fetus  
mens animi, (tantis fluctuat ipsa malis :  
namque mei nuper Lethaeo gurgite fratris  
pallidulum manans adluit unda pedem,  
Troia Rhoeteo quem subter litore tellus  
ereptum nostris obterit ex oculis.

5

\*

[adloquar, andiero nunquam tua . . loquentem,]  
nunquam ego te, uita frater amabilior,  
aspiciam posthac. at certe semper amabo,  
semper maesta tua carmina morte canam,  
qualia sub densis ramorum concinit umbris  
Daulias absumpti fata gemens Itylei) —  
sed tamen in tantis maeroribus, Hortale, mitto  
haec expressa tibi carmina Battidae,  
ne tua dicta uagis nequiquam credita uentis  
effluxisse meo forte putes animo,  
ut missum sponsi furtiuo munere malum  
procurrit casto uirginis e gremio,  
quod miserae oblitae molli sub ueste locatum,  
dum aduentu matris prosilit, excutitur :  
atque illud prono praecipit agitur decursu,  
huic manat tristi conscius ore rubor.

10

15

20

## LXVI

Omnia qui magni dispexit lumina mundi,  
qui stellarum ortus comperit atque obitus,  
flammens ut rapidi solis nitor obscuratur,  
ut cedant certis sidera temporibus,  
ut Triuiam furtim sub Latuina saxa relegans  
dulcis amor guro denocet aërio,  
idem me ille Conon caelesti in lumine uidit  
e Beroniceo uertice caesariem  
fulgentem clare, quam cunctis illa deorum  
leuia protendens bracchia pollicitast,  
qua rex tempestate nouo auctus hymenaeo  
uastatum finis iuerat Assyrios,  
dulcia nocturnae portans uestigia rixae,  
quam de uirginis gesserat exuuiis.  
estne nouis nuptis odio Venus? ane maritum  
frustrantur falsis gaudia lacrimulis,  
ubertim thalami quas intra lumina fundunt?  
non, ita me diu, uera gemunt, iuerint.  
id mea me multis docuit regina querellis  
inuisente nouo proelia torua uiro.  
at tu non orbum luxti deserta cubile,  
sed fratris cari flebile discidium!  
quam penitus maestas exedit cura medullas!  
ut tibi tune toto pectore sollicitae  
sensibus ereptis mens excidit! at te ego certe  
cognoram a parua uirgine magnanimum.  
anne bonum oblitae's facinus, quo regium adeptae's  
coniugium, quo non fortius ausit alis?

5

10

15

20

25

LXIV 350 ita Baehr. c. in ciuium (inciuium ex inciuios factum O) canos s. a. u. V, tum crimen O, crines G. in cinerem canos s. a. u. crines ω, uulg. 353 praesternens Scal., praecernens O, praeterriens G, prosternens ω, praecerpens uulg. cultor G. 363 teres V. 364 percussae V, Ellis. 366 hanc V. 368 maderent V. 378 (= 375)–360 om. O. 383 cecinerunt G, cernere O, cecinerunt e Baehr. 385 heroum et I. B. Sigiellus, Nereus V. post 385 V habet LXVII 21. 387 reuisens V, residens Baehr. 389 teruai (h. e. terrae) coni. Baehr. tauros ω, currus V. 391 Thyadas V, Thyiadas edd. complur. lacunam post h. u. statuit L. Mueller. 395 ramusia O, ranusia G, Amaranusia u., h. e. Diana, Baehr. 402 nuridae nos, hinc nuptae—nouellae Baehr. 404 penates ω, parentes V. LXV Interuallum in V. 1 confectum G. 2 et 15 Ortale V, uulg. 9 deest in V, habet D cum quibusdam aliis. 12 morte tegam V, corr. ω. LXVI 6 guro = gyro (ω), goro Scal., guidero V. 7 in lumine Voss., in limine Heins., numine V. 9 cunctis Haupt, multis V. dearum V. 11 nouo nactus Anna Fabri. 15 ane ω, atque V, quod seruat Heyse, falsis (16) in falsis mutato. parentum V, corr. B. Schmidt. 18 iuerint V. 21 at ω, et V, an ω, edd. complur. 22 dissidium G. 23 quam Bentl., cum V. 27 adeptae's Lach., adeptos O, adeptus G. 28 quo n. fortius Muret., quod n. fortior V. ausit B. Pisanus, aut sit V.

sed tum maesta uirum mittens quae uerba loenta's!  
 Iuppiter, ut tristi lumina saepe manu! 30  
 quis te mutauit tantus deus? an quod amantes  
 non longe a earo corpore abesse nolunt?  
 atque ibi me cunetis pro dulci coniuge diuis  
 non siue taurino sanguine pollicita's,  
 sei reditum tetulisset. is haut in tempore longo 35  
 captam Asiam Aegypti finibus addiderat.  
 quis ego pro factis caelesti reddita coetu  
 pristina uota nouo munere dissoluo,  
 inuita, o regina, tuo de uertice eessi,  
 inuita: adiuro teque nomque eaput, 40  
 digna ferat quod siquis inaniter admirarit:  
 sed qui se ferro postulat esse parem?  
 ille quoque euersus mons est, quem maximuz in oris  
 progenies Thiae clara superuehitur,  
 eum Medi peperere nouom mare, eumque inuentus  
 per medium classi barbara uauit Athon. 46  
 quid facient erinas, eum ferro talia eedant?  
 Iuppiter, ut Chalybon omne genus percat,  
 et qui principio sub terra quaerere uenas  
 institit ae ferri stringere duritiem! 50  
 abinetiae paulo ante comae mea fata sorores  
 lugebant, eum se Memnonis Aethiopsis  
 unigena impellens nutantibus aera pennis  
 obtulit Arsinoes Loeridos ales equos,  
 isque per aetherias me tollens auolat auras 55  
 et Veneris casto colloct in gremio.  
 ipsa suom Zephyritis eo famulum legarat,  
 Graita Canopieis incola litoribus.  
 inde Venus, uario ne solum in lumine caeli  
 ex Ariadneis aurea temporibus 60  
 fixa corona foret, sed nos quoque fulgereimus  
 deuotae flauu uerticis exumiae,  
 uindulam a Iletu cedentem ad templa deum me  
 sidis in antiquis diua nouom posuit:  
 uirginis et saeni contingens namque Leonis 65  
 lumina, Callisto iuncta Lyaoniae,  
 uertor innocasum, tardum dux ante Booten,  
 qui uix sero alto mergitur Oceano.  
 sed quamquam me nocte preuenit nestigia diuom,  
 lux autem cauae Tethyi restituit, 70  
 (pace tua fari hic liceat, Rhammusia uirgo,  
 namque ego non ullo nera timore tegam,  
 nec si me infestis discernent sidera dietis,  
 condita quia uerei pectoris euoluaui):  
 non his tam laetor rebus, quam me a fore semper, 75  
 a fore me a diuiniae uertice discernior,  
 quieumego, dum uirgo quondam fuit omnibus explens  
 unguentis se, una milia multa bibi.  
 nunc uos optato quom inuixit umine laeda,  
 non prius manibus corpora coningibus 80  
 tradite nudantes reiecta ueste papillas,  
 quam inuanda mihi munera libet onyx,  
 noster onyx, casto colitis quae iura eubili.  
 sed quae se impuro dedit adulterio,  
 illius, a, mala dona leuis bibat irrita puluis: 85  
 namque ego ab indigneis praemia nulla peto.  
 sed magis, o nuptae, semper euecordia uostras

semper amor sedes incolat adsiduos.  
 tu uero, regina, tuens cum sidera diuam  
 placabis festis luminibus Venerem, 90  
 unguinis expertem ne siris esse tuam me,  
 sed potius largis adfice muneribus.  
 sidera cur retinent? iterum comae regia fiam:  
 proximus Hydrochoi fulgeret Oarion!

## LXVII

O dulci inuanda uiro, inuanda parenti,  
 salue, teque bona Iuppiter auctet ope,  
 ianua, quam Balbo dicitur seruisse benigne  
 olim, cum sedes ipse senex tenuit,  
 quamque ferunt rursus nato seruire maligne, 5  
 postquam es porrecto facta marita sene.  
 die agendum nobis, quare mutata feraris  
 in dominum ueterem deseruisse fidem.  
 'non (ita Caccilio placeam, cui tradita nunc sum)  
 culpa meast, quamquam dicitur esse mea, 10  
 nec peccatum a me quisquam pote dicere quicquam:  
 uerum, is mos populi, ianua quippe facit,  
 qui, quaeuimque aliquid reperitur non bene factum,  
 ad me omnes clamant: 'ianua, culpa tuast.'  
 non istuc satis est uo te dicere uerbo, 15  
 sed facere ut quiniis sentiat et uideat.  
 'qui possum? nemo quaerit nec scire laborat.'  
 nos uolumus: nobis dicere ne dubita.  
 'primum igitur, uirgo quod fertur tradita nobis,  
 falsumst. non illam uir prior attigerat, 20  
 languidior tenera cui peudens sicula beta  
 nunquam se mediam sustulit ad trucaem:  
 sed pater illius gnati molasse eubile  
 dicitur et miseram conoeclerasse domum,  
 siue quod inopia mens caeco flagrabat amore, 25  
 seu quod iners sterili semine natus erat,  
 et quaerendus is uide foret uermosius illud,  
 quod posset zonam solhere uirgineam.'  
 egregium narras uira pietate parentem,  
 qui ipse sui gnati mimxerit in gremium. 30  
 'atqui non solum hoc dicit se cognitum habere  
 Brixia + chineae supposita speculae,  
 flauos quam molli percurret lumine Mella,  
 Brixia Veronae mater amata meae:  
 sed de Postumio et Corneli narrat amore, 35  
 cum quibus illa malum fecit adulterium.'  
 dixerit hic aliquis: quid? tu istaec, ianua, uosti?  
 cui nunquam domini lumine abesse licet,  
 uee populum auseultare, sed hic nullaxa tigilla  
 tantum operire soles aut aperire donum? 40  
 'saepe illam audiri furtina uoce loquentem  
 solam cum ancillis haec sua flagitia,  
 nomine dicentem quos diximus, ut pote quae mi  
 speraret nec linguam esse nec auriculam.  
 praeterea addebat quendam, quem dicere uolo 45  
 nomine, ne tollat rubra supercilia.  
 longus homost, magnas quoq lites intulit olim  
 falsum mendacii uentre puerperium.'

LXVI 33 me Colotius et Perceius, pro V. 35 sei Schwabe, si uulg., sed V. 43 maxima V, corr. Voss. 44 Thiae Voss., phily (G)tic V. 45 propece V, peperere uel ruperce ω. 48 Chalybon Politianus, Chalybona Lach., celitum G, celerum O. cf. Call. Fr. 35<sup>c</sup> Χαλύβων ὡς ἀπόλοιο γινος. 50 ferri stringere Heyse, ferri fringere (fringere O) V, ferri fringere ω, edd. complur. 54 clocridicos V, corr. Bentl. alis V. 58 Graia Lach., Graia Baehr., gratia V. 59 locus noxatissimus. hi dii uen ibi uario V unde nos inde Ionus u., hic iuueni Ienario Ellis, hic, nunci u. Baehr. numine V. 63 uindulam B. Guarinus, uindulam V, uindulam Ellis. 66 iusta Liconia V, corr. Parthenius. 70 aut—restituum V, autem ω, restituit Lach. 74 qui uere p. euolue V, quin ueri (uere) Lach.) p. euoluam ω, quae ueri p. euoluo Baehr. 77, 78 explens se unguentis Doering (unguentis se Munro), expers unguentis V, Schwabe, Ellis, expers unguentis Heins., Baehr., expers unguenti Suiii (-tei) Passeratius. 79 quom Corradinus de Allio, quem V, quas ω. 80 prius ω, post V; cf. LXIV 11. 83 colitis V, petitis D cum quibusdam aliis. 86 uidiqis G, uidiqatis O unde indigneis nos (indignis uulg.). 91 sanguinis V, corr. Bentl. ne Scal., non V. siris Lach. (sineris Scal.), uestris V. 92 effice V. 93 ita Markland. iterent utinam G) coma r. f. V, s. corruerit utinam Lach. 94 fulgorit Baehr. quod idem est ac fulgeret. LXVII 5 nato Froellich, uoto V, uulg. seruire Riese, seruissu V, uulg. maligne O, maligno G. 6 marit V. 7 age de V. 12 ita nos. uerum istius populi ianua V, u. isti populi i. eodd. deteriores plerique. u. est uox populi i. Baehr., u. isto in populo i. Riese, alia alii. quippe facit Munro, qui te facit V, quid faciet? Riese (faciat? Voss.). 20 attigerat ω, attigerit V. 21 om. O. cf. LXIV 385. 23 ipsius Muret. 27 is add. Lach. 31 hoc om. G, se dicit aliqui eodd., edd. 32 Cyenae supposita speculae Voss., chineae suppositum specula V. 33 praecurrit Auanti., Mello (melo O) V, Baehr. 34 tuae Scal. 37 qui—uosti? uulg. iste V. 39 hec V. 44 speret V. 46 te V.

## LXVIII

Quod mihi fortuna casuque oppressus acerbo  
 conscriptum hoc lacrimis mittis epistolium,  
 naufragum ut eiectum spumantibus aequoris undis  
 subleuem et a mortis limine restituaui,  
 quem neque sancta Venus molli requiescere somno  
 desertum in lecto caelibe perpetitur, 6  
 nec ueterum dulci scriptorum carmine Musae  
 oblectant, cum mens anxia peruigilat,  
 id gratumst mihi, me quoniam tibi dicis amicum,  
 muneraque et Musarum hinc petis et Veneris: 10  
 sed tibi ne mea sint ignota incommoda, Manli,  
 neu me odisse putes hospitii officium,  
 accipe, quis miser fortunae fluctibus ipse,  
 ne amplius a misero dona beata petas.  
 tempore quo primum uestis mihi tradita purast, 15  
 iucundum cum aetas florida uer ageret,  
 multa satis lusi: non est dea nescia nostri,  
 quae dulcem curis miscet amaritiam:  
 sed totum hoc studium lectu fraterna mihi mors  
 abstulit. o misero frater adempte mihi, 20  
 tu mea tu moriens fregisti commoda, frater,  
 tecum una totast nostra sepulta domus,  
 omnia tecum una perierunt gaudia nostra,  
 quae tuos in uita dulcis alebat amor.  
 quouis ego interitu tota de mente fugau  
 haec studia atque omnis delicias animi. 25  
 quare, quod scribis Veronae turpe Catullo  
 esse, quod hic quisquis de meliore notast  
 frigida deserto tepefecit membra cubili:  
 id, Manli, non est turpe, magis miserumst. 30  
 ignoscas igitur, si, quae mihi luctus ademit,  
 haec tibi non tribuo munera, cum nequeo.  
 nam quod scriptorum non magnast copia apud me,  
 hoc fit, quod Romae uiuimus: illa domus,  
 illa mihi sedes, illuc mea carpitur aetas: 35  
 huc una ex multis capsula me sequitur.  
 quod cum ita sit, nolim statuas nos mente maligna  
 id facere aut animo non satis ingenuo,  
 quod tibi non utriusque petenti copia praestost:  
 ultro ego deferrem, copia siqua foret. 40

## LXVIII\*

Non possum reticere, deae, qua me Allius in re  
 inuenerit aut quantis inuenerit officiis,  
 nei fugiens saeculis obliuiscensibus aetas  
 illius hoc caeca nocte tegat studium: 45  
 sed dicam uobis, nos porro dicite multis 5  
 milibus et facite haec charta loquatur anus  
 notescatque magis mortuos atque magis,  
 ne tenuem texens sublimis aranea telam  
 in deserto Alli nomine opus faciat. 10  
 nam, mihi quam dederit duplex Amathusia  
 curam,  
 scitis, et in quo me torruerit genere,  
 cum tantum arderem quantum Trinacria rupes  
 lymphaque in Octaeis Malia Thermopylis,  
 55 maesta neque adsiduo tabescere lumina fletu 15  
 cessarent tristisque imbre madere genae.

qualis in aeri perlucens uertice montis  
 rinos muscoso prosilit e lapide,  
 qui cum de prona praecipens est ualle uolutus, 20  
 dulce uiatori lasso in sudore leuamen,  
 cum grauis exustos aestus hincleat agros:  
 hic, uelut in nigro iactatis turbine nautis  
 lenius aspirans aura secunda uenit,  
 65 iam prece Pollucis, iam Castoris implorata, 25  
 tale fuit nobis Allius auxilium.  
 is clausum lato patefecit limite campum,  
 isque donum nobis isque dedit dominam,  
 ad quam communes exerceremus amores.  
 70 quo mea se molli candida diua pede 30  
 intulit et trito fulgentem in limine plantam  
 innixa arguta constituit solea,  
 coniugis ut quondam flagrans aduenit amore  
 Protesilaeam Laudamia domum  
 75 inceptam frustra, nondum cum sanguine sacro  
 hostia caelestis pacificasset eros. 36  
 nil mihi tam ualde placeat, Rhamnusia uirgo,  
 quod temere inuitis suscipiatur eris.  
 quam ieiuna pium desideret ara cruorem,  
 80 doctast amisso Laudamia uiro, 40  
 coniugis ante coacta noui dimittere collum,  
 quam ueniens una atque altera rursus hiemps  
 noctibus in longis audium saturasset amorem,  
 posset ut abrupto uinere coniugio,  
 85 quod seibant Parcae non longo tempore abesse,  
 si miles muros isset ad Iliacos: 46  
 nam tum Helenae raptu primores Argiuorum  
 coeperat ad sese Troia cedere uiros,  
 Troia, nefas, commune sepulcrum Asiae Euro-  
 paeque,  
 90 Troia uirum et uirtutum omnium acerba cinis,  
 quae nec etiam nostro letum miserabile fratri 51  
 attulit. ei misero frater adempte mihi,  
 ei misero fratri iucundum lumen ademptum,  
 tecum una totast nostra sepulta domus,  
 95 omnia tecum una perierunt gaudia nostra, 55  
 quae tuos in uita dulcis alebat amor.  
 quem nunc tam longe non inter nota sepulera  
 nec prope cognatos compositum cineres,  
 sed Troia obscena, Troia infelice sepultum  
 100 detinet extremo terra aliena solo. 60  
 ad quam tum properans fertur simul undique  
 pubes  
 Graeca penetralis deseruisse focos,  
 ne Paris abducta gaudis libera moecha  
 otia pacato dederet in thalamo.  
 105 quo tibi tum casu, pulcherrima Laudamia, 65  
 creptumst uita dulcius atque anima  
 coniugium: tanto te absorbens uertice amoris  
 aestus in abruptum detulerat barathrum,  
 quale ferunt Grai Phenenni prope Cylleneum  
 110 siccare emulsa pingue palude solum, 70  
 quod quondam caesis montis fodisse medullis  
 audit falsiparens Amphitryoniades,  
 tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta  
 perculit imperio deterioris eri,  
 115 pluribus ut caeli tereretur ianua diuis, 75  
 Hebe nec longa uirginitate foret.  
 sed tuos altus amor barathro fuit altior illo,  
 qui tamen indomitam ferre iugum docuit:

LXVIII Interuallum in V. 11 mali V, Mani Lach. 16 om. O. 27-29 haec ipsius Manli uerba esse primus docuit Munro. idem cum V Catulle. 28 quouis Lach. (est) add. Perreius. 29 tepefecit uel tepefactast  $\omega$ , tepefacit V, tepefaxit Lach., tepefactet Bergk, uulg. 29 praesto Froehlich, posta V, prompta Baehr., parta Schwabe. LXVIII\* Hoc carmen cum praecedente coniungunt codd. omnes, edd. aliquot. seunxit Ramler. 1 quam fallius V, corr. Scal. 3 nei Baehr., nec V. post u. 6 interuallum in G. post u. 9 V habet iocundum cometas florida ut ageret; cf. LXVIII 16. 12 corrucit V, corr.  $\omega$ . 15 numula G, numula O, corr.  $\omega$ , pupula Ellis. 20 sensim Haupt. 21 uiatorum O, edd. plerique. lasso  $\omega$ , basso V, salso Baehr. leuamus V. 25 implorata  $\omega$ , implorate V, imploratu Lach. 26 allius (in margine l' manlius) O, manlius G. 27 classum G, elussum Schwabe. 28 dominae Froehlich, alii. 42 huius O, huius G. 44 abrupto G, abinnupto O, absumpto Baehr. 45 seirant L. Mueller. abesse  $\omega$ , abisse V, edd. plerique, obisse Baehr. 51 que uctet id V, corr. Heinsius, uae te Scal. frater V. 54-56 (= LXVIII\* 22-24) edd. aliquibus suspecti sunt. 58 cineris V. 61 simul add.  $\omega$ , euncta Froehlich. 62 Graia L. Muell., forma apud poetas magis usitata. 63 ne G, nec O, nei Baehr. 70 sicari V, corr. Schrader. 72 audet codd., corr. Palmerius. 78 tamen (tr) indomitam Heyse, tunc i. Corrad. de Allio, tuum domitum V. 79 tam O, causa G.

nam nec tam earum confecto aetate parenti  
 120 una caput seri nata nepotis alit, 80  
 qui, cum dimittis uix tandem inuentus auitis  
 nomen testatus intulit in tabulas,  
 impia derisi gentilis gaudia tollens  
 suscitata a caeno uolturnum capiti:  
 125 nec tantum mureo gausast ulla columbo 85  
 compar, quae multa dicitur improbius  
 oseula morlenti semper decerpere rostro,  
 quam quae praecipue multiadlat mulier.  
 sed tu horum magnos uicisti sola uirores,  
 130 ut semel es llano conciliata uiro. 90  
 aut nihil aut paulo quoi tum concedere digna  
 lux mea se nostrum contulit in gremium,  
 quam circumcursans hinc illinc saepe Cupida  
 fulgebat erocina candidus in tunica.  
 135 quae tamen etsi uno non est contenta Catullo, 95  
 rara nereundae furta ferens erae,  
 ne minima simus stultorum more modesti.  
 saepe etiam luno, maxima caelicolum,  
 coniugis in culpa flagrantem concequit iram,  
 140 noscens omniuoli plurima furta Ionis. 100  
 atque nec diuis homines componit aequumst,  
 (ingratum tremuli tolle parentis opus),  
 nec tamen illa mihi dextra deducta paterna  
 fragrantem Assyrio nemit odore domum,  
 145 sed furtina dedit mira munuscula nocte, 105  
 ipsius ex ipso dempta uiri gremio.  
 quare illud satis est, si nobis is datur mis,  
 quem lapide illa diem candidiore notat.  
 hoc tibi quod potui confectum caruine munus  
 150 pro multis, Alli, redditur officitis, 110  
 ne nostrum scabra tangat rubigine nonem  
 haec atque illa dies atque alia atque alia.  
 huc addent dini quam plurima, quae Themis  
 olim  
 antiquis solitas munera ferre piis:  
 155 scitis felices et tu simul et tua uita 115  
 et domus illa in qua lusimus et domina,  
 et qui principio ualis terram dedit † auferi,  
 a quo sunt primo *mi* omnia nata bona.  
 et longe ante omnes mihi quae me carior ipsos,  
 160 lux mea, qua uiua uiuere dulces mihi sit. 120

## LXXIX

Noli admirari, quare tibi femina nulla,  
 Rufe, uelit tenerum supponissem femur,  
 non si illam rare lalefactes munere uestis  
 aut perluciduli delictis lapidis.  
 laedit te quaedam mala fabula, qua tibi fertur 5  
 malle sub alarum trux habitare caper.  
 hunc metnant omnes. neque mirum: nam mala  
 maldest  
 bestia, nec quicum bella puella eubet.  
 quare aut crudelem nasorum interlice pestem  
 aut admirari desine cur fugiunt. 10

## LXX

Nulli se dicit mulier mea nubere malle  
 quam mihi, non si se Iuppiter ipse pelat.

dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti,  
 in uento et rapida scribere oportet aqua.

## LXXI

Siquoi inre bono sacer alarum obstitit hireus,  
 aut si quem merito tarda podagra secat,  
 aemulus iste, tora qui nestro exercet amorem,  
 mirificest a te nactus utrumque malum.  
 nam quotiens futnit, totiens ulciscitur ambos: 5  
 illam adlligit odore, ipse perit podagra.

## LXXII

Dicebas quondam solum te nosse Catullum,  
 Lesbia, nec praec me nelle tenere Ionem.  
 dilexi tum te non tantum ut uolgens amicum,  
 sed pater ut gnatos diligit et generos.  
 nunc te cognomi: quare etsi impensius uror, 5  
 multo *mi* tamen es miior et lenior.  
 'qui potis est?' inquis, quia amantem iniuria talis  
 cogit amare magis sed bene uelle minus.

## LXXIII

Desine de quoquam quicquam bene nelle mereri  
 aut aliquem fieri posse putare pium.  
 omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne;  
 inuina taedet obstetque et magis atque magis:  
 ut mihi, quem nemo grauius nec acerbis urget, 5  
 quam moda qui me minus atque unicum amicum  
 habuit.

## LXXIV

Gellius audierat patruum obinquare solere,  
 siquis delicias diceret aut faceret.  
 hoc ne ipsi accideret, patrii perlepsit ipsam  
 uxorem et patrium reddidit Harpocrateum.  
 quod noluit fecit: nam, quammis inuinet ipsum 5  
 nunc patrium, uerbum non faciet patrum.

## LXXV

Huc est mens deducula tua, mea Lesbia, culpa,  
 atque ita se officia perdidit ipsa suo,  
 ut iam nec bene uelle queat tibi, si optima fias,  
 nec desistere amare, omnia si facias.

## LXXVI

Siqua recordanti benefacta priora noluplas  
 est homini, cum se cogitat esse pium  
 nec sanetam uidasse fidem nec foedere in ullo  
 diuom ad fallendos uimne absumo homines,  
 multa parata manent in longa aetate, Catulle, 5  
 ex hoc ingrato gaudia amare tibi.

LXXVIII\* 88 *quamquam* V, corr. Voss. 99 *cotidiana* O, *quotidiana* G, *continet iram* Santeuius, *concoquit i.* Iach., *contulit i.* Hertzb. 100 *facta* V, corr. s. 101 *atquei* Schwabe, *atquei* uel *at* quia s. post b. u. lacuum indicant uulg. 102 *opus* nos, *onus* V. 104 *flagrantem* V, cf. VI 8. 105 *uira* V, *uira* Heyse, uulg. 108 *diem* s, *dies* V. *quem*—*uolat* c., *dies* Baelr. 109 *quo* Muretus. 110 *uicis* V. 115 *satis* V, *scitis* Baelr. 116 *illa* nos addidimus. supplementa uersus alia alii cogitare uelut *ipsi* Pantagathus, *in qua nos* ω, edd. plerique. post *lusimus* non interperunt edd. plerique. 117 *te tradidit* Scal., alii. *auferi* corruptum. *Auser* Heyse, al., *Afer* Munro. 118 *mi* add. Haupt. LXXIX Interuallum in V. 3 *non si illam rare* Auant., *nos illa mare* V, *carac* Ellis, *Carac* Baelr. 8 *cui cum* V. 10 *cum* Froehlich. LXXI 1 *Si quoi* ω, *Si qua* V, Munro. *iure* Palladius, *Firro* Partheuius, *uira* V. *saceratorum* O, *sacerorum* G, *sacer alarum* ω, *sacer*, o Rufe, Munro. 2 *si qua* Munro. *scat* O, *secum* G. 3 *toro q.* uestro nos, *tuis q.* uestrum V, *tao q.* lecto Baelr. 4 *ate* V, *apte* Schoell, *mirificost* falo G. Heria. LXXII Interuallum in V. 6 *multo ita me nec* V. 7 *quia* Stat., *quam* V, *quid* ω. LXXIII 4 *ita* nos, *immo etiam taedet obstetque magisque* magis V, post Auant. multi edd., puncto post *benigne* sublat, *magisque* delent, *deleti* locum suis conuentis explent uel *prodest*: *iuuom* *etiam* et q. s. Gnetius uulg., *iam* *uicuat* Munro. LXXIV 1 *flere* V. LXXV duce Scal. multi ena LXXXVII coniungunt, in u. 1 *Nunc*—*diducta* legentes. 3 *que tot* V, corr. Iach. LXXVI 5 *manenti* in G, *manetū* in O, *manent* in ω, *manent* cum Baelr.

nam quaecumque homines bene cuiquam aut dicere  
possunt  
aut facere, haec a te dictaque factaque sunt ;  
omniaque ingratae perierunt credita menti.  
quare cur tu te iam amplius exerceas ? 10  
quid tu animum offirmas atque istinc teque reduceis  
et dis inuitis desinis esse miser.  
'difficilest longum subito deponere amorem.'  
difficilest, uerum hoc qua lubet efficias.  
una salus haec est, hoc est tibi peruincendum : 15  
hoc facias, siue id non pote siue pote.  
o di, si uestrumst misereri, aut si quibus umquam  
extremam iam ipsa in morte tulistis opem,  
me miserum aspiciate et, si uitam puriter egi,  
eripite hanc pestem perniciemque mihi. 20  
heu, mihi surrepens imos ut torpor in artus  
expulit ex omni pectore laetifias.  
non iam illud quaero, contra me ut diligat illa,  
aut, quod non potis est, esse pudica uelit :  
ipse ualere opto et taetrum hunc deponere morbum.  
o di, reddite mi hoc pro pietate mea. 26

## LXXVII

Rufe mihi frustra ac nequiquam credite amice,  
(frustra ? inimo magno cum pretio atque malo),  
sicine subrepsi mi, atque intestina perurens  
ei misero eripuisti omnia nostra bona ?  
eripuisti, eheu nostrae crudele uenenum 5  
uitae, eheu nostrae pestis amicitiae.

## LXXVIII

Gallus habet fratres, quorumst lepidissima coniunx  
alterius, lepidus filius alterius.  
Gallus homost bellus : nam dulces iungit amores,  
cum puero ut bello puella cubet.  
Gallus homost stultus nec se uidet esse maritum, 5  
qui patruos patrum monstret adulterium.

## LXXVIII\*

Sed nunc id doleo, quod purae pura puellae  
sua conminxit spurca saliuua tua.  
uerum id non inipune feret : nam te omnia saecla  
10 noscent, et qui sis fama loquetur anus. 4

## LXXIX

Lesbius est pulcer : quid ni ? quem Lesbia malit  
quam te cum tota gente, Catulle, tua.  
sed tamen hic pulcer uendat cum gente Catullum,  
si tria notorum sua reppererit.

## LXXX

Quid dicam, Gelli, quare rosea ista labella  
hiberna fiant candidiora niue,  
mane domo cum exis et cum te octaua quiete  
e molli longo suscitatur hora die ?  
nescio quid certest : an uere fama susurrat 5  
grandia te medii tenta uorare uiri ?  
sic certest : clamant Victoris rupta miselli  
ilia, et emulso labra notata sero.

LXXVI 9 omniaque V, L. Muell. 10 tu add. Schoell, cur te te Baehr., iam te cur ω, edd. complures. 11 animum Stat., animo V. instincte(o G)que V. 12 des V. 18 extremo i. ipsam m. V. 21 seu V, quae Lach. alii. corpore V. 23 me ut me V. 26 dei V. LXXVII Interuallum in V. 1 amice O, amico G, utrumque nactum fautores. 5 et 6 cheu Baehr., he heu G, heu O. 6 pectus V. LXXVIII\* a Scaligero aliisque cum carmine LXXVII coniunctum. 4 famuloque tanus V, corr. Calpurnius. LXXIX 4 natorum G. LXXX Interuallum in V. 8 ille te emulso V, corr. P. Valerianus et G. Faernus, ilia, ab e. Baehr. barba Housman. LXXXI 3 a ω. LXXXIII 6 coquitur Lipsius edd. plerique, queritur A. Palmer. LXXXIV 1 Commoda, et 4 insidias, 12 ionios V; sed in 2 insidias he. 3, 4 post 10 habet V. 5 Liber ω, Cimber Heinsius. 8 audiebant V. LXXXVII 2 mea es Scal., mea est V.

## LXXXI

Nemone in tanto potuit populo esse, Iuuenti,  
bellus homo, quem tu diligere inciperes,  
praeterquam iste tuos moribunda ab sede Pisauri  
hospes inaurata pallidior statua,  
qui tibi nunc cordist, quem tu praeponeo nobis 5  
audes, et nescis quod facinus facias.

## LXXXII

Quinti, si tibi uis oculos debere Catullum  
aut aliud siquid carius est oculis,  
eripere ei noli, multo quod carius illi  
est oculis seu quid carius est oculis.

## LXXXIII

Lesbia mi praesente uiro mala plurima dicit :  
haec illi fatuo maxima laetifiast.  
mule, nihil sentis. si nostri oblita taceret,  
sana esset : nunc quod gannit et obloquitur,  
non solum meminit, sed, quae multo acrior est res,  
iratast ; hoc est, uritur et loquitur. 6

## LXXXIV

Commoda dicebat, si quando commoda uellet  
dicere, et insidias Arrius hinsidias,  
et tum mirifice sperabat se esse locutum,  
cum quantum poterat dixerat hinsidias. 5  
credo, sic mater, sic liber anoneulus eius,  
sic maternus auos dixerat atque auia.  
hoc misso in Syriam requierant omnibus aures :  
audibant eadem haec leniter et leniter,  
nec sibi postilla metuebant talia uerba,  
cum subito adfertur nuntius horribilis, 10  
Ionios fluctus, postquam illuc Arrius isset,  
iam non Ionios esse, sed Hionios.

## LXXXV

Odi et amo. quare id faciam, fortasse requiris.  
nescio, sed fieri sentio et exerceor.

## LXXXVI

Quintia formosast multis ; mihi candida, longa,  
rectast. haec ego sic singula confiteor,  
totum illud formosa nego : nam nulla uenustas,  
nulla in tam magnost corpore mica salis.  
Lesbia formosast, quae cum pulcherrima totast, 5  
tum omnibus una omnes surripuit Veneres.

## LXXXVII

Nulla potest mulier tantum se dicere amatam  
uere, quantum a me Lesbia amata mea's.  
nulla fides ullo fuit unquam foedere tanta,  
quanta in amore tuo ex parte reperta meast.



## LXXXVIII

Quid facit is, Gelli, qui cum matre atque sorore  
prurit et abiectis peruigilat tunicis?  
quid facit is, patruum qui non sinit esse maritum?  
ecquid scis quantum suscipiat sceleris?  
suscepit, o Gelli, quantum non ultima Tethys 5  
nec genitor Nympharum abluuit Oceanus:  
nam nihil est atquequam sceleris qui prodeat ultra,  
non si demisso se ipse uoret capite.

## LXXXIX

Gellius est tenuis: quid ni? quoi tam bona mater  
tamque ualens uiuat tamque nenusta soror  
tamque bonus patruos tamque omnia plena puellis  
cognatis, quare is desinat esse macer?  
qui ut nihil attingat, nisi quod fas tangere non est,  
quantumuis quare sit macer inuenies. 6

## XC

Nascatur magnis ex Gelli matrisque nefando  
coniugio et discat Persicum aruspicium:  
nam magus ex matre et gnato gignatur oportet,  
si nerast Persarum impia religio,  
gratus ut accepto ueneretur carmine diuos 5  
omentum in flamma pingue liquefaciens.

## XCI

Non ideo, Gelli, sperabam te mihi fidum  
in misero hoc nostro, hoc perduto amore fore,  
quod te non nossem bene constantem putarem  
aut posse a turpi mentem inhibere probro,  
sed quod nec matrem nec germanam esse uidebam 5  
hanc tibi, quous me magnus edebat amor,  
et quamuis tecum multo coniungerer usu,  
non satis id causae credideram esse tibi.  
tu satis id ducti: tantum tibi gaudium in omni  
culpast, in quacumque est aliquid sceleris. 10

## XCII

Lesbia mi dicit semper male nec tacet unquam  
de me: Lesbia me dispercam nisi amat.  
quo signo? quia sunt totidem mea: depraeor illam  
adsidue, uerum dispercam nisi amo.

## XCIII

Nil nimium studeo, Caesar, tibi nelle placere,  
nec scire utrum sis albus an ater homo.

## XCIV

Mentula moechatur. moechatur mentula? certe  
hoc est quod dicunt, ipsa olera olla legit.

## XCV

Zmyrna mei Cinnac nonam post denique messem  
quam coepstas nonamque edita post hiememst,  
milia cum interea quingenta † Hortensius uno

Zmyrna caenas Satrachi penitus mittetur ad undas, 5  
Zmyrnam cana diu saecula peruolent.  
at Volusi annales Padnam morientur ad ipsam  
et laxas scombris saepe dabunt tunicas.  
parua mei mihi sint cordi monumenta *sodalis*,  
at populus tumido gaudeat Antimachio. 10

## XCVI

Si quicquam miteis gratum acceptumue sepuleris  
accidere a nostro, Calue, dolore potest,  
quom desiderio neteres renouamus amores  
atque olim amissas flemus amicitias,  
certe non tanto mors immatura dolorist 5  
Quintiliae, quantum gaudet amore tuo.

## XCVII

Non (ita me di ament) quicquam referre putau,  
utrumne os an culum dicerem Aemilio,  
nilo mundius hoc, niloque immundius illud,  
nerum etiam culus mundior et melior:  
nam sine dentibus est: os dentis sesquipedalis, 5  
gingiuas nero ploxeni habet neteris,  
praeterea rictum qualem diffissus in aestu  
meientis mrae eminus habere solet.  
hic futuit multas et se facit esse nenustum,  
et non pistrino traditur atque asino? 10  
quem siqua attingit, non illam posse putemus  
aegroti culum lingere carnificis?

## XCVIII

In te, si in quemquam, dici pote, putide Victi,  
id quod uerbosis dicitur et fatuis.  
ista cum lingua, si usus ueniat tibi, possis  
culos et crepidas lingere carpatinas.  
si nos omnino uis omnes perdere, Victi, 5  
hiscas: omnino quod cupis ellicies.

## XCIX

Surripni tibi, dum ludis, mellite Inuenti,  
sanctulum dulci dulcibus ambrosia.  
nerum id non inipue tuli: namque amplius horam  
suffluxim in summa me memini esse cruce,  
dum tibi me purgo nec possum tectibus ullis 5  
tantillum uostrae demere saeuitiae.  
nam simul id factumst, multis diluta labella  
guttis abstersisti omnibus articulis,  
ne quicquam nostro contractum ex ore maneret,  
tamquam commictae spurea salua lupae. 10

LXXXIX Internallum in V. XC 5 *gratus* L. Mnell., *gnatus* V. XCI 3 *non nossem* Auant., *cognossem* V, edd. complur. 4 *a u*, aut V, ab Baehr. 5 *aegre quod* V, corr. ω. XCII 2 *amat* O, Gellius (VII 16, 2), amo G. 3, 4 *desunt* in G, habent O et Gellius. *q. sunt* O, *quia sin* (siue *quasi*) in Gell. codl. *uerum* Gell., *uero* O. XCIII 2 *nec si occ* *utrum si saluus na alter h. v.* correctum ex Quintiliano XI 1, 33 'negat se magni facere aliquis poetarum utrum Caesar ater an albus homo sit.' XCIV 1 post *mentula* interrogationis signum nos posuimus. *certe* cum u. I ab edd. compluribus coniungitur. XCV 2 *est* add. Riese. 3 *Hatricusis* in Housman, *Hatricusis* in iam Muuro, *Ho(O) O)tensius* V. 4 *amissum* uersum alii aliter suppleuerunt; *uersicularum* anno *putidus* *cuomuit* Muuro, *uersic* *lorum* anno *quolibet* *ediderit* Froehlich, *Hortensius uno* (4) *miretur* *Volusi carmina facta die* Peiper. 9 *sodalis* add. Aldina ed. (1502), *Philaeae* Bergk., *Phalaece* Muuro. XCVI 1 *miteris* Schwabe, *mitis* et V. 3 *quom* Guarinus, *quo* G, L. Mueller alii, *que* O, *qui* (— *qui*) Baehr. et in u. 4 *et qui*. 4 *amissas* ω, *scissas* Schwab., *discissas* olim Baehr. *Oreo mersas* Haupt. 5 *dolor est* V, *dolorist* Haupt. XCVII 2 *utrumne* Auant. 3 *ita O, nobisque* G.; *inuadior* hic Baehr., *innuadior ille* Lach. 5 *os* Froehlich, *hic* V, *sine d. hic*: *dentis* as Rosshach. 6 *plorum* G, *plorum* O; cf. Quint. I 5, 8. XCVIII 1 et 5 *Victi* V fortasse corruptum. XCIX 8 *abstersisti* Auant., *abstersti* (O, *abstersti* G) V, *abstersti guttis* Ald. ed. 1502 edd. complur. 9 *uci* Baehr., *nec* V.

praeterea infesto miserum me tradere Amori  
 non cessasti omnique exeruciare modo,  
 ut mi ex ambrosia mutatum iam foret illud  
 saniolum tristi tristius helleboro.  
 quam quoniam poenam misero proponis amoris, 15  
 nunquam iam posthac basia surripiam.

## C

Caelius Aufilenum et Quintius Aufilenam  
 flos Veronensum depereunt inuenum,  
 hic fratrem, ille sororem. hoc est, quod dicitur, illud  
 fratrum uere dulce sodalitiium.  
 quoi faueam potius? Caeli, tibi: nam tua nobis 5  
 perspecta egregiest unica amicitia,  
 eum uesana neas torreret flamma medullas.  
 sis felix, Caeli, sis in amore potens.

## CI

Multas per gentes et multa per aequora uectus  
 aduenio has miseram, frater, ad inferias,  
 ut te postremo donarem munere mortis  
 et mutam nequiquam adloquerer euerem,  
 quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum, 5  
 heu miser indigne frater adempte mihi.

nunc tamen interea haec prisco quae more parentum  
 tradita sunt tristes munera ad inferias,  
 accipe fraterno multum manantia fletu,  
 atque in perpetuum, frater, aue atque uale. 10

## CII

Si quoi quid tacito commissumst fido et amiceo,  
 quoinis sit penitus nota fides animi,  
 neque esse inuenies illorum iure sacratum,  
 Corneli, et factum me esse putum Harpocratem.

## CIII

Aut, sodes, mihi redde decem sestertia, Silo,  
 deinde esto quamuis saeuos et indomitus:  
 aut, si te nummi delectant, desine quaeso  
 leno esse atque idem saeuos et indomitus.

## CIV

Credis me potuisse meae maledicere uitae,  
 ambobus mihi quae carior est oculis?  
 non potui, nec si possem tam perditae anarem:  
 sed tu eum Tappone omnia monstra facis.

## CV

Mentula conatur Pipleum seandere montem:  
 Musae fureillis praecipitem eiciunt.

## CVI

Cum puero bello praeconem qui uidet esse,  
 quid eredit, nisi se uendere discupere?

## CVII

Si quoi quid cupido optantique optigit unquam  
 insperanti, hoc est gratum animo proprie.  
 quare hoc est gratum nobis quoque, carior auro,  
 quod te restituis, Lesbia, mi cupido,  
 restituis cupido atque insperanti, ipsa refers te 5  
 nobis: o lucem candidiore nota!  
 quis me uno uiuit felicior, aut magis hae rem  
 optandam in uita dicere quis poterit?

## CVIII

Si, Comini, populi arbitrio tua cana senectus  
 spureata impuris moribus intreat,  
 non equidem dubito quin primum inimica bonorum  
 lingua execta auido sit data nocturio,  
 effossos oculos uoret atro gutture cornos, 5  
 intestina canes, cetera membra lupi.

## CIX

Lucundum, mea uita, mihi proponis amorem  
 hunc nostrum inter nos perpetuumque fore.  
 di magni, facite ut uere promittere possit,  
 atque id sincere dicat et ex animo,  
 ut liceat nobis tota perducere uita 5  
 aeternum hoc sanctae foedus amicitiae.

## CX

Aufilena, bonae semper laudantur amicae:  
 accipiunt pretium quae facere instituunt.  
 tu, quod promisti mihi quod mentire, inimica's:  
 quod nec das et fers, turpe facis facinus.  
 aut facere ingenuae est aut non promissae pudicae, 5  
 Aufilena, fuit: sed data corripere  
 fraudando officium est plus quam meretricis auarae,  
 quae sese toto corpore prostituit.

## CXI

Aufilena, uiro contentam niuere solo,  
 nuptarumst lans et laudibus eximis:  
 sed quoinis quamuis potius succumbere par est,  
 quam matrem fratres ex patruo parere.

## CXII

Multus homo es, Naso, neque teem multus homost  
 qui  
 descendit: Naso, multus es et pathicus.

**XCIX 15** amoris nos, amori V. **C 6** perspecta ω, perfecta V. egregiest Baehr. est igitur (per compend. scriptum) est O, ē exigitur est G, per facta exhibita est Lach., perspecta est igni tum A. Palmer. **CII 1** quoi quid Maehly, quid quoi Baehr., quicquam V. tacito V, uulg., tacite Ald. ed. 1502, taciti Stat. et nos, ab V, ut Baehr. antiquo V. **4** puta V, corr. Schwabe. **CVII 1** quoi quid Ribbeck, quid quid O, quicquid G. **3** nobis quoque V, nobisque hoc Stat., nobis, hoc Froehlich, nobisque est Haupt. carior Walker, carius V uulg. **5, 6** sic distinxit Klotz, ante eum insperanti cum nobis coniunxerant; alii post te plene distingunt. **7, 8** ita nos. hae ē O, me est G, optandus uita dicere quis poterit V, m. hae res | optandas u. Lach., m. hae | optandam u. dicere Ribbeck, alia alii. **CVIII 1** Sic homini populari arbitrio V, corr. Guarin. et Stat. **CIX 5** producere ω. **6** sunt qui alterum uelint. **CX 3** promisti ω, promissisti V, Munro deleto altero quod. mentire nos, mentita V, uulg. **4** et Guarinus, nec V. fers, turpe Auant., scepse V. **7** efficit V, officium Marcellius, officio Riese. est nos hic addidimus, in fine uersus Calpurnius, edd. plerique. **8** tota V, totam ω. **CXI 2** nuptarum est l. e l. eximis Stat., n. l. est (ē O) l. ex. V, n. l. est l. ex nimis Baehr. **3** pars V. **4** parere add. ω, efficere (uel concipere) ex p. alii. **CXII 1** es ω, est V. homo V. est qui add. ω, Scal.

## CXIII

Consule Pompeio primum duo, Cinna, solebant  
Mucillam: facto consule nunc iterum  
manserunt duo, sed creuerunt milia in unum  
singula. fecundum semen adulterio.

## CXIV

Firmano saltu non falso Mentula diues  
fertur, qui tot res in se habet egregias,  
aucupium, omne genus piscis, prata, arua ferasque.  
nequiquam: fructus sumptibus exuperat.  
quare concedo sit diues, dum omnia desint. 5  
saltus laudemus commoda, dum ipse egeat.

## CXV

Mentula habet noster triginta iugera prati,  
quadraginta arui: cetera sunt maria.  
cur non diuitiis Croesum superare potis sit  
uno qui in saltu tot bona possideat,  
prata, arua, ingentis siluas saltusque paludesque 5  
usque ad Hyperboreos et mare ad Oceanum?  
omnia magna haec sunt; tamen ipsest maximus, alter  
non homo sed uero mentula magna minax.

## CXVI

Saepe tibi studiose animo uenante requirens  
carmina uti possem mittere Battiadae,  
qui te lenirem nobis, neu conarere  
tela infesta mihi mittere in usque caput,  
hunc nideo mihi nunc frustra sumptum esse laborem,  
Gelli, nec nostras hic maluisse preces. 6  
contra nos tela ista tua euitamus amictu:  
at fixus nostris in dabi' supplicium.

## FRAGMENTA

1. Porph. *ad Hor. Carm. I, 16, 24. Iambici autem  
uersus aptissimi habentur ad maledicendum. . . .  
denique et Catullus cum maledicta minaretur sic uil:*  
at non effugies meos iambos.

**CXIII 2** *Mucillam* Pleitner, *Meciliã* (G, a O) V. **CXIV 1** *Firmano saltu* Auantius, *Firmanus saluis* V, *Firmanus saltus* edd. complures. **3** *aucupia* V, *aucupium* uel *aucupia* ω. uersus ab edd. uarie distinctus. **6** ita nos. *saltum* O edd., *saltum* G. *dum modo ipse egeat* V, *d. dono i. c.* Lach., *d. modo eo i. c.* L. Muell., *d. modo te ipso c.* Baehr. *egeas* ii quibus *Mentula* (u. 1) uocatiuus esse uidetur. **CXV 1** *uester* nos, *instur* V, *noster* Anant. *iurta* Scal., *Caesar* coni. Schwabe. **4** *tot bona Auantius, tot moda* V. **7** *ipse si* V, corr. Frochlich, *ipse es* Lach. *maximus, alter non homo nos; alter etiam* Schwabe coni. sed cum praecedentibus coniungit, *n. horum* Baehr., *ultor* V, *ultro* ω uulg. **8** *uere* Parthenius. **CXVI 1** *studioso* V, corr. Guarin. **4** *tela infesta mitteremusque caput* V, *tela infesta* (Muretus) *mihi* (Baehr.) *mittere in usque caput* Muretus uulg., *tela infestum* m. i. u. c. ω, Schwabe. **6** *hic* ω, *hinc* V, *huc* Muretus. **7** *euitabimus amictu* V, corr. ω. **8** *dabis* V.

FRAGMENTA **2** *silua* add. Scaliger, om. codd. *tege Priapi* Buecheler. huius fragmenti u. 1 citant etiam Atil. Fortun. p. 292, 14, Mar. Victorin. p. 119, 6, 151, 8 alibi, Censorin p. 615, 11. uu. 3, 4 citat Mar. Victorin. p. 151, 22. **3** *mero* L. Mueller, *uero* codd. **4** hoc fragmentum attulit Ellis, ita tamen ut uicis et ipse includeret. **9** *Cinna uidetur esse*; cf. Isidor. Orig. 19, 2, 10 'Cinna: *lucida consulgent alti carchesia mali*', Schol. Lucani 5, 418 (Web.) 'Cinna: *lucida cum fulgent summi c. m.*' post LXIV 237 inseruit L. Mueller. **10** sunt qui ad *Tibullum* I 5, 3, respexisse Sernium putent; sed ibi *turben* masculinum est. conf. adnotata ad LXIV 107.

## 2. Tercitianus Maurus 2754.

*Et ferme modus hic datur a plerisque Priapo  
inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus.  
hinc lucum tibi dedico eosecroque Priape,  
qua domus tua Lampsacis quaque silua Priape.  
nam te praecipue in suis urbibus colit ora  
Hellespontia ceteris ostrosior oris.  
et similes plures sic conscripsisse Catullum  
scimus.*

3. Nonius p. 134: *ligurrire degustare unde Catullus* (Catulus codd.) *Priapo:*

- - - de mero ligurrire libidost.

4. [Vibii Sequestris (p. 12, 9, Bursian) codex  
mus (Mus. Brit. 16986) post *sopitur* haec habet  
*lucus comi Catullus:*

et Lario imminens Comum.]

5. Seruius *ad Verg. Georg. II, 95* *quo te carmine dicam, Rhactica.* 'hanc uiam Cato praecipue laudat in libris quos scripsit ad filium; contra Catullus cum uituperat et dicit nulli rei esse aptam miraturque cur eam laudauerit Cato.'
6. Plin. *Nat. Hist. XXVIII, 19.* *Hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud nos prozumque Vergili incantamentorum amatoria imitatio.*
7. Ouid. *Trist. II, 427.*

*sic sua lasciuo cantatae saepe Catullo  
femina, cui falsum Lesbia nomen erat,  
nec contentas ea multos uolgerunt amoros,  
in quibus ipse suum fessus adulteriumst.*

8. Seruius *ad Verg. Aen. III, 409.* *Hinc etiam Catullus canere dicit.*
9. [Nonius 546. *Carchesia . . . Catullus Veronensis:*

lucida qua splendet carchesia mali.]

10. Seruius *ad Verg. Aen. VII, 378.* *Catullus hoc 'turben' dicit ut hoc 'carmen.'*

P. VERGILI MARONIS  
BUCOLICON LIBER

ECLOGA I [TITYRVS]

MELIBOEVS TITYRVS

M.

**T**ITYRE, tu patulae recubans sub tegmine fagi

siluestrem tenui Musam meditaris auena ;  
nos patriae fines et dulcicia linquimus arua ;  
nos patriam fugimus ; tu, Tityre, lentus in umbra  
formonsam resonare doces Amaryllida siluas. 5

*T.* O Meliboee, deus nobis haec otia fecit.

namque crit ille mihi semper deus ; illius aram  
saepe tener nostris ab oculibus imbuet agnus.

ille meas errare boues, ut cernis, et ipsum  
ludere, quae uellem, calamo permisit agresti. 10

*M.* Non equidem inuideo ; miror magis : undique  
totis

usque adeo turbatur agris. en, ipse capellas  
protenus aeger ago ; hanc etiam uix, Tityre, duco.  
hic inter densas corylos modo namque gemellos,  
spem gregis, a, silice in nuda conixa reliquit. 15

saepe malum hoc nobis, si mens non lacna fuisset,  
de caelo tactas memini praedicere quercus.

set tamen, iste deus qui sit, da, Tityre, nobis.

*T.* Vrbem quam dicunt Romam, Meliboee, putauit  
stultus ego huic nostrae similem, quo saepe solenus  
pastores ouium teneros depellere fetus. 21

sic canibus catulos similis, sic matribus haedos  
noram, sic paruus componere magna solebam.

uerum haec tantum alias inter caput extulit urbes,  
quantum lenta solent inter uiburna cupressi. 25

*M.* Et quae tanta fuit Romam tibi causa uidendi ?

*T.* Libertas, quae sera, tamen respexit inertem,  
candidior postquam tendenti barba cadebat ;  
respexit tamen et longo post tempore uenit,

postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. 30

namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat,  
nec spes libertatis erat nec cura peculi.

quanius multa meis exiret uictima saeptis,  
pinguis et ingratae premeretur caseus urbi,  
non unquam grauis aere domum mihi dextra re-  
dibat. 35

*M.* Mirabar quid maesta deos, Amarylli, uocares,  
cui pendere sua pateris in arbore poma :

Tityrus hinc aberat. ipsae te, Tityre, pinus,  
ipsi te fontes, ipsa haec arbusta uocabant.

*T.* Quid facerem ? neque seruitio me exire licebat,  
nec tam praesentis alibi cognoscere diuos. 41

hic illum uidi iuuenem, Meliboee, quodannis  
bis senos cui nostra dies altaria fumant.

hic mihi responsum primus dedit ille petenti :

pascite, ut ante, boues, pueri, summittite tauros. 45

*M.* Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,  
et tibi magna satis, quamuis lapis omnia nudus  
limosoque palus obducat pascua iunco.  
non insueta grauis temptabunt pabula fetas,  
nec mala uicini pecoris contagia laedent. 50

fortunate senex, hic inter flumina nota  
et fontis sacros, frigus captabis opacum.

hinc tibi, quae semper, uicino ab limite saepes  
Hyblaeis apibus florem depasta salicti,

saepe leui somnum suadebit inire susurro ; 55

hinc alta sub rupe canet frondator ad auras ;  
nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes,  
nec gemere aera cessabit turtur ab ulmo.

*T.* Ante leues ergo pascuntur in aethere cerui,  
et freta destituent nudos in litore pisces, 60

ante pererratis amborum finibus exul  
aut Ararim Parthus libet aut Germania Tigrim,

quam nostro illius labatur pectore uoltus.

*M.* At nos hinc alii sitientis ibimus Afros,  
pars Scythiam et rapidum cretae ueniemus Oaxen,  
et penitus toto diuisos orbe Britannos. 60

en, unquam patrios longo post tempore finis,  
pauperis et tuguri congestum caespite culmen,

post aliquot, mea regna uidens, mirabor aristas ?  
impus haec tam culta noualia miles habebit ? 70

barbarus has segetes ? en, quo discordia cuius  
produxit miseris ! his nos consequimur agros !

insere nunc, Meliboee, puros, pone ordine uites.  
ite meae, felix quondam pecus, ite capellae.

non ego uos posthac, uiridi proiectus in antro, 75

dumosa pendere procul de rupe uidebo ;  
carmina nulla canam ; non me pascente, capellae,  
floretem cytisum et salices carpetis amaras.

*T.* Hic tamen hanc mecum poteras requiescere  
noctem

fronde super uiridi ; sunt nobis mitia poma 80

castaneae molles et pressi copia lactis ;  
et iam summa procul uillarum culmina fumant,

maioresque cadunt altis de montibus umbrac.

ECLOGA II [ALEXIS]

Formonsum pastor Corydon ardebat Alexim,  
delicias domini, nec quid speraret habebat.

tantum inter densas, umbrosa cacumina, fagos  
adsidue ueniebat. ibi haec incondita solus  
montibus et siluis studio iactabat inani :

‘ O erndelis Alexi, nihil mea carmina curas ?  
nil nostri miserere ? mori me denique coges.

nunc etiam pecudes umbras et frigora captant ;  
nunc uiridis etiam occultant spineta lacertos,

Thestyliis et rapido fessis messoribus aestu 10

\* Vergili Bucolica ad rationem arithmetica diuisa esse nec Ribbeckius nec Kolsterus mihi persuasit. I Vulgatum titulum *Tityrus*, qui idoneo teste caret, unciis inclusi. 12 *turbamur* P R, agnoscit Seruius. *turbatur* confirmant Quintilianus 1. 4. 28 et Consentius p. 372. 13 *protinus* R. 42 *quotannis* R. 59 *pascuntur* P. 62 *Ararem* P. 63 *labantur* P<sup>2</sup>. 65 *Cretae* an *cretae* scribendum esset iam Seruii aetate dubitabatur. *rapidum certe ueniemus ad Oxum* con. Schaper. 74 *quondam felix* P. II Titulum habent P R *Poeta Corydon*. uulgatum *Alexis* unciis inclusi. 1 *Alexin* R. 7 *cogis* P. 9 *lacertas* P.

alia serpullumque herbas contundit olentis,  
 at mecum raucis, tua dum nestigia lustris,  
 sole sub ardenti resonant arbusta cicadis,  
 nonne fuit satius tristis Amaryllidis iras  
 atque superba pati fastidia? nonne Menalcau, 15  
 quamuis ille uiger, quamuis tu candidus esses?  
 o formosae puer, uinum ue crede colori.  
 alba lignustra cadunt, uaccinia nigra leguntur.  
 despectus tibi sum, nec qui sinu quaeris, Alexi,  
 quam diues peccoris, uinei quam lactis abundans; 20  
 mille meae Siculis errant in montibus agnae;  
 lac mihi non aestate uouum, non frigore delit.  
 cauto quae solitus, si quando armenta uocabat,  
 Amphion Diraeus in Actaeo Aracintho.  
 nec sum adeo infortis: uiper me in litore nidi, 25  
 cum placidum uentis staret mare; non ego Daphnium  
 iudice te metuam, si nunquam fallit imago.  
 o tantum libeat mecum tibi sordida rura  
 atque humilis habitare easas et ligere ceruus  
 haedorumque gregem miridi compellere hibisco! 30  
 mecum una in siluis imitare Pana canendo.  
 Pan priuus calamos cera coniungere pluris  
 instituit; Pan enrat ouis omniumque magistros.  
 nec te paeniteat calamo truisse labellum:  
 haec eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?  
 est mihi disparibus septem compacta cicentis 36  
 fistula, Damoetas dono mihi quam dedit olim,  
 et dixit morieus: 'te nunc habet ista scenidium.'  
 dixit Damoetas: inuidit stultus Amyntas.  
 praeterea duo uae tuta mihi ualle reperti 40  
 capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,  
 bina die siccant ouis ubera; quos tibi seruo.  
 iam pridem a ue illos abducere Thestylis orat;  
 et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.  
 huc ades, o formosae puer: tibi lilia plenis, 45  
 ecce, ferunt Nymphae calathis; tibi candida Nais,  
 pallentis uiolas et summa papaueris carpens,  
 narcissum et florem iungit bene olentis anethi;  
 tum, casia atque aliis interexens suauibus herbis,  
 mollia luteola pingit uaccinia calta. 50  
 ipse ego cana legam tenera lamrgine mala,  
 castaneasque nucis, mea quas Amaryllis amabat;  
 addam cerea pruna: honos erit huic quoque pomis;  
 et uos, o lauri, carpami, et te, proxima myrte,  
 sic positae quoniam suauis miscetis odores. 55  
 rusticus es, Corydon: nec memora curat Alexis,  
 nec, si muneribus certes, concedat Iollas.  
 heu, heu, quid nolui misero mihi? floribus austrum  
 perditus et liquidis immisi fontibus apros. 59  
 quem fugis, a, demens? habitauerunt di quoque siluas  
 Dardaniusque Paris. Pallas, quos condidit aereas,  
 ipsa colat; nobis placeant ante omnia siluae.  
 torua leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam;  
 florentem eylistum sequitur lasciuia capella;  
 te Corydon, o Alexi: trahit sua quemque uoluptas.  
 aspice, aratra ingo referunt suspensa iuueni, 66  
 et sol erescens decedens duplicat umbras;  
 me tamen irit amor; quis enim modus adsit amor?  
 a Corydon, Corydon, quae te dementia cepit!  
 semiputata tibi frondosa uitis in ulmo est. 70  
 quia tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus,  
 uimibus mollisque paras detexere imneo?  
 iuuenies alium, si te hic fastidit, Alexim.

## ELOGIA III [PALAEMON]

MENALCAS DAMOETAS PALAEMON

*M.* Die mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?  
*D.* Non, uerum Aegonis; uiper mihi tradidit Aegon.

*M.* Infelix o semper, ouis, pecus! ipse Neaeram  
 dum fouet, ac, ne me sibi praeferat illa, ueretur,  
 hic alicuius ouis custos bis mulget in hora, 5  
 et sucus pecori et lac subducitur agnis.  
*D.* Parcius ista uiris tamen obedienda memento.  
 nouius, et qui te, transere tuentibus hircis,  
 et quo, sed faciles Nymphae risere, sacello.  
*M.* Tuu, credo, cum me arbustum uidere Miconis  
 atque mala uitis incidere fauce uouellas. 11  
*D.* Aut hic ad ueteris fagos cum Daphnidis arcum  
 fregisti et calamos: quae tu, peruerse Menalca,  
 et cum uidisti puero donata dolebas,  
 et si non aliqua nocuisses mortuus esses. 15  
*M.* Quid domini faciant, audent cum talia fures!  
 non ego te nidi Damonis, pessime, caprum  
 exepere insidiis, multum latrante Lycisca?  
 et cum clamarem: 'quo nunc se proripit ille?  
 Tityre, eode peens; tu post carecta latebas.' 20  
*D.* An mihi cantando uictus non redderet ille,  
 quem mea carminibus meruisset listula caprum?  
 si ueseis, meus ille caper fuit; et mihi Danon  
 ipse fatebatur; sed reddere posse negabat.  
*M.* Cantando tu illum? aut umquam tibi listula cera  
 iuncta fuit? non tu in truiuis, indocte, solebas 26  
 stridenti miserum stipula disperdere carnicu?  
*D.* Vis ergo, inter nos, quid possit uterque, necissim  
 experiamur? ego hanc uitulam (ue forte recenses,  
 bis uenit ad muletram, binos alit ubere fetus) 30  
 depono: tu die, mecum quo pignore certes.  
*M.* De grege non ausim quicquam deponere tecum.  
 est mihi namque domi pater, est inuista nouera;  
 bisque die numerant ambo peens, alter et haedos.  
 uerum, id quod uulgo tute ipse fatebere maius, 35  
 insanire libet quoniam tibi, pocula pouam  
 fagina, caelatum diuini opus Alcimedontis:  
 lenta quibus torno facili superaddita uitis  
 diffusos hedera nestit pallente corymbos.  
 in medio duo signa, Conon, et—quis fuit alter, 40  
 descripsit radio totum qui gentibus orbem,  
 tempora quae messor, quae curuus arator haberet?  
 uedum illis labra admoni, set condita seruo.  
*D.* Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,  
 et molli circum est ansas amplexus aeantho, 45  
 Orpheaque in medio posuit silhasque sequentis.  
 uedum illis labra admoni, set condita seruo.  
 si ad nitulam spectas, nihil est quod poeula laudes.  
*M.* Nunquam hodie effugies; ueniam quoenimque  
 uocaris.  
 audiat haec tantum—nel qui uenit, ecce, Palaemon.  
 officium posthae ue quemquam uoce laecessas. 51  
*D.* Quin age, si quid habes, in ue mora non erit  
 ulla,  
 nec quemquam fugio: tantum, nicine Palaemon,  
 sensibus haec imis, res est non parua, reponas.  
*P.* Dicite, quandoquidem in uolli conseruimus herba.  
 et uue omnis ager, uue omnis parturit arbos; 56  
 nunc fraudent siluae; nunc formosissimus annus.  
 incipe, Damoeta; tu deinde sequere, Menalca.  
 alternis diectis; amant alterua Camene.  
*D.* Ab loue principium, Musae; Iouis omnia  
 plena; 60  
 ille colit terras; illi mea carmina enrae.  
*M.* Et me Phoebus amat; Phoebus sua semper apud me  
 munera sunt, lauri et suane ribens hyaenthus.  
*D.* Malo ue Galatea petiti, lasciuia puella,  
 et fugit ad salices, et se cupit aute uideri. 65  
*M.* At mihi sese offert ultro, meus ignis, Amyntas,  
 uotior ut iam sit canibus non Delia nostris.  
*D.* Parta meae Ueneri sunt munera: namque  
 notauit  
 i se loenum, acrae quo congressere palumbes.

II 15 *Menalca* R. 22 *lact* P, formam a Varrone contra consuetudinem probatam: cf. Pompeius p. 199, Exc. Gramm. apud Keil Gramm. Lat. 5, p. 326. 24 "*actaco* litorali debemus accipere" Seru. 26 *Daphnin* P. 27 *fallat* R P<sup>2</sup>. 56 *est* P<sup>1</sup>. 57 *certet* R. 63 *capellas* R. III Titulus uulgatus *Palaemon* idoneo teste caret. 5 *mulgit* P. 6 *lact* P<sup>1</sup>; uid. Ecl. 2. 22. 8 *hircus* P, agnoscit Seruius. 26 *uincta* R. 27 *stipula miserum* V. 38 *facili* P, agnoscit Seruius, *facilis* Aelius Donatus, V, *fragilis* R. "emendatius est *facili*" Seru. Aen. 2. 392.

*M.* Quod potui, puero siluestri ex arbore lecta 70  
aurea mala decem misi; cras altera mittam.

*D.* O quotiens et quae nobis Galatea locuta est!  
partem aliquam, uenti, diuom referatis ad auris!

*M.* Quid prodest quod me ipse animo non spernis,  
Amynta,

si, dum tu sectaris apros, ego retia seruo? 75

*D.* Phyllida mitte mihi: meus est natalis, Iolla;  
cum faciam uitula pro frugibus, ipse uenito.

*M.* Phyllida amo ante alias; nam me discedere fleuit,  
et longum formonse, uale, uale, inquit, Iolla.

*D.* Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,  
arboribus uenti, nobis Amaryllidis irae. 81

*M.* Dulce satis umor, depulsis arbutus haedis,  
lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas.

*D.* Pollio amat nostram, quamuis est rustica,  
Musam:

Pierides, uitulam lectori pascite uestro. 85

*M.* Pollio et ipse facit noua carmina: pascite taurum,  
iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.

*D.* Qui te, Pollio, amat, ueniat quo te quoque  
gaudet;

mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum.  
*M.* Qui Bauium non odit, amet tua carmina, Maeui,  
atque idem iungat uulpes et mulgeat hircos. 91

*D.* Qui legitis flores et humi nascentia fraga,  
frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

*M.* Pareite, oues, nimum procedere: non bene ripae  
creditur; ipse aries etiam nunc uellera siccant. 95

*D.* Tityre, pascentis a flumine reice capellas:  
ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lauabo.

*M.* Cogite ouis, pueri; si lac praeeperit aestus,  
ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis.

*D.* Heu, heu, quam pingui macer est mihi taurus  
in eruo! 100

idem amor exitium pecori pecorisque magistro.  
*M.* His certe neque amor causa est; uix ossibus  
haerent.

nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.  
*D.* Dic, quibus in terris—et eris mihi magnus  
Apollo—

tris pateat caeli spatium non amplius ulnas. 105

*M.* Dic, quibus in terris inscripti nomina regum  
nascantur flores, et Phyllida solus habeto.

*P.* Non nostrum inter uos tantas componere lites.  
et uitula tu dignus, et hic, et quisquis amores  
aut metuet dulcis aut experietur amaros. 110

claudite iam riuos, pueri: sat prata biberunt.

#### ECLOGA IV [POLLIO]

Sicelides Musae, paulo maiora canamus.  
non omnis arbusta iuuat humilesque myricae;  
si canimus siluas, siluae sint consule dignae.

Ultima Cumaei uenit iam carminis aetas;  
magnus ab integro saeculorum nascitur ordo. 5  
iam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna;  
iam noua progenies caelo demittitur alto.

tu modo nascenti puero, quo ferrea primum  
desinet ac toto surget gens aurea mundo,  
casta faue Lucina: tuus iam regnat Apollo. 10

teque adeo decus hoc aeni, te consule, inibit,  
Pollio, et incipient magni procedere menses;  
te duce, si qua manent sceleris uestigia nostri,  
inrita perpetua soluent formidine terras.

ille deum uitam accipiet diuisque uidebit 15  
permixtos heroas et ipse uidebitur illis,  
pacatumque reget patriis uirtutibus orbem.  
at tibi prima, puer, nullo munuscula cultu

errantis hederas passim cum baccare tellus  
mixtaque ridenti colocoasia fundet acantho. 20

ipsae lacte domum referent distenta capellae  
ubera nec magnos metuent armenta leones.

ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.  
occidet et serpens, et fallax herba ueneni

occidet; Assyrium uolgo nascetur amomum. 25

at simul heroum laudes et facta parentis  
iam legere et quae sit poteris cognoscere uirtus,  
mollis paulatim flauescet campus arista,  
incultisque rubens pendebit sentibus uua,

et durae quercus sudabant roscida mella. 30

pauca tamen suberunt priscae uestigia fraudis,  
quae temptare Thetim ratibus, quae cingere muris  
oppida, quae iubeant telluri infindere sulcos.

alter erit tum Tiphys, et altera quae uehat Argo  
delectos heroas; erunt etiam altera bella, 35

atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.  
hinc, ubi iam firmata uirum te fecerit aetas,  
cedet et ipse mari uector, nec nautica pius  
mutabit merces: omnis feret omnia tellus.

non rastros patietur humus, non uinea falcem; 40  
robustus quoque iam tauris iuga soluet arator;  
nec uarios discet mentiri lana colores,

ipse sed in pratis aries iam suauis rubenti  
murice, iam croceo mutabit uellera luto;  
sponte sua sandyx pascentis uestiet agnos. 45

'taliam saecula,' suis dixerunt, 'currite,' fusis  
concordes stabili fatorum numine Parcae.  
adgredere o magnos, aderit iam tempus, honores,  
cara deum suboles, magnum Iouis incrementum!

aspice conexo nutantem pondere mundum, 50  
terrasque tractusque maris caelumque profundum,  
aspice, uenturo laetantur ut omnia saeclo!

o, mihi tum longae maneat pars ultima uitae,  
spiritus et, quantum sat erit tua dicere facta;  
non me carnibus uincet nec Thracius Orpheus, 55  
nec Linus, huic mater quamuis atque huic pater adsit,  
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

Pan etiam, Arcadia mecum si iudice certet,  
Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum,

incipere, parue puer, risu cognoscere matrem: 60  
matri longa decem tulerunt fastidia menses;  
incipere, parue puer: cui non risere parentes,  
nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est.

#### ECLOGA V [DAPHNIS]

##### MENALCAS MOPSVS

*Me.* Cur non, Mopse, boni quoniam conuenimus  
ambo,

tu calamos inflare leuis, ego dicere uersus,  
hic corylis mixtas inter consedimus ulmos?

*Mo.* Tu maior; tibi me est aecum parere, Menalca,  
sive sub incertis Zephyris motantibus umbras, 5  
sive antro potius succedimus. Aspice, ut antrum  
siluestris raris sparsit labrusca racemis.

*Me.* Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas.  
*Mo.* Quid, si idem certet Phoebum superare canendo?

*Me.* Incipe, Mopse, prior, si quos aut Phyllidis ignis  
aut Alconis habes laudes aut iurgia Codri. 11

incipere; pascentis seruabit Tityrus haedos.

*Mo.* Immo haec, in uiridi nuper quae cortice fagi  
carmina descripsi et modulans alterna notauit,  
experiar: tu deinde iubeto ut certet Amyntas. 15

*Me.* Lenta salix quantum pallenti cedit oliuae,  
puniceis humilis quantum saliuca rosetis,  
iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

III 77 *uitulam* R. 84 inter formas *Pollionem* et *Polionem* in ueteribus inscriptionibus et libris uariatur: in maiore autem parte inscriptionum *Pollio* scriptum est. "sane alii legunt *Polio* . . . alii *Pollio*" Seruius. *ut* Seruius. 89 *robis* Seru. G. I. 266. 100 *aruo* R. 101 *exitium est* R. 110 *aut—aut* testatur carmen Anthologiae Latinae 17. 461 (p. 66 Riese). IV Titulum habent R g *Saeculi Noui Interpretatio*: uulgatum *Pollio* unci inclusi. 18 *nulla pater primo* R. 26 *parentum* R. 32 *Thetin* R. 33 *tellurem infindere sulco* R. 52 *laetentur* P. 53 *longe* P. 55 *uincat* P. 61 *matris* P<sup>2</sup> g<sup>1</sup>. "tulerunt: alii abstulerint legunt" Seruius. V Titulus uulgatus *Daphnis* idoneo teste caret. 8 *certat* R, *certet* P.

*Mo.* Sed tu desine plura, puer; successimus antro.

Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnum 20  
flebant; nos Coryli testes et flumina Nymphis;  
cum complexa sui corpus miserabile nati  
atque deos atque astra uocat crudelia mater.

non ulli pastos illis egere diebus  
frigida, Daphni, hunc ad flumina; nulla nec animum  
libavit quadrupes nec graminis attigit herbam. 26

Daphni, tuum Pœnos etiam ingemisse leones  
interitum montesque feri siluaque locuntur.  
Daphnis et Armenias curru subiungere tigris  
instituit, Daphnis thiasos inducere Bacchi 30  
et foliis leutas intexere mollibus hastas.

nitis ut arboribus decori est, ut uitibus unæ,  
ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis,  
tu decus omne tuis. postquam te fata tulerunt,  
ipsa Pales agros atque ipse reliquit Apollo. 35

grandia saepe quibus maudamini hordeale sulsis,  
infelix lolium et steriles nascuntur auenæ;  
pro molli uiola, pro purpurea narcisso,  
carduus et spinis surgit paliurus acutis.

spargite humum foliis, indicite fontibus umbras, 40  
pastores; mandat fieri sibi talia Daphnis;  
et tumultum facite, et tumulto superaddite carmen:  
'Daphnis ego in siluis, hinc usque ad sidera notus,  
formosus pecoris custos, formosior ipse.'

*Me.* Tale tuum carmen nobis, diuine poeta, 45  
quale sopor fessis in gramine, quale per aestum  
dulcis aquae saliente sitim restringere riuo,  
nec calamus solum acquiras, set noce magistrum.

fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.  
nos tamen haec quoenique modo tibi nostra uicissim  
dicemus, Daphni quæ tum tollentis ad astra, 51  
Daphni ad astra feremus: amant nos quoque  
Daphnis.

*Mo.* An quicquam nobis tali sit numere manus?  
et puer ipse fuit cantari dignus, et ista  
iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis. 55

*Me.* Candidus insuetum miratur limen Olympi  
sub pelibus uides uidet nubes et sidera Daphnis,  
ergo alacris siluas et cetera rura uoluptas  
Panaque pastoresque tenet Dryadasque puellas.

nec lupus insidias pecori nec retia cernis  
ulla dolum meditantur; amat bonus otia Daphnis, 60  
ipsi laetitia uoces ad sidera iactant  
intousi montes; ipsae iam carmina rupes,  
ipsa sonant arbusta: deus, deus ille, Menalea!

sis bonus o felixque tuis! en quattuor aras: 65  
ecce duas tibi, Daphni, duas altaria Phœbo.  
pocula bina nono spumantia lacte quodamnis  
craterasque duo statuam tibi pinguis oliui,  
et multo in primis hilarans conuinia Baccho,

ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra, 70  
uina nouum fundam calathis Ariusia nectar.  
cantabunt mihi Damocetas et Lyctius Aegon;  
saltantis Satyros imitabitur Alpheisiboeus.

haec tibi semper erunt, et cum sollennia uota  
reddemus Nymphis, et cum lustrabimus agros. 75  
dum iuga montis aper, iluinos dum piscis amabit,  
dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae,  
semper honos nomenque tum laudesque manebunt.

ut Baccho Cererique, tibi sic uota quodamnis  
agricolae facient; danuabis tu quoque uotis. 80

*Mo.* Quae tibi, quae tali reddam pro carmine  
dona?

nam nequa nec tantum uenientis sibilus auri,  
nec perennis iuuant fluuio tam litora, nec quae  
saxosas inter decurrunt flumina ualles.

*Me.* Haec te nos fragili donabimus ante cicuta. 85  
haec nos, 'formosum Corydon ardebat Alexim.'

haec eadem docuit, 'cuium pecus? an Meliboei?'

*Mo.* At tu sume pedum, quod, me cum saepe rogaret,  
non tulit Antigenes (et erat tum dignus amari)  
formosum paribus nodis atque aere, Menalea. 90

## ECLOGA VI VARVS

Prima Syracosio dignata est ludere uersu  
nostra nec erubuit siluas habitare Thalea.  
cum canerem reges et proelia, Cynthis aurem  
uellit, et admonuit: 'pastorem, Tityre, pinguis

pascere oportet ouis, deductum dicere carmen.' 5  
nunc ego (namque super tibi crui qui dicere laudes,  
Vare, tuas cupiant et tristia condere bella)

agrestem tenui meditabor harundine Musam.  
non iniussa cano. si quis tamen haec quoque, si quis  
captus amore leget, te nostrae, Vare, myricae, 10  
te nemus omne canet; nec Phœbo gratior ulla est,  
quam sibi quae Vari praescripsit pagina nomen.

Pergite, Pierides. Chromis et Mnasyllus in antro  
Silenum pueri somno uidere iacentem,  
inlatum hesterno uenas, ut semper, Iaccho: 15  
serta procul tantum capiti delapsa iacebant,  
et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

adgressi (nam saepe senex spe carminis ambo  
luserat) incipiunt ipsis ex uincula seris.  
addit se sociam timidisque superuenit Aegle, 20  
Aegle, Naiadum pulcherrima, iamque uident  
sanguineis frontem moris et tempora pingit.

ille dolum ridens, 'quo nincula necititis?' inquit.  
'soluite me, pueri; satis est potuisse uideri.  
carmina quae nolitis cognoscite; carmina uobis, 25  
huic aliud mercedis erit.' simul incipit ipse.

tum uero in numerum Fannosque ferasque uideres  
ludere, tum rigidas motare cacumina quereus;  
nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes,  
nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea. 30

namque canebat, uti magnum per inane coacta  
semina terrarumque animaeque marisque fuissent  
et liquidi simul ignis; ut his exordia primis  
omnia et ipse teuer mundi coneruerit orbis;

tum durare solum et diseludere Nerea ponto 35  
coeperit et rerum parlatim sumere fornas;  
iamque uouum terrae stupeant lucescere solem  
altius, atque cadant summotis nubibus imbres;

incipiant siluae cum primum surgere, cumque  
rara per ignaros errent animalia montis. 40  
hinc lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna,  
Caucasiasque refert uolucres furtumque Prometheus.

his adiungit, Hylan nautae quo fonte relictum  
clamassent, ut litus, Hyla, Hyla, omne souaret;  
et fortunatam, si nunquam armenta fuissent, 45  
Pasiphaen niuei solatur amore iuueni.

a, uirgo infelix, quae te dementia cepit!  
Proetides implerunt falsis mugitibus agros:  
at non tam turpis peccudum tamen ulla secuta  
conculcibus, quamuis collo timuisset aratum 50  
et saepe in leui quaesisset cornua fronte.

a, uirgo infelix, tu nunc in montibus erras:  
ille, latus niuem molli fultus hyacintho,  
ilice sub nigra pallentis ruminat herbas,  
aut aliquam in magno sequitur grege. claudite, 55  
Nymphae,

Dictaeae Nymphae, nemorum iam claudite saltus,  
si qua forte ferant oculis sese obuia nostris  
errabunda bouis uestigia: forsitan illum,  
aut herba captum uiridi aut armenta secutum, 60  
perducant aliquae stabula ad Gortynia uaccae.

tum canit Hesperidum miratam mala puellam;

V 20 *Daphnia* R. 27 *gemisse* R. 38 *uiole* et R. *purpureo* RP, *purpurea* Diomedes p. 453 K. 46 *lassis* R. 49 *Apollo* R. 52 *Daphnim* P. 59 *Deualca* R. 63 *ipsa et iam* R. 79 *quodamnis* P. 86 *Alexim* P. VI Titulum habent P R *Faunorum Satyrorum et Silenorum Delectatio*. 2 *Thalia* Seruius. 5 *diductum* P V. 23 *inridens* P<sup>1</sup>. 30 *mirantur* R. 33 *ex ouicia* P, ex Lucr. l. 61. *ex illis sunt omnia proutis* (= *principiis*), *ordia* autem uerbum Lucretianum est (Lucr. 4. 28). cetera *proutis* Seruius pro substantiuo interpretatur (= *principiis*), *ordia* uero uerbum Lucretianum est (Lucr. 4. 28). cetera rum color loci est omnino Lucretianus. 38 *utque* R. 40 *ignotos* P. 49 *secuta est* R. 68 *forsitam* P R. 61 *capit* M<sup>1</sup>.

tum Phaethontidas musco circumdat amarae  
corticis atque solo proceras erigit alnos.  
tum canit, errantem Permissi ad flumina Gallum  
Aonas in montes ut duxerit una sororum, 65  
utque uiro Phoebi chorus adsurrexerit omnis ;  
ut Linus haec illi, diuino carmine pastor,  
floribus atque apio crinis ornatus amaro,  
dixerit : ' hos tibi dant calamos, en accipe, Musae,  
Ascraeo quos ante seni, quibus ille solebat 70  
cantando rigidas deducere montibus ornos.  
his tibi Grynacae nemoris dicatur origo,  
ne quis sit lucus, quo se plus iacet Apollo.'  
quid loquar, aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est  
candida succinctam latrantibus inguina monstris 75  
Dulichias uexasse rates et gurgite in alto  
a, timidos nautas canibus lacerasse marinis,  
aut ut mutatos Terei narauerit artus,  
quas illi Philomela daperae, quae dona pararit,  
quo cursu deserta petiuerit, et quibus ante 80  
infelix sua tecta superuolitaerit alis ?  
omnia quae, Phoebus quondam meditante, beatus  
audiit Eurotas iussitque ediscere lauros,  
ille canit : pulsae referunt ad sidera ualles ;  
cogere donec ouis stabulis numerumque referre 85  
iussit et inuito processit Vesper Olympo.

## ECLOGA VII

## MELIBOEVUS CORYDON THYRSIS

M. Forte sub arguta considerat ilice Daphnis,  
compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum,  
Thyrsis ouis, Corydon distentas lacte capellas,  
ambo florentes aetatibus, Arcades ambo,  
et cantare pares, et respondere parati. 5  
huc mihi, dum teneras defendo a frigore myrtos,  
uir gregis ipse caper deerrauerat ; atque ego Daphnim  
aspicio. ille ubi me contra uidet : ' ocuis, inquit,  
huc ades, o Meliboeus ! caper tibi saluus et haedi ;  
et, si quid cessare potes, requiesce sub umbra. 10  
huc ipsi potum uenient per prata iuuenti ;  
hic uiridis tenera praetexit harundine ripas  
Mincius, eque sacra resonant examina quereu.  
quid facerem ? neque ego Alcippen, neque Phyllida  
habebam,  
depulsos a lacte domi quae clauderet agnos ; 15  
et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum.  
posthabui tamen illorum mea seria ludo.  
alternis igitur contendere nersibus ambo  
coepere ; alternos Musae meminisse uolebant.  
hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis. 20  
C. Nymphae, noster amor, Libethrides, aut mihi  
carmen,  
quale meo Codro, concedite ; proxima Phoebi  
uersibus ille facit ; aut, si non possumus omnes,  
hic arguta sacra pendebit fistula piuu.  
T. Pastores, hederam nascentem ornate poetam, 25  
Arcades, inuidia rumpantur ut ilia Codro ;  
aut, si ultra placitum laudarit, baccare frontem  
cingite, ne uati noceat mala lingua futuro.  
C. Saetosius caput hoc apri tibi, Delia, paruus  
et ramosa Micon uiuacis cornua cerui. 30  
si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota  
puniceo stabis suras euincta coturno.  
T. Sinum lactis et haec te liba, Priape, quodannis  
expectare sat est : custos es pauperis horti.

nunc te marmoreum pro tempore fecimus ; at tu, 35  
si fetura gregem supplerit, aureus esto.

C. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae,  
candidior cyenis, hederam formosior alba,  
cum primum pasti repetent praesepia tauri,  
si qua tui Corydonis habet te cura, uenito. 40

T. Immo ego Sardonis uidear tibi amarior herbis,  
horridior rusco, proiecta uilior alga,  
si mihi non haec lux toto iam longior anno est.  
ite donum pasti, si quis pudor, ite iuuenti.

C. Muscosi fontes et somno mollior herba, 45  
et quae uos rara uiridis tegit arbutus umbra,  
solstitium pecori defendite ; iam uenit aestas  
torrida, iam lento turgent in palmite gemmae.

T. Hic focus et taedae pingues, hic plurimus ignis  
semper, et adsidua postes fuligine nigri ; 50  
hic tantum Boreae curamus frigora quantum  
aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas.

C. Stant et iuniperi et castaneae hirsutae ;  
strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma ;  
omnia nunc ridet ; at si formosus Alexis 55  
montibus his abeat, uideas et flumina sicca.

T. Aret ager ; uitio moriens sitit aeris herba ;  
Liber pampineas inuidit collibus umbras ;  
Phyllidis aduentu nostrae nemus omne uirbit,  
Iuppiter et laeto descendet plurimus imbri. 60

C. Populus Alcidae gratissima, uitis Iaecho,  
formosae myrtus Veneri, sua laurea Phoebus ;  
Phyllis amat corylos ; illas dum Phyllis amabit,  
nec myrtus uincet corylos nec laurea Phoebi.

T. Fraxinus in siluis pulcherrima, pinus in hortis,  
populus in fluuiis, abies in montibus altis ; 66  
saepius at si me, Lycida formosae, reuisas,  
fraxinus in siluis cedat tibi, pinus in hortis.

M. Haec meministi uictum frustra contendere  
Thyrsim.  
ex illo Corydon Corydon est tempore nobis. 70

## ECLOGA VIII [PHARMACEVTRIA]

## DAMON ALPHEISIBOEVUS

Pastorum Musam Damonis et Alpheisiboei,  
inmemor herbarum quos est mirata iuuenta  
certantis, quorum stupefactae carmine lynceas,  
et mutata suos requierunt flumina cursus,  
Damonis Musam dicemus et Alpheisiboei. 5

Tu mihi seu magni superas iam saxa Timau,  
sive oram Illyrici legis aequoris, en erit unquam  
ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta ?  
en erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem  
sola Sophocleo tua carmina digna coturno ? 10  
a te principium, tibi desinet. accipe iussis  
carmina coepta tuis, atque hanc sine tempora circum  
inter uictrices hederam tibi serpere laurus.

Frigida uix caelo notis deresperat umbra,  
cum ros in tenera pecori gratissimus herba, 15  
incumbens tereti Damon sic coepit oliuae.

D. Nascere, praeque diem ueniens age, Lucifer,  
almum,  
coniugis indigno Nysae deceptus amore  
dum queror, et dimos, quamquam nil testibus illis  
profeci, extrema moriens tamen adloquor hora. 20  
incipi Maenalios mecum, mea tibia, uersus.  
Maenalus argutumque nemus pinosque loquentis  
semper habet ; semper pastorum ille audit amores,

VI 62 amaro R, amarae testatur Diomedes p. 453. 73 nec P<sup>2</sup> R, qui P<sup>2</sup>. 74 ut pro\*aut R, aut Scyllam<sup>2</sup>Nisi aut quam π, quod manifestum est e Seruii commento pendere : " fortasse scribendum est ' quid Scyllam Nisi loquar, aut' : nam duae Scyllae fuerunt." secuta M. 81 supra uolitaerit R. 83 laurus M. 85 referre M<sup>1</sup> P<sup>1</sup> R, Nonius p. 381, referri M<sup>2</sup> P<sup>2</sup>. VII 19 " multi uolebam legunt" Seruius. 22 Phoebus V. 25 crescentem P M<sup>2</sup>. 29 libros inter apri et capri uariatione testatur Seruius. 48 lento P M<sup>2</sup>, Seruius. laeto M. 56 aberit P. 64 " in Hebra (libro) nec myrtus uincet Veneris, nec laurea Phoebi" Seruius. 65 " fraxinus in siluis, et post populus in fluuiis, ut est nunc in Vari et in Hebra: prius populus in fluuiis, dein fraxinus in siluis" Seruius. 68 cedit P. VIII Titulus uulgatus Pharmaceutria idoneo teste caret. 11 desinam P. 13 lauros M P, laurus Quintilianus 10. 1. 92, Charisius p. 135 K. 20 adloquar M<sup>1</sup> P<sup>2</sup>. 22 pinus P<sup>1</sup>.



Panaque qui primus calamos non passus inertis.  
 incipe Maenalius mecum, mea tibia, uersus. 25  
 Mopso Nysa datur: quid non speremus amantes?  
 iungentur iam grypes equis, aetoeque sequenti  
 cum canibus timidi ueniunt ad poeula damnae.  
 Mopse, nonas incide faces: tibi ducitur uxor;  
 sparge, marite, nuces: tibi deserit Hesperus Octam.  
 incipe Maenalius mecum, mea tibia, uersus. 31  
 o digno coniuncta uiro, dum despicias omnis,  
 dumque tibi est odio mea fistula dumque capellae  
 hirsutumque supercilium promissaque barba,  
 nec eurare deum credis mortalia quemquam!  
 incipe Maenalius mecum, mea tibia, uersus. 35  
 saepibus in nostris paruam te roscida mala  
 (dux ego nester eram) uidi cum matre legentem.  
 alter ab undecimo tum me iam acceperat annus;  
 iam fragilis poteram ab terra contingere ramos. 40  
 ut uidi, ut perii! ut me malus abstulit error!  
 incipe Maenalius mecum, mea tibia, uersus.  
 nunc scio, quid sit Amor; duris in cotibus illum  
 aut Tmaros, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,  
 nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt. 45  
 incipe Maenalius mecum, mea tibia, uersus.  
 saenus Amor docuit natorum sanguine matrem  
 commaculare manus; crudelis tu quoque, mater;  
 crudelis mater magis, an puer improbus ille?  
 improbus ille puer; crudelis tu quoque, mater. 50  
 incipe Maenalius mecum, mea tibia, uersus.  
 nunc et ouis nitro fugiat lupus, aurea durae  
 mala ferant quercus, narcisso floreat alnus,  
 pinguia corticibus sudent electra myricae,  
 certent et cyenis ululae, sit Tityrus Orpheus, 55  
 Orpheus in siluis, inter delphinas Arion,  
 (incipe Maenalius mecum, mea tibia, uersus)  
 omnia uel medium fiaut mare. uiuite, siluae:  
 praecipis aeri specula de montis in undas  
 deferat; extremum hoc munus morientis habeto. 60  
 desine Maenalius, iam desine, tibia, uersus.  
 Haec Damon; uos, quae responderit Alphesiboeus,  
 dicite, Pierides; non omnia possumus omnes.  
 A. Eller aquam et molli cinge haec altaria uitta  
 uerbenasque adole pinguis et mascula tura: 65  
 coniugis ut magis sanos auertere sacris  
 experiar sensus; nihil hic nisi carmina desunt.  
 ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.  
 carmina uel caelo possunt deducere Lunam;  
 carminibus Circe socios mutauit Vlix; 70  
 frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.  
 ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.  
 terna tibi haec primum tripliciter diuersa colore  
 licia circumdo, terque haec altaria circum  
 effligim duco; numero deus impare gaudet. 75  
 ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.  
 necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores;  
 necte, Amarylli, modo, et, 'Veneris,' die, 'uincula  
 necto.'  
 ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.  
 limus ut hic durescit et haec ut cera liquescit 80  
 uno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.  
 sparge molam, et fragilis incende bitumine laurus.  
 Daphnis me malusurrit, ego haec in Daphnide laurum.  
 ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.  
 talis amor Daphnim, qualis eum fessa iuuenem 85  
 per memora atque altos quaerendo bienla lucos  
 propter aquae riuum uiridi proeumbit in ulua,  
 perdit, nec serae meminit decedere nocti,  
 talis amor tenacet, nec sit mihi cura mederi. 89  
 ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.  
 has olim exuuias mihi perdidit ille reliquit,  
 piguora cara sui; quae nunc ego limine in ipso,  
 terra, tibi mando; debent haec piguora Daphnim.

ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.  
 has herbas atque haec Ponto mihi lecta uenena 95  
 ipse dedit Moeris; nascuntur plurima Ponto.  
 his ego saepe lupum fieri et se condere siluis  
 Moerim, saepe animas imis excire sepulchris  
 atque satas alio uidi traducere messis. 99  
 ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.  
 fer cineres, Amarylli, foras, riuoque fluenti  
 transque caput iace; nec respexeris. hisego Daphnim  
 adgrediar; nihil ille deos, nil carmina curat.  
 ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.  
 aspice, corripuit tremulis altaria flammis 105  
 sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. bonum sit!  
 nescio quid certe est, et Hylax in limine latrat.  
 credimus? an, qui amant, ipsi sibi somnia lingunt?  
 parcite, ab urbe uenit, iam, carmina, parcite, Daphnis.

## ECLOGA IX [MOERIS]

## LYCIDAS MOERIS

L. Quo te, Moeri, pedes? an, quo uia ducit, in urbem?  
 M. O Lycida, niui peruenimus, aduena nostri,  
 quod nunquam ueriti sumus, ut possessor agelli  
 diceret: 'haec mea sunt; ueteres migrate coloni.'  
 nunc uicti, tristes, quoniam Fors omnia uersat, 5  
 hos illi (quod nec ueritat bene) mittimus haedos.  
 L. Certe equidem audieram, qua se subducere colles  
 incipiunt, mollique iugum demittere cliuo,  
 usque ad aquam et ueteres, iam fracta cacumina,  
 fagos  
 omnia carminibus uestrum seruasse Menalean. 10  
 M. Audieras, et fama fuit; set carmina tantum  
 nostra ualent, Lycida, tela inter Martia, quantum  
 Chaonias dicitur aquila ueniente columbas.  
 quod nisi me quacumque nonas incidere lites  
 antesinistra caua monuisset ab ilice cornix, 15  
 nec tuus hic Moeris, nec uiuere ipse Menaleas.  
 L. Heu, cadit in quemquam tantum scelus? heu,  
 tua nobis  
 paene simul tecum solacia rapta, Menalea?  
 quis caneret Nymphas? quis humum florentibus  
 herbis  
 spargeret, aut uiridi fontes induceret umbra? 20  
 uel quae sublegi tacitis tibi carmina uiper,  
 cum te ad delicias ferres, Amaryllida, nostras?  
 'Tityre, dum redeo, breuis est tui, pascere capellas,  
 et potum pastas age, Tityre, et inter agendum  
 occurrere capro, cornu ferit ille, caueo.' 25  
 M. Immo haec, quae Varo necdum perfecta canebat:  
 'Vare, tui nomen, superet modo Mantua nobis,  
 Mantua, uae, miserae nimium uicina Cremonae,  
 cantantes sublime ferent ad sidera cyeni.'  
 L. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos, 30  
 sic cytiso pastae distendant uera uaccae,  
 incipe, si quid habes. et me fecere poetam  
 Pierides; sunt et mihi carmina; me quoque dicunt  
 uatem pastores; sed non ego credulus illis.  
 nam neque adhuc Vario uideor, nec dicere Cinna 35  
 digna, set argutos inter strepere anser olores.  
 M. Id quidem ago et tacitus, Lycida, mecum ipse  
 uoluto,  
 si ualeam meminisse; neque est ignobile carmen.  
 'huc ades, o Galatea; quis est nam ludus in undis?  
 hic uer purpureum, uarios hic lumina circum 40  
 fundit humus flores, hic candida populus antro  
 imminet, et lentae texunt umbracula uites;  
 huc ades; insani feriant sine litora fluctus.'  
 L. Quid, quae te pura solum sub nocte canentem  
 audieram? numeros memini, si uerba tenerem. 45

VIII 24 primum M. 28 timidae M, timidi P<sup>2</sup>, testantur grammatici. incipe Maenalius mecum, mea tibia, uersus post u. 28 inserit g. 30 Octan V. 34 demissa P. 43 nudis P<sup>1</sup>. 58 fiat M P. 73 primum P<sup>1</sup>. 82 lauros P. 85 Daphnim M. 87 conuenit P<sup>1</sup>. 105 ut haec lambit π pro corripuit. IX Titulus uulgatus Moeris idoneo teste caret. 9 ueteris fugi P. 15 "antesinistra indiuise legendum" Seruius, qui ab antica ad sinistram partem interpretatur. ante sinistra uulg. 21 nam quae Nonius 332. 29 ferant P<sup>2</sup>. 30 Grynaeas P.

*M.* 'Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?  
 ecce Dionaei processit Caesaris astrum,  
 astrum quo segetes gauderent frugibus et quo  
 duceret apricis in collibus uua colorem.  
 insere, Daphni, puros; carpent tua poma nepotes.' 50  
 omnia fert aetas, animum quoque: saepe ego longos  
 cantando puerum memini me condere soles:  
 nunc oblita mihi tot carmina; uox quoque Moerim  
 iam fugit ipsa; lupi Moerim uidere priores.  
 sed tamen ista satis referet tibi saepe Menalcas. 55  
*L.* Causando nostros in longum ducis amores.  
 et nunc omne tibi stratum silet aequor, et omnes,  
 aspice, uentosi ceciderunt murmuris aurae;  
 hinc adeo media est nobis uia; namque sepulchrum  
 incipit apparere Bianoris: hic, ubi densas 60  
 agricolae stringunt frondes, hic, Moeri, canamus;  
 hic laedos depone, tamen uenimus in urbem.  
 aut si, nox pluuiam ne colligat ante, neremur,  
 cantantes licet usque, minus uia laedit, eamus;  
 cantantes ut eamus, ego hoc te fasce leuabo. 65  
*M.* Desine plura, puer, et, quod nunc instat, agamus;  
 carmina tum melius, cum uenerit ipse, canemus.

## ECLOGA X [GALLVS]

Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem:  
 pauca meo Gallo, set quae legat ipsa Lycoris,  
 carmina sunt dicenda: neget quis carmina Gallo?  
 sic tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos,  
 Doris amara suam non intermisceat undam, 5  
 incipe; sollicitos Galli dicamus amores,  
 dum tenera attendent simae uirgulta capellae.  
 non canimus surdis; respondent omnia siluae.  
 Quae nemora, aut qui uos saltus habuere, puellae  
 Naides, indigno cum Gallus amore peribat? 10  
 nam neque Parnasi uobis iuga, nam neque Pindi  
 ulla moram fecere, neque Aoniae Aganippe.  
 illum etiam lauri, etiam fleuere myricae;  
 pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem  
 Maenalus et gelidi fleuerunt saxa Lycaei. 15  
 stant et oues circum; (nostri nec pacnitet illas,  
 nec te paeniteat pecoris, diuine poeta:  
 et formosus ouis ad flumina pauit Adonis)  
 uenit et upilio; tardi uenere subulci;  
 unidus hiberna uenit de glande Menalcas. 20  
 omnes, 'unde amor iste,' rogant, 'tibi?' uenit Apollo:  
 'Galle, quid insanis?' inquit; 'tua cura Lycoris  
 perque niues alium perque horrida castra secuta est.'  
 uenit et agresti capitis Siluanus honore,  
 florentis ferulas et grandia lilia quassans. 25

Pan deus Arcadiae uenit, quem uidimus ipsi  
 sanguineis ebuli bacis minioque rubentem.  
 'ecquis erit modus?' inquit; 'Amor non talia curat;  
 nec lacrimis crudelis Amor, nec gramina riuus,  
 nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellae.' 30  
 tristis at ille: 'tamen cantabitis, Arcades,' inquit,  
 'montibus haec uestris: soli cantare periti  
 Arcades. o mihi tum quam molliter ossa quiescant,  
 uestra meos olim si fistula dicat amores!  
 atque utinam ex uobis unus, uestrique fuisset 35  
 aut custos gregis, aut matura uinitor uuae!  
 certe, siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,  
 seu quicumque furor (quid tum, si fuscus Amyntas?  
 et nigrae uiolae sunt et uaccinia nigra)  
 mecum inter salices lenta sub uite iaceret; 40  
 serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.  
 hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori,  
 hic nemus; hic ipso tecum consumerer aeno.  
 nunc insanus amor duri me Martis in armis  
 tela inter media atque aduersos detinet hostes; 45  
 tu procul a patria, nec sit mihi credere tantum!  
 Alpinas, a dura, niues et frigora Rheni  
 me sine sola uides. a, te ne frigora laedant!  
 a, tibi ne teneras glacies secet aspera plantas!  
 ibo, et, Chalcidico quae sunt mihi condita uersu 50  
 carmina, pastoris Siculi modulabor auena.  
 certum est in siluis inter spelea ferarum  
 malle pati tenerisque meos incidere amores  
 arboribus; crescent illae, crescetis, amores.  
 iterea mixtis lustrabo Maenala Nymphis, 55  
 aut acris uenabor apros. non me ulla uetabunt  
 frigora Parthenios canibus circumdare saltus.  
 iam mihi per rupes uideor lucosque sonantis  
 ire; libet Partho torquere Cydonia cornu  
 spicula. tamquam haec sit nostri medicina furoris,  
 aut deus ille malis hominum mitescere discat! 61  
 iam neque Amadryades rursus nec carmina nobis  
 ipsa placent; ipsae rursus concedite siluae.  
 non illum nostri possunt mutare labores,  
 nec si frigoribus mediis Hebrumque bibamus 65  
 Sithoniasque niues hiemis subeamus aquosae,  
 nec si, cum moriens alta liber aret in ulmo,  
 Aethiopum uersemus ouis sub sidere Cancr.  
 omnia uincit Amor; et nos cedamus Amori.'  
 Haec sat erit, diuae, uestrum cecinisse poetam, 70  
 dum sedet et gracili fiscellam textit hibisco,  
 Pierides; uos haec facietis maxima Gallo,  
 Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas  
 quantum uere nouo uiridis se subicit alnus.  
 surgamus: solet esse grauis cantantibus umbra; 75  
 uimperi grauis umbra; nocent et frugibus umbrae.  
 ite domum saturae, uenit Hesperus, ite capellae.

IX 54 Moerim P. X Tit. Conquestio De Agris cum Gallo Cornelio P: Conquestio Cum Gallo Poeta De Agris M. uulgatum Gallus unciis inclusi. 10 periret M<sup>1</sup>. 12 Aoniae P, Aoniae M R et grammatici praeter Seruium. 13 illum fleuere R. 20 unidus R. 28 et quis R. 31 "alii tamen superioribus iungunt: sed melius ut sic legamus tamen cantabitis" Seruius. 40 iacces M P. 42 Lycoris M P. 69 uincit M, uicit R. 74 subrigit π, subicit testantur Nonius 387 et Seruius.

P. VERGILI MARONIS  
G E O R G I C O N  
LIBER PRIMVS

QVID faciat lactas segetes, quo sidere terram  
uertere, Maecenas, nimisque adiungere nitis  
comeniat, quae cura bouum, qui cultus ha-  
bendo

sit pecori, apibus quanta experientia parcis,  
hinc canere incipiam. uos, o clarissima mundi 5  
lumina, labentem caelo quae ducitis annum;  
Liber et alma Ceres, uestro si munere tellus  
Chaoniam pingui glandem mutauit arista,  
poculaque iuuentis Aetheloa miscuit unis;  
et uos, agrestum praesentia numina, Fauni, 10  
ferre simul Faunisque pedem Dryadesque puellae:  
munera uestra cano. tuque o, cui prima frementem  
fudit eum imago tellus percussa tridentis,  
Neptune; et cultor memorum, cui pingua Caeae  
ter centum niuei tondent dumeta iuenei; 15  
ipse, nemus linquens patrum saltusque Lycaei,  
Pan, ouium custos, tua si tibi Maenala enrae,  
adsis, o Tegeae, fauens, oleaeque Minerua  
inuentrix, unice puer monstrator aratri,  
et teneram ab radice ferens, Siluane, epressum, 20  
dique deaeque omnes, studium quibus arua tueri,  
quique nouas alitis non illo semine fruges,  
quique satis largum caelo demittitis imbrem;  
tuque adeo, quem mox quae sint habitura deorum  
concilia, incertum est, urbisue inuisere, Caesar, 25  
terrarumque uelis curam, et te maximus orbis  
auctorem frugum tempestatumque potentem  
accipiat, cingens materna tempora myrto,  
an deus immensi uenias maris, ac tua nautae  
numina sola colant, tibi seruiat ultima Thule, 30  
teque sibi generum Tethys emat omnibus undis,  
anne nonum tardis sidus te mensibus addas,  
qua loens Erigonen inter Chelaeque sequentis  
panditur; ipse tibi iam brachia contrahit ardens  
Scorpius, et caeli iusta plus parte reliquit; 35  
quidquid eris, (nam te nec sperant Tartara regem,  
nec tibi regnandi ueniat tam dira cupido;  
quamuis Elysios miretur Graecia campos,  
nec repetita sequi curet Proserpina matrem)  
da faelitem cursum, atque andaeibus adnue coeptis,  
ignarosque uiae mecum miseratus agrestis 41  
ingredere, et uotis iam nunc aduisee uocari.  
Vere nouo, gelidus canis cum montibus amor  
liquitur et Zephyro putris se glaeba resoluit,  
depresso incipit iam tum mihi taurus aratro 45  
ingemere, et suleo attritus splendescere uomer,  
illa seges demum notis respondet auari  
agricolae, bis quae soleni, bis frigora sensit;  
illius immensae ruperunt horrea messes.  
ac prius ignotum ferro quam scindimus aequor, 50  
uentos et uarium caeli praediscere morem

cura sit ac patrios cultusque habitusque locorum  
et quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset.  
hic segetes, illic ueniunt felicitis uuae;  
arborum fetus alibi, atque iniussa uirescunt 55  
gramina. nonne uides, croceos ut Tmolus odores,  
India mittit ebur molles sua tura Sabaei,  
at Chalybes mudi ferrum, uiroaque Pontus  
castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?  
continuo has leges aeternaque foedera certis 60  
imposuit natura locis, quo tempore primum  
Dencalion uacuum lapides iactauit in orbem,  
unde homines nati, durum genus. ergo age, terrae  
pingue solum primis extemplo a mensibus anni  
fortes inuertant tauri, glaebasque iacentis 65  
puluerulenta coquat maturis solibus aestas;  
at si non fuerit tellus fecunda, sub ipsum  
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco:  
illic, olliciant lactis ne frugibus herbae,  
hic, sterilem exiguis ne deserat umor harenam. 70  
Alternis idem tonsas cessare nouales,  
et sequenti patiere situ durecere campum;  
aut ibi illa uera seris mutato sidere farra,  
unde prius laetum siliqua quassante legumen,  
aut tenuis fetus uiciae tristisque lupini 75  
sustuleris fragilis calamos siluamque sonantem.  
urit enim limi campum seges, urit aenae,  
urunt Lethaeo perfusa papauera somno:  
sed tamen alternis facilis labor; arida tantum  
ne saturare limo pingui pudeat sola, neue 80  
effletos cinerem immundum iactare per agros.  
sic quoque mutatis requiescunt fetibus arua,  
nec nulla interea est inaratæ gratia terrae.  
saepe etiam sterilis incendere profuit agros  
atque leuem stipulam crepitantibus urere flammis:  
sine inde occultas uires et pabula terrae 86  
pinguia concipiunt; siue illis omne per ignem  
excoquitur uitium, atque exsudat inutilis umor;  
seu plaris calor ille uias et caeca relaxat  
spiramenta, nonas ueniat qua sucus in herbas; 90  
seu durat magis, et uenas adstringit hiantis,  
ne tenues plumiæ rapideue potentia solis  
acrior aut Boreae penetrabile frigus adurat.  
Multum adeo, rastris glaebas qui frangit inertes  
uiminasque trahit cratis, iuuat arua; neque illum  
illa uera Ceres alto nequiquam spectat Olympo; 96  
et qui, proscisso quae suscitatur aequore terga,  
rursus in oblicuum uerso perumpit aratro,  
exeretque frequens tellurem, atque imperat aruis.  
Umida solstitia atque hiemes orate serenas, 100  
agricolae; hiberno lactissima puluere farra,  
laetus ager: nullo tantum se Mysia cultu  
iactat et ipsa suas mirantur Gargara messis.

I 6 "numina fuit, sed emendauit ipse" Seruius. 7 numine M<sup>2</sup>. 13 fundit P. aquam in multis codicibus extitisse testatur Seruius. 22 non ullo de semine R. 35 relinquat P. 36 sperent P<sup>2</sup> M<sup>2</sup>. 46 uomis M<sup>2</sup>. 50 "si non immensum sed ignotum legeris, 'nobis ignotum' significat" Seruius. 54 hinc—illine P<sup>1</sup>. 57 mittat M, mittit P. 60 alternaque P. 73 semine R. 82 requiescent R. 102 Moesia P<sup>2</sup>, agnoscit Seruius.

quid dicam, iacto qui semine comminus arua  
insequitur cumulosque ruit male pinguis harenae,  
deinde satis fluuium inducit riuosque recentis, 106  
et cum exustus ager morientibus aestuat herbis,  
ecce supercilio cliuosi tramitis undam  
elicit? illa cadens raucum per leuia murmur  
saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua. 110  
quid, qui, ne grandidis procabat culmus aristis,  
luxuriem segetum tenera depascit in herba,  
cum primum sulcos aequant sata? quique paludis  
collectum umorem bibula deducit harena,  
praesertim incertis si mensibus annis abundans 115  
exit et obducto late tenet omnia limo,  
unde cauae tepido sudant umore lacunae?

Nec tamen, haec cum sint hominumque bouumque labores

uersando terram experti, nihil improbus anser  
Strymoniaeque grues et amaritis nitiba fibris 120  
officiunt aut umbra nocet. pater ipse colendi  
haut facilem esse uiam uoluit, primusque per artem  
mouit agros, curis acuens mortalia corda,  
nec torpere graui passus sua regna ueterno.  
ante Iouem nulli subigeabant arua coloni; 125  
ne signare quidem aut partiri limite campum  
fas erat: in medium quaerebant, ipsaque tellus  
omnia liberius nullo poscente ferebat.  
ille malum uirus serpentibus addidit atris,  
praedarique lupos iussit pontumque moueri, 130  
mellaque decussit foliis ignemque remouit  
et passim riuus currentia uina repressit,  
ut uarias usus meditando extunderet artis  
paulatim et sulcis frumenti quaereret herbam,  
ut silicis uenis abstrusum excederet ignem. 135  
tunc alnos primum fluuii sensere cauatas;  
nauita tum stellis numeros et nomina fecit,  
Pleiadas, Hyadas, clarumque Lycaonis Arcton;  
tum laqueis captare feras et fallere uisco  
inuentum et magnos canibus circumdare saltus. 140  
atque alius latum funda iam uerberat amnem,  
alta petens, pelagoque alius trahit umida lina.  
tum ferri rigor atque argutae lammina serrae,  
(nam primi cuneis scindebant fissile lignum)  
tum uariae uenere artes. labor omnia uicit 145  
improbus et duris urgens in rebus egestas.  
prima Ceres ferro mortalis recubere terram  
instituit, cum iam glandes atque arbuta sacrae  
deficerent siluae et uictum Dodona negaret.  
mox et frumentis labor additus, ut mala culmos 150  
esset robigo segnisque horreret in aruis  
carduus; intereunt segetes, subit aspera silua,  
lappaecque tribolique, interque nitentia culta  
infelix lolium et steriles dominantur auenae.  
quod nisi et adsiduis herbam insectabere rastris 155  
et sonitu terrebis aues et ruris opaci  
falce premes umbram uotisque uocaueris imbrem,  
heu, magnum alterius frustra spectabis aceruum  
concessaque famem in siluis solabere quercu.

Dicendum et quae sint duris agrestibus arma, 160  
quis sine nec potuerit seri nec surgere messes:  
uomis et inflexi primum graue robur aratri  
tardaue Eleusinae matris uoluentia plaustra  
tribulaeque traehaeque et iniquo pondera rastris;  
uirge praeterea Celei uilisque supellex, 165  
arbutae crates et mystica uannus Iacchi.  
omnia quae multo ante memor prouisa repones,  
si te digna manet diuini gloria ruris.  
continuo in siluis magna ui flexa domatur  
in burim et curui formam accipit ulmus aratri. 170

huic ab stirpe pedes temo protentus in octo,  
binae aures, duplici aptantur dentalia dorso.  
caeditur et tilia ante iugo leuis altaque fagus  
stiuaque quae currus a tergo torqueat imos;  
et suspensa focis explorat robora fumus. 175

Possum multa tibi ueterum praecepta referre,  
ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.  
area cum primis ingenti aequanda cylindro  
et uertenda manu et creta solidanda tenaci,  
ne subeant herbae neu pulnere uicta fatiscat, 180  
tum uariae inludant pestes: saepe exiguus mus  
sub terris posuitque domos atque horrea fecit;  
aut oculis capti fodere cubilia talpae;  
inuentusque cauis bufo, et quae plurima terrae  
monstra ferunt; populatque ingentem farris aceruum  
curculio atque inopi metuens formica senectae. 186  
contemplator item, cum se nux plurima siluis  
induet in florem et ramos curuabit olentis:  
si superant fetus, pariter frumenta sequentur,  
magnaque cum magno ueniet tritura calore; 190  
at si luxuria foliorum exuberat umbra,  
nequiquam pinguis palea teret area culmos.  
semina uidi equidem multos medicare serentes,  
et nitro prius et nigra perfundere amurca,  
grandior ut fetus siliquis fallacibus esset, 195  
et, quamuis igni exiguo, properata maderent.  
nidi lecta diu et multo spectata labore  
degenerare tamen, ni uis humana quot annis  
maxima quacque manu legeret. sic omnia fatis  
in peius ruere ac retro sublapsa ferri, 200  
non aliter, quam qui aduerso uix flumine lembum  
remigiis subigit, si braccia forte remisit,  
atque illum in praeceps prono rapit alueus anni.

Praeterea tam sunt Arcturi sidera nobis  
haedorumque dies seruandi et lucidus Anguis, 205  
cum quibus in patriam uentosa per aequora uectis  
Pontus et ostriferi fauces temptantur Abydi.  
Libra die somnique pares ubi fecerit horas,  
et medium luci atque umbris iam diuidet orbem,  
excretae, uiri, tauros, serite hordea campis, 210  
usque sub extremum brumae intractabilis imbrem;  
nec non et lini segetem et Cereale papauer  
tempus humo tegere et iandudum incumbere aratri,  
dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.  
uere fabis satio; tum te quoque, Medica, putres 215  
accipiunt sulci, et milio uenit annua cura,  
candidus auratis aperit cum cornibus annum  
Taurus, et auerso cedens Canis occidit astro.  
at si triticeam in messem robustaque farra  
exerebis humum solisque instabis aristis, 220  
ante tibi Eoae Atlantides abscondantur  
Gnosiaque ardentis decedat stella Coronae,  
debita quam sulcis committas semina, quamque  
inuitae properes anni spem credere terrae.  
multi ante occasum Maiiae coepere; sed illos 225  
exspectata seges uanis elusit auenis.  
si nero uiciamque seres uilemque phaselum  
nec Pelusiaca curam aspernabere lentis,  
haut obscura cadens mittit tibi signa Bootes:  
incepi, et ad medias sementem extende pruinas. 230

Idecirco certis mensuram partibus orbem  
per duodena regit mundi Sol auens astra.  
quinque tenent caelum zonae; quarum una corusco  
semper sole rubens et torrida semper ab igni; 234  
quam circum extremae dextra laeuaque trahuntur,  
caeruleae, glacie concretae atque imbribus atris;  
has inter medianque duae mortalibus aegris  
munere concessae diuom, et uia secta per ambas,

106 sequentes ceteri codd., Seruius; *fluentes* R, quod interpretamentum uocis *recentis* esse puto, cuius *sequentis* corruptela sit: cf. Seruius ad Aen. 6. 635 "*recentis* semper *fluens*." 133 *extruderet* P<sup>2</sup>. 139, 140 *laqueo, latos*, Sen. Vit. Beat. 14. 3. 146 *surgens* P M<sup>1</sup>. 155 *terram* R. 157 *umbras* P. 166 *uallus* R, agnoscit Seruius. 174 *stiuae quae*, Voss Iahn Wunderlich Schaper. uu. 173 174 transposuit Schrader. *stiuaque quae* codd. et Seru. 181 *includunt* P<sup>2</sup> M<sup>2</sup>, *includunt* R M<sup>1</sup> P<sup>1</sup>. 188 *curuauit* M. 192 *pingues palcae* Philargyrii tempore legebatur. *terri* R. 203 *illum in praeceps prono* M, Gellius 9. 29, Nonius p. 530: *illum praeceps prono* P, *illum prono in praeceps* R. *trahit pro rapit* R. 208 *dies pro die* e uetusto codice adfert Gellius 9. 14. 209 *diuidit* M P. 213 *rastris* R M<sup>2</sup>. 218 *aduerso* M cum Philargyrio, *auerro* A P R. utriusque mentionem facit Seruius. 226 *auenis* P, *aristis* A M R, Nonius pp. 301, 416. 229 *mittit* M.

obliquis qua se signorum uerteret ordo.  
mundus, ut ad Seythiam Riphaeasque arduus arces  
consurgit, premitur Libyae deuexus in austrus. 241  
hic uertex nobis semper sublimis; at illum  
sub pedibus Styx atra uidet Manesque profundi.  
maximus hic flexu sinuoso elabitur Anguis  
circum perque duas in morem luminis Aretos, 245  
Aretos Oceani muententes aequore tingui.  
illie, ut perhibent, aut intempesta silet nox  
semper et obtenta densentur nocte tenebrae,  
aut redit a nobis Aurora diemque rediit,  
nosque ubi primus equis Oriens adflauit anhelis, 250  
illic sera rubens accendit lumina Vesper.  
hinc tempestates dubio praediscere caelo  
possimus, hinc messisque diem tempusque serendi,  
et quando infidum remis impellere marmor  
conueniat, quando armatas deducere elassis, 255  
aut tempestiuam sibilis euertere pinum:  
nec frustra signorum obitus speculamur et ortus,  
temporibusque parem diuersis quattuor annuum.

Frigidus agricolam si quando continet imber,  
multa, forent quae mox caelo properanda sereno, 260  
maturare datur: durum proeudit arator  
uomeris obtusi dentem, euanat arbore luntres,  
aut pecori signum aut numeros impressit acernis.  
exacunt alii uallos furesque hibernis,  
atque Amerina parant lentae retinacula uiti. 265  
nunc facilis rubea texatur liscina uirga;  
nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.  
quippe etiam festis quaedam exereere diebus  
fas et iura sinunt; riuos deducere nulla  
religio netuit, segeti praetendere saepem, 270  
insidias anibus moliri, incendere nepes,  
balantumque gregem fluuio mersure salubri.  
saepe oleo tardi costas agitator aselli  
uilibus aut onerat pomis, lapidemque reuertens  
ineunum aut atrae massam picis urbe reportat. 275

Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna  
felices operum. quintam fugae; pallidus Orens  
Emmenidesque satae; tum partu Terra nefando  
Coemque Iapetumque creat saeuumque Typhoea  
et conuortas caelum rescindere fratres. 280  
ter sunt conati imponere Pelio Ossam  
scilicet, atque Ossae frondosum inuoluere Olympum;  
ter Pater exstructos disiecit fulmine montis.  
septima post decimam felix et ponere uitam  
et prensos domitare boues et licia telae 285  
addere; nona fugae melior, contraria furtis.

Multa adeo gelida melius se nocte dedere,  
aut cum sole nouo terras iurorat Eous.  
nocte leues melius stipulae, nocte arida prata  
tendentur; noctes lentus non deficit umor. 290  
et quidam seros hiberni ad luminis ignis  
pernigilat, ferroque faces inspicat aento;  
interea longum cantu solata laborem  
arguto coniunx percurrat pectine telas,  
aut dulcis musti Volcano decoquit mmorem 295  
et foliis nudam trepidi desumpat alieni.  
at rubicunda Ceres medio succiditur aestu,  
et medio tostas aestu terit area fruges.  
nudus ara, sere nudus; hiemps ignava colono.  
frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur, 300  
mutuaeque inter se laeti comiuiua curant;  
immitat genialis hiemps curasque resoluit:  
eui pressae cum iam portum tetigere carinae,  
puppibus et laeti nauatae imponere coronas.  
sed tamen et quernas glandes tum stringere tempus  
et lauri bacas oleamque orientaque myrta; 306  
tura grnibus pedicas et retia ponere cernis,  
auritosque sequi lepores; tum figere dammas,  
stuppea torquentum Balearis uerbera fundae,  
eum nix alta iacet, glaciem cum lumina trudent.

Quid tempestates autumnii et sidera dicam, 311  
atque, ubi iam breuiorae dies et mollior aestas,  
quae uigilanda uiris? nec um ruit imbriferum uer,  
spicea iam campis cum messis inhorrui, et cum  
frumenta in uiridi stipula lactentia turgent? 315  
saepe ego, cum flauis messorum induceret aruis  
agricola et fragili iam stringeret hordea culmo,  
omnia uentorum concurrere proelia uidi,  
quae grauidam late segetem ab radicibus imis  
sublimem expulsam eruerent; ita turbine nigro 320  
ferret hiemps culmumque leuem stipulasque uo-  
lantis.

saepe etiam immensum caelo nenit agmen aquarum,  
et foedam glomerant tempestatem imbribus atris  
collectae ex alto nubes; ruit arduus aether,  
et pluuia ingenti sata laeta bouum labores 325  
diluit; impleuntur fossae et caua lumina crescut  
cum sonitu feruetque fretis spirantibus aequor.  
ipse Pater media nimborum in nocte corusca  
fulmina molitur dextra; quo maxima motu  
terra tremit, fugere ferae et mortalia corda 330  
per gentis humilis strauit pauor; ille flagranti  
aut Athon aut Rhodopen aut alta Ceramnia telo  
deiecit; ingeminant austri et densissimus imber;  
nunc memora ingenti uento, nunc litora plangunt.  
hoc metuens, caeli menses et sidera serna, 335  
frigida Saturni sese quo stella receperet,  
quos ignis caeli Cyllenius erret in orbis.

in primis uenerare deos, atque annua magnaee  
sacra refer Cereri laetis operatis in herbis,  
extremae sub casum hiemis, iam uere sereno. 340  
tum pingues agni, et tum mollissima uina;  
tum somni dulces densaeque in montibus umbrae.  
cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,  
cui tu lacte fauos et miti dilue Baccho,  
terque nouas circum felix cedit hostia fruges, 345  
omnis quam chorus et socii eomitentur onantes,  
et Cererem clamore uocent in tecta; neque ante  
faleam maturis quisquam supponat aristis,  
quam Cereri torta redimitus tempora quereu  
det motus incompositus et carmina dicat. 350

Atque haec ut certis possemus noscere signis,  
aestasque pluuiaque et agentis frigora uentos,  
ipse Pater statuit quid menstrua Luna moneret;  
quo signo caderent austri; quid saepe uidentes  
agricolae propius stabulis armenta tenerent. 355  
continuo, uentis surgentibus, aut freta ponti  
incipiunt agitata tumescere et aridus altis  
montibus audiri fragor, aut resonantia longe  
litora misceri et nemorum increbrescere murmur.  
iam sibi tum curuis male temperat unda earinis, 360  
cum medio celeres renolant ex aequore mergi  
clamoremque ferunt ad litora omne marinae  
in siccio ludunt fuliense notasque paludis  
deserit atque altam supra uolat ardea nubem.  
saepe etiam stellas, nento impendente, uidebis 365  
praecipites caelo labi, noetisque per umbram  
flammarum longus a tergo albescere tractus;  
saepe leuem paleam et frondes uolitare cadneas,  
aut summa nantis in aqua colludere plumas.  
at Boreae de parte truces cum fulminat, et cum 370  
Eurique Zephyrique tonat domus; omnia plenis  
rura natant fossis atque omnis nauita ponto  
umida uela legit. nunquam imprudentibus imber  
obfuit: aut illum surgentem ualibus imis  
aeriae fugere grues, aut bucula caelum 375  
suspiciens patulis captauit maribus auras,  
aut arguta laeus circumuolitant hirundo,  
et neterem in limo ranae cecinerunt qurellam.  
saepe ins et tectis penetralibus extulit oua  
angustum fornica terens iter, et bibit ingens 380  
areus, et e pastu decedens agmine magno

248 densantur M. 251 illis Seneca Ep. 122 2, fortasse recte. 252 praedicere R. 260 post M. 266 facili P. 269 diducere M. 282 inuertere P<sup>1</sup>. 284 uita R et fortasse Seruius. 288 nel R. 296 trepidis M R. 315 lactentia R. 318 consurgere R. 321 migrantis P<sup>1</sup>. 327 spumantibus R. 334 plangit R, Seruius, qui interpretatur "resonare facit." agnoscit autem plangunt. 337 caelo M. 340 casu R. 351 noscere M<sup>2</sup>, disicere M<sup>1</sup> R. 357 arduus R. 360 a curuis R.

coruorum increpuit densis exercitus alis.  
 iam varias pelagi uolucres, et quae Asia circum  
 dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,  
 certatim largos umeris infundere rores, 385  
 nunc caput obiectare fretis, nunc currere in undas,  
 et studio in cassum uideas gestire lauandi.  
 tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce  
 et sola in sicca secum spatiaur harena.  
 ne nocturna quidem carpentes pensa puellae 390  
 nesciure hiemem, testa cum ardente uiderent  
 scintillare oleum et putris concrecere fungos.  
 Nec minus ex imбри soles et aperta serena  
 prospicere et certis poteris cognoscere signis :  
 nam neque tum stellis acies obtusa uidetur 395  
 nec fratris radiis obnoxia surgere Luna  
 tenuia nec lanæ per caelum uellere ferri ;  
 non tepidum ad solem pinnas in litore pandunt  
 dilectae Thetidi alcyones, non ore solutos  
 immundi meminere sues iactare maniplos. 400  
 at nebulae magis ima petunt campoque recumbunt,  
 solis et occasum seruans de culmine summo  
 nequiquam seros exercet noctua cantus.  
 apparet liquido sublimis in aere Nisus,  
 et pro purpureo poenas dat Scylla capillo ; 405  
 quacumque illa leuem fugiens secat aethera pinnis,  
 ecce inimicus, atrox, magno stridore per auras  
 insequitur Nisus ; qua se fert Nisus ad auras,  
 illa leuem fugiens raptim secat aethera pinnis.  
 tum liquidas corui presso ter gutture uoces 410  
 aut quater ingeminant, et saepe cubilibus altis,  
 nescio qua praeter solitum dulcedine laeti,  
 inter se in foliis strepitant ; inuat imbribus actis  
 progeniem paruam dulcisque reuisere nidos ;  
 haut, equidem credo, quia sit diuinitus illis 415  
 ingenium aut rerum fato prudentia maior ;  
 uerum, ubi tempestas et caeli mobilis umor  
 mutauere uias et Iuppiter uuidus austris  
 denset, erant quae rara modo, et, quae densa, relaxat,  
 uertuntur species animorum, et pectora motus 420  
 nunc alios, alios, dum nebula uentus agebat,  
 concipiunt : hinc ille auium concentus in agris  
 et laetae pecudes et ouantes gutture corui.  
 Si uero solem ad rapidum lunasque sequentes  
 ordine respicias, numquam te crastina fallit 425  
 hora neque insidiis noctis capiere serenae.  
 luna, reuertentes cum primum colligit ignis,  
 si nigrum obscuro comprehenderit aera cornu,  
 maxumus agricolis pelagoque parabitur imber ;  
 at si uirgineum suffuderit ore ruborem, 430  
 uentus erit ; uento semper rubet aurea Phoebe.  
 sin ortu quarto, namque is certissimus auctor,  
 pura neque obtunsis per caelum cornibus ibit,  
 totus et ille dies, et qui nascuntur ab illo  
 exactum ad mensem, pluua uentisque carebunt, 435  
 uotaque seruati soluent in litore nautae  
 Glaucos et Panopeae et Inoo Melicertae.  
 sol quoque et exoriens et cum se condet in undas  
 signa dabit ; solem certissima signa secuntur,  
 et quae mane refert et quae surgentibus astris. 440  
 ille ubi nascentem maculis uariauerit ortum  
 conditus in nubem medioque refugerit orbe,  
 suspecti tibi sint imbres ; namque urget ab alto  
 arboribusque satisque Notus pecorique sinister.  
 aut ubi sub lucem densa inter nebula sese 445  
 diuersi rumpent radii, aut ubi pallida surget  
 Tithoni croceum linquens Aurora cubile,  
 heu, male tum mitis defendet pampinus uuas :  
 tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

hoc etiam, emenso cum iam decedit Olympo, 450  
 profuerit meminisse magis ; nam saepe uidemus  
 ipsius in uoltu uarios errare colores ;  
 caeruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros ;  
 sin maculae incipient rutilo immiscerier igni,  
 omnia tum pariter uento nimbisque uidebis 455  
 feruere. non illa quisquam me nocte per altum  
 ire neque a terra moneat conuellere funem.  
 at si, cum referetque diem condetque relatum,  
 lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis,  
 et claro siluas cernes Aquilone moueri. 460  
 denique, quid uesper serus uehat, unde serenas  
 uentus agat nubes, quid cogit umidus Auster,  
 sol tibi signa dabit. solem quis dicere falsum  
 audeat ? ille etiam caecos instare tumultus  
 saepe monet fraudemque et operta tumescere bella.  
 ille etiam extincto miseratus Caesare Romam, 466  
 cum caput obscura nitidum ferrugine textit,  
 impiaque aeternam timerunt saecula noctem.  
 tempore quamquam illo tellus quoque et aequora  
 ponti  
 obscurnaeque canes importunaeque uolucres 470  
 signa dabant, quotiens Cyclopum efferuere in agros  
 uidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam,  
 flammaramque globos liquefactaque uoluer saxa !  
 armorum sonitum toto Germania caelo  
 audiit ; insolitis tremuerunt motibus Alpes. 475  
 uox quoque per lucos uolgo exaudita silentis,  
 ingens, et simulacra modis Germania miris  
 uisa sub obscurum noctis ; pecudesque locutae,  
 infandum ! sistunt amnes terraeque dehiscunt  
 et maestum inlacrimat templis ebur aeraque sudant.  
 proluit insano contorquens uertice siluas 481  
 fluuiorum rex Eridanus, camposque per omnis  
 cum stabulis armenta tulit. nec tempore eodem  
 tristibus aut extis fibrae apparere minaces  
 aut puteis manare cruor cessauit, et altae 485  
 per noctem resonare lupis ululantibus urbes.  
 non alias caelo ceciderunt plura sereno  
 fulgura, nec diri totiens arsere cometae.  
 ergo inter sese paribus concurrere telis  
 Romanas acies iterum uidere Philippi ; 490  
 nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro  
 Emathiam et latos Haemi pinguescere campos.  
 scilicet et tempus ueniet, cum finibus illis  
 agricola, incuruo terram molitus aratro,  
 exesa inueniet scabra robigine pila, 495  
 aut grauius rastris galeas pulsabit inanis,  
 grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris.  
 di patrii, Indigetes, et Romule Vestaque mater,  
 quae Tuscum Tiberim et Romana Palatia seruas,  
 hunc saltem euerso iuuenem succurrere saeclo 500  
 ne prohibete ! satis iam pridem sanguine nostro  
 Laomedontaeae humus peruria Troiae ;  
 iam pridem nobis caeli te regia, Caesar,  
 inuidet, atque hominum queritur curare triumphos ;  
 quippe ubi fas uersum atque nefas : tot bella per  
 orbem,  
 tam multae sclerum facies ; non ullus aratro 506  
 dignus honos ; squalent abductis arua colonis,  
 et curuae rigidum falces conflantur in ensem.  
 hinc mouet Euphrates, illine Germania bellum ;  
 uicinae ruptis inter se legibus urbes 510  
 arma ferunt ; saeuit toto Mars impius orbe ;  
 ut cum carceribus sese effudere quadrigae,  
 addunt in spatio, et frustra retinacula tendens  
 fertur equis auriga, neque audit curru habenas.

383 *uariae* M R, *uarias* probat Seruius. 386 *undam* R M<sup>2</sup>. 399 "*alii soluto ore accipiunt, id est nimium patenti*" Seruius. 418 *umidus* R. 436 *ad litora* R. 439 *sequuntur* M. 442 *refulserit* Consentius p. 398. 446 *rumpunt, surgit*, R. 454 *incipiunt* M<sup>1</sup> R g, *incipient* M<sup>2</sup>. 457 *moueat* M<sup>1</sup>. 461 *ferat* M<sup>1</sup> R. 470 *obscurae* M, *obscuri* cett. codd. 487 *sinistro* Schol. Bern., g, fortasse recte, ut *sereno* glossema sit. 491 *superi* con. Markland, idque uidetur legisse Seruius, qui interpretatur "quasi exclamatio est ad deos." 508 *formantur* Nonius p. 380, Seruius ad Aen. 12. 304. 513 *addunt spatia* M<sup>1</sup>, Scholia Bernensia, Bambergensis et Monacensis Quintilliani 8. 3. 78, Seruii Vaticanus, confirmant codd. Siliu 16. 373 "in spatio addebant." *addunt spatia* R, *addunt in spatia* M<sup>2</sup>, Seruii ceteri codd.

## LIBER SECVNDVS

Hactenus aruorum cultus et sidera caeli,  
nunc te, Bacche, canam, nec non siluestria tecum  
uirgulta et prolem tarde crescentis oliuae.  
huc, pater o Lenae; tuis hic omnia plena  
muneribus, tibi pampineo grauidus autumnio 5  
lloret ager, spumat plenis uindemia labris;  
huc, pater o Lenae, ueni, mudataque musto  
tingue nouo mecum dereptis crura coturnis.  
Prineipio arboribus uaria est natura creandis.  
namque aliae, nullis hominum cogentibus, ipsae 10  
sponte sua ueniunt camposque et flumina late  
curua tenent, ut molle siler lentaeque genestae,  
populus et glauca canentia fronde salicta;  
pars autem posito surgunt de semine, ut altae  
castaneae, nemorumque Ioui quae maxima frondet  
aesculus, atque habitatae Graeis oraeuia quercus. 16  
pullulat ab radice aliis densissima silua,  
ut cerasis ulmisque; etiam Parnasia laurus  
parua sub ingenti matris se subicit umbra.  
hos natura modos primum dedit; his genus omne 20  
siluarum fruticumque uiret nemorumque sacrorum.  
Sunt alii, quos ipse uia sibi repperit usus.  
hic plantas tenero abscondens de corpore matrum  
deposuit sulcis; hic stirpes obruit aruo  
quadrifidasque sudes et acuto robore nallas; 25  
siluarumque aliae pressos propaginis arens  
expectant et uia sua plantaria terra;  
nil radiceis egent aliae, summumque putator  
haut dubitat terrae referens mandare cacumen;  
quin et candicibus sectis, mirabile dictu,  
truditur e siceo radix oleagina ligno; 30  
et saepe alterius ramos impune uidemus  
uertere in alterius, mutatamque insita mala  
ferre pirum, et prunis lapidosa rubescere corna.  
Quare agite o, proprios generatim discite cultus,  
agricolae, fructusque feros mollite colendo, 36  
neu segnes iaceant terrae. iuuat Ismara Baccho  
conserere atque olea magnum uestire Taburnum.  
tuque ades inceptumque una decurre laborem,  
o decus, o famae merito pars maxima nostrae, 40  
Maccenas, pelagoque uolans da uela patenti.  
non ego cuieta meis amplecti nersibus opto,  
non, mihi si linguae centum sint oraque centum,  
ferrea uox; ades et primi lege litoris oram;  
in manibus terrae; non hic te carmine ficto 45  
atque per ambages et longa exorsa tenebo.  
Sponte sua quae se tollunt in luminis auras,  
infecunda quidem, sed laeta et fortia surgunt;  
quippe solo natura subest. tamen haec quoque, si  
quis  
inserat, aut serobibus mandat mutata subactis, 50  
exuerint siluestrem animum, cultuque frequenti  
in quascumque uoces artes haut tarda sequentur.  
nec non et sterilis quae stirpibus exit ab imis  
hoc faciet, uacuos si sit digesta per agros;  
nunc altae frondes et rami matris opacant  
crescentique adimunt fetus uruntque ferentem. 55  
iam, quae seminibus iactis se sustulit arbos,  
tarda uenit, seris factura nepotibus umbram,  
pomaque degenerant sucos oblita priores,  
et turpis aibus praedam fert uua racemos. 60  
Scilicet omnibus est labor impendendus, et omnes  
cogendae in suleum ac multa mercede demandae.  
set truncis oleae melius, propagine uites  
respondent, solido Paphiae de robore myrtus;

plantis et durae coryli nascuntur et ingens 65  
fraxinus Herculeaeque arbos umbrosa coronae  
Chaonique patris glandes; etiam ardua palma  
nascitur et casus abies uisura marinos.  
inseritur uero et fetu nucis arbutus horrida,  
et steriles platani malos gessere ualentis; 70  
castaneae tagus, ornusque incauit albo  
flore piri, glandemque sucos fregere sub ulmis.  
Nec modus inserere atque oculos imponeresimplex.  
nam, qua se medio tridunt de cortice gemmae  
et tennis rumpunt tunicas, angustus in ipso 75  
lit nodo sinus; huc aliena ex arbore germinem  
includunt, uoque docent inolescere libro.  
aut rursus enodes trunci resecantur, et alte  
linditur in solidum cumeis uia, deinde feraces  
plantae immittuntur; nec longum tempus, et ingens  
exiit ad caelum ramis felicibus arbos 81  
miraturque nonas frondes et non sua poma.  
Praeterea genus haut minus, nec fortibus ulmis,  
nec salici lotoque neque Idaeis cyparissis;  
nec pingues unam in faciem nascuntur oliuae, 85  
orchades et radij et amara pansiua bacca  
pomaque et Akinoi siluae; nec surculus idem  
Crustumis Syriisque piris grauibusque uolemis.  
non eadem arboribus pendet uindemia nostris,  
quam Methymnaeo carpit de palmito Lesbos; 90  
sunt Thasiae uites, sunt et Mareotides albae,  
pinguibus hae terris habiles, leuioribus illae;  
et passo Psithia utilior, tenuisque Lagoes,  
temptatura pedes olim nineturaque linguam;  
purpureae, praeciaeque; et quo te carmine dicam, 95  
Rhaetica? nec cellis ideo contende Falernis.  
sunt et Animneae uites, firmissima uia,  
Tmolius adsurgit quibus et rex ipse Phanaeus;  
argitisque minor, cui non certauerit ulla  
aut tantum fluere aut totidem durare per annos. 100  
non ego te, Dis et mensis accepta secundis,  
transierim, Rhodia, et tumidis, Bumaste, racemis.  
sed neque quam multae species nec nomina quae sint,  
est numerus; neque enim numero comprehendere refert;  
quem qui scire uelit, Libye uelit aequoris idem 105  
discere quam multae Zephyro turbentur harenae,  
aut, ubi nauigijs uolentior incidit Eurus,  
nosse quot Iouii neiant ad litora fluctus.  
Nec uero terrae ferre omnes omnia possunt.  
Iuminibus salices crassisque paludibus alni 110  
nascuntur, steriles saxosis montibus omni  
litora myrtetis laetissima; denique apertos  
Bacchus amat collis, aquilonem et frigora taxi.  
aspice et extremis domitum cultoribus orbem,  
Eoasque domos Arabum piosque Gelonos; 115  
diuisae arboribus patriae. sola India nigrum  
fert hebenum, solis est turea uirga Sabaeis.  
quid tibi odorato referam sudantia ligno  
balsamaque et bacas semper frondentis acanthi?  
quid memora Aethiopyum, molli canentia lana? 120  
uelleraque ut folijs depectant tenuia Seres?  
aut quos Oceano propior gerit India lucos,  
extremi sinus orbis, ubi aera uincere summum  
arboris haut ulla iactu potuere sagittae?  
et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris. 125  
Media fert tristis sucos tardumque saporem  
feliceis mali, quo non praesentius ullum,  
pocula si quando saeuae infeecere nouercae  
miscueruntque herbas et non innoxia uerba,

II 8 *direptis* M. 22 *aliae quas ipse uia* M, *aliae quas ipse uias* Scaliger: *uia* confirmant Seruius et Schol. Bern. 47 *auras* M<sup>2</sup>, Seruius, *oras* M<sup>1</sup>. 52 *uoles* M. 54 *fuciat* M<sup>1</sup>. 65 pro *et durae* legebatur etiam *edurae*, ut Seruius testatur et scholia Bernensia. 69 pro *horrida* legebatur etiam *horrens*, teste Seruio et schol. Bern. 71 *fagos* M G, *fagus* Priscianus l p. 438 (Hertz) et schol. Bern. *fagus* autem nominatiuum singularis esse puto. 82 *miratustque* Seruius, *miratustque* M<sup>1</sup>. 106 *dicere* M V. 121 "alii depectat legunt" Seruius.

auxilium venit ac membris agit atra uenena. 130  
 ipsa ingens arbos faciemque simillima lauro,  
 et, si non alium late iactaret odorem,  
 laurus erat; folia haud ullis labentia uentis;  
 flos adprima tenax; animas et olentia Medi  
 ora fouent illo et senibus medicantur anhelis. 135  
 Sed neque Medorum siluae, ditissima terra,  
 nec pulcher Ganges atque auro turbidus Ilernus  
 laudibus Italiae certent, non Bactra, neque Indi,  
 totaque turiferis Panchaia pinguis harenis.  
 haec loca non tauri spirantes naribus ignem 140  
 inuertere satis inmanis dentibus hydri,  
 nec galeis densisque uirum seges horruit hastis;  
 set grauidae fruges et Bacchi Massicus umor  
 impleure; tenent oleae armentaue laeta.  
 hinc bellator equus campo sese arduus infert; 145  
 hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus  
 uictima, saepe tuo perfusi flumine sacro,  
 Romanos ad templa deum duxere triumphos.  
 hic uer adsidium atque alienis mensibus aestas;  
 bis grauidae pecudes, bis pomis utilis arbos. 150  
 at rabidae tigres absunt et saeuia leonum  
 semina, nec miseros fallunt aconita legentis,  
 nec rapit immensos orbis per humum, neque tanto  
 squameus in spiram tractu se colligit anguis.  
 adde tot egregias urbes operumque laborem, 155  
 tot congesta mann praeruptis oppida saxis,  
 fluminaque antiquos subterlabentia muros.  
 anmare, quod supra, memorem, quodque adluit infra?  
 anne lacus tantus, te, Lari maxime, teque,  
 fluctibus et fremitu adsurgens, Benace, marino? 160  
 an memorem portus Lucrinoque addita claustra  
 atque indignatum magnis stridoribus aequor,  
 Iulia qua ponto longe sonat unda refuso  
 Tyrrhenusque fretis immittitur aestus Auernis?  
 haec eadem argenti riuos aerisque metalla 165  
 ostendit nenis, atque auro plurima fluxit.  
 haec genus acre nimum, Marsos pubemque Sabellam  
 adsuetumque malo Ligurem Volcosque uertos  
 extulit, haec Decios, Marios, magnosque Camillos,  
 Scipiadas duos bello, et te, maxime Caesar, 170  
 qui nunc extremis Asiae iam uictor in oris  
 inbellem auertis Romanis arcibus Indum,  
 salue, magna parens frugum, Saturnia tellus,  
 magna uirum; tibi res antiquae laudis et artis  
 ingredior, sanctos ausus recludere fontis, 175  
 Aseraeumque cano Romana per oppida carmen.  
 Nunc locus aruorum ingenis, quae robora cuique,  
 quis color, et quae sit rebus natura ferendis.  
 difficiles primum terrae collesque maligni,  
 tenuis ubi argilla et dumosus calculus aruis, 180  
 Palladia gaudent silua uinacis oliuae.  
 indicio est tractu surgens oleaster eodem  
 plurimum et strati bacis siluestribus agri.  
 at quae pinguis humus dulcique nigline laeta,  
 quique frequens herbis et fertilis ubere campus 185  
 (qualem saepe cana montis conualle solemus  
 despiciere; huc summis liquuntur rupibus amnes,  
 felicemque trahunt limum) quique editus austro,  
 et filicem curuis inuisam pascit aratris:  
 hic tibi praenalidas olim multoque fluentis 190  
 sufficere Baccho uitis, hic fertilis uuae,  
 hic laticis, qualem pateris libamur et auro,  
 inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,  
 lancibus et pandis fumantia reddimus exta. 195  
 sin armenta magis studium uitulosque tueri,  
 aut fetus ouium aut nrentis culta capellas,  
 saltus et saturi petito longinqua Tarenti,  
 et qualem infelix amisit Mantua campum,  
 pascentem niueos herboso flumine cyenos:

non liquidi gregibus fontes, non gramina derunt, 200  
 et, quantum longis carpent armenta diebus,  
 exigua tantum gelidus ros nocte reponet.  
 nigra tere et presso pinguis sub uomere terra,  
 et cui putre solum (namque hoc imitatur arando)  
 optima frumentis; non illo ex aequore cernes 205  
 plura domum tardis decedere plaustra iuuenis;  
 aut unde iratus siluam deuexit arator  
 et nemora euertit multos ignaua per annos,  
 antiquasque domos auium cum stirpibus imis  
 eruit; illae altum midis petiere relictis; 210  
 at rudis enituit impulso uomere campus.  
 nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris  
 uix humilis apibus casias roremque ministrat;  
 et tofus scaber et nigris exesa chelydris  
 creta negant alios aequae serpentibus agros 215  
 dulcem ferre cibum et curuas praebere latebras.  
 quae tenuem exhalat nebulam fumosque uolueris,  
 et bibit umorem et, cum nolt, ex se ipsa remittit,  
 quaeque suo semper uiridi se gramine uestit,  
 nec scabie et salsa laedit robigne ferrum, 220  
 illa tibi laetis intextet uitibus ulmos,  
 illa ferax oleo est, illam experiere colendo  
 et facilem pecori et patientem uomeris mnei.  
 talem diues arat Capua et nicina Vesaeo  
 ora iugo et nacuis Clanius non aequus Acerris. 225  
 Nunc, quoquamque modo possis cognoscere, dicam.  
 rara sit an supra morem si densa requires,  
 altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho,  
 densa magis Cereri, rarissima quaeque Lyaeo: 230  
 ante locum capies oculis, alteque iubebis  
 in solido puteum demitti, omnemque repones  
 rursus humum et pedibus summam aequa bis harenas.  
 si derunt, rarum pecorique et uitibus almis  
 aptius uber erit; sin in sua posse negabunt 235  
 ire loca et scrobibus superabit terra repletis  
 spissus ager; glaebas eunctantis crassaue terga  
 exspecta, et ualidis terram proscinde iuuenis.  
 salsa autem tellus et quae perhibetur amara  
 (frugibus infelix ea, nec mansuescit arando,  
 nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat) 240  
 tale dabit specimen: tu spisso uimine qualos,  
 colaue prelorum fumosis deripe tectis;  
 huc ager ille malus dulcesque a fontibus undae  
 ad plenum calcetur; aqua eluctabitur omnis  
 scilicet, et grandes ibunt per uimina guttae; 245  
 at sapor indicium faciet manifestus, et ora  
 tristia temptantum sensu torquetur amaror.  
 pinguis item quae sit tellus, hoc denique pacto  
 discimus: haud umquam manibus iactata fatiscit,  
 sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. 250  
 nmida maiores herbas alit, ipsaque iusto  
 laetior. a, nimium ne sit mihi fertilis illa,  
 nec se praenalidam primis ostendat aristis!  
 quae grauis est, ipso tacitam se pondere prodit,  
 quaeque leuis, promptum est oculis praediscere 255  
 nigram,  
 et quis cui color. at sceleratum exquirere frigus  
 difficile est: piceae tantum taxique nocentes  
 interdum aut hederae pandunt uestigia nigrae.  
 His animaduersis, terram multo ante memento  
 excoquere et magnos scrobibus concidere montis, 260  
 ante supinatas aquiloni ostendere glaebas,  
 quam laetum infodias uitis genus. optima putri  
 arua solo: id nenti curant gelidaeque pruiniae  
 et labefacta monens robustus ingera fessor.  
 at, si quos hant ulla uiros uigilantia fugit, 265  
 ante locum similem exquirunt ubi prima paretur  
 arboribus seges et quo mox digesta feratur,  
 mutatam ignorent subito ne semina matrem.

134 "adprima est nomen pro aduerbio" Seruius, ad prima uulg. 136 regna M<sup>2</sup>. 174 artem P. 186 uidemus P (? uidemur?). 194 patulis M<sup>1</sup>. 196 ouium fetum P, ouium fetus M. 202 reponit M. 220 aut pro et M<sup>2</sup>. 221 in-  
 texit P. 222 oleae M. 227 requires M<sup>1</sup> P, requiras M<sup>2</sup> R. 247 tristia temptantum sensu torquetur amaror in libro  
 qui "ex domo fuisset atque familia Vergilii" Hyginus se inuenisse dixit (Gellius 1. 21). amaror M, Seruius,  
 amaro P R, agnoscit Seruius. 253 neu M<sup>2</sup>. 254 prodit M. 256 quisquis pro quis cui P M<sup>2</sup>, quis cuique M<sup>1</sup>, quis cui  
 ciue R. quisquis probat Seruius. 260 circumdare pro concidere B.



quin etiam caeli regionem in cortice signant,  
 ut, quo quaque modo steterit, qua parte calores 270  
 austrinos tulerit, quae terga obuerterit axi,  
 restituant: adeo in teneris consuescere multum est.  
 collibus an plano melius sit ponere nitent,  
 quaeque prins. si pinguis agros metabere campi,  
 densa sere; in denso non sequior ubere Bacchus; 275  
 sin tumulis adhaec solum collesque supinos,  
 indulge ordinibus, nec setius omnis in unguem  
 arboribus positus secto uia limite quadret.  
 ut saepe ingenti bello cum longa cohortes  
 explicuit legio et campo stetit agmen aperto 280  
 derectaeque acies ac late fluctuat omnis  
 aere residentis tellus, needum horrida miscent  
 proelia, sed dubius mediis Mars errat in armis;  
 omnia sunt paribus numeris dimensa marum;  
 non animum modo uti pascat prospectus inanem, 285  
 sed quia non aliter uires dabit omnibus aequas  
 terra, neque in uacuum poterunt se extendere rami.

Forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras.  
 ausim uel tenni nitent committere sulco.  
 altior ac penitus terrae defigitur arbos, 290  
 aesculus in primis, quae, quantum nertice ad auras  
 aetherias, tantum radice in Tartara tendit.  
 ergo non hienes illam, non labra neque imbres  
 conuclunt; immota manet multosque nepotes,  
 multa uirum uolens durando saecula uocit; 295  
 tum fortis late ramos et brachia tendens  
 huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.

Neue tibi ad solem uergant uineta cadentem;  
 neue inter nites corylum sere; neue flagella  
 summa pete, aut summa defringe ex arbore plantas;  
 tantus amor terrae; neu ferro laede retinso 301  
 semina; neue oleae siluestris insere truncos;  
 nam saepe incantis pastoribus excidit ignis,  
 qui, furtim pingui primorum sub cortice tectus,  
 robora comprehendit, frondesque elapsus in altas 305  
 ingentem caelo sonitum dedit; inde secutis  
 per ramos uictor perque alta caemina regnat,  
 et totum inuoluit flammis nemus, et mit atram  
 ad caelum picea crassus caligine mibem,  
 praesertim si tempestas a uertice siluis 310  
 inuenit, glomeratque ferens incendia uentus,  
 hoc ubi, non a stirpe ualent caesaeque reuerti  
 possunt atque ima similes reuirescere terra;  
 infelix superat foliis oleaster amaris.

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat anctor  
 tellurem Borea rigidam spirante monere. 316  
 rura gelu tunc claudis hiemps, nec semine iacto  
 concretam patitur radicem adfigere terrae.  
 optima uinetis satio, cum uere rubenti  
 candida uenit anis longis inuisa colubris, 320  
 prima uel autumnis sub frigora, cum rapidus Sol  
 nondum hiemem contingit equis, iam praeterit aestas.  
 ner adeo frondi memorum, ner utile siluis,  
 uere timent terrae et genitalia semina posent.  
 tum pater omnipotens fecundis imbribus Aether 325  
 coningis in gremium laetae descendit, et omnis  
 magnus alit, magno commixtus corpore, fetus.  
 aua tum resonant auihus uirgulta canoris,  
 et Venerem certis repetunt armenta diebus;  
 parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris 330  
 laxant aua sinus; superat tener omnibus umor;  
 inque nouos soles audent se germina tuto  
 credere; nec metuit surgentis pampinus anstros  
 aut actum caelo magnis aquilonibus imbrum,

sed trudit gemmas et frondes explicat omnis. 335  
 non alios prima crescentis origine mundi  
 inluxisse dies aliumue habuisse tenorem  
 crediderim; uer illud erat, ner magnus agebat  
 orbis, et hibernis parebant flatibus Euri:  
 eum primae lucem pectens hausere, uirumque 340  
 terrea progenies duris caput exultit aruis,  
 immissaeque ferae siluis et sidera caelo.  
 nec res hunc tenerae possent perferre laborem,  
 si non tanta quies iret frigusque caloremque  
 inter et exciperet caeli indulgentia terras. 345  
 Quod superest, quaeuunque premes uirgulta per  
 agros,

sparge limo pingui et multa memor occule terra,  
 aut lapidem bibulum aut squalentis infode conchas;  
 inter enim labeantur aquae, tenuisque subibit  
 halitus atque animos tollent sata; iamque reperti,  
 qui saxo super atque ingentis pondere testae 351  
 urgerent; hoc ellusos munimen ad imbres,  
 hoc ubi hiulea siti ludit canis aestifer aua.

Seminibus positis, superest didicere terram  
 saepius ad capita, et duos lactare bidentis, 355  
 aut presso exercere solum sub nomine, et ipsa  
 flectere luctantem inter uineta inuenos;  
 tum lenis calamos et rasae hastilia uirgae  
 fraxineasque aptare sudes, furcasque ualentis,  
 uiribus eniti quarum et contemnere nentos 360  
 aduescant, summasque sequi tabulata per ulmos.

Ac dum prima nouis adolescit frondibus actas,  
 parendum teneris, et, dum se lactus ad auras  
 palmes agit laxis per purum immixtus habenis,  
 ipsa acie nondum fales temptanda, sed uicis 365  
 carpendae manibus frondes interque legendae:  
 inde ubi iam ualidis amplexae stirpibus ulmos  
 exierint, tunc stringe comas, tunc brachia tonde;  
 ante reformidant ferrum; tum denique dura  
 exerce imperia, et ramos compeese linentes. 370

Texendae saepes etiam et pecus omne tenendum,  
 praecipue dum frons tenera imprudensque laborum;  
 cui super indignas hiemes solempne potentem  
 tempestes uri adsidue capreaeque sequaces  
 inludunt, paseuntur oues auidaeque iuneneae. 375

frigora nec tantum caua concreta pruina,  
 aut grauis incumbens scopulis arentibus aestas,  
 quantum illi nocere greges, durique uentum  
 dentis et admorso signata in stirpe cicatrix.  
 non aliam ob eulham Baccho eaper omnibus aris 380  
 caeditur et ueteres ineunt proscenia ludi,  
 praemiaque ingenis pagos et compita circum  
 Thesidae posuere, atque inter pocula lacti  
 mollibus in pratis unctos saluere per utres.

nec non Ausonii, Troia gens missa, coloni 385  
 uersibus incomptis ludent risuque soluto,  
 oraque corticibus sumunt horrenda canatis,  
 et te, Bacche, nocent per carmina lacta, tibi que  
 oscilla ex alta suspendunt mollia pini.  
 hinc omnis largo pubescit uinea fetu, 390  
 complentur uallesque cauae saltusque profundi,  
 et quocumque dens circum caput egit honestum.  
 ergo rite suum Baccho dicemus honorem  
 carminibus patriis lancesque et liba feremus,  
 et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram, 395  
 pinguique in neribus torrebimus exta colurnis.

Est etiam ille labor enandis uitibus alter,  
 cui nunquam exhausti satis est; namque omne  
 quodannis

270 steterint, tulerint M. 287 se om. P R. 292 radicem M P. 294 per annos V, Nonius p. 525. 296 pandens g, agnoscunt schol. Bern. 302 oleas M. 316 moueri P R, Nonius p. 380, mouere M. 318 concretum M<sup>1</sup>. 330 trencitibus P R, agnoscunt schol. Bern. 332 germina Celsus ap. Seruium, gramina M R, gramine P. 336 alias P. 339 hiberni M. 341 terra M<sup>2</sup>, Philargyrius, Seruius, ut uidetur, Lactantius Inst. 2. 10. ferrea M<sup>1</sup>, Anthol. Lat. 17. 229, p. 57 Riese. 343 sufferre M<sup>1</sup>. 344 calorque P, defendit Philargyrius, uersum adferens ex Mercatore Plauti (860) "nec calor nec frigus metuo." 351 ingenti M<sup>1</sup>, Nonius p. 118. 353 scindit P. aestiper P. 354 deducere M. 359 ueroris V pro ualentis. 365 acies P M<sup>2</sup>, agnoscit Seruius. 367 uiribus M<sup>2</sup>. 370 ualentis R. 372 "fronds est uera lectio et antiqua" Seruius. apud Nonium 114, 486 fortasse scribendum est fronds. 374 caprae M. 379 admorsum P, admorsu R, a morsu M<sup>1</sup>, a morsu M<sup>2</sup>, admorso g, Seruius. 382 ingentis M P, inuenis R: utrumque agnoscunt Philargyrius et Seruius. 384 saliere R M<sup>2</sup>. 388 exhaustis M: exhausti confirmat Seruius. quodannis P R, quot annis M.

terque quaterque solum scindendum, glæbaque uersis  
 æternum frangenda bidentibus; omne leuandum 400  
 fronde nemus. redit agricolis labor actus in orbem,  
 atque in se sua per uestigia uoluitur annus.  
 ac iam olim seras posuit cum uinea frondes  
 frigidus et siluis aquilo decussit honorem,  
 iam tum acer curas uenientem extendit in annum  
 rusticus et curuo Saturni dente relictam 406  
 persequitur uitam attendens fingitque putando.  
 primus humum fodito, primus deuecta cremato  
 sarmenta et uallos primus sub tecta referto;  
 postremus metito. bis uitibus ingruit umbra; 410  
 bis segetem densis obducunt sentibus herbae;  
 durus uterque labor: laudato ingentia rura,  
 exiguum colito. nec non etiam aspera rusci  
 uimina per siluam et ripis fluuiialis harundo  
 caeditur incultique exercet cura salicti. 415  
 iam uinctæ uites, iam falcem arbusta reponunt,  
 iam canit effectos extremus uinitor antes:  
 sollicitanda tamen tellus puluisque mouendus  
 et iam maturis metuendus Iuppiter uuis.  
 Contra non ulla est oleis cultura; neque illæ 420  
 procuram expectant falcem rastrosque tenaces,  
 cum semel hæserunt aruis aurasque tulerunt;  
 ipsa satis tellus, cum dente recluditur unco,  
 sufficit umorem et grauidas cum uomere fruges;  
 hoc pinguem et placitam Paci nutritor oliuam. 425  
 Poma quoque, ut primum truncos sensere ualentis  
 et uires habuere suas, ad sidera raptim  
 ui propria nituntur opisque haut indiga nostræ.  
 nec minus interea fetu nemus omne grauescit,  
 sanguineisque inculta rubent auariaria bacis: 430  
 tondentur cytisi, taedas silua alta ministrat,  
 pascunturque ignes nocturni et lumina fundunt:  
 et dubitant homines serere atque impendere curam?  
 quid maiora sequar? salices humilesque genestæ,  
 aut illæ pecori frondem aut pastoribus umbras 435  
 sufficiunt, sæpemque satis et pabula melli.  
 et iuuat undantem buxo spectare Cytorum  
 Naryciaeque picis lucos, iuuat arua uidere  
 non rastris, hominum non ulli obnoxia curæ.  
 ipsæ Caucasio steriles in uertice siluæ, 440  
 quas animosi Euri adsidue franguntque feruntque,  
 dant alios alia fetus, dant utile lignum  
 nauigijs pinos, domibus cedrunque epressoque;  
 hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris  
 agricolæ et pandas ratibus posuere carinas; 445  
 uiminibus salices fecundæ, frondibus ulmi,  
 at myrtus ualidis hastilibus et bona bello  
 cornus; Ituraeos taxi torquentur in arcus;  
 nec tilia leues aut torno rasile buxum  
 non formam accipiunt ferroque cauantur acuto; 450  
 nec non et torrentem undam leuis innatit alnus,  
 missa Pado; nec non et apes examina condunt  
 corticibusque cauis uitiosæque ilicis aluo.  
 quid memorandum aequæ Baccheia dona tulerunt?  
 Bacchus et ad culpam causas dedit: ille furentis  
 Centauros leto domuit, Rhoetumque Pholunque  
 et magno Hylæum Lapithis cratere minantem. 457  
 O fortunatos nimium, sua si bona norint,  
 agricolas, quibus ipsa, procul discordibus armis,  
 fundit humo facilem uictum iustissima tellus! 460  
 si non ingentem foribus domus alta superbis  
 mane salutantum totis uomit aedibus undam,  
 nec uarios inhiant pulchra testudine postis  
 inclusasque auro uestes Ephyreiaque aera,  
 alba neque Assyrio fucatur lana ueneno, 465  
 nec casia liquidi corrumpitur usus oliui:  
 at securæ quies et nescia fallere uita,

diues opum uariarum, at latis otia fundis,  
 speluncae uiuique lacus, at frigida Tempe  
 mugitusque bouum mollesque sub arbore somni 470  
 non absunt; illic saltus ac lustra ferarum,  
 et patiens operum exiguoque adueta iuuentus,  
 sacra deum, sanctique patres; extrema per illos  
 iustitia excedens terris uestigia fecit.

Me uero primum dulces ante omnia Musæ, 475  
 quarum sacra fero ingenti percussus amore,  
 accipiant caelique uias et sidera monstrent,  
 defectus solis uarios lunæque labores,  
 unde tremor terris, quæ ui maria alta tumescant  
 obicibus ruptis, rursusque in se ipsa residunt, 480  
 quid tantum Oceano properent se tingere soles  
 hiberni, uel quæ tardis mora noctibus obstet.  
 sin, has ne possim naturæ accedere partis,  
 frigidus obstiterit circum præcordia sanguis,  
 rura mihi et rigui placeant in uallibus amnes; 485  
 flumina amem siluasque inglorius. o, ubi campi  
 Spercheusque, et uirginibus bacchata Lacaenis  
 Taygeta! o, qui me gelidis conuallibus Haemi  
 sistat, et ingenti ramorum protegat umbra!  
 felix, qui potuit rerum cognoscere causas, 490  
 atque metus omnis et inexorabile fatum  
 subiecit pedibus strepitumque Acherontis auari!  
 fortunatus et ille, deos qui nouit agrestis,  
 Panaque Siluanumque senem Nymphasque sorores!  
 illum non populi fascēs, non purpura regum 495  
 flexit et infidos agitans discordia fratres,  
 aut coniurato descendens Dacus ab Histro,  
 non res Romanae perituraeque regna; neque ille  
 aut doluit miserans inopem aut inuidit habenti.  
 quos rami fructus, quos ipsa uolentia rura 500  
 sponte tulere sua, carpsit, nec ferrea iura  
 insanumque forum aut populi tabularia uidit.  
 sollicitant alii remis freta caeca, ruuntque  
 in ferrum, penetrant aulas et limina regum;  
 hic petit excidiis urbem miseroseque Penates, 505  
 ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro;  
 condit opes alius defossoque incubat auro;  
 hic stupet attonitus Rostris; hunc plausus hiantem  
 per cuneos geminatus enim plebisque patrumque  
 corripuit; gaudent perfusi sanguine fratrum, 510  
 exilioque domos et dulcissima limina mutant,  
 atque alio patriam quaerunt sub sole iacentem.  
 agricola incuruo terram molitur aratro:  
 hinc anni labor, hinc patriam paruosque nepotes  
 sustinet, hinc armenta bouum meritosque iuencos.  
 nec requies, quin aut pomis exuberet annus 516  
 aut fetu pecorum aut Cerealis mergite culmi  
 prouentumq; oneret sulcos atque horrea uincat.  
 uenit hiemps, teritur Sicyonia baca trapetis,  
 glande sues laeti redeunt, dant arbusta siluæ; 520  
 et uarios ponit fetus autumnus, et alte  
 mitis in apricis coquitur uindemia saxis.  
 interea dulces pendunt circum oscula nati,  
 casta pudicitiam seruat domus, ubera uaccae  
 lactea demittunt, pinguesque in gramine laeto 525  
 inter se aduersis luctantur cornibus haedi.  
 ipse dies agit festos, fususque per herbam,  
 ignis ubi in medio et socii cratera coronant,  
 te, libans, Lenææ, uocat, peiorisque magistris  
 uelocis iaculi certamina ponit in ulmo, 530  
 corporaque agresti nudant praedura palaestrae.  
 hanc olim ueteres uitam coluere Sabini,  
 hanc Remus et frater, sic fortis Etruria creuit  
 scilicet et rerum facta est pulcherrima Roma,  
 septemque una sibi muro circumdedit arces. 535  
 ante etiam sceptrum Dictæi regis, et ante

405 extendit M. 406 agricola R. 411 inducunt P. 416 uictæ P.M. 417 "melius est effectus legere quam effectos" Seruius. extremos Seruius. 420 non nulla R, agnoscit Seruius. 425 nutritor M P. agnoscunt schol. Bern. 433 omittit hunc uersum M. 435 tiliaæ pro illæ agnoscit Seruius. umbras R. 443 pinus P. 464 "alii legunt et quæ" Seruius. 464 inclusas R P schol. Bern. "male quidam inclusas legunt" Seruius. 467 uitam P R. 476 percussus M2. 483 sin has non possim naturæ acquirere partes Plotius Sacerdos p. 445 K. 488 gelidus in uallibus R. 491 ineluctabile R. (Aen. 8 334). 502 insanumque R. 512 quaerunt patriam P. 513 molitus pro dimouit M (G. 1 494) (an molitur?). 514 Penates M. 528 ingenio pro in medio M1. 531 perdura M. 532 uitam ueteres P.

impia quam caesis gens est epulata iuuenis,  
aurens hanc uitam in terris Saturnus agebat :  
needum etiam audierant inflari classica, needum

inpositos duris erepitare incudibus enses. 540  
Sed nos immensum spatiis confecimus aequor,  
et iam tempus equum fumantia soluere colla.

## LIBER TERTIVS

Te quoque, magna Pales, et te memorande canemus  
pastor ab Amphryso, nos, siluae amnesque Lycaei.  
cetera, quae uaeuas tenuissent carmine mentes,  
omnia iam uulgata : quis aut Eurysthea durum  
ant inlaudati nescit Busiridis aras? 5

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos  
Hippodameque ueroque Pelops insignis curno,  
acer equis? temptanda uia est, qua me quoque possim  
tollere humo uictorque uirum uolitare per ora.

primus ego in patriam mecum, modo uita supersit,  
Aonio rediens deducam uertice Musas, 11

primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas,  
et uiridi in campo templum de marmore ponam  
propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat  
Minieus et tenera praetexit harundine ripas. 15

in medio mihi Caesar erit, templumque tenebit.  
illi uictor ego et Tyrio conspectus in ostro  
centum quadriungos agitabo ad flumina currus ;  
cuncta mihi, Alpheum linquens lucosque Molochi,  
cursibus et erudo decernet Graecia caestu. 20

ipse, caput tonsae foliis ornatus oliuae,  
dona feram. iam nunc sollemnis ducere pompas  
ad delubra iuvat caesosque uidere iuuenes,  
uel scaena ut nersis discedat frontibus, utque  
purpurea intexti tollant aulaea Britanni. 25

in foribus pugnam ex auro solidoque elephanto  
Gangaridum faciam uictorisque arma Quirini,  
atque hic undantem bello magnumque fluentem  
Nilum ac nauali surgentis aere columnas,

addam urbes Asiae donitas pulsumque Niphateu 30  
fidentemque fuga Parthum uersisque sagittis,  
et duo rapta manu diuerso ex hoste tropaea  
bisque triumphatas utroque ab litore gentis.  
stabunt et Parii lapides, spirantia signa,  
Assaraci proles demissaeque ab Ioue gentis 35

nomina Trosque parens et Troiae Cynthius auctor.  
inuidia infelix Furias amnemque tenerum  
Coeyti metuet tortosque Ixiouis anguis  
immanemque rotam et non exsuperabile saxum.

interea Dryadum siluas saltusque sequamur 40  
intactos, tua, Maeenias, hant mollia iussa.  
te sine nil altum mens incolat : en age, segnis  
 rumpe moras ; noeat ingenti clamore Uthlaeton  
Taygetique canes domitrixque Epidaurus equorum,  
et uox adsensu nemorum ingeminata renungit. 45

mox tamen ardentis accingar dicere pugnas  
Caesaris, et nomen fama tot ferre per annos,  
Tithoni prima quot abest ab origine Caesar.

Sen quis, Olympiaeae miratus praemia palmae,  
pascit equos, seu quis fortis ad aratra iuuenes, 50  
corpora praecipue matrum legat. optima toruae  
forma lous, cui turpe caput, cui plurima ceruix,  
et erurum tenus a mento palearia pendet ;  
tum longo nullus lateri modus ; omnia magna,  
pes etiam, et eamris hirtae sub cornibus aures. 55

nee mihi displiceat maculis insignis et albo,  
aut iuga detractans interdumque aspera cornu  
et faciem tauro propior, quaeque ardua tota,  
et gradiens ima uerrit uestigia eanda.

aetas Lucinam iustosque pati hymenaeos 60  
desinit ante decem, post quattuor incipit annos ;  
cetera nec feturae habilis nec fortis aratris.

interea, superata gregibus dum laeta iuventas,  
solue mares ; mitte in Venerem pecuaria primus,  
atque aliam ex alia generando suffice prolem. 65

optima quaeque dies miseris mortalibus acui  
prima fugit ; subeunt morbi tristisque senectus,  
et labor et durae rapit inclementia mortis.  
semper erunt, quarum mutari corpora malis :  
semper enim reliae, ac, nec post amissa requiras, 70  
ante ueni, et subolem armento sortire quodannis.

Nec non et pecori est idem delectus equino.  
tu modo, quos in spem status summittere gentis,  
praecipuum iam inde a teneris impende laborem.

continuo pecoris generosi pullus in aruis 75  
altius ingreditur, et mollia crura reponit ;  
primus et ire uiam et fluuios temptare minacis  
audet et ignoto sese committere ponti,  
nec uanos horret strepitus. illi ardua ceruix,  
argutumque caput, breuis aluus, obesaque terga, 80

luxuriatque toris animosum pectus. honesti  
spadices glauaeque, color deterrimus albis  
et giluo. tum, si qua sonum procul arma dedere,  
stare loco nescit, micat auribus et trenit artus,  
collectumque premens noluit sub naribus ignem. 85

densa iuba, et dextro iactata recumbit in armo ;  
at duplex agitur per lumbos spina ; euaatque  
tellurem et solido grauitur sonat ungula cornu.  
talis Amyclaei domitus Pollucis habenus  
Cyllarus, et, quorum Graei meminere poetae, 90

Martis equi binges, et magni curus Achilli :  
talis et ipse iuban ceruice effundit equina  
coniugis aduentu pernix Saturnus, et altum  
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

Hunc quoque, ubi aut morbo grauis aut iam segnior  
auiis 95

deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectae :  
frigidus in Venerem senior frustraue laborem  
ingratum trahit ; et, si quando ad proelia neutum est,  
ut quondam in stipulis magis sine uiribus ignis,  
in cassum furit. ergo animos acuumque notabis 100

praecipue ; hinc alias artis proleque parentum,  
et quis cuique dolor uictor, quae gloria palmae.  
nonne uides, cum praecipiti certamine campum  
corripere ruuntque effusi carcere currus,  
cum spes arrectae iuuenum, exultantiaue haurit  
corda pauor pulsans ? illi instant uerberare torto 106

et proni dant lora ; nolat ui feruidus axis ;  
iamque humiles, iamque elati sublimi uidentur  
aera per uacuum ferri, atque adsurgere in auras ;  
nee mora, nec requies ; at fuluae nimbus harenae 110

tollitur ; umescunt spumis flatuque sequentum :  
tantus amor laudum, tantae est uictoria curae.  
primus Erichthonius currus et quattuor ausus  
iungere equos, rapidusque rotis insistere uictor.  
frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere 115

impositi dorso, atque equitem docuere sub armis  
insultare solo, et gressus glomerare superbos,

542 spumantia P R.

III 3 carmina P R, carmine M. utrumque agnoseunt Seruius et Philargyrius. 5 arecs M<sup>1</sup>. 20 decernit M P R.  
29 naualis R. 38 metuens P. orbes R pro anguis (G 4. 484). 50 pascet P. 55 cum cornibus M<sup>1</sup>. 56 tibi pro mihi M<sup>1</sup>.  
57 detractans P R, detractans M. 63 iuuenus M<sup>1</sup>. 65 ex aliis P. 69 mauiis M. 77 minantis P. 78 ponto M<sup>1</sup>. 82  
"multi ita legunt, albis et giluo, ut non album uel giluum, sed albigiluum uideperet" Seruius. 85 premens P R, Sen.  
Epist. 95, fremens M. 99 stipula R. 101 partis P. 109 exurgere R.

aequus uterque labor ; aequi iuuenemque magistri  
exquirunt calidumque animis et cursibus acrem,  
quamuis saepe fuga uersos ille egerit hostis, 120  
et patriam Epirum referat, fortisque Mycenae,  
Neptunisque ipsa deducat origine gentem.

His animaduersis instant sub tempus, et omnis  
impendunt curas denso distendere pingui,  
quem legere ducem et pecori dixere maritum ; 125  
floreantisque secant herbas, fluuiosque ministrant  
farraque, ne blando nequeat superesse labori,  
inualidique patrum referant ieiunia nati.  
ipsa autem macie tenuant armenta uolentes,  
atque, ubi concubitus primos iam nota uoluptas 130  
solicitat, frondesque negant et fontibus arcent.  
saepe etiam cursu quantiunt et sole fatigant,  
cum grauitur tunsis gemit area frugibus, et cum  
surgentem ad Zephyrum paleae iactantur inanes.  
hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus 135  
sit genitili aruo et sulcos obliuet inertis,  
sed rapiat sitiens Venerem interiusque recondat.

Rursus cura patrum cadere, et succedere matrum  
incipit. exactis grauidae cum mensibus errant,  
non illas grauibus quisquam iuga ducere plaustris,  
non saltu superare uiau sit passus et acri 141  
carpere prata fuga fluuiosque innare rapacis.  
salibus in uacuis pascunt et plena secundum  
flumina, muscus ubi et uiridissima gramine ripa,  
speluncaeque tegant, et saxea procubet umbra. 145  
est lucos Silari circa ilicibusque uirentem  
plurimus Alburnum uolitans, cui nomen asilo  
Romanum est, oestrum Grai uertere uocantes,  
asper, acerba sonans, quo tota exterrita siluis  
diffugiunt armenta ; furit mugitibus aether 150  
concussus siluaeque et sicci ripa Tanagri.  
hoc quondam monstro horribilis exercuit iras  
Inachiae Iuno pestem meditata iuuencae.  
hunc quoque, nam mediis feruoribus acrior instat,  
areebis grauido pecori, armentaue pasces 155  
sole recens orto aut noctem ducentibus astris.

Post partum cura in uitulos traducitur omnis ;  
continuoque notas et nomina gentis inurunt,  
et quos aut pecori malint summittere habendo  
aut aris seruare sacros aut scindere terram 160  
et campum horrentem fractis inuertere glaebis.  
cetera pascentur uiridis armenta per herbas :  
tu quos ad studium atque usum formabis agrestem,  
iam uitulos hortare, uiamque insiste domandi,  
dum faciles animi iuuenum, dum mobilis aetas : 165  
ac primum laxos tenui de uimne circulos  
ceruici subnecte ; dehinc, ubi libera colla  
seruitio aduerint, ipsis e torquibus aptos  
iunge pares, et eoge gradum conferre iuencos ;  
atque illis iam saepe rotae ducantur inanes 170  
per terram, et summo uestigia puluere signent ;  
post ualido nitens sub pondere faginus axis  
instrepat, et iunctos temo trahat aereus orbis.  
interea pubi indomitae non gramina tantum,  
nec uescas salicum frondes uluamque palustrem, 175  
sed frumenta manu carpes sata ; nec tibi fetae,  
more patrum, niuea implebunt mulgaria uaccae,  
sed tota in dulces consument ubera natos.

Sin ad bella magis studium turmasque ferocis,  
aut Alphae rotis praelabi flumina Pisae, 180  
et Iouis in luco currus agitare uolantis :  
primus equi labor est, animos atque arma uidere  
bellantum lituosque pati tractuque gementem

ferre rotam et stabulo frenos audire sonantis ;  
tum magis atque magis blandis gaudere magistri 185  
laudibus et plausae sonitum ceruicis amare.  
atque haec iam primo depulsus ab ubere matris  
audeat, inque uicem det mollibus ora capistris  
inualidus etiamque tremens, etiam inscius aeu.  
at tribus exactis ubi quarta acceperit aestas, 190  
carpere mox gymrum incipiat gradibusque sonare  
compositis, sinuetque alterna uolumina crurum,  
sitque laboranti similis ; tum cursibus auras,  
tum uocet, ac per aperta uolans, ceu liber habenis,  
aequora uix summa uestigia ponat harena ; 195  
qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris  
incubuit, Scythiaeque hiemes atque arida differt  
nubila ; tum segetes altae campique natantes  
lenibus horrescut flabris, summaeque sonorem  
dant siluae longique urgent ad litora fluctus ; 200  
ille uolat, simul arua fuga, simul aequora uerrens.  
hic uel ad Elei metas et maxima campi  
sudabit spatia et spumas aget ore cruentas,  
Belgica uel molli melius feret esseda collo.  
tum demum crassa magnum farragine corpus 205  
crescere iam donitis simito : namque ante domandum  
ingentis tollent animos, prensique negabunt  
uerbera lenta pati et duris parere lupatis.

Sed non ulla magis uires industria firmat,  
quam Venerem et caeci stimulus auertere amoris,  
siue boum siue est qui gratior usus equorum. 211  
ideo itaque tauros procul atque in sola relegant  
pascua, post montem oppositum, et trans flumina lata ;  
aut intus clausos saturam ad praeseptia seruant.  
carpit enim uires paulatim uritque uidendo 215  
femina, nec nemorum patitur meminisse nec herbae  
dulcibus illa quidem inlecebris, et saepe superbos  
cornibus inter se subigit discernere amantis.  
pascitur in magna Sila formosa iuuenca :  
illi alternantes multa ui proelia miscent 220  
uulneribus crebris ; lauit ater corpora sanguis,  
uersaque in obnixos urgentur cornua uasto  
cum gemitu ; reboant siluaeque et longus Olympus.  
nec mos bellantis una stabulare ; sed alter  
uictus abit, longeque ignotis exulat oris, 225  
multa gemens ignominiam plagasque superbi  
uictoris, tum, quos amisit inultus, amores ;  
et stabula aspectans regnis excessit auitis.  
ergo omni cura uires exercet, et inter  
dura iacet pernix instrato saxa cubili, 230  
frondibus hirsutis et carice pastus acuta,  
et temptat sese, atque irasci in cornua discit  
arboris obnixus trunco uentosque lacessit  
ictibus et sparsa ad pugnam proludit harena.  
post, ubi collectum robor uiresque refectae, 235  
signa mouet, praecipue oblitum fertur in hostem ;  
fluctus uti medio coepit cum albescere ponto  
longius, ex altoque sinum trahit ; utque uolutus  
ad terras immane sonat per saxa, neque ipso  
monte minor procumbit ; at ima exaestuauit unda 240  
uerticibus, nigramque alte subiecit harenam.

Omne adeo genus in terris hominumque ferarum-  
que,  
et genus aequoreum, pecudes, pictaeque uolucres,  
in furias ignemque ruunt. amor omnibus idem.  
tempore non alio catulorum oblita leaena 245  
saeuior errauit campis, nec funera uolgo  
tam multa informes ursi stragemque dedere  
per siluas ; tum saeuus aper, tum pessima tigris ;

122 nomen R. 123 animum aduersis P. 125 pecoris dixere magistrum P. 127 nequcant P M<sup>1</sup>. 130 uoluntas P.  
133 "tuis sine n littera legendum" Seruius. 143 pascant M<sup>2</sup>. 144 gramina ripae M. 155 pasces F. 163 studia  
F R. 166 circos P F<sup>1</sup>, circulos M R, Seruius, Nonius p. 340. 169 iuencis M<sup>1</sup>. 175 siluam pro uluam R. 177 mulgaria  
Philargyrius, Nonius p. 312 : conf. Isid. Orig. 20. 6. 7 "mulgarium uas in quod mulgentur pecora—idem et mul-  
trum." multraria codd. 188 audiat M<sup>1</sup> R. 190 acceperit P R F<sup>1</sup>, accesserit M. utrumque agnoscent scholia Bern-  
nensia. 194 prouocet P pro tum uocet. 202 hinc M<sup>2</sup> R F, hic M<sup>1</sup> A. 204 bellicia P M<sup>1</sup>. 205 farragine M. 219 silua  
Seruius, qui Sila cum agnoscat improbat. 221 uulnera Nonius 337, 446. 223 resonant M. longus M<sup>2</sup>; Macrob. 6 S. 4,  
magnus P R. 230 pernix M P R, Nonius p. 368, Seru. Philarg. schol. Bern. "pernix, legunt et pernox" Philargyrius.  
"pernix perseuerans," Nonius l. c. 235 ast M. receptae R. 237 uti medio P R, ut in medio M<sup>1</sup>, ut in primo M<sup>2</sup> (A. 7  
528). 241 subuectat M R.

heu, male tunc Libyae solis erratur in agris.  
 uoune uides, ut tota tremor pertemptet equorum 250  
 corpora, si tantum notas odor attonit auras?  
 ac neque eos iam frena uirum, neque uerbera saeua,  
 non scopuli rupesque cauae atque obiecta retardant  
 flumina correptosque unda torquentia montis.  
 ipse ruit detesque Sabellius exacuit sus, 255  
 et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,  
 atque hinc atque illinc muros ad uulnera durat.  
 quid iuuenis, magnum cui uersat in ossibus ignem  
 durus amor? nempe abruptis turbata procellis  
 nocte natat caeca serus freta; quem super ingens  
 porta tonat caeli et scopulis inlisa reclauant 261  
 aequora; nec miseri possunt reuocare parentes,  
 nec moritura super crudeli funere uirgo.  
 quid lynces Bacchi uariae et gemis aere luporum  
 atque canum? quid, quae inbelles dant proelia cerni?  
 scilicet ante omnis furor est insignis equarum; 266  
 et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci  
 Potniades malis membra absumpere quadrigae.  
 illas ducit auor trans Gargara transque sonantem  
 Aescanum; superant montis et flumina tranant. 270  
 continuoque auiculis ubi subdita flamma medullis,  
 (uere magis, quia uere calor redit ossibus), illae  
 ore omnes uersae in Zephyrum stant rupibus altis,  
 exceptantque leuis auras, et saepe sine illis  
 coniugiis uento grauidae, mirabile dictu, 275  
 saxa per et scopulos et depressas conualles  
 diffugiunt, non, Eure, tnos, neque Solis ad ortus,  
 in Borean Caurumque, aut unde uigerrimus Auster  
 nascitur et pluuio contristat frigore caelum.  
 hic demum, hippomanes uero quod nomine dicunt  
 pastores, lentum destillat ab inguine uirus; 281  
 hippomanes, quod saepe malae legere noueruae,  
 miscueruntque herbas et sine innoxia nerba.  
 Sed fugit interea, fugit inreparabile tempus,  
 singula dum capti circumuictamur amore. 285  
 hoc satis arguentis: superat pars altera enrae,  
 lanigeros agitare greges hirsutae capellas.  
 hic labor; hinc laudem fortes sperate coloni.  
 nec sum animi dubius, uerbis ea uincere inagnum  
 quam sit, et augustis hinc addere rebus honorem;  
 sed me Parnasi deserat per ardua nulla 291  
 raptat amor; inuat ire iugis, qua nulla priorum  
 Castaliani molli deuertitur orbita cliuo.  
 Nunc, ueneranda Pales, magno nunc ore sonan-  
 dum.  
 incipiens stabulis edico in mollibus herbam 295  
 carpere oues, dum mox frondosa reducit aestas,  
 et multa duram stipula feliciumque manipulis  
 sternere subter lunam, glacies uel frigida laedat  
 molle pecus, scabiensque ferat turpisque podagras.  
 post hinc digressus iubeo frondentia capris 300  
 arbusta sufficere et flumios praebere recentis,  
 et stabula a uentis libero opponere soli  
 ad medium conuersa diem, cum frigidus olim  
 iam cadit extremoque iurat Aquarius anno.  
 haec quoque non cura nobis leuioe tuenda. 305  
 nec minor usus erit, quamuis Milesia magno  
 nellera mulentur Tyrios incocta rubores:  
 densior hinc suboles, hinc largi copia lactis;  
 quam magis exhausto spumauerit ubere muletra,  
 laeta magis pressis manabunt flumina mammis. 310  
 nec minus interea barbas inaeanaque menta  
 Cinyphii tondent hirci saetasque comantis  
 usum in castrorum et miscri uelantina nautis.  
 pascentur nero silnas et summa Lycaeii,  
 horrentisque rubos et amantis ardua dumos; 315  
 atque ipsae memores redent in tecta, suosque  
 ducunt, et grandio superant uix ubere linen:

ergo omni studio glaciem uentosque nivalis,  
 quo minor est illis curae mortalis egestas,  
 auertes, uictumque ferens et uirgea lactus 320  
 pabula, nec tota elaudes faenilla bruma.  
 at uero zephyris cum laeta uocantibus aestas  
 in saltus ntrumque gregeu atque in pascua mittet,  
 Luciferi priuo cum sidere frigida rura  
 carpatuus, dum mane nouum, quid gramina canent,  
 et ros in tenera peoori gratissimus herba. 326  
 inde, ubi quarta sitim caeli collegerit hora  
 et cantu querulae rumpent arbusta cicadae,  
 ad puteos aut alta greges ad stagna inbebo  
 currentem ilignis potare canalibus undam; 330  
 aestibus at mediis umbrosam exquirere uallem,  
 sieubi magna Iouis antiquo robore quetens  
 ingentis tendat ramos, aut sieubi nigrum  
 ilicibus crebris sacra nemus acenbet umbra;  
 tum tenuis dare rursus aquas, et pascere rursus 335  
 solis ad occasum, cum frigidus aera uesper  
 temperat, et saltus reficit iam roscida luna,  
 litoraue aleyouem resonant, acalanthida dumi.

Quid tibi pastores Libyae, quid pascua uersu  
 prosequar, et raris habitata maipala tectis? 340  
 saepe diem noctemque et totum ex ordine mensem  
 pascitur itque pecus longa in deserta sine illis  
 hospitibus: tantum campi iacet. omnia secum  
 ardentarius Afer agit, tectumque Larenique  
 armaque Amyclaeumque canem Cressaque phare-  
 traui; 345  
 non secus ac patriis acer Romanus in armis  
 iniusto sub fascie niua emi carpit, et hosti  
 ante expectatum positus stat in agmine castris.

At non, qua Scythiae gentes Maeotiaeque unda,  
 turbidus et torquens flauentis Hister arenas, 350  
 quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.  
 illic clausa tenent stabulis armenta, nec ullae  
 aut herbae campo apparent aut arbore frondes,  
 sed iacet aggeribus inuis informis et alto  
 terra gelu late, septemque adsurgit in ualas. 355  
 semper hiemps, semper spirantes frigora cauri.  
 tum sol pallentis hant unquam disceunt umbras,  
 nec cum inuictus equis altum petit aethera, nec cum  
 praecipitem Oceani rubro lauit aequore currum.  
 conagescunt subitae currenti in flumine crustae, 360  
 undaque iam tergo ferratos sustinet orbes,  
 puppibus illa prius, patulis inuic hospita plaustris;  
 aeraque dissiliunt uolgo, nestesque rigescunt  
 iudatae, caeduntque sentibus umida uina,  
 et totae solidam in glaciem uertere lucinae 365  
 striaeque inpexis iudunt horrida barbis.  
 interea toto non setius aere nunguit:  
 intereunt pependes, stant circumfusa pruinis  
 corpora magna bouum, confertoque agmine cerni  
 torpent mole noua et summis uix cornibus extant.  
 hos non inmissis canibus, non cassibus ullis 371  
 puniceaeque agitant pauidos formidine pinuae,  
 set frustra oppositum trudentes pectore montem  
 conminus obruunt ferro, grauitetque rudentis  
 caedunt, et magno laeti clamore reportant. 375  
 ipsi in defossis spenibus senra sub alta  
 otia agunt terra, congestaque robora totasque  
 aduoluerunt focis ulmos ignique dedere.  
 hic noctem ludo ducunt, et poenla laeti  
 feruento atque acidis imitantur uita sorbis. 380  
 talis Hyperboreo septem subiecta trioni  
 geus ellrena uirum Riplaeo tunditur Enro,  
 et pependum fuluis uelatur corpora saetis.

Si tibi lanitium curae, primum aspera silua  
 lappaque tribolique absint; fuge pabula laeta; 385  
 continuoque greges nullis lege mollibus albos.

263 supra P. 272 redit calor R. 274 expectant P M. 278 Boream R. 279 sidere R. 305 haec—tuenda R. F. haec—tuenda P. haec—tuenda M. "haec—legitur et haec" Philargyrius. 307 colores R. 309 quo magis R. ubera P R. Nonius p. 340, agnoscit Pbilargyrius. 312 hirci P. 316 inmemores M. 323 mittet M, milles cett. 324 Luciferus F<sup>1</sup> g. 329 iubebo P F, iubeto M R. Nonius 216. 331 aut M P F<sup>1</sup>. 338 aleyouem Laelmannus Lucr. 3. 383, aleyouen cold. 347 hostis P, hostem M. 348 agnina P. 365 lucinae M, lucinae cett. 369 confecto R V. 383 uelantur M.

illum autem, quamuis aries sit candidus ipse,  
nigræ subest udo tantum cui lingua palato,  
reice, ne maculis infuscet uellera pullis  
nascentum, plenoque alium circumspice campo. 390  
munere sic niueo lanae, si credere dignum est,  
Pan deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit,  
in memora alta uocans; nec tu aspernata uocantem.

At cui lactis amor, cytium lotosque frequentis  
ipse manu salsaque ferat praesepibus herbas. 395  
hinc et amant fluuios magis, et magis ubera tendunt,  
et salis occultum referunt in lacte saporem.  
multi iam excretos prohibent a matribus haedos,  
primaque ferratis praefigunt ora capistris.  
quod surgente die mulsero horisque diurnis, 400  
nocte premunt; quod iam tenebris et sole cadente,  
sub lucem exportant calathis, (adit oppida pastor),  
aut parco sale contingunt hiemique reponunt.

Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed una  
uelocis Spartae catulos acremque Molossam 405  
pasce sero pingui. numquam custodibus illis  
nocturnum stabulis furem incursumque luporum,  
aut impacatos a tergo horrebis Hiberos.  
saepe etiam cursu timidus agitabis onagros,  
et canibus leporem, canibus uenabere dammas; 410  
saepe uolutabris pulsos siluestribus apros  
latratu turbabis agens, montisque per altos  
ingentem clamore premes ad retia ceruum.

Disce et odoratam stabulis accendere cedrum,  
galbanoque agitare grauis nidore chelydros. 415  
saepe sub immotis praesepibus aut mala tactu  
uipera delituit caelumque exterrita fugit,  
aut tecto aduetus coluber succedere et umbrae,  
pestis acerba boum, pecorique aspergere uirus,  
fouit humum. cape saxa manu, cape robora, pastor,  
tolletemque minas et sibila colla tumentem, 421  
deice. iamque fuga timidum caput abdidit alte,  
cum medii nexus extremaeque agmina caudae  
soluuntur, tardosque trahit sinus ultimus orbis.  
est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,  
squamea conuoluens sublato pectore terga 426  
atque notis longam maculosus grandibus aluum  
qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus et dum  
uere madent udo terrae ac pluuiialibus austris, 429  
stagna colit, ripisque habitans hic piscibus atram  
improbis ingluuiem ranisque loquacibus explet;  
postquam exusta palus terraeque ardore delihiscunt,  
exsilit in siccum et flammantia lumina torquens  
saeuit agris, asperque siti atque exterritus aestu.  
ne mihi tum mollis sub diuo carpere somnos, 435  
neu dorso memoris libeat iacuisse per herbas,  
cum positus nouus exuuiis nitidusque inuenta  
uoluitur, aut catalos tectis aut oua relinquens,  
arduus ad solem, et linguis micat ore trisulcis.

Morborum quoque te causas et signa docebo. 440  
turpis onis temptat scabies, ubi frigidus imber  
altius ad uinum persedit et horrida cano  
bruma gelu, uel cum tonsis inlutas adhaesit  
sudor, et hirsuti secuerunt corpora uepres.  
dulcibus idcirco fluuiis pecus omne magistri 445  
perfundunt, udisque aries in gurgite uillis  
mersatur, missusque secundo defluit amni;  
aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,  
et spumas miscent argenti uiuaque sulphura  
Idaeasque pices et pinguis unguine ceras 450  
scillamque elleborosque grauis nigrumque bitumen.  
non tamen ulla magis praesens fortuna laborum est,  
quam si quis ferro potuit rescindere summum  
ulceris os; alitur uitium uiuitque tegendo,  
dum medicas adhibere manus ad uolnera pastor 455

abnegat, aut meliora deos sedet omnia poscens.  
quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa  
cum furit atque artus depascitur arida febris,  
profuit incensos aestus auertere et inter  
ima ferire pedis salientem sanguine uenam; 460  
Bisaltae quo more solent acerque Gelonus,  
cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum  
et lac concretum cum sanguine potat equino.  
quam procul aut molli succedere saepius umbrae  
uideris, aut summas carpentem ignauius herbas,  
extremamque sequi, aut medio procumbere campo  
pascentem, et serae solam decedere nocti, 467  
continuo culpam ferro compece, prius quam  
dira per incautum serpent contagia uolguis.  
non tam creber agens hiemem ruit aequore turbo,  
quam multae pecudum pestes. nec singula morbi  
corpora corripunt, sed tota aestiua repente, 472  
spemque gregemque simul, cunctamque ab origine  
gentem.

tum sciat, aerias Alpes et Norica si quis  
castella in tumulis et Iapydis arua Timauis 475  
nunc quoque post tanto uideat desertaque regna  
pastorum et longe saltus lateque uacantis.

Hic quondam morbo caeli miseranda coorta est  
tempestas totoque autumnum incanduit aestu,  
et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,  
corrupitque lacus, infecit pabula tabo. 481  
nec uia mortis erat simplex; sed ubi ignea uenis  
omnibus acta sitis miseris adduxerat artus,  
rursus abundabat fluidus liquor omniaque in se  
ossa minutatim morbo conlapsa trahebat. 485

saepe in honore deum medio stans hostia ad aram,  
lanae dum niuea circumdatur infula uitta,  
inter cunctantis cecidit moribunda ministros.  
aut si quam ferro mactauerat ante sacerdos,  
inde neque impositis ardent altaria fibris, 490  
nec responsa potest consultus reddere uates,  
ac uix suppositi tinguntur sanguine cultri  
summaeque ieiuna sanie infusatur arena.

hinc laetis nituli uolgo moriuntur in herbis,  
et dulcis animas plena ad praesepe reddunt; 495  
hinc canibus blandis rabies uenit, et quatit aegros  
tussis anhela sues ac faucibus angit obsessis.  
labitur infelix studiorum atque immemor herbae  
uictor eus fontisque auertitur et pede terram  
crebra ferit; demissae aures, incertus ibidem 500  
sudor, et ille quidem moriturus frigidus, aret  
pellis et ad tactum tractantis dura resistit.

haec ante exitium primis dant signa diebus;  
sin in processu coepit crudescere inorbus,  
tum uero ardentis oculi atque attractus ab alto 505  
spiritus, interdum gemitu grauis, imaque longo  
ilia singultu tendunt, it naribus ater  
sanguis, et obsessas fauces premit aspera lingua.  
profuit inserto latices infundere cornu

Lenaeos; ea uisa salus morientibus una; 510  
mox erat hoc ipsum exitio, furisque reflecti  
ardebant, ipsique suos iam morte sub aegra  
(di meliora piis erroremque hostibus illum!)  
discissos nudis laniabant dentibus artus.

ecce autem duro fumans sub uomere taurus 515  
condidit et mixtum spumis uomit ore cruorem  
extremosque ciet gemitus. it tristic arator,  
maerentem abiungens fraterna morte iuuenicum,  
atque opere in medio defixa relinquit aratra.  
non umbrae altorum nemorum, non mollia possunt  
prata mouere animum, non, qui per saxa uolutus  
purior electro campum petit amnis; at ima 522  
soluuntur latera, atque oculos stupor urget inertis,

395 ille P R. 398 extremos P. 402 exportans conii. Scaliger. 412 terrebis R. 415 graui Seruius, Nonius p. 315.  
422 namque P, cumque M<sup>2</sup>. 426 corpore P. 433 extulit M. 434 exercitus M<sup>2</sup>. 435 ne P R, nec M. 443 inlutas P R M<sup>1</sup>:  
inlotos M<sup>2</sup>. 449 et sulphura uiua codd. uiuaque sulphura Seruius, Macrobius 5 S. 14, Marius Victorinus p. 212 qui  
agnoscit et sulphura uiua, Fragm. Bob. ap. Keil Gramm. Lat. 6 p. 637. 456 aut M R, et P. 462 aut M pro atque.  
465 segnius R pro ignauius. 466 concumbere P. 469 serpant P. 475 Iapygis M<sup>1</sup> P R, improbat Seruius. ora P.  
481 corripuitque P. 483 attraxerat P. 509 insertos P. 513 ardoremque R. 519 reliquit P, Donatus ad Ter. And. 2.,  
5. 1, Seruius ad Ecl. 2, 70.

ad terramque fluit deuexo pondere ceruix.  
 quid labor aut benefacta iuuant? quid uomere terras  
 inuertisse grauis? atqui non Massica Bacchi 526  
 munera, non illis epulae nocere repostae:  
 frondibus et uictu pascuntur simplicis herbae,  
 pocula sunt fontes liquidi atque exercita cursu  
 flumina, nec somnos abrumpit cura salubris. 530  
 tempore non alio dicunt regionibus illis  
 quaesitas ad sacra boues Iunonis, et uris  
 imparibus ductos alta ad donaria currus.  
 ergo aegre rastris terram rimaunt, et ipsis  
 unguibus infodiunt fruges, montisque per altos 535  
 contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.  
 non lupus insidias explorat ouilia circum,  
 nec gregibus nocturnus obambulat; acrior illum  
 eura domat; timidi dammae ceruicue fugaces  
 nunc interque canes et circum tecta uagantur. 540  
 iam maris immensi prolem et genus omne natantum  
 litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus  
 proluit; insolitae fugiunt in flumina phocae.  
 interit et curuis frustra latebris  
 uipera, et attoniti squamis adstantibus hydri. 545

ipsis est aer auibus non aequus, et illae  
 praecipites alta uitam sub nube relinquunt.  
 praeterea iam nec mutari pabula refert,  
 quaesitaeque nocent artes; cessere magistri,  
 Phyllyrides Chiron Amythaoniusque Melampus. 550  
 saeuit, et in lucem Stygiis emissa tenebris  
 pallida Tisiphone Morbos agit ante Metumque,  
 inque dies audidum surgens caput altius effert.  
 balatu pecorum et crebris mugitibus amnes  
 arentesque sonant ripae collesque supini. 555  
 iamque cateruatim dat stragem atque aggerat ipsis  
 in stabulis turpi dilapsa cadauera tabo,  
 donec humo tegere ac foueis abscondere discunt.  
 nam neque erat coriis usus, nec uiscera quisquam  
 aut undis abolere potest, aut uincere flamma; 560  
 ne tondere quidem morbo inluuieque peresa  
 nellera nec telas possunt attingere putris;  
 uerum etiam, inuisos si quis temptaret amictus,  
 ardentis papulae atque immundus olentia sudor  
 membra sequebatur, nec longo deinde moranti 565  
 tempore contactos artus sacer ignis edebat.

## LIBER QVARTVS

Protinus acrii mellis caelestia dona  
 exsequar. hanc etiam, Maecenas, aspice partem.  
 admiranda tibi leuium spectacula rerum  
 magnanimosque duces totiusque ordine gentis  
 mores et studia et populos et proelia dicam. 5  
 in tenui labor; at tennis non gloria, si quem  
 numina laeua simant auditque uocatus Apollo.  
 Principio sedes apibus statioque petenda,  
 quo neque sit uentis aditus (nam pabula uenti  
 ferre domum prohibent) neque oues haedique petulei  
 floribus insultent, aut errans bucula campo 11  
 deutiatur rorem et surgentis atterat herbas.  
 absint et pieti squalentia terga laerti  
 pinguibus a stabulis meropesque aliaeque uolueres,  
 et manibus Procne pectus signata cruentis; 15  
 omnia nam late uastant ipsasque nolantis  
 ore ferunt dulcem nidis immittibus escam.  
 at liquidi fontes et stagna uirentia museo  
 adsint et tenuis fugiens per gramina riuus,  
 palmaque nestibulum aut ingens oleaster immbret,  
 ut, cum prima noui ducent examina reges 21  
 nere suo ludetque fauis emissa iuuentus,  
 uicina immitet decedere ripa ealori,  
 obuiaque hospitibus teneat frondentibus arbor.  
 in medium, seu stabit iners seu profluet umor, 25  
 transversas salices et grandia conice saxa,  
 pontibus ut crebris possint consistere et alas  
 pandere ad aestium solem, si forte morantis  
 sparserit aut praecipit Neptuno immerserit Enrus. 30  
 haec circum casiae uirides et olentia late  
 serpulla et graniter spirantis copia thymbrae  
 floreat, inrigumque bibant uiolaria fontem.  
 ipsa autem, seu corticibus tibi suta euatis  
 seu lento fuerint aluarua nimine texta, 35  
 angustos habeant aditus; nam frigore mella  
 cogit hiemps, eademque calor liquefacta remittit.  
 utraque uis apibus pariter metuenda; neque illae  
 nequiquam in tectis certatim tenuia cera  
 spiramenta linunt furoque et floribus oras  
 explent collectumque haec ipsa ad munera gluten 40

et uisco et Phrygiae seruant piee lentius Idae.  
 saepe etiam efflossis, si nera est fama, latebris  
 sub terra fouere larem, penitusque repertae  
 puniceibusque canis exesaeque arboris antro. 45  
 tu tamen et leui rimosa cubilia lima  
 ungue fouens eirem, et raras superiunc frondes.  
 neu propius teetis taxum sine neue rubentis  
 ure foco caneros altae nen erede paludi,  
 aut ubi odor caeni grauis, aut ubi concaua pulsu  
 saxa sonant uocisque offensa resultat imago. 50  
 Quod superest, ubi pulsam hiemem Sol aureus egit  
 sub terras caelumque aestiua luce reclusit,  
 illae continuo saltus silnasque peragrunt  
 purpureosque metunt flores et flumina libant  
 summa leues. hinc nescio qua dulcedine laetae 55  
 progeniem nidosque fonent, hinc arte recentis  
 excedunt ceras et mella tenacia fingunt.  
 hinc ubi iam emissum caueis ad sidera caeli  
 nare per aestatem liquidam suspexeris agmen  
 obscuramque trahi uento mirabere nubem, 60  
 contemplator: aquas dulcis et frondea semper  
 tecta petunt. huc tu iussos asperge sapes,  
 trita melisphylla et cerinthae ignobile gramen,  
 tinnitusque cie et Matris quate eymbala circum: 65  
 ipsae consistunt medicatis sedibus, ipsae  
 intima more suo sese in cunabula condunt.  
 Sin autem ad pugnam exierint—nam saepe duobus  
 regibus inessit magno discordia motu,  
 continuoque animos uolgi et trepidantia bello  
 corda lieet longe praesciscere; namque morantis 70  
 Martini ille aeris ranei canor increpat, et uox  
 auditur fractos sonitus imitata tubarum;  
 tum trepidae inter se coeunt pinnisque coruscant,  
 spiculaeque exaeunt rostris aptantque lacertos,  
 et circa regem atque ipsa ad praetoria densae 75  
 miscentur, magnisque uocant clamoribus hostem.  
 ergo ubi ner nactae sudum eamposque patentis  
 erumpunt portis, concurritur; aethere in alto  
 fit sonitus; magnum mixtae glomerantur in orbem,  
 praecipitesque cadunt; non densior aere grando, 80

534 ipsi P. 537 insidians R. 548 nec iam R. 549 cessare M. 555 horrentesque R. 557 delapsa P. 563 temptaret M, temptarat P R. 566 contractos P.

IV 25 proluit P. 43 fodere M. 45 et leui M P. legebatur etiam teste Seruio e leui. 53 saltum P. 57 excludunt P. 58 hic P. 73 dum P.

nec de concussa tantum pluit ilice glandis.  
 ipsi per medias acies insignibus alis  
 ingentis animos angusto in pectore uersant,  
 usque adeo obnixi non cedere, dum grauis aut hos  
 aut hos uersa fuga uictor dare terga subegit. 85  
 hi motus animorum atque haec certamina tanta  
 pulueris exigui iactu compressa quiescunt.

Verum ubi ductores acie reuocaueris ambo,  
 deterior qui uisus, eum, ne prodigus obsit,  
 dede neci ; melior uacua sine regnet in aula. 90  
 alter erit maculis auro squalentibus ardens ;  
 nam duo sunt genera, hic melior, insignis et ore  
 et rutilis clarus squamis, ille horridus alter  
 desidia latamque trahens inglorius alium.  
 ut binae regum facies, ita corpora plebis. 95  
 namque aliae turpes horrent, ceu puluere ab alto  
 cum uenit et siccò terram sputi ore uiator  
 aridus ; elucet aliae et fulgore coruscant,  
 ardentés auro et paribus lita corpora guttis.  
 haec potior suboles ; hinc caeli tempore certo 100  
 dulcía mella premes, nec tantum dulcía quantum  
 et liquida et durum Bacchi domitura saporem.

At cum incerta uolant caeloque examina ludunt,  
 contemnuntque fauos et frigida tecta relinunt,  
 instabiles animos ludo prohibebis inani. 105  
 nec magnus prohibere labor : tu regibus alas  
 eripe ; non illis quisquam cunctantibus altum  
 ire iter aut castris audebit uellere signa.  
 inuident croceis halantes floribus horti,  
 et custos furum atque auium cum falce saligna 110  
 Hellespontiacae seruet tutela Priapi.  
 ipse thynnum pinosque ferens de montibus altis  
 tecta serat late circum, cui talia curae ;  
 ipse labore manum duro terat, ipse feracis  
 figat humo plantas et amicos inriget imbris. 115

Atque equidem, extremo ni iam sub fine laborum  
 uela traham et terris festinem aduertere proram,  
 forsitan et, pinguis hortos quae cura colendi  
 ornaret, canerem bifेरice rosaria Paesti  
 quoque modo potis gauderent intiba riuis 120  
 et uirides apio ripae, tortusque per herbam  
 cresceret in uentrem cucumis ; nec sera comantem  
 narcissum aut flexi tacuissent uimen acanthi  
 pallentisque hederas et amantis litora myrtos.  
 namque sub Oebaliae memini me turribus arcis, 125  
 qua niger uemecat flauentia culta Galaesus,  
 Corycium uidisse senem, cui pauca relieti  
 iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuenis  
 nec pecori opportuna seges nec commoda Baccho.  
 hic rarum tamen in dumis holus albaque circum 130  
 lilia uerbenasque premens nescumque papauer,  
 regum aequabat opes animis, seraque reuertens  
 nocte domum dapibus mensas onerabat inemptis.  
 primus uere rosam atque autumnò carpere poma,  
 et cum tristis hiemps etiamnum frigore saxa 135  
 rumperet et glacie cursus frenaret aquarum,  
 ille comam mollis iam tondebat hyacinthi,  
 aetatem increpitans seram zephyrosque morantis.  
 ergo apibus fetis idem atque examine multo  
 primus abundare et spumantia cogere pressis 140  
 mella fauis ; illi tiliae atque uberrima pinus ;  
 quotque in flore nouo pomis se fertilis arbor  
 induerat, totidem autumnò matura tenebat.  
 ille etiam seras in uersum distulit ulmos  
 eduramque pirum et spinos iam pruna ferentis 145  
 iamque ministrantem platanum potantibus umbras.  
 uerum haec ipse equidem spatibus exclusus iniquis  
 praetereo atque aliis post me memoranda relinquo.

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse

addidit expediam, pro qua mercede, canoros 150  
 Curetum sonitus crepitantiaque aera secutae,  
 Dictaeò caeli Regem pauere sub antro.  
 solae communis iatos, consortia tecta  
 urbis habent, magnisque agitant sub legibus aeuum,  
 et patriam solae et certos nouere penates ; 155  
 uenturaeque hiemis memores aestate laborem  
 experiuntur et in medium quaesita reponunt.  
 namque aliae uictu inuigilant et foedere pacto  
 exercentur agris ; pars intra saepta domorum  
 narcissi lacrimam et lentum de cortice gluten 160  
 prima fauis ponunt fundamina, deinde tenacis  
 suspendunt ceras ; aliae spem gentis adultos  
 educunt fetus ; aliae purissima mella  
 stipant et liquido distendunt nectare cellas ;  
 sunt, quibus ad portas cecidit custodia sorti, 165  
 inque uicem speculantur aquas et nubila caeli ;  
 aut onera accipiunt uenientum, aut agmine facto  
 ignauum fucos pecus a praesepibus arcent.  
 feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella.  
 ac ueluti lentis Cyclopes fulmina massis 170  
 cum properant, alii taurinis follibus auras  
 accipiunt redduntque, alii stridentia tingunt  
 aera lacu ; gemit inpositis incedibus Aetna ;  
 illi inter sese magna uis brachia tollunt  
 in numerum uersantque tenaci forcipe ferrum : 175  
 non aliter, si parua licet componere magnis,  
 Cecropias innatus apes amor urguet habendi,  
 munere quamque suo. grandaeuis oppida curae  
 et munire fauos et daedala fingere tecta.  
 at fessae multa referunt se nocte minores, 180  
 crura thymo plenae ; pascuntur et arbuta passim  
 et glaucae salices casiamque crocumque rubentem  
 et pinguem tiliam et ferrugineos hyacinthos.  
 omnibus una quies operum, labor omnibus unus.  
 mane ruunt portis ; nusquam mora ; rursus easdem  
 uesper ubi e pastu tandem decedere campis 186  
 admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant ;  
 fit sonitus, mussantque oras et limina circum.  
 post, ubi iam thalamis se composuere, siletur  
 in noctem, fessosque sopor suus occupat artus. 190  
 nec uero a stabulis pluuia impendente recedunt  
 longius aut credunt caelo aduentantibus Euris ;  
 sed circum tutae sub moenibus urbis aquantur  
 excursusque breuis temptant et saepe lapillos,  
 ut cumbae instabiles fluctu iactante saburram, 195  
 tollunt ; his sese per inania nubila librant.  
 illum adeo placuisse apibus mirabere morem,  
 quod neque concubitu indulgent, nec corpora segnes  
 in Venerem soluunt, aut fetus nixibus edunt ;  
 uerum ipsae e foliis natos et suauibus herbis 200  
 ore legunt, ipsae regem paruosque Quirites  
 sufficiunt, aulasque et cerea regna retingunt.  
 saepe etiam duris errando in cotibus alas  
 attriuere, ultroque animam sub fasce dedere.  
 tantus amor florum et generandi gloria mellis. 205  
 ergo ipsas quamuis angusti terminus aeu  
 excipiat (neque enim plus septima ducitur aestas),  
 at genus immortale manet multosque per annos  
 stat fortuna domus et aui numerantur auorum.  
 praeterea regem non sic Aegyptos et ingens 210  
 Lydia nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes  
 obseruant. rege incolumi mens omnibus una est ;  
 amisso rupere fidem constructaque mella  
 diripere ipsae et cratis soluere fauorum ;  
 ille operum custos, illum admirantur, et omnes 215  
 circumstant fremitu denso stipantque frequentes,  
 et saepe attollunt umeris et corpora bello  
 obiectant pulchramque petunt per uolnera mortem.

84 credere P. 87 quiescunt M, quiescent P. 88 ambos P, Philargyrius, "legitur et ambo" Seruius. 112 tinos P, agnoscit Philargyrius. 113 circum late P. 125 arcis P, Philargyrius, Arusianus p. 491, altis M F, Seruius. 141 illic P, agnoscunt schol. Bern. tilia M. "ipsius (Vergilii) manu duplex fuit scriptura, tinos et pinus uberrima" Philargyrius. 144 in uentum P. 145 spinus P. 154 magnis agitant P. 169 feruit F, Philargyrius. fragrantia M F. 173 antrum P F pro Aetna. 185 numquam P. 199 nexibus codd., confirmat Prudentius Cath. 3 75, apis—nexilis inscia conubii. nixibus testatur Seruius. 202 retingunt M, Philargyrius, schol. Bern. retingunt R, relingunt P. 217 pectora P.



- His quidam signis atque haec exempla secuti  
esse apibus partem diuinæ mentis et haustus 220  
aetherios dixere; deum namque ire per omnis  
terrasque tractusque maris caelumque profundum;  
hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,  
quemque sibi tenuis nascentem accersere uitas;  
scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri 225  
omnia, nec morti esse locum, sed uita uolare  
sideris in numerum atque alto succedere caelo.
- Si quando sedem angustam seruataque mella  
thensauris relines, prius haustu sparsus aquarum  
ora fove fumosque manu praetende sequacis. 230  
bis grauidos cogunt fetus, duo tempora messis,  
Taygete simul os terris ostendit honestum  
Plias et Oceani spretos pede reppulit amnis,  
aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aqosi  
tristior hibernas caelo descendit in nidas. 235  
illis ira modum supra est, laesaeque uenenum  
morsibus inspirant et spicula caeca relinquunt,  
adfixae uenis, animasque in uulnere ponunt.  
sua duram metues hienem parecesque futuro  
contusosque animos et res miserabere fractas: 240  
at suffire thymo cerasque recidere inanis  
quis dubitet? nam saepe fauos ignotas adedit  
stelio et lucifugis congesta cubilia blattis,  
immunisque sedens aliena ad pabula fucus,  
aut asper erabro inparibus se immiscuit amnis, 245  
aut dirum, tinae, genus, aut inuisa Mineruae  
laxos in foribus suspendit aranea caesses.  
quo magis exhaustae fuerint, hoc acrius omnes  
incumbent generis lapsi sarcire ruinas,  
complebantque foros et floribus horrea texent. 250
- Si nero, quoniam casus apibus quoque nostros  
uita tulit, tristi languebunt corpora morbo;—  
quod iam non dubiis poteris cognoscere signis:  
continuo est aegris alius color; horrida noltum  
deformat macies; tum corpora luce carentium 255  
exportant tectis et tristia funera dneunt;  
aut illae pedibus conexae ad limina pendunt,  
aut intus clausis emectantur in aedibus, omnes  
ignauaeque fame et contracto frigore pigrae.  
tum sonus auditur grauior, tractumque insurrant, 260  
frigidus ut quondam siluis immurmurat Auster;  
ut mare sollicitum stridit refluentibus undis;  
aestuatur ut clausis rapidus fornacibus ignis.  
hic iam galbaneos suadebo incendere odores  
mellaque hammadicis inferre canalibus undis; 265  
hortantem et fessas ad pabula nota uocantem.  
proderit et tunsam gallae admiscere saporem  
arentisque rosas aut igni pinguia multo  
defruta uel Psithia passos de uite racemos  
Ceeropiumque thymum et graue olentia centaurea.  
est etiam flos in pratis, cui nomen anello 271  
fecere agricolae, facilis quaerentibus herba;  
namque uno ingentem tollit de caespite siluam,  
aureus ipse, sed in foliis, quae plurima ciremni  
funduntur, uiolae subluet purpura nigrae; 275  
saepe deum nexis ornatae torquibus arae;  
asper in ore sapor; tonsis in nullibus illum  
pastores et curia legunt prope flumina Mellae.  
huius odorato radices incoque Baecho,  
pabulaque in foribus plenis adpone canistris. 280
- Sed si quem proles subito defecerit omnis,  
nec, genus unde nouae stirpis renouetur, habebit;  
tempus et Arcadii memoranda inuenta magistri  
pandere, quoque modo caesis iam saepe iuuenis
- insincerus apes tulerit cruor. altius omnem 285  
expediam prima repetens ab origine famam.  
nam qua Pellaci gens fortunata Canopi  
accolit effuso stagnantem flumine Nilum  
et circum pietis uehitur sua rura phaelis,  
quaque pharetratae uicinia Persidis arguet, 290  
[et diuersa riens septem discurrit in ora]  
et uiridem Aegyptum nigra fecundat harena  
usque coloratis annis deuexus ab Indis,  
omnis in hac certam regio iacit arte salutem.  
exiguus primum atque ipsos contractus ad usus 295  
eligitur locus; hunc angustique imbrice tecti  
parietibusque premunt artis, et quattuor addunt,  
quattuor a uentis, obliqua luce fenestras.  
tum uitulus bima curuans iam cornua fronte  
quaeritur; hinc geminae nares et spiritus oris 300  
multa reluctanti obstruit, plagisque preempto  
tumsa per integram soluuntur uiscera pellem.  
sic positum in clauso linquunt, et ramea costis  
subieunt fragmenta, thymum casiasque recentis.  
hoc geritur Zephyris primum in pelliculis undas, 305  
ante nouis rubeant quam prata coloribus, ante  
garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.  
interea teneris tepfactus in ossibus umor  
aestuatur, et uisenda modis animalia miris,  
trunca pedum primo mox et stridentia pinnis, 310  
misceantur, tenuemque magis magis aera carpiunt,  
donec, ut aestiuus effusus nubibus imber,  
eripere, aut ut neruo pulsante sagittae,  
prima leues incunt si quando proelia Parthi.
- Quis deus hanc, Musae, quis nobis extudit artem?  
unde noua ingressus hominum experientia cepit? 316  
pastor Aristaeus fugiens Peneia Tempe,  
amissis, ut fama, apibus morboque fameque,  
tristis ad extremi sacrum caput adstitit amnis,  
multa querens, atque haec adfatus noce parentem: 320  
'mater, Cyrene mater, quae gurgitis huius  
ima tenes, quid me praecleara stirpe deorum  
(simodo, quem perhibes, pateres Thymbraeus Apollo)  
inuisum fati gemisti? aut quo tibi nostri  
pulsus amor? quid me caelum sperare inebas? 325  
en etiam hunc ipsum uitae mortalis honorem,  
quem mihi uix frugum et pecudum custodia sollers  
omnia temptanti extulerat, te matre, relinquo.  
quin age, et ipsa manu felices erue siluas,  
fer stabulis inimicum ignem atque interlice messis,  
ure sata, et ualidam in uitis molire bipennem, 331  
tanta meae si te ceperunt taedia laudis.  
at mater sonitum thalamo sub fluminis alti  
sensit. eam circum Milesia nelleria Nymphae  
carpebant, hyali saturo fucata colore, 335  
Drynoque Xanthoque Ligeaque Phyllodoeque,  
caesariem effusae nitidam per candida colla,  
Cydippeque et flaua Lyeorias, altera uirgo,  
altera tum primos Lucinae experta labores,  
Clioque et Berce soror, Oceanitides ambae, 340  
ambae anro, pietis incinetae pellicibus ambae,  
atque Ephyre atque Opis et Asia Deiopea,  
et tandem positis uelox Arethusa sagittis.  
inter quas curam Clymene narrabat inanem  
Voleani, Martisque dolos et dulcia furta, 345  
aque Chao densos diuoni numerabat amores.  
carnine quo captae dum fuis mollia pensa  
deuolunt, iterum maternas impulit aures  
luctus Aristaei, uitresque sedilibus omnes  
obstipere; sed ante alias Arethusa sorores 350

222 terrarum M<sup>2</sup>. 224 accersere R. 228 angustam R, angustam M P, Seruius. 229 thensauris R, thesauris M, thensauri P. haustus g. 230 ore P R, ore faue M<sup>1</sup>, Philargyrus, agnoscunt Seruius et schol. Bern. ore foue Seruius et scholia Bern. sinu P. 231 flores P, probat Seruius. 238 in uulnere M, Harleianus Nonii p. 232, Asper: in uulnere R. 239 metuens R. 241 sufferre thymos M, suffire thymo g, Seruius. 259 ignauaeque P R. 262 stridet R. 278 per flumina R. Amellae M<sup>2</sup>, schol. Bern. 280 expone R. 282 habebis P R. 291-293 et uiridem—harena et diuersa—ora usque—Indis P. et diuersa—ora et uiridem—harena usque—Indis M. uersum 291 et diuersa—ora, cuius nulla mentio est apud antiquos grammaticos, uicis inclusi. 295 in usus P M<sup>1</sup>. 301 opusitur M, agnoscunt schol. Bern. 311 captant R. 313 ripuere R. 319 placidum M. 327 peorum P R. 331 duram M<sup>1</sup> pro ualidam. 332 sentit R. 338 Cydippe et M P, Cydippeque et R. 342 Ephyra M. 346 atque M R G. 347 fusi G.

prospiciens summa flauum caput extulit unda,  
 et procul : 'o gemitu non frustra exterrita tanto,  
 Cyrene soror, ipse tibi, tua maxima cura,  
 tristis Aristaeus Penei genitoris ad undam  
 stat lacrimans, et te crudelem nomine dicit. 355  
 huic percussa noua mentem formidine mater,  
 'duc,' age, 'duc ad nos ; fas illi limina diuom  
 tangere,' ait. simul alta iubet discedere late  
 flumina, qua iuuenis gressus inferret. at illum 360  
 curuata in montis faciem circumstetit unda  
 accepitque sinu uasto misitque sub annem.  
 iamque domum mirans genericis et unida regna  
 speluncisque lacus clausos Lycosque sonantis  
 ibat, et ingenti motu stupefactus aquarum  
 omnia sub magna labentia flumina terra 365  
 spectabat diuersa locis, Phasimque Lycumque  
 et caput unde altus primum se erumpit Enipeus,  
 unde pater Tiberinus et unde Aniena fluenta  
 saxosusque sonans Hypanis Mysusque Caicus  
 et gemina auratus taurino cornua uoltu 370  
 Eridanus, quo non alius per pinguia culta  
 in mare purpureum uiolentior effluit amnis.  
 postquam est in thalami pendentia punice tecta  
 peruentum et nati fletus cognouit inanis  
 Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontis 375  
 germanae, tonsisque ferunt mantelia uillis ;  
 pars epulis onerant mensas, et plena reponunt  
 pocula ; Panchaieis adulescent ignibus arae ;  
 et mater, 'cape Maeonii carchesia Bacchi :  
 Oceano libemus,' ait. simul ipsa precatur 380  
 Oceanumque patrem rerum Nymphasque sorores,  
 centum quae siluas, centum quae flumina seruant.  
 ter liquido ardentem perfundit nectare Vestam,  
 ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.  
 omne quo firmans animum sic incipit ipsa ; 385  
 'Est in Carpathio Neptuni gurgite uates  
 caeruleus Proteus, magnum qui piscibus aequor  
 et iuncto bipedum curru metitur equorum.  
 hic nunc Emathiae portus patriamque reuisit  
 Pallenen ; hunc et Nymphae ueneramur et ipse 390  
 grandaeuus Nereus ; nouit namque omnia uates,  
 quae sint, quae fuerint, quae mox uentura trahantur.  
 quippe ita Neptuno uisum est, immania cuius  
 armenta et turpis pascit sub gurgite phocas.  
 hic tibi, nate, prius uinclis capiendus, ut omnem  
 expediat morbi causam, euentusque secundet. 396  
 nam sine ui non ulla dabit praecepta, neque illum  
 orando flectes : uim duram et uincula capto  
 tende ; doli circum haec denuum frangenter inanes.  
 ipsa ego te, medios cum sol accenderit aestus, 400  
 cum sitiunt herbae, et pecori iam gratior umbra est,  
 in secreta senis decam, quo fessus ab undis  
 se recipit, facile ut somno adgrediare iacentem.  
 uerum ubi correptum manibus uinclisque tenebis,  
 tum uariae eludent species atque ora ferarum. 405  
 fiet enim subito sus horridus, atraque tigris,  
 squamosusque draco, et fulua ceruice leaena ;  
 aut acrem flammae sonitum dabit, atque ita uinclis  
 excidet, aut in aquas tenuis dilapsus abibit.  
 set quanto ille magis formas se uertet in omnis, 410  
 tanto, nate, magis contendente tenacia uinclu,  
 donec talis erit mutato corpore, qualem,  
 uideris, incepto tegeter cum lumina somno.'  
 Haec ait, et liquidum ambrosiae diffundit odorem,  
 quo totum nati corpus perduxit ; at illi 415  
 dulcis compositis spirauit crinibus aura,  
 atque habilis membris uenit uigor. est specus ingens

exesi latere in montis, quo plurima uento  
 cogitur inque sinus scindit sese unda reductos,  
 depressis olim statio tutissima nautis ; 420  
 intus se uasti Proteus tegit obice saxi.  
 hic iuuenem in latebris auersum a lumine Nympha  
 collocat ; ipsa procul nebulis obscura resistit.  
 iam rapidus torrens sitientis Sirius Indos  
 ardebat caelo, et medium sol igneus orbem 425  
 hauserat ; arebant herbae, et caua flumina siccis  
 faucibus ad limum radii tepefacta coquebant :  
 cum Proteus consueta petens e fluctibus antra  
 ibat ; cum uasti circum gens umida ponti  
 exsultans rorem late dispergit amarum. 430  
 sternunt se somno diuersae in litore phocae ;  
 ipse, uelut stabuli custos in montibus olim,  
 uesper ubi e pastu uitulos ad tecta reducit  
 auditisque lupos acuunt balatibus agni,  
 considit scopulo medius, numerumque recenset. 435  
 cuius Aristaeo quoniam est oblate facultas,  
 uix defessa senem passus componere membra,  
 cum clamore ruit magno, manicisque iacentem  
 occupat. ille suae contra non inmemor artis  
 omnia transformat sese in miracula rerum, 440  
 ignemque, horribilemque feram, fluuiumque liquen-  
 tem.  
 uerum ubi nulla fugam reperit pellacia, uictus  
 in sese redit, atque hominis tandem ore locutus .  
 'nam quis te, iuuenem confidentissime, nostras  
 iussit adire domos ? quidue hinc petis ?' inquit. 'at ille :  
 scis, Proteu, scis ipse ; neque est te fallere quicquam ;  
 sed tu desine uelle. deum praecepta secuti 447  
 uenimus, hinc lassis quaesitum oracula rebus.'  
 tantum effatus. ad haec uates ui denique multa  
 ardentis oculos intorsit lumine glauco, 450  
 et grauitur frendens sic fatis ora resoluit :  
 'Non te nullius exercent numinis irae.  
 magna luis commissa : tibi has miserabilis Orpheus  
 haut quaquam ad meritum poenas, ni Fata resistant,  
 suscitauit, et rapta grauitur pro coniuge saeuit. 455  
 illa quidem, dum te fugeret per flumina praeepts,  
 immanem ante pedes hydrum moritura puella  
 seruantem ripas alta non uidit in herba.  
 at chorus aequalis Dryadum clamore supremos  
 implerunt montes ; flerunt Rhodopeiae arces 460  
 altaque Pangaea et Rhesi Mauortia tellus  
 atque Getae atque Hebrus et Actias Orithyia.  
 ipse, caua solans aegrum testudine amorem,  
 te, dulcis coniunx, te solo in litore secum,  
 te ueniente die, te decedente canebat. 465  
 Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis,  
 et caligantem nigra formidine lucum  
 ingressus, Manisque adiit regemque tremendum,  
 nesciaque humanis precibus mansuere corda.  
 at cantu commotae Erebi de sedibus imis 470  
 umbrae ibant tenues simulacraque luce carentum,  
 quam multa in foliis auium se milia condunt,  
 uesper ubi aut hibernus agit de montibus imber,  
 matres atque uiri defunctaque corpora uita  
 magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae  
 impositique rogis iuuenes ante ora parentum ; 476  
 quos circum limus niger et deformis harundo  
 Coeyti tardaue palus inamabilis unda  
 alligat, et nouiens Styx interfusa coerct.  
 quin ipsae stupere domus atque intima Leti 480  
 Tartara caeruleosque implexae crinibus anguis  
 Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora,  
 atque Ixionii uento rota constitit orbis.

360 speciem M. circumspicit P. 367 primus M. rumpit R, rupit P. 369 "saxosum legendum est, non saxosus" Seruius. 372 "legitur et inluit" Seruius. 377 aras pro mensas P. 378 pinguibus M<sup>2</sup>. 383 perfudit M<sup>2</sup>. 399 dolis R: franguntur P R. 405 ludent R. 409 elapsus G. 410 uertit P. 411 tantu P M<sup>2</sup>, i.e. tam tu : "alii legunt tan tu nate magis" Seruius. 414 diffundit M, defundit G, perfundit P, depromit R. 416 auras R. 430 discerpsit P. 432 stabulis P. 435 consedit M. 442 pellacia schol. Bern., agnoscit Philarg. fallacia codd. 445 domus M. 446 cuiquam P, agnoscunt Seruius et schol. Bern. 448 lapsis R. 453 lues R, Philarg., schol. Bern. 454 ad P, "tales (poenas) quales mereris" Seruius, ob M R. 459 supremo P R, supremos M, Nonius 388, Seruius et schol. Bern. 470 cantum R. 472 in siluis M. 481 impexae M<sup>2</sup>, schol. Bern., innexae R F, implexae M<sup>1</sup>, Seruius. 483 "uento pro 'aduentu' significat, ut sit septimus casus, aut uentu uerbum gerundi est, nam intellegi debet aduentu" Philargyrius.

iamque pedem referens casus euaserat omnis,  
redditaque Eurydice superas ueniebat ad auras, 485  
pone sequens, (namque hanc dederat Proserpina  
legem)

cum subita incautum dementia cepit amantem,  
ignoscenda quidem, seirent si ignoscere Maues :  
restitit, Eurydicenque suam, iam luce sub ipsa,  
inmemor, heu, uictusque animi respexit. ibi omnis  
effusus labor atque inmitis rupta tyranni 491  
foedera, terque fragor stagnis auditus Auernis.  
illa, 'quis et me,' inquit, 'miseram et te perdidit,  
Orpheu,

quis tantus furor? en iterum crudelia retro  
fata uocant, conditque natantia lumina somnus.  
iamque uale: feror ingenti circumdata nocte, 496  
inualidasque tibi tendens, heu non tua, palmas.'

dixit, et ex oculis subito, eeu fumus in auras  
conmixtus tenuis, fugit diuersa, neque illum,  
prensantem nequiquam umbras et multa nolentem  
dicere, praeterea uidit; nec portitor Orci 501  
amplius obiectam passus transire paludem.

quid faceret? quo se rapta bis coniuge ferret?  
quo fletu Manis, qua numina uoce moueret?  
illa quidem Stygia nabat iam frigida cuba. 505

septem illum totos perhibent ex ordine menses  
rupe sub aëria deserti ad Strymonis undam  
flesisse et gelidis haec euoluisse sub antris,  
mulcentem tigris et agentem carmine quereus; 510  
qualis populea maerens philouela sub umbra  
amissos queritur fetus, quos durus arator  
obserrans nido implumis detraxit; at illa  
llet noctem, ramoque sedens miserabile carmen  
integrat, et maestis late loca questibus implet,  
nulla Venus, non ulli animum flexere hymenaei.  
solus Hyperboreas glacies Tanaimque niualem 516  
arnaque Riphacis nunquam uiduata pruinis  
lustrabat, raptam Eurydicen atque inrita Ditis  
dona querens; spretae Ciconum quo munere matres  
inter sacra deum nocturnique orgia Baeceli 520  
discerptum latos iuuenem sparsere per agros.  
tum quoque marmorea caput a ceruice reuolsum  
gurgite eum medio portans Oeagrins Hebrus  
nolueret, Eurydicen uox ipsa et frigida lingua,

a miseram Eurydicen! anima fugiente uocabat;  
Eurydicen toto referabant flumine ripae. 526

Haec Proteus, et se iactu dedit aequor in altum,  
quaque dedit, spumantem undam sub uertice torsit,  
at non Cyrene; namque ultro adfata timentem:

'Nate, licet tristic animo deponere curas, 530

haec omnis morbi causa; hinc miserabile Nymphae,  
eum quibus illa choros lucis agitabat in altis,  
exitium misere apibus. tu munera supplex  
tende, petens pacem, et facilis uenerare Napaeas;  
namque dabunt ueniam uotis, irasque remittent.  
sed, modus orandi qui sit, prius ordine dicam. 536

quattuor eximios praestanti corpore tauros,  
qui tibi nunc uiridis depascunt summa Lyeaei,  
delige, et intacta totidem ceruice iuuenetas.

quattuor his aras alta ad delubra deorum  
constitue, et sacrum ingulis demitte criorem, 540  
corporaque ipsa boum frondoso desere lueo.  
post, ubi nona suos Aurora ostenderit ortus,  
inferias Orphei Lethaea papauera mitte  
et nigram maetabis ouem luenumque renises; 545  
placatam Eurydicen uitula uenerabere caesa.'

Haud mora; continuo matris praecepta facessit;  
ad delubra uenit, monstratas excitat aras,  
quattuor eximios praestanti corpore tauros  
ducit et intacta totidem ceruice iuuenetas. 550  
post, ubi nona suos Aurora induxerat ortus,  
inferias Orphei mittit, luenumque renisit.  
hic uero subitum ac dictu mirabile monstrum  
aspiciunt, liquefacta boum per uiscera toto  
stridere apes utero et ruptis efferuero costis, 555  
immensasque trahi nubes, iamque arbore summa  
confluere et lentis nuam demittere ramis.

Haec super aruorum cultu pecorumque cauebam  
et super arboribus, Caesar dum magnus ad altum  
fulminat Euphraten bello, uictorque uolentis 560  
per populos dat iura, uiamque adfectat Olympo.  
illo Vergilium me tempore dulcis aiebat  
Parthenope, studiis florentem ignobilis oti,  
carmina qui lusi pastorum, audaxque iuuenta,  
Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi. 565

487 subito R. 492 stagni est auditus Auerni R, stagnis auditus Auerni F, Auerni Soruius. 504 quae numina  
M R. 508 fesse sibi et R. astris R. 530 componere M<sup>l</sup>. 539 intactas R g, schol. Bern. 547 capessit M g. 549 eximio  
M R, eximio praestantis g<sup>l</sup>. 550 intactas R g<sup>l</sup>. 552 Orpheo R.

P. VERGILI MARONIS  
AENEIDOS

LIBER PRIMVS

**A** RMA uirumque cano, Troiae qui primus ab  
oris  
Italiam, fato profugus, Lauinaque uenit  
litora, multum ille et terris iactatus et alto  
ui superum, saeuae memorem Iunonis ob iram,  
multa quoque et bello passus, dum conderet urbem, 5  
inferretque deos Latio, genus unde Latinum  
Albanique patres atque altae moenia Romae.

Musa, mihi causas memora, quo numine laeso,  
quidue dolens, regina deum tot uoluerit casus  
insignem pietate uirum, tot adire labores  
inpulerit. tantaene animis caelestibus irae? 10

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,  
Karthago, Italiam contra Tiberinaque longe  
ostia, diues opum studiisque asperissima belli;  
quam Iuno fertur terris magis omnibus unam  
posthabita coluisse Samo; hic illius arma,  
hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse,  
si qua fata sinant, iam tum tenditque fouetque.  
progeniem sed enim Troiano a sanguine duci  
audierat, Tyrias olim quae nerteret arces; 20  
hinc populum late regem belloque superbum  
uenturum excidio Libyae: sic uoluerit Parcas.  
id metuens ueterisque memor Saturnia belli,  
prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis—  
necdum etiam causae irarum saeuique dolores  
exciderant animo: manet alta mente repostum  
iudicium Paridis spretaeque iniuria formae,  
et genus inuisum, et rapti Ganymedis honores;  
his accensa super iactatos aequore toto  
Troas, reliquias Danaum atque inmitis Achilli, 30  
arcebat longe Latio, multosque per annos  
errabant, acti fati, maria omnia circum.  
tantae molis erat Romanam condere gentem.

Vix e conspectu Siculae telluris in altum  
uela dabant laeti et spumas salis aere mebant, 35  
cum Iuno, aeternum seruans sub pectore uolnus,  
haec secum: 'mene incepto desistere uictam,

nec posse Italia Teucrorum auertere regem?  
quippe uetor fati. Pallasne exurere classem  
Argiuom atque ipsos potuit submergere ponto, 40  
unius ob noxam, et furias Aiacis Oilei?

ipsa, Ionis rapidum iaculata e nubibus ignem,  
disiecitque rates euertitque aequora uentis;  
illum expirantem transfixo pectore flammam  
turbine corripuit scopuloque infixit acuto. 45  
ast ego, quae diuom incedo regina, Iouisque  
et soror et coniunx, una cum gente tot annos  
bella gero. et quisquam numen Iunonis adorat  
praeterea, aut supplex aris imponit honorem?'

Talia flammato secum dea corde uolutans 50  
nimborum in patriam, loca feta furentibus austris,  
Acoliam uenit. hic nastro rex Aeolus antro  
luctantis uentos tempestatesque sonoras  
imperio premit ac uinculis et carcere frenat.  
illi indignantes magno cum murmure montis 55  
circum claustra fremit; celsa sedet Aeolus arce  
scepra tenens, mollitque animos et temperat iras;  
ni faciat, maria ac terras caelumque profundum  
quippe ferant rapidi secum uerrantque per auras.  
set pater omnipotens speluncis abdidit atris, 60  
hoc metuens, molemque et montis insuper altos  
inposuit, regemque dedit, qui foedere certo  
et premere et laxas sciret dare iussus habenas.  
ad quem tum Iuno supplex his uocibus usa est:

'Aeole, namque tibi diuom pater atque hominum rex  
et mulcere dedit fluctus et tollere uento, 66  
gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat aequor,  
Ilium in Italiam portans uictosque Penatis:  
incute uim uentis submersasque obrue puppis,  
aut age diuersos et dissice corpora ponto. 70  
sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae,  
quarum quae forma pulcherrima Deiopea,  
conubio iungam stabili propriamque dicabo,  
omnis ut tecum meritis pro talibus annos  
exigat et pulchra faciat te prole parentem.' 75

I I Suetonius in Vita Vergilii (42). "Nisus grammaticus audisse se ex senioribus aiebat Varium duorum librorum ordinem commutasse, et qui tunc secundus erat in tertium locum transtulisse, etiam primi libri correxisse principium his uersibus demptis

ille ego qui quondam gracili modulatus auena  
carmen, et egressus siluis uicina coegi  
ut quamuis auido parent arua colono,  
gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis  
arma uirumque cano."

sed Ouidio (Trist. 2. 533) Persio (l. 96) et Martiali (8. 56. 19, 14. 185. 2) manifestum est Aeneida ab *arma uirumque* incepisse; ne mentionem faciam inscriptionis primi post Christum saeculi (C. I. L. 2. 4967. 31) quae habet uerba *arma uirumque—Litora*. accedit quod, cum Iliadis prooemium e septem uersibus constet, consentaneum est eundem numerum uersuum in prooemio suo seruaturum fuisse Vergilium. 2 *Lauinaque* V. 8 uerba *numine laeso* mutanda non sunt, *laedere* enim seu *spernere* seu *delibare numen* est signum praesentis dei (siue statua id est siue uox siue somnium siue miracula naturae qualia sunt mare sol luna stellae) uiolare aut neglegere: Lucr. 6 68 sqq., Verg. A. 2 183, Hor. Epod. 15 1 sqq., Liu. 2 36 4, Ou. Her. 2 31 sqq. 11 *impulerat* R. 30 *Achillis* R. 44 *tempore pro pectore* Valerius Probus, teste Seruio. 45 *infixit* probabat Cornutus, teste Seruio. 48 *adoret* Ti. Donatus, Seruius G. 4 501. 49 *imponet* M R, *imponat* Ti. Donatus. 69 *uenti* coni. Eussner. sed conferas uelim Schol. Bob. in Cic. pro Sulla c. 33 "ut iudicibus incutiatur uerecundiam."

Aeolus haec contra: 'tuns, o regina, quid optes, explorare labor; mihi iussa capessere fas est. tu mihi, quodcumque hoc regni, tu seeptra fouemque concilias, tu das epulis accumbere diuom, nimborumque facis tempestatumque potentem.' 80

Haec ubi dicta, caelum conuersa cuspide montem impulit in latus: ac nenti, uelut argmine facto, qua data porta, ruunt et terras turbine perflant. incubere mari, totumque a sedibus inuis una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis 85 Africus, et nostos uolunt ad litora fluctus. insequitur clamorque uirum stridorque rudentum. eripiunt subito nubes caelumque diemque Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra, intonare poli, et crebris micat ignibus aether, 90 praesentemque nris intentant omnia mortem. exemplo Aeneae soluntur frigore membra; ingemit, et duplucis tendens ad sidera palmas talia uoce refert: 'o terque quaterque beati, quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis 95 contigit optetere! o Danaum fortissime gentis Tydide! mene Iliacis occumbere campis non potuisse tuaque animam hanc effundere dextra, saeuus ubi Aeacidae telo iacet Hector, ubi ingens Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub nudis 100 senta uirum galeasque et fortia corpora uoluit?'

Talia iactantis stridens Aquilone procella uelum aduersa ferit, fluctusque ad sidera tollit. fraguntur remi; tum prora auertit, et undis dat latus; insequitur emulopraeruptis aquae mons. hi summo in fluctu pendunt; his unda deliscens 106 terram inter fluctus aperit; furi aestus harenis. tris Notus abreptas in saxa latentia torquet, saxa nocant Itali mediis quae in fluctibus Aras, dorsum innamque mari summo; tris Eurus ab alto 110 in breuia et Syrtis arguet, miserabile nris, inliditque nadis atque aggere cingit harenas. unam, quae Lyeios fidumque uehebat Orontem, ipsius ante oculos ingens a uertice pontus in puppim ferit: excutitur pronusque magister 115 uoluitur in caput; ast illam ter fluctus ibidem torquetagens circum, et rapidus uorat aequore uortex. apparent rari nantes in gurgite uasto, arma uirum tabulaeque et Troia gaza per undas. iam ualidam Hionei nauem, iam fortis Achat, 120 et qua nectus Abas, et qua grandaeuus Aletes, uicit hiemps; laxis laterum compagibus omnes accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.

Interea magno misceri murmure pontum, emissamque hiemem sensit Neptunus et inis 125 stagna refusa uadis, grauiter commotus: et alto prospiciens, summa placidum caput extulit unda. disiectam Aeneae toto uidet aequore classem, fluctibus oppressos Troas caelique ruina, nec latere doli fratrem Iunonis et irae. 130 Eurus ad se Zephyrumque uocat, dehinc talia fatur:

'Tantane nos generis tenuit fiducia uestri? iam caelum terramque meo sine numine, Vent, miscere, et tantas andetis tollere moles? quos ego—! sed motos praestat componere fluctus. post mihi non simili poena commissa luetis. 136 maturate fugam, regique haec dicite uestro: non illi imperium pelagi saenunumque tridentem, sed mihi sorte datum. tenet ille immania saxa, uestras, Eure, domos; illa se iacet in aula Aeolus, et clauso nentorum carcere regnet.'

Sic ait, et dicto citius tumida aequora placat, collectasque fugat nubes solemque rediit. Cymothoe simul et Triton adnixus acuto detrudunt nanis scopulo; leuat ipse tridenti; 145 et uastas aperit Syrtis, et temperat aequor, atque rotis summas lenibus perlabitur undas. ae ueluti magno in populo cum saepe coorta est

seditio, saenitque animis ignobile nolgus, 149 iamque faces et saxa uolant (furor arma ministrat); tum, pietate grauem ac meritis si forte uirum quem conspexere, silent, arrectisque auribus adstant; ille regit dictis animos et pectora mulect: sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam prospiciens genitor caeloque inuectus aperto 155 flectit equos curruque nolans dat lora secundo.

Defessi Aeneadae, quae proxima litora, cursu contendunt petere, et Libyae uertuntur ad oras. est in secessu longo locus: insula portum efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto 160 frangitur inque sinus scindit sese unda reductos; hinc atque hinc nastae rupes geminique minantur in caelum scopuli, quorum silb uertice late aequora tuta silent; tum siluis scaena coruscis desuper horrentique atrum nemus imminet umbra; fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum, 166 intus aquae dulces inuolue sedilia saxo, nympharum domus: hic fessas non nincula nauis ulla tenent, unco non alligat ancora morsu. huc septem Aeneas collectis nauibus omni 170 ex numero subit; ac magno telluris amore egressi optata potiuntur Troes harena et sale tabentis artus in litore ponunt. ae primum silici scintillam excudit Achates sncecipitque ignem foliis atque arida circum 175 nutrimenta dedit rapuitque in fomite flammam. tum Cererem corruptam undis Cerealiaque arma expediunt fessi rerum, frugesque receptas et torrere parant flammis et frangere saxo.

Aeneas scopulum interea conscendit, et omnem 180 prospectum late pelago petit, Authea si quem iactatum uento uideat Phrygiasque biremis aut Capyn aut celsis in puppibus arma Caii. nauem in conspectu nullam, tris litore ceruus prospicit errantis; hos tota armenta secuntur 185 a tergo, et longum per nallis pascitur agmen. constitit hic, areumque manu celerisque sagittas corripuit, fidus quae tela gererat Achates, ductoresque ipsos primum, capita alta ferentis cornibus arboreis, sternit, tum uolgens, et omnem 190 miscet agens telis memora inter fronde turbam; nec prius absistit, quam septem ingentia nieter corpora fundat humi, et numerumetum nauibus aequet. hinc portum petit, et socios partitur in omnis. uina bonus quae deinde cadis onerarat Aecetes 195 litore Trinaerio dederatque abeuntibus heros, diuidit, et dictis maerentia pectora mulect:

'O socii (neque enim ignari sumus ante malorum), o passi grauiora, dabit dens his quoque finem. uos et Scyllaeam rabiem penitusque sonantis 200 accessit scopulos, nos et Cyclopa saxa experti: reuocate animos, maestumque timorem mittite: forsan et haec olim meminisse iuuabit. per uarios casus, per tot discrimina rerum tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas 205 ostendunt; illie fas regna resurgere Troiae. dnrate, et nosmet rebus seruate secundis.'

Talia uoce refert, enrisque ingentibus aeger spem uultu simulat, premit altum corde dolorem. illi se praedae accingunt dapibusque futuris: 210 tergora diripiunt costis et uiscera nudant; pars in frustra secant neribusque tremantia figunt; litore aena locant alii, flammisque ministrant. tum nieter reuocant nris, fnsisque per herbam implentur ueteris Baechi pinguisque ferinae. 215 postquam exempta fames epulis mensaeque remotae, amissos longo socios sermone requirunt, spemque metumque inter dubii, seu uiuere credant, sine extrema pati nec iam exaudire uocatos. praecipue pius Aeneas nunc acris Oronti, 220 nunc Amyci casum gemit et crudelia secum

104 proram Mg, Seruius. 113 Orontem Mg. 117 uertex M, vortex Rg, testatur Plinius ap. Charis. p. 88. 120 Achatice M R, Achat Plinius ap. Charisium p. 132. 150 "multi non uolant, sed uolant inuenisse se dicunt" Seruius.

fata Lyci fortemque Gyan fortemque Cloanthum.

Et iam finis erat, cum Iuppiter aethere summo  
despiciens mare uelivolum terrasque iacentis  
litoraque et latos populos, sic uertice caeli 225  
constitit et Libyae defixit lumina regnis.  
atque illum talis iactantem pectore curas  
tristior et lacrimis oculos suffusa nitentis  
adloquitur Venus: 'o qui res hominumque deumque  
aeternis regis imperiis, et fulmine terras, 230  
quid meus Aeneas in te committere tantum,  
quid Troes potuere, quibus, tot funera passis,  
cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?  
certe hinc Romanos olim, uolentibus annis,  
hinc fore ductores, reuocato a sanguine Teucri, 235  
qui mare, qui terras omni ditione tenerent,  
pollicitus: quae te, genitor, sententia uertit?  
hoc equidem occasum Troiae tristisque ruinas  
solabar, fatis contraria fata rependens;  
nunc eadem fortuna uiros tot casibus actos 240  
insequitur. quem das finem, rex magne, laborum?  
Antenor potuit, mediis elapsus Achiuis,  
Illyricos penetrare sinus atque intima tutus  
regna Liburnorum, et fontem superare Timauī,  
unde per ora nouem uasto cum murmure montis 245  
it mare proruptum et pelago premit arua sonanti.  
hic tamen ille urbem Patauī sedesque locauit  
Teuerorum, et genti nomen dedit armaeque fixit  
Troia, nunc placida compositus pace quiescit:  
nos, tua progenies, caeli quibus admis arcem, 250  
nauibus, infandum, amissis, unius ob iram  
prodimur atque Italis longe disiungimur oris.  
hic pietatis honos? sic nos in scepra reponis?'  
Olli subridens hominum sator atque deorum  
uultu, quo caelum tempestatesque serenat, 255  
oscula libauit natae, dehinc talia fatur:  
'parce metu, Cytherea; manent immota tuorum  
fata tibi. cernes urbem et promissa Lauini  
moenia, sublimemque feres ad sidera caeli  
magnanimum Aenean; neque mesententia uertit. 260  
hic tibi (fabor enim, quando haec te cura remordet,  
longius et uolens fatorum arcana mouebo)  
bellum ingens geret Italia populosque ferocis  
contundet, moresque uiris et moenia ponet,  
tertia dum Latio regnantem uiderit aestas 265  
ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.  
at puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo  
additur (Ilus erat, dum res stetit Iliā regno)  
triginta magnos uoluentis mensibus orbis  
imperio explebit, regnumque ab sede Lauini 270  
transferet, et longam multa uī muniet Albam.  
hic iam ter centum totos regnabitur annos  
gente sub Hectorea, donec regina sacerdos  
Marte grauis geminam partu dabit Iliā prolem.  
inde lupae fuluō nutricis tegmine laetus 275  
Romulus excipiet gentem, et Mauortia condet  
moenia Romanosque suo de nomine dicet.  
his ego nec metas rerum nec tempora pono;  
imperium sine fine dedi. quin aspera Iuno,  
quae mare nunc, terrasque metu caelumque fatigat,  
consilia in melius referet, mecumque fouebit 281  
Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.  
sic placitum. ueniet lustris labentibus aetas,  
cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenās  
seruio premet ac uictis dominabitur Argis. 285  
nascetur pulchra Troianus origine Caesar,  
imperium Oceano, famam qui terminet astris,  
Iulius, a magno demissum nomen Iulo.  
hunc tu olim caelo, spoliis Orientis onustum,  
accipies secura; uocabitur hic quoque uotis. 290  
aspera tum positis mitescent saecula bellis;  
cana Fides et Vesta, Remo cum fratre Quirinus,  
iura dabunt; dirae ferro et compagibus artis

claudentur Belli portae; Furor impius intus  
saeua sedens super arma et centum uinctus aenis  
post tergum nodis fremet horridus ore cruento.' 296

Haec ait, et Maia genitum demittit ab alto,  
ut terrae utque nouae pateant Karthaginis arces  
hospitio Teucri, ne fatis nescia Dido  
finibus arceret. nolat ille per aera magnum 300  
remigio alarum, ac Libyae citus astitit oris.  
et iam iussa facit, ponuntque ferocia Poeni  
corda uolente deo; in primis regina quietum  
accipit in Teucros animum mentemque benignam.

At pius Aeneas, per noctem plurima uolens, 305  
ut primum lux alma data est, exire locosque  
explorare nouos, quas uento accesserit oras,  
qui teneant, nam inculta uidet, hominesne feraene,  
quaerere constituit, sociisque exacta referre.  
classen in conuexo nemorum sub rupe cauata 310  
arboribus clausam circum atque horrentibus umbris  
oculit; ipse uno graditur comitatus Achate,  
bina manu lato crispans hastilia ferro.  
cui mater media sese tulit obuia silua,  
uirginis os habitumque gerens et uirginis arma, 315  
Spartanae, uel qualis equos Threissa fatigat  
Harpalyce uolucremque fuga praeuertitur Hebrum.  
namque ueris de more habilem suspenderat arcum  
uenatrix, dederatque comam diffundere uentis,  
kuda genu, nodoque sinus collecta fluentis. 320  
ac prior, 'heus, inquit, iuuenes, monstrate, mearum  
uidistis si quam hic errantem forte sororum,  
succinctam pharetra et maculosae tegmine lyncis,  
aut spumantis apri cursum clamore prementem.'

Sic Venus; et Veneris contra sic filius orsus:  
'nulla tuarum audita mihi neque uisa sororum, 326  
o—quam te memorem, uirgo? namque haut tibi uolus  
mortalis, nec uox hominem sonat: o, dea certe;  
an Phoebi soror? an Nympharum sanguinis una?  
sis felix, nostrumque leues, quaeuomque, laborem,  
et quo sub caelo tandem, quibus orbis in oris 331  
iactemur, doceas: ignari hominumque locorumque  
erramus, uento Iulo et uastis fluctibus acti:  
multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.'

Tum Venus: 'haut equidem tali me dignor honore;  
uirginibus Tyris mos est gestare pharetram, 336  
purpureoque alte suras uincire cothurno.  
Punica regna uides, Tyrios et Agenoris urbem;  
sed fines Libyci, genus intractabile bello.  
imperium Dido Tyria regit urbe profecta, 340  
germanum fugiens. longa est iniuria, longae  
ambages; sed summa sequare fastigia rerum.  
huic coniunx Sychaeus erat, ditissimus agri  
Phoenicum, et magno miserae dilectus amore,  
cui pater intactam dederat, primisque iugarat 345  
omnibus. sed regna Tyri germanus habebat  
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnis.  
quos inter medius uenit furor. ille Sychaeum  
impius ante aras atque auri caecus amore  
clam ferro incautum superat, securus amorum 350  
germanae; factumque diu celauit, et aegram,  
multa malus simulans, uana spe lusit amantem.  
ipsa sed in somnis inhumati uenit imago  
coniugis, ora modis atollens pallida miris;  
crudelis aras traicteaque pectora ferro 355  
nudauit, caecumque domus scelus omne retexit.  
tum celerare fugam patriaque excedere suadet,  
auxiliumque uiae ueteris tellure recludit  
thensaurus, ignotum argenti pondus et auri.  
his commota fugam Dido sociosque parabat. 360  
conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni  
aut metus acer erat; nauis, quae forte paratae,  
corripiunt, onerantque auro; portantur auari  
Pygmalionis opes pelago; dux femina facti.  
deuenero locos, ubi nunc ingentia cernis 365

224 *despiciens* agnoscit Seruius. 236 *omnis* F V, agnoscit Seruius. 246 *praeruptum* V<sup>2</sup> g, Sen. N. Q. 311, agnoscit Seruius. 260 *Aeneam* R. 272 *hinc* Seruii aetate legebatur: *hic* codd. 289 *onustum* codd.; legebatur etiam Seruii aetate *honestum*. 317 *Eurum* conī. Rutgers, *Hebrum* codd. et grammatici. 333 *uastis* et P M<sup>2</sup>, et *uastis* M<sup>1</sup> R. 348 *medios* M, Seruius, Ti. Donatus. 359 *thensaurus* M R, *thesaurus* P.

moenia surgentemque nouae Karthagini arcem,  
mercatique solum, tacti de nomine Byrsaui,  
taurino quantum possent circumdare tergo,  
sed uos qui tandem quibus aduenistis ab oris,  
quone tenetis iter? quarenti talibus ille  
suspiras inoque trahens a pectore uocem:

‘O dea, si prima repetens ab origine pergam,  
et uacet annalis nostrorum audire laborum,  
ante diem clauso componat Vesper Olympo.  
nos Troia antiqua, si uestras forte per auras  
Troiae nomen lit, diuersa per aequora uetos  
forte sua Libycais tempestas adpulsit oris.  
sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste Penatis  
classe uelocem mecum, fama super aethera notus.  
Italiam quacro patriam et genus ab Ioue summo.  
bis denis Phrygium cuscendi nauibus aequor,  
matre dea monstrante uiam, data fata secutus;  
nix septem conuolsae undis Euroque supersunt.  
ipse ignotus, enus, Libyae deserta peragro,  
Europa atque Asia pulsus.’ nec plura querentem

passa Venus medio sic interfata dolore est:  
‘Quisquis es, haut, credo, inuisus caelestibus auras  
uitalis carpis, Tyriam qui aduenis urbem.  
perge modo, atque hinc te reginae ad limina perfer.  
namque tibi reduces socios classemque relatum  
nuntio et in tutum uersis aquilouibus actam,  
ni frustra angrum nani docuere parentes.  
aspice bis senos laetantis agmine cyenos,  
aethera quos lapsa plaga Ionis ales aperto  
turbabat caelo; nunc terras ordine longo  
ut capere aut captas iam despectare uidentur:  
et coetu cinxere polum, cantusque dedere,  
haut aliter puppesque tuae pubesque morum  
aut portum tenet aut pleno subit ostia uelo.  
perge modo, et, qua te ducit uia, derige gressum.’

Dixit, et aertens rosea cernice refulsit,  
ambrosiaque comae diuini uertice odorem  
spirauere, pedes uestis deluxit ad inos,  
et nera inessu patuit dea. ille ubi matrem  
adgnouit, tali fugientem est uoce secutus:  
‘quid natum totiens, crudelis in quoque, falsis  
Indis imaginibus? cur dextrae iungere dextram  
non datur ac ueras audire et reddere neces?’  
talibus inuasit, gressumque ad moenia tendit.  
at Venus obscuro gradientis aere saepsit,  
et multo nebulae circum dea fudit amictu  
cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,  
moliriue moram, aut nenendi poscere causas.  
ipsa Paphum sublimis abit, sedesque reuicit  
lacta suas, ubi templum illi, centumque Sabaeo  
ture calent arae sertisque recentibus halant.

Corripere uiam interea, qua seuita monstrat.  
iamque ascendant collem, qui plurimus urbi  
imminet aduersasque aspectat desuper arcem.  
miratur molem Aeneas, magalia quondam,  
miratur portas strepitumque et strata uiamum.  
instant ardentes Tyrii pars ducere muros  
moliriue arcem et manibus subuolueru saxa,  
pars optare locum tecto et concludere sulco;  
ura magistratusque legunt sauetumque senatum;  
hie portus alii effodiunt: hie lata theatris  
fundamenta locant alii, inumanis columnas  
rupibus excidunt, scenae decora alta futuris.  
qualis apes aestate noua per florea rura  
exeret sub sole labor, eum genitis adultos  
educunt fetus, aut eum liquentia mella  
stipant et dulci distendant nectare cellas,  
aut onera accipiunt nenientium aut agmine facto

ignauum fucos pecus a praesepebus arcem: 435  
ferret opus, redolentque thymo fragrantia mella.  
‘o fortunati, quorum iam moenia surgunt!’  
Aeneas ait, et fastigia suspicit urbis.

infert se saeptus nebula, mirabile dictu,  
per medios inuicetque uiris neque cernitur ulli.

Lucus in urbe fuit media, laetissimus umbrae,  
quo priuum iactati undis et turbine Poeni  
effodere loco signum quod regia Iuno  
monstrarat, caput aeris equi; sic nam fore bello

egregiam et facilem uictu per saecula gentem. 445  
hie templum Iunoni ingens Sidonia Dido  
condebatur, donis opulentum et numine diuae,  
aerea eni gradibus surgebant limina nixaeque  
aere trabes, foribus cardo stridabat aenis.

hoc priuum in lueo noua res oblata timorem 450  
leniit, hie priuum Aeneas sperare salutem  
ausus et adliectis melius confidere rebus.  
namque sub ingenti lustrat dum singula templo,  
reginam opperens, dum, quae Fortuna sit urbi,  
artificumque manus intra se operumque laborem

miratur, nidet Hiaeas ex ordine pugnas  
bellaque iam fama totum uulgata per orbem,  
Atridas, Priamumque, et saeuum ambobus Achillen.  
constitit, et lacrimans, ‘quis iam locus, inquit, Aclate,  
quae regio in terris nostri non plena laboris?’

460 en Priamus. sunt hie etiam sua praemia laudi;  
sunt lacrimae rerum et mentem mortalia tangunt.  
solue metus; feret haec aliquam tibi fama salutem.’  
sic ait, atque animum pictura paseit inani,  
multa gemens, largoque uicetat flumine uoltum.

namque uidebat, uti bellantes Pergama circum 466  
haec fugerent Grai, premeret Troiana inuentus,  
haec Phryges, iustaret enru cristatus Achilles.  
nec procul hinc Rhesi uincis tentoria uelis  
adguoscit lacrimans, primo quae prodita somno

470 Tydides uulua nastabat caede crenatus,  
ardentisque auertit equos in castra, prius quam  
pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent.  
parte alia fugiens amissis Troilus armis,

infelix puer atque impar congressus Achilli, 475  
fertur equis enruque haeret resupinus inani,  
lora tenens tamen; huic cernixque comaeque tra-

hantur  
per terram, et uersa puluis inseribitur hasta.  
interea ad templum non aquae Palladis ibant  
erimibus Hiaeas passis pepinque ferebant  
suppliciter, tristes et tinsae pectora palmis;  
diua solo fixos oculos auersa tenebat.

ter circum Hiaeas raptauerat Hectora muros,  
exanimumque auro capere uidebat Achilles.  
tum uero iugentem gemitum dat pectore ab imo, 485  
ut spolia, ut currus, atque ipsum corpus amici,  
tendentemq; manus Priamum conspexit ineruis,  
se quoque principibus permixtum adgnouit Achinis,  
Eoasque acies et nigri Memnonis arma.

ducit Amazonidum luctatis agmina peltis 490  
Penthesilea furens, medisque in milibus ardet,  
aurea subnectens exsertae cingula manuae,  
bellatrix, audetque uiris concurrere uirgo.

Haec dum Dardanio Aeneae miranda uidentur,  
dum stupet obtutuque haeret delixus in uio, 495  
regina ad templum, forma pulcherrima Dido,  
incessit, magna iuuenum stipante catena,  
qualis in Eurotae ripis aut per iuga Cynthi  
exeret Diaua choros, quam mille secutae

499 hinc atque hinc glomerantur Oreades; illa pharetram  
fert uero gradiens deas supereminet omnis:  
Iatonae tacitum pertemptant gaudia pectus:

369 aduenistis R, aut uenistis cett. codd. 374 componit P<sup>1</sup> R, componit M<sup>12</sup>, Seruius hic et ad Ecl. 3 108. 380 Ioue magno R. 381 bis senis Heitdmann. 396 captos P<sup>2</sup>, respectare P, captos Ribbeck, captus confirmat Seruius G. 2 230. 401 dirige M. 412 multum G, multum—amictum Isid. Orig. 1. 36. 19. 413 possit G R. 425 aptare R<sup>1</sup>. 427 lata F, alta cett. codd., Seruius, theatris P<sup>1</sup> R F, theatri M, Nonius p. 340, Seruius. 428 petunt F. 436 fragrantia P. 441 umbra M P R V<sup>2</sup>, umbrae V<sup>1</sup>, Probus teste Seruio. 448 neaeque codd. “multi nixae legunt, non nexae” Seruius. 455 inter se codd. optimi, Seruius, Nonius p. 347, intra se unus ex cursiuis Ribbeckii, idemque coniecit Madvigius. 488 adgnoscit F R. 497 comitante R. 501 dea P R.

talis erat Dido, talem se laeta ferebat  
 per medios, instans operi regnisque futuris.  
 tum foribus diuae, media testudine templi, 505  
 saepta armis solioque alte subnixâ resedit.  
 iurâ dabat legesque iuris, operumque laborem  
 partibus aequabat iustis, aut sorte trahebat :  
 cum subito Aeneas concursu accedere magno  
 Anthea Sergestumque uidet fortemque Cloanthum,  
 Teucrorumque alios, ater quos aequore turbo 511  
 dispulerat penitusque alias auexerat oras.  
 obstipuit simul ipse, simul percussus Achates  
 laetitiaeque metuque ; auidi coniungere dexteras  
 ardebant ; sed res animos incognita turbat. 515  
 dissimulant, et nube caua speculantur anicti,  
 quae fortuna iuris, classem quo litore linquant,  
 quid ueniant ; cunctis nam lecti nanibus ibant,  
 orantes ueniam, et templum clamore petebant.  
 Postquam introgressi et coram data copia fandi,  
 maximus Ilioneus placido sic pectore coepit : 521  
 ‘ o regina, nouam cui condere Iuppiter urbem  
 iustitiaeque dedit gentis frenare superbas,  
 Troes te miseri, uentis maria omnia uecti,  
 oramus, prohibe infandos a nauibus ignis, 525  
 parce pio generi, et propius res aspice nostras.  
 non nos aut ferro Libyos populare Penatis  
 uenimus, aut raptas ad litora uertere praedas ;  
 non ea uis animo, nec tanta superbia uictis.  
 est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt, 530  
 terra antiqua, potens armis atque ubere glæbae ;  
 Oenotri coluere uiri ; nunc fama, minores  
 Italiam dixisse ducis de nomine gentem.  
 hic cursus fuit :  
 cum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion 535  
 in uada caeca tulit, penitusque procaecibus austris  
 perque undas, superante salo, perque inuia saxa  
 dispulit ; huc pauci uestris adnauimus oris.  
 quod genus hoc hominum ? quæue lunc tam barbara  
 morem  
 permittit patria ? hospitio prohibemur harenae ; 540  
 bella cient, primaque uetant consistere terra.  
 si genus humanum et mortalia temnitis arma,  
 at sperate deos, memores fandi atque nefandi.  
 rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter,  
 nec pietate fuit nec bello maior et armis ; 545  
 quem si fata uirum seruant, si uescitur aura  
 aetheria, neque adhuc crudelibus occubat umbris,  
 non metus ; officio nec te certasse priorem  
 paeniteat. sunt et Siculis regionibus urbes  
 armaque, Troianoque a sanguine clarus Acestes. 550  
 quassatam mentis liceat subducere classem,  
 et siluis aptare trabes et stringere remos,  
 si datur Italiam, sociis et rege recepto,  
 tendere, ut Italiam laeti Latiumque petamus ;  
 sin a sumpta salus, et te, pater optime Teucrum, 555  
 pontus habet Libyae, nec spes iam restat Iuli,  
 at freta Sicaniae saltem sedesque paratas,  
 unde huc aduecti, regemque petamus Acesten.’  
 talibus Ilioneus ; cuncti simul ore fremebant  
 Dardanidae. 560  
 Tum breuiter Dido, uultum demissa, profatur :  
 ‘ soluite corde metum, Teucri, secludite curas.  
 res dura et regni nouitas me talia cogunt  
 moliri, et late finis custode tueri.  
 quis genus Aeneadum, quis Troiae nesciat urbem,  
 uirtutesque uirosque, aut tanti incendia belli ? 566  
 non obtusa adeo gestamus pectora Poeni,  
 nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe.  
 seu uos Hesperiam magnam Saturniaque arua,  
 siue Erycis finis regemque optatis Acesten, 570  
 auxilio tutos dimittam opibusque iuabo.  
 uoltis et his mecum pariter considerare regnis ?

urbem quam statuo, uestra est ; subducite nauis ;  
 Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.  
 atque utinam rex ipse Noto compulsus eodem 575  
 adforet Aeneas ! equidem per litora certos  
 dimittam et Libyae lustrare extrema iubebo,  
 si quibus eiectus siluis aut urbibus errat.’  
 His animum arrecti dictis et fortis Achates  
 et pater Aeneas iandudum erumpere nubem 580  
 ardebant. prior Aeneas compellat Achates :  
 ‘ nate dea, quae nunc animo sententia surgit ?  
 omnia tuta uides, classem sociosque receptos.  
 unus abest, medio in fluctu quem uidimus ipsi  
 submersum ; dictis respondent cetera matris.’ 585  
 uix ea fatus erat, cum circumfusa repente  
 scindit se nubes et in aethera purgat apertum.  
 restitit Aeneas claraque in luce refulsit,  
 os umerosque deo similis ; namque ipsa decoram  
 caesariem nato genitrix lumenque iuuentae 590  
 purpureum et laetos oculis adflarat honores :  
 quale manus addunt ebori decus, aut ubi flauo  
 argentum Parisus lapis circumdatur auro.  
 tum sic reginam adloquitur, cunctisque repente  
 inprouisus ait : ‘ coram, quem quaeritis, adsum, 595  
 Troius Aeneas, Libycis ereptus ab undis.  
 o sola infandos Troiae miserata labores,  
 quae nos, reliquias Danaum, terraeque marisque  
 omnibus exhaustis iam casibus, omnium egenos,  
 urbe domo socias, grates persoluere dignas 600  
 non opis est nostrae, Dido, nec quidquid ubique est  
 gentis Dardaniae, magnum quae sparsa per orbem.  
 di tibi, si qua pios respectant numina, si quid  
 usquam iustitia est et mens sibi conscia recti,  
 praemia digna ferant. quae te tam laeta tulerunt  
 saecula ? qui tanti talem genere parentes ? 606  
 in freta dum fluiui current, dum montibus umbrae  
 lustrabunt conuexa, polus dum sidera pascet,  
 semper honos nomenque tuum laudesque manebunt,  
 quae me cumque uocant terrae.’ sic fatus, amicum  
 Ilionea petit dextra laeuaque Serestum, 611  
 post alios fortemque Gyan fortemque Cloanthum.  
 Obstipuit primo aspectu Sidonia Dido,  
 casu deinde uiri tanto, et sic ore locuta est :  
 ‘ quis te, nate dea, per tanta pericula casus 615  
 insequitur ? quae uis immanibus applicat oris ?  
 tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae  
 alma Venus Phrygi genuit Simoentis ad undam ?  
 atque equidem Teucrum meminî Sidona uenire  
 finibus expulsam patriis, noua regna petentem 620  
 auxilio Beli ; genitor tum Belus opimam  
 nastabat Cyprum, et nictor ditione tenebat.  
 tempore iam ex illo casus mihi cognitum urbis  
 Troianae nomenque tuum regesque Pelasgi.  
 ipse hostis Teucros insigni laude ferebat, 625  
 seque ortum antiqua Teucrorum ab stirpe uolebat.  
 quare agite, o tectis, iuuenes, succedite nostris.  
 me quoque per multos similis fortuna labores  
 iactatam hac demum uoluit consistere terra.  
 non ignara mali miseris succurrere disco.’ 630  
 sic memorat ; simul Aenean in regia ducit  
 tecta, simul diuom templis indicit honorem.  
 nec minus interea sociis ad litora mittit  
 uiginti tauros, magnorum horrentia centum  
 terga suum, pinguis centum cum matribus agnos, 635  
 munera laetitiamque dei.  
 at domus interior regali splendida luxu  
 instruitur, mediisque parant conuiuia tectis :  
 arte laboratae uestes ostroque superbo,  
 ingens argentum mensis, caelataque in auro 640  
 fortia facta patrum, series longissima rerum  
 per tot ducta uiros antiqua ab origine gentis.  
 Aeneas, neque enim patrius consistere mentem

512 auerterat V g. 513 percussus M P<sup>2</sup> Seruius, percussus P<sup>1</sup> V R. 518 cunctis P, cuncti M R, Seruius, Ti. Donatus, lectis P<sup>2</sup> R, agnoscit Seruius. 550 aruaque M. 572 terris R. 580 iandudum M P<sup>1</sup>, iamudum R. 590 iuuenta P. 599 exhaustos M R P, exhaustis F, Seruius. 629 considerare P. 636 dii (i. e. diu) a Vergilio scriptum esse adfirmat Gellius (9. 14). dii P, dei M R, Ti. Donatus, die (i. e. diu) etiam in antiquis libris inuentum fuisse testatur Seruius. 642 antiqua R P<sup>1</sup>, antiquae M P<sup>2</sup>.



passus amor, rapidum ad nauis praemittit Achaten,  
Ascanio ferat haec, ipsumque ad moenia ducat; 645  
omnis in Ascanio cari stat cura parentis.  
munera praeterea, Hiaeis erepta ruinis,  
ferre iubet, pallam signis auroque rigentem,  
et circumtextum croceo uelamen acantho,  
ornatus Argiuae Helenae, quos illa Mycenis, 650  
Pergama eum peteret inconcessosque Hymenaeos,  
extulerat, matris Ledaë mirabile donum:  
praeterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,  
maxima natarum Priami, colloque monile  
baecatum et duplicem gemmis auroque coronam. 655  
haec celerans iter ad nauis tendebat Achates.

At Cythera nouas artis, noua pectore uersat  
consilia, ut faciem mutatus et ora Cupido  
pro dulci Aseanio ueniat donisque furentem  
ineandat reginam atque ossibus implicet ignem; 660  
quippe domum timet ambiguam Tyriosque bilinguis;  
urit atrox Iuno, et sub noctem cura recursat.  
ergo his aligerum dictis adfatur Anorem:  
'nate, meae uires, mea magna potentia solus,  
nate, patris summi qui tela Typhoea temnis, 665  
ad te confugio et supplex tua numina posco.  
frater ut Aeneas pelago tuas omnia circum  
litora iacetetur odiis Iunonis acerbae,  
nota tibi, et nostro doluisti saepe dolore.  
hunc Phoenissa tenet Dido blandisque moratur 670  
uocibus; et uereor, quo se Iunonia nertant  
hospitia; haud tanto cessabit cardine rerum.  
quocirea capere ante dolis et cingere flamma  
reginam meditor, ne quo se numine mutet,  
sed magno Aeneae mecum teneatur amore. 675  
qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem:  
regius acieui cari genitoris ad urbem  
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,  
dona ferens, pelago et flammis restantia Troiae;  
hunc ego sopitum somno super alta Cythera 680  
aut super Idalium sacra sede recandam,  
ne qua seire dolos mediussne occurrere possit.  
tu faciem illius noctem non amplius unam  
falle dolo, et notos pueri puer indue noltus,  
ut, cum te gremio accipiet laetissima Dido 685  
regalis inter mensas laticemque Lyaeum,  
eum dabit amplexus atque oculos dulcia figet,  
occultum inspires ignem fallasque neneno.  
paret Amor dictis carae genetricis, et alas  
exiit, et gressu gaudens incedit Iuli. 690  
at Venus Aseanio placidam per membra quietem  
inrigat, et fotum gremio dea tollit in altos  
Idaliae lucos, ubi mollis amaraeus illum  
floribus et dulci adspirans complectitur umbra.  
Iamque ibat dicto parens et dona Cupido 695  
regia portabat Tyriis, duce laetus Achate.  
cum uenit, anlaeis iam se regina superbis  
aurea composuit sponda medianque locauit.  
iam pater Aeneas et iam Troiana iuuentus  
conueniunt, stratoque super disumbitur ostro. 700

dant famuli manibus lymphas Cereremque canistris  
expediunt tonsisque ferunt mantelia uillis.  
quinquaginta intus famulae, quibus ordine longam  
cura penum struere et flammis adolere Penatis;  
centum aliae totidemque pares aetate ministri, 705  
qui dapibus mensas onerent et pocula ponant.  
nec non et Tyrii per limina laeta frequentes  
conuenere, toris iussi discurrere pictis.  
mirantur dona Aeneae, mirantur lulum  
flagrantisque dei uultus simulataque uerba, 710  
pallamque et pictum croceo uelamen acantho.  
praecipue infelix, pesti deuota futurae,  
expleri mentem nequit ardescitque tuendo  
Phoenissa, et pariter puero donisque mouetur.  
ille ubi complexu Aeneae colloque pendit 715  
et magnum falsi impleuit genitoris amorem,  
reginam petit. haec oculis, haec pectore toto  
haeret et interdum gremio fouet, inscia Dido,  
insidat quantus miserae deus. at memor ille  
matris Acidaliae paulatim abolere Sychaeum 720  
ineipit, et uiuo temptat praeuolere amore  
iam pridem resides animos desnetaque corda.

Postquam prima quies epulis, mensaeque remotae,  
crateras magnos statuunt et uina coronant.  
fit strepitus tectis, uocemque per ampla uoluntant 725  
atria; dependent lychni laquearibus aureis  
ineensi, et noctem flammis funalia uiucunt.  
hic regina grauem gemmis auroque poposcit  
impleuitque nero pateram, quam Belus et omnes  
a Belo soliti; tum facta silentia tectis: 730  
'Iuppiter, hospitibus nam te dare ira locantur,  
hunc lactum Tyriisque diem Troiaque profectis  
esse uelis, nostrosque huius ineminisse minores.  
adsit laetitiae Bacchus dator, et bona Iuno;  
et nos, o, coetum, Tyrii, celebrate fauentes.' 735  
dixit, et in mensam laticum libauit honorem,  
primaque, libato, summo tenus attigit ore;  
tum Bitiae dedit increpitans; ille impiger hausit  
spumantem pateram, et pleno se profuit auro;  
post alii proceres. cithara erinitus topas 740  
personat aurata, docuit quem maximus Atlas.  
hic canit errantem lunam solisque labores;  
unde hominum genus et pecudes; unde imber et ignes;  
Aeternum pluuiaque Hyadas geminosque Triones;  
quid tantum Oceano properent se tingere soles 745  
hiberni, uel quae tardis mora noctibus obstet.  
ingeminant plausu Tyrii, Troesque secuntur.  
nec non et vario noctem sermone trahebat  
infelix Dido, longumque bibebat amorem,  
multa super Priamo rogitant, super Heetore multa;  
nunc, quibus Aurorae uenisset filius armis, 751  
nunc, quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.  
'immo age, et a prima die, hospes, origine nobis  
insidias, inquit, Danaum, casusque tuorum,  
erroresque tuos; nam te iam septima portat 755  
omnibus errantem terris et fluctibus aestas.'

## LIBER SECVNDVS

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.

inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:

'Infandum, Regina, iubes renouare dolorem,  
Troianas ut opes et lamentabile regnum  
euerint Danaï; quaeque ipse miserrima nidi,

et quorum pars magna fui. quis talia fando  
Myrmidonum Dolopumque aut duri miles Ulixi  
temperet a lacrimis? et iam nox umida caelo  
praecipitat, suadentque cadentia sidera somnos.  
sed si tantus amor casus cognoscere nostros

5

10

668 *iactetur* F<sup>1</sup> P, *iacteturque* M R F<sup>2</sup>, Seruius. *acerbae* F<sup>1</sup> P<sup>1</sup>, *iniquae* M R, Ti. Donatus. 670 *hunc* M R, *nunc* P F<sup>1</sup>. 701 *famulae* M P. 703 *ordine longo* codl., Nonius p. 247, Ti. Donatus: *longam* auctor quem sequitur Charisius p. 74, agnoscit Gellius 4. 1. 704 *instruere* codl. Gellii 4. 1. 15. 706 *onerant*—*ponunt* R G. 719 *insideat* R G, agnoscit Seruius. 726 "legitur et *lacuaribus*" Seruius. 741 *quae* Seruius pro *quum*.

et breuiter Troiae supremum audire laborem,  
quamquam animus meminisse horret, luctuque  
refugit,  
incipiam.

fracti bello fatisque repulsi  
ductores Danaum, tot iam labentibus annis,  
instar montis eum diuina Palladis arte  
aedificant, sectaque intexunt abiete costas ;  
uotum pro reditu simulant ; ea fama uagatur.  
huc delecta uirum sortiti corpora furtim  
includunt caeco lateri, penitusque caucernas  
ingentis uterumque armato milite complent.

Est in conspectu Tenedos, notissima fama  
insula, diues opum, Priami dum regna manebant,  
nunc tantum sinus et statio male fida carinis ;  
huc se prouecti deserto in litore condunt.  
nos abissi rati et uento petiisse Mycenae.  
ergo omnis longo soluit se Teueria luctu.  
panduntur portae ; inuat ire et Dorica castra  
desertosque uidere locos litusque relictum.  
hic Dolopum manus, hic saeuus tendebat Achilles ;  
classibus hic locus ; hic acie certare solebant.  
pars stupet innuptae domum exitiale Mineruae  
et molem mirantur equi ; primusque Thymoctes  
duci intra muros hortatur et arce locari,  
siue dolo, seu iam Troiae sic fata ferebant.  
at Capys, et quorum melior sententia menti,  
aut pelago Danaum insidias suspectaque dona  
praecipit iubent, subiectis uerere flammis,  
aut terebrare cauas uteri et temptare latebras.  
scinditur incertum studia in contraria uolus.

Primus ibi ante omnis, magna comitante caterua,  
Laocoon ardens summa decurrit ab arce,  
et procul : ' o miseri, quae tanta insania, ciues ?  
creditis auectos hostis ? aut uia putatis  
dona carere dolis Danaum ? sic notus Vlixes ?  
aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui,  
aut haec in nostros fabricata est machina muros  
inspectura domos nenturaeques desuper urbi,  
aut aliquis latet error ; equo ne credite, Teucri.  
quidquid id est, timco Danaos et dona ferentis.'  
sic fatus ualidis ingentem uiribus hastam  
in latus inque feri curuam compagibus aluum  
contorsit. stetit illa tremens, uterque recesso  
insonnere cauae gemitumque dedere cauernae.  
et, si fata deum, si mens non laeua fuisset,  
impulerat ferro Argolicas foedera latebras,  
Troiaque nunc staret, Priamique arx alta, maneres.

Ecce, manus iuuenem interea post terga reuinctum  
pastores magno ad regem clamore trahebant  
Dardanidae, qui se ignotum uenientibus ultro,  
hoc ipsum ut strueret Troiamque aperiret Achiuis,  
obtulerat, fidens animi, atque in utrumque paratus,  
seu uersare dolos, seu certae occumbere morti.  
undique uisendi studio Troiana iuuentus  
circumfusa ruit, certantque includere capto.  
accipe nunc Danaum insidias, et crimine ab uno  
disce omnis.

namque ut conspectu in medio turbatus, inermis,  
constitit atque uisus Phrygia agmina circumspexit :  
' heu, quae nunc tellus, inquit, quae me aequora pos-  
sunt  
accipere ? aut quid iam misero mihi denique restat,  
cui neque apud Danaos usquam locus, et super ipsi  
Dardanidae infensi poenas cum sanguine poscent ?'  
quo gemitu conuersi animi, compressus et omnis  
impetus. hortamur fari ; quo sanguine cretus,  
quidue ferat, memoret, quae sit fiducia capto.

[ille haec, deposita tandem formidine, fatur :]  
' Cuncta equidem tibi, rex, fuerit quodcumque,  
fatebor

uera,' inquit ; ' neque me Argolica de gente negabo ;  
hoc primum ; nec, si miserum Fortuna Sinonem  
finxit, unam etiam mendacemque improba finget. 80  
fando aliquid si forte tuas peruenit ad auris  
Belidae nomen Palamedis et incluta fama  
gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi  
insontem infando indicio, quia bella uetabat,  
demisere neci, nunc cassum lumine lugent : 85  
illi me comitem et consanguinitate propinquum  
pauper in arma pater primis huc misit ab annis.  
dum stabat regno incoluissis regumque uigebat  
consiliis, et nos aliquod nomenque deusque  
gessimus. inuidia postquam pellacis Vlixis 90  
(haud ignota loquor) superis concessit ab oris,  
adfluctus uitam in tenebris luctuque trahebam,  
et casum insontis mecum indignabar amici.  
nec tacui demens, et me, fors si qua tulisset,  
si patrios unquam remeassem uictor ad Argos, 95  
promisi ultorem, et uerbis odia aspera moui.  
hinc mihi prima mali labe, hinc semper Vlixes  
crimibus terrere nouis, hinc spargere uoces  
in uulgum ambignas, et quaerere conscios arma.  
nec requieuit enim, donec Calchante ministro— 100  
sed quid ego haec autem nequiquam ingrata reuoluo ?  
quidue moror, si omnis uno ordine habetis Achiuos,  
idque audire sat est ? landudum sumite poenas ;  
hoc Ithacus uelit, et magno mercentur Atridae.'

Tum uero ardemus scitari et quaerere causas, 105  
ignari scelorum tantorum artisque Pelasgae.  
prosequitur pauitans, et ficto pectore fatur :  
' Saepe fugam Danai Troia cupiere relicta  
moliri et longo fessi discedere bello ;  
fecissentque utinam ! saepe illos aspera ponti 110  
interclusit hiemps, et terruit Auster euntis.  
praecipue, cum iam hic trabibus contextus acernis  
staret ecus, toto sonuerunt aethere nimbi.  
suspensi Eurypyllum scitatum oraacula Phoebi  
mittimus, isque adytis haec tristitia dicta reportat : 115  
' sanguine placastis uentos et uirgine caesa,  
cum primum Iliacas, Danai, uenistis ad oras ;  
sanguine quaerendi reditus, animaque litandum  
Argolica.' nolgi quae uox ut uenit ad auris,  
obstipuerunt animi, gelidusque per ima cucurrit 120  
ossa tremor, qui fata parent, quem poscat Apollo.  
hic Ithacus uatem magno Calchanta tumultu  
protrahit in medios ; quae sint ea numina diuom,  
flagitat. et mihi iam multi crudele canebant  
artificis scelus, et taciti uentura uidebant. 125  
bis quinos silet ille dies, tectusque recusat  
prodere uoce sua quemquam aut opponere morti.  
uix tandem, magnis Ithaci clamoribus actus,  
composito rumpit uocem, et me destinat arae.  
adsensere omnes, et, quae sibi quisque timebat, 130  
unus in miseri exitium conuersa tulere.  
iamque dies infanda aderat ; mihi sacra parari,  
et salsae fruges, et circum tempora uitae ;  
eripui, fateor, leto me, et uineola rupi,  
limosoque lacu per noctem obscurus in ulua 135  
delitui, dum uela darent, si forte dedissent.  
nec mihi iam patriam antiquam spes ulla uidentis,  
nec dulcis natos exoptantemque parentem ;  
quos illi fors et poenas ob nostra repositent  
effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt. 140  
quod te per superos et conscia numina ueri,  
per, si qua est, quae restet adhuc mortalibus usquam

18 dilecta P. 24 deserto litore Eussner ut d. participium sit. 37 iubet P<sup>2</sup>, Nonius p. 400. subiectis inuentum esse in antiquis exemplaribus testatur Seruius : subiectisque codd. 48 aut aliquis latet error equo Diom. p. 434 : aut aliquis latet error equo, ne credite, Teucri, Quidquid id est, Prob. Inst. p. 145. 56 staret—maneres M<sup>2</sup> P R, staret—maneres Velius Longus, Diomedes, Marius Victorinus, staret—maneret Ti. Donatus. 65 crimen Ti. Donatus, agnoscit Seruius. 76 om. M P g, agnoscitur neque a Seruio neque a Ti. Donato. 89 conciliis M P, consiliis V. 90 fallacis P. 105 casus pro causas P. 114 scitatum M<sup>2</sup>, g<sup>2</sup>, Nonius p. 386, Charisius p. 241 P, agnoscit Seruius, scitantem P, scitantum M, scitantem probat Seruius. 138 duplicis P<sup>1</sup>, agnoscit Seruius. 142 umquam M<sup>1</sup>. restet M<sup>2</sup>, Seruius, restat M.

intemerata fides, oro, miserere laborum

tantorum, miserere animi non digna ferentis.'

His lacrimis vitam damnis, et miserescimus ultro,  
ipse uiro primus manicas atque arta leuari 146

uinela iubet Priamus, dietisque ita fatur amicis :

'quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios ;

nostrer eris, mihi hinc haec edisserere uera roganti : 149

quo molem hanc immanis equi statnere ? quis auctor ?

quidue petunt ? quae religio ? aut quae machina belli ?'

dixerat. ille, dolis instructus et arte Pelasga,

sustulit exutas ninclis ad sidera palmas :

'nos, aeterni ignes, et non uiolabile uestrum 155

testor nimen,' ait, 'uos arae ensesque nefandi

quos fugi, nittaeque deum quas hostia gessi :

fas mihi Graiorum sacra resoluere iura,

fas odisse uiros, atque omnia ferre sub auras,

si qua tegunt ; tencor patriae nec legibus ullis.

tu mo lo prouissis mancas seruataque sernes, 160

Troia, fidem, si nera feram, si magna rependam.

Omnis spes Danaum et coepti fiducia belli

Palladis auxiliis semper stetit. impius ex quo

Tydidcs sed enim scelerumque inuentor Vlixes,

fatale adgressi sacroto auellere templo 165

Palladium, caesis summae custodibus arcis,

corripere sacram elligiem, manibusque erentis

uirgineas ausi diuae contingere uitas,

ex illo flnere ae retro sublapsa referri

spes Danaum, fraetae uires, auersa deae mens. 170

uec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.

uix positum castris simulacrum : arserc cornesae

luminibus flammae arrectis, salsusque per artus

sudor iit, terque ipsa solo, mirabile dictu,

emicuit, paruamque ferens hastamque trementem.

extemplo temptanda fuga canit aequora Calchas, 176

nec posse Argolis exseindi Pergama telus,

omina ni repetant Argis, nunenque redueant,

quod pelago et ennis secum anexere carinis.

et nunc, quod parat uento petiere Myccnas, 180

arma deoque parant comites, pelagoque remenso

inprouisi aderunt. ita digerit omnia Calchas.

hanc pro Palladio moniti, pro numine laeso

elligiem statnere, nefas quae triste piaret.

hanc tamen immensam Calchas attollere molem 185

roborebus textis caeloque edueere inssit,

ne recipi portis aut dnei in moenia posset,

neu populum antiqua sub religione tueri.

nam si uestra manus niolasset dona Mineruae, 189

tum magnam exitum (quod di prius omen in ipsiis

couertant!) Priami iuperio Phrygibusque futurum;

sin manibus uestris nestram ascendisset in urbem,

ultro Asiam magno Pelopea ad moenia bello

uenturam, et nostros ea fata manere nepotes.'

Talibus insidiis perinrique arte Sinonis 195

credita res, captique dolis lacrimisque coactis,

quos neque Tydides nec Larissaeus Achilles,

non ami douuere decem, non mille carinae.

Hic aliud matris miseris multoque tremendum

obicitur magis, atque inprouida pectora turbat. 200

Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,

sollemnis taurum ingentem maetabat ad aras.

ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta

(horrese referens) inuenis orbibus angues

ineumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt ; 205

pectora quorum inter fluetus arrecta inbaeque

sanguinea superant undas ; pars cetera pontum

pone legit sinuatque immensa uolumine terga ;

lit sonitus spumante salo. iamque arua tenebant,

ardentisque oculos sullecti sanguine et igni, 210

sibila lambebant linguis uibrantibus ora.

diffugiuis uisu exsangues. illi agmine certo

Laocoonta petunt ; et primum parua duorum

corpore uatorum serpens amplexus uterque

implicat et miseris morsu depascitur artus ; 215

post ipsum, auxilio subeuntem ae tela ferentem,

corripiunt, spirisque ligant ingentibus ; et iam

bis medium amplexi, bis collo squamea circum

terga dati, superant capite et ceruicibus altis.

ille simul manibus tendit diuellerc nodos, 220

perfusus sanie uitas atroque ueneno,

clamores simul horrendos ad sidera tollit :

qualis mugitus, fugit cum saueius aram

taurus et incertam excussit ceruice securim.

at gemini lapsu delubra ad summa dracones 225

ellugiunt saenaque petunt Tritonidis areem,

sub pedibusque deae elipeique sub orbe teguntur.

tum uero trenefacta nouus per pectora eunctis

insinuat pauor, et seelus expendisse merentem

Laocoonta ferunt, sacrum qui cusptide robur 230

laeserit et tergo sceleratam intorscrit hastam.

duendum ad sedes simulacrum orandaque diuae

numina conelamant.

dinidimus muros et moenia pandimus urbis.

accingunt omnes operi, pedibusque rotarum 235

subieunt lapsus, et stuppea uincla collo

intendant. seandit fatalis machina muros,

feta arnis. pueri eireum innptaque puellae

sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.

illa subit, mediaeque minans inlabitur urbi. 240

o patria, o diuom domus Ilium, et incluta bello

moenia Dardauidum ! quater ipso in limine portae

substitit, atque utero sonitum quater arma dedere ;

instamus tamen immemores caecique furore,

et monstrum infelix sacrae sistimus arce. 245

tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris

ora, dei inssu non unquam credita Tencris.

nos delubra demm miseri, quibus ultimis esset

ille dies, festa nelamus fronde per urbem.

Vertitur interea caelum et ruit oceano uox, 250

innoluens umbra magna terramque polunque

Myrmidonumque dolos ; fusi per moenia Tencris

conticuere ; sopor fessos complectitur artus.

et iam Argina plalax instructis nauibus ibat

a Tenedo, tacitae per amica silentia luuae 255

litora nota petens, flammis eum regia puppis

extulerat, fatisque demm defensus iniquis

inclusos ntero Danaos et puca furtim

laxat claustra Sinon. illos patefactus ad anras

reddit equus, lactice caro se robore promunt 260

Thessandrus Stheuelnsque duces et diras Vlixes,

demissum lapsi per finem, Acamasque Thoasque

Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon,

et Menelaus et ipse doli fabricator Epeus.

inuadunt urbem somno ninoque sepultam ; 265

caeduntur nigiles, portisque patentibus omnis

accipiunt socios atque agmina conscia iungunt.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris

incipit et dono diuum gratissima serpit.

in somnis, ecce, ante oculos maestissimus Hector

uisus adesse mihi largosque effundere fletus, 271

raptatus bigis, ut quondam, aterque erento

pulnere perque pedes traiectus lora tumentis.

ei mihi, qualis erat ! quantum mutatus ab illo

Hectore, qui redit exuias indutus Achilli, 275

uel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignis !

squalentem barbam et concretos sanguine crinis

uulneraque illa genus quae eireum plurima muros

acecepit patrios. 'ultro flens ipse uidebar

compellare mirum et maestas exprimere uoces : 280

'o lux Dardauiae, spes o fidissima Teuenum,

quae tantae temere morae ? quibus Hector ab oris

expectate uenis ? ut te post multa tuorum

funera, post uarios hominumque urbisque labores

defessi aspiciuus ! quae enusa indigna serenos 285

foedauit uoltus ? aut eur haec uulnera cerno ?'

ille nihil, nec me quaerentem nana moratur,

sed grauiter gemitus imo de pectore dueens,

'heu fuge, nate dea, teque lus,' ait, 'eripe flammis.

hostis habet muros ; ruit alio a culmine Troia. 290

148 iam hinc P. 164 scelerum inuentor V P. 187 possit P, possit F M. 196 coacti g<sup>2</sup>, Nonius p. 253. 226 diffugiunt M. 251 magnam P. 261 dius Macrob. Sat. 5. 17, diuus F.

sat patriae Priamoque datum : si Pergama dextra  
defendi possent, etiam hac defensa fuissent :  
sacra suosque tibi commendat Troia Penatis :  
hos cape fatorum comites, his moenia quaere  
magna, pererrato statuas quae denique ponto.' 295  
sic ait, et manibus uitas Vestamque potentem  
aeternumque adytis effert pentalibus ignem.

Diuerso interea miscentur moenia luctu,  
et magis atque magis, quamquam secreta parentis  
Anchisae domus arboribusque obiecta recessit, 300  
clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror.  
excutit somno, et summi fastigia tecti  
ascensu supero, atque arrectis auribus adsto :  
in segetem ueluti cum flamma furentibus austris  
incidit, aut rapidus montano flumine torrens 305  
sternit agros, sternit sata laeta bouumque labores,  
praecipitisque trahit silvas ; stupet inscius alto  
accipiens sonitum saxi de uertice pastor.  
tum uero manifesta fides, Danaumque patescunt  
insidiae. iam Deiphobi dedit ampla ruinam 310  
Voleano superante domus, iam proximum ardet  
Vcalegon ; Sigea igni freta lata relucent.  
exoritur clamorque uirum clangorque tubarum.  
arma amens capio ; nec sat rationis in armis ;  
sed glomerare manum bello et concurrere in arcem  
cum sociis ardent animi ; furor iraque mentem 316  
praecipitant, pulchrumque mori succurrit in armis.

Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuom,  
Panthus Othryades, arcis Phoebique sacerdos,  
sacra manu uictosque deos parumque nepotem 320  
ipse trahit, cursuque amens ad limina tendit.  
'quo res summa loco, Panthu? quam prendimus  
arcem?'

uix ea fatus eram, gemitu cum talia reddidit :  
'uenit summa dies et ineluctabile tempus  
Dardaniae. fuimus Troes, fuit Ilium et ingens 325  
gloria Teucrorum ; ferus omnia Iuppiter Argos  
transtulit : incensa Danai dominantur in urbe.  
arduis armatos mediis in moenibus adstans  
fundit eus, uictorque Sinon incendia miscet  
insultans. portis alii bipatientibus adsunt, 330  
milia quot magnis umquam uenere Mycenis ;  
obsedere alii telis angusta uiarum  
oppositi ; stat ferri acies mucrone corusco  
stricta, parata neci ; uix primi proelia temptant  
portarum uigiles, et caeco Marte resistunt.' 335  
talibus Othryadae dictis et numine diuom  
in flammam et in arma feror, quo tristis Erinys,  
quo fremitus uocat et sublatum ad aethera clamor.  
addunt se socios Ripheus et maximus armis 339  
Epytus, oblatis per lunam, Hypanisque Dymasque,  
et lateri adglomerant nostro, iuuenisque Coroebus,  
Mygdonides. illis ad Troiam forte diebus  
uenerat, insano Cassandrae incensus amore,  
et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat,  
infelix, qui non sponsae praecepta furentis 345  
audierit.

quos ubi confertos audere in proelia uidi,  
incipio super his : 'iuuenes, fortissima frustra  
pectora, si uobis audentem extrema cupido  
certa sequi, quae sit rebus fortuna uidetis : 350  
excessere omnes, adytis arisque relictis,  
di quibus imperium hoc steterat ; succurritis urbi  
incensae ; moriamur et in media arma ruamus.  
una salus uictis nullam sperare salutem.'  
sic animis inuenum furor additus. inde, lupi ceu 355  
raptores atra in nebula, quos improba uentris  
exegit caecos rabies, catulique relictis  
faucibus expectant siccis, per tela, per hostis  
uadimushaud dubiam in mortem, mediaeque tenemus  
urbis iter ; nox atra caua circumuolat umbra. 360  
quis cladem illius noctis, quis funera fando

explicet, aut possit lacrimis aequare labores ?  
urbs antiqua ruit, multos dominata per annos ;  
plurima perque uias sternuntur inertia passim  
corpora perque domos et religiosa deorum 365  
limina. nec soli poenas dant sanguine Teucris ;  
quondam etiam uictis redit in praecordia uirtus  
uictioresque cadunt Danai. crudelis ubique  
luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago.

Primus se, Danaum magna comitante caterua, 370  
Androgeos offert nobis, socia agmina credens  
inseius, atque ultro uerbis compellat amicis :  
'festinate, uiri. nam quae tam sera moratur  
segnities? alii rapiunt incensa feruntque 374  
Pergama ; uos celsis nunc primum a nauibus itis.'  
dixit, et extemplo, neque enim responsa dabantur  
fida satis, sensit medios delapsus in hostis.  
obstipuit, retroque pedem cum uoce repressit.  
improuism aspris ueluti qui sentibus anguem  
pressit lumi nitens, trepidusque repente refugit 380  
attolentem iras et caerulea colla tunientem ;  
haut secus Androgeos uisu tremefactus abibat.  
inruimus, densis et circumfundimur armis,  
ignarosque loci passim et formidine captos  
sternimus. adspirat primo fortuna labori. 385  
atque hic successu exultans animisque Coroebus,

'o socii, qua prima,' inquit, 'fortuna salutis  
monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur :  
mutemus clipeos, Danaumque insingnia nobis  
aptemus. dolus an uirtus, quis in hoste requirat? 390  
arma dabunt ipsi.' sic fatus, deinde comantem  
Androgei galeam clipeique insigne decorum  
induitur, laterique Argium adcommodat ensem.  
hoc Ripheus, hoc ipse Dymas omnisque iuuentus  
laeta facit ; spoliis se quisque recentibus armat. 395  
uadimus inmixti Danais haud numine nostro,  
multaque per caecam congressi proelia noctem  
conserimus, multos Danaum demittimus Orco.  
diffugiunt alii ad nauis, et litora cursu  
fida petunt : pars ingentem formidine turpi 400  
scandunt rursus eum et nota conduntur in aluo.

Heu nihil inuitis fas quemquam fidere diuis !  
ecce trahebatur passis Priameia uirgo  
crinibus a templo Cassandra adytisque Mineruae,  
ad caelum tendens ardentia lumina frustra, 405  
lumina, nam teneras arcebant uincula palmas.  
non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus,  
et sese medium iniecit periturus in agmen.  
consequimur cuncti et densis incurrimus armis.  
hic primum ex alio delubri culmine telis 410  
nostrorum obruimur, oriturque miserrima caedes  
armorum facie et Graiarum errore iubarum.  
tum Danaei gemitu atque ereptae uirginis ira  
undique collecti inuadunt, acerrimus Ajax,  
et gemini Atridae, Dolopumque exercitus omnis ; 415  
aduersi rupto ceu quondam turbine uenti  
confligunt, Zephyrusque Notusque et laetus Eois  
Eurus equis ; stridunt siluae, saeuitque tridentis  
spumeus atque imo Nereus ciet aequora fundo.  
illi etiam, si quos obscura nocte per umbram 420  
fudimus insidiis totaque agitauimus urbe,  
apparent ; primi clipeos mentitaque tela  
adgnoscent, atque ora sono discordia signant.  
ilicet obruimur numero ; primusque Coroebus  
Penelei dextra diuae arripotentis ad aram 425  
procumbit ; cadit et Ripheus, iustissimus unus  
qui fuit in Teucris et seruantissimus aequi ;  
dis aliter uisum ; pereunt Hypanisque Dymasque  
confixi a sociis ; nec te tua plurima, Panthu,  
labentem pietas nec Apollinis infula textit. 430  
Iliaci cineres et flamma extrema meorum,  
testor, in casu uestro nec tela nec ulla  
uitauisse uices, Danaum et si fata fuissent,

317 praecipitat P. 321 "legitur et cursum" Seruius. 333 oppositis M g<sup>l</sup>. 349 audendi M, agnoscunt Seruius  
et Ti. Donatus. 371 Androgeus M, Androgeos P, Seruius. 383 circumfundimus P. 387 quae prima M. 396 inmixtis  
M. 398 dimittimus M. 426 procurbuit Charisius p. 92, Macrobius S. 4. 3. 14. 433 uices Danaum coniungit Ti. Donatus,  
qui interpretatur "cum alternis recentiores occurrerent," coniungo Danaum fata, i. e. "si fata Danais fuissent propitia."

ut eaderem meruisse manu. dinellimur inde,  
 Iphitus et Pelias mecum, quorum Iphitus aevo 435  
 iam grauior, Pelias et uolnere tardus Vlixii;  
 protinus ad sedes Priami clamore uocati.  
 hic uero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam  
 bella forent, nulli tota morerentur in urbe,  
 sic Martem indomitum, Danaosque ad teeta rmentis  
 cernimus obsessumque acta testudine limen. 441  
 haerent parietibus scalae, postisque sub ipsos  
 nituntur gradibus, clipeosque ad tela sinistris  
 proteeti obiciunt, elipsosque ad tela sinistris  
 Dardanidae contra turris ac teeta domorum 445  
 culmina conuellant; his se, quando ultima cernunt,  
 extrema iam in morte parant defendere telis;  
 auratasque trabes, ueterum decora alta parentum,  
 denolunt; alii strictis mucronibus imas  
 obsedere fores; has seruant agmine denso. 450  
 instanti animi, regis succurrere tectis,  
 auxiliumque leuare uiros, unque addere uictis.  
 Limen erat caecaeque fores et peruius usus  
 tectorum inter se Priami, postesque relicti  
 a tergo, infelix qua se, dum regna manebant, 455  
 saepius Andromache ferre incoinitata solebat  
 ad soceros, et ano puerum Astyanacta trahebat.  
 euado ad summi fastigia culminis, unde  
 tela manu miseri iactabant inrita Teucri.  
 turri in praecipiti stantem summisque sub astra  
 eductam tectis, unde omnis Troia uideri 461  
 et Danaum solitae naues et Achaica castra,  
 adgressi ferro circum, qua summa labantis  
 iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis  
 sedibus, impulimusque; ea lapsa repente ruinam  
 cum sonitu trahit et Danaum super agmina late 466  
 incidit. ast alii subeunt, nec saxa, nec illum  
 telorum interea cessat genus.  
 Vestibulum ante ipsum primoque in limine Pyrrhus  
 exsultat, telis et luce coruscus aena; 470  
 qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus,  
 frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,  
 nunc, positus nouus exniis nitidusque iuuenta,  
 lubrica conuoluit sublato pectore terga  
 arduus ad solem, et linguis micat ore trisuleis. 475  
 una ingens Periphas et equorum agitator Achilles,  
 armiger Antomedon, una omnis Scyria pubes  
 snecedunt tecto, et flammam ad culmina iactant.  
 ipse inter primos correpta dura bipenni  
 limina perennipit, postisque a cardine uellit 480  
 aeratos; iamque excisa trabe firma cauauit  
 robor, et ingentem lato dedit ore fenestram.  
 apparet domus intus, et atria longa patescunt;  
 apparet Priami et ueterum penetralia regum,  
 armatosque uident stantis in limine primo. 485  
 At domus interior genuit miseroque tumultu  
 miscetur, penitusque cauae plangoribus aedes  
 femineis ululant; ferit aurea sidera clamor.  
 tum pauidae tectis matres ingentibus errant,  
 amplexaeque tenent postis atque oscula figunt. 490  
 instat ui patria Pyrrhus; nec claustra neque ipsi  
 custodes sufferre ualent; labat ariete erebro  
 ianua, et emoti procumbunt cardine postes.  
 fit uia ui; rumpunt aditus, primosque trucidant  
 iniussi Danaei, et late loca milite complent. 495  
 non sic, aggeribus ruptis cum spumeis amnis  
 exiit oppositasque euicit gurgite moles,  
 fertur in arua furens eumulo, camposque per omnis  
 cum stabulis armenta trahit. uidi ipse furentem  
 eade Neoptolemmi geminosque in limine Atridas  
 et poenas Danaum et deserti coningis iras  
 praemetuens, Troiae et patriae communis Erinys,  
 abluderat sese atque aris inuisa sedebat.  
 exarsere ignis animo; subit ira cadentem 501  
 uleisci patriam et sceleratas snmere poenas.  
 proclunere; tenent Danaei, qua deficit ignis. 505  
 Forsitan et, Priami fuerint quae fata, requiras.  
 urbis nti captae casum conuolsaque uidi  
 limina tectorum et medium in penetralibus hostem,  
 arma diu senior desueta trementibus aevo  
 circumdat nequiquam umeris, et inutile ferrum 510  
 cingitur, ac densos fertur moriturus in hostis.  
 aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe  
 ingens ara fuit iuxtaque ueterrima laurus,  
 incumbens arae atque umbra complexa Penatis.  
 hic Heemba et natae nequiquam altaria circum, 515  
 praecipites atra ceu tempestate columbae,  
 condensae et diuom amplexae simulacra sedebant.  
 ipsum autem sumptis Priamum iuuenalibus armis  
 ut uidi, 'quae mens tam dira, miserrime coniunx,  
 impulit his ingi telis? aut quo ruis?' inquit. 520  
 non tali auxilio nec defensoribus istis  
 tempus eget; non, si ipse meus nunc adforet Hector.  
 huc tandem concede; haec ara tuebitor omnis,  
 aut moriere simul.' sic ore effata recepit  
 ad sese et sacra longaeuam in sede locauit. 525  
 Ecce antem elapsus Pyrrhi de caede Polites,  
 unus natorum Priami, per tela, per hostis  
 porticibus longis fugit, et uacua atria lustrat  
 saucius; illum ardens infesto uolnere Pyrrhus  
 insequitur, iam iamque manu tenet et premit hasta:  
 ut tandem ante oculos euasit et ora parentum, 531  
 conecidit, ac multo uitam eum sanguine fudit.  
 hic Priamus, quanquam in media iam morte tenetur,  
 non tamen abstinit, nec noci iraeque pepercit:  
 'at tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis, 535  
 di, si qua est caelo pietas, quae talia curet,  
 persoluant grates dignas et praemia reddant  
 debita, qui nati coram me cernere letum  
 fecisti et patrios foedasti funere uoluit.  
 at non ille, satum quo te mentiris, Achilles 540  
 talis in hoste fuit Priamo; sed iura fidemque  
 supplicis erubuit, corpusque exsangue sepulchro  
 reddidit Hectorem, meque in mea regna remisit.'  
 sic fatus senior, telumque inbelli sine letu  
 coniecit, raneu quod protinus aere repulsum 545  
 et summo clipei nequiquam umbone pendit.  
 eni Pyrrhus: 'referes ergo haec et munitus ibis  
 Pelidae genitori; illi meae tristia facta  
 degeneremque Neoptolemmi narrare memento.  
 nunc morere.' hoc dicens altaria ad ipsa trementem  
 traxit et in multo lapsantem sanguine nati, 551  
 implicuitque comam laeua, dextraque coruscum  
 extulit ac lateri capulo tenuis abdedit ensen.  
 haec finis Priami fatorem; hic exitus illum 554  
 sorte tulit, Troiam incensam et prolapsa uidentem  
 Pergama, tot quondam populis terrisque superbum  
 regnatorem Asiae. iacet ingens litore truncus,  
 auolsunneque unneris caput, et sine nomine corpus.  
 At ne tum primum saeuus circumstetit horror,  
 obstipui; subit cari genitoris imago, 560  
 ut regem aequaennum crudeli uolnere nidi  
 nitam exhalantem; subiit deserta Creusa,  
 et direpta domus, et parni casus Iuli.  
 respicio, et quae sit me circum copia lustro.  
 deseruere omnes defessi, et corpora saltu 565  
 ad terram misere aut ignibus aegra dedere.  
 [Iamque adeo super nuus eram, cum limina Vestae  
 seruantem et tacitam secreta in sede latentem  
 Tyndarida aspicio: dant clara incendia lucem  
 erranti passimque oculos per cuncta ferenti. 570  
 illa sibi infestos enersa ob Pergama Teneros  
 et poenas Danaum et deserti coningis iras  
 praemetuens, Troiae et patriae communis Erinys,  
 abluderat sese atque aris inuisa sedebat.  
 exarsere ignis animo; subit ira cadentem 575  
 uleisci patriam et sceleratas snmere poenas.]

434 manum in quibusdam codicibus inuentum esse testatur Ti. Donatus. 443 ac tela Mg. agnoscit Seruius. 445 tota domorum Pl. agnoscit Sernius. 448 illa P F, alta M. 460 turrem F, Charisius p. 39. 462 Achaia F. 465 clapsa Pl. 474 conuolvens F. 503 spes ampla P. 552 coma lacuam P. uu. 567-588 omittunt codd. optime, non agnoscunt in commentariis nec Seruius nec Ti. Donatus. accedit quod ne unus quidem eorum ab uilo uetere grammatico citatus

'scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenae  
 aspiciet? partoque ibit regina triumpho,  
 coniugiumque dominiq; patres natosq; uidebit,  
 Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris? 580  
 occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?  
 Dardanum totiens sudarit sanguine litus?  
 non ita. namque etsi nullum memorabile nomen  
 feminea in poena est nec habet uictoria laudem,  
 exstinxisse nefas tamen et sumpsisse merentis 585  
 laudabor poenas, animumque explesse iuuabit  
 †ultrici famam, et cineres satiassse meorum.'  
 talia iactabam, et furia mente ferebar,]  
 cum mihi se, non ante oculis tam clara, uidentem  
 obtulit et pura per noctem in luce refulsit 590  
 alma parens, confessa deam, qualisque uideri  
 caelicolis et quanta solet, dextraque prehensum  
 continuit, roseoque haec insuper addidit ore:  
 'nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? 594  
 quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit?  
 non prius aspicias, ubi fessum aetate parentem  
 liqueris Anchisen? superet coniunxne Creusa,  
 Ascaniusque puer? quos omnis undique Graiae  
 circum errant acies, et, ni mea cura resistat,  
 iam flammæ tulerint inimicus et hauserit ensis. 600  
 non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacaenae  
 culpatusue Paris, diuom inclementia, diuom,  
 has euerit opes sternitque a culmine Troiam.  
 aspice (namque omnem, quae nunc obducta tuenti  
 mortalis hebetat uisus tibi et umida circum 605  
 caligat, nubem eripiam; tu ne qua parentis  
 iussa time, neu praeceptis parere recusa)  
 hic, ubi disiectas moles auolsaque saxis  
 saxa uides mixtoque undantem puluere fumum,  
 Neptunus muros magnoque emota tridenti  
 fundamenta quatit totamque a sedibus urbem 610  
 eruit. hic Iuno Scaeas saeuissima portas  
 prima tenet, sociumque furens a nauibus agmen  
 ferro accincta uocat.  
 iam summas arces Tritonia, respice, Pallas 615  
 insedit, nimbo effulgens et Gorgone saeua.  
 ipse Pater Danais animos uirisque secundas  
 sufficit, ipse deos in Dardana suscitât arma.  
 eripe, nate, fugam, finemque impone labori.  
 nusquam abero, et tutum patrio te limine sistam.  
 dixerat, et spissis noctis se condidit umbris. 621  
 apparent dirae facies inimicaeque Troiae  
 numina magna deum.  
 Tum uero omne mihi uisum considerare in ignis  
 Ilium et ex imo uerti Neptunia Troia; 625  
 ac ueluti summis antiquam in montibus ornum  
 cum ferro accissam crebrisque bipennibus instant  
 euere agricolae certatim; illa usque minatur  
 et tremefacta comam concusso uertice nutat,  
 uolneribus donec paulatim euicta supremum 630  
 congemuît traxitque iugis auolsa ruina.  
 descendo, ac ducente deo flammam inter et hostis  
 expedior; dant tela locum, flammaeque recedunt.  
 Atque ubi iam patriae peruentum ad limina sedis  
 antiquasque domos, genitor, quem tollere in altos  
 optabam primum montis primunq; petebam, 636  
 abnegat excisa uitam producere Troia  
 exiliumque pati. 'uos o, quibus integer aeu  
 sanguis, ait, solidaque suo stant robore uires, 640  
 us agitate fugam.  
 me si caelicolae uoluissent ducere uitam,  
 has mihi seruassent sedes. satis una superque  
 uidimus excidia et captae suprauimus urbi.  
 sic o, sic positum adfati discedite corpus.  
 ipse manu mortem inueniam; miserebitur hostis  
 exuuiasque petet; facilis iactura sepulchri. 646

iam pridem inuis diuis et inutilis annos  
 demoror, ex quo me diuom pater atque hominum  
 rex

fulminis adflauit uentis et contigit igni.'  
 Talia perstabat memorans, fixusque manebat.  
 nos contra effusi lacrimis coniunxque Creusa 651  
 Ascaniusque omnisque domus, ne uertere secum  
 cuncta pater fatoque urgenti incumbere uellet.  
 abnegat, inceptoque et sedibus haeret in isdem. 654  
 rursus in arma parens, mortemque miserimus opto,  
 nam quod consilium aut quae iam fortuna dabatur?  
 'mene efferre pedem, genitor, te posse relicto  
 sperasti, tantumque nefas patrio excidit ore?  
 si nihil ex tanta superis placet urbe relinqui,  
 et sedet hoc animo, perituraeque addere Troiae 660  
 teque tuosque iuuat, patet isti ianua leto,  
 iamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,  
 gnatum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.  
 hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignis  
 eripis, ut mediis hostem in penetralibus, utque 665  
 Ascanium patremque meum iuxtaque Creusam  
 alterum in alterius mactatos sanguine cernam?  
 arma, uiri, ferte arma; uocat lux ultima uictos.  
 reddite me Danais; sinite instaurata reuisam  
 proelia. nunquam omnes hodie moriemur inulti.'

Hinc ferro accingor rursus clipeoque sinistram 671  
 insertabam aptans meque extra tecta ferebam.  
 ecce autem complexa pedes in limine coniunx  
 haerebat, paruumque patri tendebat Iulum:

'si periturus abis, et nos rape in omnia tecum; 675  
 sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,  
 hanc primum tutare domum. cui paruus Iulus,  
 cui pater et coniunx quondam tua dicta relinquor?'

Talia uociferans gemitu tectum omne replebat,  
 cum subitum dictaque oritur mirabile monstrum.  
 namque manus inter maestorumque ora parentum  
 ecce leuis summo de uertice uisus Iuli 682

fundere lumen apex, tactoque innoxia mollis  
 lambere flammam comas et circum tempora pasci.  
 nos pauidi trepidare metu, crinemque flagrantem  
 excutere et sanctos restinguere fontibus ignis. 686

at pater Anchises oculos ad sidera laetus  
 extulit, et caelo palmas cum uoce tetendit:

'Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis, 689  
 aspice nos; hoc tantum; et, si pietate meremur,  
 da deinde auxilium, pater, atque haec omina firma.'

uix ea fatus erat senior, subitoque fragore  
 intonuit laeuum, et de caelo lapsa per umbras  
 stella facem ducens uitas cum luce cucurrit.  
 illam, summa super labentem culmina tecti, 695

cernimus Idaea claram se condere silua  
 signantemque uias; tum longo limite sulcus  
 dat lucem, et late circum loca sulphure fumant.  
 hic uero uictus genitor se tollit ad auras,

adfaturque deos et sanctum sidus adorat. 700

'iam iam nulla mora est; sequor, et, qua ducitis,  
 adsum,

di patri: seruate domum, seruate nepotem.  
 uestrum hoc augurium, uestroque in numine Troia est.  
 cedo equidem, nec, nate, tibi comes ire recuso.'

Dixerat ille; et iam per moenia clarior ignis 705  
 auditur, propiusque aestus incendia uoluunt.

'ergo age, care pater, ceruicis imponere nostrae;  
 ipse subibo ueris, nec me labor iste grauabit;  
 quo res cumque cadent, unum et commune periculum,  
 una salus amobus erit. mihi paruus Iulus 710  
 sit comes, et longe seruet uestigia coniunx.

uos, famuli, quae dicam, animis aduertite uestris.  
 est urbe egressis tumulus templumque uetustum  
 desertae Cêreris, iuxtaque antiqua cupressus

est. adfirmat Seruius in Vita Vergili Aeneidi praeposita scriptos fuisse a Vergilio, sed a Varro et Tusca omissos.  
 mihi quidem haudquaquam credibile uidetur tales uiros in Vergilium, summum poetam atque ipsis amicissimum, tale  
 facinus potuisse admittere. itaque hos uersus spurios esse arbitror. 587 sic uersus traditus est in Seruii codd. uide  
 quae disputant *Ancient Lives of Vergil* p. 24. 616 nimbo. "alii limbo legunt" Seruius. 620 numquam M<sup>l</sup>. 630  
 uicta V. 632 dea M<sup>l</sup> V<sup>l</sup>, Ti. Donatus. 663 patremque M. 665 eripit M. 667 mactato M P V. 680 subito M P,  
 subitum F, Seruius. 691 augurium Pseudo-Probos p. 14. 699 tollere P.

religione patrum multos seruata per annos. 715	procedo et Priami sedes aremque reuiso. 760
haec ex diuerso sedem ueniemus in unam.	et iam porticibus uacuis Iunonis asylo
tu, genitor, cape sacra manu patriosque Penatis;	eustodes lecti Phoenix et dirus Vlixes
me, bello e tanto digressum et caede recenti,	praedam adseruabant. Huc undique Troia gaza
attrectare nefas, donec me flumine uiuo	ineensis crepta adytis mensaeque deorum,
abluero. 720	crateresque auro solidi captiuoque uestis 765
Haec fatus, latos umeros subiectaque colla	congeritur. pueri et pauidae longo ordine matres
ueste super fuluque insternor pelle Leonis,	stant circum.
succedoque oneri; dextrae se paruus Iulus	ausus quin etiam noees inuolare per umbram
implicuit sequiturque patrem non passibus aequis;	impleni clamore uias, maestusque Creusam
pone subit coniunx. ferimur per opaca locorum;	nequiquam ingeminans iterumque iterumque uocauit.
et me, quem dudum non ulla iniecta mouebant 726	quaerenti et tectis urbis sine fine furenti 771
tela neque aduerso glomerati ex agmine Grai,	infelix simulacrum atque ipsius umbra Creusae
nunc omnes terrent aerae, sonus excitat omnis	nisa mihi ante oculos et nota maior imago.
suspensum et pariter comitique onerique timentem.	obstipui, steteruntque comae et uox faucibus haesit.
Iamque propinquabam portis, omnemque uidebar	tun sic adfari et curas his demere dietis: 775
euasisse uiam, subito eum creber ad auris 731	'quid tantum insano inuult indulgere dolori,
uisus adessee pedum sonitus, genitorque per umbram	o duleis coniunx? non haec sine numine diuom
prospiciens, 'nate, exclamat, fuge, nate; propinquant.'	eueniunt; nec te hinc comitem asportare Creusam
ardentis elipeos atque aera micantia cerno.	fas aut ille sinit superi regnator Olympi.
hic mihi nescio quod trepido male numen anicuum	longa tibi exilia, et uastum maris aequor arandum,
confusam eripuit mentem. namque aera eursu 736	et terram Hesperiam uenies, ubi Lydius arua 781
dum sequor et nota excedo regione uiarum,	inter opima uirum leni luit agmine Thybris:
heu, misero coniunx fatone erepta Creusa	illuc res laetae regnumque et regia coniunx
substitit, errauitne nia, seu lassa resedit,	parta tibi. lacrimas dilectae pelle Creusae:
incertum; nec post oculis est reddita nostris. 740	non ego Myrmidonum sedes Dolopumue superbas
nec prius anissam respexi animumque rellexi,	aspiciam, aut Grai seruitum matribus ibo, 786
quam tumultum antiquae Cereris sedemque sacratam	Dardanis, et diuae Veneris nurus;
uenimus; hic denum collectis omnibus una	sed me magna deum Genetrix his detinet oris,
defuit, et comites natumque uirumque fefellit.	iamque male, et nati serua communis amorem.'
quem non incusauit amens hominumque deorumque,	haec ubi dicta dedit, lacrimantem et multa uolentem
aut quid in euersa nidi crudelins urbe? 746	dicere deseruit, tenuisque recessit in auras. 791
Ascanium Anchisenque patrem Teucrosque Penatis	ter conatus ibi collo dare brachia eirum:
commendo sociis et curua ualle recondo;	ter frustra compressa manus effugit imago,
ipse urbem repeto et ingor fulgentibus armis.	par leuibus uentis noluerique simillima somno.
stat casus renouare omnis, omnemque reuerti 750	Sic demum socios consumpta nocte reuiso. 795
per Troiam, et rursus caput obiecare periclis.	atque hic ingentem comitum adfluxisse nonorum
Principio muros obscuraque limina portae,	inuenio admirans numerum, matresque, uirosque,
qua gressum extuleram, repeto, et uestigia retro	collectam exilio pubem, miserabile uolgens,
obserrata sequor per noctem et lumine listro.	indique conuenere, animis opibusque parati,
horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.	in quascumque uelim pelago deducere terras. 800
inde donum, si forte pedem, si forte tulisset, 756	iamque iugis summae surgebat Lucifer Idae
merefero. inruerant Danaï, et tectum omne tenebant.	ducebatque diem, Danaïque obsessa tenebant
ilicet ignis edax summa ad fastigia nento	limina portarum, nec spes opis ulla dabatur;
uoluitur; exsuperant flammae, furit aestus ad auras.	cessi et sublato montis genitore petiui.

## LIBER TERTIVS

Postquam res Asiae Priamique euertere gentem  
 inmeritam nisum Superis, ceciditque superbum  
 Ilium et omnis humo fumat Neptunia Troia,  
 diuersa exilia et desertas quaerere terras  
 auguriis agimur diuom, classemque sub ipsa 5  
 Antandro et Phrygiae molimur montibus Idae,  
 incerti quo fata ferant, ubi sistere detur,  
 contrahimusque uiros. nix prima inceperat aestas,  
 et pater Anchises dare fatis nela iubebat;  
 litora cum patriae lacrimans portusque relinquo 10  
 et campos ubi Troia fuit. feror exul in altum  
 eum sociis natoque Penatibus et magnis dis.  
 Terra procul uastis colitur Manortia campis,  
 Thraeces arant, acri quondam regnata Lyncergo,  
 hospitium antiem Troiae sociique Penates, 15  
 dum fortuna fuit. feror huc, et litore enuro

moenia prima loco, fatis ingressus iniquis,  
 Aeneadasque meo nomen de nomine lingo.  
 Sacra Dionaeae matri diuisque ferebam  
 auspiciibus coeptorum operum, superoque uidentem  
 caelicolum regi mactabam in litore taurum. 21  
 forte fuit iuxta tumulus, quo cornea summo  
 uirgulta et densis hastilibus horrida myrtus.  
 accessi, miridemque ab humo conuellerem siluam  
 conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras, 25  
 horrendum et dietu uideo mirabile monstrum.  
 nam quae prima solo ruptis radiceibus arbos  
 uellitur, hinc atro liquuntur sanguine guttae  
 et terram tabo maculant. mihi frigidus horror  
 membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.  
 rursus et alterius lentum conuellerem uimen 31  
 insequor et causas penitus temptare latentis:

739 lapsa M, raptā P<sup>1</sup>. 747 Anchisem M. 765 animo M P. 768 tecti M<sup>1</sup> pro uento. 762 diuus Charisius p. 273.  
 771 ruenti P. 775 hunc uersum in multis codicibus omissum fuisse testatur Seruius. 778 nec te comitem hinc portare  
 M, nec te comitem hinc asportare P. "si tamen uis fide seruata scander, fiat conuersio, ut eueniunt nec te hinc  
 comitem asportare" Seruius. 783 res Italae M P<sup>2</sup>. 787 "sane hunc uersum quidam ita supplēuit, et tua coniunx"  
 Seruius. 804 montem P, Seruius.

ater et alterius sequitur de cortice sanguis.  
 multa mouens animo Nymphas nenerabat agrestis  
 Gradiumque patrem, Geticis qui praesidet aruis,  
 rite secundarent uisus omenque leuant. 36  
 tertia sed postquam maiore hastilla nisu  
 adgredior genibusque aduersae obductor harenae  
 (eloquar an sileam?) gemitus lacrimabilis imo  
 auditur tumulo, et uox reddita fertur ad auris: 40  
 'quid miserum, Aenea, laceras? iam parce sepulto;  
 parce pias scelerare manus. non me tibi Troia  
 externum tulit, aut cruor hic de stipite manat.  
 heu, fuge crudelis terras, fuge litus auarum.  
 nam Polydorus ego. hic confixum ferrea textit 45  
 telorum seges et iaculis increuit acutis.'

Tum uero aecipiti mentem formidine pressus  
 opstipui, steteruntque comae et uox faucibus haesit.  
 hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno  
 infelix Priamus furtim mandarat alendum 50  
 Threicio regi, cum iam diffideret armis  
 Dardaniae cingique urbem obsidione uideret.  
 ille, ut opes fractae Teucrum et fortuna recessit,  
 res Agamemnonias uictriciaeque arma secutus,  
 fas omne abruptit; Polydorum obruncat, et auro  
 ui potitur. quid non mortalia pectora cogis, 56  
 auri sacra fames? postquam pauor ossa reliquit,  
 delectos populi ad proceres primumque parentem  
 monstra deum refero, et quae sit sententia posco.  
 omnibus idem animus, sclerata excedere terra, 60  
 linqui pollutum hospitium, et dare classibus austros.  
 ergo instauramus Polydoro funus, et ingens  
 aggeritur tumulo tellus; stant Manibus arae,  
 caeruleis maestae uittis atraeque cupresso,  
 et circum Iliades crimem de more solutae; 65  
 inferimus tepido spumantia cymbia lacte  
 sanguinis et sacri pateras, animamque sepulchro  
 condimus et magna supremum uoce ciemus.

Inde ubi prima fides pelago placataque uenti  
 dant maria et lenis crepitans uocat auster in altum,  
 deducunt socii nauis et litora complent. 71  
 prouehimur portu, terraeque urbesque recedunt.  
 sacra mari colitur medio gratissima tellus  
 Nereidum matri et Neptuno Aegaeo,  
 quam pius Arquiteus oras et litora circum 75  
 errantem Mycon e celsa Gyaroque reuinxit,  
 immotamque coli dedit et contemnere uentos.  
 huc feror; haec fessos tuto placidissima portu  
 accipit. egressi ueneramur Apollinis urbem.  
 rex Anius, rex idem hominum Phoebeique sacerdos,  
 uittis et sacra redimitus tempora lauro, 81  
 occurrit; ueterem Anchisen adgnoscit amicum.  
 iungimus hospitio dexteram, et tecta subimus.

Templa dei saxo uenerabar structa uetusto: 84  
 'da propriam, Thymbraeae, domum; da moenia fessis  
 et genus et mansuram urbem; serua altera Troiae  
 Pergama, reliquias Danaum atque innitis Achilli.  
 quem sequimur? quoque ire iubes? ubi ponere sedes?  
 da, pater, augurium, atque animis inlabere nostris.'  
 nix ea fatus erami: tremere omnia uisa repente 90  
 liminaque laurusque dei totusque moueri  
 mons circum et mugire adytis cortina reclusis.  
 summissi petimus terram, et uox fertur ad auris:  
 'Dardanidae duri, quae uos a stirpe parentum  
 prima tulit tellus, eadem uos ubere laeto 95  
 accipiet reduces. antiquam exquirite matrem.  
 hic domus Aeneae cunctis dominabitur oris,  
 et nati natorum, et qui nascentur ab illis.'  
 haec Phoebus; mixtoque ingens exorta tumultu  
 laetitia, et cuncti quae sint ea moenia quaerunt, 100  
 quo Phoebus uocet errantis iubeatque reuerti?  
 tum genitor, ueterum uolens monumenta uiuorum,  
 'audite, o proceres, ait, et spes discite uestras:  
 Creta Iouis magni medio iacet insula ponto;

mons Idaeus ubi, et gentis cunabula nostrae. 105  
 centum urbes habitant magnas, uberrima regna;  
 maximus unde pater, si rite audita recordor,  
 Teucrus Rhoetaes primum est adductus ad oras,  
 optauitque locum regno. nondum Ilium et arces  
 Pergameae steterant; habitant uallibus imis. 110  
 hinc mater cultrix Cybeli Corybantiaque aera  
 Idaeumque nemus; hinc fida silentia sacris,  
 et iuncti currum dominae subiere leones.  
 ergo agite et diuum ducunt qua iussa sequamur;  
 placemus uentos et Gnosia regna petamus. 115  
 nec longo distant cursu; modo Iuppiter adsit,  
 tertia lux classem Cretaeis sistet in oris.'  
 sic fatus, meritos aris mactauit honores,  
 taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo,  
 nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Fama uolat pulsum regnis cecidisse paternis 121  
 Idomeneae ducem, desertaque litora Cretae,  
 hoste uacare domum, sedesque relictas.  
 linquimus Ortygiae portus, pelagoque uolamus, 124  
 bacchantamque iugis Naxum uiridemque Donyssam,  
 Olearon niueamque Parum sparsasque per aequor  
 Cycladas et crebris leginus freta concita terris.  
 nauticus exoritur uario certamine clamor;  
 hortantur socii: 'Cretam proausque petamus.'  
 prosequitur surgens a puppi uentus euntis, 130  
 et tandem antiquis Curetum adlabimur oris.  
 ergo audis muros optatae molior urbis,  
 Pergameamque uoco, et laetam cognomine gentem  
 hortor amare focos arecmeque attollere tectis.  
 iamque fere siccio subductae litore puppes; 135  
 conubiis aruisque nouis operata iuuentus;  
 iura domosque dabam: subito cum tabida membris,  
 corrupto caeli tractu, miserandaque uenit  
 arboribusque satisque lues et letifer annus.  
 linquebant dulcis animas aut aegra trahebant 140  
 corpora; tum sterilis exurere Sirius agros;  
 arebant herbae, et uictum seges aegra negabat.  
 rursus ad oraclum Ortygiae Phoebumque remenso  
 hortatur pater ire mari, ueniamque precari:  
 quam fessis finem rebus ferat; unde laborum 145  
 temptare auxilium iubeat; quo uertere cursus.

Nox erat, et terris animalia somnus habebat:  
 effigies sacrae diuum Phrygisque Penates,  
 quos mecum a Troia mediisque ex ignibus urbis  
 extuleram, nisi ante oculos astare iacentis 150  
 in somnis, multo manifesti lumina, qua se  
 plena per insertas fundebat luna fenestras;  
 tum sic adfari et curas his demere dictis:  
 'quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,  
 hic canit, et tua nos en ultro ad limina mittit. 155  
 nos te, Dardania incensa, tuaeque arma secuti,  
 nos tumidum sub te permensi classibus aequor,  
 idem uenturos tollemus in astra nepotes,  
 imperiumque urbi dabimus. tu moenia magnis  
 magna para, longumque fugae ne linque laborem.  
 mutandae sedes. non haec tibi litora suasit 161  
 Delius aut Cretae iussit considere Apollo.  
 est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt,  
 terra antiqua, potens armis atque ubere glaebae;  
 Oenotri coluere iuri; nunc fama minores 165  
 Italiam dixisse duces de nomine gentem:  
 hae nobis propriae sedes; hinc Dardanus ortus  
 Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum.  
 surge age et haec laetus longaeuo dicta parenti  
 haud dubitanda refer: Corythum terrasque requirat  
 Asonias. Dicta negat tibi Iuppiter arua.' 171  
 talibus attonitus nisis et uoce deorum  
 (nec sopor illud erat, sed coram agnoscere uultus  
 uelatasque comas praesentiaque ora uidebar;  
 tum gelidus toto manabat corpore sudor) 175  
 corripio e stratis corpus, tendoque supinas

75 prius pro pius Seruii temporibus legebatur. 82 adgnoscit M, adgnouit P F. accurrat M<sup>2</sup>. 111 hic Nonius p. 250, Seruius Aen. 10. 220. Cybele codd., Cybeli Nonius p. 250, Seruius, qui Cybele agnoscit. 118 mactabat Nonius p. 320, Macrob. S. 3. 4. 6. 123 domos M. 125 Naxos M. 126 Pharon M. 142 negare F<sup>1</sup>. 146 temptari M<sup>2</sup>, Seruius. 166 duxisse F.



ad caelum cum uoce manus, et munera libo  
intemerata focis. perfecto laetus honore  
Anchisen facio certum, remque ordine pando.  
adgnouit prolem ambiguum geminosque parentes,  
seque nouo ueterum deceptum errore locorum. 181  
tum memorat: 'nate, Iliacis exercite fati,  
sola mihi talis caesus Cassandra canebat.  
nunc repeto haec generi portendere debita nostro,  
et saepe Hesperiam, saepe Italia regna uocare. 185  
set quis ad Hesperiae uenturos litora Teucros  
ercederet? aut quem tum uates Cassandra moueret?  
cedamus Phoebis, et moniti meliora sequamur.'  
sic ait; et cuncti dicto paremus ouantes. 189  
hanc quoque deserimus sedem, paucisque relictis  
uela danus, uastumque caua trahe currimus aequor.

Postquam altum tenuere rates, nec iam amplius  
ullae  
apparent terrae, caelum undique et undique pontus,  
tum mihi caeruleus supra caput astitit inber,  
noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris.  
continuo uenti uoluunt mare magna surgunt 196  
aequora; dispersi iactamur gurgite uasto;  
inuoluere diem nimbi, et nox umida caelum  
abstulit; ingeminant abruptis nubibus ignes.  
excutimur cursu et caecis erramus in undis. 200  
ipse diem noctemque negat discernere caelo,  
nec meminisse niae media Palinurus in unda.  
tris adeo incertos caeca caligine soles  
erramus pelago, totidem sine sidere noctes.  
quarto terra die primum se attollere tandem 205  
uisa, aperire procul montis, ac uolucere fumum.  
uela cadunt, remis insurgimus; haut mora, nautae  
aduixi torquent spumas et caerulea uerrunt.

Seruatim ex undis Strophadum me litora primum  
excipiunt; Strophades Graio stant nomine dictae.  
insulac Iouio in magno, quas dira Celaeno 211  
Harpyiaecae cohunt aliae, Phineia postquam  
clausa domus, mensasque metu liquere priores.  
tristius haut illis monstrum, nec saeuior ulla  
pestis et ira deum Stygiis sese extulit undis. 215  
uirginei uolucrum uolus, foedissima uentris  
proluens uaeaque manus et pallida semper  
ora fame.

huc ubi delati portus intrauimus, ecce  
laeta boum passim campis armenta uidemus 220  
caprigenumque pecus nullo custode per herbas.  
inruimus ferro, et diuos ipsunusque uocamus  
in partem praedamque fouem; tum litore curuo  
extruimusque toros dapibusque epulamur opimis.  
at subitae horricio lapsu de montibus adsunt 225  
Harpyiae et magnis quantium elongoribus alas,  
diripiuntque dapes contactuque omnia foedant  
inmundo; tum uox taetrum dira inter odorem.  
rursus in secessu longo sub rupe cauata,  
arboribus clausa circum atque horrentibus umbris,  
instruimus mensas arisque reponimus ignem: 231  
rursus ex diuerso caeli caecisque latebris  
turba sonans praedam pedibus circumuolat uicis,  
polluit ore dapes. sociis tunc, arma capessant, 235  
edico, et dira bellum cum gente gerendum.  
haud secus ac iussi faciunt, tectosque per herbam  
disponunt enses et senta latentia condunt.  
ergo ubi delapsae sonitum per curua dedere  
litora, dat signum specula Misenus ab alta  
aere cauo. inuadunt socii, et noua proelia temptant,  
obscenas pelagi ferro foedare uolucres. 241  
sed neque uim plumis ullam nec noluerat tergo  
accipiunt, celerique fuga sub sidera lapsae  
senesam praedam et uestigia foeda relinquunt.  
una in praecelsa consedit rupe Celaeno, 245  
infelix uates, rumpitque hanc pectore uocem:  
'bellum etiam pro caede boum stratisque iuuenis,

Laomedontiadae, bellumne inferre paratis  
et patrio Harpyias insontis pellere regno?  
accipite ergo animis atque haec mea figite dicta. 250  
quae Phoebis pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo  
praedixit, uobis Furiarum ego maxima pando.  
Italiam cursu petitis, uentisque uocatis  
ibitis Italiam, portusque intrare licebit;  
set non ante datam eingeitis moenibus urbem, 255  
quam uos dira fames nostraeque iniuria caedis  
ambesas subigat malis absumere mensas.'  
dixit, et in siluam pinuis ablata refugit.  
at sociis subita gelidus formidine sanguis  
deriguit; cecidere animi, nec iam amplius armis,  
set notis precibusque iubent exposcere pacem, 261  
sive deae, seu sint dira obsecraeque uolucres.  
et pater Anchises passis de litore palmis  
numina magna uocat, meritosque indicit honores:  
'di, prohibete minas; di, talem auertite casum 265  
et placidi seruate pios'. tum litore funem  
deripere, excussosque iubet laxare rudentis.  
tendunt uela Noti; fugimus spumantibus undis,  
qua cursum uentusque gubernatorque uocabat.  
iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos 270  
Dulichiumque Sameque et Neritos ardua saxis.  
effugimus scopulos Ithacae, Laertia regna,  
et terram altricem saeui execramur Vlixi.  
mox et Leucatae nimbo saecumina montis  
et formidatus nautis aperitur Apollo. 275  
hunc petimus fessi et paruae succedimus urbi;  
ancora de prora iacitur, stant litore puppes.

Ergo insperata tandem tellure positi  
lustramurque Ioui uotisque incendimus aras,  
Actiaque Iliacis celebramus litora ludis. 280  
exereent patrias oleo labente palaestras  
nudati socii; iuuat euasisse tot urbes  
Argolicas mediosque fugam tenuisse per hostis.  
interea magnum sol circumuoluitur annum,  
et glacialis hiemps aquilonibus asperat undas. 285  
aere cauo clipeum, magni gestamen Abantis,  
postibus aduersis figo, et rem carmine signo:  
AENEAS HAEC DE DANAIIS VICTORIBVS ARMA.  
liquere tum portus iubeo et considere transtris.  
certatim socii ferunt mare et aequora uerrunt. 290  
protinus aeras Phaeacum abscondimus arces,  
litoraque Epiri legimus portuque subimus  
Chaonio et celsam Bathroti accedimus urbem.

Hic incredibilis rerum fama occupat auris  
Priamiden Helenum Graias regnare per urbes, 295  
coniugio Aeacidae Pyrrhi sceptrisque potitum,  
et patrio Andromachen iterum cessisse marito.  
opstipui, miroque incensum pectus amore,  
compellare uirum et casus cognoscere tantos.  
progredior portu, classis et litora linguens, 300  
sollemnis cum forte dapes et tristia dona  
ante urbem in luco falsi Simoentis ad undam  
libabat cineri Andromache Manesque uocabat  
Hectoreum ad tumulum, niri di quem caespite inanem  
et geminas, causam lacrimis, sacrauerat aras. 305  
ut me conspexit uenientem et Troia circum  
arma amens uidit, magnis exterrita monstis  
deriguit uisu in medio, calor ossa reliquit;  
labitur, et longo uix tandem tempore fatur:  
'uerane te facies, uersus mihi nuntius adfers, 310  
nate dea? uinisne? aut, si lux alma recessit,  
Hector ubi est?' dixit, lacrimasque effudit et omnem  
impleuit clamore locum. nix pauca furenti  
subiocio et raris turbatus uocibus hisco:  
'uiu equidem, nitamque extrema per omnia duco;  
ne dubita, nam nera mides. 316  
heu, quis te casus delectam coniugio tanto  
excipit, aut quae digna satis fortuna reuisit,  
Hectoris Andromache? Pyrrhin conubia seruas?'

199 abrupti G. 204 "hinc Pelopis gentes Maleacque sonantia saxa circumstant, pariterque undae terraeque  
minantur; pulsantur sacuis et circumstistimur undis." hi uersus circumducti inuenti dicuntur et extra paginam in mundo"  
Seruius. 209 prima Mg. 210 accipiunt M. 230 clausa M<sup>2</sup>, clausam P M<sup>1</sup> (pro clausa in?). 252 mando P<sup>2</sup>. 266  
placide P. 268 serimur P<sup>2</sup>. 292 portus M, Chaonios M<sup>2</sup>, agnoscit Seruius. 310 uerum mihi M. 312 effundit P. 319  
Andromachen agnoscit Seruius, Andromache codd. et Ti. Donatus.

déicit uultum et demissa uoce locuta est : 320  
 'o felix una ante alias Priameia uirgo,  
 hostilem ad tumulum Troiae sub moenibus altis  
 iussa mori, quae sortitus non pertulit ullos,  
 nec uictoris eri tetigit captiua cubile !  
 nos, patria incensa diuersa per aequora uectae, 325  
 stirpis Achilleae fastus iuuenemque superbum,  
 seruitio enixae, tulimus ; qui deinde, secutus  
 Ledaeam Hermionen Lacedaemoniosquehymenaeos,  
 me famulo famulamque Heleno transmisit habendam.  
 ast illum, ereptae magno flammatus amore 330  
 coniugis et scelerum Furiis agitatus, Orestes  
 excipit incautum patriasque obruncat ad aras.  
 morte Neoptolemi regnorum reddita cessit  
 pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos  
 Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit, 335  
 Pergamamque Iliacamque iugis hanc addidit arcem.  
 sed tibi qui cursum uenti, quae fata dedere ?  
 aut quisnam ignarum nostris deus appulit oris ?  
 quid puer Ascanius ? superatne et uescitur aura,  
 quem tibi iam Troia— 340  
 equa tamen puero est amissae cura parentis ?  
 equid in antiquam uirtutem animosque uirilis  
 et pater Aeneas et auunculus excitat Hector ?'  
 talia fundebat lacrimans longosque ciebat  
 in cassum fletus, cum sese a moenibus heros 345  
 Priamides multis Helenus comitantibus adfert,  
 agnoscitque suos, laetusque ad limina ducit,  
 et multum lacrimas uerba inter singula fundit.  
 procedo, et paruam Troiam simulataque magnis  
 Pergama et arentem Xanthi cognomine riuum 350  
 agnosco, Scaeaecque amplector limina portae.  
 nec non et Teucri socia simul urbe fruuntur.  
 illos porticibus rex accipiebat in amplis ;  
 aulai medio libabant pocula Bacchi,  
 impositis auro dapibus, paterasque tenebant. 355  
 Iamque dies alterque dies processit, et aerae  
 uela uocant tumidoque inflatur carbasus austro :  
 his uatem adgredior dictis ac talia quaeso :  
 'Troigena, interpres diuom, qui numina Phoebi,  
 qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis, 360  
 et uolucrum linguas et praepetis omina pinnae,  
 fare age (namque omnem cursum mihi prospera  
 dixit  
 religio, et cuncti suaserunt numine diui  
 Italiam petere et terras temptare repostas ;  
 sola nouum dictuque nefas Harpyia Celaeno 365  
 prodigium canit, et tristic denuntiat iras  
 obscenamque famem) quae prima pericula uito ?  
 quidue sequens tantos possim superare labores ?'  
 hic Helenus, caesis primum de more iuuenis,  
 exorat pacem diuom, uitasque resoluti  
 sacrati capitis, meque ad tua limina, Phoebae, 370  
 ipse manu multo suspensum numine ducit,  
 atque haec deinde canit diuino ex ore sacerdos.  
 'Nate dea (nam te maioribus ire per altum  
 auspiciis manifesta fides : sic fata deum rex 375  
 sortitur uoluitque uices ; is uertitur ordo)  
 pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustres  
 aequora et Ausonio possis considerare portu,  
 expedit dictis ; prohibent nam cetera Parcae  
 scire Helenum farique uetat Saturnia Iuno. 380  
 principio Italiam, quam tu iam rere propinquam  
 uicinosque, ignare, paras inuadere portus,  
 longa procul longis uia diuidit inuia terris.  
 ante et Trinacria lentandus remus in unda,  
 et salis Ausonii lustrandum nauibus aequor 385  
 infernique lacus Aeaecaeque insula Circae,  
 quam tuta possis urbem componere terra.  
 signa tibi dicam ; tu condita mente teneto :  
 cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam

litoreis ingens inuenta sub illicibus sus 390  
 triginta capium fetus enixa iacebit,  
 alba, solo recubans, albi circum ubera nati,  
 is locus urbis erit, requies eam certa laborum.  
 nec tu mensarum morsus horresce futuros :  
 fata uiam inuenient aderitque uocatus Apollo. 395  
 has autem terras Italice hanc litoris oram,  
 proxima quae nostri perfunditur aequoris aestu,  
 effuge ; cuncta malis habitantur moenia Graeis.  
 hic et Narycii posuerunt moenia Loeri,  
 et Sallentinos obsedit milite campos 400  
 Lyctius Idomeneus ; hic illa ducis Meliboei  
 parua Philoctetae subnixa Petelia muro.  
 quin ubi transmissae steterit trans aequora classes  
 et positis aris iam nota in litore solues,  
 purpureo uelare comas adopertus amictu, 405  
 ne qua inter sanctos ignis in honore deorum  
 hostilis facies occurrat et omina turbet.  
 hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto :  
 hac casti maneant in religione nepotes.  
 ast ubi digressum Siculae te admoerit orae 410  
 uentus et angusti rarescent claustra Pelori,  
 laena tibi tellus et longo laeuia petantur  
 aequora circuitu ; dextrum fuge litus et undas.  
 haec loca ui quondam et uasta conuolsa ruina  
 (tantum aeni longinqua ualet mutare uetustas) 415  
 dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus  
 una foret ; uenit medio ui pontus et undis  
 Hesperium Siculo latus absceidit, aruaque et urbes  
 litore diductas angusto interluit aestu.  
 dextrum Scylla latus, laeuum inplacata Charybdis  
 obsidet atque imo barathri ter gurgite uastos 421  
 sorbet in abruptum fluctus rursusque sub auras  
 erigit alternos et sidera uerberat unda.  
 at Scyllam caecis cohibet spelunca latebris,  
 ora exertantem et nauis in saxa trahentem. 425  
 prima hominis facies et pulchro pectore uirgo  
 pube tenus, postrema immani corpore pistrix,  
 delphinum caudas utero commissa luporum.  
 praestat Trinacrii metas lustrare Pachyni  
 cessantem, longos et circumflectere cursus, 430  
 quam semel informem uasto uidisse sub antro  
 Scyllam et caeruleis canibus resonantia saxa.  
 praeterea, si qua est Heleno prudentia, uati  
 si qua fides, animum si ueris implet Apollo, 434  
 unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum  
 praedicam, et repetens iterumque iterumqumonebo :  
 Iunonis magnae primum prece niter amora ;  
 Iunoni cane uota libens dominamque potentem  
 supplicibus supera donis : sic denique uictor  
 Trinacria finis Italos mittere reliquit. 440  
 hic ubi delatus Cumaeam accesseris urbem  
 diuinoseque lacus et Auerna sonantia siluis,  
 insanani uatem aspicias, quae rupe sub ima  
 fata canit foliisque notas et nomina mandat.  
 quaecumque in foliis descripsit carmina uirgo, 445  
 digerit in numerum atque antro seclusa relinquit.  
 illa manent in mota locis neque ab ordine cedunt ;  
 uerum eadem, uerso tenuis cum cardine uentus  
 impulit et teneras turbauit ianua frondes,  
 numquam deinde cauo uolitantia prendere saxo, 450  
 nec reuocare situs aut iungere carmina curat :  
 inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllae.  
 hic tibi ne qua morae fuerint dispendia tanti,  
 quamuis increpitent socii, et ui cursus in altum  
 uela uocet possisque sinus implere secundos, 455  
 quin adeas uatem precibusque oracula poscas  
 ipsa canat uocemque uolens atque ora resoluat.  
 illa tibi Italiae populos uenturaeque bella,  
 et quo quemque modo fugiasque ferasque laborem,  
 expediet, cursusque dabit nenerata secundos. 460  
 haec sunt, quae nostra liceat te uoce moneri.

330 flammatus F P, inflammatus M. 340 quem F et M (de quo errauit Ribbeckius) ; testantur Suetonius Vita Verg. 41, Seru. Aen. 1. 636. 346 Helenus multis P. 348 lacrimans P, agnoscit Seruius. 354 aulai in medio Velius Longus p. 57. 360 lauros M<sup>2</sup>. 362 omnibus P. 372 suspensus agnoscit Seruius pro suspensum. 417 ingens pro undis Seneca N. Q. 6. 29. 1. 419 aequore diductas Seneca N. Q. 6. 29. 1. 436 praecipiam Quintilianus 2. 13. 8.

uade age, et ingentem factis fer ad aethera Troiam.' 465

Quae postquam uates sie ore effatus amico est,  
dona dehinc auro grauiam sectoque elephanto  
imperat ad nauis ferri, stipatque carinis  
ingens argentum Dodonaeosque lebetas, 465  
loricam consertam hamis auroque trilicem,  
et conum insignis galeae cristasque comantis,  
arma Neoptolemi. sunt et sua dona parenti.  
addit equos, additque duces; 470  
remigium supplet; socios simul instruit armis.

Interea classem uelis aptare iubebat  
Anchises, fieret uento mora ne qua ferenti.  
quem Phoebi interpres multo compellat honore:  
'coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo, 475  
cura deum, bis Pergameis erepte ruinis,  
ecce tibi Ausoniae tellus; hanc arripe nelis.  
et tamen hanc pelago praerelabare necesse est;  
Ausoniae pars illa procul, quam pandit Apollo.  
uade, ait, o felix nati pietate. quid ultra 480  
prouehor et fando surgentis demoror austros?'  
nec minus Andromache, digressu maesta supremo,  
fert picturatas auri subtegmine uestes  
et Phrygiam Ascanio chlamydem, nec cedit honori,  
textilibusque onerat donis, ac talia fatur: 485  
'accipe et haec, manuum tibi quae monumenta  
mearum

sint, puer, et longum Andromachae testentur amorem,  
coniugis Ilectoreae. cape dona extrema tuorum,  
o mihi sola mei super Astyanactis imago,  
sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat; 490  
et nunc aequali tecum pubesceret aevo.'  
hos ego digrediens lacrimis adfabar obortis:  
'uiuere felices, quibus est fortuna peracta  
iam sua; nos alia ex aliis in fata uocamur.  
uobis parta quies; nullum maris aequor arandum,  
arua neque Ausoniae semper credentia retro 496  
quaerenda. elligiem Xanthi Troiamque uidetis,  
quam uestrae fecere manus, melioribus, opto,  
auspicis, et quae fuerit minus obuia Grais.  
si quando Thybrim uicinae Thybridis arua 500  
intraro gentique meae data moenia cernam,  
cognatas urbes olim populosque propinquos,  
Epiro, Hesperia, quibus idem Dardanus auctor  
atque idem casus, unam faciemus utramque  
Troiam animis; maneat nostros ea cura nepotes.'

Prouchinur pelago uicina Ceraunia iuxta, 506  
unde iter Italiam cursusque breuissimus midis.  
sol ruit interea et montes umbrantur opaci,  
sternitur optatae gremio telluris ad undam,  
sortiti remos, passimque in litore siccio 510  
corpora curamus; fessos sopor inrigat artus.  
nequum orbem uedium Nox horis acta subibat;  
haut segnis strato surgit Palinurus et omnis  
explorat uentos, atque anribus aera captat;  
sidera cuncta notat tacito labentia caelo, 515  
Arcturum pluuiasque Hyadas geminosque Triones,  
armatumque auro circumspicit Oriona.

postquam cuncta uidet caelo constare sereno,  
dat clarum e puppi signum; nos castra mouemus,  
temptamusque uiam et uelorum pandimus alas. 520  
iamque rubescebat stellis Aurora fugatis,  
cum procul obscuros collis humilemque uidemus  
Italiam. Italiam primus conclamat Achates,  
Italiam lacto socii clamore salutant.  
tum pater Anchises magnum cratera corona 525  
induit impleuitque mero, diuosque uocauit  
stans prima in puppi:  
'di maris et terrae tempestatumque potentes,  
ferite uiam uento facilem et spirate secundi.'  
crebrescunt optatae aurae, portusque patescit 530

iam propior, templumque apparet in aere Mineruae.  
uela legunt socii et proras ad litora torquent.  
portus ab Euroo fluctu curuatus in arcum;  
obiectae salsa spumant asparagine cautes; 535  
ipse latet; gemino demittunt brachia muro  
turriti scopuli, refugitque ab litore templum.  
quattuor hic, primum omen, equos in gramine uidi  
tondentes campum late, candore niuali.

et pater Anchises: 'bellum, o terra hospita, portas;  
bello armantur equi, bellum haec armenta minantur,  
set tamen idem olim curru succedere sueti 541  
quadrupedes, et frena iugo concordia ferre:  
spes et pacis,' ait. tum numina sancta precamur  
Palladis armisonae, quae prima accepit uantis,  
et capita ante aras Phrygio uelamur amictu; 545  
praeceptisque Heleni, dederat quae maxima, rite  
Iunoni Argiuae iussos adolentium honores.  
haut mora, continuo perfectis ordine uotis,  
cornua uelatarum obuertimus antenarum,  
Graeigenumque domos suspectaque linquimus arua.  
hinc sinus Herculei, si uera est fama, Tarenti 551  
cernitur; attollit se diua Lacinia contra  
Caulonisque arces et manifragum Seylaceum.  
tum procul e fluctu Trinacria cernitur Aetna,  
et gemitum ingentem pelagi pulsatae saxa 555  
audinus longe fractasque ad litora uoces,  
exultantque uada, atque aestu miscentur harenae.  
et pater Anchises: 'nimirum haec illa Charybdis:  
hos Heleus scopulos, haec saxa horrenda cauebat.  
eripite, o socii, pariterque insurgite remis.' 560  
haut minus ac iussi faciunt, priusque rudentem  
contorsit laeuas proram Palinurus ad undas;  
laeuam cuncta cohors remis uentisque petiuit.  
tollimur in caelum curuato gurgite, et idem  
subducta ad Manis imos desedimus unda. 565  
ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere:  
ter spumam elisam et rorantia uidiuimus astra.  
interea fessos uentus cum sole reliquit,  
ignarique uiae Cyclopm adlabimur oris.

Portus ab accessu uentorum immotus et ingens 570  
ipse; sed horribilis iuxta tonat Aetna ruinis,  
interdumque atram prorumpit ad aethera nubem,  
turbine fumantem pieco et candente fauilla,  
attollitque globos flammaram et sidera lambit;  
interdum scopulos auolsaque uiscera montis 575  
erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras  
cum genuit glomerat, fundoque exaestuato imo.  
fama est Enceladi semustum fulmine corpus  
urgeti mole hac, ingentemque insuper Aetnam  
impositam ruptis flammam expirare caminis; 580  
et fessum quotiens mutet latus, intremere omnem  
murmure Trinacriam, et caelum subtexere fumo.  
noctem illam tecti siluis immania monstra  
perferimus, nec quae sonitum det causa uidemus.  
nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus aethra  
sidera polus, obscuro sed umbila caelo, 586  
et lunam in niubo nox intempesta tenebat.

Postera iamque dies primo surgebat Eoo,  
numentemque Aurora polo dimouerat umbram:  
cum subito e siluis, macie confecta suprema, 590  
ignoti noua forma uiri miserandaque cultu  
procedit supplexque manus ad litora tendit.  
respicimus. dira inluuiis immissaque barba,  
consertum tegumen spinis; at cetera Grauis,  
et quondam patriis ad Troiam missus in armis. 595  
isque ubi Dardanio habitus et Troia uidit  
arma procul, paulum aspectu conterritus haesit,  
continuitque gradum; mox sese ad litora praecipit  
cum fletu precibusque tulit: 'per sidera testor,  
per superos atque hoc caeli spirabile lumen, 600

469 parentis P. 475 Anchisa Gellius 15. 13. 10, Nonius p. 281, Seruius: in codicibus uariatur inter Anchisa et Anchisae (i.e. Anchise). 476 erepta P. 484 honore P, quod probauisse Terentium Scaurum testatur Seruius. 499 fuerint M P, agnoscit Seruius. 503 Hesperiam M G. 504 faciamus G. 527 prima G P<sup>1</sup>, celsa M. (8 680). 535 dimittunt P. 545 aram P. Rufinianus p. 57 Halm. 553 Aulonis pro Caulonis agnoscit Seruius. 556 ab litore M<sup>2</sup>, Diom. p. 420. 558 hic M P. 581 motet melius esse censet Seruius. mutet confirmat Seneca Tranq. An. II 10. mutat M<sup>2</sup> P<sup>2</sup>. 600 numen M<sup>1</sup> P<sup>1</sup>.

tollite me, Teuceri; quascunq̄ue abducite terras;  
hoc sat erit. scio me Danaïs e classibus unum,  
et bello Iliacos fateor petiisse Penatis.  
pro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,  
spargite me in fluctus uastoq̄ue immergite ponto. 605  
si pereo, hominum manibus periisse iuuabit.  
dixerat, et genua amplexus genibusq̄ue uoluitans  
haerebat. qui sit, fari, quo sanguine cretus,  
hortamur; quae deinde agitet fortuna, fateri. 609  
ipse pater dextram Anchises, haut multa moratus,  
dat iuueni, atq̄ue animum praesenti pignore firmat.  
ille haec, deposita tandem formidine, fatur:  
'sum patria ex Ithaca, comes infelicis Vlxi,  
nomine Achemenides, Troiam genitore Adamasto  
paupere (mansissetq̄ue utinam fortuna!) profectus.  
hic me, dum trepidi crudelia limina lincunt, 616  
inmemores socii uasto Cyclopiis in antro  
deseruere. domus sanie dapibusq̄ue cruentis  
intus opaca, ingens. ipse arduus, altaq̄ue pulsat  
sidera (di, talem terris auertite pestem!) 620  
nec uisu facilis nec dictu adfabilis ulli.  
uisceribus miserorum et sanguine uescitur atro.  
uidi egomet, duo de numero cum corpora nostro  
prensa manu magna medio resupinus in antro  
frangeret ad saxum, sanieq̄ue exspersa natarent 625  
limina; uidi atro cum membra fluenta tabo  
manderet, et tepidi tremere sub dentibus artus.  
haut inpune quidem; nec talia passus Vlives,  
oblitusue sui est Ithacus discrimine tanto.  
nam simul expletus dapibus uinoq̄ue sepultus 630  
cruicem inflexam posuit, iacuitq̄ue per antrum  
inmensus, saniem eructans et frusta cruento  
per somnum commixta mero, nos, magna precati  
numina sortitique uices, una undiq̄ue circum  
fundimur, et telo lumen terebramus acuto, 635  
ingens, quod torua solum sub fronte latebat,  
Argolici clipei aut Phoebae lampadis instar,  
et tandem laeti sociorum ulciscimur umbras.  
sed fugite, o miseri, fugite, atq̄ue ab litore funem  
rumpite. 640  
nam qualis quantusq̄ue cauo Polyphemus in antro  
lanigeras claudit pecudes atq̄ue ubera pressat,  
centum alii curua haec habitant ad litora uolgo  
infandi Cyclopes et altis montibus errant.  
tertia iam lunae se cornua lumine complent, 645  
cum uitam in siluis inter deserta ferarum  
lustra domosq̄ue traho, uastosq̄ue ab rupe Cyclopas  
prospicio, sonitumq̄ue pedum uocemq̄ue tremesco.  
uictum infelicem, bacas lapidosaq̄ue corna,  
dant rami, et uulsis paseunt radicibus herbae. 650  
omnia conlustrans, hanc primum ad litora classem  
conspexi uenientem. huic me, quaecumq̄ue fuisset,  
addixi: satis est gentem effugisse nefandam.  
uos animam hanc potius quocumq̄ue absumite leto.'  
Vix ea fatus erat, summo cum monte uidemus 655  
ipsam inter pecudes uasta se mole mouentem  
pastorem Polyphemum et litora nota petentem,  
monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen  
ademptum.  
trunca manu pinus regit et uestigia firmat;

lanigeras comitantur oues; ea sola uoluptas 660  
solamenq̄ue mali.  
postquam altos tetigit fluctus et ad aequora uenit,  
luminis effossi fluidum lauit inde cruorem,  
dentibus infrendens gemitu, graditurq̄ue per aequor  
iam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit. 665  
nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto  
supplice sic merito, tacitoseq̄ue horrende funem;  
uerimus et proni certantibus aequora remis.  
sensit, et ad sonitum uocis uestigia torsit.  
uerum ubi nulla datur dextra adfectare potestas, 670  
nec potis Ionios fluctus aequare sequendo,  
clamorem immensum tollit, quo pontus et omnes  
contremuere undae, penitusq̄ue exterrita tellus  
Italiae, curuisq̄ue immugiit Aetna cauernis.  
at genus e siluis Cyclopum et montibus altis 675  
excitum ruit ad portus et litora complent.  
cernimus adstantis nequiquam lumine toruo  
Aetnaeos fratres, caelo capita alta ferentis,  
concilium horrendum: quales cum uertice celso  
aeriae quercus, aut coniferae cyparissi 680  
constiterunt, silua alta Iouis, Iucusue Dianae.  
praecipitis metus acer agit quocumq̄ue rudentis  
excutere, et uentis intendere uela secundis.  
contra iussa mouent Heleni, Scyllam atq̄ue Charyb-  
dim  
inter utramq̄ue uiam leti discrimine paruo, 685  
ni teneant cursus; certum est dare lintea retro.  
ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori  
missus adest. uiuo praeteruehor ostia saxo  
Pantagiae Megarosq̄ue sinus Thapsumq̄ue iacentem.  
talia monstrabat relegens errata retrorsus 690  
litora Achemenides, comes infelicis Vlxi.  
Sicanio praetenta sinu iacet insula contra  
Plemurium undosum; nomen dixere priores  
Ortygian. Alpheum fama est huc Elidis amnem  
occultas egisse uias sup̄ter mare; qui nunc 695  
ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.  
iussi numina magna loci ueneramus; et inde  
exsupero praepingue solum stagnantis Helori.  
hinc altas cautes proiectaque saxa Pachyni  
radimus, et fatis numquam concessa moueri 700  
apparet Camarina procul campine Heloi,  
inmanisque Gela fluuii cognomine dicta.  
arduus inde Acragas ostentat maxima longe  
moenia, magnanimum quondam generator equorum;  
teque datis linquo uentis, palmosa Selinus, 705  
et uada dura lego saxis Lilybeia caecis.  
hinc Drepani ne portus et inlaetabilis ora  
accipit. hic, pelagi tot tempestatibus actus,  
heu genitorem, omnis curae casusq̄ue leuamen,  
amitto Anchisen. hic me, pater optime, fessum 710  
deseris, heu, tantis nequiquam erepte periclis!  
nec uates Helenus, cum multa horrenda moneret,  
hos mihi praedixit luctus, non dira Celaeno.  
hic labor extremus, longarum haec meta uiarum,  
hinc me digressum uestris deus appulit oris. 715  
Sic pater Aeneas intentis omnibus unus  
fata renarrabat diuum, cursusq̄ue docebat.  
conticuit tandem, factoque hic fine quieuit.

621 *effabilis* P, Seruius. 625 *adpersa* M, agnoscit Seruius. 627 *trepidum* M P<sup>2</sup>. 632 *inmensum* P, Seruius. 635 *tenebram* agnoscit Seruius, probat Ti. Donatus. 651 *primo ab litore* Nonius p. 335. 652 *prospexi* M. 655 *cum in monte* P<sup>2</sup>. 659 *manum* Quintilianus 8. 4. 24, *manu* codd. 661 *solamenque mali de collo fistula pendet* P. 665 *fluctu* P M<sup>2</sup>, Seruius. 668 *uertimus* M P, *uerimus* F. 670 *dextra* P<sup>1</sup> M<sup>2</sup>, Ti. Donatus, *dextram* M<sup>1</sup> P<sup>2</sup> F, Seruius. 684 *Scylla atq̄ue Charybdis* F. 708 *actus* M, *actis* P R, Seruius.

## LIBER QVARTVS

At regina graui iamdudum saucia eura  
uolnus alit uenis et caeco carpitur igni.  
multi uiri uirtus animo multusque reursat  
gentis honos; haeret infixi pectore multus  
uerbaque, nec placidam membris dat cura quietem. 5  
postera Phoebæa instrabat lampade terras  
umentemque Aurora polo dinouerat unbram,  
cum sie unanimem adloquitur male sana sororem:  
'Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent!  
quis nouus hic nostris succubissit sedibus hospes, 10  
quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis!  
credo equidem, nec uana fides, genus esse deorum.  
degeneres animos timor arguit. heu, quibus ille  
iactatus fati! quae bella exhausta cauebat!  
si mihi non animo fixum immotumque sederet, 15  
ne cui me uinclo uellem sociare iugali,  
postquam primus amor deceptam morte fefellit;  
si non pertaesum thalami taedaeque fuisset,  
huic uni forsam potui succumbere culpae.  
Anna, fatebor enim, miseri post fata Sychæi 20  
coniugis et sparsos fraterna caede Penatis,  
solus hic inlexit sensus, animumque labantem  
impulit. agnosco ueteris nestigia flammae,  
sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat,  
uel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,  
pallentis umbras Erebo noctemque profundam, 26  
ante, Pudor, quam te uiolo, aut tua iura resolo.  
ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores  
abstulit; ille habeat secum seruetque sepulchro.  
sie efflata sinum lacrimis impleuit obortis. 30  
Anna refert: 'o luce magis dilecta sorori,  
solane perpetua maerens carere iuuenta,  
nec dulcis natos Veneris nec praemia noris?  
id eimerem aut Manis credis curare sepultos?  
esto, aegram nulli quondam flexere mariti, 35  
non Libyæ, non ante Tyro; despectus larbas  
ductoresque alii, quos Africa terra triumphis  
dines alit; placitum etiam pugnabis amori?  
nec uenit in mentem quorum conserderis aruis?  
hinc Gaetulæ urbes, genus insuperabile bello, 40  
et Numidæ intreni cingunt et inhospita Syrtis;  
hinc deserta siti regio lateque furentes  
Bareaci. quid bella Tyro surgentia dicam,  
germanique minas?  
dis equidem aspiciens reor et Iunone secunda 45  
hunc cursum Hiacas uento tenuisse carinas.  
quam tu urbem, soror, hanc cernes, quae surgere  
regna  
coniugio tali! Teuerrum comitantibus armis  
Punica se quantis attollet gloria rebus!  
tu modo posee deos ueniam sacrisque litatis 50  
indulge hospitio causasque innecte morandi,  
dum pelago desacuit hicimps et aqnosus Orion,  
quassataque rates, dum non tractabile caelum.'

His dictis incensum animum flammavit amore,  
spemque dedit dubiæ menti, soluitque pudorem. 55  
principio delubra adeunt, pacemque per aras  
exquirunt; mactant lectas de more bidentis  
legiferae Cereri Phoeboque patrique Lyæo,  
Iunoni ante omnis eui uincula iugalia curæ.  
ipsa, tenens dextra pateram, pulcherrima Dido 60  
eandentis uacuae media inter cornua fundit,  
aut ante ora demu pinguis spatiatur ad aras,

instauratque diem donis, pecudumque reclusis  
pectoribus inhians spirantia consulit exta.  
heu uatum ignarae mentes! quid uota furentem, 65  
quid delubra iuuant? est mollis flamma medullas  
interea, et tacitum uiuit sub pectore uulnus.  
uritur infelix Dido totaque uagatur  
urbe furens, qualis coniecta cerna sagitta,  
quam procul incautam memora inter Cressia fixit 70  
pastor agens telis, liquitque uolatile ferrum  
nescius; illa fuga siluas saltusque peragrat  
Dictæos; haeret lateri letalis harundo.  
nunc media Aenean secum per moenia ducit,  
Sidoniasque ostentat opes urbemque paratam; 75  
incipit effari, mediaque in uoce resistit;  
nunc eadem labente die conuiuia quaerit,  
Hiacosque iterum demens audire labores  
exposcit, pendetque iterum narrantis ab ore.  
post, ubi digressi, lumenque obscura uicissim 80  
Inna premit suadentque cadentia sidera somnos,  
sola domo maeret uacua, stratisque relictis  
incubat. illum absens absentem auditque uidetque:  
aut gremio Aescaniam, genitoris imagine capta,  
detinet, infandum si fallere possit amorem. 85  
non coeptæ adsurgunt turres, non arma iuuentus  
exeret, portusne aut propugnacula bello  
tuta parant; pendent opera interrupta minaeque  
murorum ingentes aequataque machina caelo.  
Quam simul ac tali persensit peste teneri 90  
cara Iouis coniunx, nec funam obstare fratri,  
talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis:  
'egregiam uero laudem et spolia ampla refertis  
tuque puerque tuus, magnum et memorabile numen,  
una dolo diuum si femina uicta diorum est. 95  
nec me adeo fallit neritam te moenia nostra  
suspectas habuisse domos Karthaginis altae.  
sed quis erit modus, aut quo nunc certamine tanto?  
quin potius pacem aeternam pactosque hymenæos  
exeremus? habes, tota quod mente petisti: 100  
ardet amans Dido traxitque per ossa furorem.  
communem hunc ergo populum paribusque regamus  
auspicis; liceat Phrygio seruire marito,  
dotalisque tuæ Tyrios permittere dextrae.'

Olli (sensit enim simulata mente locutam, 105  
quo regnum Italiae Libyæ auerteret oras)  
sic contra est ingressa Venus: 'quis talia deum  
abnuat, aut tecum malit contendere bello,  
si modo, quod memoras, factum fortuna sequatur?  
sed fati incerta feror, si Iuppiter unam 110  
esse uelit Tyrii urbem Troiaque profectis,  
misericordie probet populos, aut foedera inngi.  
tu coniunx; tibi fas animum temptare precando.  
perge; sequar.' tunc sic excepit regia Iuno:  
'mecum erit iste labor. nunc qua ratione, quod instat,  
confieri possit, paucis, aduerte, docebo. 116  
nenatum Aeneas unaque miserrima Dido  
in uenus ire parant, ubi primos crastinus ortus  
extulerit Titan radiisque retexerit orbem.  
his ego migrantem commixta grandine nubum, 120  
dum trepidant alae, saltusque indagine cingunt,  
desuper infundam et tonitru caelum omne ciebo.  
diffingent comites et nocte tegentur opæa:  
speluneam Dido dux et Troianus eandem  
deuenient. adero, et, tua si mihi certa uoluntas, 125

IV 8 *unanimem* M<sup>1</sup>, Seruius, Ti. Donatus, *unanimam* M<sup>2</sup> P<sup>1</sup> F. 9 *terret* agnoscit Seruius. 25 *abigit* F. 26 *Erebi* M<sup>1</sup> P<sup>2</sup>, *Erebo* P<sup>1</sup> M<sup>2</sup> F. G. 28 *primum* F. P<sup>1</sup>. 40 *intractabile* R. 43 *Vaccæi* Isid. Orig. 9. 2. 107. 53 post *quassatae rates* aliquid excidisse arbitror, interpretatur enim Ti. Donatus "quassatas rates aspersis interea flatibus non esse credendas." 54 *impensio* F, agnoscit Seruius. *inflammavit* P<sup>2</sup> M. g. 58 *frugiferae* R. F. 74 *Aeneam* R. 106 *aduerteret* agnoscit et improbat Seruius. 112 *foedere* agnoscit Seruius. 116 *quod fieri* M<sup>1</sup>. 118 *primus* M<sup>1</sup> R.

conubio inquam stabili propriamque dicabo.  
hic Hymenaeus erit. non aduersata petenti  
adnuat, atque dolis risit Cytherea repertis.  
Oceanum interea surgens Aurora reliquit.  
it portis iubare exorto delecta iuuentus ; 130  
retia rara, plagae, lato uenabula ferro,  
Massylique ruunt equites et odora canum uis.  
reginam thalamo cunctantem ad limina primi  
Poenorum expectant, ostroque insignis et auro  
stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit. 135  
tandem progreditur magna stipante caterua,  
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.  
cui pharetra ex auro, crines nondantur in aurum,  
aurea purpuream subnectit fibula uestem.  
nec non et Phrygii comites et laetus Iulus 140  
incedunt. ipse ante alios pulcherrimus omnis  
infert se socium Aeneas atque agmina iungit.  
qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta  
deserit ac Delum matrem inuansit Apollo  
instauratque choros, mixtique altaria circum 145  
Cretesque Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi ;  
ipse iugis Cynthii graditur, mollique fluentem  
fronde premit crinem fingens atque implicat auro,  
tela sonant ueris : haut illo signior ibat  
Aeneas ; tantum egregio decus enitet ore. 150  
postquam altos uentum in montis atque inuia lustra,  
ecce ferae, saxi deiectae nertice, caprae  
decurrere iugis ; alia de parte patentis  
transmittunt cursu campos atque agmina cerui  
puluerulenta fuga glomerant montisque relinquunt.  
at puer Ascanius mediis in uallibus acri 156  
gaudet equo, iamque hos cursu, iam praeterit illos,  
spumantemque dari pecora inter inertia uotis  
optat aprum aut fuluum descendere monte leonem.  
Interea magno misceri murmure caelum 160  
incipit ; insequitur commixta grandine nimbus ;  
et Tyrii comites passim et Troiana iuuentus  
Dardaniusque nepos Veneris diuersa per agros  
tectata metu petiere ; ruunt de montibus amnes.  
speluncam Dido dux et Troianus eandem 165  
deueniunt. prima et Tellus et pronuba Iuno  
dant signum ; fulsere ignes et conscius aether  
conubiis, summoque ulularunt uertice Nymphae.  
ille dies primus leti primusque malorum  
causa fuit ; neque enim specie famaue mouetur 170  
nec iam furtiuam Dido meditatur amorem ;  
coniugium uocat ; hoc praetexit nomine culpam.  
Extemplo Libyae magnas it Fama per urbes,  
Fama malum qua non aliud uelocius ullum ; 175  
mobilitate uiget uiresque acquirit eundo ;  
parua metu primo ; mox sese attollit in auras  
ingrediturque solo et caput inter nubila condit.  
illam Terra parens, ira inritata deorum,  
extremam, ut perhibent, Coco Enceladoque sororem  
progenuit, pedibus celerem et pernicibus alis, 180  
monstrum horrendum, ingens, cui, quot sunt corpore  
plumae,  
tot uigiles oculi subter, mirabile dictu,  
tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit auris.  
nocte uolat caeli medio terraeque per umbram  
stridens, nec dulci declinat lumina somno ; 185  
luce sedet custos aut summi culmine tecti  
turribus aut altis et magnas territat urbes,  
tam ficti prauique tenax quam nuntia ueri.  
haec tum multiplici populos sermone replebat  
gaudens et pariter facta atque infecta canebat : 190  
uenisse Aenean, Troiano sanguine cretum,  
cui se pulchra uiro dignetur iungere Dido ;  
nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fonere  
regnorum inmemores turpique cupidine captos.  
haec passim dea foeda uirum diffundit in ora. 195  
protinus ad regem cursus detorquet Iarban,

incenditque animum dictis atque aggerat iras.  
Hic Hammone satus, rapta Garamantide Nympha,  
templa Ioui centum latis inmania regnis,  
centum aras posuit, uigilemque sacrauerat ignem,  
excubias diuum aeternas, pecudumque cruore 201  
pingue solum et uariis florentia limina sertis.  
isque amens animi et rumore accensus amaro  
dicitur ante aras media inter numina diuom  
multa Iouem manibus supplex orasse supinis : 205  
'Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pietis  
gens epulata toris Lenaeum libat honorem,  
aspicis haec ? an te, genitor, cum fulmina torques,  
nequiquam horremus, caecique in nubibus ignes  
terrificant animos et inania murmura miscent ? 210  
femina, quae nostris errans in finibus urbem  
exiguam pretio posuit, cui litus arandum  
cuique loci leges dedimus, conubia nostra  
reppulit ac dominum Aenean in regna recepit.  
et nunc ille Paris cum semiuero comitatu, 215  
Maeonia mentum mitra crinemque madentem  
subnixus, raptu potitur : nos munera templis  
quippe tuis ferimus, famaque fouemus inanem.'  
Talibus orantem dictis arasque tenentem  
audiit omnipotens, oculosque ad moenia torsit 220  
regia et oblitos famaue melioris amantis.  
tum sic Mercurium adloquitur ac talia mandat :  
'nate age, nate, uoca Zephyros et labere pinnis,  
Dardaniumque ducem, Tyria Karthagine qui nunc  
expectat, fatisque datas non respicit urbes, 225  
adloquere et celeris defer mea dicta per auras.  
non illum nobis genitrix pulcherrima talem  
promisit Graiumque ideo bis undecim armis ;  
sed fore qui grauidam imperiis belloque frementem  
Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri 230  
proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.  
si nulla accendit tantarum gloria rerum  
nec super ipse sua molitur laude laborem,  
Ascanione pater Romanas inuidet arces ?  
quid struit ? aut qua spe inimica in gente moratur,  
nec prolem Ausoniam et Lauinia respicit arua ? 236  
nauiget : haec summa est ; hic nostri nuntius esto.'  
Dixerat. ille patris magni parere parabat  
imperio ; et primum pedibus talaria nectit  
aurea, quae sublinem alis siue aequora supra 240  
seu terram rapido pariter cum flamine portant ;  
tum uirgam capit (haec animas ille euocat Orco  
pallentis, alias sub Tartara tristia mittit,  
dat somnos adimitque, et lumina morte resignat ;  
illa fretus agit uentos, et turbida tranat 245  
nubila) ; iamque uolans apicem et latera ardua cernit  
Atlantis duri, caelum qui uertice fulcit,  
Atlantis, cinctum adsidue cui nubibus atris  
piniferum caput et uento pulsatur et imbri ;  
nix umeros infusa tegit ; tum flumina mento 250  
praecipitant senis, et glacie riget horrida barba.  
hic primum paribus nitens Cyllenius alis  
constitit ; hinc toto praeeeps se corpore ad undas  
misit, aui similis, quae circum litora, circum  
piscosos scopulos humilis uolat aequora iuxta. 255  
haud aliter terras inter caelumque uolabat  
litus harenosum ad Libyae uentosque secabat  
materno ueniens ab auo Cyllenia proles.  
ut primum alatis tetigit magalia plantis,  
Aenean fundantem arces ac tecta nouantem 260  
conspicit : atque illi stellatus iaspide fulua  
ensis erat, Tyrioque ardebat murice laena  
demissa ex ueris, diues quae munera Dido  
fecerat et tenui telas disereuerat auro.  
continuo inuadit : 'tu nunc Karthaginis altae  
fundamenta locas, pulchramque uxoris urbem  
exstruis heu, regni rerumque oblite tuarum ?  
ipse deum tibi me claro demittit Olympo

127 auersata R, agnoscit Seruius. 129 relinquit M<sup>1</sup>. 154 tramittunt F<sup>1</sup>. 168 conubii R P<sup>2</sup> F. 169 laborum P<sup>1</sup>, Philargyrius ad G. 2. 168. 174 quo V P<sup>1</sup>, agnoscit Seruius. 187 magnas et M<sup>1</sup>. 191 Troiano a sanguine R. 196 cursum Non. p. 377. 204 "numina—sane multi munera legunt" Seruius. 217 subnexus agnoscere uidetur Seruius. 243 ducit P<sup>1</sup>. 257 ac Libyae M.

regnator, caelum et terras qui numine torquet ;  
 ipse haec ferre iubet celeris mandata per auras ; 270  
 quid struis ? aut qua spe Libyis teris otia terris ?  
 si te nulla mouet tantarum gloria rerum  
 [nee super ipse tua moliris laude laborem],  
 Aescaniam surgentem et spes heredis Iuli  
 respice, cui regnum Italiae Romanae tellus 275  
 debentur.' tali Cyllenius ore locutus  
 mortalis nisus medio sermone reliquit,  
 et procul in tenuem ex oculis euomit auram.

At uero Aeneas aspectu ommutuit amens,  
 arrectaeque horrore comae, et uox faucibus haesit.  
 ardet abire fuga dulcisque relinquere terras, 281  
 attonitus tanto monitu imperioque deorum.  
 heu quid agat ? quo nunc reginam ambire furem  
 audeat adfatu ? quae prima exordia sumat ?  
 atque animum nunc liue celerem, nunc diuidit illuc,  
 in partisque rapit uarias perque omnia uersat. 286  
 haec alternanti potior sententia uisa est :  
 Mnesthea Sergestumque uocat fortemque Serestum,  
 classem aptent taciti socios ad litora cogant,  
 arma parent, et, quae rebus sit causa nouandis, 290  
 dissimulent ; sese interea, quando optima Dido  
 nesciat et tantos rumpi non speret amores,  
 temptatum aditus, et quae mollissima fandi  
 tempora, quis rebus dexter modus, oecius omnes  
 imperio laeti parent et iussa facessunt. 295

At regina dolos (quis fallere possit amantem ?)  
 praesens, motusque excepit prima futuros,  
 omnia tuta timens. eadem impia fama furenti  
 detulit armari classem cursumque parari.  
 saeuit inops animi totumque incensa per urbem 300  
 baechatur, qualis commotis excita sacris  
 Thyias, ubi audito stimulant trieterica Baecho  
 orgia nocturnusque uocat elamore Cithlaeron.  
 tandem his Aeneas compellat uocibus ultro :

'Dissimulare etiam sperasti, perlide, tantum 305  
 posse nefas, tacitusque mea decedere terra ?  
 nec te noster amor, nec te data dextera quondam,  
 nec moritura tenet crudeli funere Dido ?  
 quin etiam hiberno moliris sidere classem,  
 et mediis properas aquilonibus ire per altum, 310  
 crudelis ? quid ? si non arma aliena domosque  
 ignotas peteres, et Troia antiqua maneret,  
 Troia per undosum peteret classibus aequor ?  
 mene fugis ? per ego has lacrimas dextramque tuam

te  
 (quando aliud mihi iam miserae nihil ipsa reliqui)  
 per conubia nostra, per inceptos hymenaeos, 316  
 si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam  
 dulce meum, miserere domus labentis et istam,  
 oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.  
 te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni  
 odere, infensi Tyrii ; te propter eundem 321  
 extinetus pudor et, qua sola sidera adibam,  
 fama prior. cui me moribundam deseris, hospes ?  
 hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.  
 quid moror ? an mea Pygmalion dum moenia frater  
 destruat, aut captam ducat Gaetulis Iarbas ? 326  
 saltem si qua mihi de te suscepta fuisset  
 ante fugam suboles, si quis mihi paruulus aula  
 luderet Aeneas, qui te tamen ore referret,  
 non equidem omnino capta ac deserta uiderer.' 330

Dixerat. ille Iouis monitis innotata tenebat  
 lumina, et obnixus curam sub corde premebat.  
 tandem pauca refert : 'ego te, quae plurima fando  
 enumerare uales, nunquam, regina, negabo  
 promeritam ; nec me meminisse pigebit Elissae, 335  
 dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.  
 pro re pauca loquar. neque ego hanc abscondere furto  
 speraui, ne finge, fugam, nec coniugis unquam  
 praetendi taedas aut haec in foedera ueni.

me si fata meis paterentur ducere uitam 340  
 auspiciis et sponte mea componere euras,  
 urbem Troianam primum dulcisque meorum  
 reliquias colerem, Priami teeta alta manerent,  
 et recidiua manu posuissem Pergama uictis.  
 sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo, 345  
 Italiam Lyciae iussere capessere sortes ;  
 hic amor, haec patria est. si te Karthaginis aereis,  
 Phoenissam, Libycaeque aspectus detinet urbis,  
 quae tandem, Ausonia Teucros considerare terra,  
 inuidia est ? et nos fas extera quaerere regna. 350  
 me patris Anchisae, quotiens umentibus umbris  
 nox operit terras, quotiens astra ignea surgunt,  
 admonet in somnis et turbida terret imago ;  
 me puer Aescaniam epiritique iniuria cari,  
 quem regno Hesperiae fraudo et fatalibus aruis. 355  
 nunc etiam interpret diuom, Ioue missus ab ipso  
 (testor utrumque caput) celeris mandata per auras  
 detulit ; ipse deum manifesto in lumine uidi  
 intrantem muros, uocemque his auribus hausi.  
 desine meque tuis incendere teque querellis ; 360  
 Italiam non sponte sequor.'

Talia dicentem iandudum auersa tuctur,  
 huc illuc uolens oculos, totumque pererrat  
 luminibus tacitis, et sic accensa profatur :  
 'nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor,  
 perfide ; sed duris genuit te cautibus horrens 366  
 Caecaeus, Hyreanaeque admorunt ubera tigres.  
 nam quid dissimulo ? aut quae me ad maiora reseruo ?  
 num fletu ingemuit nostro ? num lumina flexit ?  
 num lacrimas uictus dedit, aut miseratus amantem

est ? 370  
 quae quibus anteferam ? iam iam nec maxima Iuno,  
 nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis.  
 nusquam tuta fides. eicetum litore, egentem  
 excepi et regni demens in parte locaui ;  
 amissam classem, socios a morte reduxi. 375  
 heu, furis incensa feror. nunc augur Apollo,  
 nunc Lyciae sortes, nunc et Ioue missus ab ipso  
 interpret diuom fert horrida iussa per auras.  
 scilicet is superis labor est, ea cura quietos  
 sollicitat. neque te teneo neque dieta refello ; 380  
 i, sequere Italiam uentis, pete regna per undas.  
 spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,  
 supplicia hausurum scopulis, et nomine Dido  
 saepe uocaturum. sequar atris ignibus absens,  
 et, cum frigida mors anima seduxerit artus, 385  
 omnibus umbra locis adero. dabis, improbe, poenas,  
 audiam, et haec Manis ueniet mihi fama sub imos.'  
 his medium dictis sermonem abruptit, et anras  
 aegra fugit, seque ex oculis auertit et anfert,  
 linquens multa metu eunctantem et multa parantem  
 dicere. succipiunt famulae, conlapsaque membra 391  
 marmoreo referunt thalamo stratisque reponunt.

At pius Aeneas, quamquam lenire dolentem  
 solando cupit et dictis auertere curas, 394  
 multa gemens magnoque animum labefactus amore,  
 iussa tamen diuum exsequitur, classemque reuisit.  
 tum uero Teueri incumbunt et litore eclassas  
 deducunt toto nanis. natat uneta carina,  
 frondentisque ferunt remos et robora siluis  
 infabricata, fugae studio. 400  
 migrantis cernas, totaque ex urbe ruentis.  
 ac uelut ingentem formicae farris aceruum  
 eum populant, hiemis memores, tectoque reponunt ;  
 it nigrum campis agnien, praedamque per herbas  
 conuectant calle angusto ; pars grandia trudunt 405  
 obnixae frumenta ueris ; pars agmina eogunt  
 castigantque moras ; opere omnis semita feruet.  
 quis tibi tum, Dido, cernenti talia sensus,  
 quosue dabas gemitus, eum litora feruere late  
 prospiceres aere ex summa, totumque uideres 410

269 ac terram P. 273 om. M P. 283 quoniam Nonius pp. 30, 242. 309 moliri F P. 312 sed Troia P<sup>1</sup>. 323 moriturum Prisc. 2 p. 16. 348 "sane quidam in nouis et emendatis libris pro detinet demeret inuentum adserunt" Seruius. 391 succipiunt M, succipiunt P, Capet Orth. p. 98. 407 opera M<sup>1</sup>, Nonius p. 251.

misceri ante oculos tantis clamoribus aequor?  
improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?  
ire iterum in lacrimas, iterum temptare precando  
cogitur, et supplex animos summittere amori,  
ne quid inexpectum frustra moritura relinquat. 415

‘Anna, uides toto preparari litore: circum  
undique conuenere; uocat iam carbasus auras,  
puppibus et laeti nautae imposuere coronas.  
hunc ego si potui tantum sperare dolorem,  
et perferre, soror, poterō. miserae hoc tamen unum  
exsequere, Anna, mihi; solam nam perfidus ille 421  
te colere, arcanos etiam tibi credere sensus;  
sola uiri mollis aditus et tempora noras:

i, soror, atque hostem supplex adfare superbum:  
non ego cum Danais Troianam excindere gentem  
Aulide iurauī, classemue ad Pergama misi, 426  
nec patris Anchisae cinerem Manisue reuelli,  
cur mea dicta neget duras demittere in auris.  
quo ruit? extremum hoc miserae det munus amanti:  
expectet facilemque fugam uentosque ferentis. 430  
non iam conuictum antiquum, quod prodidit, oro,  
nec pulchro ut Latīo careat regnumque relinquat;  
tempus inane peto, requiem spatiumque furori,  
dum mea me uictam doceat fortuna dolere.  
extremam hanc oro ueniam (miserere sororis); 435  
quam mihi cum dederis, cumulatam morte remittam.’

Talibus orabat, talisque miserima fletus  
fertque refertque soror. sed nullis ille mouetur  
fletibus, aut uoces ullas tractabilis audit;  
fata obstant, placidasque uiri deus obstruit auris. 440  
ac uelut annoso nolidam cum robore quercum  
Alpini Boreae nunc hinc nunc flatibus illinc  
eruere inter se certant; it stridor, et altae  
consternunt terram concusso stipite frondes;  
ipsa haeret scopulis, et, quantum uertice ad auras  
aetherias, tantum radice in Tartara tendit: 446  
haud secus adsiduis hinc atque hinc nocibus heros  
tunditur, et magno persentit pectore curas;  
meus inmota manet; lacrimae uoluunt inanes.

Tum uero infelix fati exterrita Dido 450  
mortem orat; taedet caeli connexa tueri.

quo magis inceptum peragat lucemque relinquat,  
uidit, turicremis cum dona inponeret aris,  
horrendum dictu, latices nigrescere sacros  
fusaque in obscenum se uertere uina cruorem. 455  
hoc uisum nulli, non ipsi effata sorori.

praeterea fuit in tectis de marmore templum  
coniugis antiqui, miro quod honore colebat,  
uelleris niueis et festa fronde reuinctum:  
hinc exaudiri uoces et uerba uocantis 460

uisa uiri, nox cum terras obscura teneret;  
solaque culminibus ferali carmine bubo  
saepe queri et longas in fletum ducere uoces;  
multaque praeterea uatum praedicta priorum  
terribili monitu horrificant. agit ipse furem 465  
in somnis ferus Aeneas; semperque relinqui  
sola sibi, semper longam incontinata uidetur  
ire uiam et Tyrios deserta quaerere terra.

Eumenidam ueluti demens uidet agmina Pentheus,  
et solem geminum et duplicis se ostendere Thebas;  
aut Agamemnonius scaenis agitat Orestes 471  
armatam facibus matrem et serpentibus atris  
cum fugit, ultricesque sedent in limine Dirae.

Ergo ubi concepit furias euicta dolore  
decreuitque mori, tempus secum ipsa modumque 475  
exigit, et, maestam dictis adgressa sororem,  
consilium uoltu tegit, ac spem fronte serenat:

‘inueni, germana, uiam, (gratae sorori)  
quae mihi reddat eum uel eo me soluat amantem.  
Oceani finem iuxta solemque cadentem 480  
ultimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas

axem uero torquet stellis ardentibus aptum:  
hinc mihi Massylae gentis monstrata sacerdos,  
Hesperidum templi custos, epulasque draconi  
quae dabat et sacros seruabat in arbore ramos, 485  
spargens umida mella soporiferumque papauer.  
haec se carminibus promittit soluere mentes,  
quas uelit, ast aliis duras immittere curas;  
sistere aquam fluuīis, et uertere sidera retro;  
nocturnosque ciet Manis; mugire uidebis 490  
sub pedibus terram et descendere montibus ornos.

testor, cara, deos et te, germana, tuumque  
dulce caput, magias inuitam accingier artis.  
tu secreta pyram tecto interiore sub auras  
erige, et arma uiri, thalamo quae fixa reliquit 495  
impius, exuuiasque omnis lectumque iugalem,  
quo perii, super imponant: abolere nefandi  
cuncta uiri monumenta iuuat monstratque sacerdos.’  
haec effata silet; pallor simul occupat ora.  
non tamen Anna nouis praetexere funera sacris 500  
germanam credit, nec tantos mente furores  
concipit, aut grauiora timet, quam morte Sychaei.  
ergo iussa parat.

At regina, pyra penetrati in sede sub auras  
erecta ingenti taedis atque ilice secta, 505  
intenditque locum sertis et fronde coronat  
funerea; super exuuias ensemque relictum  
effligemque toro locat, haud ignara futuri.  
stant arae circum, et crinis effusa sacerdos  
ter centum tonat ore deos, Erebumque Chaosque 510  
tergeminaeque Hecates, tria uirginis ora Dianae.  
sparserat et latices simulatos fontis Auerni,  
falcibus et messae ad Lunam quaerunt aenis  
pubentes herbae nigri cum lacte ueneni;  
quaeritur et nascentis equi de fronte reuulsus 515  
et matri praereptus amor.

ipsa mola manibusque piis altaria iuxta,  
unum exuta pedem uinclis, in neste recincta,  
testatur moritura deos et conscia fati  
sidera; tum, si quod non aequo foedere amantis 520  
curae numen habet iustumque memorque, precatur.

Nox erat, et placidum carpebant fessa soporem  
corpora per terras, siluaeque et saeua quierant  
aequora, cum medio uoluuntur sidera lapsu, 524  
cum tacet omnis ager, pecudes pictaeque uolueres,  
quaeque lacus late liquidos, quaeque aspera dumis  
rura tenent, somno positae sub nocte silenti  
[lenibant curas, et corda oblita laborum].

at non infelix animi Phoenissa, nec unquam  
soluitur in somnos, oculisque aut pectore noctem 530  
accipit: ingeminant curae, rursusque resurgens  
saeuit amor, magnoque irarum fluctuat aestu.  
sic adeo insistit, secumque ita corde nolutat:

‘en, quid ago? rursusne procos inrisa priores  
experiar, Nomadumque petam conubiasupplex, 535  
quos ego sim totiens iam dedignata maritos?

Iliacas igitur classis atque ultima Teucrum  
iussa sequar? quiaue auxilio iuuat ante leuatos,  
et bene aput memores ueteris stat gratia facti?  
quis me autem, fac uelle, sinet, ratibusque superbis  
inuisam accipiet? nescis heu, perdita, necdum 541  
Laomedontaeae sentis periuria gentis?

quid tum? sola fuga nautas comitabor ouantis?  
an Tyriis omnique manu stipata meorum  
inferar, et, quos Sidonia uix urbe reuelli, 545  
rursus agam pelago, et uentis dare uelta iubebo?  
quin morere, ut merita es, ferroque auerte dolorem.  
tu lacrimis euicta meis, tu prima furem  
his, germana malis oneras atque obicis hosti.  
non licuit thalami expertem sine crimine uitu 550  
degere, more ferae, talis nec tangere curas;  
non seruata fides, cineri promissa Sychaeo.’

427 cineres P. 428 negat P<sup>1</sup> M<sup>2</sup>. 436 dederis a Vario et Tuca editum fuisse testatur Seruius, dederit M P. cumu-  
lata M. uulatum nuper coniecit Arturus Palmer. 443 alle Seruius. 446 radicem M P<sup>1</sup>, radice F P<sup>2</sup>. 462 sera  
Nonius p. 194. 464 piorum M. 473 diuae P F<sup>1</sup>. 482 attorquet M<sup>1</sup>. 490 mouet P<sup>1</sup> P<sup>1</sup>. 497 superimponant F M<sup>1</sup>,  
superimponas P M<sup>2</sup>, utrumque agnoscit Seruius. 498 iuuat F, iubet P<sup>1</sup>. 528 om. M P, non interpretatur Seruius.  
540 sinat P<sup>1</sup>. 541 inuisam M<sup>1</sup>, agnoscit Seruius. 552 Sychaei M P<sup>2</sup>.



tantos illa suo rumpebat pectore questus.

Aeneas celsa in puppi, iam certus eundi,  
carpebat somnos, rebus iam rite paratis. 555  
huic se forma dei uoluit redeuntis eodem  
obtulit in somnis, rursusque ita uisa monere est,  
omnia Mercurio similis, uocemque coloremque  
et crinis flauos et membra decora iuuenta :  
' nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos, 560  
nec quae te circum stent deinde pericula cernis,  
demens, nec Zephyros audis spirare secundos ?  
illa dolos dirumque nefas in pectore uersat,  
certa mori, uariosque irarum concitat aestus.  
non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas ?  
iam mare turbati trabibus, saeuasque uidebis 566  
concludere faeces, iam feruere litora flammis,  
si te hinc attigerit terris Aurora morantem.  
heia age, rumpe moras. uarium et mutabile semper  
femina.' sic fatus nocti se inmiscuit atrae. 570

Tum uero Aeneas, subitis exterritus umbris,  
corripit e somno corpus sociosque fatigat ;  
' praecipites uigilate, uiri, et considite transtris ;  
soluite uela citi. deus aethere missus ab alto  
festinare fugam tentosque incidere funis 575  
ecce iterum stimulat. sequimur te, sancte deorum,  
quisquis es, imperioque iterum paremus onantes.  
adsis o placidusque iuues, et sidera caelo  
dextra feras.' dixit, uaginae eripit ense  
fulmineum, strictoque ferit retinaeula ferro. 580  
idem omnis simul ardor habet, rapiuntque riuuntque ;  
litora deseruere ; later sub classibus aequor ;  
adnixi torquent spumas et caerulea uerrunt.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras  
Tithoni croceum linqvens Aurora cubile. 585  
regina e speculis ut primum albescere lucem  
uidit et aequatis classem procedere uelis,  
litoraque et uacuos sensit sine remige portus,  
terque quaterque manu pectus percussa deorum  
flauentisque abscissa comas, ' pro Iuppiter ! ibit 590  
hic,' ait, ' et nostris inluserit aduena regnis ?  
non arma expedit, totaque ex urbe sequuntur,  
diripientque rates alii naualibus ? ite,  
ferte citi flammam, date tela, impellite remos !  
quid loquor ? aut ubi sum ? quae mentem insaniam  
mutat ? 595

infelix Dido ! nunc te facta impia tangunt ?  
tum decuit, cum sceptram dabas. en dextra fidesque,  
quem secum patrios aiunt portare Penatis,  
quem subisse ueris confectum aetate parentem !  
non potui abreptum dinellere corpus et undis 600  
spargere ? non socios, non ipsum absuere ferro  
Ascanium, patriisque epulandum ponere mensis ?  
uerum anceps pugnae fuerat fortuna. finisset ;  
quem metui moritura ? faeces in castra tulissem, 604  
inlessemque foros flammis, natumque patremque  
cum genere exstinxem, memet super ipsa dedissem.  
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,  
tuque harum interpres curarum et conscia Iuno,  
nocturnisque Hecate trinitis uulata per urbes,  
et Dirae ultrices, et di morientis Elissae, 610  
accipite haec, meritumque malis aduertite numen,  
et nostras audite preces. si tangere portus  
infandum caput ac terribis adnare necesse est,  
et sic fata Iouis poscent, hic terminus haeret :  
at bello audacis populi uexatus et armis, 615  
finitibus extorris, complexu auolsus Iuli,  
auxilium inloret, uideatque indigna suorum  
funera ; nec, cum se sub leges pacis iniquae  
tradiderit, regno aut optata luce fruatur ;  
sed eadat ante diem mediaeque inhumatus harena. 619  
haec precor, hanc uocem extremam eum sanguine  
fundo.

tum uos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum

exercete odiis, cinerique haec mittite nostro  
munera. nullus amor populis, nec foedera sunt.  
exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor, 625  
qui face Dardanos ferroque sequare colonos,  
nunc, olim, quocumque dabunt se tempore uires.  
litora litoribus contraria, fluctibus undas  
inprecor, arma armis ; pugnent ipsique nepotesque.'

Haec ait, et partis animum uersabat in omnis, 630  
inmisam quaerens quam primum abrumpere lucem.  
tum breuiter Baren nutriceam adfata Sychaei ;  
namque suam patria antiqua cinis ater habebat :  
' Annam cara mihi nutrix huc siste sororem ;  
dic corpus proferet flualia spargere lympha, 635  
et pecudes secum et monstrata piacula ducat ;  
sic ueniat ; tuque ipsa pia tege tempora uitata.  
sacra Ioui Stygio, quae rite incepta parauit,  
perficere est animus, fuenique inponere curis,  
Dardaniique rogam capitis permittere flammae.' 640  
sic ait. illa gradum studio celerabat anili.

at trepida, et coeptis immanibus effera Dido,  
sanguineam uolens aciem, maculisque tremantis  
interfusa genas, et pallida morte futura,  
interiora domus inrumpit limina, et altos 645  
conscendit furibunda rogos, enseque recludit  
Dardanium, non hos quaesitum munus in usus.  
hic, postquam Iliacas uestes notumque cubile  
conspexit, paulum lacrimis et mente morata,  
ineubuitque toro, dixitque nonissima uerba : 650  
' dulces exuiuae, dum fata densaque sinebat,  
accipite hanc animam, inque his exsoluite curis.  
uixi, et quem dederat cursum fortuna peregi ;  
et nunc magna meci sub terras ibit imago.

urbem praeclaram statui ; mea moenia uidi ; 655  
nila urum, poenas inimico a fratre recepi ;  
felix, hen nimium felix, si litora tantum  
numquam Dardaniae tetigissent nostra carinae !'  
dixit, et, os inpressa toro, ' moriuerim inuitae,  
sed moriamur,' ait. ' sic, sic inuat ire sub umbras. 660  
hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto  
Dardanus, et nostrae secum ferat omnia mortis.'  
dixerat ; atque illam media inter talia ferro  
conlapsam aspiciunt comites, enseque cruore  
spumantem, sparsasque manus. it clamor ad alta  
atria ; concussam haec hatur Pania per urbem. 666  
lamentis gemituque et femineo ululatu  
tecta fremunt ; resonat magnis plangoribus aether.

non aliter, quam si inmissis ruat hostibus omnis 669  
Karthago aut antiqua Tyros, flammaeque furentem  
culmina perque hominum uoluuntur perque deorum.  
audiit exanimis, trepidoque exterrita cursu  
inguiribus ora soror foedans et pectora pugnis  
per medios ruit, ac morientem nomine clamat.  
' hoc illud, germana, fuit ? me fraude petebas ? 675  
hoc rogam iste mihi, hoc ignes araque parabant ?  
quid primum deserta querar ? comitemne sororem  
spreuisti moriens ? eadem me ad fata uocasses ;  
idem ambas ferro dolor, atque eadem hoca tulisset.  
his etiam struxi manibus, patriosque uocaui 680  
uocae deos, sic te ut posita erudelis abessem ?  
extincti te meque, soror, populumque patresque  
Sidonios urbemque tuam. date uulnera lymphis  
abluam, et, extremis si quis super halitus erant,  
ore legam.' sic fata gradus euaserat altos, 685  
semianimemque sinu germanam amplexa fouebat  
eum gemitu, atque atros sicabat ueste cruores.  
illa, grauis oculos conata attollere, rursus  
deficit ; infixum stridit sub pectore uolnus.

ter sese attollens cubitoque adnixa leuauit ; 690  
ter reuoluta toro est, ocnlisque errantibus alto  
quaesitit caelo lucem, ingemuitque reperta.

Tum Iuno omnipotens, longum miserata dolorem  
dillucilisque obitus, Irim demisit Olympo,

559 iuuentae P. 564 uarioque irarum fluctuat aestu M, aestu F. 565 in praecipit P<sup>1</sup>. 576 instimulat P F. 586 primam P. 598 portasse M, et fortasse Seruius. 616 conspectu Non. p. 15. 629 nepotes P<sup>2</sup>. 632 Sychaei est M. 640 flammis M. 641 celebrabat P M<sup>2</sup>, agnoscit Seruius. anilem P. 646 gradus P. 651 sinebant F P<sup>2</sup>. 662 secum nostrae M. 668 clangoribus P.

quae luctantem animam nexosque resolveret artus.  
nam quia nec fato merita nec morte peribat, 696  
set misera ante diem subitoque accensa furore,  
necdum illi flauum Proserpina uertice crinem  
abstulerat Stygioque caput damnauerat Orco.  
ergo Iris croceis per caelum roscida pinnis, 700

mille trahens uarios aduerso sole colores,  
deuolat, et supra caput astitit: 'hunc ego Diti  
sacrum iussa fero, teque isto corpore soluo.'  
sic ait, et dextra crinem secat: omnis et una  
dilapsus calor, atque in uentos uita recessit. 705

## LIBER QUINTVS

Interea medium Aeneas iam classe tenebat  
certus iter, fluctusque atros aquilone secabat,  
moenia respiciens, quae iam infelicis Elissae  
confluent flammis. quae tantum accenderit ignem,  
causa latet; duri magno set amore dolores 5  
polluto, notumque, furens quid femina possit,  
triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.

Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla  
occurrit tellus, maria undique et undique caelum,  
olli caeruleus supra caput astitit imber, 10  
noctem hiememque ferens, et inhorrunt unda tenebris.  
ipse gubernator puppi Palinurus ab alta:  
'heu, quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?  
quidue, pater Neptune, paras?' sic deinde locutus  
colligere arma iubet ualidisque incumbere remis, 15  
obliquatque sinus in uentum, ac talia fatur:  
'magnanime Aenea, non, si mihi Iuppiter auctor  
spondeat, hoc sperem Italiam contingere caelo.  
mutati transuersa fremunt et uespere ab atro  
consurgent uenti, atque in nubem cogitur aer. 20  
nec nos obniti contra, nec tendere tantum  
sufficimus. superat quoniam Fortuna, sequamur,  
quoque uocat, uertamus iter. nec litora longe  
fida reor fraterna Erycis portusque Sicanos,  
si modo rite memor seruata remetior astra, 25  
tum pius Aeneas: 'equidem sic poscere uentos  
iandudum et frustra cerno te tendere contra.  
flecte uiam uelis. an sit mihi gratior ulla,  
quoue magis fessas optem demittere nauis,  
quae quae Dardanum tellus mihi seruat Aecsten,  
et patris Anchisae gremio complectitur ossa?' 31  
haec ubi dicta, petunt portus, et uela secundi  
intendunt Zephyri; fertur cita gurgite classis,  
et tandem laeti notae aduertunt harenae.

At procul excelso miratus uertice montis 35  
aduentum sociasque rates occurrit Aecstes,  
horridus in iaculis et pelle Libystidis ursae,  
Troia Criniso conceptum flumine mater  
quem genuit. ueterum non inmemor ille parentum  
gratatur reduces et gaza laetus agresti 40  
excipit, ac fessos opibus solatur amicis.

Postera cum primo stellas Oriente fugarat  
clara dies, socios in coetum litore ab omni  
aduocat Aeneas, tumulique ex aggere fatur:  
'Dardanidae magni, genus altoa sanguine diuom, 45  
annus exactis completer mensibus orbis,  
ex quo reliquias diuinique ossa parentis  
condidimus terra maestasque sacrauius aras.  
iamque dies, nisi fallor, adest, quem semper acerbum,  
semper honoratum (sic, di, uoluistis) habebō. 50  
hunc ego Gaetulis agerem si Syrtibus exul,  
Argolicone mari deprensus et urbe Mycenae,  
annua nota tamen sollempnis ordine pompas  
exequerer, strueremque suis altaria donis.  
nunc ultro ad cineres ipsius et ossa parentis, 55  
haut equidem sine mente reor, sine numine diuom,

adsumus et portus delati intramus amicos.  
ergo agite, et laetum cuncti celebremus honorem;  
poscamus uentos, atque haec me sacra quot annis  
urbe uelit posita templis sibi ferre dicatis. 60  
bina boum uobis Troia generatus Aecstes  
dat numero capita in nauis; adhibete Penatis  
et patrios epulis et quos colit hospes Aecstes.  
praeterea, si nona diem mortalibus alium  
Aurora extulerit radiisque retexerit orbem, 65  
prima citae Teucris ponam certamina classis;  
quique pedum cursu ualet, et qui uiribus audax  
aut iaculo incedit melior leuibusque sagittis,  
seu crudo fudit pugnam committere caestu,  
cuncti adsint, meritaque expectent praemia palmae.  
ore fauete omnes, et cingite tempora ramis. 71

Sic fatus uelat materna tempora myrto.  
hoc Helymum facit, hoc aevi maturus Aecstes,  
hoc puer Ascanius, sequitur quos cetera pubes.  
ille e concilio multis cum milibus ibat 75  
ad tumulum, magna medius comitante caterua.  
hic duo rite mero libans carchesia Baccho  
fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro,  
pupureosque iacit flores, ac talia fatur:  
'salue, sancte parens, iterum: saluete, recepti 80  
nequiquam cineres, animaeque umbraeque paternae.  
non licuit finis Italos fataliaque arua,  
nec tecum Ausonium, quicumque est, quaerere Thy-  
brim.'

dixerat haec, adytis cum lubricis anguis ab imis  
septem ingens gyros, septena uolumina traxit, 85  
amplexus placide tumulum lapsusque per aras,  
caeruleae cui terga notae maculosus et auro  
squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus  
mille iacit uarios aduerso sole colores.  
obstipuit uisu Aeneas. ille agmine longo 90  
tandem inter pateras et leuia pocula serpens  
libauitque dapes rursusque innoxius imo  
successit tumulo et depasta altaria liquit.  
hoc magis inceptos genitori instaurat honores,  
incertus, geniumne loci famulumne parentis 95  
esse putet; caedit binas de more bidentis,  
totque sues, totidem nigrantis terga iuencos;  
uinaque fundebat pateris, animamque uocabat  
Anchisae magni Manisque Acheronte remissos.  
nec non et socii, quae cuique est copia, laeti 100  
dona ferunt, onerant aras, mactantque iuencos;  
ordine aena locant alii, fusique per herbas  
subiciunt ueribus prunas et uiscera torrent.

Exspectata dies aderat nonamque serena  
Auroram Phaethontis equi iam luce uehebant, 105  
famaque finitimos et clari nomen Aecstae  
excierat; laeto complebant litora coetu,  
uisuri Aeneadas, pars et certare parati.  
munera principio ante oculos circoque locantur  
in medio, sacri tripodes uiridesque coronae 110  
et palmae pretium uictoribus, armaque et ostro

698 nondum M.

V 6 possit M. 19 ab alto M<sup>2</sup>. 29 dimittere Seru. 36 ex celso agnoscit Seru. 52 arce P<sup>1</sup>. 68 leuibusue R. 71  
tempora cingite R. . 89 trahit R. 96 quinas P V, Nonius p. 272, Seruius ad Aen. 5. 78, quod ex caeditque binas, lec-  
tione in R tradita, uidetur esse corruptum. 107 complerant P.

perfusae nectes, argenti auriq̄ue talenta ;  
 et tuba commissos uedio canit aggere ludos.  
 prima pares ineunt granibus certamina reuis  
 quattuor ex omni delectae classe carinae. 115  
 ueloceem Mnestheus agit acri remige Pristin,  
 mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi,  
 iugentemq̄ Gyas ingenti mole Cliuaeram,  
 urbis opus, triplici pubes quam Dardana uersu  
 impellunt, terno consurgunt ordine remi ; 120  
 Sergestusq̄, domus tenet a quo Sergia nouen,  
 Centauro inuehitur magna, Seyllaq̄ue Cloanthus  
 caerulea, genus unde tibi, Romane Chenti.

Est procul in pelago saxum spumantia contra  
 litora, quod tumidis summersuum tunditur olium 125  
 fluctibus, hiberni condunt ubi sidera Cori ;  
 tranquillo silet, immotaq̄ue attollitur unda  
 campus et apricis statio gratissima uergis.  
 hic uiridem Aeneas frondenti ex ilice metam  
 constituit signum nautis pater, unde reuerti 130  
 scirent et longos ubi circumflectere cursus.  
 tum loca sorte legunt, ipsiq̄ue in puppibus auro  
 ductores longe effulgent ostroq̄ue decori ;  
 cetera populea uelatur fronde iuuentus  
 nudatosq̄ue ueros oleo perfusa nescit. 135  
 considunt traustis, intentaq̄ue brachia reuis ;  
 intenti expectant signum, exultantia haurit  
 corda pauor pulsans laudumq̄ue arreata eupido.  
 inde, ubi elara dedit sonitum tuba, linibus omnes,  
 haut mora, prosilire suis ; ferit aethera clamor 140  
 nauticus, adductis spumant freta uersa lacertis.  
 infundunt pariter sulcos, totumq̄ue deliscit  
 conuolsum remis rostrisque tridentibus aequor.  
 nou tam praecipites biuigo certamine eampum  
 corripuere ruuntq̄ue effusi carcere currus, 145  
 nec sic inmissis aurigae nudantia lora  
 concussere iugis pronique in uerbera pendunt.  
 tum plausu fremituq̄ue uirum studiisque fauentum  
 consonat omne nemus, nocemq̄ue inclusa uolunt  
 litora, pulsati colles clamore resultant. 150  
 effugit ante alios primisque elabatur undis  
 turbam interfremitumq̄ue Gyas ; quem deinde Cloan-  
 thus

consequitur, melior remis, sed pondere pius  
 tarda tenet. post hos aequo discrimine Pristis  
 Centaurusq̄ue locum tendunt superare priorem ; 155  
 et nunc Pristis labet, nunc uictam praeritit iugens  
 Centaurus, nunc una ambae iunctisque feruntur  
 frontibus et longa suleant uada salsa carina.  
 iamq̄ue propinquabant scopulo metamq̄ue teuebant,  
 cum princeps medioq̄ue Gyas in gurgite uictor 160  
 rectorem nauis compellat uoce Menoeten :  
 'quo tantum mihi dexterabis ? huc dirige grossum ;  
 litus ama, et laeua stringat siue paluula cantes ;  
 altum alii teneant.' dixit ; sed ecce Menoetes  
 saxa timens proram pelagi detorquet ad nudas. 165  
 quo diuersus abis ? iterum, 'pete saxa, Menoete !'  
 eum clamore Gyas reuocabat ; et ecce Cloanthum  
 respicit instantem tergo et propiora tenentem.  
 ille inter nauemq̄ue Gyaee scopulosq̄ue sonantis  
 radit iter laenum interior, subitoq̄ue priorem 170  
 praeritit et metis tenet aequora tuta relictis.  
 tum uero exarsit iuueni dolor ossibus iugens,  
 nec lacrimis caruere genae, seguenq̄ue Menoeten,  
 oblitus decorisq̄ue sui socinmq̄ue salutis,  
 in mare praecipitem puppi deturbat ab alta ; 175  
 ipse gubernaculo rector subit, ipse magister,  
 hortaturq̄ue uiros, clauumq̄ue ad litora torquet.  
 at grauis, ut fundo nix tandem redditus uno est,  
 iam senior madidaq̄ue fluens in necte Menoetes  
 summa petit scopuli siccaq̄ue in rupe resedit. 180  
 illum et labentem Teucri et risere natantem,

et salsos rident reuomentem pectore fluctus.  
 hic laeta extremis spes est accensa duobus,  
 Sergesto Mnesthique, Gyan superare morantem.  
 Sergestus capit ante locum scopuloq̄ue propinquat,  
 nec tota tamen ille prior praecente carina ; 186  
 parte prior ; partim rostro premit aemula Pristis.  
 at media socios incedens naue per ipsos  
 hortatur Mnestheus : 'nunc, nunc iusurgite remis,  
 Hectorei socii, Troiae quos sorte suprema 190  
 delegi comites ; nunc illas promite uires,  
 nunc animos, quibus in Gaetulis Syrtibus usi  
 Ionioque mari Malcaeq̄ue sequacibus undis.  
 non iam prima peto Mnestheus, neque uincere certo ;  
 quamquam o !—set superent, quibus hoc, Neptune,  
 dedisti ; 195  
 extremos pudeat rediisse ; hoc uincite, ciues,  
 et prohibete nefas.' olli certamine summo  
 procumbunt ; uastis tremis icibus aerea puppis,  
 subtrahiturque solum ; tum creber anhelitus artus  
 aridaq̄ue ora quatit ; sudor fluit undiq̄ue riuus. 200  
 attulit ipsi uiris optatum casus honorem.  
 namque furens animi dum proram ad saxa suburget  
 interior spatioq̄ue subit Sergestus iniquo,  
 infelix saxis in praecurrentibus haesit.  
 concussae cantes, et acuto in murice remi 205  
 obuixi crepuere, uilisaq̄ue prora pependit.  
 consurgunt uantae et magno clamore morantur,  
 ferratasq̄ue trudes et acuta cuspidate contos  
 expediunt, fractosq̄ue legunt in gurgite remos.  
 at laetus Mnestheus successuq̄ue acrior ipso 210  
 agnune remorum celeri uentisque uocatis  
 prona petit maria et pelago decurrit aperto.  
 qualis spelunca subito commota columba,  
 cui domus et dulces latebroso in punice nidi,  
 fertur in arua uolans, plausumq̄ue exterrita pinnis  
 dat tecto iugentem, mox aere lapsa quieto 216  
 radit iter liquidum, celeris neque commouet alas :  
 sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pristis  
 aequora, sic illam fert impetus ipse uolantem.  
 et primum in scopulo huc tantem deserit alto 220  
 Sergestum breuibsq̄ue uadis frustra q̄ue uocantem  
 auxilia et fractis discentem currere remis.  
 inde Gyan ipsamq̄ue iugenti mole Chimaeram  
 consequitur ; cedit, quoniam spoliata magistro est.  
 solus iamq̄ue ipso superest in line Cloanthus : 225  
 quem petit, et summis admixus uiribus arguet.  
 tum uero ingeminat elamor, eunetiq̄ue sequentem  
 instigant studiis, resonatq̄ue fragoribus aether.  
 hi proprium decus et partium indignatum honorem  
 ni teneant, nitamq̄ue nolunt pro laude pacisci ; 230  
 hos successus alit : possunt, quia posse uidentur.  
 et fors aequatis cepissent praemia rostris,  
 ni palmas ponto tendens ntrasque Cloanthus  
 fudissetq̄ue praees, diuosq̄ue in uota nocasset :  
 'di, quibus imperium pelagi est, quorum aequora  
 enro, 235  
 nobis laetus ego hoc eadentem in litore taurum  
 constituam ante aras, noti reus, extaque salsos  
 proieam in fluctus et uina liquentia fundam.'  
 dixit, eunq̄ue imis sub fluctibus audiit omnis  
 Nereidum Phoreique chorus Paeopaeque uirgo, 240  
 et pater ipse manu magna Portunus euntem  
 impulit ; illa Noto citius uoluerique sagitta  
 ad terram fugit, et portu se condidit alto.  
 tum satus Anchisa, cunctis ex more uocatis,  
 uictorem magna praeconis uoce Cloanthum 245  
 declarat, uiridique aduelat tempora lauro ;  
 unneraq̄ue in nauis ternos optare iuuenos  
 uinaq̄ue et argenti magnum dat ferre talentum.  
 ipsis praecipuos ductoribus addit honores :  
 uictori chlaunq̄ue auratam, quam plurima circum

112 talentum M P. 116 Pristin M P. 141 abductis F. 158 longae—carinae Seru. A. 3 495 (si lectio certa est). 162 dirige M. cursum M<sup>2</sup> Sen. Ben. G. 7. 163 laeua M P, laeua R. 167 et om. R. 187 partem M. 202 animo P. 208 sudas M et Ti. Donatus. 220 in om. Med. 226 enixus P. 228 rsonat clamoribus P. 235 aequore R. 238 proieam P R M<sup>1</sup>, Seruius, porriciam M<sup>2</sup>, Macrob. S. 3 2 1, agnoscit Seruius. ac P. 249 praecipue M, Nonius p. 320.

- purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit, 251  
 intextusque puer frondosa regius Ida  
 uelocis iaculo ceruus cursuque fatigat,  
 acer, anhelanti similis, quem praepes ab Ida  
 sublimem pedibus rapuit Iouis armerig uenis ; 255  
 longaeui palmas nequiquam ad sidera tendunt  
 custodes, saeuitque canum latratu in auras.  
 at qui deinde locum tenuit uirtute secundum,  
 lenibus huic hamis consertam auroque trilecem  
 loricae, quam Demoleo detraxerat ipse 260  
 uictor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto,  
 donat habere uiro, decus et tutamen in armis.  
 uix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant  
 multiplicem, conixi ueris ; indutus at olim  
 Demoleos cursu palantis Troas agebat. 265  
 tertia dona facit geminis ex aere lebetas,  
 cymbiaque argento perfecta atque aspera signis.  
 iamque adeo donati omnes opibusque superbi  
 puniceis ibant euincti tempora taenis,  
 cum saeuo e scopulo multa uix arte reuolsus, 270  
 amissis remis atque ordine debilis uno,  
 inrisam sine honore ratem Sergestus agebat.  
 qualis saepe uiae deprensus in aggere serpens,  
 aerea quem oblicum rota transit, aut grauis icetu  
 seminecem liquit saxo lacerumque uiator, 275  
 nequiquam longos fugiens dat corpore tortus,  
 parte ferox ardensque oculis et sibila colla  
 arduus attollens ; pars uulnere clauda retentat  
 nixantem nodis seque in sua membra plicantem.  
 tali remigio nauis se tarda mouebat ; 280  
 uela facit tamen et uelis subit ostia plenis.  
 Sergestum Aeneas promisso munere donat,  
 seruatum ob nauem laetus sociosque redictos.  
 olli serua datur, operum hant ignara Mineruae,  
 Cressa genus, Pholoe, geminique sub ubere nati. 285  
 Hoc pius Aeneas misso certamine tendit  
 gramineum in campum, quem collibus undique  
 curuis  
 eingebant siluae, mediaque in ualle theatri  
 circus erat ; quo se multis cum milibus heros  
 consessu medium tulit exstructoque resedit. 290  
 hic, qui forte uelint rapido contendere cursu,  
 inuitat pretiis animos, et praemia ponit.  
 undique conueniunt Teucri mixtique Sicani,  
 Nisus et Euryalus primi,  
 Euryalus forma insignis uiridique iuuenta, 295  
 Nisus amore pio pueri ; quos deinde secutus  
 regius egregia Priami de stirpe Diore ;  
 hunc Salius simul et Patron, quorum alter Acarnan,  
 alter ab Arcadio Tegeaeae sanguine gentis ;  
 tum duo Trinaerii iuuenes, Helymus Panopesque,  
 adsueti siluis, comites senioris Aestae ; 301  
 multi praeterea, quos fama obscura recondit.  
 Aeneas quibus in mediis sic deinde locutus :  
 'accipite haec animis, laetasque aduertite mentes :  
 nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. 305  
 Gnosia bina dabo leuato lucida ferro  
 spicula caelatamque argento ferre bipennem ;  
 omnibus hic erit unus honos. tres praemia primi  
 accipient, flauaque caput necentur olina.  
 primus equum phaleris insignem uictor habeto, 310  
 alter Amazoniam pharetram plenamque sagittis  
 Threiciis, lato quam circum amplectitur auro  
 balteus et tereti subnectit fibula gemma ;  
 tertius Argolica hac galea contentus abito.  
 haec ubi dicta, locum capiunt, signoque repente 315  
 corripunt spatia audito, limenque relinquunt,  
 effusi nimbo similes ; simul ultima signant.  
 primus abit longaque ante omnia corpora Nisus  
 emicat, et uentis et fulminis oecior alis ;  
 proximus huic, longo set proximam interuallo, 320
- insequitur Salius ; spatium post deinde relicto  
 tertius Euryalus ;  
 Euryalumque Helymus sequitur ; quo deinde sub  
 ipso  
 ecce uolat calcemque terit iam calce Diore,  
 incumbens uero ; spatia et si plura supersint, 325  
 transeat elapsus prior ambiguumque relinquat.  
 iamque fere spatium extremo fessique sub ipsam  
 finem aduentabant, leui cum sanguine Nisus  
 labitur infelix, caesis ut forte iuuenis  
 fusus humum uiridisque super inadefecerat herbas.  
 hic iuuenis iam uictor ouans uestigia presso 331  
 haud tenuit titubata solo, set pronus in ipso  
 concidit immundoque fimo saeroque cruore,  
 non tamen Euryali, non ille oblitus amorum ;  
 nam sese opposuit Salio per lubrica surgens ; 335  
 ille antem spissa iacuit reuolutus harena.  
 emicat Euryalus, et munere uictor amici  
 prima tenet, plausuque uolat fremituque secundo.  
 post Helymus subit, et nunc tertia palma Diore.  
 hic totum caueac consessum ingentis et ora 340  
 prima patrum magnis Salius clamoribus implet,  
 ereptumque dolo reddi sibi poscit honorem.  
 tutatur fauor Euryalum lacrimaeque decorae  
 gratior et pulchro ueniens in corpore uirtus.  
 adiuuat et magna proclamat uoce Diore, 345  
 qui subiit palmae, frustra ad praemia uenit  
 ultima, si primi Salio reddantur honores.  
 tum pater Aeneas, 'uestra,' inquit, 'munera uobis  
 certa manent, pueri, et palmam mouet ordine nemo ;  
 me liceat casus miserari insontis amici.' 350  
 sic fatus tergum Gaetuli immane leonis  
 dat Salio, uillis onerosum atque unguibus aureis.  
 hic Nisus, 'si tanta, inquit, sunt praemia uictis,  
 et te lapsorum miseret, quae munera Niso  
 digna dabis ? primam merui qui laude coronam, 355  
 ni me, quae Salium, fortuna inimica tulisset.'  
 et simul his dictis faciem ostentabat et udo  
 turpia membra fimo. risit pater optimus olli,  
 et clipeum efferru iussit, Didymaonis artem,  
 Neptuni sacro Danais de poste refixum. 360  
 hoc iuuenem egregium praestanti munere donat.  
 Post, ubi confecti cursus, et dona peregit :  
 'nunc, si cui uirtus animusque in pectore praesens,  
 adsit, et euinctis attollat brachia palmis.'  
 sic ait et geminum pugnae proponit honorem, 365  
 uictori uelatum auro uitisque iuuenem,  
 ense atque insignem galeam solacia uicto.  
 nec mora ; continuo uastis cum uiribus effert  
 ora Dares, magnoque uirum se murmure tollit ;  
 solus qui Paridem solitus contendere contra, 370  
 idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector,  
 uictorem Buten, immani corpore qui se  
 Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat,  
 perculit et fulua moribundum extendit harena.  
 talis prima Dares caput altum in proelia tollit, 375  
 ostenditque umeros latos, alternaque iactat  
 brachia protendens, et uerberat ictibus auras.  
 quaeritur huic alius ; nec quisquam ex agmine  
 tanto  
 audet adire uirum manibusque inducere caestus.  
 ergo alacris, cunctosque putans excedere palma, 380  
 Aeneae stetit ante pedes, nec plura moratus  
 tum laena taurum cornu tenet, atque ita fatur :  
 'nate dea, si nemo audet se credere pugnae,  
 quae finis standi ? quo me decet usque teneri ?  
 ducere dona iube.' cuncti simul ore fremebant 385  
 Dardanidae, reddique uiro promissa inbebant.  
 hic grauis Entellum dictis castigat Aestes,  
 proximus ut uiridante toro consererat herbae :  
 'Entelle, heroum quondam fortissimae frustra,

257 ad auras P. 265 Demoleus M. 270 reuolsam R. 274 transit R. transiit confirmat Seruius G. 3 173. 278 uulnera P. 279 nexantem R, Priscianus 1 p. 469, 538, Eutyches p. 485. 280 ferebat P. 281 plenis subit ostia uelis M. 285 uetera M<sup>1</sup>. 295 insigni P. 296 quem P. 299 Arcadia P. Tegeae de P<sup>2</sup> M<sup>2</sup> R, agnoscit Seruius. 306 Chosia P. 309 uenturum P. 312 circumplectitur M. 327 ipsum M<sup>2</sup>. 327 reddentur P. 350 misereri R<sup>1</sup>. 359 artes M<sup>1</sup>, artis M<sup>2</sup>. 374 percudit R. 382 lacuo P. 388 herba R.

tantane tam patiens nullo certamine tolli  
dona sines? ubi nunc nobis deus ille magister  
nequiquam memoratus Eryx? ubi fama per omnem  
Trinaariam, et spolia illa tuis pendentia tectis?  
ille sub haec: 'non laudis amor nee gloria cessit  
pulsa metu; sed enim gelidus tardante senecta  
sanguis hebet, frigentque effetae in corpore vires.  
si mihi, quae quondam fuerat, quaque improbus  
iste  
exultat fidens, si nunc foret illa iuventas,  
haut equidem pretio inductus pulchroque iuueno  
uenissem, nec dona moror.' sic deinde locutus  
in medium geminos immani pondere caestus  
proiecit, quibus acer Eryx in proelia suetus  
ferre manum duroque intendere brachia tergo.  
obstupere animi: tantorum ingentia septem  
terga boum plumbo insuto ferroque rigebant.  
ante omnis stupet ipse Dares, longeque recusat;  
magnanimusque Anchisiades et pondus et ipsa  
huc illic vincolorum immensa volumina uersat.  
tum senior talis referebat pectore uoces:  
'quid, si quis caestus ipsius et Ilerenlis arma  
nidisset tristenque hoc ipso in litore pugnam?  
haec germanus Eryx quondam tuus arma gerebat;  
(sanguine ceruis adhuc sparsoque infecta cerebro)  
his magnum Alciden contra stetit; his ego suetus,  
dum melior vires sanguis dabat, aenula neodum  
temporibus geminis canebat sparsa senectus.  
sed si nostra Dares haec Troius arma recusat,  
idque pio sedet Aeneae, probat auctor Aecetes,  
aequemus pugnas. Erycis tibi terga remitto;  
solue metus; et tu Troianos exue caestus.'  
haec fatus duplicem ex ueris reiecit amictum,  
et magnos membrorum artus, magna ossa lacer-  
tosque  
exiit, atque ingens media consistit harena.  
tum satus Anchisa caestus pater extulit aequos,  
et paribus palmas amborum innexuit armis.  
constitit in digitos extemplo arrectus uterque,  
brachiaque ad superas interritus extulit auras.  
abduxere retro longe capita ardua ab ictu  
inniscentque manus manibus pugnantque lacessunt.  
ille pedum melior motu fretusque iuuenta,  
hic membris et mole ualens; sed tarda trementi  
genua labant, uastos quatit aeger anhelitus artus.  
multa uiri nequiquam inter se uolnera iactant,  
multa eano lateri ingeminant et pectore uastos  
dant sonitus, erratque auris et tempora circum  
crebra manus; duro crepitant sub uolnere malae.  
stat grauis Entellus nisique immotus eodem,  
corpore tela modo atque oculis uigilantibus exit.  
ille, uelut eelsam oppugnat qui molibus urbem,  
aut montana sedet circum castella sub armis,  
nunc hos, nunc illos auditus, omnemque pererrat  
arte locum, et nariis adsultibus inritus irguct.  
ostendit dextram insurgens Entellus et alte  
extulit: ille ictum nonientem a uertice uelox  
praenidit, celerique elapsus corpore cessit:  
Entellus vires in nentum effudit, et nitro  
ipse grauis grauiternque ad terram pondere uasto  
concidit: ut quondam cana concidit aut Ery-  
mantho,  
aut Ida in magna, radicitus eruta pinus.  
consurgunt studiis Teneri et Trinaeria pubes;  
it clamor caelo, primusque accurrit Aecetes,  
aequaeumque ab humo miserans attollit amicum.  
at non tardatus casu neque territus heros  
acerior ad pugnam redit, ac uim suscitit ira.  
tum pudor incendit vires et conscia uirtus,  
praecipitemque Daren ardens agit aequore toto,  
nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra;  
nee mora, nec requies: quam multa grandine nimbi

culminibus crepitant, sic densis ietibus heros  
creber utraque manu pulsat uersatque Dareta.  
tum pater Aeneas procedere longius iras  
et saenire animis Entellum haut passus acerbis;  
sed linem inposuit pugnae, fessumque Dareta  
eripuit, mulcens dictis, ac talia fatur:  
'infelix, quae tanta animum dementia cepit?  
non vires alias conuersaque numina sentis?  
cede deo.' dixitque et proelia uoce diremit.  
ast illum fidi aequales, genua aegra trahentem,  
iactantemque utroque caput, crassumque cruorem  
ore eiactantem mixtosque in sanguine dentes,  
ducunt ad nauis; galeamque enseumque uocati  
accipiunt; palmam Entello taurumque relinquunt.  
hic uictor, superans animis tauroque superbus:  
'nate dea, uosque haec, inquit, cognoscite, Teneri,  
et mihi quae fuerint inuenali in corpore vires,  
et qua seruetis reuocatum a morte Dareta.'  
dixit, et aduersi contra stetit ora iuueni,  
qui donum adstabat pugnae, duroque reducta  
libranit dextra media inter cornua caestus,  
arduus, effractoque inlitis in ossa cerebro,  
sternitur exanimisque tremens procumbit humi  
bos.  
ille super talis effudit pectore uoces:  
'hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte  
Daretis  
persoluo; hic uictor caestus artemque repono.'  
Protinus Aeneas celeri certare sagitta  
inuit qui forte uelint, et praemia dicit,  
ingentique manu malum de nane Seresti  
erigit, et uolnerem traiecit in fune columbam,  
quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.  
connenere uiri, deiectamque aerea sortem  
accepit galea; et primus clamore secundo  
Hyrtaeidae ante omnis exit loens Hippocoontis;  
quem modo nauali Mnesteus certamine uictor  
consequitur, uiridi Mnesteus eninctus oliua.  
tertius Eurytion, tunc, o clarissime, frater,  
Pandare, qui quondam, insus confundere foedus,  
in medios telum torsisti primus Aehiuos.  
extremus galeaque ima subsedit Aecetes,  
ansus et ipse manu iuuenum temptare laborem.  
tum ualidis flexos incuruant niriibus aens  
pro se quisque uiri, et depronunt tela pharetris.  
primaque per caelum neruo stridente sagitta  
Hyrtaeidae iuuenis uolneris diuerberat auras;  
et uenit, aduersique infigit arbore mali.  
intremuit malus, timuitque exterrita pinnis  
ales, et ingenti sonuerunt omnia plausu.  
post acer Mnesteus adducto constitit arcu,  
alta petens, pariterque oculos telumque tetendit.  
ast ipsam miserandus auem contingere ferro  
non ualuit; nodos et uincula linea rupit,  
quis innexa pedem malo pendeat ab alto;  
illa notos atque atra uolans in nubila fugit.  
tum rapidus, iandudum arcu contenta parato  
tela tenens, fratrem Eurytion in nota uocauit,  
iam uacuo laetam caelo specularum, et alis  
plaudentem nigra figit sub nube columbam.  
decidit exanimis, nitamque reliquit in astris  
aetheriis, fixamque refert delapsa sagittam.  
amissa solus palma superabat Aecetes;  
qui tamen acrias telum contendit in auras,  
ostentans artemque pater arcumque sonantem.  
hic oculis subitum obiecit magnoque futurum  
angurio moustrum; docuit post exitus ingens,  
seraque terrifici cecinerunt omnia uates.  
namque uolans liquidis in nubibus arsit harundo,  
sigmavitque uiam flammis, tenuisque recessit  
consumpta in uentos; caelo eeu saepe relaxa  
transeunt erinemque uolantia sidera ducunt.

398 iuuentus P. 421 deiecit P<sup>1</sup>. 425 intexuit M<sup>1</sup>. 441 nunc illos nunc hos R. 446 effudit P<sup>1</sup>. 449 radicitus R. 457 nunc deinde M. 470 iactantem M. 473 animo V. 477 auersi P. 484 reponit R. 486 ponit M R V. 491 primum R V. 503 deubarbat M. 512 alta P. 516 figit nigram P<sup>1</sup>. 518 acriis R M. 520 contorsit P M<sup>1</sup>. 522 subito M P R.

attonitis haesere animis, superosque precati  
 Trinacrii Teucrique uiri; nec maximus omen 530  
 abnuit Aeneas; set laetum amplexus Acestem  
 muneribus cumulat magnis, ac talia fatur:  
 'sume, pater; nam te uoluit rex iugaus Olympi  
 talibus auspiciis exsortem ducere honores.  
 ipsius Anchisae longaeui hoc munus habebis, 535  
 cratera impressum signis, quem Thracius olim  
 Anchisae genitori in magno munere Cisseus  
 ferre sui dederat monumentum et pignus amoris.'  
 sic fatus cingit uiridanti tempora lauro,  
 et primum ante omnis uictorem appellat Acestem.  
 nec bonus Eurytion praelato inuidit honori, 541  
 quamuis solus aeuum caelo deiecit ab alto.  
 proximus ingreditur donis, qui uineula rupit,  
 extremus uolueri qui fixit harundine malum.  
 At pater Aeneas, nondum certamine misso, 545  
 custodem ad sese comitemque inpubis Iuli  
 Epytiden uocat, et fidam sic fatur ad aurem:  
 'uade age, et Ascanio, si iam puerile paratum  
 agmen habet secum curusque instruxit equorum,  
 ducat auo turmas, et sese ostendat in armis, 550  
 dic,' ait. ipse omnem longo decedere circo  
 infusum populum et campos iubet esse patentis.  
 incedunt pueri, pariterque ante ora parentum  
 frenatis lucent in equis, quos omnis euntis  
 Trinacriae mirata fremit Troiaeque inuentus. 555  
 omnibus in morem tonsa coma pressa corona;  
 cornea bina ferunt praefixa hastilia ferro;  
 pars leuis umero pharetras; it pectore summo  
 flexilis obtorti per collum circulus auri.  
 tres equitum numero turmae, ternerique uagantur  
 ducentes; pueri hie seni quemque secuti 561  
 agmine partito fulgent paribusque magistris.  
 una acies inuenum, ducit quam paruus ouantem  
 nomen aui referens Priamus, tua clara, Polite,  
 progenies, auctura Italos; quem Thracius albis  
 portat equus bicolor maculis, uestigia primi 566  
 alba pedis frontemque ostentans arduus albam.  
 alter Atys, genus unde Atii duxere Latini,  
 paruus Atys pueroque puer dilectus Iulo.  
 extremus formaque ante omnis pulcher, Iulus 570  
 Sidonio est inuectus equo, quem candida Dido  
 esse sui dederat monumentum et pignus amoris.  
 cetera Trinacriis pubes senioris Acestae  
 fertur equis.  
 excipiunt plausu pauidos, gaudentque tuentes 575  
 Dardanidae, ueterumque adgnosunt ora parentum.  
 postquam omnem laeti consessum oculosque suorum  
 lustrauerunt in equis, signum clamore paratis  
 Epytides longe dedit insonuitque flagello.  
 olli discurrere pares, atque agmina terni 580  
 diductis soluere choros, rursusque uocati  
 conuertere uias infestaque tela tulere.  
 inde alios ineunt cursus aliosque recursus  
 aduersi spatii, alternosque orbibus orbis 584  
 impediunt, pugnaeque cient simulacra sub armis;  
 et nunc terga fuga nudant, nunc spicula uertunt  
 infensi, facta pariter nunc pace feruntur.  
 ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta  
 parietibus textum caecis iter, ancipitemque 590  
 mille uis habuisse dolum, qua signa sequendi  
 frangeret indeprensus et inremabilis error;  
 haut alio Teucrum nati uestigia cursu  
 impediunt, textuntque fugas et proelia ludo,  
 delphinum similes, qui per maria umida nando  
 Carpathium Libycumque secant luduntque per 595  
 undas.  
 hunc morem cursus atque haec certamina primus

Ascanius, Longam muris cum cingeret Albam,  
 rettulit et priscos docuit celebrare Latinos,  
 quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes;  
 Albani docuere suos; hinc maxima porro 600  
 accepit Roma, et patrium seruaui honorem;  
 Troiaque nunc pueri, Troianum dicitur agmen.  
 hac celebrata tenus sancto certamina patri.  
 Hinc primum Fortuna fidem mutata nouauit.  
 dum uariis tumulo referunt sollemnia ludis, 605  
 Irim de caelo niisit Saturnia Iuno  
 Iliacam ad classem, uentosque adspirat eunti,  
 multa mouens, nee dum antiquum saturata dolorem.  
 illa, uiam celerans per mille coloribus arcum,  
 nulli uisa cito decurrit tramite uirgo. 610  
 conspicit ingentem concursum, et litora lustrat,  
 desertosque uidet portus classemque relictam.  
 at procul in sola secretae Troades acta  
 amissum Anchisen flebant, cunctaetae profundum  
 pontum aspectabant flentes. 'heu, tot uada fessis  
 et tantum superesse maris!' uox omnibus una. 616  
 urbem orant; taedet pelagi perferre laborem.  
 ergo inter medias sese haut ignara nocendi  
 conicit, et faciemes deae uestemque reponit;  
 fit Beroe, Tmarii coniunx longaeua Doryeli, 620  
 cui genus et quondam nomen natiue fuissent;  
 ac sic Dardanidum mediam se matribus infert:  
 'o miserae, quas non manus, inquit, Achaica bello  
 traxerit ad letum patriae sub moenibus! o gens  
 infelix, cui te exitio Fortuna reseruat? 625  
 septima post Troiae excidium iam uertitur aestas,  
 cum freta, cum terras omnis, tot inhospita saxa  
 sideraque emensae ferinur, dum per mare magnum  
 Italiam sequimur fugientem, et uoluimur undis.  
 hic Erycis fines fraterni, atque hospes Acestes: 630  
 quis prohibet muros iacere et dare ciuibus urbem?  
 o patria et rapti nequiquam ex hoste Penates,  
 nullane iam Troiae dicentur moenia? nusquam  
 Hectoreus amnis, Xanthum et Simoenta, uidebo?  
 quin agite et mecum infaustas exurite puppes. 635  
 nam mihi Cassandrae per somnum uatis imago  
 ardentis dare uisa faces: hic quaerite Troiam;  
 hic domus est, inquit uobis. iam tempus agi res,  
 nec tantis mora prodigiis. en quattuor arae 639  
 Neptuno; deus ipse faces animumque ministrat.  
 haec memorans prima infensum ui corripit ignem,  
 sublataque procul dextra conixa coruscat,  
 et iacit. arrectae mentes stupefactaque corda  
 Iliadum. hic una e multis, uae maxima natu,  
 Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix: 645  
 'non Beroe uobis, non haec Rhoeiteia, matres,  
 est Dorycli coniunx; diuini signa decoris  
 ardentisque notate oculos; qui spiritus illi,  
 qui uultus, uocisque sonus, uel gressus eunti.  
 ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui 650  
 aegram, indignantem, tali quod sola careret  
 munere, nec meritos Anchisae inferret honores.'  
 haec effata.  
 at matres primo ancipites, oculisque malignis  
 ambiguae spectare rates miserum inter amorem 655  
 praesentis terrae fatisque uocantia regna:  
 cum dea se paribus per caelum sustulit alis  
 ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.  
 tum uero attonitae monstris actaeque furore 659  
 conclamant, rapiuntque focis penetralibus ignem,  
 pars spoliunt aras, frondem ac uirgulta facesque  
 conieciunt. furit immissis Vulcanus habenis  
 transtra per et remos et pietas abiete puppes.  
 nuntius Anchisae ad tumulum cuneosque theatri  
 incensas perfert nauis Eumelus, et ipsi 665

534 honorem M<sup>2</sup> g<sup>2</sup>. 536 crateram P<sup>2</sup> M<sup>2</sup>. 541 tralato uidetur legisse Ti. Donatus. honore P<sup>1</sup>. 548 paratus P<sup>1</sup>. 551 discedere P. 556 tonsa coma pressa corona est Seru. Aen. 1 701, qui tonsa cum coma iungit. legit fortasse tonsa est coma pressa corona. 558 et P<sup>2</sup> R<sup>1</sup> M. 564 cara P<sup>1</sup>. 568 dixere M<sup>2</sup>. 573 Trinacriae P<sup>2</sup> M, Trinacrii R P<sup>1</sup>, Trinacriis quattuor codd. Bodleiani recentiores. 580 agmine P. 581 deductis M R. 584 aduersis P. alternis R pro alternos. 591 falleret M. 592 nati Teucrum P. 595 luduntque per undas om. P. 602 uix animum induco non esse corruptum pueri: scripseratne Vergilius ludi? "Ius ipse—Troia uocatur" Seruius; neque aliter locum intellexisse uidetur Ti. Donatus. 604 hic M. 611 consessum M<sup>1</sup>. 628 tulimus pro ferimur R. 631 quid R. 633 numquam R. 638 agit R. 640 animam R. 649 quis P R. et gressus P. 654 malignae R. 662 immensis R.

respiciunt atram in nimbo nolitare fauillam,  
 primus et Ascanius, cursus ut laetus equestris  
 ducebat, sic acer equo turbata petiuit  
 castra, nec exanimes possunt retinere magistri. 669  
 'quis furor iste nouus? quo nunc, quo tenditis, inquit,  
 heu miserae ciues? non hostem iniunctae castra  
 Argium, uestras spes uritis. en, ego uester  
 Ascanius!'—galeam ante pedes proiecit inanem,  
 qua ludo indutus belli simulacra ciebat.  
 accelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrum.  
 ast illae diuersa metu per litora passim 676  
 diffugiunt, siluasque et sicubi concaua furtim  
 saxa petunt; piget incepti lueisque, suosque  
 mutatae adgnoscent, excussaque pectore Iuno est.  
 sed non ideirco flamma atque incendia uires 680  
 indomitae posuere; uolo sub robore uiuit  
 stuppa uomens tardum fumum, lentusque carinas  
 est uapor, et toto descendit corpore pestis,  
 nec uires heroum infusaque flumina prorsunt.  
 tum pius Aeneas ueris abscondere uestem 685  
 auxilioque uocare deos et tendere palmas:  
 'Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum  
 Troianos, si quid pietas antiqua luberos  
 respicit humanos, da flammam euadere classi  
 nunc, Pater, et tenuis Teucrum res eripe leto. 690  
 uel tu, quod superest, infesto fulmine morti,  
 si mereor, demitte tuaque hic obrue dextra.'  
 uix haec ediderat, cum effusus in mibribus atra  
 tempestas sine more furit, tonitruque tremescunt  
 ardua terrarum et campi; ruit aethere toto 695  
 turbidus imber aqua densisque nigerrimus austris;  
 implenturque super puppes; semusta madescunt  
 robora; restinctus donec uapor omnis et omnes,  
 quattuor amissis, seruatae a peste carinae.  
 At pater Aeneas, casu concussus acerbo 700  
 nunc huc ingentis, nunc illic pectore curas  
 mutabat uersans, Siculisque resideret aruis,  
 oblitus fatorum, Italasne capesseret oras.  
 tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas  
 quem docuit multaque insignem reddidit arte— 705  
 haec responsa dabat, uel quae portenderet ira  
 magna deum, uel quae fatorum poseeret ordo—  
 isque his Aeneas solatus uocibus iussit:  
 'nate dea, quo fato trahunt retrahuntque, sequamur;  
 quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.  
 est tibi Dardanius diuinae stirpis Acestes: 711  
 hunc cape consiliis soeium et coniunge uolentem;  
 huic trade, amissis sperant qui nauibus, et quos  
 pertaesum magni incepti rerunq; tuarum est;  
 longaeuosque senes ac fessas aequore matres, 715  
 et quidquid tecum inualidum metuensque periculi est,  
 delige, et his habeant terris sine moemia fessi;  
 urbem appellabunt permissio nomine Acestam.'

Talibus incensus dictis senioris amici,  
 tum uero in curas animo diducit omnis. 720  
 et nox atra polum bigis subueeta tenebat:  
 uisa dehinc caelo facies delapsa parentis  
 Anchisae subito talis effundere uoces:  
 'nate, mihi uita quondam, dum uita manebat,  
 eare magis, nate, Hiacis exerceite fatis, 725  
 imperio Iouis huc uenio, qui elassibus ignem  
 depulit, et caelo tandem miseratim ab alto est.  
 consiliis pare, quae nunc pulcherrima Nautes  
 dat senior; lectos iuuenes, fortissima corda,  
 defer in Italian; gens dura atque aspera cultu 730  
 debellanda tibi Latio est. Ditis tamen ante  
 infernas accede domos, et Auernia per alta  
 congressus pete, nate, uicos. non me impia namque  
 Tartara habent, tristes umbrae, sed amoenia piorum  
 concilia Elysiumque colo. huc casta Sibylla 735  
 nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.

tum genus omne tuum et quae dentur moenia disces.  
 iamque uale; torquet medios Nox umida cursus,  
 et me saeuus equis Oriens adflauit anhelis.' 740  
 dixerat, et tenuis fugit, ceu fumus, in auras.  
 Aeneas, 'quo deinde ruis? quo proripis? inquit,  
 quem fugis? aut quis te nostris complexibus arceat?'  
 haec memorans cinerem et sopitos suscitabat ignis,  
 Pergameumque Larem et canae penetralia Vestae  
 farre pio et plena supplex ueneratur acerca. 745

Extemplo socios primumque accersit Acesten,  
 et Iouis imperium et cari praecepta parentis  
 edocet, et quae nunc animo sententia constat.  
 haut mora consiliis, nec iussa recusat Acestes.  
 transcribunt urbi matres, populunq; uolentem 750  
 deponunt, animos nil magnae laudis egentem.  
 ipsi transtra nouant, flammisque ambae reponunt  
 robora nauigiis, aptant remosque rudentesque,  
 exigui numero, sed bello uiuida uirtus.  
 interea Aeneas urbem designat aratro 755  
 sortiturque domos; hoc Ilium et haec loca Troiam  
 esse iubet. gaudet regno Troianus Acestes,  
 indicitque forum et patribus dat iura uocatis.  
 tum uicina astris Eryciuo in uertice sedes  
 fundatur Veneri Idaliae, tumuloque sacerdos 760  
 ac lucus late sacer additur Anchiseo.

Iamque dies epulata nouem gens omnis, et aris  
 factus honos; placidi strauerunt aequora uenti,  
 creber et adspirans rursus uocat Auster in altum.  
 exoritur procrura ingens per litora fletus; 765  
 complexi inter se noctemque diemque morantur.  
 ipsae iam matres, ipsi, quibus aspera quondam  
 uisa maris facies et non tolerabile nomen,  
 ire nolunt, omnemque fugae preferre laborem.  
 quos bonus Aeneas dictis solatur amicis, 770  
 et consanguineo lacrimans commendat Acestae.  
 tris Eryei uitulos et Tempestatibus agnam  
 eacedere deinde iubet, soluique ex ordine funem.  
 ipse, caput tonsae folliis euinctus oliuae,  
 stans procul in prora pateram tenet, extaque salsos  
 proiecit in fluctus ac uina liquentia fundit. 776  
 prosequitur surgens a puppi uentus euntis.  
 certatim socii ferunt mare et aequora uerrunt.

At Venus interea Neptunum exereita curis.  
 adloquitur, talisque effundit pectore questus: 780  
 'Iunonis grauis ira nec exsaturabile pectus  
 cogunt me, Neptune, preces descendere in omnis;  
 quam nec longa dies pietas nec mitigat ulla,  
 nec Iouis imperio fatisque infracta quiescit.  
 non media de gente Phrygum exedisse nefandis 785  
 urbem odiis satis est, nec poenam traxe per omnem;  
 reliquias Troiae, cineres atque ossa peremptae  
 insequitur. causas tanti sciat illa furoris.  
 ipse mihi nuper Libyeis tu testis in undis  
 quam molem subito exierit: maria omnia caelo 790  
 miscuit, Aeoliis nequiquam freta procellis,  
 in regnis hoc ausa tuis.

per seelus ecce etiam Troianis matribus actis  
 exussit foede puppis, et classe subegit  
 amissa socios ignotae linquere terrae. 795  
 quod superest, oro, liceat dare tuta per undas  
 uela tibi, liceat Laurentem attingere Thybrium,  
 si concessa peto, si dant ea moenia Parcae.'  
 tum Saturnus haec domitor maris edidit alti:  
 'fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis, 800  
 unde genus ducis. merui quoque: saepe furores  
 compressi et rabiem tantam caelique marisque.  
 nec minor in terris, Xanthum Simoentaque testor,  
 Aeneae mihi cura tui. cum Troia Achilles  
 exanimata sequens impingeret agmina muris, 805  
 milia multa daret leto, generentque repleti  
 annes, nec reperire uiam atque euoluere posset

680 flammam P M<sup>1</sup>, flammae R. 685 excedere M, abscondere R. 692 dimitte M P. 695 campis P M<sup>1</sup>. 719 accensus R. 720 deducitur R. animo P R M, animum Seruius. 722 facies caelo R. 731 est Latio P. 734 tristisue M<sup>2</sup>. 746 accessit P. 761 additus P. 767 ipsae quibus Nonius p. 307. 768 numen M<sup>2</sup>. caelum R. 772 agnos M. 777 et 778 inuerso ordine M R. 784 fatisque F. 785 excedisse F. 795 ignota terra M. 797 Thybrius P. 805 inmitteret F. 807 neque euoluere (i. e. nec uoluere) P.

in mare se Xanthus, Pelidae tunc ego forti  
congressum Aenean nec dis nec miribus aequis  
nube caua rapui, cuperem cum uertere ab imo 810  
structa meis manibus periuræ moenia Troiae.  
nunc quoque mens eadem perstat mihi; pelle timores.  
tutus, quos optas, portus accedet Auerni.  
unus erit tantum, amissum quem gurgite quaeres;  
unum pro multis dabitur caput.' 815  
his ubi laeta deae permulsit pectora dietis,  
iungit equos auro genitor, spumantiaque addit  
frena feris, manibusque omnis effundit habenas.  
caeruleo per summa lenis uolat aequora curru;  
subsidunt undae tumidumque sub axe tonanti 820  
sternitur aequor aquis, fugiunt uasto aethere nimbi.  
tum uariae comitum facies, immania cete,  
et senior Glauci chorus Inousque Palaemon  
Tritonesque citi Phorciæque exercitus omnis;  
laeua tenet Thetis et Melite Panopeaque uirgo 825  
Nesaeæ Spioque Thaliaque Cymodoceque.

Hic patris Aeneae suspensam blanda uicissim  
gaudia pertemptant mentem; iubet oculus omnes  
attolli malos, intendi bracchia uelis.  
una omnes fecere pedem, pariterque sinistros, 830  
nunc dextros soluere sinus; una ardua torquent  
cornua detorquentque; ferunt sua flamina classem.  
princeps ante omnis densum Palinurus agebat  
agmen; ad hunc alii cursum contendere iussi.  
iamque fere mediam caeli Nox umida metam 835  
contigerat; placida laxabant membra quiete  
sub remis fusi per dura sedilia nautae;  
cum leuis aetheriis delapsus Somnus ab astris  
aera dimouit tenebrorum et dispulit umbras,

te, Palinure, petens, tibi somnia tristia portans 840  
insonti; puppique deus consedit in alta,  
Phorbanti similis, funditque has ore loquellas:  
'Iaside Palinure, ferunt ipsa aequora classem;  
aequatae spirant anrae; datur hora quieti:  
pone caput, fessosque oculos furare labori. 845  
ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.  
cui uix attollens Palinurus lumina fatur:  
'mene salis placidi uultum fluctusque quietos  
ignorare iubes? mene huic confidere monstro?  
Aenean credam quid enim fallacibus auris 850  
et caelo, totiens deceptus fraude sereni?'  
taliam dicta dabat, clauumque affixus et haerens  
nuncquam amittebat, oculosque sub astra tenebat.  
ecce deus ramum Lethaeo rore madentem  
uique soporatum Stygia super utraque quassat 855  
tempora, cunctantia quae natantia lumina soluit.  
uix primos inopina quies laxauerat artus:  
et super incumbens cum puppis parte reuolsa  
cumque gubernaculo liquidas proiecit in undas  
praecipitem ac socios nequiquam saepe uocantem;  
ipse uolans tenuis se sustulit ales ad anras. 861  
currit iter tutum non setius aequore classis,  
promissisque patris Neptuni territa fertur.  
iamque adeo scopulos Sirenum aduecta subibat,  
difficilis quondam multorumque ossibus albos, 865  
tum rauce adsiduo longe saepe saxa sonabant:  
cum pater amisso fluitantem errare magistro  
sensit, et ipse ratem nocturnis rexit in undis,  
multa gemens casuque animum concussus amici:  
'o nimium caelo et pelago confise sereno, 870  
nudus in ignota, Palinure, iacebis harena.'

## LIBER SEXTVS

Sic fatur lacrimans, classique inmittit habenas,  
et tandem Euboicis Cumarum adlabitur oris.  
obuertunt pelago proras; tum dente tenaci  
ancora fundabat nauis; et litora curuae  
praetexunt puppes. iuuenum manus emicat ardens 5  
litus in Hesperium; quaerit pars semina flammae  
abstrusa in uenis silicis, pars densa ferarum  
tectæ rapit siluas inuentaque flumina monstrat.  
at pius Aeneas arces, quibus altus Apollo  
praesidet, horrendaeque prociis secreta Sibyllae, 10  
antrum immane, petit, magnam cui mentem ani-  
mumque

Delius inspirat uates aperitque futura.  
iam subeunt Triuiæ lucos atque aurea tecta.

Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna,  
praepetibus pinnis ausus se credere caelo, 15  
insuetum per iter gelidas enavit ad Aretos,  
Chalcidicaeque leuis tandem super adstitit arce.  
redditis his primum terris, tibi, Phoebe, sacranit  
renigium alarum, posuitque inmania templa.  
in foribus letum Androgeo; tum pendere poenas 20  
Cecropidae iussi, miserum, septena quodannis  
corpora natorum; stat ductis sortibus urna.  
contra elata mari respondet Gnosia tellus:  
hic crudelis amor tauri, suppostaque furto  
Pasiphae, mixtumque genus prolesque biformis 25  
Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandae;

hic labor ille domus et inextricabilis error;  
magnum reginae sed enim miseratus amorem  
Daedalus ipse dolos tecti ambagesque resoluit,  
caeca regens filo nestigia. tu quoque magnam 30  
partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes.  
his conatus erat casus effingere in auro;  
his patriae cecidere manus. quin protinus omnia  
perlegerent oculis, ni iam praemissus Achates  
adforet atque una Phoebi Triniaque sacerdos, 35  
Deiphobe Glauci, fatur quae talia regi:  
'non hoc ista sibi tempus spectacula poscit;  
nunc grege de intacto septem mactare iuuenos  
praestiterit, totidem lectas de more bidentis.'  
talibus adfata Aenean, nec sacra morantur 40  
iussa niri, Teucros uocat alta in templa sacerdos.

Excisum Euboicae laetæ ingens rupis in antrum,  
quo lati ducunt aditus centum, ostia centum;  
unde ruunt totidem uoces, responsa Sibyllae.  
nentum erat ad limen, cum uirgo, 'poscere fata 45  
tempus,' ait; 'deus, ecce, deus!' cui talia fanti  
ante fores subito non uultus, non color unus,  
non compta mansere comae; set pectus anhelum,  
et rabie fera corda tument; maiorque uideri,  
nec mortale sonans, adflata est namine quando 50  
iam propiore dei. 'cessas in uota precesque,  
'Tros,' ait, 'Aeneas? cessas? neque enim ante dehiscent  
attonitæ magna ora domus.' et talia fata

809 Aeneam R. 810 eripui F<sup>2</sup>. 811 perituræ M<sup>1</sup> F. 812 timorem M. 821 equis M<sup>1</sup>. fugiuntque ex aethere M<sup>2</sup>. 823 Ionius R. 825 tenent P. 829 remis M R. 850 Aeneam R. austris P<sup>2</sup>, TI. Donatus. 851 caelo P<sup>1</sup>, Seruius, TI. Donatus; caeli P<sup>2</sup> M R, agnoscit Seruius. 852 dictabat pro dicta dabat P. 860 uoce pro saepe M. cum hic finis esset libri quinti, qualis a Varro et Tuca editus est, Probus duos primos uersus libri sexti fini quinti adiunxit. finem libri quinti habuit TI. Donatus qualem edidi.

VI 20 Androgeo testantur Seruius et grammatici, Androgei M P R. 21 quotannis M<sup>2</sup>. 23 Gnosia P. 33 omne R. 34 pellegerent Scarus Orth. p. 26. 37 poscunt M<sup>1</sup> R, agnoscit Seruius. 39 ex more F.



conticit. gelidus Teucris per dura cucurrit  
 ossa tremor, funditque preces rex pectore ab imo:  
 'Phoebe, grauis Troiae semper miserata labores, 56  
 Dardana qui Paridis derexiti tela manusque  
 corpus in Aeacidae, magnas obeuntia terras  
 tot maria intraui duce te penitusque repostas  
 Massylum gentes praetentaque Syrtibus arua, 60  
 iam tandem Italiae fugientis prendimus oras;  
 hac Troiana tenus fuerit Fortuna secuta.  
 nos quoque Pergameae iam fas est parcere genti,  
 dique deaque omnes, quibus obstitit Ilium et  
 ingens  
 gloria Dardaniae. tuque, o sanctissima uates 65  
 praeseia uenturi, da, non indebita posco  
 regna meis fati, Latio considere Teucros  
 errantisque deos agitataque numina Troiae.  
 tum Phoebio et Triniae solido de marmore templum  
 instituan, festosque dies de nomine Phoebi. 70  
 te quoque magna manent regnis penetralia nostris.  
 hic ego namque tuas sortes arcanaque fata,  
 dicta meae genti, ponam, lectosque sacroabo,  
 alma, uiros. foliis tantum ne carmina manda,  
 ne turbata nolent rapidis ludibria uentis; 75  
 ipsa canas oro.' finem dedit ore loquendi.  
 At, Phoebi nondum patiens, immanis in antro  
 bacchatur nates, magnum si pectore possit  
 excussisse deum; tanto magis ille fatigat  
 os rabidum, fera corda domans, fingitque premenda.  
 ostia iamque domus patere ingentia centum 81  
 sponte sua, natisque ferunt responsa per auras:  
 'o tandem magnis pelagi defunete periclis!  
 set terrae grauiora manent. in regna Lauini  
 Dardanidae uenient; mitte hanc de pectore curam;  
 set non et uenisse uolent. bella, horrida bella, 86  
 et Thybrim multo spumantem sanguine cerno.  
 non Simois tibi nec Xanthus nec Dorica castra  
 defuerint; alius Latio iam partus Achilles,  
 natus et ipse dea; nec Teucris addita Iuno 90  
 usquam aberit; cum tu supplex in rebus egenis  
 quas gentes Italum aut quas non oraueris urbes!  
 causa mali tanti coniunx iterum hospita Teucris  
 externique iterum thalami.  
 tu ne cede malis, set contra audentior ito 95  
 quam tua te Fortuna sinet. uia prima salutis,  
 quod minime reris, Graia pandetur ab urbe.'  
 Talibus ex adyto dictis Cumaea Sibylla  
 horrendas canit ambages antroque renuigat,  
 obscuris uera inuoluens: ea frena furenti 100  
 concitit, et stimulos sub pectore uertit Apollo.  
 ut primum cessit furor et rabida ora quierunt,  
 incipit Aeneas heros: 'non ulla laborum,  
 o uirgo, noua mi facies inopinata surgit;  
 omnia praecipit atque animo mecum ante peregi. 105  
 unum oro: quando hic inferni ianua regis  
 dicitur et tenebrosa palus Acheronte refuso,  
 ire ad conspectum cari genitoris et ora  
 contingat; doceas iter et sacra ostia pandas,  
 illum ego per flammam et mille sequentia tela 110  
 eripi his numeris, medioque ex hoste recepi;  
 ille meum comitatus iter maria omnia mecum  
 atque omnis pelagique minas caelique ferebat,  
 inualidus, nires nltra sortemque senectae. 115  
 quid, ut te supplex peterem, tua limina adirem,  
 idem orans mandata dabat. gnatique patrisque,  
 alma, precor, miserere; potes namque omnia, nec te  
 nequiquam lucis Heate praefecit Auernis.  
 si potuit Manis accersere coniugis Orpheus,  
 Threicia fretus cithara fidibusque canoris, 120  
 si fratrem Pollux alterna morte redemit,

itque reditque uiam totiens—quid Thesea magnum,  
 quid memorem Aleiden? et mi genus ab Ioue summo.'  
 Talibus orabat dictis, arasque tenebat,  
 cum sic orsa loqui uates: 'sate sanguine diuum, 125  
 Tros Anchisiade, facilis descensus Auerno;  
 noctes atque dies patet atri ianua Ditis;  
 set reuocare gradum superasque euadere ad auras,  
 hoc opus, hic labor est. pauci, quos aequus amaui  
 Iuppiter, aut ardens exiit ad aethera uirtus, 130  
 dis geniti potuere. tenent media omnia siluae,  
 Cocytusque sinu labens circumuenit atro.  
 quod si tantus amor menti, si tanta cupido,  
 bis Stygios innare lacus, bis nigra uidere  
 Tartara, et insano iuuat indulgere labori, 135  
 accipe quae peragenda prius. latet arbore opaca.  
 aureus et foliis et lento uimine ramus,  
 Iunoni infernae dictus sacer; hunc tegit omnis  
 laeues et obscuris claudunt conuallibus umbrac.  
 set non ante datur telluris operta subire, 140  
 auricomos quam qui decerpserit arbore fetus.  
 hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus  
 instituit. primo auolso non deficit alter  
 anrens, et simili frondescit uirga metallo.  
 ergo alte uestiga oculis, et rite reptum 145  
 carpe manu; namque ipse uolens facilisque sequetur,  
 si te fata uocant; aliter non uiribus ullis  
 uincere, nec duro poteris conueller ferro.  
 praeterea laeet exanimum tibi corpus amici  
 (heu, nescis) totamque incestat funere classem, 150  
 dum consulta petis nostroque in limine pendes.  
 sedibus hunc refer ante suis et conde sepulchro.  
 due nigras pecudes; ea prima piacula sunt.  
 sic denum lucos Stygis et regna inuia uiuis  
 aspicias.' dixit, pressoque obmutuit ore. 155  
 Aeneas maesto defixus lumina uultu  
 ingreditur, linquens antrum, caecosque uolutat  
 euentus animo secum. cui fidus Achates  
 it comes, et paribus curis uestigia figit,  
 multa inter sese uario sermone serabant, 160  
 quem socium exanimum uates, quod corpus human-  
 dum  
 diceret: atque illi Misenum in litore sicco,  
 ut uenere, uident indigna morte praemptum,  
 Misenum Aeolidem, quo non praestantior alter  
 aere eiere uiros, Martemque accendere cantu. 165  
 Heetoris hic magni fuerat comes, Hectora circum  
 et litno pugnas insignis obibat et hasta.  
 postquam illum uita uictor spoliavit Achilles,  
 Dardanio Aeneae sese fortissimus heros  
 addiderat socium, non inferiora secutus. 170  
 sed tum, forte caua dum personat aequora concha,  
 demens, et cantu uocant in certamina diuos,  
 annulus exceptum Tritoni, si credere dignum est,  
 inter saxa uirum spumosa immerserat unda. 175  
 ergo omnes magno circum clamore fremebant,  
 praecipue pins Aeneas. tum iussa Silyllae,  
 hant mora, festinant flentes, aranque sepulchro  
 congerere arboribus caeloque educere certant.  
 itur in antiquam siluam, stabula alta ferarum,  
 procumbunt piceae, sonat ieta securibus ilex, 180  
 fraxinaeque trabes cuneis et fissile rolnr  
 scinditur, aduoluunt ingentis montibus ornos.  
 uec non Aeneas opera inter talia primus  
 hortatur socios, paribusque accingitur armis.  
 atque haec ipse suo tristi cum corde uolutat, 185  
 aspectans siluam immensam, et sic uoce preatur:  
 'si nunc se nobis ille aureus arbore ramus  
 ostendat nemore in tanto! quando omnia uere  
 heu nimium de te nates, Misene, locuta est.'

57 *dirixti* codd. 67 *consistere* R. 69 *templa* P. 70 *constituam* R. 78 *posset* R. 84 *terra* R, Seruius, qui terrae agnoscit. pro *Lauini* alios *Latini* legisse testatur Seruius. 96 *qua* Seneca Epist. 82 18, *quam* codd., Seruius, scribendum uidetur *quam*, tua enim *Fortuna* Fortuna Troiana est. 105 *meum ipse* Seneca l. e. *percepi* Seruius, quamquam in codicibus eius uariatur. 109 *contingam* P R. 113 *caelique* minas *pelagique* M. 115 *et tua* M P<sup>2</sup>. 119 *arcessere* Seruius. 126 *Auerni* P<sup>2</sup> R, Seruius, qui *Auerno* agnoscit. 132 *Cocytos* M. 133 *cupido* est M<sup>1</sup> R. 141 *quis* P R. 144 *sinulis* M. 147 *uec* pro non R. 159 *fixit* M<sup>1</sup>. 161 *exanimem* M. 177 *sepulchri* M R, Nonius p. 298, Seruius. 186 *forte* pro *uoce* M P, Seruius (corruptum ex ore?).

uix ea fatus erat, geminae cum forte columbae 190  
 ipsa sub ora uiri caelo uenere uolantes  
 et uiridi sedere solo. tum maximus heros  
 maternas agnoscit aues laetusque precatur:  
 'este duces, o, si qua uia est, cursumque per auras  
 derigite in lucos, ubi pinguem diues opacat 195  
 ramus humum. tuque, o, dubiis ne defice rebus,  
 diua parens.' sic effatus uestigia pressit,  
 obseruans, quae signa ferant, quo tendere pergant.  
 pascentes illae tantum prodire uolando,  
 quantum acie possent oculi seruare sequentum. 200  
 inde ubi uenere ad fauces graueolentis Auerni,  
 tollunt se celeres, liquidumque per aera lapsae  
 sedibus optatis geminae super arbore sidunt,  
 discolor unde auri per ramos aura refulsit.  
 quale solet siluis brumali frigore uiscum 205  
 fronde uirere noua, quod non sua seminat arbos,  
 et croceo fetu teretis circumdare truncos:  
 talis erat species auri frondentis opaca  
 ilice, sic leni crepitabat brattea uento.  
 corripit Aeneas extemplo audisque refringit 210  
 cunctantem, et uatis portat sub tecta Sibyllae.  
 Nec minus interea Misenum in litore Teucri  
 flebant, et cineri ingrato suprema ferebant.  
 principio pinguem taedis et robore secto  
 ingentem struxere pyram, cui frondibus atris 215  
 intextum latera, et feralis ante cupressos  
 constituunt, decorantque super fulgentibus armis.  
 pars calidos latices et aena undantia flammis  
 expediunt, corpusque lauant frigentis et unguunt.  
 fit gemitus. tum membra toro defleta reponunt, 220  
 purpureasque super uestes, uelamina nota,  
 coniciunt. pars ingenti subiere feretro,  
 triste ministerium, et subiectam more parentum  
 auersi tenere facem. congesta cremantur  
 turea dona, dapes, fuso crateres oliuo. 225  
 postquam conlapsi cineres et flamma quieuit,  
 reliquias uino et bibulam lauere fauillam,  
 ossaque lecta cado texit Corynaeus aeno.  
 idem ter socios pura circumtulit unda,  
 spargens rore leui et ramo felicis oliuae, 230  
 lustrauitque uiros, dixitque nouissima uerba.  
 At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum  
 imponit, suaque arma uiro remumque tubanque,  
 monte sub aereo, qui nunc Misenum ab illo  
 dicitur, aeternumque tenet per saecula nomen. 235  
 His actis prope exsequitur praecepta Sibyllae.  
 spelunca alta fuit uastoque inmanis hiatu,  
 scruposa, tuta lacu nigro nemorumque tenebris,  
 quam super haut ullae poterant impune uolantes  
 tendere iter pinnis: talis sese halitus atris 240  
 faucibus effundens supera ad conuexa ferebat:  
 [unde locum Grai dixerunt nomine Aornon.]  
 quattuor hic primum nigrantis terga iuuenos  
 constituit frontique inuergit uina sacerdos,  
 et summas carpens media inter cornua saetas 245  
 ignibus inponit sacris, libamina prima,  
 uoce uocans Heceaten, caeloque Ereboque potentem.  
 supponunt alii cultros, tepidumque cruorem  
 succipiunt pateris. ipse atri uelleris agnani  
 Aeneas matri Eumenidum magnaеque sorori 250  
 ense ferit, sterilemque tibi, Proserpina, uaccam.  
 tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,  
 et solida imponit taurorum uiscera flammis,  
 pingue super oleum fundens ardentibus extis.  
 ecce autem, primi sub lumina solis et ortus 255  
 sub pedibus mugire solum, et iuga coepta moueri

siluarum, uisaeque canes ululare per umbram,  
 aduentante dea. 'procul o, procul este, profani,'  
 conclamat uates, 'totoque absistite luco;  
 tuque inuade uiam, uaginaeque eripe ferrum; 260  
 nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo.'  
 tantum effata, furens antro se immisit aperto;  
 ille duces haut timidus uadentem passibus aequat.

Di, quibus imperium est animarum umbraeque  
 silentes  
 et Chaos et Phlegethon, loca nocte tacentia late,  
 sit mihi res audita loqui; sit numine uestro 266  
 pandere res alta terra et caligine mersas.

Ibant obscuro sola sub nocte per umbram,  
 perque domos Ditis uacuas et inania regna:  
 quale per incertam lunam sub luce maligna 270  
 est iter in siluis, ubi caelum condidit umbra  
 Iuppiter, et rebus nox abstulit atra colorem.  
 uestibulum ante ipsum, primis in faucibus Orco  
 luctus et ultrices posuere cubilia Curae;  
 pallentesque habitant Morbi tristisque Senectus 275  
 et Metus et malesuada Fames ac turpis Egestas,  
 terribiles uisu formae, Letumque Labosque;  
 tum consanguineus Leti Sopor et mala mentis  
 gaudia mortiferumque aduerso in limine Bellum,  
 ferreique Eumenidum thalami, et Discordia demens,  
 uipereum erinem uitis innexa cruentis. 281

In medio ramos annosaеque brachia pandit  
 ulmus opaca, ingens, quam sedem Somnia uolgo  
 uana tenere ferunt, folisque sub omnibus haerent.  
 multaque praeterea uariarum monstra ferarum 285  
 Centauri in foribus stabulant Scyllaeque bifformes  
 et centumgeminus Briareus ac belua Lernaе,  
 horrendum stridens, flammisque armata Chimaera.  
 Gorgones Harpyiaeque et forma tricornis umbrae.  
 corripit hic subita trepidum formidine ferrum 290  
 Aeneas strictamque aciem uenientibus offert,  
 et, ni docta comes tenuis sine corpore uitas  
 admoneat uolitare caua sub imagine formae,  
 inruat, et frustra ferro diuerberet umbras.

Hinc uia, Tartareis quae fert Acherontis ad undas.  
 turbidus hic caeno uastaque noragine gurges 296  
 aestuat atque omnem Coccyto eructat harenam.  
 portitor has horrendus aquas et flumina seruat  
 terribili squalore Charon, cui plurima mento  
 canities inculca iacet, stant lumina flamma, 300  
 sordidus ex ueris nodo dependet amictus.  
 ipse ratem conto subigit, uelisque ministrat,  
 et ferruginea subuectat corpora cumba,  
 iam senior, set cruda deo uiridisque senectus.  
 huc omnis turba ad ripas effusa reuebat, 305  
 matres atque uiri defunctaque corpora uita  
 magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae  
 impositique rogis iuuenes ante ora parentum:  
 quam multa in siluis autumnii frigore primo 309  
 lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto  
 quam multae glomerantur aues, ubi frigidus annus  
 trans pontum fugat et terris immittit apricis.  
 stabant orantes primi transmitters cursum,  
 tendebantque manus ripae ulterioris amore.  
 nauita set tristis nunc hos nunc accipit illos, 315  
 ast alios longe sunmotos arceat harena.  
 Aeneas miratus enim motusque tumultu  
 'dic, ait, o uirgo, quid uolt concursus ad annem?  
 quidue petunt animae? uel quo discrimine ripas  
 hae linquunt, illae remis uada liuida uerrunt?' 320  
 olli sic breuiter fata est longaeua sacerdos:  
 'Anchisa generate, deum certissima proles,

193 agnouit M. 195 dirigite M. 200 acies M<sup>1</sup>. 204 unde auro R. 209 brattia P. 231 domos pro uiros P<sup>1</sup> R. 241 super R P<sup>2</sup> M<sup>1</sup>. 242 om. FMP, habet R. fictus est ex Prisciani perieges. 1055. Auernum R, Aornum g. 243 primus M<sup>1</sup>. 249 suscipiunt M R, succipiunt confirmat Seruius. 252 inchoat FM. 254 superque F M P R, schol. Veron. super antiqua aliquot exempla Pierii, Canon., Ball. infundens M. scripsitne Vergilius pingue oleum super infundens? 255 limina M. 270 incertam Seruius, qui incertam legit fortasse Ti. Donatus. 273 primisque M R. 281 inniza R. 289 "sane quidam dicunt uersus alios hos a poeta hoc loco relictos, qui ab eius emendatoribus sublatis sint; Gorgonis in medio portentum inmane Medusae, uiperacae circum ora comae, cui sibila torquent infamesque rigent oculi, mentoque sub imo serpentum extremis nodantur uincula caudis" Seruius. 295 undam Nonius p. 303. 300 flammae R M<sup>1</sup> P<sup>1</sup>. 320 liquida R. uertunt P.

Coeyti stagna alta nides Stygiamque paludem,  
di cuius irare timent et fallere numen.  
haec omnis, quam cernis, inops inhumataque turba  
est;

portitor ille Charon; hi, quos uelit unda, sepulti,  
nec ripas datur horrendas et rauca fluentem  
transportare prius, quam se libus ossa quierunt.  
centum errant annos uolitantque haec litora circum;  
tum demum admissi stagna exoptata reuisunt.<sup>330</sup>  
constitit Anchisa satus et uestigia pressit,  
multa putans, sortemque animi miseratus iniquam.  
cernit ibi maestos et mortis honore carentis  
Leueaspm et Lyciae ductorem classis Orontem,  
quos simul a Troia uentosa per aequora uectos  
obruit Auster, aqua inuolucens nauemque uirosque.

Ecece gubernator sese Palinurus agebat,  
qui Libyco ruper cursu, dum sidera seruat,  
exciderat puppi mediis effusus in undis.<sup>339</sup>  
hunc ubi uix multa maestum cognouit in umbra,  
sicut prior adloquitur: 'quis te, Palinure, deorum  
eripuit nobis, medioque sub aequore mersit?  
die age. namque mihi, fallax haud ante repertus,  
hoc uno responso animum delusit Apollo,  
qui fore te ponto inuolucem finisque canebat  
uenturum Ausonios. en haec promissa fides est?'

ille autem: 'neque te Phoebi cortina fefellit,  
dux Anelisiade, nec me deus aequore mersit.  
namque gubernaculum multa ui forte reuolsim,  
cui datus haerebam custos cursusque regebam,<sup>350</sup>  
praecepit traxi necum. maria aspera iuro  
non ullum pro me tantum cepisse timorem,  
quam tua ne, spoliata armis, exussa magistro,  
deficeret tantis nauis surgentibus undis.

tris Notus hibernas immensa per aequora noctes  
uexit me uiolentus aqua; uix lumine quarto  
prospexi Italiam summa sublimis ab unda.  
paulatim adnabam terrae; iam tuta tenebam,  
ni gens erudelis madida enim ueste grauatam  
prensantemque unciis manibus capita aspera montis  
ferro inuasisset praedamque igrara putasset.<sup>361</sup>  
nunc me fluctus habet uersantem in litore uenti.  
quod te per caeli iucundum limen et auras,  
per genitorem oro, per spes surgentis Iuli,<sup>364</sup>  
eripe me his, inuicte, malis: aut tu mihi terram  
inice, namque potes, portusque require Velinos;  
aut tu, si qua uia est, si quam tibi diua creatrix  
ostendit (neque enim, credo, sine numine diuum  
flumina tanta paras Stygiamque innare paludem)  
da dextram misero, et tecum me tolle per undas,  
sedibus ut saltem plauidis in morte quiescam.'<sup>371</sup>  
talia fatus erat, coepit cum talia uates:

'unde haec, o Palinure, tibi tam dira cupido?  
tu Stygias inhumatus aquas amnemque seuerum  
Eumemidum aspicias, ripamue iniussus adibus?<sup>375</sup>  
desine fata deum flecti sperare precando.  
set cape dicta memor, duri solacia easus.  
nam tua finitimi, longe lateque per urbes  
prodigiis acti caelestibus, ossa piabunt  
et statuent tumulum et tumulo sollempnia mittent,  
aeternumque locus Palinuri nomen habebit.'<sup>381</sup>  
his dictis curae emotae, pulsusque parumper  
eorde dolor tristi; gaudet cognomine terra.

Ergo iter inceptum peragunt fluminoque propinquant.  
nanita quos iam inde ut Stygia prospexit ab unda  
per tacitum nemus ire pedemque aduocetere ripae,  
sicut prior adgreditur dictis, atque increpat ultro:<sup>387</sup>  
'quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,  
fare age, quid uenias, iam istinc, et comprime gressum.  
umbrarum hic locus est, Somni Noctisque soporae;  
corpore uina nefas Stygia uectare carina.<sup>391</sup>  
nec uero Aleiden me sum laetatus euntem

accepisse laeu, nec Thesea Pirithoumque,  
dis quamquam geniti atque inuicti uiribus essent.  
'Tartareum ille manu eustodem in uicula petiuit,  
ipsius a solio regis, traxitque tremementi;<sup>396</sup>  
hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

quae contra breuiter fata est Amphrysia uates:  
'nullae hic insidiae tales; absiste moueri;  
nec uin tela ferunt; licet ingens ianitor antro  
aeternum latrans exsanguis terreat umbras,  
caeta licet patri seruet Proserpina limen.

Troius Aeneas, pietate insignis et armis,  
ad genitorem imas Erebi descendit ad umbras.  
si te nulla mouet tantae pietatis imago,<sup>405</sup>  
at ramum hunc (aperit ramum, qui ueste latebat)  
adgnosceas. tumida ex ira tum corda residunt.  
nec plura his. ille admirans uenerabile donum  
fatalis uirgae, longo post tempore uisum,<sup>409</sup>  
caeruleam aduertit puppim, ripaeque propinquant.

inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,  
deturbat, laxatque foros; simul accipit alueo  
ingentem Aeneam. genuit sub pondere eumba  
sutilis, et multam accepit rimosa paludem.  
tandem trans fluum inuolucem uatemque uirumque  
informi limo glaucaeque exponit in ulua.<sup>416</sup>

Cerberus haec ingens latratu regna trifaucei  
personat, aduerso recubans immanis in antro.  
cui uates, horrende uidens iam colla colubris,  
melle soporatum et medicatis frugibus ollam  
obiecit. ille fame rabida tria guttura pandens  
corripit obiectam, atque immans terga resouit  
fusus humi, totoque ingens extenditur antro.  
occupat Aeneas aditum custode sepulto,  
euaditque eeler ripam inreueabilis undae.<sup>425</sup>

Continuo auditae uoces uagitus et ingens  
infantumque animae lentes in limine primo,  
quos dulcis uitae exsortes et ab ubere raptos  
abstulit atra dies et funere mersit acerbo.

hos iuxta falso damnati crimine mortis.<sup>430</sup>  
nec uero hae sine sorte datae, sine iudice, sedes:  
quaesitor Minos urnam mouet; ille silentum  
conciliumque uocat uitasque et erimua diseit.

proxima deinde tenent maesti loca, qui sibi letum  
insontes peperere manu luemque perosi  
proiecere animas. quam uellent aethere in alto  
imne et pauperiem et duros perferre labores!  
fas obstat, tristisque palus inamabilis unda  
alligat, et nouens Styx interfusa eoeert.

nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem  
ludentes campis; sic illos nomine dicunt.<sup>441</sup>  
hic, quos durus amor crudeli tate peredit,  
secreti celant calles et murtea circum  
silua tegit; eurae non ipsa in morte relincent.

his Phaedrum Proerimque locis, maestamque Eri-  
phylen,<sup>445</sup>

erudelis nati monstrantem uolnera, cernit,  
Euadnenque et Pasiphaen; his Laodamia  
it conies, et iuuenis quondam, nunc femina, Caeceus,  
rursus et in ueterem fato reuoluta figuram.

inter quas Phoenissa recens a uolnere Dido  
errabat silua in magna; quam Troius heros  
ut primum iuxta stetit agnouitque per umbras  
obseuram, qualem primo qui surgere mense  
aut uidet aut uidisse putat per nubila lunam,  
demisit lacrimas, dulcique adfatus amore est:<sup>455</sup>

'infelix Dido, uerus mihi nuntius ergo  
uenerat extinctam, ferroque extrema secutam?  
funeris heu tibi causa fui? per sidera iuro,  
per superos et si qua fides tellure sub ima est,  
inuitus, regina, tuo de litore cessi.<sup>460</sup>  
set me inssa deum, quae nunc has ire per umbras  
per loca senta situ cogunt noctemque profundam,

332 animo P R. 334 Orontem M R. 336 uirumque P<sup>1</sup>. 350 gerbam P. 358 et iam R. 383 terrae M P R,  
Nonius p. 378, terra Seruius. 385 conspexit M. 387 adloquitur R. 399 hinc Fl. 433 consilium P, Pseudo-Asconius  
p. 140 Orelli. 436 quas M<sup>2</sup>. 438 fata obstant Seruius. tristis undae P M<sup>1</sup>. 442 peremit M<sup>1</sup>. 445 Proerin P R,  
Seruius. 449 ruocula R. 452 umbram M. 455 dimisit M.

imperis egere suis; nec credere quini  
hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.  
siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro. 465  
quem fugis? extremum fato, quod te adloquor, hoc  
est.

talibus Aeneas ardentem et torua tuentem  
lenibat dictis animum lacrimasque ciebat.  
illa solo fixos oculos auersa tenebat,  
nec magis incepto uultum sermone mouetur, 470  
quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.  
tandem corripuit sese, atque inimica refugit  
in nemus umbriferum, coniuix ubi pristinus illi  
respondet curis aequatque Sychaeus amorem.  
nec minus Aeneas, casu concussus iniquo, 475  
prosequitur lacrimis longe et miseratur euntem.

Inde datum molitur iter. iamque arua tenebant  
ultima, quae bello clari secreta frequentant.  
hic illi occurrit Tydeus, hic inclutus armis  
Parthenopaeus et Adraستي pallentis imago; 480  
hic multum fleti ad superos belloque caduci  
Dardanidae, quos ille omnis longo ordine cernens  
ingemuit, Glaucumque Medontaque Thersilochum-  
que.

tris Antenoridae Cererique sacrum Polyboeten 484  
Idaeumque, etiam currus, etiam arma tenentem.  
circumstant animae dextra laeuaque frequentes.  
nec uidisse semel satis est; inuat usque morari  
et conferre gradum et ueniendi discere causas.  
at Danaum proceres Agamemnoniaque phalanges  
ut uidere uirum fulgentiaque arma per umbras, 490  
ingenti trepidare metu; pars uertere terga,  
ceu quondam petiere rates; pars tollere uocem  
exiguam: inceptus clamor frustratur hiantis.

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto  
Deiphobum uidit, lacerum crudeliter ora, 495  
ora manusque ambas, populataque tempora raptis  
auribus, et truncae inhonesto uulnere naris.  
uix adeo agnouit pauitantem ac dira tegentem  
supplicia, et notis compellat uocibus ultro:  
'Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teucri,  
quis tam crudelis optauit sumere poenas? 501  
cui tantum de te lieuit? mihi fama suprema  
nocte tulit fessum uasta te caede Pelasgum  
procluisse super confusae stragis aceruum.  
tunc egomet tunulum Rhoeteo litore inanem 505  
constitui, et magna Manis ter uoce uocauit.  
nomen et arma locum seruant; te, amice, nequiu  
conspicere et patria decedens ponere terra.'

ad quae Priamides: 'nihil o tibi amice relictum;  
omnia Deiphobo soluisti et funeris umbris. 510  
set me fata mea et scelus exitiale Lacaenae  
his mersere malis; illa haec monumenta reliquit.  
namque ut supremam falsa inter gaudia noctem  
egerimus, nosti; et nimium meminisse necesse est.  
cum fatalis equus saltu super ardua uenit 515  
Pergama et armatum peditem grauis attulit aluo,  
illa, chorum simulans, euhantis orgia circum  
ducebat Phrygias; flammam media ipsa tenebat  
ingentem, et summa Danaos ex arce uocabat.  
tum me, confectum curis somnoque grauatum, 520  
infelix habuit thalamus, pressitque iacentem  
dulcis et alta quies placidaque simillima morti.  
egregia interea coniuix arma omnia tectis  
emouet, et fidum capiti subdixerat ensem;  
intra tecta uocat Menelaum, et limina pandit, 525  
scilicet id magnum sperans fore munus amanti,  
et famam extingui ueterum sic posse malorum.  
quid moror? inrumpunt thalamo; comes additur una  
hortator scelerum Aeolides. di, talia Grai

instaurate, pio si poenas ore reposco. 530  
set te qui unum casus, age, fare uicissim,  
attulerint. pelagiae uenis erroribus actus,  
an monitu diuum? an quae te fortuna fatigat,  
ut tristis sine sole domos, loca turbida, adires?'  
hac uice sermonum roseis Aurora quadrigis 535  
iam medium aethero cursu traiecerat axemi;  
et fors omne datum traherent per talia tempus;  
sed comes admonuit breuiterque adfata Sibylla est:  
'nox ruit, Aenea; nos flendo ducimus horas.  
hic locus est, partis ubi se uia findit in ambas: 540  
dextera quae Ditis magni sub moenia tendit,  
hac iter Elysium nobis; at laeva malorum  
exercet poenas, et ad impia Tartara mittit.'  
Deiphobus contra: 'ne saeui, magna sacerdos;  
discedam, explebo numerum, reddarum tenebris.  
i decus, i, nostrum; melioribus utere fati.' 546  
tantum efflatus et in uerbo uestigia torsit.

Respicit Aeneas subito, et sub rupe sinistra  
moenia lata uidet, triplici circumdata muro,  
quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis, 550  
Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa.  
porta aduersa, ingens, solidoque adamante columnae,  
uis ut nulla uirum, non ipsi excindere bello  
caelicolae ualeant; stat ferrea turris ad auras,  
Tisiphoneque sedens, palla succincta cruenta, 555  
uestibulum exsomnia seruat noctesque diesque.  
hinc exaudiri gemitus et saeua sonare  
uerbera; tum stridor ferri tractaeque catenae.  
constitit Aeneas, strepitumque exterritus hausit.  
'quae scelerum facies? o uirgo, effare, quibusue 560  
urgenter poenis? qui tantum plangor ad auris?'  
tum uates sic orsa loqui: 'dux inclute Teucrum,  
nulli fas casto sceleratum insistere limen;  
set me cum lucis Hecate praefecit Aernis,  
ipsa deum poenas docuit, perque omnia duxit. 565  
Gnosius haec Rhadamantlius habet, durissima regna,  
castigatque auditque dolos, subigitque fateri,  
quae quis apud superos, furto lactatus inani,  
distulit in seram commissa piacula mortem.  
continuo sontis ultrix accincta flagello 570  
Tisiphone quatit insultans, toruosque sinistra  
intentans anguis uocat agmina saeua sororum.  
tum demum horrissono stridentes cardine sacrae  
panduntur portae. cernis, custodia qualis  
uestibulo sedeat? facies quae limina seruet? 575  
quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra  
saeuior intus habet sedem. tum Tartarus ipse  
bis patet in praeceptis tantum tenditque sub umbras,  
quantus ad aetherium caeli suspectus Olympum.  
hic genus anticum Terrae, Titania pubes, 580  
fulmine deiecit fundo uoluuntur in imo.  
hic et Aloidas geminos immania uidi  
corpora, qui manibus magnum rescindere caelum  
adgressi, superisque Iouem detrudere regnis.  
uidi et crudelis dantem Salmonea poenas, 585  
dum flammis Iouis et sonitus imitatur Olympi.  
quattuor hic inuectus equis et lampada quassans  
per Graium populos mediaeque per Elidis urbem  
ibat ouans, diuumque sibi posebat honorem,  
demens! qui nimbos et non imitabile fulmen 590  
aere et cornipedum pulsu simularet equorum.  
at pater omnipotens densa inter nubila telum  
contorsit, non ille faces nec fumea taedis  
lumina, praecipitemque immani turbine adegit.  
nec non et Tityon, Terrae omniparentis alunnum,  
cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus 596  
porrigitur, rostroque inmanis uolturno obunco  
immortale iecur tendens fecundaque poenis

475 percussus R. 476 lacrimans M. 477 tenebat P. 481 hi M. 484 Polyboten P<sup>1</sup>, Polyboeten M R, Nonius p. 397.  
486 frementes P. 488 poscere R. 495 uidet P R F, uidit et M<sup>1</sup>. 498 et F R. 500 Teucrum F. 505 in litore M P<sup>2</sup>. 516  
aluo M R. 520 tunc P. 524 amouet M F<sup>2</sup> P<sup>2</sup>. 528 thalamos R. additus P R. 529 Oclides M P, agnoscit Seruius.  
536 cursus R. 542 hic pro hac R. 547 pressit M R. 551 tonantia R. 553 ferro M. 556 insonnis R. 559  
strepitu—haesit P<sup>2</sup> M, strepitum—haesit F<sup>1</sup> R P<sup>1</sup>, strepitum—hausit Seruius. 561 quis M P. clangor P. auras M R.  
Seruius. 562 hinc pro sic P R. 566 Cnosius P. 580 proles R. 586 flammam P. 591 cursu R M<sup>2</sup> F<sup>2</sup>. simularat F<sup>2</sup>.  
595 omnipotentis F<sup>1</sup> M<sup>1</sup>, Nonius 243. 597 adunco P.

niscera rimaturque epulis habitatque sub alto  
pectore, nec libris requies datur ulla renatis. 600  
quid memorem Lapithas, Ixiona Pirithoumque?

quo super atra silex iam iam lapsura cadentique  
imminet adsimilis; lucent genialibus altis  
aurea fulera toris, epulaeque ante ora paternae  
regioque luxu; Furiarum maxima iuxta 605  
accubat et manibus prohibet contingere mensas  
exurgitque facem attollens atque innotat ore.  
hic, quibus inuisi fratres, dum uita manebat,  
pulsatusque parens, aut fraus innexa clienti,  
aut qui diuitiis soli incubuere repertis, 610  
nec partem posuere suis, quae maxima turba est,  
quique ob adulterium caesi, quique arma seuti  
impia, nec ueriti dominorum fallere dextras,  
inclusi poenam expectant. ne quaere doceri,  
quam poenam, aut quae forma uiros fortunatae miserit.  
saxum ingens uolunt alii, radiisque rotarum 616  
districti pendunt; sedet, aeternumque sedebit,  
infelix Theseus; Phlegyasque miserrimus omnis  
admonet et magna testatur noce per umbras:  
'discite iustitiam moniti, et non temere diuos.' 620  
nenddidit hic auro patriam dominumque potentem  
imposuit; lixit leges pretio atque relixit;  
hic thalamum inuasit natae uictosque hymenaeos;  
ausi omnes immane nefas, ansoque potiti.  
non, mihi si linguae centum sint oraque centum, 625  
ferrea uox, omnis seclerum comprehendere formas,  
omnia poenarum percurrere nomina possim.'

Haec ubi dicta dedit Phoebus longaeua sacerdos:  
'set iam age, carpe uiam et susceptum perlice munus;  
adceleremus,' ait; 'Cycloperum dueta caninis 630  
moenia conspicio atque aduerso fornice portas,  
haec ubi nos praecepta iubent deponere dona.'  
dixerat, et pariter gressi per opaca uiarum  
corripunt spatium medium, foribusque propinquant.  
occupat Aeneas aditum corpusque recenti 635  
spargit aqua ramumque aduerso in limine ligit.

His demum exactis, perfecto munere diuae,  
deuenere locos laetos et amoeni nirecta  
fortunatorum memorum sedesque beatas.  
largior hic campos aether et lumine uestit 640  
purpureo, solemque suum, sua sidera norunt.  
pars in gramineis exercent membra palaestris,  
contendunt ludo et fulua luctantur harena;  
pars pedibus plaudunt choreas et carmina dicunt.  
nec non Threicis longa eum ueste sacerdos 645  
obloquitur numeris septem discrimina uocum,  
iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.  
hic genus antiquum Teucri, pulcherrima proles,  
magnanimi heroes, nati melioribus annis,  
Iusque Assaraeque et Troiae Dardanus auctor.  
arma procul currusque uirum miratur inanis. 651  
stant terra defixae hastae, passimque soluti  
per campum pascuntur equi. quae gratia currum  
armorumque fuit inuis, quae cura nitentis  
pascere equos, eadem sequitur tellure repostos. 655  
conspicit, ecce, alios dextra laeuaque per herbam  
nescientis laetumque choro Paeana canentis  
inter odoratum lauri nemus, unde superne  
plurimus Eridani per siluam noluitur annis.  
hic manus ob patriam pugando uolnera passi, 660  
quique sacerdotes casti, dum uita manebat,  
quique pii nates et Phoebus digna loenti,  
innatas aut qui uitam excolere per artis,  
quique sui memores alios fecere merendo;  
omnibus his inuicem cinguntur tempora uita. 665

quos circumfusos sic est adfata Sibylla,  
Musaeum ante omnis; medium nam plurima turba  
hunc habet, atque ueris extantem suspicit altis:  
'dicite, felices animae, tuque, optime uates,  
quae regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo  
uenimus et magnos Erebi tranauimus amnes.' 671  
atque hic responsum paucis ita reddidit heros:  
'nulli certa domus; lucis habitamus opacis,  
riparumque toros et prata recentia riuis  
incolimus. sed uos, si fert ita corde uoluntas, 675  
hoc superate iugum; et facili iam tramite sistam.'  
dixit et ante tulit gressum camposque nitentis  
desuper ostentat; dehinc summa cacumina lincunt.

At pater Anchises penitus conuale uirenti  
inclusas animas superumque ad lumen ituras 680  
lustrabat studio recolens, omnemque suorum  
forte recensabat numerum carosque nepotes,  
fataque fortunaeque uirum moresque manusque.  
isque ubi tendentem aduersum per gramina nitidit  
Aenean, alacris palmas utrasque tetendit, 685  
effusaeque genis lacrimae, et uox excedit ore:  
'uenisti tandem, tuaque expectata parenti  
uicit iter durum pietas? datur ora tueri,  
nate, tua, et notas audire et reddere uoces?  
sic equidem ducebam animo rebarque futurum, 690  
tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.  
quas ego te terras et quanta per aequora uetum  
accipio! quantis iactatum, nate, periculis!  
feram metui, ne quid Libyae tibi regna nocerent!  
ille autem: 'tua me, genitor, tua tristis imago, 695  
saepius occurrent, haec limina tendere adegit;  
stant saepe Tyrrheno classes. da iungere dextram,  
da, genitor, teque amplexu ne subtrahe nostro.'  
sic memorans largo lletu simul ora rigabat.  
ter conatus ibi collo dare brachia circum, 700  
ter frustra comprehensa manus effugit imago,  
par leuibus uentis uoluerique simillima somno.

Interea uidet Aeneas in ualle reducta  
seclusum nemus et uirgulta sonantia siluae, 704  
Lethaeumque, domos placidas qui praenatat, amnem.  
hunc circum innumerae gentes populique uolabant;  
ac nclut in pratis ubi apes aestate serena  
floribus insidunt uariis, et candida circum  
lilia funduntur; strepit omnis murmur campus.  
horrescit visu subito, causaeque requirit 710  
inseius Aeneas, quae sint ea flumina porro,  
quiae uiri tanto complerint agmine ripas.  
tum pater Anchises: 'animae, quibus altera fato  
corpora debentur, Lethaei ad fluminis undam  
seculos latices et longa obliuia potant. 715  
has equidem memorare tibi atque ostendere coram,  
iam pridem hanc prolem cupio enumerare meorum,  
quo magis Italia mecum laetere reperta.'

'o pater, anae aliquas ad caelum hinc ire putandum  
est  
sublimes animas iterumque ad tarda reuerti 720  
corpora? quae locis miseris tam dira cupido?'  
'dicam equidem, nec te suspensum, nate, tenebo,'  
suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.

'Principio caelum ac terram camposque liquentis  
lucentemque globum Lunae Titaniae astra 725  
spiritus intus alit, totamque infusa per artus  
mens agitat molem et magno se corpore miscet.  
inde hominum peccantiumque genus uitaque uolantum  
et quae marmoreo fert monstra sub aequore pontus.  
igneus est ollis uigor et caelestis origo 730  
seminibus, quantum non noxia corpora tardant  
terrenique hebetant artus moribundaque membra.

599 oculis Nonius p. 382. 602 quo R, quod F<sup>1</sup>, quos M P F<sup>2</sup>. hic uersus cum uix dubium sit quin Tantalum describat, ante eum excedisse uersum puto: uide quae in Commentario Coningtoniano (ed. IV) disputauit. 604 paternae (i.e. Iouis) R, paratae M P, Non. 204. 607 iuerepat P. 609 aut Nonius p. 372, Seruius, et codd. optimi. 617 districti FM P<sup>2</sup> R. 630 ducta P P R, educta M. 651 mirantur M F. 652 terrae F. 653 campos R. 661 maneret Nonius pp. 267, 440. 664 aliquos P<sup>1</sup> M P R, Seruius, alios F<sup>2</sup>, Macrob. Soan. Scip. 1 8 6, Ti. Donatus. 671 transnauius M<sup>1</sup>. 674 siluis pro riuis R. 678 dein G. 685 lacrimans P<sup>1</sup> pro ulacris. 692 per pro te R. 699 rigabant P. 704 reclusum R. siluis M<sup>2</sup> F, siluae M<sup>1</sup> G P R. 707 uolui F G M. 718 Italiam—reperam R. 719 putandum, om. est, G<sup>1</sup> F. 721 cupido est P<sup>1</sup>. 723 suspicit M P F<sup>2</sup>. 724 terras P<sup>2</sup> G M. 725 iugentemque M<sup>1</sup>. 728 uoluerum R.

hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque, neque  
 auras  
 respiciunt clausae tenebris et carcere caeco.  
 quin et supremo cum lumine uita reliquit, 735  
 non tamen omne malum miseris nec funditus omnes  
 corporeae excedunt pestes, penitusque necesse est  
 multa diu concreta modis inolescere miris.  
 ergo exercentur poenis, ueterumque malorum  
 supplicia expendunt: aliae panduntur inanis 740  
 suspensae ad uentos; aliis sub gurgite uasto  
 infectum eluitur scelus, aut exuritur igni;  
 quisque suos patimur Manes; exinde per amplum  
 mittitur Elysium et pauci laeta arua tenemus;  
 donec longa dies, perfecto temporis orbe, 745  
 concretam exemit labem, purumque relinquit  
 aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.  
 has omnis, ubi mille rotari uoluer per annos,  
 Lethaeum ad fluuium deus euocat agmine magno,  
 scilicet immemores supra ut conuexa reuisant 750  
 rursus et incipiant in corpora uelle reuerti.  
 Dixerat Anchises, natumque nnaque Sibyllam  
 conuentus trahit in medios turbamque sonantem,  
 et tumulum capit, unde omnis longo ordine posset  
 aduersos legere, et uenientum discere uultus. 755  
 'Nuncage, Dardanium prolem quae deinde sequatur  
 gloria, qui maneat Itala de gente nepotes,  
 inlustris animas nostrumque in nomen ituras,  
 expeditam dictis, et te tua fata docebo.  
 ille, uides, pura iuuenis qui nititur hasta, 760  
 proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras  
 aetherias Italo commixtus sanguine surget,  
 Siluius, Albanum nomen, tua postuma proles,  
 quem tibi longaeuo serum Launina coniunx  
 educet siluius regem regumque parentem, 765  
 unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.  
 proximus ille Procas, Troianae gloria gentis,  
 et Capys et Numitor et qui te nomine reddet  
 Siluius Aeneas, pariter pietate uel armis  
 egregius, si umquam regnandam acceperit Albam.  
 qui iuuenis! quantas ostendant, aspice, uires, 771  
 atque umbrata gerunt ciuili tempora quercu!  
 hi tibi Nomentum et Gabios urbemque Fidenam,  
 hi Collatinas imponent montibus arces,  
 Pometios, Castrumque Inui Bolamque Coramque. 775  
 haec nomina erunt, nunc sunt sine nomine terrae.  
 quin et auo comitem sese Mauortius addet  
 Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater  
 educet. uiden, ut geminae stant uertice cristae,  
 et pater ipse suo superum iam signat honore? 780  
 en, huius, nate, auspiciis illa incluta Roma  
 imperium terris, animos aequabit Olympo,  
 septemque una sibi muro circumdabit arces,  
 felix prole uirum: qualis Berecynthia mater 785  
 inuehitur curru Phrygias turrata per urbes,  
 laeta deum partu, centum complexa nepotes,  
 omnis caelicolas, omnis supra alta tenentis,  
 luc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem  
 Romanosque tuos. hic Caesar et omnis Iuli  
 progenies, magnum caeli uentura sub axem. 790  
 hic uir, hic est, tibi quem promitti saepius audis,  
 Augustus Caesar, Diui genus, aurea condet  
 saecula qui rursus Latio regnata per arua  
 Saturno quondam; super et Garamantas et Indos  
 proferet imperium; iacet extra sidera tellus, 795  
 extra anni solisque uias, ubi caelifer Atlas  
 axem uero torquet stellis ardentibus aptum.  
 huius in aduentum iam nunc et Caspia regna  
 responsis horrent diuum et Maeotia tellus,  
 et septemgemi turbant trepida ostia Nili. 800

nec uero Alcides tantum telluris obiit,  
 fixerit aripedem certam licet, aut Erymanthi  
 pacarit nemora, et Lernam tremefecerit arcu;  
 nec, qui pampineis uictor iuga flectit habenis,  
 Liber, agens celso Nysae de uertice tigres. 805  
 et dubitamus adhuc uirtute extendere uires,  
 aut metus Ansonia prohibet consistere terra?  
 quis procul ille autem ramis insignis oliuae  
 sacra ferens? nosco crinis incanaque menta  
 regis Romani, primam qui legibus urbem 810  
 fundabit, Curibus paruus et paupere terra  
 missus in imperium magnum, cui deinde subibit,  
 otia qui rumpet patriae residuesque mouebit  
 Tullus in arma uiros et iam desueta triumphis  
 agmina, quem iuxta sequitur iactantior Ancus, 815  
 nunc quoque ianu nimium gaudens popularibus auris.  
 uis et Tarquinios reges, animamque superbam  
 uictoris Bruti, fassesque uidere receptos?  
 consulis imperium hic primus saeuasque secures  
 accipiet, natosque pater noua bella mouentis 820  
 ad poenam pulchra pro libertate uocabit,  
 infelix! utcumque ferent ea facta minores,  
 uincet amor patriae laudumque immensa cupido.  
 quin Decios Drusosque procul saeuumque securi  
 aspice Torquatam et referentem signa Camillum. 825  
 illae autem, paribus quas fulgere cernis in armis,  
 concordēs animae nunc et dum nocte premuntur,  
 heu quantum inter se bellum, si lumina uitae  
 attigerint, quantas acies stragemque ciebunt!  
 aggeribus socer Alpinis atque arce Monoeci 830  
 descendens, gener aduersis instructus Eois.  
 ne, pueri, ne tanta animis aduescite bella,  
 neu patriae ualidas in uiscera uertite uires;  
 tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo,  
 proice tela manu, sanguis meus!— 835  
 ille triumphata Capitolia ad alta Corintho  
 uictoraget currum, caesis insignis Achuiis.  
 eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenae,  
 ipsumque Aeaciden, genus armipotētis Achilli,  
 ultus auos Troiae, templa et temerata Mineruae. 840  
 quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Cosse, relinquit?  
 quis Gracchi genus, aut geminos, duo fulmina belli,  
 Scipiadas, cladem Libya, paruoque potentem  
 Fabricium, uel te sulco, Serrane, serentem?  
 quo fessum rapitis, Fabii? tu Maximus ille es, 845  
 unus qui nobis cunctando restituit rem.  
 excedunt alii spirantia mollius aera,  
 credo equidem, uiuos ducent de marmore uultus,  
 orabunt causas melius, caelique meatus  
 describent radio et surgentia sidera dicent: 850  
 tu regere imperio populos, Romane, memento;  
 haec tibi erunt artes; pacisque imponere morem,  
 parcere subiectis, et debellare superbos.  
 Sic pater Anchises, atque haec mirantibus addit:  
 'aspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis 855  
 ingreditur, uictorque uiros supereminet omnis!  
 hic rem Romanam, magno turbante tumultu,  
 sistet, eques sternet Poenos Gallumque rebellem,  
 tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.'  
 atque hic Aeneas; una namque ire uidebat 860  
 egregium forma iuuenem et fulgentibus armis,  
 sed frons laeta parum, et deiecto lumina uultu:  
 'quis, pater, ille, uirum qui sic comitatur euntem?  
 filius, ane aliquis magna de stirpe nepotum?  
 qui strepitus circa comitum! quantum instar in  
 ipso! 865  
 sed nox atra caput tristi circumuolat umbra.'  
 tum pater Anchises, lacrimis ingressus obortis:  
 'o gnate, ingentem luctum ne quaere tuorum;

734 *dispiciunt* g<sup>1</sup>, *despiciunt* F M P R, *suspiciunt* Augustinus Ciu. Dei XIV 3 8, XXI 13 fortasse recte, *respiciunt* Seruius. 746 *labem* R. *reliquit* P R. 747 *aurai* testatur Seruius Aen. VII 464, *aurae* M P R F. 750 *super* ut M<sup>1</sup>. 754 *possent* Nonius p. 333, *possit* F. 762 *surgit* M. 765 *educit* M. 768 *reddat* R. 772 *gerit* M. 776 *gentes* pro *terrae* M<sup>1</sup>. 780 *insignat* R. 787 *super alta* M<sup>1</sup> P R. 801 *obiit* M<sup>1</sup> P R. 803 *placaret* M, *pacaret* R. 806 *uirtutem extendere factis* M, Seruius, Ti. Donatus, ut uidetur. 819 *primum* M. 824 *Brutos* R, Schol. Iuu. 8 254. 827 *prementur* P<sup>1</sup> R. 845 *gressum* R. *tun* P<sup>1</sup>. 846 *restituit* R. 848 *cedo* P<sup>1</sup>. 852 *hacc* P<sup>1</sup>. *pacique* codd., *pacis* Seruius. 858 *equis* R. 859 *tristiaque* R. 865 *quis* M R. 868 *nate* F P R.

ostendent terris hunc tantum fata neque ultra  
esse sinent. nimini nobis Romana propago 870  
uisa potens, Superi, propria haec si dona fuissent.  
quantos ille uirum magnam Mauortis ad urbem  
campus aget gemitus! uel quae, Tiberine, uidebis  
funera, eum tumulum praeterlabere recentem!  
nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos 875  
in tantum spe tollet auos, nec Romula quondam  
ullo se tantum tellus iactabit alumno.  
heu pictas, heu prisca fides inuictaque bello  
dextera! non illi se quisquam inpune tulisset  
obuius armato, seu cum pedes iret in hostem, 880  
seu spumantis equi foderet calcaribus armos.  
heu, miserande puer! si qua fata aspera rumpas,  
tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis,  
purpureos spargam flores, animamque nepotis  
his saltem adcumulem donis, et fungar inani 885

munere.' sic tota passim regione uagantur  
acris in campis latis, atque omnia lustrant.  
quae postquam Anchises natum per singula duxit,  
incenditque animum famae uenientis amore,  
exim bella uiro memorat quae deinde gerenda, 890  
Laurentisque docet populos urbemque Latini,  
et quo quemque modo fugiatque feratque laborem.  
Sunt geminae Somni portae, quarum altera fertur  
cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris;  
altera caudenti perfecta nitens elephanto, 895  
sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes.  
his ibi tum natum Anchises unaque Sibyllam  
prosequitur dictis portaque emittit eburna:  
ille uiam sceat ad nauis sociosque reuisit;  
tum se ad Caictae recto fert litore portum. 900  
aneora de prora iacitur; stant litore puppes.

## LIBER SEPTIMVS

Tu quoque litoribus nostris, Aeneia natrix,  
aeternam moriens famam, Caicta, dedisti;  
et nunc seruat honos sedem tuus, ossaque nomen  
Hesperia in magna, si qua est ea gloria, signat.  
at pius exequiis Aeneas rite solutis, 5  
aggere composito tumuli, postquam alta quierunt  
acuora, tendit iter uclis portumque relinquit.  
adspirant aurae in noctem, nec candida cursus  
luna negat; splendet tremulo sub lumine pontus.  
proxima Circaeae radmitur litora terrae, 10  
diues inaccessos ubi Solis lilia lucos  
adsiduo resonat cantu, tectisque superbis  
urit odoratam nocturna in lumina cerdum,  
arguto tenuis pereurrens pectine telas.  
hinc exadiri gemitus iraeque leonum, 15  
uinea reusantium et sera sub nocte rudentum,  
saetigerique sues atque in praecipibus ursi  
saeuire, ae formae magnorum ululare luporum,  
quos hominum ex facie dea saeuia potentibus herbis  
inducrat Circe in uultus ac terga ferarum. 20  
quae ne monstra pii paterentur talia Troes  
delati in portus, neu litora dira sibiirent,  
Neptunus uentis impleuit uela secundis,  
atque fugam dedit, et praeter nada feruida nexit.  
Iamque ribescebat rutilis mare, et aethere ab alt) 20  
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:  
cum uenti posuere, omnisque repente resedit  
llatus, et in lento luctantur marmore tonsae.  
atque hic Aeneas ingentem ex aequore luem  
prospicit. hunc inter Iluui) Tiberinus amoeno, 30  
uerticibus rapidis, et multa llauus arena,  
in mare prorumpit. uariae circumque supraque  
adsuetae ripis uolueres et lluminis alio  
aethera mulcebant cantu, lueoque uolabant.  
lleeter iter sociis terraeque adnertere proras 35  
imperat, et laetus lluuio succedit opaco.  
Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum,  
quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem  
cum primum Ansonis exercitus apulit oris,  
expediam, et primae reuocabo exordia pugnae. 40  
tu uatem, tu, dina, mone. dieam horrida bella,  
dieam acies, actosque animis in funera reges,  
Tyrrenamque manum, totamque sub arma coactam  
Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo,  
maius opus moueo. rex arua Latinos et urbes 45  
iam senior longa placidas in pace regebat.

hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica  
accipimus; Fauno Pious pater; isque parentem  
te, Saturne, refert; tu sanguinis ultimus auctor.  
filius huic fato diuum prolesque uiril) 50  
nulla fuit, primaque oriens crepta iuuenta est.  
sola domum et tantas seruabat filia sedes,  
iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.  
multi illam magno e Latio totaque petebant  
Ausonia; petit ante alios pulcherrimus omnis 55  
Turnus, auis atausque potens, quem regia coniunx  
adiungi generum miro properabat amore;  
sed uariis portenta deum terroribus obstant.  
laurus erat tecti medio in penetralibus altis,  
sacra comam, multosque metu seruata per annos, 60  
quam pater inuentam, primas enim conderet arces,  
ipse ferebatur Phocbo sacrasse Latinus,  
Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis.  
huius apes summum densae, mirabile dictu,  
stridore ingenti liquidum trans aethera uectae, 65  
obsedere apicem, et, pedibus permutua nexis,  
examen subitum ramo frondente pepedit.  
continuo mates, 'externum erinimus,' inquit,  
'aduentare uirum, et partis petere agmen easdem  
partibus ex isdem, et summa dominarier arce.' 70  
praeterea, castis adolet dum altaria taedis,  
ut iuxta genitorem adstat Laun) uirgo,  
nisa, nefas, longis comprehendere erinibus ignem,  
atque omnem ornatum llamma crepitante cremari,  
regalisque accensa comas, accensa coronam, 75  
insignem gemmis; tum fumida lumine fuluo  
inuolui, ac totis Volcanum spargere teetis.  
id uero horrendum ac nisi mirabile ferri:  
namque fore inlustrem fama fatisque euebant  
ipsam, set populo magnum portendere bellum, 80  
at rex sollicitus monstris, oracla Fanni,  
fatidici genitoris, adit, luosque sub alta  
consulit Albunea, nemorum quae maxima sacro  
fonte sonat saeuamque exhalat opaca nephitim.  
hinc Italiae gentes omnisque Oenotria tellus 85  
in dubiis responsa petunt; huc dona sacerdos  
cum tulit et caesarum ouium sub nocte silenti  
pellibus incubuit stratis somnosque petiuit,  
multa modis simulacra uidet uolitantia miris,  
et uarias audit noces, fruitorum deorum 90  
eolouio, atque imis Acheronta adfatur Auernis.  
hic et tum pater ipse petens responsa Latinus

871 *superis* R. 889 *famae melioris* M. 890 *exim* F<sup>1</sup>, *cxin* F<sup>2</sup> M P R. 897 *his ubi* M.VII 4 *signant* M P. 7 *portus* P. 13 *nocturno in lumine* M. 16 *sauia* pro *sera* P. 64 *talamum* M<sup>1</sup> pro *summum*.66 *permutua*; non *per mutua*, scribendum esse censeo. 71 *eum* Nonius 247, 440. 84 *sacuum* M.

centum lanigeras maectabat rite bidentis,  
 atque harum effultus tergo stratisque iacebat  
 uelleribus: subita ex alto uox reddita luco est: 95  
 'ne pete conubiis natam sociare Latinis,  
 o mea progenies, thalamis neu crede paratis;  
 externi ueniunt generi, qui sanguine nostrum  
 nomen in astra ferant, quorumque ab stirpe nepotes  
 omnia sub pedibus, qua Sol utrumque recurrens 100  
 aspicit Oceanum, uertique regique uidebunt.'  
 haec responsa patris Fauni monitusque silenti  
 nocte datos non ipse suo premit ore Latinus,  
 sed circum late uolitans iam Fama per urbes  
 Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes 105  
 gramineo ripae reliquit ab aggere classem.

Aeneas primique duces et pulcher Iulus  
 corpora sub ramis deponunt arboris altae,  
 instituuntque dapes, et adorea liba per herbam  
 subiciunt epulis, (sic Iuppiter ille monebat) 110  
 et Cereale solum pomis agrestibus augent.  
 consumptis hic forte aliis, ut uertere morsus  
 exiguum in Cererem penuria adedit edendi  
 et uiolare manu malisque audacibus orbem  
 fatalis crusti patulis nec parcere quadris, 115  
 'heus, etiam mensas consumimus!' inquit Iulus;  
 nec plura, adludens. ea uox audita laborum  
 prima tulit finem, primamque loquentis ab ore  
 eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.  
 continuo, 'salue fatiis mihi debita Tellus, 120  
 uosque, ait, o fidi Troiae saluete Penates:  
 hic domus, haec patria est. genitor mihi talia namque,  
 nunc repeto, Anchises fatorum arcana reliquit:  
 cum te, nate, fames ignota ad litora uectum  
 accisis comet dapibus consumere mensas, 125  
 tum sperare dogos defessus ibique memento  
 prima locare manu molirique aggere tecta.  
 haec erat illa fames; haec nos suprema manebat.  
 exitiis positura modum.

quare agite et primo laeti cum lumine solis, 130  
 quae loca, quae uia habeant homines, ubi moenia gentis,  
 uestigium, et a portu diuersa petamus.  
 nunc pateras libate Ioui precibusque uocate  
 Anchisen genitorem et uina reponite mensis.'  
 sic deinde effatus frondenti tempora ramo 135  
 implicat, et Geniumque loci primamque deorum  
 Tellurem Nymphasque et adhuc ignota precatur  
 flumina, tum Noctem Noctisque orientia Signa  
 Idaeumque Iouem Phrygiamque ex ordine Matrem  
 inuocat, et duplicis Caeloque Ereboque parentes.  
 hic pater omnipotens ter caelo clarus ab alto 141  
 intonuit, radiisque ardentem lucis et auro  
 ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem.  
 diditur hic subito Troiana per agmina rumor,  
 aduenisse diem, quo debita moenia condant. 145  
 certatim instaurant epulas, atque omine magno  
 crateras laeti statuunt et uina coronant.

Postera cum prima lustrabat lampade terras  
 orta dies, urbem et finis et litora gentis  
 diuersi explorant; haec fontis stagna Numici, 150  
 hunc Thybrim fluuium, hic fortis habitare Latinos.  
 tum satùs Anchisa delectos ordine ab amni  
 centum oratores augusta ad moenia regis  
 ire iubet, ramis uelatos Palladis omnis,  
 donaque ferre uiro pacemque exposcere Teueris. 155  
 haud mora, festinant iussi rapidisque feruntur  
 passibus. ipse humilis designat moenia fossa  
 moliturque locum primasque in litore sedes  
 castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.  
 iamque iter emensi turris ac tecta Latinorum 160  
 ardua cernebant iuuenes muroque subibant.  
 ante urbem pueri et primaeuolae flore iuuentem  
 exercentur equis domitantque in puluere currus,  
 aut acris tendunt arcus aut lenta lacertis

spicula contorquent cursuque ictuque lacessunt:  
 cum praenectus equo longaeui regis ad auris 166  
 nuntius ingentis ignota in ueste reportat  
 aduenisse uiros. ille intra tecta uocari  
 imperat, et solio medius consedit auito.  
 tectum augustum, ingens, centum sublimis columnis,  
 urbe fuit summa, Laurentis regia Pici, 171  
 horrendum siluis et religione parentum.  
 hic sceptrum accipere et primos attollere fasces  
 regibus omen erat; hoc illis curia templum,  
 hae sacris sedes epulis; hic ariete caeso 175  
 perpetuis soliti patres considere mensis.  
 quin etiam ueterum effigies ex ordine auorum  
 antiqua e cedro, Italusque paterque Sabinus  
 nititorum, curam seruans sub imagine falcem,  
 Saturnusque senex Ianique bifrontis imago, 180  
 uestibulo adstant, aliique ab origine reges,  
 Martiaque ob patriam pugnando uulnera passi.  
 multaque praeterea sacris in postibus arma,  
 captiui pendunt currus curuaeque secures,  
 et cristae capitum et portarum ingentia claustra  
 spiculaque clipei que ereptaque rostra carinis. 186  
 ipse Quirinali lituo paruaque sedebat  
 succinctus trabea laeuaque ancile gerebat  
 Picus, equum domitor; quem capta cupidine coniunx  
 aurea percussum uirga uersumque nenenis. 190  
 fecit auem Circe, sparsitque coloribus alas.  
 tali intus templo diuum patriaque Latinus  
 sede sedens Teucros ad sese in tecta uocauit;  
 atque haec ingressus placido prior edidit ore:

'Dicite, Dardanidae, neque enim nescimus et urbem  
 et genus, auditiue aduertitis aequore cursum, 196  
 quid petitis? quae causa rates, aut cuius egentis  
 litus ad Ausonium tot per uada caerulea uexit?  
 siue errore uiae, seu tempestatibus acti,  
 qualia multa mari nauatae patiuntur in alto, 200  
 fluminis intrastis ripas portuque sedetis,  
 ne fugite hospitium neue ignorate Latinos  
 Saturni gentem, haut uinclo nec legibus aequam,  
 sponte sua ueterisque dei se more tenentem.  
 atque equidem meminini (fama est obscurior annis)  
 Auruncos ita ferre senes, hiis ortus ut agris 206  
 Dardanum Idaea Phrygia penetrarit ad urbes  
 Threiciamque Samon, quae nunc Samothracia fertur.  
 hinc illum Corythi Thyrrhena ab sede profectum  
 aurea nunc solio stellantis regia caeli 210  
 accipit et numerum diuorum altaribus auget.'

Dixerat; et dicta Ilioneus sic uoce secutus:  
 'rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos  
 atra subegit hiemps uestris succedere terris,  
 nec sidus regione uiae litusue fefellerit; 215  
 consilio hanc omnes animisque uolentibus urbem  
 adferimur, pulsus regnis, quae maxima quondam  
 extremo ueniens Sol aspicebat Olympo.  
 ab Ioue principium generis; Ioue Dardana pubes  
 gaudet auro; rex ipse Iouis de gente suprema, 220  
 Troius Aeneas, tua nos ad limina misit.  
 quanta per Idaeos saeuus effusa Mycenis  
 tempestas ierit campos, quibus actus uterque  
 Europae atque Asiae fatis concurrerit orbis,  
 audiit, et si quem tellus extrema refuso 225  
 summouet Oceano, et si quem extenta plagarum  
 quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.  
 diluio ex illo tot uasta per aequora uecti  
 dis sedem exigua patrias litusque rogamus  
 innocuum et cunctis undamque auramque patentem.  
 non erimus regno indecores, nec uestra feretur 231  
 fama leuis, tantique abolescet gratia facti,  
 nec Troiam Ausonios gremio excepsisse pigebit.  
 fata per Aeneae iuro dextramque potentem,  
 siue fide seu quis bello est expertus et armis: 235  
 multi nos populi, multae (ne temne, quod ultro

95 subito M. 98 ueniunt MPR, "melius ueniunt" Seruius. 110 ipse M<sup>1</sup>. 119 nomine M<sup>2</sup>. 125 ambesis R, ancisis uidetur legisse Seruius. 128 manebant R. 138 Noctique R. 148 primo R. 160 Latini M<sup>2</sup>. 161 murosque R. 163 exercetur P. 169 considit R. 175 haec R. 182 qui pro que F<sup>1</sup>M. 202 nec fugite M. 207 penetravit F M P, penetrarit R. 211 numero P<sup>2</sup>. 212 dictum M<sup>1</sup>. 221 mittit F. 224 concurritur P, concurreret R. 232 tantius R.



praeferebat manibus uittas ac uerba precantia)  
et petiere sibi et uolere adiungere gentes ;  
sed nos fata dum uestras exquirere terras  
imperii egere suis. hinc Dardanus ortus ; 240  
huc repetit iussisque ingentibus urget Apollo  
Tyrrhenum ad Thybrim et fontis uada sacra Numici.  
dat tibi praeterea Fortunae parua prioris  
munera, reliquias Troia ex ardente receptas.  
hoc pater Anchises auro libabat ad aras ; 245  
hoc Priami gestamen erat, cum iura uocatis  
more daret populis, sceptrumque sacerdoti tiaras  
Iliadumque labor uestes.

Talibus Ilionei dictis defixa Latimus  
obutu tenet ora, soloque immobilis haeret, 250  
intentos nolucns oculos. nec purpura regem  
pecta mouet, nec scepra mouent Priamida tantum,  
quantum in conubio natae thalamoque moratur ;  
et ueteris Fauni uoluit sub pectore sortem :  
hunc illum fatis externa ab sede profectum 255  
portendi generum, paribusque in regna nocari  
auspicis ; hinc progeniem uirtute futuram  
egregiam, et totum quae uiribus occupet orbem  
tandem laetus ait : ' di nostra incepta secudent  
auguriumque suum ! dabitur, Troiane, quod optas.  
munera nec sperno. non uobis, rege Latino, 261  
diuitis uber agri Troiaecae opulentia derit.

ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupido est,  
si iungi hospitio properat sociisque uocari,  
adueniat, uultus neue exhorrescat amicos. 265

pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.  
uos contra regi mea nunc mandata referre.  
est mihi nata, uiro gentis quam iungere nostrae  
non patrio ex adyto sortes, non plurima caelo  
monstra sinunt ; generos externis adfore ab oris, 270  
hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum  
nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata  
et reor, et, si quid ueri mens augurat, opto.

haec effatus equos numero pater eligit omni.  
stabant ter centum nitidi in praecipubus altis. 275  
omnibus extemplo Teueris iubet ordine duci.  
instructos ostro alipedes pictisque tapetis ;  
aurea pectoribus demissa monilia pendunt ;  
tecti anro, fuluum mandunt sub dentibus aurum ;  
absenti Aeneae currum geminosque iugalis 280  
semine ab aethereo, spirantis naribus ignem,  
illorum de gente, patri quos daedala Circe,  
supposita de matre notios furata creauit.  
talibus Aeneadae donis dictisque Latini  
sublimis in equis redeunt, pacemque reportant. 285

Ecce autem Inachidis sese referent ab Argis  
saeva Iouis coniunx, aurasque inuectat tenebat,  
et lactum Aenean classemque ex aethere longe  
Dardaniam Siculo prospexit ab usque Paehyno.  
moliri iam tecta uidet, iam fidere terrae, 290  
deseruisse rates. stetit aeri fixa dolore.

tum quassans caput haec effundit pectore dicta :  
' heu stirpem inuisam, et fati contraria nostris  
fata Phrygum ! num Sigeis occumbere campis,  
num capti potueri capi ? num incensa cremauit 295  
Troia uiros ? medias acies mediosque per ignes  
inuenere niam. at, credo, mea numina tandem  
fessa iacent, odiis aut exsaturata queni ;  
quin etiam patria excussos infesta per undas  
ausa sequi, et profugis toto me opponere ponto. 300  
absumptae in Teucros uires caelique marisque.  
quid Syrtes aut Scylla mihi, quid uasta Charybdis  
profuit ? optato condantur Thybridis alneo,  
securi pelagi atque mei. Mars perdere gentem  
immanem Lapithum ualuit ; concessit in iras 305  
ipse deum antiquam genitor Calydonia Dianae ;

quod scelus aut Lapithas tantum aut Calydonia me-  
rentem ?

ast ego, magna Iouis coniunx, nil linquere inausum  
quae potui infelix, quae memet in omnia uerti, 309  
uincor ab Aenea. quod si mea numina non sunt  
magna satis, dubitem haut equidem implorare quod  
usquam est.

flectere si nequeo Superos, Acheronta mouebo.  
non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,  
atque immota manet fati Lauinia coniunx :  
at trahere, atque moras tantis licet addere rebus ;  
at licet amborum populos excindere regum. 316  
haec gener atque socer coeant mercede suorum.  
sanguine Troiano et Rutulo dotabere, uirgo,  
et Bellona manet te pronuba. nec face tantum  
Cisseis praegnans ignis enixa iugalis ; 320  
quin idem Veneri partus suus et Paris alter,  
funestaeque iterum recidua in Pergama taedae.

Haec ubi dicta dedit, terras horrenda petiuit :  
luctificam Allecto dirarum ab sede dearum  
infernisque ciet tenebris, cui tristia bella 325  
iraecae insidiaeque et crimina noxia cordi.  
odit et ipse pater Pluton, odere sorores

' Tartareae monstrum ; tot sese uertit in ora,  
tam saecuae facies, tot pullulat atra colubris.  
quam Iuno his aenit uerbis, ac talia fatur : 330

' hunc mihi da proprium, uirgo sata Nocte, laborem,  
hanc operam, ne noster honos infraetate cedat  
fama loco, neu conubiis ambire Latinum  
Aeneadae possint, Italosque obsidere lines.

tu potes unanimes armare in proclia fratres 335  
atque odiis uersare domos, tu uerba tectis  
funereasque inferre faeces, tibi nomina mille,  
mille nocendi artes. fecundum concute pectus,  
dissice compositam pacem, serue crimina belli ;  
arma uelit poseatque simul rapiatque iuuentus.

Exim Gorgoneis Allecto infecta uenenis 341  
principio Latium et Laurentis tecta tyranni  
cebsa petit, tacitumque obsedit limen Amatae,

quam super aduentu Teuero Turnique hymenaeis  
femineae ardentem curaque iraeque coquebant.

huic dea caeruleis unum de crinibus anguem 346  
coniecit inque sinum praecordia ad intima subdit,  
quo furibunda domum monstro permisceat omnein.

ille, inter uestes et leuia pectora lapsus,  
uoluitur attactu nullo, fallitque furentem, 350  
uipeream inspirans animam ; fit tortile collo  
aurum ingens coluber, lit longae taenia uittae,  
innectitque comas, et membris lubricus errat.

ae dum prima lues udo sublapsa ueneno 354  
pertemptat sensus atque ossibus implicat ignem,  
needum animus toto percepit pectore flammam,

mollius, et solito matrum de more, locuta est,  
multa super nata lacrimans Phrygiisque hymenaeis :  
' exulibusne datur ducenda Lauinia Teucris,

o genitor ? nec te miseret gnataeque tuique ? 360  
nec matris miseret, quam primo aquilone relinquit  
perfidus alta petens abducta uirgine praedo ?

at non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor  
Ledaecaeque Helenam Troianas uexit ad urbes ? 364  
quid tua sancta fides ? quid cura antiqua tuorum  
et consanguineo totiens data dextera Turno ?

si gener externa petitur de gente Latinis,  
idque sedet, Faunisque premitur te iussa parentis.  
omnem equidem sceptris terram quae libera nostris  
dissidet, externam reor, et sic dicere diuos. 370

et Turno, si prima domus repetatur origo,  
Inachus Acrisiusque patres mediaeque Mycenae.'

His ubi nequiquam dictis experta Latinum  
contra stare uidet, penitusque in misera lapsam

237 uittasque precantia uerba F<sup>2</sup>, uittas ac uerba precantum R, cf. Stat. Silu. 1.4.46 "dignarique manus humiles et uerba precantum." 262 Troiacae P<sup>2</sup>, 263 socius FRV, 281 flagrantis F, 288 longo M, 289 adusque R, 295 nunc capti M, 307 Lapithis—Calydone merente F<sup>1</sup> R M<sup>1</sup>, Scruuius, Lapithas—Calydonia merentem M<sup>2</sup> F<sup>2</sup>, improbat Scruuius, 310 uincor M<sup>1</sup>, 317 at pro hac M, 324 sororum R, 329 ora pro atra R, 330 dictis R, 337 funereas inferre V, cui nomina Nonius 354, 341 cecin R V, 349 corpora R, 351 spirans M V, 356 concepit R, 357 locuta M, 358 natae M<sup>1</sup>, 363annon M, agnoscit Scruuius, 370 poscere diuos M<sup>1</sup>.

serpentis furiale malum, totamque pererrat,	375	bella uiri pacemque gerent, quis bella gerenda.'
tum uero infelix, ingentibus excitata monstribus,		Talibus Allecto dictis exarsit in iras.
immensam sine more furit lymphata per urbem :		445
ceu quondam torto uoluitans sub uerberere turbo,		at iuueni oranti subitus tremor occupat artus,
quem pueri magno in gyro uacua atria circum		derigere oculi : tot Erinys sibilat hydribus,
intenti ludo exercent ; ille actus habena	380	tantaque se facies aperit ; tum flammea torquens
curuatis fertur spatii ; stupet insecia supra		lumina cunctantem et quaerentem dicere plura
inpubesque manus, mirata uolubile buxum ;		reppulit, et geminos erexit crinibus anguis,
dant animos plagae. non cursu segnior illo		uerberaque insonuit, rabidoque haec addidit ore :
per medias urbes agitur populosque feroces.		'en ego uicta situ, quam ueri effeta senectus
quin etiam in siluas, simulato numine Bacchi,	385	arma inter regum falsa formidine ludit ;
maius adorta nefas maioremque orsa furorem,		respice ad haec : adsum dirarum ab sede sororum ;
euolat, et natam frondosis montibus abdit,		bella manu letunque gero.'
quo thalamum eripiat Teucris taedasque moretur,		455
euhoe Bacche, fremens, solum te uirgine dignum		sic effata facem iuueni coniecit, et atro
uociferans : etenim mollis tibi sumere thyrsos,	390	lumine fumantis fixit sub pectore taedas.
te lustrare choro, sacrum tibi pascere crineu.		olli sonnum ingens rumpit panos, ossaque et artus
fama nolat, furiisque accensas pectore matres		perfundit toto proruptus corpore sudor.
idem omnis simul ardor agit, noua quaerere tecta.		arma amens fremit, arma toro tectisque requirit ;
deserere domos, uentis dant colla comasque ;		saeuit amor ferri et scelerata insania belli,
ast aliae tremulis ululatibus aethera complent,	395	461
pampineasque gerunt incinctae pellibus hastas.		ira super : magno ueluti cum flamma sonore
ipsa inter medias flagrantem feruida pinum		uirgea suggeritur costis undantis aeni,
sustinet, ac natae Turnique canit hymenaeos,		exultantque aestu latices ; furit intus aquai
sanguineam torquens aciem, toruunisque repente		fumidus atque alte spumis exuberat amnis ;
clamant : 'io matres, audite, ubi quaeque, Latinae :	401	465
si qua piis animis manet infelices Amatae		nec iam se capit unda ; uolat uapor ater ad auras.
gratia, si iuris materni cura remordet,		ergo iter ad regem polluta pace Latinum
soluite crinalis uittas, capite orgia mecum.'		indicit primis iuuenum, et iubet arma parari,
talem inter siluas, inter deserta ferarum,		tutari Italiam, detrudere finibus hostem ;
reginam Allecto stimulis agit undique Bacchi.	405	se satis ambobus Teucrisque uenire Latinisque.
Postquam uisa satis primos acuisse fuores,		470
consiliumque omnemque domum uertisse Latini,		haec ubi dicta dedit diuosque in uota uocauit,
protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis		certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem		hunc decus egregium formae mouet atque iuuentae,
Acrisioneis Danae fundasse colonis,	410	hunc atau reges, hunc claris dextera factis.
praecipiti delata Noto. locus Ardea quondam		Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet,
dictus auis ; et nunc magnum manet Ardea nomen ;		Allecto in Teucros Stygiis se concitat alis.
set fortuna fuit. tectis hic Turnus in altis		476
iam mediam nigra carpebat nocte quietem.		arte noua speculata locum, quo litore pulcher
Allecto torum faciem et furialia membra	415	insidiis cursuque feras agitabat Iulus,
exiit ; in uultus sese transformat anilis		hic subitam canibus rabiem Cocytia uirgo
et frontem obscenam rugis arat ; induit albos		obicit et noto naris contingit odore,
cum uitta crinis ; tum ranum innectit oliuae ;		480
fit Calybe Iunonis anus templique sacerdos :		ut ceruum ardentem agerent ; quae prima laborum
et iuueni ante oculos his se cum uocibus offert :	420	causa fuit belloque animos accendit agrestis.
'Turne, tot in cassum fusos patiere labores,		ceruus erat forma praestanti et cornibus ingens,
et tua Dardaniis transcribi scepra colonis ?		Turridae pueri quem matris ab ubere raptum
rex tibi coniugium et quaesitas sanguine dotes		nutribant Turrusque pater, cui regia parent
abnegat, externusque in regnum quaeritur heres.		485
i nunc, ingratis offer te, inrise, periclis ;	425	armenta, et lati custodia credita campi.
Tyrrhenas, i, sterne acies ; tege pace Latinos.		adsuetum imperiis soror omni Siluia cura
haec adeo tibi me, placida cum nocte iaceres,		mollibus intexens ornatat cornua sertis,
ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.		pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat.
quare age, et armari pubem portisque moueri		ille manum patiens mensaeque adsuetos erili
laetus in arma para, et Phrygius qui flumine pulchro		errabat siluis rursusque ad limina nota
consedere duces pietasque exure carinas.	431	ipse domum sera quamuis se nocte ferebat.
caelestum uis magna iubet. rex ipse Latinus,		hunc procul errantem rabidae uenantis Iuli
ni dare coniugium et dicto parere fatetur,		commouere canes, fluuio cum forte secundo
sentiat, et tandem Turnum experitur in armis.'		deflueret, ripaque aestus uiridante leuaret.
Hic iuuenis, uatem inridens, sic orsa uicissim		495
ore refert : 'classes inuictas Thybridis undam	436	ipse etiam, eximiae laudis succensus amore,
non, ut rere, meas effugit nuntius auris ;		Ascanius curuo derexit spicula cornu ;
ne tantos mihi finge metus. nec regia Iuno		nec dextrae erranti deus afuit, actaque multo
inmemor est nostri ;		perque uterum sonitu perque ilia uenit harundo.
sed te uicta situ uerique effeta senectus,	440	saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
o mater, curis nequiquam exercet, et arma		500
regum inter falsa uatem formidine ludit.		successitque gemens stabulis, questuque cruentus
cura tibi diuom effigies et templa tueri ;		atque imploranti similis tectum omne replebat.

380 *habenis* R. 385 *siluis* M<sup>1</sup>. *nomine* R. 386 *exorsa* R. 412 *tenet* M<sup>2</sup> R. 416 *cultus* Arusianus p. 265 L. 430 *iube pro para* M. 436 *atueo pro undam* R. 444 *gerant* M, schol. Veron. 448 *fumca* R. 451 *rapido* F g<sup>1</sup>. 454 *ad haec adsum* Seruius. 458 *illi* F R. *ingens somnum* R. *rupit* R. 459 *perfundit* M. *praeruptus* F g<sup>1</sup>. 464 *aquae uis* F R, Macrobius S. 5 ll 23, *aquai* M, Charis. Exc. p. 538 K, Seruius. 466 *nec se iam* F. 481 *malorum* M<sup>2</sup>, Seruius. 484 *Tyrridae, Tyrrhidae, Tyrrus, Tyrrhus* codd. *Turrus* Charis. p. 178 K. scripsi igitur *Tyrridae*. 486 *late* M<sup>2</sup> g<sup>1</sup>. 497 *direxit* F<sup>2</sup> M. 502 *repleuit* R V. 505 *illi* M<sup>2</sup> V. 507 *reperitum est* R. 510 *scindebant* M<sup>1</sup>, Nonius p. 265.

pastorale canit signum, cornuque recuruo  
Tartaream intendit uocem, qua protinus omne  
contremuit nemus et siluae insonuere profundae;  
audit et Triviae longe lacus; audit annis 516  
sulpurea Nar albus aqua fontesque Velini,  
et trepidae matres pressere ad pectora natos.  
tum uero ad uocem celeres, qua lucina signum  
dira dedit, raptis concurrunt undique telis 520  
indomiti agricolae; nec non et Troia pubes  
Aseanum auxilium castris effundit apertis.  
derexere acies. non iam certamine agresti,  
stipitibus duris agitur sudibus-ue praenstis,  
sed ferro ancipiti decernunt, atraque late 525  
horrescit strictis seges ensibus, aeraque fulgent  
sole lacessita et lucem sub nubila iactant:  
fluctus ui primo coepit cum albescere uento,  
paulatim sese tollit mare et altius undas  
erigit, inde imo surgunt ad aethera fundo. 530  
hic iuuenis primam ante aciem stridente sagitta,  
natorum Turri fuerat qui maximus, Almo,  
sternitur; haesit enim sub gutture uulnus et udae  
uocis ite tenuemque inclusit sanguine uitam.  
corpore multa uirum circa, seniorque Galaesus, 535  
dum paci medium se offert, iustissimus unus  
qui fuit Ausoniisque olim ditissimus aruis:  
quinque greges illi balantum, quina redibant  
armenta, et terram centum uertebat aratris.

Atque ea per campos aequo dum Marte geruntur,  
promissi dea facta potens, ubi sanguine bellum 541  
imbit et primae commisit funera pugnae,  
deserit Hesperiam, et caeli conuersa per auras  
Iunonem uictrix adfatur uoce superba:  
'en, perfecta tibi bello discordia tristi; 545  
die, in amicitiam coeant et foedera iungant.  
quandoquidem Ausonio persersi sanguine Teneros,  
hoc etiam his addam, tua si mihi certa uoluntas:  
limitas in bella feram rumoribus urbes,  
accendamque animos insani Martis amore, 550  
undique ut auxiliu ueniant: spargam arma per agros,  
tum contra Iuno; terrorum et fraudis abunde est:  
stant belli causae: pugnatur comminus armis;  
quae fors prima dedit, sanguis nouus imbuat arma.  
talia coniugia et talis celebrent hymenaeos 555  
egregium Veneris genus et rex ipse Latinus.  
te super aetherias errare licentius auras  
haut pater ille uelit, summi regnator Olympi.  
cede locis. ego, si qua super fortuna laborum est,  
ipsa regam.' talis dederat Saturnia uoces; 560  
illa autem attollit stridentis anguibus alas,  
Coecytia petit sedem, supra ardua linquens.  
est locus Italiae medio sub montibus altis,  
nobilis et fama multis memoratus in oris,  
Ampsaneti ualles; densis hunc frondibus atrum 565  
urgnet utrimque latus memoris, medioque fragosus  
dat sonitum saxis et torto uertice torrens.  
hic specus horrendum et saeui spiracula Ditis  
monstrantur, ruptoque ingens Acheronte uorago  
pestiferas aperit fauces, quibus condita Erinys, 570  
inuisum nimen, terras caelumque leuabat.

Nec minus interea extremam Saturnia bello  
imponit regina manum. ruit omnis in urbem  
pastorum ex acie numerus, caesosque reportant  
Almonem puerum foedatque ora Galaesi, 575  
implorantque deos, obtestanturque Latinum.  
Turnus adest, medioque in erimine caedis et igni  
terrorem ingeminat: Teneros in regna uocari;  
stirpem admiscere Phrygiam: se limine pelli.  
tum, quorum attontitae Baeech nemora auia matres

insultant thiasis, (neque enim leue nomen Amatae,) undique collecti coeunt, Martemque fatigant. illicet infandum cuncti contra omina bellum, contra fata deum, peruerso numine poseunt. certatim regis circumstant tecta Latini; 585 ille uelut pelagi rupes immota resistit, ut pelagi rupes magno ueniente fragore, quae sese, multis circum latrantibus undis, mole tenet; seopuli neququam et spumnea circum saxa fremunt, laterique inlisa refundunt alga. 590 uerum ubi nulla datur caecum exsuperare potestas consilium, et sacuae nutu Iunonis eunt res, multa deos aurasque pater testatus inanis, 'frangimur, heu, fatis, inquit, ferimurque procella. ipsi has sacrilego pendetis sanguine poenas, 595 o miseri. te, Turne, nefas, te triste marebit supplicium, uotisque deos uenerabere seris. nam mihi parta quies, omnisque in limine portus funere felici spoliis.' nec plura locutus saepsit se tectis, rerumque reliquit habenas. 600

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes Albanae coluere saerum, nunc maxima rerum Roma colit, eum prima mouent in proelia Martem, siue Getis inferre manu lacrimabile bellum Hyreanisue Arabisue parant, sen tendere ad Indos Auroramque sequi Parthosque reposerere signa: 606 sunt geminae Belli portae, sic nomine dieunt, religione sacrae et saeni formidine Martis; centum acrei elaudunt uectes aeternaque ferri robora, nec eustos absistit limine Ianus; 610 has, ubi certa sedet patribus sententia pugnae, ipse Quirinali trabea cinetique Gabino insignis reserat stridentia limina consul; ipse uocat pugnas, sequitur tum cetera pubes, aeraque adsensu conspirant corna rauco. 615 hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus more iubebatur tristisque recludere portas. abstinuit taetu pater, auersusque refugit foeda ministeria, et caecis se condidit umbris. tum regina deum caelo delapsa morantis 620 impulit ipsa manu portas, et eardine uerso belli ferratos rumpit Saturnia postes. ardet inexcita Ausonia atque immobilis ante; pars pedes ire parat campis, pars arduus altis puluerulentus equis furit; omnes arma requirunt. pars lenis elipeos et spicula lucida tergent 626 amina pingui subiguntque in cote seures; signaque ferre iuuat sonitusque audire tubarum. quinque adeo magnae positis incedibus urbes tela nouat, Atina potens Tiburque superbum, 630 Ardea Crustumique et ferrigerae Antemnae. tegmina tuta cauant capitum, flectuntque salignas umbonum cratis; alii thoracae aeneos aut leuis ocreas lento dueunt argento; uomeres huc et faleis honos, huc omnis aratri 635 cessit amor; recoeunt patrios formaebus enses. classica ianque sonant; it bello tessera signum. hic galeam teetis trepidus rapit; ille frementis ad iuga cogit equos; clipeumque auroque trilecem loriceam induitur, hidoque accingitur ense. 640

Pandite nunc Helicona, deae, cantusque mouete, qui bello exiit reges, quae quemque secutae complerint campos acies, quibus Itala iam tum flomerit terra alma uiris, quibus arserit armis; et meministis enim, diuae, et memorare potestis; ad nos uix tenuis famae perlabitur aura. 646

Primus iuit bellum Tyrrhenis asper ab oris contemptor diuom Mezentium agmina armat:

514 incendit M<sup>1</sup> R. 516 audit et annis R. 523 direxere Rg. 528 ponto pro uento MR, Macrobo. S. 5 13 20. uento g. 543 conuersa M<sup>1</sup>, conuersa M<sup>2</sup> Rg, Seruius hic et Aen. 10 40. "dicit etiam quidam commentarius conuicta legendum, ut sit ipsa conuicta; quod difficile in exemplaribus inuenitur" Seruius. 547 quando equidem R. 558 ille, at. ipse g. 562 super ardua MR. 565 Amfracti R. 568 specus horrendus suis temporibus in antiquis codicibus reperit esse testatur Seruius. idem antiquos codices piracula habuisse dicit, quae dicta essent από τῶν περάτων, scilicet a finibus inferorum. 571 tenuit R. 577 ignis g. 593 testatur M Rg, testatus V. 612 Sabino F. 622 rupit FR. 626 tergunt g<sup>2</sup>. 628 inbet M. 638 rapidus M<sup>1</sup>. tremetis M<sup>1</sup> FR. 640 lorica R. 641 mouete pro mouete agnoscat Seruius. 642 acciti M. 643 complerunt R.

filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter  
non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. 650  
Lausus, eum domitor debellatorque ferarum,  
ducit Agyllina nequiquam ex urbe secutos  
mille uiros, dignus, patriis qui laetior esset  
imperis, et cui pater haut Mezentius esset.

Post hos insignem palma per gramina currum 655  
uictoresque ostentat equos satus Hercule pulchro  
pulcher Auentinus, clipeoque insigne paternum  
centum anguis cinctamque gerit serpentibus Hy-  
dram;

collis Auentini silua quem Rea sacerdos  
furtium partu sub luminis edidit oras, 660  
mixta deo mulier, postquam Laurentia uictor  
Geryone exstincto Tyrynthius attigit arua,  
Tyrrhenoque boues in flumine lauit Hiberas.  
pila manu saeuosque gerunt in bella dolones,  
et tereti pugnant mucrone uerque Sabello, 665  
ipse pedes, tegimen torquens immane leonis,  
terribili inpexum sacra, cum dentibus albis  
indutus capiti, sic regia tecta subibat,  
horridus, Herculeoque ueros innexus amictu.

Tum gemini fratres Tiburti moenia linquunt,  
fratris Tiburti dictam cognomine gentem, 671  
Catillusque acerque Coras, Argiua iuuentus,  
et primam ante aciem densa inter tela feruntur:  
ceu duo nubigenae cum uertice montis ab alto  
descendunt Centauri, Homolen Othrymque niuaalem  
liquentes cursu rapido; dat euntibus ingens 676  
silua locum, et magno cedunt uirgulta fragore.

Nec Praenestinae fundator defuit urbis,  
Volcano genitum pecora inter agrestia regem  
inuentumque focis omnis quem credit aetas, 680  
Caeculus. hunc legio late comitatur agrestis,  
quique altum Praeneste uiri, quique arua Gabinae  
Iunonis gelidumque Anienem et roseida riuus  
Hernica saxa colunt, quos diues Anagnia pascit,  
quos, Amasene pater. non illis omnibus arma, 685  
nec clipei currusue sonant; pars maxima glandes  
liuentis plumbi spargit; pars spicula gestat  
bina manu; fuluocoe lupi de pelle galeros  
tegmen habent capiti; uestigia nuda sinistri  
instituire pedis; crudus tegit altera pero. 690

At Messapus, eum donitor, Neptunia proles,  
quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro,  
iam pridem resides populos desuetaque bello  
agmina in arma uocat subito, ferrumque retractat.  
hi Fescenninas acies Aequosque Faliscos, 695  
hi Soractis habent arces Flauiniaque arua,  
et Cimini cum monte lacum lucosque Capenos.  
ibant aequati numero, regemque caneabant:  
ceu quondam ninei liquida inter nubila cyeni  
cum sese e pastu referunt et longa canoros 700  
dant per colla modos; sonat annis et Asia longe  
pulsata palus.

nec quisquam aeratas acies ex agmine tanto  
misceri putet, aeriam sed gurgite ab alto  
urgueri uoluerum rauucarum ad litora nubem. 705

Eccc, Sabinorum prisco de sanguine magnum  
agmen agens Clausus magnique ipse agminis instar,  
Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens  
per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.  
una ingens Amiterna cohors priscique Quirites, 710  
Ereti manus omnis oliuiferaeque Mutuscae;  
qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini,  
qui Tetricae horrentis rupes montemque Seuerum  
Casperiamque colunt Forulosque et flumen Himellae;  
qui Tiberim Fabarumque bibunt, quos frigida misit  
Nursia, et Ortinae classes populi que Latini; 716

quosque secans infaustum interluit Alia nomen:  
quam multi Libyco uoluunt marmore fluctus,  
saeuus ubi Orion hibernis conditur undis;  
nel cum sole nouo densae torrentur aristae, 720  
aut Hermi campo, aut Lyciae flauentibus aruis.  
scuta sonant, pulsque pedum contentrita tellus.

Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,  
curru iungit Halaeus equos, Turnoque ferocis  
mille rapit populos, uertunt felicia Baccho 725  
Massica qui rastris, et quos de collibus altis  
Aurunci misere patres Sidicinae iuxta  
aequora, quique Cales linquunt, amnisque uadisi  
accola Volturini, pariterque Saticulus asper  
Oscorumque manus. teretes sunt aclydes illis 730  
tela; set haec lento mos est aptare flagello.  
laeuas cetra tegit; faleati comminus enses.

Nec tu carminibus nostris indictus abibis,  
Oebale, quem generasse Telon Sebcthide nymph  
fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret, 735  
iam senior; patriis set non et filius aruis  
contentus late iam tum ditione premebat  
Sarrastis populos et quae rigat aequora Sarnus,  
quique Rufras Batulumque tenent atque arua Ce-  
lemnac,

et quos maliferae despectant moenia Bellae, 740  
Teutonico ritu soliti torquere cateias;  
tegmina quis capitum raptus de subere cortex,  
aerataeque micant peltae, micat aereus ensis.

Et te montosae misere in proelia Nersae,  
Vfens, insignem fama et felicibus armis; 745  
horrida praecipue cui gens, aduetaque multo  
uenatu nemorum, duris Aequicula glaebis.  
arnati terram exercent, semperque recentis  
conuectare iuuat praedas et uiuere raptis.

Quin et Marruua uenit de gente sacerdos, 750  
fronde super galeam et felici comptus oliua,  
Arelhippi regis missu, fortissimus Umbro,  
uipereo generi et grauit spirantibus hydris  
spargere qui somnos cantuque manique solebat,  
mulcebatque iras et morsus arte leuabat. 755  
sed non Dardaniae medicari cuspidis ictum  
eualuit, neque eum iuuere in uolnera cantus  
somniaferi et Marsis quaesitae montibus herbae.  
te nemus Angitia, uitrea te Fucinus unda,  
te liquidi fleuere lacus. 760

Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello,  
Virbium, insignem quem mater Aricia misit,  
eductum Egeriae lucis uentia circum  
litora, pinguis ubi et placabilis ara Dianae.  
namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte no-  
uercae 765

occiderit patriasque explerit sanguine poenas  
turbatis distractus equis, ad sidera rursus  
aetheria et superas caeli uenisse sub auras,  
Paeoniis reuocatum herbis et amore Dianae.  
tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris  
mortalem infernis ad lumina surgere nitae, 771  
ipse repertorem medicinae talis et artis  
fulmine Phoebigenam Stygias detrusit ad undas.

at Truua Hippolytum secretis alma recondit  
sedibus, et nymphae Egeriae nemorice relegat, 775  
solus ubi in siluis Italis ignobilis aenum  
exigeret, uersoque ubi nomine Virbium esset.  
unde etiam templo Truuae lucisque sacratiss  
cornipedes arcentur equi, quod litore currum  
et iuuenem monstris pauidi effudere marinis. 780  
filius ardentis haut setius aequore campi  
exercebat equos curruque in bella ruebat.

Ipsae inter primos praestanti corpore Turnus

649 hunc M<sup>1</sup>. 654 Medientius P. 659 Rhea MPR<sup>1</sup>, Rea R<sup>2</sup> g<sup>1</sup>. puto nomen non Graecum esse, sed Italicum.  
667 inplexum R. 669 innixus P R. 671 dictam de nomine P. 678 deficit R. 681 late legio M. 689 tegmina P.  
captis M<sup>2</sup>. 696 Flaminia P<sup>2</sup>. 699 flumina P pro nubila. 713 amnemque scuerum P. 715 Fabarum R. 716 Ortinae  
P M<sup>2</sup>, Seru. hic et Aen. 2 30, 3 602, Hortinae M<sup>1</sup> R. 717 Alia M P, Alia R. 722 cursuque pedum M. 727 senes  
M<sup>2</sup> pro patres. 730 Tuscorumque E. 736 armis R. 737 tenebat M P. 738 Sarrastris, P<sup>2</sup> codd. Seruii. qua R. 739  
Batulum P R, Seruii F. Calemnac R. 755 mulcebatque feras P. 757 ad pro in M<sup>2</sup>. uolnerc M<sup>1</sup> R. 762 Verbius R,  
Seruii F. 773 Poenigenam M R, Seruius, Phoebigenam P, Val. Probus. 777 Verbius g<sup>1</sup>.

uertitur arma tenens, et toto uertice supra est.  
 eni triplici crinita iuba galea alta Chimaeram 785  
 sustinet, Aetnaeos ellantem faucebus ignis,  
 tam magis illa fremens et tristibus effera flammis,  
 quam magis elluso erudeseunt sanguine pugnae.  
 at lenem clipeum sublatis eornibus lo  
 auro insignibat, iam saetis obsita, iam bos, 790  
 argumentum ingens, et custos uirginis Argus,  
 caelataque annem fundens pater Inachus nrna.  
 insequitur nimbus peditum, clipeataque totis  
 agmina densentur campis, Argiuaque pubes  
 Aurnnaeque manus, Rutuli ueteresque Sicani 795  
 et Saeranae acies et pieti seuta Labici;  
 qui saltus, Tiberine, tuos, sacrumque Numicij  
 litus arant, Rutulosque exercent uomere collis,  
 Circaenique iugum, quis Iuppiter Anxuris armis  
 praesidet, et uiridi gaudens Feronia luco; 800

qua Saturnae iacet atra palus, gelidusque per imas  
 quaerit iter nalles atque in mare conditur Vfsens.  
 Hos super aduenit Volsea de gente Camilla,  
 agmen agens equitum et florentis aere caeteruas, 805  
 bellatrix, non illa eolo calathisque Mineruae  
 femineas adsucta manus, sed proelia uirgo  
 dura pati curaque pedum praeuertere uentos.  
 illa uel intaetae segetis per summa uolaret  
 gramina, nec teneras cursu laesisset aristas;  
 uel mare per medium lluetu suspensa tumentis 810  
 ferret iter, celeris nec tingeret aequore plantas.  
 illam omnis tectis agrisque effusa iuuentus  
 turbaque miratur matrum et prospereat euntem,  
 attonitis inhians animis, ut regius ostro  
 uelet honos leuis umeros, ut fibula erinem 815  
 auro internectat, Lyeiam ut gerat ipsa pharetram  
 et pastoralem praelixa cuspide myrtum.

LIBER OCTAVVS

Vt belli signum Laurenti Turnus ab aere  
 extulit, et rance streperunt cornua cantu,  
 utque aeris concussit equos, utque impulit arma,  
 exemplo turbati animi, simul omne tumultu  
 coniuurat trepido Latium saeuitque iuuentus 5  
 effera. ductores primi Messapus et Vfsens  
 contempторque deum Mezentius undique cogunt  
 auxilia, et latos nastant eultoribus agros.  
 mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,  
 qui petat auxilium, et Latio consistere Teucros, 10  
 aduectum Aenean classi uictosque Penatis  
 inferre et fatis regem se dicere posei,  
 odoecat, multasque uiro se adiungere gentis  
 Dardanio, et late Latio inerebescere nomen.  
 quid struat lis coeptis, quem, si Fortuna sequatur,  
 euentum pugnae cupiat, manifestus ipsi, 16  
 quam Turno regi, aut regi apparere Latino.  
 Talia per Latium. quae Laomedontius heros  
 cuncta uidens magno curarum fluctuat aestu;  
 atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,  
 in partisque rapit uarias perque omnia uersat: 21  
 sicut aquae tremulum labris ubi lumen aenis  
 sole reperenssum aut radiantis imagine lunae  
 omnia percolat late lea, iamque sub auras  
 erigitur summique ferit lacuaria tecti. 25  
 nox erat, et terras animalia fessa per omnis  
 alituum pectumque genus sopor altus habebat:  
 cum pater in ripa gelidique sub aetheris axe  
 Aeneas, tristi turbatus pectora bello,  
 procnubuit seramque dedit per membra quietem. 30  
 huic dens ipse loci llunio Tiberinus amoenus  
 populeas inter senior se attollere frondes  
 misus; cum tenuis glauco nelabat amietu  
 earbasus, et crinis umbrosa tegebat harundo;  
 tum sie adfari et enras his denere dietis: 35  
 'O sate gente dem, Troianam ex hostibus urbem  
 qui reuclis nobis aeternaue Pergama seruas,  
 exspectate solo Laurenti armisque Latinis,  
 hic tibi certa domus, certi, ne absiste, Penates;  
 neu belli terrere minis; tumor omnis et irae 40  
 concessere deum.  
 iamque tibi, ne uana putes hacc fingere somnum,  
 litoreis ingens imenta sub ilicibus sns,  
 triginta caputum fetus enixa, iacebit,

alba, solo reenbans, albi ciream ubera nati. 45  
 [hic locus urbis erit, requies ea certa laborum,]  
 ex quo ter denis urbem redeuntibus annis  
 Aescanij elari condet cognominis Albam.  
 haut incerta cano. nunc qua ratione, quod instat,  
 expeditas nictor, paucis, aduerte, docebo. 50  
 Arcades his oris, genus a Pallante profectum,  
 qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,  
 delegere locum et posuere in montibus urbem  
 Pallantis proani de nomine Pallanteum.  
 hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina; 55  
 hos castris adhile socios, et foedera iunge.  
 ipse ego te ripis et recto flumine ducam,  
 aduersum remis superes subnectus ut annem.  
 surge age, nate dea, primisque eadentibus astris  
 Iunoni fer rite preces, iramque minasque 60  
 supplicibus supera notis. mihi nictor honorem  
 persolues. ego sum, pleno quem flumine cernis  
 stringentem ripas et pingua culta secantem,  
 caeruleus Thybris, caelo gratissimus annis.  
 hic mihi magna domus, celsis caput urbilus exit.  
 Dixit, deinde laeu Flumius se condidit alto, 66  
 ima petens; nox Aenean somnuse reliquit.  
 surgit et, aetherij spectans orientia Solis  
 lumina, rite canis undam de flumine paluis  
 sustinet, ac talis ellundit ad aethera uoces: 70  
 'nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde  
 est,  
 tuque, o Thybri tuo genitor cum llumine sancto,  
 accipite Aenean et tandem arecte periclis,  
 quo te emque lacus, miserantem incommoda nostra,  
 fonte tenet, quoenique solo pulcherrimus exis, 75  
 semper honore meo, semper celebrabere donis,  
 corniger Hesperidum flumius regnator aquarum.  
 adsis o tantum et propius tua numina firmes.'  
 sic memorat, geminasque legit de classe biremis  
 remigioque aptat; socios simul instruit armis. 80  
 Ecce autem subitum atque oculis mirabile mon-  
 strum  
 candida per siluam cum fetu concolor albo  
 procnubuit niriidique in litore conspexit sus:  
 quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxima Iuno,  
 mactat, sacra ferens, et cum grege sistit ad aram. 85  
 Thybris ea lluum, quam longa est, nocte tumentem

796 stant Gauranae acies Macrob. S. 5 15 19. 799 Anxuris P, Macrob. l. c., schol. Hor. S. 1 5 26, Anxurus M R.  
 801 Asturae pro Saturnae agnoscit Seruius. 814 haesere P pro inhians.  
 VIII 2 souerunt P<sup>1</sup>. 10 considere P. 25 lacuaria M<sup>1</sup> P<sup>2</sup> R<sup>2</sup>, lacuaria M<sup>1</sup> P<sup>1</sup> R<sup>1</sup>, "multi lacuaria legunt"  
 Seruius. 29 pectore M<sup>1</sup>. 42 nec uana R. 46 om. M P. 50 expeditam P<sup>1</sup> M<sup>2</sup>. 56 foedere P, agnoscit Seruius. 65  
 certa domus P. 67 relinquat R. 75 leuunt FR.

leniit, et tacita refluens ita substitit unda,  
 mitis ut in morem stagni placidaeque paludis  
 sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abesset.  
 ergo iter inceptum celerant rumore secundo. 90  
 labitur uncta uadis abies; mirantur et undae,  
 miratur nemus insuetum fulgentis longe  
 scuta uirum fluuio pietasque innare carinas.  
 olli remigio noctemque diemque fatigant,  
 et longos superant flexus, uariisque teguntur 95  
 arboribus, uiridisque secant placido aequore siluas.  
 sol medium caeli conscenderat igneus orbem,  
 cum muros arcemque procul ac rara domorum  
 tecta uident; quae nunc Romana potentia caelo  
 aequauit; tum res inopes Euandrus habebat. 100  
 ocius aduertunt proras, urbique propinquant.

Forte die sollemnem illo rex Arcas honorem  
 Amphitryoniadae magno diuisque ferebat  
 ante urbem in luco. Pallas huic filius una,  
 una omnes iuuenum primi pauperque senatus 105  
 tura dabant, tepidusque cruor fumabat ad aras.  
 ut celsas uidere rates atque inter opacum  
 adlabi nemus et tacitis incumbere remis,  
 terrentur uisu subito, cunctique relictis  
 consurgunt mensis. audax quos rumpere Pallas 110  
 sacra uetat, raptoque uolat telo obuius ipse,  
 et procul e tumulo: 'iuuenes, quae causa subegit  
 ignotas temptare uias? quo tenditis?' inquit.  
 'qui genus? unde domo? pacemne luc fertis, an arma?'  
 tum pater Aeneas puppi sic fata ab alta, 115  
 paciferaeque manu ramum praetendit oliuae:  
 'Troiuigenas ac tela uidet inimica Latinis,  
 quos illi bello profugos egere superbo.  
 Euandrum petimus. ferte haec, et dicite lectos  
 Dardaniae uenisse duces, socia arma rogantis.' 120  
 obstupuit tanto percussus nomine Pallas:  
 'egredere o quicumque es, ait, coramque parentem  
 adloquere, ac nostris succede penatibus hospes.'  
 excepitque manu, dextramque amplexus inhaesit.  
 progressi subeunt luco, fluuiumque relinquunt. 125

Tum regem Aeneas dictis adfatur amicis:  
 'optime Graiugenum, cui me Fortuna precari  
 et uicta comptos uoluit praetendere ramos,  
 non equidem extimui, Danaum quod ductor et Arcas  
 quodque ab stirpe fores geminis coniunctis Atridis;  
 sed mea me uirtus et sancta ora cula diuom, 131  
 cognatique patres, tua teris didita fama,  
 coniungere tibi, et fatis egere uolentem.  
 Dardanus, Iliacae primus pater urbis et auctor,  
 Electra, ut Grai perhibent, Atlantide cretus, 135  
 aduehitur Teucros; Electram maximus Atlas  
 edidit, aetherios uero qui sustinet orbis.  
 uobis Mercurius pater est, quem candida Maia  
 Cyllenae gelido conceptum uertice fudit;  
 at Maiam, auditis si quicquam credimus, Atlas, 140  
 idem Atlas generat, caeli qui sidera tollit.  
 sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.  
 his fretus non legatos neque prima per artem  
 temptamenta tui pepigi; me, me ipse meumque  
 obieci caput et supplex ad limina neni. 145  
 gens eadem, quae te, crudeli Daunia bello  
 insequitur; nos si pellant, nihil abfore credunt,  
 quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant,  
 et mare, quod supra, teneant quodque adluit infra.  
 accipe daque fidem. sunt nobis fortia bello 150  
 pectora, sunt animi et rebus spectata iuuentus.'  
 dixerat Aeneas. ille os oculosque loquentis  
 iandudum et totum lustrabat lumine corpus.  
 tum sic pauca refert: 'ut te, fortissime Teucrum,  
 accipio adgnoscoque libens! ut uerba parentis 155  
 et uocem Anchisae magni uoltumque recordor!  
 nam memini Hesioneae uisentem regna sororis

Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem,  
 protinus Arcadiae gelidos inmisere finis.  
 tum mihi prima genas uestibat flore iuuentas; 160  
 mirabarque duces Teucros, mirabar et ipsum  
 Laomedontiaden; set cunctis altior ibat  
 Anchises. mihi mens iuuenali ardebat amore  
 compellare uirum, et dextrae coniungere dextram;  
 accessi, et cupidus Phenei sub moenia duxi. 165  
 ille mihi insignem pharetram Lyeiasque sagittas  
 discedens chlamydemque auro dedit intertextam,  
 frenaque bina meus quae nunc habet aurea Pallas.  
 ergo et, quam petitis, uncta est mihi foedere dextra,  
 et, lux cum primum terris se crastina reddet, 170  
 auxilio laetos dimittam, opibusque iuuabo.  
 interea sacra haec, quando huc uenistis amici,  
 annua, quae differre nefas, celebrate fauentes  
 nobiscum, et iam nunc sociorum adsuescite mensis.'

Haec ubi dicta, dapes iubet et sublata reponi 175  
 pocula, gramineoque uiros locat ipse sedili,  
 praecipuumque toro et uillosi pelle leonis  
 accipit Aenean, solioque inuitat acerno.  
 tum lecti iuuenes certatim araeque sacerdos  
 uiscera tosta ferunt taurorum onerantque canistris  
 dona laboratae Cereris Bacchumque ministrant. 181  
 uescitur Aeneas simul et Troiana iuuentus  
 perpetui tergo bouis et lustralibus extis.  
 Postquam exempta fames et amor compressus  
 edendi,  
 rex Euandrus ait: 'non haec sollemnia nobis, 185  
 has ex more dapes, hanc tanti numinis aram  
 uana superstitio ueterumque ignara deorum  
 inposuit: saenis, hospes Troiane, periclis  
 seruati facimus meritosque nouamus honores.  
 iam primum saxis suspensam hanc aspice rupem, 190  
 disiectae procul ut moles, desertaque montis  
 stat domus, et scopuli ingentem traxere ruinam.  
 hic spelunca fuit, uasto summota recessu,  
 semihominis Caci facies quam dira tenebat,  
 solis inaccessam radiis; semperque recenti 195  
 caede tepebat humus, foribusque adfixa superbis  
 ora uirum tristi pendebant pallida tabo.  
 huic monstro Volcanus erat pater: illius atros  
 ore nomens ignis magna se mole ferebat.  
 attulit et nobis aliquando optantibus aetas 200  
 auxilium aduentumque dei. nam maximus ultor,  
 tergemini nece Geryonae spoliisque superbus,  
 Alcides aderat, taurosque hac uictor agebat  
 ingentis, uallemque boues amnemque tenebant.  
 at furis Caci mens efferat, ne quid inausum 205  
 aut intractatum scelerisue dolue fuisset,  
 quattuor a stabulis praestanti corpore tauros  
 auertit, totidem forma superante iuuenas.  
 atque hos, ne qua forent pedibus uestigia rectis,  
 cauda in speluncam tractos uersisque uiarum 210  
 indicibus raptos saxo occultabat opaco.  
 quaerenti nulla ad speluncam signa ferebant.  
 interea, cum iam stabulis saturata moueret  
 Amphitryoniades armenta abitumque pararet,  
 discessu mugire boues, atque omne querellis 215  
 impleri nemus, et colles clamore relinquit.  
 reddidit una bouem uocem uastoque sub antro  
 mugit et Caci spem custodia fefellit.  
 hic uero Alcidae furis exarserat atro  
 felle dolor; rapit arma manu nodisque grauatum 220  
 robur, et aerii cursu petit ardua montem.  
 tum primum nostri Cacum uidere timentem  
 turbatumque oculis; fugit illicet oior Euro  
 speluncamque petit; pedibus timor addidit alas.  
 ut sese includit, ruptisque immane catenis 225  
 deiecit saxum, ferro quod et arte paterna  
 pendebat, fultosque emuniit obice postis,

90 *peragunt* R, Nonius p. 385, Macrob. S. 6. 1 37. *Rumone* (i.e. Tiberi) M<sup>1</sup>, agnoscit Seruius. 102 *sollemne* P R. 108 *tacitos* M P R, *tacitis* V, Seruius. 115 *fatus* R. 116 *paciferae* R. 121 *percursus* R. 132 *dedita* R. 139 *fundit* P<sup>1</sup>. 140 *creditis* P. 147 *adfore* P M<sup>2</sup>, *afore* M<sup>1</sup>, *obfore* Seruius. 167 *intertexto* P<sup>1</sup> R, agnoscit Seruius. 190 *iam pridem* R. 191 *deiectae* R. 194 *tegebat* M P R. 202 *Geryoni* R. 206 *intemptatum* M<sup>2</sup>. 211 *raptor* coniecit Wakefield. 212 *quaerentis* R. 214 *parabat* M<sup>1</sup>. 221 *aetherii* M<sup>1</sup>. 223 "oculis: alii oculi legunt" Seruius.

ecce furens animis aderat Tiryntius, omnemque  
 accessum lustrans luc ora ferebat et illuc,  
 dentibus infradens. ter totum feruidus ira 230  
 lustrat Auentini montem; ter saxea temptat  
 limina nequiquam; ter fessus ualle resedit.  
 stabat acuta silex, praecisis undique saxis  
 speluncae dorso insurgens, altissima uisu,  
 dirarum nidis domus opportuna uoluerum. 235  
 haec, ut prona ingo laeuum inuincibat ad amnem,  
 dexter in aduersum nitens concussit, et inuis  
 auolsam soluit radicibus; inde repente  
 impulit; impulsu quo maximus innotat aether,  
 dissultant ripae relluquit exterritis amnis. 240  
 at specus et Caci detecta apparuit ingens  
 regia, et umbrosae penitus patuere cauernae:  
 non secus, ac si qua penitus uis terra delihcens  
 infernas reseret sedes et regna recludat  
 pallida, dis inuisa, superque immane barathrum 245  
 cernatur, trepident inmisso lumine Manes.  
 ergo insperata deprensam luce repente  
 inclusumque cauo saxo atque insueti rudentem  
 desuper Aleides telis premit, omniaque arma  
 aduocat, et ramis uastisque molaribus instat. 250  
 ille autem, neque enim fuga iam super ulla pericli,  
 faucibus ingentem fumum, mirabile dictu,  
 euomit inuoluitque domum caligine caecae,  
 prospectum eripiens oculis, glomeratque sub antro  
 fumiferam noctem commixtis igne tenebris. 255  
 non tulit Aleides animis, seque ipse per ignem  
 praecipiti iecit saltu, qua plurimus undam  
 fumus agit nebulaque ingens speus aestnat atra.  
 hic Cacum in tenebris incendia uana uomentem  
 corripit in nodum complexus, et angit inhaerens 260  
 elisos oculos et siccum sanguine guttur.  
 panditur extemplo foribus domus atra reuolsis,  
 abstractaeque boues abiurataeque rapinae  
 caelo ostenduntur, pedibusque informe cadauer  
 protrahitur. nequeunt expleri corda tuendo 265  
 terribilis oculos, uoltum uillosaque saetis  
 pectora semiferi atque extinctos faucibus ignes.  
 ex illo celebratus honos, laetique minores  
 seruauere diem, primusque Potitius auctor  
 et domus Herculei custos Pinaria sacri. 270  
 hanc aram lupo statuit, quae maxima semper  
 dicitur nobis, et erit quae maxima semper.  
 quare agite, o iuuenes, tantarum in munere laudum  
 cingite fronde comas et pocula porcite dextris  
 eomunemque uocate deum et date uina uolentes.  
 dixerat: Herculea bicolor enim populus umbra 276  
 uelauit que comas foliisque innexa pependit,  
 et sacer impleuit dextram scyphus. oecus omnes  
 in mensam laeti libant diuosque precantur.  
 Denexo interea propior fit Vesper Olympo: 280  
 iamque sacerdotes primusque Potitius ibant,  
 pellibus in morem cineti, flammasque ferebant.  
 instaurant epulas, et mensae grata secundae  
 dona ferunt, cumulantque oneratis lancibus aras.  
 tum Sallii ad cantus incensa altaria eircum 285  
 populae adsunt euincti tempora ramis,  
 hic iuuenum chorus, ille senum; qui carmine laudes  
 Herculeas et facta ferunt: ut prima nouercae  
 monstra manu geminosque premens eliserit anguis;  
 ut bello egregias idem disiecerit urbes, 290  
 Troiamque Oeechaliisque; ut duos mille labores  
 rege sub Eurystheo, fati lunonis iniquae,  
 pertulerit. 'tu nubigenas, inuicte, bimembris,  
 Hylaeumque Pholunque, manu, tu Cresia mactas  
 prodigia et uastum Nemeae sub rupe leonem. 295  
 te Stygii tremuere lacus, te ianitor Orci  
 ossa super recubans antro semosa eruento;  
 nec te ullae facies, non terruit ipse Typhoeus,

arduus arma tenens; non te rationis egentem  
 Lernaens turba caputum circumstetit anguis. 300  
 salue, uera Iouis proles, decus addite diuini,  
 et nos et tua dexter alii pede sacra secundo.  
 talia carminibus celebrant; super omnia Caci  
 speluncae adiciunt, spirantemque ignibus ipsum.  
 consonat omne nemus strepitu, collesque resultant.  
 Exim se cuncti diuinis rebus ad urbem 306  
 perfectis referunt. ibat rex obsitus aeuo,  
 et comitem Aenean iuxta natumque tenebat  
 ingrediens, uarioque uiam sermone leuabat.  
 miratur facilisque oculos fert omnia circum 310  
 Aeneas capiturque locis et singula laetus  
 exquiratque auditque uirum monumenta priorum.  
 tum rex Euandrus Romanae conditor arcis:  
 'haec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tene-  
 bant,  
 gensque uirum truncis et duro robore nata, 315  
 quis neque mos neque cultus erat, nec iungere tauros  
 aut componere opes norant aut parere parto,  
 sed rami atque asper uietu uenatus alebat.  
 primus ab aethero uenit Saturnus Olympo,  
 arma Iouis fugiens et regnis exul ademptis. 320  
 is genus indocile ac dispersum montibus altis  
 composuit legesque dedit Latiumque uocari  
 maluit, his quomam latiusse tutus in oris.  
 aurea quae perhibent, illo sub rege fuere  
 saecula: sic placida populos in pace regebat; 325  
 deterior donec paulatim ac decolor aetas  
 et belli rabies et amor successit habendi.  
 tum manus Ausonia et gentes uenere Sicanae,  
 saepius et nomen posuit Saturnia tellus;  
 tum reges asperque immani corpore Thybris, 330  
 a quo post Itali illuuium cognomine Thybrim  
 diximus; amisit uerum uetus Albulam nomen.  
 me pulsum patria pelagique extrema sequentem  
 fortuna omnipotens et ineluctabile fatum  
 his posuere locis, matrisque egere tremenda 335  
 Carmentis Nymphae monita et deus auctor Apollo.  
 uix ea dicta: dehinc progressus monstrat et aram  
 et Carmentalem Romani nomine portam  
 quam memorant, Nymphae priscum Carmentis  
 honorem,  
 uatis fatidicae, cecinit quae prima futuros 340  
 Aeneadas magnos et nobile Pallanteum.  
 hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum  
 rettulit et gelida monstrat sub rupe Lupercal,  
 Parrhasio dictum Panos de more Lycaei.  
 nec non et sacri monstrat nemus Argileti, 345  
 testaturque locum, et letum docet hospitis Argi.  
 hinc ad Tarpeiam sedem et Capitolia ducit,  
 aurea nunc, olim siluestribus horrida dumis.  
 iam tum religio pauidos terrebant agrestis  
 dira loci; iam tum siluam saxumque tremebant. 350  
 'hoc nemus, hunc,' inquit, 'frondoso uertice collem,  
 quis deus incertum est, habitat deus; Areades ipsum  
 aegida concenteret dextra nimbosque eieret.  
 haec duo praeterea disiectis oppida muris, 355  
 reliquias ueterumque uides monumenta uirorum.  
 hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem;  
 Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.'  
 talibus inter se dictis ad tecta subibant  
 pauperis Euandri, passimque armenta uidebant 360  
 Romanoque foro et lautis mugire Carinis.  
 ut uentum ad sedes: 'haec, inquit, limina uictor  
 Aleides subiit, haec illum regia cepit.  
 aude, hospes, contemnere opes, et te quoque dignum  
 finge deo, rebusque ueni non asper egenis. 365  
 dixit, et angusti subter fastigia tecti

239 insonat R. 246 trepidantque R. 247 deprensam in luce M<sup>2</sup> R. 251 pericli est P. 257 iniecit P. 261 "multi  
 elidens legunt" Seruius. 262 domus alta P. 282 flammasque R. 288 ferant M<sup>2</sup>. 291 et duos R. 295 Nemeae P<sup>1</sup>,  
 Seruius, Nemea P<sup>2</sup> R.M. 306 exin R. 313 Euander P. 335 tremendae R. 338 Romano R. 341 nomine pro nobile R.  
 342, 343 uersum hic excidisse arbitror. 350 siluas R. 357 urbem M<sup>2</sup> R. 361 latis M, cauernis R. 364, 365 dignam |  
 finge domum Auer.

ingentem Aenean duxit, stratisque locauit  
effultum foliis et pelle Libystidis ursae.

Nox ruit, et fuscis tellurem amplectitur alis.  
at Venus haut animo nequiquam exterrita mater,  
Laurentumque minis et duro mota tumultu 371  
Volcanum adloquitur, thalamoque haec coniugis  
aureo

incipit, et dictis diuinum adspirat amorem :  
'dum bello Argolici uastabant Pergama reges  
debita casurasque inimicis ignibus arces, 375  
non ullum auxilium miseris, non arma rogauit  
artis opisque tuae ; nec te, carissimè coniunx,  
in cassum te tuos uolui exercere labores,  
quamuis et Priami deberem plurima natis,  
et durum Aeneae fleuissem saepe laborem. 380

nunc Iouis imperiis Rutulorum constitit oris :  
ergo eadem supplex uenio, et sanctum mihi numen  
arma rogo, genetrix nato, te filia Nerei,  
te potuit lacrimis Tithoniae flectere coniunx. 385  
aspice, qui coeant populi, quae moenia clausis  
ferrum acuunt portis in me excidiumque meorum.  
dixerat, et nineis hinc atque hinc diua lacertis  
cunctantem anplexum molli fouet. ille repente  
accepit solitam flammam, notusque medullas  
intrauit calor, et labefacta per ossa cucurrit : 390  
non secus atque olim tonitru cum rupta corusco  
igne rima micans percurrit lumine nimbos.  
sensit laeta dolis et formae conscia coniunx.  
tum pater aeterno fatur deuinctus amore :

'quid causas petis ex alto ? fiducia cessit 395  
quo tibi, diua, mei ? similis si cura fuisset,  
tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset ;  
nec pater omnipotens Troiam nec fata uetabant  
stare decemque alios Priamum superesse per aunos.  
et nunc, si bellare paras atque haec tibi mens est,  
quidquid in arte mea possum promittere curae, 401  
quod fieri ferro liquidoue potest electro,  
quantum ignes animaeque ualent, assiste precando  
uiribus indubitare tuis.' ea uerba locutus

optatos dedit amplexus, placidumque petiuit 405  
coniugis infusus gremio per membra soporem.  
Inde ubi prima quies medio iam noctis abactae  
curriculo expulerat somnum, cum femina primum,  
cui tolerare colo uitam tenuique Minerua  
impositum, cinerem et sopitos suscitauit ignes, 410  
noctem addens operi, famulasque ad lumina longo  
exercet penso, castum ut seruare cubile  
coniugis et possit paruos educere natos,  
haut secus Ignipotens nec tempore segnior illo  
mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit. 415  
insula Sicaniū iuxta latus Aeoliamque  
erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis,  
quam sup̄ter specus et Cyclopium exesa caminis  
antra Aetnaeae tonant, ualidique incudibus ictus  
auditi referunt gemitum, striduntque canernis 420  
stricturae Chalysium, et fornacibus ignis anhelat,  
Volcani domus, et Volcania nomine tellus.  
hoc tunc Ignipotens caelo descendit ab alto.  
ferrum exerebant uasto Cyclopes in antro,  
Brontesque Steropesque et nudus membra Pyraemon.  
his informatum manibus iam parte polita 426  
fulmen erat, toto Genitor quae plurima caelo  
deicit in terras, pars imperfecta manebat.  
tris imbris torti radios, tris nubes aquosae  
addiderat, rutuli tris ignis et altis Austri. 430  
fulgores nunc terrificos sonitumque metumque  
miscabant operi flammisque sequacibus iras.  
parte alia Marti currumque rotasque uolucres  
instabant, quibus ille uiros, quibus excitat urbes ;  
aegidaque horrifera, turbatae Palladis arma, 435  
certatim squamis serpentum auroque polibant,  
conexosque anguis ipsamque in pectore diuae

Gorgona, desecto uertentem lumina collo.  
' tollite euncta, inquit, coeptosque auferite labores,  
Aetnaei Cyclopes, et huc aduertite mentem : 440  
arma acri faciendi uiro. nunc uiribus usus,  
nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra.  
praecipitate moras.' nec plura effatus ; at illi  
oculis incubere omnes pariterque laborem  
sortiti. fluit aes rinis aurique metallum, 445  
uolnificusque chalys uasta fornace liquescit.  
ingentem clipeum informant, unum omnia contra  
tela Latinorum, septuosque orbibus orbis  
impediunt. alii uentosis foliibus auras  
accipiunt redduntque ; alii stridentia tinguunt 450  
aera laen. genit impositis incudibus antrum.  
illi inter sese multa ui braccia tollunt  
in numerum, uersantque tenaci feripe massam.

Haec pater Aeolis properat dum Lemnius oris,  
Enandrum ex humili tecto lux suscitauit alma 455  
et matutini uoluerum sub culmine cantus.  
consurgit senior, tinnicae inducitur artus,  
et Tyrrhena pedum circumdat uincula plantis ;  
tum lateri atque umeris Tegeaeum subligat ensem,  
demissa ab laeua pantherae terga retorquens. 460  
nec non et gemini custodes limine ab alto  
praecedunt gressumque canes comitantur erilem.  
hospitis Aeneae sedem et secreta petebat,  
sermorum memor et promissi muneris, heros.  
nec minus Aeneas se matutinus agebat. 465

filii huic Pallas, illi comes ibat Aclates.  
congressi iungunt dextras, mediisque residunt  
aedibus, et licito tandem sermone fruuntur.  
rex prior haec :

'maxime Teucrorum ductor, quo sospite numquam  
res equidem Troiae uictas aut regna fatebor, 471  
nobis ad belli auxilium pro nomine tanto  
exiguas uires : hinc Tusco claudimur amni,  
hinc Rutulus premit, et murum circumsonat armis,  
sed tibi ego ingentis populos opulentaque regnis 475  
iungere castra paro, quam fors inopina salutem  
osteutat. fatis huc te poscentibus adfers.  
haut procul hinc saxo incolitur fundata uetusto  
urbis Agyllinae sedes, ubi Lydia quondam  
gens, bello praeclara, iugis insedit Etruscis. 480  
hanc multos florentem annos rex deinde superbo  
imperio et saeuis tenuit Mezentius armis.  
quid memorem infandas caedes, quid facta tyranni  
effera ? di capiti ipsius generique reserunt !  
morta quin etiam iungebat corpora uiuis, 485  
componens manibusque manus atque oribus ora,  
tormenti genus, et sanie taboque fluentis  
complexu in misero longa sic morte necabat.  
at fessi tandem ciues infanda furentem  
armati circumstant ipsumque domumque, 490  
obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.  
ille inter caedem Rutulorum elapsus in agros  
confugere, et Turni defendit hospitis armis.  
ergo omnis furis surrexit Etruria iustus ;  
regem ad supplicium praesenti Marte repositum. 495  
his ego te, Aenea, ductorem milibus addam.  
toto namque fremunt condensae litore puppes,  
signaque ferre iubent ; retinet longaeuus haruspex  
fata canens : "o Maeoniae delecta iuuentus,  
flos ueterum uirtusque uirum, quos iustus in hostem  
fert dolor et merita accendit Mezentius ira, 501  
nulli fas Italo tantam subiungere gentem :  
externos optate duces." tum Etrusca resedit  
hoc acies campo, monitis exterrita diuom.  
ipse oratores ad me regnique coronam 505  
cum sceptro misit mandatque insignia Tarchon,  
succedam castris Tyrrhenaque regna capessam.  
sed mihi tarda gelu saeclisque effeta senectus  
inuidet imperium seraeque ad fortia uires.

378 incassumque M<sup>1</sup>. 382 nomen g, fortasse P<sup>2</sup>. 390 calefacta R. 391 haut secus M. tonitruum M. 394 deuinctus P<sup>2</sup>. 401 possunt M<sup>1</sup>. 406 infusum P<sup>1</sup>, probauit Valerius Probus. 417 Lipare R. 420 strident M<sup>1</sup>. 423 huc P. 431 horrificos R. 438 delecto R. 443 et illi P<sup>1</sup>. 453 forfice R. 460 panthera P. 462 procedunt P. 474 circumtonat M<sup>2</sup>. 492 caedes M<sup>2</sup> P.



natum exhortarer, ni mixtus matre Sabella 510  
 hinc partem patriae traheret. tu, cuius et annis  
 et generi fata indulgent, quem numina poseunt,  
 ingredi, o Teuerumatque Italum fortissimè ductor.  
 hunc tibi praeterea, spes et solacia nostri,  
 Pallanta adiungam; sub te tolerare magistro 515  
 militiam et graue Martis opus, tua cernere facta  
 adscescat, primis et te muret ab annis.  
 Arcadas huic equites bis centum, robora pubis  
 leeta, dabo, totidemque suo tibi munere Pallas.  
 Vix ea fatus erat: delixique ora tenebant 520  
 Aeneas Anchisiades et fidus Achates;  
 multaque dura suo tristi cum corde putabant  
 ni signum caelo Cythera dedisset aperto.  
 namque inprouiso vibratus ab aethere fulgor  
 cum sonitu venit, et ruere omnia uisa repente, 525  
 Tyrrhenusque tubae iugire per aethera clangor.  
 suspiciunt; iterum atque iterum fragor increpat in-  
 gens.  
 arma inter nubem caeli in regione serena  
 per sudum rutilare uident et pulsa tonare.  
 obstipere animis alii; sed Troius heros 530  
 adgnouit sonitum et diuae promissa parentis.  
 tum memorat: 'ne uero, hospes, ne quaere profecto,  
 quem casum portenta ferant: ego poseor Olympo.  
 hoc signum cecinit missuram diua creatrix  
 si bellum ingrueret Volcaniaque arma per auras 535  
 laturam auxilio.  
 heu, quantae miseris caedes Laurentibus instant!  
 quas poenae mihi, Turne, dabis! quam multa sub  
 undas  
 scuta uirum galeasque et fortia corpora nolues,  
 Thybri pater! poscant acies, et foedera rumpant!'

Haec ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto; 541  
 et primum Herculeis sopitas ignibus aras  
 excitat, hesternumque Larem paruosque Penates  
 laetus adit; mactat lectas de more bidentis  
 Euandrus pariter, pariter Troiana iuuentus. 545  
 post line ad nauis graditur, sociosque reuisit;  
 quorum de numero, qui sese in bella sequantur,  
 praestantis uirtute legit; pars cetera prona  
 fertur aqua, segnisque secundo delhit anni,  
 nuntia uentura Ascanio rerumque patrisque. 550  
 dantur equi Teueris Tyrrhena potentibus arua;  
 ducunt exsortem Aeneae, quem fulua leonis  
 pellis obit totum, praefulgens unguibus aureis.  
 Fama uolat parnam subito uolgata per urbem,  
 oculus ire equites Tyrrheni ad litora regis. 555  
 nota metu duplicant matres, propiusque periclo  
 it timor, et maior Martis iam apparet imago.  
 tum pater Euandrus dextram complexus euntis  
 haeret, inexpectus lacrimis, ac talia fatur:  
 'o mihi praeteritos referat si Iuppiter annos, 560  
 qualis eram, eum primam aciem Praeneste sub ipsa  
 strauis seutorumque incendi nictor aeternos,  
 et regem haec Erulum dextra sub Tartara misi,  
 nascenti cui tris animas Feronia mater,  
 horrendum dictu, dederat, terna arma mouenda;  
 ter leto sternendus erat; cui tunc tamen omnis 566  
 abstulit haec animas dextra, et totidem exiit armis:  
 non ego nunc dulci amplexu diuellerer usquam,  
 nate, tuo; neque finitimo Mezentis unquam  
 huic capiti insultans tot ferro saeua dedisset 570  
 funera, tam multis uiduasset cinibus urbem.  
 at uos, o superi, et diuom tu maxime rector  
 Iuppiter, Arcadii, quaeso, miserescite regis,  
 et patrias audite preces: si numina uestra  
 incohimem Pallanta mihi, si fata reseruant, 575  
 si uisurus eum uiuo et uenturus in unum:

uitam oro; patior quemuis durare laborem.  
 sin aliquem infandum casum, Fortuna, minaris:  
 nunc, o nunc liceat crudelem abrumperè uitam,  
 dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri, 580  
 dum te, care puer, mea sera et sola uoluptas,  
 complexu teneo; grauior neu nuntius auris  
 uolneret.' haec genitor digressu dicta supremo  
 fundebat; famuli conlapsum in tecta ferebant.  
 Iamque adeo exierat portis equitatus apertis, 585  
 Aeneas inter primos et lidus Achates,  
 inde alii Troiae proceres; ipse agmine Pallas  
 in medio, chlamyde et pictis conspectus in armis:  
 qualis ubi Oceani perustus Lucifer unda,  
 quem Venus ante alios astrorum diligit ignis, 590  
 extulit os sacrum caelo tenebrasque resoluuit.  
 stant pauidae in muris matres, oculisque sequuntur  
 pulcream nubem et fulgentis aere caeteruas.  
 olli per dumos, qua proxima meta uiarum,  
 armati tendunt; it clamor, et agmine facto 595  
 quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.  
 est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem,  
 religione patrum late sacer; undique colles  
 inclusere caui et nigra nemus abiete cingit.  
 Siluano fama est ueteris sacrae Pelasgos, 600  
 aruorum pecorisque deo, lucumque diemque,  
 qui primi finis aliquando habuere Latinos.  
 hant procul hinc Tarcho et Tyrrheni tanta tenebant  
 castra locis, celsoque omnis de colle uideri  
 iam poterat legio, et latis tendebat in aruis. 605  
 huc pater Aeneas et bello lecta iuuentus  
 succedunt, fessique et equos et corpora curant.  
 At Venus aetherios inter dea candida nimbos  
 dona ferens aderat; natumque in ualle reducta  
 ut procul et gelido secretum flumine uidit, 610  
 talibus adfata est dietis, seque obtulit ultro:  
 'en perfecta mei promissa coniugis arte  
 munera; ne mox aut Laurentis, nate, superbos,  
 aut aciem dubites in proelia poscere Turnum.' 615  
 dixit et amplexus nati ('ythera petiuit;  
 arma sub aduersa posuit radiantia quereu.  
 ille, deae donis et tanto laetus honore,  
 expleri nequit atque oculos per singula uoluit,  
 miraturque interque manus et brachia uersat  
 terribilem cristis galeam flammisque uomentem 620  
 fatiferumque ensen, loriceam ex aere rigentem,  
 sanguineam, ingentem, qualis eum caerulea nubes  
 solis inardescit radiis longeque refulget;  
 tum leuis ocreas electro auroque recocto  
 hastanque et clipei non enarrabile textum. 625  
 illie res Italas Romanorumque triumphos,  
 haud uatum ignarus uenturique insecus aeni,  
 fecerat ignipotens; illie genus omne futurae  
 stipis ab Ascanio pugnatuque in ordine bella.  
 fecerat et uiridi fetam Mauortis in antro  
 proeubuisse lupam; geminos huic ubera circum  
 ludere pendentes pueros et lambere matrem  
 inpauidos; illam tereti ceruice relexa  
 mulcere aeternos et corpora fingere lingua.  
 nec procul hinc Romam et raptas sine more Sabinas  
 consessu caueae, magnis Circensibus actis, 636  
 addiderat, subitoque nouum consurgere bellum  
 Romulidis Tatiaoque seni Curibusque seueris.  
 post idem inter seposito certamine reges  
 armati Iouis ante aram paterasque tenentes 640  
 stabant et caesa iungebant foedera porca.  
 hant procul inde etiae Mettun in diuersa quadrigae  
 distulerant (at tu dietis, Albane, maneres!)  
 raptabatque uiri mendacis uiscera Tullus  
 per siluam, et sparsi rorabant sanguine uepres. 645

510 exhortarem P. 512 fatum indulget R, Seruius. 519 suo sibi P<sup>2</sup>, tuo sibi M<sup>1</sup>. nomine M, Seruius. 527 intonat Seruius. 529 sonare P R. 538 unda R. 543 suscitatur R. externum M, improbat Seruius. 544 mactant M. 555 Tyrrhena ad limina P. 559 inexpectum lacrimans P<sup>1</sup>, inexpectus lacrimans P<sup>2</sup> R, inexpectus lacrimis M, agnoscit Seruius, qui ipse probat inexpectum lacrimans. 569 finitimos P<sup>1</sup>. usquam P R. 577 patriar P<sup>2</sup>. 579 nunc o nunc R, nunc nunc o M P. 581 sola et sera M R. 582 complexus M<sup>2</sup> R. ne Nouius 315. 583 mactata pro dicta M<sup>1</sup>. 610 eyelido M<sup>1</sup>, Seruius. 620 minantem P. 627 "quibusdam uidetur huic uersum omitti potuisse" Seruius. 628 omnipotens M. 633 reflexam M<sup>1</sup>. 634 lingere M<sup>1</sup>. 640 aras R. patram M. 643 dispulerant M<sup>2</sup>.

nec non Tarquinius eiectionem Porsenna iubebat  
accipere, ingentem urbem obsidione premebat ;  
Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.  
illum indignanti similem, similemque minanti  
aspicere, pontem auferet quia uellere Coeles, 650  
et flumini uinclis innaret Cloelia ruptis.  
in summo custos Tarpeiae Manlius arcis  
stabat pro templo et Capitolia celsa tenebat,  
Romuleoque recens horrebat regia culmo.  
atque hic auratis uoluitans argentens anser 655  
porticibus Gallos in limine adesse caneat ;  
Galli per dumos aderant, arcemque tenebant,  
defensi tenebris et dono noctis opacae ;  
aurea caesaries ollis atque aurea uestis ;  
uirgatis lucent sagulis ; tum lactea colla 660  
auro innectuntur ; duo quisque Alpina coruscant  
gaesa manu, scutis protecti corpora longis.  
hic exsultantis Salios nudosque Lupercos  
lanigerosque apices et lapsa ancilia caelo  
extuderat ; castae ducebant sacra per urbem 665  
pilentis matres in mollibus. hinc procul addit  
Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis,  
et scelerum poenas, et te, Catilina, minaci  
pendentem scopulo Furiarumque ora trementem ;  
secretosque pios ; his dantem iura Catonem. 670  
haec inter tumidi late maris ibat imago,  
aurea, sed fluctu spumabant caerulea cano ;  
et circum argento clari delphines in orbem  
aequora uerberant caudis aestumque secabant.  
in medio classes aeratas, Actia bella, 675  
cernere erat ; totumque instructo Marte uideres  
feruere Leucaten auroque efulgere fluctus.  
hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar  
cum patribus populoque, Penatibus et magnis dis,  
stans celsa in puppi ; geminas cui tempora flammis  
laeta uomunt, patriumque aperitur uertice sidus.  
parte alia uentis et dis Agrippa secundis 682  
arduus agmen agens ; cui, belli insigne superbum,  
tempora nauali fulgent rostrata corona.  
hinc ope barbarica uariisque Antonius armis, 685  
uictor ab Aurorae populis et litore rubro,  
Aegyptum uiresque Orientis et ultima secum  
Bactra uehit ; sequiturque, nefas, Aegyptia coniunx.

una omnes ruere, ac totum spumare reductis  
conuolsum remis rostrisque tridentibus aequor. 690  
alta petunt ; pelago credas innare reuolsas  
Cycladas aut montis concurrere montibus altos :  
tanta mole uiri turritis puppibus instant.  
stuppea flamma manu telisque uolatile ferrum  
spargitur : arua noua Neptunia caede rubescunt.  
regina in mediis patrio uocat agmina sistro : 696  
necum etiam geminos a tergo respicit anguis.  
omnigenumque deum monstra et latrator Anubis  
contra Neptunum et Venerem contraque Mineruam  
tela tenent. saeuit medio in certamine Mauors 700  
caelatus ferro, tristesque ex aethere Dirae ;  
et scissa gaudens uadit Discordia palla,  
quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.  
Actius haec cernens arcum intendebat Apollo  
desuper : omnis eo terrore Aegyptus et Indi, 705  
omnis Arabs, omnes uertebant terga Sabaei.  
ipsa uidebatur uentis regina uocatis  
uela dare et laxos iam iamque innittere funes.  
illam inter caedes pallentem morte futura  
fecerat Ignipotens undis et lapyge ferri ; 710  
contra autem magno maerentem corpore Nilum  
pandentemque sinus et tota neste uocantem  
caeruleum in gremium latebrosaue flumina uictos.  
at Caesar, triplici inuictus Romana triumpho  
moenia, dis Italicis uotum immortale sacrabat, 715  
maxima ter centum totam delubra per urbem.  
laetitia ludisque uiae plausuque fremebant ;  
omnibus in templis matrum chorus, omnibus arae ;  
ante aras terram caesi strauere iuueni.  
ipse, sedens niueo candentis limine Phoebi, 720  
dona recognoscit populorum aptatque superbis  
postibus ; incedunt uictae longo ordine gentes,  
quam uariae linguis, habitu tam uestis et armis.  
hic Nomadam genus et discinctos Mulciber Afros,  
hic Lelegas Carasque sagittiferosque Gelonos 725  
finxerat ; Euphrates ibat iam mollior undis ;  
extremique hominum Morini Rhenusque bicornis ;  
indomitique Dahae et pontem indignatus Araxes.  
talia per clipeum Volcani, dona parentis,  
miratur, rerumque ignarus imagine gaudet, 730  
attollens uero famamque et fata nepotum.

## LIBER NONVS

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,  
Irim de caelo misit Saturnia Iuno  
audacem ad Turnum. luo tum forte parentis  
Pilonni Turnus sacra ualle sedebat.  
ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est : 5  
' Turne, quod optanti diuom promittere nemo  
auderet, uoluenda dies, en, attulit ultro.  
Aeneas, urbe et sociis et classe relicta,  
sceptra Palatini sedemque petit Euandri.  
nec satis : extremas Corythi penetrauit ad urbes,  
Lydorumque manum collectos armat agrestis. 11  
quid dubitas ? nunc tempus equos, nunc poscere currus.  
 rumpe moras omnis et turbata arripe castra.  
dixit, et in caelum paribus se sustulit alis,  
ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum. 15  
adgnouit iuuenis duplicisque ad sidera palmas

sustulit ac tali fugientem est uoce secutus :  
' Iri, decus caeli, quis te mihi nubibus actam  
detulit in terras ? unde haec tam clara repente  
tempestas ? medium uideo discedere caelum, 20  
palantisque polo stellas. sequor omina tanta,  
quisquis in arma uocas.' et sic effatus ad undam  
processit, summoque hausit de gurgite lymphas,  
multa deos orans, onerauitque aethera uotis.  
Iamque omnis campis exercitus ibat apertis, 25  
dines equum, diues pictai uestis et auri ;  
Messapus primas acies, postrema coercent  
Turridae iuuenes ; medio dux agmine Turnus  
[uertitur arma tenens, et toto uertice supra est].  
ceu septem surgens sedatis annibus altus 30  
per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus  
cum refluit campis et iam se condidit alueo.

655 hinc R. 657 olli pro Galli R. 661 coruscat P. 662 gessa M. 672 spumabat P R. 680 stat R. huc (i.e. huic)  
P<sup>2</sup> pro cui. 686 Europae R. 690 stridentibus R. 692 legebatur etiam Seruii tempore montibus altis. 700 tenens P<sup>2</sup>.  
701 dnuae R M<sup>2</sup>. 704 tenebat P. 722 matres pro gentes R. 724, 725 hinc—hinc P. 731 facta Seruius, qui fata  
agnoscit. "hunc uersum notant critici quasi superfluo et inutiliter additum, nec conuenientem grauitati eius, namque  
est magis neotericus" Seruius.

IX 11 manus P. 17 et M P. 21 sequar M. 25 iamque adeo M<sup>2</sup>. 26 picta M<sup>1</sup> R P<sup>2</sup>, pictai testantur grammatici.  
28 Tyrrhidae codd. uid. ad Aen. 7 484. 29 om. codd. optimi.

hic subitam nigro glomerari puluere nubem  
 prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.  
 primus ab aduersa conclamat mole Caius : 35  
 'quis globos, o cieus, caligine noluit atra?  
 ferte citi ferrum, date tela, ascende muros.  
 hostis adest, heia!' ingenti clamore per omnis  
 condunt se Teucri portas et moenia complent.  
 namque ita discedens praeceperat optimis armis 40  
 Aeneas: si qua interea fortuna fuisset,  
 neu struere auderent aciem neu credere campo;  
 castra modo et tutos seruarent aggere muros.  
 ergo, etsi conferre manum pudor iraque monstrat,  
 obiciunt portas tamen et praecepta facessunt, 45  
 armatique canis expectant turribus hostem.  
 Turnus, ut ante uolans tarlum praecesserat aguen,  
 nignti lectis equitum comitatus et urbi  
 inprouisus adest; maculis quem Thraecius albis  
 portat equus cristaque tegit galca aurea rubra. 50  
 'aecquus erit, mecum, iuuenes, qui primus in hostem  
 en—?' ait, et iaculum adtorquens emittit in auras,  
 principium pugnae, et campo sese arduus infert.  
 clamore excipiunt socii, fremituque sequuntur  
 horrisono; Teucrium mirantur inertia corda: 55  
 non aequo dare se campo, non obuia ferre  
 arma uiros, sed castra fouere. huc turbidus atque huc  
 lustrat equo muros, aditumque per auia quaerit.  
 ac ueluti pleno lupus insidiatus ouili  
 cum frenit ad caulas, uentos perpressus et imbres, 60  
 nocte super media; tuti sub matribus agni  
 balatum exercent; ille asper et improbus ira  
 saeuit in absentis; collecta fatigat edendii  
 ex longo rabies et siccae sanguine fauces:  
 haud aliter Rutulo muros et castra tuenti 65  
 ignescunt irae; duris dolor ossibus ardet,  
 qua temptet ratione aditus, et quae uia clausos  
 excutiat Teucros nallo atque effundat in aequum.  
 classem, quae lateri castrorum adiuncta latebat,  
 aggeribus saeptam circum et flumalibus undis, 70  
 inuadit, sociosque incendia poscit ouantis,  
 atque manum pinu flagranti feruidus implet.  
 tum nero incumbunt; urget praesentia Turni;  
 atque omnis facibus pubes accingitur atris.  
 dripuere focos; piecum fert fumida lumina 75  
 taeda et commixtam Volcanus ad astra fauillam.  
 Quis deus, o Musae, tam saecua incendia Teueris  
 auertit? tantos ratibus quis depulit ignis?  
 dicite. prisea fides facta, set fama perennis.  
 tempore quo primum Phrygia formabat in Ida 80  
 Aeneas classem, et pelagi petere alta parabat,  
 ipsa deum fertur genitrix Berecynthia magnam  
 uocibus his adfata louem: 'da, nate, mentum,  
 quod tua cara parens domito te poscit Olympo.  
 [pinca silua mihi, multos dilecta per annos;] 85  
 ineus in arce fuit summa, quo sacra ferebant,  
 nigranti picea trabibusque obseurus acernis:  
 has ego Dardanio iuueni, cum classis egeret,  
 laeta deli; nunc sollicitam timor anxius angit.  
 solue metus, atque hoc precibus sine posse parentem,  
 ne cursu quassatae ullo neu turbine nenti 91  
 uineantur; prosit nostris in montibus ortas.  
 filius huic contra, torquet qui sidera mundi:  
 'o genitrix, quo fata uocas? aut quid petis istis?  
 mortaline manu factae immortale carinae 95  
 fas habent? certusque incerta pericula lustret  
 Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?  
 immo, ubi defunctae finem portusque tenebunt  
 Ausonios olim, quaecumque euaserit ndis

Dardaniumque duce[m] Laurentia uexerit arua, 100  
 mortalem eripiam formam, magnique iubebo  
 aequoris esse deas, qualis Nereia Doto  
 et Galatea secant spumantem pectore pontum.  
 dixerat, idque ratum Stygii per flumina fratris,  
 per pice torrentis atraque uoragine ripas 105  
 adnuit, et totum nutu tremefecit Olympum.  
 Ergo aderat promissa dies, et tempora Parcae  
 debita complerant: cum Turni iniuria Matrem  
 admonuit ratibus sacris depellere taedas.  
 hic primum noua lux oculis offulsit, et ingens 110  
 uisus ab Aurora caelum transcurrere nimbus,  
 Idaeique chori; tum uox horrenda per auras  
 excidit et Troum Rutulorumque agmina complet:  
 'ne trepidate meas, Teucri, defendere nauis,  
 neue armate manus; maria ante exurere Turno 115  
 quam sacras dabitur pinus. uos ite solutae,  
 ite deae pelagi; genitrix iubet.' et sua quaeque  
 continuo puppes abrupunt uincula ripis,  
 delphinumque modo demersis aequora rostris  
 ima petunt. hinc uirgineae, mirabile monstrum,  
 reddunt se totidem facies, pontoque feruntur 121  
 [quot prius aeratae steterant ad litora prorae].  
 Obstipucere animis Rutuli; conterritus ipse  
 turbatis Messapus equis; cuciatatir et ammis  
 ranca sonans, reuocatque pedem Tiberinus ab alto.  
 at non audaci Turno fiducia cessit; 126  
 ultro animos tollit dietis, atque increpat ultro:  
 'Troianos haec monstra petunt; his Iuppiter ipse  
 auxilium solitum eripuit, non tela neque ignis  
 expectant Rutulos. ergo maria inuia Teueris, 130  
 nec spes ulla fugae; rerum pars altera adempta  
 est;  
 terra autem in nostris manibus; tot milia gentes  
 arma ferunt Italae. nil me fatalia terrent,  
 si qua Phryges praee se iactant, responsa deorum:  
 sat fatis Venerique datum, tetigere quod arua 135  
 fertilis Ausoniae Troes. sunt et mea contra  
 fata mihi, ferro seclerata[m] excidere gentem  
 coniuge praerepta; nec solos tangit Atridas  
 iste dolor, solisque licet capere arma Mycenis.  
 sed periisse semel satis est: peccare fuisset 140  
 ante satis, penitus modo non genus omne perosos  
 femineum. quibus haec mediis fiducia nalli  
 fossarumque morae, leti discrimina parua,  
 dant animos! at non uiderunt moenia Troiae  
 Neptuni fabricata manu considere in ignis? 145  
 sed nos, o lecti, ferro quis scindere uallum  
 apparat et mecum inuadit trepidantia castra?  
 non armis mihi Volcani, non mille carinis  
 est opus in Teucros. addant se protinus omnes  
 Etrusci socios. tenebras et inertia furta 150  
 Palladii, caesis summae enstodibus arcis,  
 ne timeant; nec equi caeca cedendum in aluo;  
 haec, palam, certum est igni circumdare muros.  
 haut sibi cum Danais rem faxo et pube Pelasga  
 esse putent, decimum quos distulit Hector in annum.  
 nunc adeo, melior quoniam pars acta diei, 156  
 quod superest, laeti bene gestis corpora rebus  
 procurate, uiri, et pignam sperate parari.  
 interea uigillum excubiis obsidere portas  
 cura datur Messapo et moenia cingere flammis. 160  
 bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,  
 delecti; ast illos centeni quemque secuntur  
 purpurei cristis iuuenes auroque comisci.  
 discurrunt, variantque uices, fusique per herbam  
 indulgent uiuo, et uertunt crateras aenos. 165

33 magno P. 37 et scandite R F. 42 acies R. 43 tuto F. 44 furor iraque Nonius p. 268. monstrant F. 51 et quis P. 52 intorquens M. 53 campis R. 54 clamorem M P, Seruius, qui etiam clamore agnoscit. 66 durus P. 67 quae uia F M P<sup>1</sup>, quae uia P<sup>1</sup> R, utrumque agnoscit Seruius. 68 aequor P<sup>1</sup>. 70 clausam circum R. 72 manu pinum P. fragranti P. 77 qui deus P. 82 genitrix fertur R. 85 delecta M. hunc uersum dittographiam esse iure censet Ribbeckius. 91 ne cursu P, neu M R. 99 legebatur etiam Seruii tempore undas. 103 aut R. 120 mirabile dictu R. 122 omittunt codd. optini. 123 animi Rutulis M P, Seruius. 124 turbatus P<sup>1</sup> R. 130 expectans M<sup>1</sup>. 131 delecta est R. 132 gentis M R. 135 datum est F P R. 138 an solos Macrob. S. 4 4 II. 141 perosus M<sup>2</sup>. 143 discrimine paruo F<sup>1</sup> M. 144 an non agnoscit Seruius. 151 late pro summae F R (i.e. altae). 156 ferant F P. 156 diei est M<sup>2</sup>. 160 flamma F R. 162 dilecti P<sup>1</sup>. secuti R.

conlucent ignes ; noctem custodia ducit  
insomnem ludo.

Haec super e uallo prospectant Troes, et armis  
alta tenent ; nec non trepidi formidine portas  
explorant, pontisque et propugnacula iungunt, 170  
tela gerunt. instant Mnesteus acerque Serestus,  
quos pater Aeneas, si quando aduersa uocarent,  
rectores iuuenum et rerum dedit esse magistros.  
omnis per muros legio, sortita periculum,  
excubat exercetque uices, quod cuique tuendum est.

Nisus erat portae custos, acerrimus armis, 176  
Hyrtaeides, comitem Aeneae quem miserat Ida  
uenatrix, iaculo celerem leuibusque sagittis ;  
et iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter  
non fuit Aeneadam Troiana neque induit arma, 180  
ora puer prima signans intonsa iuuenta.

his amor unus erat, pariterque in bella ruebant ;  
tum quoque communi portam statione tenebant.  
Nisus ait : 'dine hunc ardorem mentibus addunt,  
Euryale, an sua cuique deus fit dira cupido ? 185  
aut pugnam aut aliquid iandudum inuadere magnum  
mens agitat mihi nec placida contenta quiete est.  
cernis quae Rutulos habeat fiducia rerum :  
lumina rara micant ; somno uinoque soluti  
procubere ; silent late loca. percipe porro, 190  
quid dubitem, et quae nunc animo sententia surgat.

Aeneam acciri omnes, populisque patresque,  
exposcunt mittique uiros qui certa reportent.  
si, tibi quae posco, promittunt (nam mihi facti  
fama sat est), tumulo uideor reperire sub illo 195  
posse uiam ad muros et moenia Pallantae.'

obstipuit magno laudum percussus amore  
Euryalus ; simul his ardentem adfatur amicum :  
'mene igitur socium summis adiungere rebus,  
Nise, fugis ? solum te in tanta pericula mittam ? 200  
non ita me genitor, bellis aduictus Opheltis,  
Argolicum terrorem inter Troiaequae labores  
sublatum erudiit ; nec tecum talia gessi,  
magnanimum Aeneam et fata extrema secutus :  
est hic, est animus lucis contemptor, et istum 205  
qui uita bene credat emi, quo tendis, honorem.'

Nisus ad haec : 'equidem de te nil tale uerebar,  
nec fas ; non : ita me referat tibi magnus ouantem  
Iuppiter, aut quicumque oculis haec aspicit aequis.  
sed si quis—quae multa uides discrimine tali— 210  
si quis in aduersum rapiat casusue deusue,  
te superesse uelim ; tua uita dignior aetas.  
sit qui me raptum pugna pretiose redemptum  
mandet humo, solita aut si qua id fortuna uetabit,  
absenti ferat inferias, decoretque sepulchro. 215

neu matri miserae tanti sim causa doloris,  
quae te sola, puer, multis e matribus ausa  
persequitur, magni nec moenia curat Aecetae.'  
ille autem : 'causas nequiquam nectis inanis,  
nec mea iam mutata loco sententia cedit. 220  
adceleremus,' ait. uigiles simul excitat. illi  
succedunt seruantque uices ; statione relicta  
ipsé comes Niso graditur, regemque requirit.

Cetera per terras omnis animalia somno  
laxabant curas et corda oblita laborum : 225  
ductores Teuerum primi, delecta iuuentus,  
consilium summis regni de rebus habebant,  
quid facerent, quisue Aeneae iam nuntius esset.  
stant longis adnixi hastis et scuta tenentes  
castrorum et campi medio. tum Nisus et una 230  
Euryalus confestim alacres admittit orant ;  
rem magnam, pretiumque morae fore. primus Iulus  
accipit trepidos, ac Nisum dicere iussit.  
tum sic Hyrtacides : 'audite o mentibus aequis,  
Aeneadae, neue haec nostris spectentur ab annis, 235  
quae ferimus. Rutuli somno uinoque soluti  
conticuere ; locum insidiis conspeximus ipsi,

qui patet in biuio portae, quae proxima ponto ;  
interrupti ignes, aterque ad sidera fumus  
erigitur ; si fortuna permittitis uti, 240

quaesitum Aeneam et moenia Pallantae,  
mox hic cum spoliis, ingenti caede peracta,  
adfore cernetis. nec nos uia fallit euntis :  
uidimus obscuris primam sub uallibus urbem  
uenatu adsiduo et totum cognouimus amneni.' 245

hic annis grauis atque animi maturus Aletes :  
'di patrii, quorum semper sub numine Troia est,  
non tamen omnino Teucros delere paratis,  
cum talis animos iuuenum et tam certa tulistis  
pectora.' sic memorans, ueros dextrasque tenebat  
amborum, et uoltum lacrimis atque ora rigabat. 251

'quae uobis, quae digna, uiri, pro laudibus istis  
praemia posse rear solui ? pulcherrima primum  
di moresque dabunt uestri ; tum cetera reddet  
actutum pius Aeneas atque integer aevi 255  
Ascanius, meriti tanti non immemor umquam.'

'immo ego uos, cui sola salus genitore reducto,'  
excipit Ascanius, 'per magnos, Nise, Penatis  
Assaracique Larem et canae penetrantia Vestae  
obtestor ; quaecumque mihi fortuna fidesque est, 260  
in uestris pono greuiis : reuocate parentem,  
reddite conspectum ; nihil illi triste recepto.

bina dabo argento perfecta atque aspera signis  
pocula, deuicta genitor quae cepit Arisba,  
et tripodas geminos, auri duo magna talenta, 265  
cratera anticum, quem dat Sidonia Dido.

si uero capere Italiam sceptrisque potiri  
contigerit uictori, et praedae dicere sortem :  
uidisti, quo Turnus equo, quibus ibat in armis  
aureus ; ipsum illum, clipeum cristasque rubentis  
excipiam sorti, iam nunc tua praemia, Nise. 271

praeterea bis sex genitor lectissima matrum  
corpora captiuosque dabit, suaque omnibus arma ;  
insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.  
te uero, mea quem spatii propioribus actas 275  
insequitur, uenerande puer, iam pectore toto  
accipio et comitem casus complector in omnis.

nulla meis sine te quaeretur gloria rebus ;  
seu pacem seu bella geram, tibi maxima rerum  
uerborumque fides.' contra quem talia fatur  
Euryalus : 'me nulla dies tam fortibus ausis  
dissimilem arguerit ; tantum fortuna secunda  
hauit aduersa cadat. sed te super omnia dona  
unum oro ; genitrix Priami de gente uetusta 285  
est mihi, quam miseram tenuit non Iliia tellus

est mihi, quam miseram tenuit non Iliia tellus  
hanc ego nunc ignaram huius, quodcumque, periculi  
inque salutatam linquo ; nox et tua testis  
dextera, quod nequam lacrimas perferre parentis.  
at tu, oro, solare inopem, et succurre relictas. 290

hanc sine me spem ferre tui : audientior ibo  
in casus omnis.' percussa mente dedere  
Dardanidae lacrimas ; ante omnis pulcher Iulus,  
atque animum patriae strinxit pietatis imago. 295

tum sic effatur :  
'sponde digna tuis ingentibus omnia coeptis.  
namque erit ista mihi genitrix, nomenque Creusae  
solum defuerit, nec partum gratia talem  
parua manet. casus factum quicumque sequentur,  
per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat : 300  
quae tibi polliceor reduci rebusque secundis,  
haec eadem matrique tuae generique manebunt.'

sic ait inlacrimans ; umero simul exiit ense,  
auratum, mira quem fecerat arte Lycaon  
Gnosius atque habilem uagina aptarat eburna. 305  
dat Niso Mnesteus pellem horrentisque leonis  
exuias ; galeam fidus permutat Aletes.  
protinus armati incedunt ; quos omnis euntis  
primorum manus ad portas, iuuenumque senumque,

171 instat P. 173 "iuuenum: legitur et iuueni" Seruius. 174 legio est R. 189 sculpi Seruius. 209 aspiciis P. 226 primi et in π? 237 procubere P. 244 sub moenibus P<sup>2</sup>. 246 animis R. 252 pro talibus ausis Macrobian. S. 6 6 12. 268 ducere R, agnoscit Seruius. 270 comantis pro rubentis R. 274 campis R. 275 M. 283 aut aduersa probat Seruius, agnoscit haut aduersa. 287 periculi est M, periculi (om. est) P R. 299 sequetur P.

prosequitur notis. nec non et pulcher Iulus, 310  
ante annos animumque gerens curamque mirilem,  
multa patri mandata dabat portanda. sed aurae  
omnia discernunt et nubibus irrita donant.

Egressi superant fossas, noctisque per umbram  
castra iniuicia petunt, multis tamen ante futuri 315  
exitu. passim somno uinoque per herbam  
corpore fusa uident, arrectos litore curras,  
inter lora rotasque uiros, simul arma iacere,  
uina simul. prior Hyrtacides sic ore locutus: 319  
'Euryale, audendum dextra; nunc ipsa uocat res.  
haec iter est. tu, ne qua manus se attollere nobis  
a tergo possit, custodi et consule longe;  
haec ego nasta dabo, et lato te limite ducam.'  
siememorat, uocemque premit; simul ense superbum  
Rhamnemet adgreditur, qui forte tapetibus altis 325  
extractus toto proflabat pectore somnum,  
rex idem, et regi Turno gratissimus augur;  
sed non augurio potuit depellere pestem.

tris iuxta famulos temere inter tela iacentis  
armigerumque Remi premit aurigamque sub ipsis  
nactus equis, ferroque secat pendencia colla; 331  
tum caput ipsi aufert domino, truncumque relinquit  
sanguine singultantem; atro tepefacta eruere  
terra torique madent. nec non Lamyrumque La-  
mumque

et iuuenem Serranum, illa qui plurima nocte 335  
luserat, insignis facie, multoque iacebat  
membra deo uictus; felix, si protinus illum  
aequasset nocti ludum in lucentique tulisset.  
inastus eeu plena leo per ouilia turbans,  
suadet enim uesana fames, manditque trahitque 340  
molle pecus mutumque metu; fremit ore eruento.  
nec minor Euryali caedes; incensus et ipse  
perurit, ac multam in medio sine nomine plebem,  
Fadumque Herbesumque subit Rhoetumque Aba-  
rimque,

ignaros; Rhoetum, uigilantem et cuncta uidentem,  
sed magnum metuens se post cratera tegebat: 346  
pectore in aduerso totum cui comminus ensem  
condidit adurgenti, et multa morte recepit  
purpureum; uomit ille animam, et enim sanguine  
mixta

uina refert moriens; hic furto feruidus instat. 350  
iamque ad Messapi socios tendebat; ibi ignem  
deficere extremum et religatos rite uidebat  
carpere gramen equos: breuiter enim talia Nisus  
(sensit enim nimia caele atque epidine ferri)  
'absistamus, ait; nam lux iniuicia propinquat. 355  
poenarum exhaustum satis est; nia facta per hostes.'  
multa uirum solido argento perfecta reliuunt  
armaeque eraterasque simul pulchrosque tapetas.  
Euryalus phaleras Rhamnmetis et aurea bullis  
cingula, Tiburti Remulo ditissimus olim 360  
quae mittit dona, hospitio enim iungeret absens,  
Caedius; ille suo moriens dat habere nepoti;  
post mortem bello Rutuli pugnaeque potuit;  
haec rapit, atque ueris nequiquam fortibus aptat.  
tum galeam Messapi habilem cristisque decoram 365  
induit. excedunt castris, et tanta eapessunt.

Interea praemissi equites ex urbe Latina,  
cetera dum legio campis instructa moratur,  
ibant et Turno regi responsa ferebant,  
ter centum, scutati omnes, Volcente magistro. 370  
iamque propinquabant castris, muroque subibant,  
cum procul hos laeno llectentis limite cernunt,  
et galea Euryalum sublustri noctis in umbra  
prodidit inmemorem radiisque aduersa refluxit.  
haut temere est uisum. conelamant ab agmine Vol-  
ceens: 375

'state, uiri; quae causa uiae? quare estis in armis?  
quoue tenetis iter?' nihil illi tendere contra,  
sed celerare fugam in siluas et fidere nocti.

obiciunt equites sese ad diuortia nota  
hinc atque hinc, omnemque abituem ostode coronant.  
silua fuit late dumis atque ilice nigra 381  
horrida, quam densi complerant undique sentes;  
rara per ocelltos lucebat semita calles.

Euryalum tenebrae ramorum onerosaque praeda  
impediunt, fallitque timor regione uiarum. 385

Nisus abit; iamque imprudens euaserat hostis  
atque locos, qui post Albae de nomine dicti  
Albani, tum rex stabula alta Latinus habebat:  
ut stetit, et frustra absentem respexit amicum.

'Euryale infelix, qua te regione reliqui? 390

quare sequar, rursus perplexum iter omne renoluens  
fallacis siluae?' simul et uestigia retro  
observata legit dumisque silentibus errat.

audit equos, audit strepitus et signa sequentium.  
nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures  
peruenit, ac uidet Euryalum; quem iam manus  
omnis, 396

fraude loci et noctis, subito turbante tumultu,  
oppressum rapit et conantem plurima frustra.  
quid faciat? qua ui inuenem, quibus audeat armis  
eripere? an sese medios moriturus in enses 400  
inferat, et pulchram properet per uulnera mortem?  
ocius adducto torquens hastile laerto,

suspiciens altam Lunam, et sic uoce precatur:  
'tu, dea, tu praesens nostro succurre labori,

astrorum decus et nemorum Latonia custos; 405

si qua tuis umquam pro me pater Hyrtacus aris  
dona tulit, si qua ipse meis uenatibus auxi  
suspendiue tholo, aut sacra ad fastigia fixi;

hinc sine me turbare globum, et regere tela per auras.'

dixerat, et toto conixus corpore ferrum 410  
coniecit. hasta nolans noctis diuerberat umbras,

et uenit abuersi in tergum Sulmonis, ibique  
frangitur, ac fissis transit praecordia ligno.

uoluitur ille uomens calidum de pectore flumen  
frigidus, et longis singultibus ilia pulsat. 415

diuersi circumspicunt. hoc acrior idem,  
ecce, aliud summa telum librabat ab aure.

dum trepidant, iit hasta Tago per tempus utrumque,  
stridens, traiectoque haesit tepefacta cerebro.

saeuit atrox Volceens, nec teli conspice usquam 420  
auctorem, nec quo se ardens immittere possit.

'tu tamen interea calido mihi sanguine poenas  
persolues auborum,' inquit; simul ense recluso  
ibat in Euryalum. tum uero exterritus, amens,  
conelamant Nisus: nec se celare tenebris 425

amplius, aut tantum potuit perferre dolorem:  
'me, me, adsum, qui feci, in me conuertite ferrum,

o Rutuli; mea frans omnis; nihil iste nec ausus,  
nec potuit; caelum hoc et consea sidera testor;

tantum infelicem nimium dilexit amicum.' 430

talia dicta dabat; sed uiribus ensis adactus  
transadigit costas et candida pectora rumpit.

uoluitur Euryalus leto, pulchrosque per artus  
it cruor, inque ueros ceruix conlapsa recumbit:

purpureus ueluti enim flos succis aratro 435  
languescit moriens, lassoue papanera collo  
demisere caput, pluuia cum forte granantur.

at Nisus ruit in medios, solumque per omnis  
Volcentem petit; in solo Volcente moratur.

quem circum glomerati hostes hinc comminus atque  
hinc 440

proturbant. instat non setius ac rotat ensem  
fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore

348-9 multa nocte Cornutus ap. Seruium, multa morte recepit purpuram; ita Seruius multos distinxisse adfirmat. purpuram (sc. animam) codd. 363 praedaeque R, pugnamque M. 371 uirosque P. 375 aggere P. 378 siluis P. 380 huc illic pro hinc atque hinc Nonius 458. abitum M<sup>1</sup>, probant Schol. Ver. et Seruius, abitum P R V M<sup>2</sup>. 382 complebant M. 383 dicebat Seruius, M<sup>2</sup>. 391 resoluens M<sup>1</sup>. 395 tum M. 400 in hostis M R, agnoscit Seruius. 403 altam ad Lunam R V. et sic uoce precatur codd. uersum excidisse puto. 412 aduersi M<sup>1</sup> R, Nonius p. 414, Seruius, quibus tergum pro scuto positum est. 416 acrior M<sup>2</sup> P<sup>2</sup>. 417 telum summa P. 432 transabit R, transadigit M<sup>2</sup> P, Nonius p. 243.

condidit aduerso et moriens animam abstulit hosti.  
 tum super exanimum sese proiecit anicum  
 confossus, placidamque ibi demum morte quieuit. 445  
 Fortunati ambo! si quid mea carmina possunt,  
 nulla dies unquam memori uos eximet aevo,  
 dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum  
 accolet, imperiumque pater Romanus habebit.  
 Victores praeda Rutuli spoliisque potiti, 450  
 Volentem exanimum flentes in castra ferebant.  
 nec minor in castris luctus Rhamneta reperto  
 exsangui et primis una tot caede peremptis,  
 Serranoque Numaque. ingens concursus ad ipsa  
 corpora seminecisque uiros tepidaque recentem 455  
 caede locum et plenos spumanti sanguine riuos.  
 adgnoscent spolia inter se galeamque nitentem  
 Messapi et multo phaleras sudore receptas.  
 Et iam prima nouo spargebat lumine terras  
 Tithoni croceum linquens Aurora cubile : 460  
 iam sole infuso, iam rebus luce reiectis,  
 Turnus in arma uiros, armis circumdatus ipse,  
 suscitât, aeratasque acies in proelia cogit  
 quisque suas, uariisque acuunt rumoribus iras.  
 quin ipsa arrectis, uisu miserabile, in hastis 465  
 praefigunt capita et multo clamore secuntur  
 Euryali et Nisi.  
 Aeneadae duri murorum in parte sinistra  
 opposuere aciem, (nam dextera cingitur anni)  
 ingentisque tenent fossas, et turribus altis 470  
 stant maesti; simul ora uirum praefixa mouebant,  
 nota nimis miseris atroque fluentia tabo.  
 Interea pauidam uolifans pinnata per urbem  
 nuntia Fama ruit, matrisque adlabitur auris  
 Euryali. at subitus miseræ calor ossa reliquit; 475  
 excussi manibus radii, reuolutaque pensa.  
 euolat infelix, et femineo ululatu,  
 scissa comam, muros amens atque agmina cursu  
 prima petit, non illa uirum, non illa pericli 479  
 horumque memor; caelum dehinc questibus implet:  
 'hunc ego te, Euryale, aspicio? tunc ille senectæ  
 sera meae requies, potuisti linquere solam,  
 crudelis? nec te, sub tanta pericula missum,  
 adfari extremum miseræ data copia matri?  
 heu, terra ignota canibus data praeda Latinis 485  
 alitibusque iaces! nec te tua funera mater  
 produxi, pressiue oculos, aut uulnera laui,  
 ueste tegens, tibi quam noctes festina diesque  
 urgebam et tela curas solabar anilis.  
 quo sequar? aut quæ nunc artus auolsaque membra  
 et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te, 491  
 nate, refers? hoc sum terraque marique secuta?  
 figite me, si qua est pietas, in me omnia tela  
 conicite, o Rutuli, nie primam absunite ferro;  
 aut tu, magne pater diuom, miserere, tuoque 495  
 inuisum hoc detrude caput sub Tartara telo,  
 quando aliter nequeo crudelem abrumpere uitam.'  
 hoc fletu concussi animi, maestusque per omnis  
 it gemitus; torpent infractæ ad proelia uires.  
 illam incendentes luctus Idaeus et Actor 500  
 Ilionei monitu et multum lacrimantis Iuli  
 corripunt, interque manus sub tecta reponunt.  
 At tuba terribilem sonitum procul aere canoro  
 increpuit; sequitur clamor caelumque remugit.  
 adcelerant acta pariter testudine Volsci; 505  
 et fossas implere parant ac uellere uallum.  
 quaerunt pars aditum, et scalas ascendere muros,  
 qua rara est acies interlucetque corona  
 non tam spissa uiris. telorum effundere contra  
 omne genus Teucri ac duris detrudere contis, 510  
 adsueti longo muros defendere bello.

saxa quoque infesto uoluebant pondere, si qua  
 possent tectam aciem percurrere, cum tamen omnis  
 ferre iuuat subter densa testudine casus,  
 nec iam sufficiunt. nam qua globus imminet ingens,  
 immanem Teucri molem uoluntque ruuntque, 516  
 quæ strauit Rutulos late, armorumque resoluti  
 tegmina. nec curant caeco contendere Marte  
 amplius audaces Rutuli, sed pellere uallo  
 missilibus certant. 520  
 parte alia horrendus visu quassabat Etruscum  
 pinum et fumiferos infert Mezentius ignes;  
 at Messapus eum dormitor, Neptunia proles,  
 rescindit uallum et scalas in moenia poscit.  
 Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti, 525  
 quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus  
 ediderit, quem quisque uirum demiserit Orco;  
 et mecum ingentis oras euoluite belli.  
 [et meministis enim, diuæ, et memorare potestis.]  
 Turris erat uasto suspectu et pontibus altis, 530  
 opportuna loco; summis quam uiribus omnes  
 expugnare Itali summaque euertere opum ui  
 certabant, Troes contra defendere saxis  
 perque cauas densi tela intorque fenestras.  
 princeps ardentem coniecit lampada Turnus, 535  
 et flammam adfixit lateri; quæ plurima uento  
 corripuit tabulas et postibus haesit adesit.  
 turbati trepidare intus, frustraque malorum  
 uelle fugam. dum se glomerant, retroque residunt  
 in partem, quæ peste caret, tum pondere turris 540  
 procubuit subito, et caelum tonat omne fragore.  
 semineces ad terram, immani mole secuta,  
 confixique suis telis et pectora duro  
 transfossi ligno ueniunt. uix unus Helenor  
 et Lycus elapsi; quorum primaueus Helenor, 545  
 Maeonio regi quem serua Licymnia furtim  
 sustulerat utetisque ad Troiam miserat armis,  
 ense leuis nudo parmaque inglorius alba.  
 isque ubi se Turni media inter milia uidit,  
 hinc acies atque hinc acies adstare Latinas : 550  
 ut fera, quæ, densa uenantum saepta corona,  
 contra tela furit, seseque haut nescia morti  
 iniecit et saltu supra uenabula fertur,  
 haud aliter iuuenis medios moriturus in hostis  
 inruit, et, qua tela uidet densissima, tendit. 555  
 at pedibus longe melior Lycus inter et hostis  
 inter et arma fuga muros tenet, altaque certat  
 prendere tecta manu sociumque attingere dextras.  
 quem Turnus, pariter cursu teloque secutus,  
 increpat his uictor: 'nostrasne euadere, demens, 560  
 speratis te posse manus?' simul arripit ipsum  
 pendentem, et magna muri cum parte reuellit:  
 qualis ubi aut leporem aut candenti corpore cyenum  
 sustulit alta petens pedibus Iouis armiger uncis,  
 quaesitum aut matri multis balatibus agnum 565  
 Martius a stabulis rapuit lupus. undique clamor  
 tollitur; inuadunt et fossas aggere complent;  
 ardentis taedas alii ad fastigia iactant.  
 Ilioneus saxo atque ingenti fragmine montis  
 Lucretium, portae subeunte ignisque ferentem, 570  
 Emathiona Liger, Corynaeum sternit Asilas,  
 hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta;  
 Ortygium Caeneus, uictorem Caenea Turnus,  
 Turnus Ityn Cloniumque, Dioxippum Promolumque,  
 et Sagarim et summis stantem pro turribus Idan; 575  
 Priuernum Capys. hunc primo leuis hasta Theniillæ  
 strinxerat; ille manum proiecto tegmine demens  
 ad uolnus tulit; ergo alis adlapsa sagitta  
 et laeou infixæ est lateri manus, abditaque intus  
 spiramenta animæ letali uolnere rupit. 580

444 exanimem P. R. 451 exanimem P. R. 455-6 "tepidaque recentem caede locum hypallage est pro tepidum locum recenti caede. unde multi legunt tepidumque recenti caede locum" Seruius. tepidumque recenti P., tepidumque M<sup>2</sup> R., tepidamque M<sup>1</sup>. 456 pleno spumantis M<sup>2</sup> P. 464 suos P. R., Seruius. 468 in om. R. 471 uidebant pro mouebant P. 481 illa R. 484 extremis P<sup>1</sup> M. 485 date edd. plerique. 486 "funera mater i.e. funerea, nam apud maiores funeres dicebant eas ad quas funus pertinet, ut sororem, matrem" Seruius. "nec te in tua funera mater produxi, nec tuum, inquit, funus prosecuta sum" Ti. Donatus. 506 pellere M<sup>2</sup> R., uallo M<sup>2</sup>. 514 iuuat F P., libet M<sup>2</sup> R. 524 ad moenia P. 529 omittunt codd. optimi. 552 contra tela ruit P. 565 matris R. 567 inuadunt fossas atque aggere R. 575 Idam P. 579 adfixa P.

stabat in egregiis Aereis liliis armis,  
 pietus acu chlamydem et ferrugine clarus libera,  
 insignis facie, genitor quem miserat Aeneas,  
 eductum Matris luco Symaethia circum  
 flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici: 585  
 stridentem fundam positis Mezentius hastis  
 ipse ter adducta circum caput egit habena,  
 et media aduersi liquefacto tempora plumbo  
 diffudit, ac multa porrectum extendit harena.  
 Tum primum bello celerem intendisse sagittam  
 dicitur, ante feras solitus terrere fugacis, 591  
 Ascanius, fortemque manu fuisse Numanum,  
 cui Remulo cognomen erat, Turnique minore  
 germanam nuper thalamo sociatus habebat.  
 is primam ante aciem digna atque indigna relatu  
 uociferans timidusque nono praecordia regno 596  
 ibat et ingentem sese clamore ferebat:  
 'non pudet obsidione iterum ualloque teneri,  
 bis capti Phryges, et morti praetendere muros?  
 en, qui nostra sibi bello conubia possunt!  
 quis dens Italiae, quae uos dementia adedit?  
 non hic Atridae nec fandi licet Vlixes.  
 durum ab stirpe genus natos ad flumina primum  
 deferimus saeuoque gelu duramus et undis;  
 uenatu inuigilant pueri siluasque fatigant;  
 flectere ludus equos et spicula tendere cornu. 605  
 at patiens operum paruoque adueta iuuentus  
 aut rastris terram donat aut quatit oppida bello.  
 omne aeuum ferro teritur, uersaque inueniunt  
 terga fatigamus hasta; nec tarda senectus 610  
 debilitat uires animi mutatque uigorem;  
 canitiem galea premimus; semperque recentis  
 comportare iuuat praedas et nuere rapto.  
 uobis pieta eroo et fulgenti murice uestis;  
 desidiaee cordi; iuuat indulgere choreis;  
 615 et tunicae manicas et habent redimicula mitrae.  
 o uere Phrygiae, neque enim Phryges, ite per alta  
 Dindyma, ubi aduetsi biforem dat tibia cantum.  
 tympana nos buxusque noeat Berecynthia Matris  
 Idaeae: sinite arma uiris, et cedite ferro.' 620  
 talia iactantem dictis ac dira eanentem  
 non tulit Ascanius; neruoque obuersus equino  
 intendit telum, diuersaque brachia duces  
 constitit, ante Ionem supplex per nota precatus:  
 'Iuppiter omnipotens, audacibus aduue coeptis: 625  
 ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona,  
 et statuam ante aras aurata fronte iuuenem  
 eandentem pariterque caput enim matre ferentem,  
 iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.'  
 630 audiit et caeli Genitor de parte serena  
 intonuit laenum; sonat una fatifer aeneas.  
 eefngit horrendum stridens adducta sagitta,  
 perque caput Remuli nenit et eana tempora ferro  
 traicit. 'i, uerbis uirtutem inlude superbis!  
 634 bis capti Phryges haec Rutulis responsa remittunt.  
 hoc tantum Aseanius; Teneri clamore sequuntur  
 lactitiaque fremunt animosque ad sidera tollunt.  
 aetheria tum forte plaga erinitus Apollo  
 desuper Ausonias aetes nrbemque mdebat,  
 nube sedens, atque his nictorem adfatur Iulum:  
 'maete nona uirtute, puer; sic itur ad astra, 641  
 dis genite et geniture deos. inre omnia bella  
 gente sub Assaraci fato neutra resident;  
 nec te Troia capit.' simul haec effatus ab alto  
 aethere se mittit, spirantis dimonet auras, 645  
 Aseaniumque petit. formam tum neritur oris  
 antiquom in Buten. hic Dardanio Anchisae  
 armiger ante fuit lidusque ad lumina entos;  
 tum comitem Aseanio pater addidit. ibat Apollo  
 omnia longaeno similis, uocemque coloremque 650

et erinis albos et saena sonoribus arma,  
 atque his ardentem dictis adfatur Iulum:  
 'sit satis, Aenide, telis inpone Numanum  
 oppetiisse tuis; primam hanc tibi magnus Apollo  
 concedit laudem, et paribus non inuidet armis; 655  
 cetera paree, puer, bello.' sic orsus Apollo  
 mortalis medio aspectus sermone reliquit,  
 et procul in tenuem ex oculis emanuit auram.  
 adgnouere deum proceres diuinaque tela  
 Dardanidae, pharetramque fuga sensere sonatem.  
 ergo audim pugnae dietis ac numine Phoebi 661  
 Ascanium prohibent; ipsi in certamina rursus  
 succedunt animasque in aperta pericula mittunt.  
 et clamor totis per propugnacula muris;  
 intendunt acris arcus ammentaque torquent. 665  
 sternitur omne solum telis; tum scuta cauaeque  
 dant sonitum flictu galeae; pugna aspera surgit:  
 quantus ab occasu ueniens pluuiabilibus Haedis  
 nerberat inberhumum; quam multa grandine nimbi  
 in nuda praecipitant, cum Inppiter horridus austris 670  
 torquet aquosam hiemem et caelo euaa nubila rumpit.  
 Pandarus et Bitias, Idaeo Aleanore creti,  
 quos Ionis eduxit luco siluestris laera,  
 abietibus iuuenes patriis et montibus aequos,  
 portam, quae ducis imperio comissa, recludunt, 675  
 freti armis, ultroque inuait moenibus hostem.  
 ipsi intus dextra ac laeua pro turribus adstant,  
 armati ferro et cristis capita alta coruscis:  
 quales aeriae liquentia lumina circum,  
 siue Padi ripis, Atesin seu propter amoenum, 680  
 consurgunt geminae quereus intonsaque caelo  
 attollunt capita et sublimi uertice nutant.  
 inrumpunt, aditus Rutuli ut uidere patentis.  
 continuo Quereens et pulcher Aquicolus armis  
 et praeceps animi Marus et Mauortius Haemon 685  
 agnimbis totis aut nersi terga dedere,  
 aut ipso portae posuere in limine uitam.  
 tum magis ineresent animis discordibus irae;  
 et iam collecti Troes glomerantur eodem,  
 et conferre manum et procurrere longius audent. 690  
 Ductori Turno, diuersa in parte furenti  
 turbantique mros, perfertur munitus, hostem  
 feruere caede noua et portas praebere patentis.  
 deserit inceptum, atque immani concitus ira  
 Dardanium ruit ad portam fratresque superbos. 695  
 et primum Antiphates, is enim se primus agebat,  
 Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,  
 coniecto sternit iaculo; uolat Itala cornus  
 aera per tenerum, stomachoque infixu sub altum  
 pectus abit; reddit specus atri unlnneris nudam 700  
 spumantem, et fixo ferrum in pulmone tepescit.  
 tum Meropen atque Erymanta manum, tum sternit  
 Aplidium;  
 tum Bitian ardentem oculis animisque frementem,  
 non iaculo; neque enim iaculo uitam ille dedisset;  
 sed magnum stridens contorta phalarica nenit, 705  
 fulminis acta modo; quam nec duo tanra terga,  
 nec duplici squama lorica fidelis et auro  
 sustinuit; conlapsa runt inmania membra.  
 dat tellus gemitum, et elipsum super intonat ingens.  
 talis in Enboico Baiarum litore quondam 710  
 saxea pila cadit, magnis quam molibus ante  
 constructam ponto iaciunt; sic illa ruinam  
 prona trahit, penitusque nadis inlisa recumbit;  
 miscet se maria, et nigrae attolluntur harenae;  
 tum sonitu Proehya alta tremit, durumque eubile  
 Inuarime Iouis imperiis inposta Typhoeo. 716  
 Hic Mars armipotens animum uiresque Latinis  
 addidit, et stimulos acris sub pectore uertit,  
 inmisitque fugam Teneris atrumque timorem.

584 Matris Macrob. S. 5 19 15, Martis M P R, Seruius, Ti. Donatus. 586 armis R pro hastis. 604 duroque P. 610 legebatur etiam temporibus Seruii sera senectus. 623 contendit M R. 631 letifer P. 632 et fugit P R, agnoscit Seruius, effugit M. 634 transit P2, transigit P1, transadigit R, traicit M. 645 misit P. demouet R. 646 forma F R M1. 657 aspectu M P R. 667 adfictu M R, flictu testatur Seruius. 674 patriis iuuenes P. 678 coruscant M. 679 "Liquetia legendum est, non liquetia" Seruius. 684 Aquicolus M P. 685 Marus M, Tmaros R. 689 glomerantur in unum R. 690 conferre gradum et procedere longius Nonius p. 268. 702 Achiduum R. 710 qualis P. 719 furorem pro timorem F1.

undique conueniunt, quoniam data copia pugnae,  
bellatorque animo deus incidit. 721  
Pandarus, ut fuso germanum corpore cernit,  
et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,  
portam ui multa comerso cardine torquet,  
obnixus latis umeris, multosque suorum 725  
moenibus exclusos duro in certamine linquit;  
ast alios secum includit recipite ruentis,  
demens! qui Rutulum in medio non agmine regem  
uiderit inrupentem, utroque incluserit urbi,  
immanem ueluti pecora inter inertia tigrim. 730  
continuo noua lux oculis effulsit, et arma  
horrendum sonuere; tremunt in uertice cristae  
sanguineae, clipeoque micantia fulmina mittit.  
adgnoscut faciem inuisam atque inmania membra  
turbati subito Aeneadae. tum Pandarus ingens 735  
emicat, et mortis fraternae feruidus ira  
effatur: 'non haec totalis regia Amatae;  
nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum.  
castra inimica uidēs; nulla hinc exire potestas.'  
olli subridens sedato pectore Turnus: 740  
'incipi, si qua animo uirtus, et consere dextram;  
hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.'  
dixerat. ille rudem nodis et cortice crudo  
intorquet summis adnixus uiribus hastam;  
excepere aerae; uulnus Saturnia Iuno 745  
detorsit ueniens, portaeque infigitur hasta.  
'at non hoc telum, mea quod ui dextera uersat,  
effugies; neque enim is teli nec uulneris auctor.'  
sic ait, et sublatum alte consurgit in ense,  
et mediam ferro gemina inter tempora frontem 750  
diuidit inpubisque immani uulnere malas.  
fit sonus; ingenti concussa est pondere tellus;  
conlapsos artus atque arma cruenta cerebro  
sternit lumi moriens, atque illi partibus aequis  
huc caput atque illic uero ex utroque pependit.  
diffugiunt uersi trepida formidine Troes. 756  
et, si continuo uictorem ea cura subsisset,  
rumpere claustra manu sociosque immittere portis,  
ultimus ille dies bello gentique fuisset.  
sed furor ardentem caedisque insana cupido 760  
egit in aduersos.  
principio Phalerim et succiso poplite Gygen  
excipit; hinc raptas fugitibus ingerit hastas  
in tergus; Iuno uires animumque ministrat.  
addit Halym comitem et confixa Phegea parma;  
ignaros deinde in muris Martemque cientis 766  
Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytanim-  
que.

Lyncea tendentem contra sociosque uocantem  
uibrant gladio conixus ab aggere dexter

occupat; huic mo deiectum comminus ictu 770  
cum galea longe iacuit caput. inde ferarum  
uastatorem Amycum, quo non felicius alter  
unguere tela manu ferrumque armare ueneno;  
et Clytium Aeolidem, et amicum Crethea Musis,  
Crethea Musarum comitem, cui carmina semper 775  
et citharae cordi, numerosque intendere neruis;  
semper equos atque arma iurum pugnasque canebat.  
Tandem ductores audita caede suorum  
conueniunt Teuceri, Mnestheus acerque Serestus;  
palantisque uident socios hostemque receptum. 780  
et Mnestheus: 'quo deinde fugam, quo tenditis?'  
inquit.  
'quos alios muros, quae iam ultra moenia habetis?  
unus homo, et uestris, o ciues, undique saeptus  
aggeribus, tantas strages impune per urbem  
ediderit? inuenimus primos tot miserit Orco? 785  
non infelicis patriae neterumque deorum  
et magni Aeneae, segnes, miseretque pudetque?'  
talibus accensi firmantur, et agmine denso  
consistunt. Turnus paulatim excedere pugna  
et fluuium petere ac partem quae cingitur unda. 790  
acrius hoc Teuceri clamore incumbere magno,  
et glomerare manum: ceu saeuum turba leonem  
cum telis premit infensus; et territus ille,  
asper, acerba tuens, retro redit; et neque terga  
ira dare aut uirtus patitur, nec tendere contra, 795  
ille quidem hoc cupiens, potis est per tela uirosque.  
haut aliter retro dubius uestigia Turnus  
improperata refert, et mens aestuat ira.  
quin etiam bis tum medios inuaserat hostis,  
bis confusa fuga per muros agmina uertit; 800  
sed manus e castris prope coit omnis in unum,  
nec contra uires audet Saturnia Iuno  
sufficere; acriam caelo nam Iuppiter Irim  
demisit, germanae haut mollia iussa ferentem,  
ni Turnus cedat Tencrorum moenibus altis. 805  
ergo nec clipeo iuuenis subsistere tantum  
nec dextra ualet; iniectis sic undique telis  
obruitur. strepit adsiduo caua tempora circum  
tinnitu galea, et saxis solida aera fatiscent;  
discussaeque iubae capiti; nec sufficit umbo 810  
ictibus; ingeminant hastis et Troes et ipse  
fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor  
liquitur et piceum, nec respirare potestas,  
flumen agit; fessos quatit aeger anhelitus artus.  
tum demum praecipit saltu sese omnibus armis 815  
in fluuium delit. ille suo cum gurgite flauo  
accepit uenientem ac mollibus extulit undis,  
et laetum sociis abluta caede remisit.

## LIBER DECIMVS

Panditur interea domus omnipotentis Olympi,  
conciliumque uocat diuom pater atque hominum rex  
sideream in sedem, terras end arduus omnis  
castraque Dardanidum aspectat populosque Latinos.  
considunt tectis bipatentibus; incipit ipse: 5  
'caelicolae magni, quianam sententia uobis  
uersa retro, tantumque animis certatis iniquis?  
abnueram bello Italiam concurrere Teucris.  
quae contra uetitum discordia? quis metus aut hos  
aut hos arma sequi ferrumque lacessere suasit? 10  
adueniet iustum pugnae, ne arcessite, tempus,

cum fera Karthago Romanis arcibus olim  
exitium magnum atque Alpes inmittet apertas:  
tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.  
nunc sinite, et placitum laeti componite foedus.' 15  
Iuppiter haec paucis; at non Venus aurea contra  
pauca refert:  
'o Pater, o hominum rerumque aeterna potestas!  
namque aliud quid sit, quod iam inplorare queamus?  
cernis ut insultent Rutuli, Turnusque feratur 20  
per medios insignis equis tumidusque secundo  
Marte ruat? non clausa tegunt iam moenia Teucros:

721 animos M<sup>1</sup>. 723 quis casus P R. 724 ui magna M. 730 tigrin P. 731 offulsit R. 733 clipei—mittunt P. fortasse scripsit Vergilius clipeoque micantia fulmina nictant: cf. Lucr. 6 182 "nictantia fulgura flammae." 741 animi R. 747 librat P. 764 tergus R P<sup>1</sup>, Seruius A. 1 211, Charisius p. 71 K, tergum M, Nonius p. 414. 765 confixum P<sup>2</sup> M<sup>2</sup>. 769 dextra M<sup>1</sup>. 781 fuga P<sup>1</sup>. 782 quaeue ultra P. 786 nonne M<sup>2</sup>. 789 pugnae P R. 793 ac territus M R. 814 "quidam accer legunt" Seruius. 816 uasto pro flauo P.

X 15 lacti placidum M. 22 claustra M.



quin intra portas atque ipsis proelia miscent  
 aggeribus moerorum et inundant sanguine fossas.  
 Aeneas ignarus abest. numquamne Ieuari  
 obsidione sines? muris iterum imminet hostis  
 nascentis Troiae, nec non exereitis alter; 25  
 atque iterum in Teueros Aetolis surgit ab Arpis  
 Tydides. equidem credo, mea uulnera restant,  
 et tua progenies mortalia demoror arma!  
 si sine pace tua atque inuito numine Troes 30  
 Italiam petiere, luant peccata, neque illos  
 iuueris auxilio: sin tot responsa secuti,  
 quae Superi Manesque dabant, cur nunc tua quis-  
 quam  
 uertere iura potest? aut cur nona condere fata? 35  
 quid repetam exustas Erycin in litore classis?  
 quid tempestatum regem uentosque furentis  
 Aeolia excitos? aut aetam nubibus Irim?  
 nunc etiam Manis (haec intemptata manebat  
 sors rerum) mouet, et superis inmissa repente 40  
 Allecto, medias Italum haecchata per urbes.  
 nil super imperio moueor; sperauimus ista,  
 dum fortuna fuit; uincant quos uiuere mauiis.  
 si nulla est regio, Teueris quam det tua coniunx  
 dura, per euersae, genitor, fumantia Troiae 45  
 excidia obtestor, liceat dimittere ab armis  
 incolunt Aescanum, liceat superesse nepotem.  
 Aeneas sane ignotis iactetur in undis,  
 et, quaecumque uiam dederit fortuna, sequatur:  
 hunc tegere et dirae ualeam subducere pugnae. 50  
 est Amathus, est celsa mihi Paphus atque Cythera  
 Idaliaeque domus: positus inglorius armis  
 exigat hic aeuum. magna ditione iubeto  
 Karthago preat Ausoniam; nihil urbibus inde  
 obstabit Tyriis. quid pestem euadere belli 55  
 iuniet et Argolicos medium fugisse per ignis,  
 totque maris uastaeque exhausta pericula terrae,  
 dum Latium Teueri reciduaeque Pergama quaerunt?  
 non satius, cineres patriae insedissem supremos  
 atque solum, quo Troia fuit? Xanthum et Simoenta 61  
 redde, oro, miseris, iterumque renouere casus  
 da, pater, Hiacos Teueris. tum regia Iuno  
 acta furore graui: 'quid me alta silentia cogis  
 rumpere et obductum uerbis uolgare dolorem?  
 Aenean hominum quisquam dinumque subegit 65  
 bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino?  
 Italiam petiit fati auctoribus; esto:  
 Cassandrea impulsus furis: num liquere castra  
 hortati sumus, aut uitam committere uentis?  
 num puero summam belli, num credere muros? 70  
 Tyrrhenaque fidem aut gentis agitare quietas?  
 quis deus in fraudem, quae dara potentia nostra  
 egit? ubi hic Iuno demissaue nubibus Iris?  
 indignum est Italos Troiam circumdare flammis  
 nascentem, et patria Turpium consistere terra, 75  
 cui Pylumnus auus, cui diua Venilia mater:  
 quid, face Troianos atra uim ferre Latuiis,  
 arua aliena ingo premere atque auertere praedas?  
 quid soceros legere et gremiis abducere pactas,  
 pacem orare manu, praefigere puppibus arma? 80  
 tu potes Aenean manibus subducere Graium,  
 proque uiro nebulam et uentos obtendere inanis,  
 et potes in totidem classem conuerrere Nymphas:  
 nos aliquid Rutulos contra inmisse nefandum est?  
 Aeneas ignarus abest: ignarus et absit. 85  
 est Paphus, Idaliisque tibi, sunt alta Cythera:  
 quid grandaem bellis urbem et corda aspera temptas?  
 nosne tibi fluxas Phrygiae res uertere fundo  
 conaueris? nos? can miseris qui Troas Achiuis  
 obiecit? quae causa fuit, consurgere in arma 90  
 Europamque Asiaeque, et foedera soluere furto?

me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter,  
 aut ego tela dedi, fouite Cupidine bella?  
 tum decuit metuisse tuis: nunc sera querellis  
 haut iustus adsurgis, et inrita iurgia iactas.' 95  
 Talibus orabat Iuno, cunctique fremebant  
 caelicolae adsensu uario; ceu flamma priua  
 cum deprensa fremunt siluis, et caeca uolunt  
 murmura, uenturos nautis prodentia uentos.  
 tum Pater omnipotens, rerum cui prima potestas, ico  
 inquit; eo dicente deum domus alta silenseit,  
 et tremefacta solo tellus; silet arduus aether;  
 tum Zephyri posuere; premit placida aequora pontus.  
 'accipite ergo animis atque haec mea figite dicta.  
 quandoquidem Ausonios coniungi foedere Teueris  
 haut licitum, nec uestra capiti discordia linem: 106  
 quae cuique est fortuna hodie, quam quisque secat  
 spem,  
 Tros Rutulusne fuit, nullo discrimine habebō,  
 seu fati Italum castra obsidione tenentur,  
 sine errore malo Troiae monitisque sinistra. 110  
 nec Rutulos soluo. sua cuique exorsa laborem  
 fortunamque ferent. rex Iuppiter omnibus idem.  
 fata uiam inuenient.' Stygi per flumina fratris,  
 per pice torrentis atraque uoragine ripas  
 adnuit, et totum muti tremefecit Olympum. 115  
 hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo  
 surgit, caelicolae medium quem ad limina ducunt.  
 Interea Rutuli portis eireum omnibus instant  
 sternere caede uiros et moeniaingere flammis.  
 at legio Aeneadum uallis obsessa tenetur, 120  
 nec spes ulla fugae. miseris stant turribus altis  
 nequiquam, et rara muros cinxere corona  
 Asius Imbrasides Hicetaoniusque Thymoetes  
 Assaracique duo et senior cum Castore Thymbriis,  
 prima acies; hos germani Sarpedonius ambo, 125  
 et Clarus et Thaemon, Lycia e mitantur ab alta.  
 fert ingens toto conixus corpore saxum,  
 haut partem exignam montis, Lyrnesius Aemion,  
 nec Clytio genitore minor nec fratre Menestheo.  
 hi iaculis, illi certant defendere saxis, 130  
 molirique ignem, neruoque aptare sagittas.  
 ipse inter medios, Veneris iustissima cura,  
 Dardanius caput, ecce, puer detectus honestum,  
 qualis genua micat, fuluum quae dimidit aurum,  
 aut collo decus aut capiti: uel qualis per artem 135  
 inelusum baxo aut Oricia terebintho  
 luget ebur; fusos cervix cui lactea crinis  
 accipit et molli subnectens circulus auro.  
 te quoque magnanimae uiderunt, Ismare, gentes  
 uulnera derigere et calamos armare ueneno, 140  
 Maeconia generose domo, ubi pinguis culta  
 exercebantque uiri Paetolusque irrigat auro.  
 adfuit et Mnestheus, quem pulsus pristina Turni  
 aggerem moerorum sublimem gloria tollit,  
 et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi. 145  
 Illi inter sese duri certamina belli  
 contulerant: media Aeneas freta nocte secabat.  
 namque, ut ab Euandro castris ingressis Etruscis,  
 regem adit, et regi memorat nomenque genusque;  
 quidue petat, quidue ipse ferat; Mezentius arma 150  
 quae sibi conciliet, uiolentaque pectora Turni  
 edocet; humanis quae sit fiducia rebus,  
 admonet, immiscectque preces; haut fit mora;  
 Tarchon  
 iungit opes foedusque ferit; tum libera fati  
 classem descendit in sis gens Lydia diuom, 155  
 externo commissa duoi. Aeneia puppis  
 prima tenet, rostro Phrygiis subiuncta leones;  
 imminet Ida super, profugis gratissima Teueris.  
 hic magnus sedet Aeneas, secumque uolunt

24 fossas P, Seruius, Ti. Donatus, fossae MR. 28 surget M. 35 intra R, iussa M P V. 46 demittere P. 48 proent pro sane R. oris pro undis P<sup>2</sup>. 49 quaecumque P. 50 durae R. 53 exigit V. 58 rediuiua R. 71 Tyrrhenamue R V. et gentis R. 72 nostri M. 77 atram P. 80 manu et R. 83 potis M. classes M. 96 dictis pro Iuno P. 100 summa M<sup>2</sup> P. 105 Ausoniis—Teueros P. 106 licitum est R. 110 monitisus P. 111 papulos soluo Nonius 390. 126 ab Ida P. 136 Corycia M<sup>2</sup>. 137 cervix fusos P. 138 mollis subnectit M. 150 "quidque petat quidque ipse ferat multi dicunt oportuisse dici" Seruius. 154 fati in lemmato plerique codices Seruii.

euentus belli uarios; Pallasque sinistro 160  
adfixus lateri iam quaerit sidera, opacae  
noctis iter, iam quae passus terraque marique.

Pandite nunc Helicon, deae, cantusque mouete,  
quae manus interea Tuscis comitetur ab oris

Aenean, armetque rates, pelagoque uehatur. 165

Massicus aerata princeps secat aequora Tigri;  
sub quo mille manus iuuenum, qui moenia Clusi,  
quique urbem liquere Cosas; quis tela sagittae

gorytique leues umeris et letifer arcus.  
una toruus Abas; huic totum insignibus armis 170

agmen et aurato fulgebat Apolline puppis.

sexcentos illi dederat Populonia mater  
expertos belli iuuenes; ast Ilua trecentos,

insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

tertius, ille hominum diuomque interpretes Asilas, 175

cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent  
et linguae uoluerum et praesagii fulminis ignes,

mille rapit densos acie atque horrentibus hastis.

hos parere iubent Alpheae ab origine Pisae,

urbs Etrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur, 180

Astur equo fidens et uersicoloribus armis.

ter centum adiciunt, (mens omnibus una sequendi)

qui Caerete domo, qui sunt Minionis in aruis,

et Pyrgi ueteres intempestaeque Grauiscae.

Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello, 185

transierim, Cunare, et paucis comitate Cupauo,

cuius olorinae surgunt de uertice pinnae,

crimen, Amor, uestrum, formaeque insigne paternae.

namque ferunt luctu Cyenum Phaethontis amati,

populeas inter frondes umbranque sororum 190

dum canit et maestum Musa solatur amorem,

canentem molli pluma dixisse senectam,

linquentem terras et sidera uoce sequentem.

filius, aequalis comitatus classe cateruas,

ingentem remis Centaurum promouet: ille 195

instat aquae saxumque undis immane minatur

arduus, et longa sulcat maria alta carina.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,

faticidae Mantus et Tuscii filius amnis,

qui muros matrisque dedit tibi, Mantua, nomen, 200

Mantua, diues aus; set non genus omnibus unum:

gens illi triplex, populi sub gente quaterni;

ipsa caput populis; Tusco de sanguine uires.

hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,

quos patre Benaco uelatus harundine glauca 205

Minecius infesta ducebat in aequora pinu.

it grauis Aulestes, centenaque arbore fluctum

uerberat adsurgens; spumant uada marmore uerso.

hunc uehit immanis Triton et caerulea concha

exterrens freta; cui laterum tenus hispida nanti 210

frons hominem praefert, in pristim desinit aluus;

spumaea semifero sub pectore murmurat unda.

Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant

subsidio Troiae, et campos salis aere secabant.

Iamque dies caelo concesserat, almaque curru 215

noctiuago Phoebe medium pulsabat Olympum:

Aeneas, neque enim membris tibi cura quietem,

ipse sedens clauumque regit uelisque ministrat.

atque illi medio in spatio chorus, ecce, suarum

occurrat comitum: nymphae, quas alma Cybebe 220

numen habere maris nymphasque e nauibus esse

iusserat, innabant pariter fluctusque secabant,

quot prius aeratae steterant ad litora puppes.

adgnoscent longe regem, lustrantque choreis.

quarum quae fandi doctissima Cymodocea, 225

pone sequens dextra puppim tenet, ipsaque dorso

eminet, ac laeua tacitis subremigat undis.

tum sic ignarum adloquitur: 'uigilansne, deum gens,  
Aenea? uigila, et uelis immitte rudentis.'

nos sumus, Idaeae sacro de uertice pinus, 230

nunc pelagi nymphae, classis tua. perfidus ut nos

praecipitis ferro Rutulus flammaque premebat,

rupinus inuitae tua uincula, teque per aequor

quaerimus. hanc genitrix faciem miserata refecit,

et dedit esse deas, aeuumque agitare sub undis. 235

at puer Ascanius muro fossisque tenetur

tela inter media atque ardentis Marte Latinus.

iam loca iussa tenet forti permixtus Etrusco

Arcas eques. medias illis opponere turmas,

ne castris iungant, certa est sententia Turno. 240

surge age, et Aurora socios ueniente uocari

primus in arma iube, et clipeum cape, quem dedit ipse

innictum Ignipotens, atque oras ambiit auro.

crastina lux, mea si non irrita dicta putaris,

ingentis Rutulae spectabit caedis aceruos.' 245

dixerat: et dextra discedens impulit altam,

haud ignara modi, puppim. fugit illa per undas

ocior et iaculo et uentos aequante sagitta.

inde aliae celerant cursus. stupet inscius ipse

Tros Anchisiades; animos tamen omne tollit. 250

tum breuiter supera aspectans conuexa precatur:

'alma parens Idaea deum, cui Dindyma cordi

turrigeraeque urbes biungique ad frena leones,

tu mihi nunc pugnae princeps, tu rite propinques

augurium, Phrygibusque adsis pede, diua, secundo.'

tantum effatus. et interea reuoluta rubebat 256

matura iam luce dies, noctemque fugarat:

principio sociis edicit, signa sequantur,

atque animos aptent armis, pugnaeque parent se.

iamque in conspectu Tencros habet et sua castra, 260

stans celsa in puppi, clipeum cum deinde sinistra

extulit ardentem. clamorem ad sidera tollunt

Dardanidae e muris; spes addita suscitatur iras;

tela manu iaciunt; quales sub nubibus atris

Strymoniae dant signa grues, atque aethera tranant

cum sonitu, fugiuntque Notos clamore secundo. 266

at Rutulo regi ducibusque ea mira uideri

Ausonius, donec uersas ad litora puppis

respiciunt, totumque adlabi classibus aequor.

ardet apex capiti, cristisque a uertice flamma 270

funditur, et uastos umbo uomit aureus ignis:

non secus, ac liquida si quando nocte cometae

sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor,

ille sitim morbosque ferens mortalibus aegris,

nascitur et laeua contristat lumine caelum. 275

Haut tamen audaci Turno fiducia cessit

litora praecipere, et uenientis pellere terra.

[ultra animos tollit dictis, atque inerepat ultra:]

'quod uotis optastis, adest, perfringere dextra.

in manibus Mars ipse uiris. nunc coniugis esto 280

quisque suae tectique memor; nunc magna referto

facta, patrum laudes. ultro occurramus ad undam.

dum trepidi, egressique labant uestigia prima.

audentis Fortuna iuuat.'

haec ait, et secum uersat, quos ducere contra, 285

uel quibus obsessos possit concredere muros.

Interea Aeneas socios de puppibus altis

pontibus exponit. multi seruare recursus

languentis pelagi, et breuibus se credere saltu;

per remos alii. speculatus litora Tarchon, 290

qua uada non spirant nec fracta remurmurat unda,

sed mare inoffensum crescenti adlabitu aestu,

aduertit subito proram, sociosque precatur:

'nunc, o lecta manus, ualidis incumbite remis;

tollite, ferte rates; inimicam findite rostris 295

163 monete P. 168 Cosam P<sup>1</sup>. 178 armis pro hastis P. 179 Alpheae ab origine M, Prisc. l. p. 71 K. 186 Cinire V, Cinera P, Cinyrae M, Cumarre (i.e. Cunare) R, idque agnoscit Seruius. Ricina o conii. Mawer. 202 illis V. 203 populi R. 211 pristin P. 223 quae P<sup>2</sup> pro quot. prorae pro puppes M<sup>2</sup>. 227 at laeua M. 237 ardentis P, horrentis M R. 238 tenent M. 242 igni pro ipse V. 245 spectabis M P, agnoscit Seruius. 251 super aspectans P V. 256 rucbat R M, Seruius. 270 capitis R. ac uertice P R. 271 aereus M. 278 om. M P. 280 uiri R. 281 referte P<sup>1</sup>. 283 egressis M P, egressi R, agnoscit Seruius. 284 hunc uersum Seneca Ep. 94 ita citat audentes fortuna iuuat, piger ipse sibi obstat. (Buecheler Rhen. Mus. 1879 p. 623.) 291 spirant M, Seruius G. l. 326, sperat P R, probat Seruius. 293 proram M<sup>2</sup>, prora R, prorae M<sup>1</sup> P.

hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina.  
frangere nec tali puppim statione recuso.  
arpepta tellure semel.' quae talia postquam  
effatus Tarchon, socii consurgere tonsis  
spumantisque rates aruis inferre Latinis, 300  
donec rostra tenent siccum et sedere carinae  
omnes innocuae: sed non puppis tua, Tarchon.  
nanque inflata uadis dorso dum pendet iniquo,  
anceps sustentata diu, fluctusque fatigat,  
soluitur, atque uiros mediis exponit in undis; 305  
fragmina remorum quos et fluitantia transtra  
impediunt, retrahitque pedes simul unda relabens.

Nec Turnum segnis retinet mora; sed rapit acer  
totam aciem in Teucros, et contra in litore sistit.  
signa canunt. primus turmas inuasit agrestis 310  
Aeneas, omen pugnae, strauitque Latinos,  
occiso Therone, uirum qui maximus ultro  
Aenean petit. huic gladio ferit aerea suta,  
per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum.  
inde Liehan ferit, exsectum iam matre pereincta,  
et tibi, Phoebe, sacrum. casus euadere ferri 316  
quo licuit paruo? nec longe, Cissea durum  
immanemque Gyan, sternentis agmina claua,  
deiecit leto; nihil illos Ilerulis arma,  
nec ualidae iuere manus genitorque Melampus, 320  
Alcidae comes usque grauis dum terra labores  
praebuit. ecce Pharo, uoces dum iactat inertis,  
intorqueus iaculum clamanti sistit in ore.

tu quoque, flauentem priua lanugine malas  
dum sequeris Clytiuum infelix, noua gaudia, Cydou,  
Dardania stratus dextra, securus amorum, 326  
qui iuuenum tibi semper erant, miserande iaceres,  
ni fratrum stipata cohors foret obuia, Phoecei  
progenies, septem numero, septenaque tela  
conciunt; partim galea clipeoque resultant 330  
inrita, dellexit partim stringentia corpus  
alma Venus. fidum Aeneas adfatur Aechaten:

'suggere tela mihi; non ullum dextera frustra  
torserit in Rutulos, steterunt quae in corpore Graium  
Hiacis campis.' tum magnum corripit hastam, 335  
et iacit; illa uolans clipei transuerberat aera  
Maeonis, et thoraca simul cum pectore rumpit.  
huic frater subit Aleanor, fratremque ruentem  
sustentat dextra: reiecit missa laerto  
protinus hasta fugit seruatque cruenta tenorem, 340  
dexteraque ex uero neruis uoribunda pendit.  
tum Numitor iaculo fratris de corpore rapto  
Aenean petiit; sed non et figere contra  
est licitum, magnique femur perstrinxit Aelatae.  
hic Curibus, fidens primaeno corpore, Clausus 345  
aduenit, et rigida Dryopem ferit eminus hasta  
sub mentum, grauius pressa, pariterque loquenti  
nocem animamque rapit traiecit gutture; at ille  
fronte ferit terram, et crassum uomit ore cruorem.  
tres quoque Threiceios Boreae de gente supremi, 350  
et tris, quos Idas pater et patria Ismara mittit,  
per uarios sternit casus. accurrit Halaesus  
Auroneaque manus; subit et Neptunia proles,  
insignis Messapus equis. expellere tendunt  
nunc hi, nunc illi; certatur lumine in ipso 355  
Ausoniae. magno discordes aethere uenti  
proelia ceu tollunt animis et uiribus aequis;  
non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit;  
anceps pugna diu; stant obnixa omnia contra:  
haud aliter Troianae acies aciesque Latinae 360  
concurrunt; haeret pede pes densusque uiro uir.

At parte ex alia, qua saxa rotantia late  
impulerat torrens arbustaque diruta ripis,  
Arcadas, insuetos acies inferre pedestris,

ut uidit Pallas Latio dare terga sequaci, 365  
aspera quis natura loci dimittere quando  
suasit equos, unum quod rebus restat egenis,  
nunc prece, nunc dictis uirtutem accendit amaris:  
'quo fugitis, socii? per uos et fortia facta,  
per ducis Euandri nomen deuictaque bella, 370  
spemque meam, patriae quae nunc subit aemula  
laudi,

fidite ne pedibus. ferro rumpenda per hostis  
est uia. qua globus ille uirum densissimus urget,  
hac uos et Pallanta ducem patria alta reposit.  
numina nulla premunt; mortali urgemur ab hoste  
mortales; totidem nobis animaeque manusque. 376  
ecce, maris magna claudit nos obice pontus;  
deest iam terra figae: pelagus Troianne petemus?'  
haec ait, et medius densos prorumpit in hostis.  
obuius huic primum, fatis adductus iniquis, 380  
fit Lagus; hunc, magno uellit dum poudere saxum,  
intorto figit telo, discrimina costis

per medium qua spina dabat; hastamque recepat  
ossibus haerentem. quem non super occupat Hisbo,  
ille quidem hoc sperans; nam Pallas ante ruentem,  
dum furit, incautum crudeli morte sodalis, 386  
excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit.

hinc Sthemium petit, et Rhoeti de gente uetusta  
Anchemolum, thalamos ansum incestare nouercae.  
nos etiam gemini Rutulis eceidistis in aruis, 390  
Daucia, Laride ThyMBERQUE, simillima proles,  
indiscreta suis gratisque parentibus error;  
at nunc dura delit uobis discrimina Pallas:  
nam tibi, ThyMBRE, caput Euandrius abstulit ensis;  
te decisa suum, Laride, dextera quaerit, 395  
semianimesque micant digiti ferrumque retractant.  
Arcadas, accensus monitu et praecelara tuentis  
facta uiri, mixtus dolor et pudor aruat in hostis.

tum Pallas biingis fugientem Rhoetae praeter  
traiecit. hoc spatium tantumque morae fuit Illo; 400  
Illo namque procul ualidam derexerat hastam:  
quam medius Rhoetens intercipit, optime Teuthra,  
te fugiens fratremque Tyren; curruque uoluntas  
caedit semianimis Rutulorum calcibus arua.

ae nebul, optato uentis aestate coortis, 405  
dispersa inmittit siluis incendia pastor;  
correptis subito mediis extenditur una  
horrida per latos acies Volcania campos;  
ille sedens uictor flammis despectat ouantis:  
non aliter socium nirtus coit omnis in nnum, 410  
teque iuuat, Palla. sed bellis acer Halaesus  
tendit in aduersos, seque in sua colligit arma.  
hic maetat Ladona Phieretaque Demodocumque;  
Strymonio dextram fulgenti deripit ense  
elatum in iugulum: saxo ferit ora Thoantis, 415  
ossaque dispersit cerebro permixta cruento.  
fata canens siluis genitor celarat Halaesum;  
ut senior leto cauentia lumina soluit,  
iniecere manum Pareac, telisque saecurunt  
Euandri. quem sic Pallas petit ante precatus: 420

'da mune, Thybri pater, ferro, quod missile libro,  
fortunam atque niam duri per pectus Halaesi.  
haec arma exuiasque uiri tua quercus habebit.'  
auduit illa deus; dum textit lmaona Halaesus,  
Arcadio infelix telo dat pectus inernum, 425

at non caede uiri tanta perterrita Lausus,  
pars ingens belli, sinit agmina: primus Abantem  
oppositum interimit, pugnae nodumque moramque.  
sternunt Arcadiae proles, sterruntur Etrusci,  
et nos, o Graiis inperdita corpora, Teucri, 430  
agmina concurrunt ducibusque et uiribus aequis.  
extremi addensent acies; nec turba moueri

297 puppes P R. 303 uadi P<sup>1</sup>, agnosceit Seruius. 307 pedem M<sup>2</sup>. 317 quod M P<sup>1</sup>, lemma Seruii; quo P<sup>2</sup>, cui R, agnosceit Seruius; "medicorum ferrum quid istum profuit euasisse"? Ti. Donatus, qui fortasse ait quo aut quid legit. 322 Paro Nonius 328, "legitur et Pharo" Seruius, Pharon P M<sup>2</sup>. 323 clamantis M P. 330 partem M<sup>1</sup> R. 334 steterint M. 337 rumpit R. 339 traiecit codd., quod corruptum esse puto: retro acto luerto interpretatur Seruius. reiecit Peerli-kamp. 349 premit terram P. 350-1 tres-tris, ita scripsisse Vergilium testatur Gellius 13 21 11. 359 "legitur et obnizi" Seruius. 363 intulerat R. 366 aspera aquis Madvig, quos P. demittere R. 377 "nonnulli uitant generis dubietatem et legunt magni" Seruius. clausit π, Ti. Donatus. 378 petamus M<sup>2</sup> R. 381 uellit magno P R. 383 dedit R. 390 agris P. 398 furor pro pudor R. 401 direxerat M<sup>2</sup> P. 417 "canens—alii cauens legunt" Seruius. 432 addensant P<sup>2</sup> M R.

tela manusque sinit. hinc Pallas instat et urget,  
hinc contra Lausus, nec multum discrepat aetas,  
egregii forma, sed quis fortuna negarat 435  
in patriam reditus. ipsos concurrere passus  
haut tamen inter se magni regnator Olympi;  
mox illos sua fata manent maiore sub hoste.

Interea soror alma monet succedere Lauso  
Turnum, qui uolueri curru medium secat agmen. 440  
ut uidit socios: 'tempus desistere pugnae;  
solus ego in Pallanta feror; soli mihi Pallas  
debetur; cuperem ipse parens spectator adcesset.'  
haec ait; et socii cesserunt aequore iusso.  
at, Rutulum abcessu, iuuenis tum iussa superba  
miratus stupet in Turno, corpusque per ingens 446  
lumina uoluit, obitque truci procul omnia uisu,  
talibus et dictis it contra dicta tyranni:  
'aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis,  
aut leto insigni; sorti pater aequus utrique est. 450  
tolle minas.' fatus medium procedit in aequor.  
frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis.  
desiuit Turnus biugis; pedes apparat ire  
comminus. utque leo, specula cum uidit ab alta  
stare procul campis meditantem in proelia taurum,  
aduolat, haud alia est Turni uenientis imago. 456  
hunc ubi contiguum missae fore credidit hastae,  
ire prior Pallas, si qua fors adiuet ausum  
uiribus imparibus, magnumque ita ad aethera fatur:  
'per patris hospitium et mensas, quas aduena adisti,  
te precor, Alcide, coeptis ingentibus adsis. 461  
cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,  
uictoremque ferant morientia lumina Turni.'  
audiit Alcides iuuenem, magnumque sub iuo  
corde premit gemitum lacrimasque effundit inanis.  
turn genitor natum dictis adfatur amicis: 466  
'stat sua cuique dies; breue et inreparabile tempus  
omnibus est uitae; set famam extendere factis,  
hoc uirtutis opus. Troiae sub moenibus altis  
tot gnati cecidere deum; quin occidit una 470  
Sarpedon, mea progenies. etiam sua Turnum  
fata uocant, metasque dati peruenit ad aui.'  
sic ait, atque oculos Rutulorum reiecit auis.  
at Pallas magnis emittit uiribus hastam,  
uaginae caua fulgentem deripit ensem. 475  
illa uolans, ueri surgunt qua tegmina summa,  
incidit, atque uiam clipei molita per oras,  
tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.  
hic Turnus ferro praefixum robur acuto  
in Pallanta diu librans iacit, atque ita fatur: 480  
'aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.'  
dixerat; at clipeum, tot ferri terga, tot aeris,  
quem pellis totiens beate circumdata tauri,  
uibranti medium cuspis transuerberat ictu,  
loricaeque moras et pectus perforat ingens. 485  
ille rapit calidum frustra de corpore telum:  
una eademque uia sanguis animusque sequuntur.  
corrui in uolnus; sonitum super arma dedere;  
et terrani hostilem moriens peti ore cruento.  
quem Turnus super adsistens: 490  
'Arcades, haec,' inquit, 'memores mea dicta referte  
Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto.  
quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,  
largior. hant illi stabunt Aeneia paruo  
hospitia.' et laeua pressit pede, talia fatus, 495  
exanimem, rapiens inmania pondera baltei,  
inpressumque nefas: una sub nocte iugali  
caesa manus iuuenum foede, thalamique cruenti,  
quae Clonus Eurytides multo caelauerat auro;  
quo nunc Turnus ouat spolio gaudetque potitus.  
nescia mens hominum fati sortisque futurae, 501  
et seruare modum, rebus sublata secundis!

Turno tempus crit, magno cum optauerit emptum  
intactum Pallanta, et cum spolia ista diemque  
oderit. at socii multo gemitu lacrimisque 505  
inpositum seuto referunt Pallanta frequentes.  
o dolor atque decus magnum rediture parenti,  
haec te prima dies bello dedit, haec eadem auferit,  
cum tamen ingentis Rutulorum linquis aceruus!  
Nec iam fama mali tanti, sed certior auctor 510  
aduolat Aeneae, tenui discriminine leti  
esse suos; tempus, uersis succurrere Teucris.  
proxima quaeque metit gladio, latumque per agmen  
ardens limitem agit ferro, te, Turne, superbum  
caede noua quaerens. Pallas, Euander, in ipsis  
omnia sunt oculis, mensae, quas aduena primas 516  
tunc adiit, dextraeque datae. Sulfone creatos  
quattuor hic iuuenes, totidem, quos educat Vfcens,  
uiuents rapit, inferias quos immolet umbris,  
captiuoque rogi perfundam sanguine flammis. 520  
inde Mago procul infensam contenderat hastam.  
ille astu subit; at tremibunda superuolat hasta;  
et genua amplectens effatur talia supplex:  
'per patrios Manis et spes surgentis Iuli  
te precor, hanc animam serues gnatoque patrique.  
est domus alta; iacent penitus defossa talenta 526  
caelati argenti; sunt auri pondera facti  
infectique mihi. non hic uictoria Teucrum  
uertitur, aut anima una dabit discrimina tanta.'  
dixerat. Aeneas contra cui talia reddidit: 530  
'argenti atque auri memoras quae multa talenta,  
gnatis parce tuis. belli commercia Turnus  
sustulit ista prior iam tum Pallante perempto.  
hoc patris Aeneidae Manes, hoc sentit Iulus.'  
sic fatus galeam laeua tenet, atque reflexa 535  
ceruice orantis capulo tenus applicat ensem.  
nec procul Haemonides, Phoebi Triuiaeque sacerdos,  
infula cui sacra redimibat tempora uitta,  
totus conlucens ueste atque insignibus albis; 539  
quem congressus agit campo, lapsumque superstans  
immolat, ingentique umbra tegit; arma Serestus  
lecta refert ueris, tibi, rex Gradiae, tropaeum.  
instaurant acies Volcani stirpe creatus  
Caeculus et ueniens Marsorum montibus Vmbro.  
Dardanides contra furit. Anxuris ense sinistram  
et totum clipei ferro deiecerat orbem; 546  
(dixerat ille aliquid magnum, nimque adfore uerbo  
crediderat, cacloque annum feritasse ferebat,  
canitiemque sibi et longos promiserat annos.)  
Tarquitis exultans contra fulgentibus armis, 550  
siluicolae Fauno Dryope quem nympa creat,  
obuius ardenti sese obtulit. ille reducta  
loricam clipeique ingens onus impedit hasta;  
tum caput orantis nequiquam et multa parantis  
dicere deturbat terrae, truncumque tepentem 555  
prouoluens super haec inimico pectore fatur:  
'istic nunc, metuende, iace. non te optima mater  
condet humi, patrioque onerabit membra sepulchro:  
alitis linqere feris, aut gurgite mersum  
unda feret, piscesque inpasti uolnera lambent.' 560  
protinus Antaeum et Lucam, prima agmina Turni,  
persequitur, fortemque Numam, fuluumque Camer-  
tem,  
magnanimo Volcente satum, ditissimus agri  
qui fuit Ausonidum, et tacitis regnauit Amyclis.  
Aegaeon qualis, centum cui braccia dicunt 565  
centenasque manus, quinquaginta oribus ignem  
pectoribusque arsisse, Iouis cum fulmina contra  
tot paribus streperet clipeis, tot stringeret enses:  
sic toto Aeneas desaenit in aequore uictor,  
ut semel intepuit mucro. quin ecce Niphaei 570  
quadriugis in equos aduersaque pectora tendit.

441 pugna R. 444 "iusso satis licenter dictum est, adeo ut huic loco Probus alogum adposuerit" Seruius. 446 miratur R. 455 meditantem proelia P. 471 "multi et iam legunt, ut sit ece" Seruius. 475 diripit M. 476 tegmina prima R. 481 nunc magis est Seruii tempore agnoscebatur. 483 cum pellis R. 484 cuspis medium M. de uulnere M. 490 sic ore profatur add. R. 507 parentis R. 512 uersis tempus P. 516 primus R. 521 infestam P R. contorserat R. 522 at P R, en M<sup>1</sup>, ab M<sup>2</sup>, ac M<sup>3</sup>. 533 illa M. 536 oranti P<sup>1</sup>. 539 albis Valerius Probus, armis MP<sup>2</sup> R, Ti. Donatus. 555 deturpat M<sup>2</sup>. 558 humo M<sup>2</sup>. patrioue P R.

atque illi, longe gradientem et dira frementem  
 ut uidere, metu uersi retroque ruentes  
 effunduntque ducem, rapiuntque ad litora currus.  
 interea biugis infert se Lucagus albis 575  
 in medios, fraterque Liger; sed frater habentis  
 flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ense.  
 haut tulit Aeneas tanto feruore furentis:  
 inruit, aduersaque ingens apparuit hasta.  
 cui Liger: 580  
 'non Diomedis equos, nec eurrum cernis Achilli,  
 aut Phrygiae campos; nunc belli finis et aevi  
 his dabitur terris.' uesano talia late  
 dicta uolant Ligeri; sed non et Troius heros  
 dieta parat contra; iaculum nam torquet in hostem.  
 Lucagus ut pronus pendens in uerbera telo 586  
 admonuit biugos, proiecto dum pede laeao  
 aptat se pugnae, subit oras hasta per inas  
 fulgentis clipei, tum laeuum perforat inguen;  
 excussus curru moribundus uoluit aruis. 590  
 quem pius Aeneas dietis adfatur amaris:  
 'Lucage, nulla tuos curres fuga segniss equorum  
 prodidit, aut uanae uertere ex hostibus umbrae;  
 ipse rotis saliens iuga deseris.' haec ita fatus  
 arripuit biugos; frater tendebat inertis 595  
 infelix palmas, curru delapsus eodem:  
 'per te, per qui te talem genere parentes,  
 uir Troiane, sine haec animam, et miserere precantis.'  
 pluribus oranti Aeneas: 'haud talia dudum  
 dicta dabas. morere, et fratrem ne desere frater.'  
 tum, latebras animae, pectus mucrone recludit. 601  
 talia per campos debebat funera ductor  
 Dardanius, torrentis aquae uel turbinis atri  
 more furens. tandem erumpunt et castra relinunt  
 Aescanius puer et nequiquam obsessa iuuentus. 605  
 Iunonem interea compellat Iuppiter ultro:  
 'o germana mihi atque eadem gratissima coniunx,  
 ut rebare, Venus, nec te sententia fallit,  
 Troianas sustentat opes, non unida bello 609  
 dextra uiris animusque ferox patiensque pericli.'  
 cui Inno summissa: 'quid, o pulcherrime coniunx,  
 sollicitas aegram et tua tristia dicta timentem?  
 si mihi, quae quondam fuerat, quanque esse decebat,  
 uis in amore foret, non hoc mihi namque uogares,  
 omnipotens, quin et pugnae subducere Turnum,  
 et Dauno possem incolumem seruare parenti. 616  
 nunc percat, Teucrisque pio det sanguine poenas.  
 ille tamen nostra deducit origine nomen,  
 Pylumnusque illi quartus pater; et tua larga  
 saepe manu multisque onerant limina donis.' 620  
 cui rex aetherii breuiter sic fatur Olympi:  
 'si mora praesentis leti tempusque caduco  
 oratur inueni, meque hoc ita ponere sentis,  
 tolle fuga Turnum atque instantibus eripe fatis.  
 haetenus indulgisse uacat. sin altior istis 625  
 sub precibus uenia ulla latet, totumque moneri  
 mutariue putas bellum, spes pascis inanis.'  
 et Iuno adlaerimans: 'quid, si, quae uoce grauaris,  
 mente dares, atque haec Turno rata nita maneret?  
 nunc manet iusodent granis exitus; aut ego neri  
 uana feror. quod ut o potius formidine falsa 631  
 ludar, et in melius tua, qui potes, orsa reflectas!  
 haec ubi dicta dedit, caelo se protinus alto  
 misit, agens hiemem nimbo succincta per auras,  
 Iliacamque aciem et Laurentia castra petiuit. 635  
 tum dea nube cana tennem sine uiribus umbram  
 in faciem Aeneae, uisu mirabile monstrum,  
 Dardaniis ornat telis, clipeumque iusque  
 diuini adsimulat capitis, dat inania uerba,

dat sine mente somnum, gressusque effugit euntis;  
 morte obita qualis fama est uolitare figuras, 641  
 aut quae sopitos deludunt somnia sensus.  
 at primas lacta ante aecies exultat imago,  
 inritatque uirum telis et uoce lacessit.  
 instat cui Turnus, stridentemque eminus hastam  
 coniecit; illa dato uertit uestigia tergo. 646  
 tum uero Aeneas auersum ut cedere Turnus  
 credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem:  
 'quo fugis, Aenea? thalamos ne desere pactos;  
 hac dabitur dextra tellus quaesita per undas.' 650  
 talia nociferans sequitur, strictumque coruscet  
 mucrone; nec ferre uidet sua gaudia uentos.  
 forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi  
 expositis stabat scalis et ponte parato,  
 qua rex Clusinis adneet Osinius oris. 655  
 huc sese trepida Aeneas fugientis imago  
 coniecit in latebras; nec Turnus segnior instat,  
 exsuperatque moras, et pontis transilit altos.  
 uix proram attingerat: rumpit Saturnia funem,  
 anolsanque rapit reuoluta per aequora nauem. 660  
 illum autem Aeneas absentem in proelia poscit:  
 obuia multa uirum demittit corpora morti.  
 tum leuis haut ultra latebras iam quaerit imago,  
 sed sublime uolans nubi se immiscuit atrae,  
 eum Turnum medio interea fert aequore turbo. 665  
 respicit ignarus rerum ingratusque salutis,  
 et duplicis cum uoce manus ad sidera tendit:  
 'omnipotens genitor, tantum me crimine dignum  
 duxisti, et talis uoluisti expendere poenas?  
 quo feror? unde abii? quae me fuga, quemue reducit?  
 Laurentisne iterum muros aut castra uidebo? 671  
 quid manus illa uirum, qui me meaque arua secuti?  
 quosne, nefas, omnis infanda in morte reliqui,  
 et nunc palantis uideo, gemitumque cadentum  
 accipio? quid ago? aut quae iam satis inna deliscat  
 terra mihi? uos o potius miserescite, uerti; 676  
 in rupes, in saxa, uolens uos Turnus adoro,  
 ferte ratem, saeuisque uadis immittite Syrtis,  
 quo neque me Rintuli, nec conscia fama sequatur.'  
 haec memorans animo nunc huc, nunc fluctuat illuc;  
 an sese mucrone ob tantum dedecus amens 681  
 induat, et erudum per costas exigat eusem;  
 fluctibus an iaciat mediis, et litora nando  
 curua petat, Teucrumque iterum se reddat in arma.  
 ter conatus utramque uiam; ter maxima Iuno 685  
 continuit, inuenientemque animi miserata repressit.  
 labitur alta secans fluctuque aestuque secundo,  
 et patris antiquam Dauni deferunt ad urbem.  
 At Iouis interea monitis Mezentius ardens  
 succedit pugnae, Teucrosque inuadit orantis. 690  
 concurrunt Tyrhenae acies, atque omnibus uni,  
 uni odiisque uiro telisque frequentibus instant.  
 ille, uent rumpes, uastum quae prodit in aequor,  
 obuia uentorum furiis expostaque ponto, 694  
 uim cunctam atque minas perfert caelique marisque,  
 ipsa immota manens; prolem Dolichaonis Hebrum  
 sternit humi, eum quo Latagum Palumnusque fugacem,  
 sed Latagum saxo atque ingenti fragmine montis  
 occupat os faciemque aduersam, poplite Palum  
 succiso uolui segnem sinit; armaque Lauso 700  
 donat habere ueris et uertice ligere cristas.  
 nec non Euanthen Phrygium, Paridisque Mimanta  
 aequalem comitemque, una quem nocte Theano  
 in lucem genitori Amyeo dedit, et face praegnans  
 Cisseis regina Parin: Paris urbe paterna 705  
 oecubat; ignarum Laurens habet ora Minanta.  
 ac uelut ille eamum morsu de montibus altis

572 ac M<sup>1</sup>. 574 currum R. 575 bigis P. 585 hostes P. 587 traiceto M. 588 aptet P. 595 incernis P<sup>1</sup>. 604 fremens R. 612 inssa M, fortasse pro iura. 621 fatus R M<sup>2</sup>. 629 data R. 640 gressumque M. 656 Osrius R. 659 rupit R. 661 ille autem Aeneas P R, Vrbanus ap. Seruium, illum autem Aeneas M, Ti. Donatus. 665 interea medio R. 668 tanto P. 670 quone reducit M<sup>1</sup>. 673 quosne Asper, quosque R M, quosne P. 675 et quae M. dehisceat R. 681 mucrone M P<sup>2</sup>, Seruianus, Priscianus 2, pp. 347, 359 K, mucroni P<sup>1</sup> R. 682 inuaut P. durum R. 683 iacet R. 705 Parin creat codd., Seru. Aen. 5 535: turbantur uerba ap. Seru. Aen. 5 370. Parin, Paris coniecit Bentleius ad Hor. Epod. 5 28. creat uidetur glossema fuisse, quo Paris extrusum est. uid. XII 342, ubi pro eminus eminus ambo habes in P R eminus ambo.

actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos  
defendit, multosque palus Laurentia, silva 709  
pastus harundinea, postquam inter retia uentum est,  
substitit, infremuitque ferox et inhorruiit armos;  
nec cuiquam irasci propiusue accedere uirtus,  
sed iaculis tutisque procul clamoribus instant:  
haut aliter, iustae quibus est Mezentius irae,  
non ulli est animus stricto concurrere ferro; 715  
missilibus longe et uasto clamore lacessunt:  
ille autem inpauidus partis cunctatur in omnis,  
dentibus infrendens, et tergo decutit hastas.  
uenerat antiquis Corythi de finibus Acron,  
Graius homo, infectos linquens profugushymenaeos;  
hunc ubi miscentem longe media agmina uidit, 721  
purpureum pinnis et pactae coniugis ostro:  
inpastus stabula alta leo ceu saepe peragrans,  
suadet enim uesana fames, si forte fugacem 724  
conspexit apream aut surgentem in cornua ceruum,  
gaudet, hians immane, comasque arroxit, et haeret  
uiscribus super accumbens; lauit improba taeter  
ora cruor:  
sic ruit in densos alacer Mezentius hostis.  
sternitur infelix Acron, et calcibus atram 730  
tundit humum expirans, infractaque tela cruentat.  
atque idem fugientem haut est dignatus Oroden  
sternere, nec iacta caecum dare cuspidem uulnus;  
obuius aduersoque occurrit, seque uiro uir  
contulit, haut furto melior sed fortibus armis. 735  
tum super abiectum posito pede nixus et hasta:  
'pars belli haud temnenda, uiri, iacet altus Orodes.'  
conclamant socii laetum paena secuti.  
ille autem expirans: 'non me, quicumque es, inulto,  
uictor, nec longum laetabere; te quoque fata 740  
prospectant paria, atque eadem mox arua tenebis.'  
ad quae subridens mixta Mezentius ira:  
'nunc morere. ast de me diuum pater atque homi-  
num rex  
uiderit.' hoc dicens eduxit corpore telum:  
olli dura quies oculos et ferreus urget 745  
somnia; in aeternam clauduntur lumina noctem.  
Caedicus Alcaethum obrunecat, Sacratior Hydaspen,  
Partheniumque Rapo et praedurum uiribus Orsen,  
Messapus Croniumque Lycaoniumque Erichaeten,  
illum infrenis equi lapsu tellure iacentem, 750  
hunc peditem pedes. et Lycius uircesserat Agis;  
quem tamen haut expers Valerus uirtutis auitae.  
deicit; at Thronium Salius, Saliumque Nealces,  
insidiis, iaculo et longe fallente sagitta.  
Iam grauis aequabat luctus et mutua Mauors 755  
funera; caedebant pariter pariterque ruebant  
uictores uictique; neque his fuga nota, neque illis.  
di Iouis in tectis iram miserantur inanem  
amborum, et tantos mortalibus esse labores;  
hinc Venus, hinc contra spectat Saturnia Iuno. 760  
pallida Tisiphone media inter milia saeuit.  
at uero ingentem quatiens Mezentius hastam  
turbidus ingreditur campo. quam magnus Orion,  
cum pedes incedit mediis per maxima Nerei  
stagna uiam scandens, uero supereminet undas,  
aut, summis referens annosam montibus ornum, 766  
ingrediturque solo et caput inter nubila condit:  
talis se uastis infert Mezentius armis.  
huic contra Aeneas, speculatus in agmine longo,  
obuius ire parat. manet inperterritus ille, 770  
hostem magnanimum opperiens, et mole sua stat;  
atque oculis spatium emensus, quantum satis hastae:  
'dextra mihi deus et telum, quod missile libro,  
nunc adsint! uoueo praedonis corpore raptis  
indutum spoliis ipsum te, Lause, tropaeum 775  
Aeneae.' dixit, stridentemque eminus hastam

iecit; at illa uolans clipeo est excussa, proculque  
egregium Antorem latus inter et illa figit,  
Herculis Antorem comitem, qui missus ab Argis  
haeserat Euandro, atque Itala conseraderat urbe. 780  
sternitur infelix alieno uulnere, caelumque  
aspicit, et dulcis moriens reminiscitur Argos.  
tum pius Aeneas hastam iacit; illa per orbem  
aere cauum triplici, per linea terga, tribusque  
transiit intextum tauris opus, imaque sedit 785  
inguine; sed uires haud pertulit. ocius ensem  
Aeneas, uiso Tyrrheni sanguine laetus,  
eripit a femine, et trepidanti feruidus instat.  
ingemuit cari grauitur genitoris amore,  
ut uidit, Lausus, lacrimaeque per ora uolutae. 790  
hic mortis durae casum tuaque optima facta,  
si qua fidem tanto est operi latura uetustas,  
non equidem, nec te, iuuenis memorande, silebo.  
ille pedem referens et inutilis inque ligatus  
cedebat, clipeoque inimicum hastile trahebat. 795  
proripuit iuuenis seseque immiscuit armis,  
iamque adsurgens dextra plagamque ferentis  
Aeneae subiit mucronem, ipsumque morando  
sustinuit; socii magno clamore secuntur,  
dum genitor nati parma protectus abiret, 800  
telaque coniciunt, proturbantque eminus hostem  
missilibus. furit Aeneas, tectusque tenet se.  
ac uelut effusa si quando grandine nimbi  
praecipitant, omnis campis diffugit arator,  
omnis et agricola, et tuta latet arce uiator, 805  
aut amnis ripis, aut alii fornice saxi,  
dum pluit in terris, ut possint sole reducto  
exercere diem: sic obrutus undique telis  
Aeneas nubem belli, dum detonet omnis,  
sustinet, et Lausus increpatit Lausoque minatur:  
'quo moriture ruis, maioraque uiribus audes? 811  
fallit te incautum pietas tua.' nec minus ille  
exultat demens; saeuae iamque altius irae  
Dardanio surgunt ductori, extremaque Lauso  
Parcae fila legunt: ualidum namque exigit ensem  
per medium Aeneas iuuenem, totumque recondit. 816  
transiit et parmam mucro, leuia arma minacis,  
et tunicam, mollis mater quam neuera auro,  
impleuitque sinum sanguis; tum uita per auras  
concessit maesta ad manis, corpusque reliquit. 820  
at uero ut uultum uidit morientis et ora,  
ora modis Anchisiades pallentia miris,  
ingemuit miserans grauitur, dextramque tetendit,  
et mentem patriae subiit pietatis imago.  
'quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis,  
quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum? 826  
arma, quibus laetatus, habe tua; teque parentum  
manibus et cineri, si qua est ea cura, remitto.  
hoc tamen infelix miseram solabere mortem:  
Aeneae magni dextra cadis.' increpatit ultro 830  
cunctantibus socios, et terra subleuat ipsum,  
sanguine turpantem comptos de more capillos.  
Interea genitor Tiberini ad fluminis undam  
uulnera siccabat lymphis, corpusque leuabat  
arboris adelinis trunco. procul aerea ramis 835  
dependet galea, et prato grauia arma quiescunt.  
stant lecti circum iuuenes; ipse aeger, anhelans,  
colla fouet, fusus propexam in pectore barbam;  
multa super Lauso rogat, multosque remittit,  
qui renocent, maestique ferant mandata parentis.  
at Lausus socii exanimem super arma ferebant 841  
flentes, ingentem atque ingenti uulnere uictum.  
adgnouit longe gemitum praesaga mali mens.  
canitium multo deformat puluere, et ambas  
ad caelum tendit palmas, et corpore inhaeret. 845  
'tantane me tenuit uiuendi, nate, uoluptas,

709 multosue P. 712 propiusque P. 718 "tergo scuto" Seruius. 727 incumbens M. lauauit R. 737 uiris Asper. 742 ad quem R. 754 insignis iaculo M<sup>1</sup>, Ti. Donatus. 756 cedebant P R, agnoscit Seruius. 762 Medientius Nonius 272. 763 campum M. 769 hunc M P. 770 ipse Nonius p. 349. 791 optime R M<sup>1</sup>, agnoscit Seruius. 796 proripit P R. 797 dextrae P, Seruius, fortasse recte. 798 subiit M. 805 arte M P R, Seruius, Ti. Donatus. 807 pluit M<sup>1</sup> P R. 809 detinet P<sup>2</sup> M. 812 fillet P. 815 lina P. 819 sinus M<sup>1</sup>. 823 grauitur miserans M. 824 strinxit M pro subiit. 834 lauabat M P R. 835 ramo pro trunco R. 838 in corpore P. 839 rogatans P. 844 inuando pro multo M<sup>1</sup>.

ut pro me hostili paterer succedere dextrae,  
quem genui? tuane haec genitor per uolnera seruor,  
morte tua uiuens? heu, nunc misero mihi denum  
exitum infelix! nunc alte uulnus adactum! 850  
idem ego, nate, tuum maculaui crimine nomen,  
pulsus ob inuidiam solio sceptrisque paternis.  
deberam patriae poenas odisque meorum:  
omnis per mortes animam sentem ipse dedissem: 854  
nunc uiuo, neque adhuc homines lucemque relinquo,  
sed linquam.' simul hoc dicens attollit in aegrum  
se femur, et, quamquam uis alto inludere tardat,  
haut deiectus equum duci iubet. hoc decus illi,  
hoc solamen erat; bellis hoc uictor abibat  
omnibus. adloquitur maerentem, et talibus inquit:  
'Rhaebe, diu, res si qua diu mortalibus ulla est, 861  
uiximus. aut hodie uictor spolia illa erenti  
et caput Aeneae referes, Lausique dolorum  
ultor eris mecum, aut, aperit si nulla uiam uis,  
occumbes pariter; neque enim, fortissime, credo,  
iussa aliena pati et dominos dignabere Teucros.' 866  
dixit, et exceptus tergo consueta locauit  
membra, manusque ambas iaculis onerauit acutis,  
aere caput fulgens, cristaque hirsutus equina.  
sic cursum in medios rapidus dedit. aestuat ingens  
uno in corde pudor mixtoque insaniam luctu, 871  
[et furis agitata amor et conscia uirtus.]  
atque hic Aeneas magna ter uoce uocauit.  
Aeneas agnouit enim, laetusque precatur:  
'sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo; 875  
incipias conferre manum.  
tantum effatus, et infesta subit obuius hasta.

ille autem: 'quid me erepto, saeuissime, nato  
terres? haec uia sola fuit, qua perdere posses.  
nec mortem horremus, nec diuum parcimus ulli. 880  
desine: nam uenio moriturus, et haec tibi porto  
dona prius.' dixit, telumque intorsit in hostem;  
inde aliud super atque aliud figitque, uolatque  
ingenti gyro; set sustinet aureus umbo.  
ter circum adstantem laeuos equitauit in orbis, 885  
tela manu iaciens; ter secum Troias heros  
immanem aerato circumfert tegmine siluam.  
inde ubi tot traxisse moras, tot spicula taedet  
uellere, et urguetur pugna congressus iniqua,  
multa mouens animo iam tandem erumpit, et inter  
bellatoris equi caua tempora conicit hastam. 891  
tollit se arrectum quadrupes, et calcibus auras  
uerberat, effusumque equitem super ipse secutus  
implicat, eicectoque incumbit cernuus armo.  
clamore incendunt caelum Troesque Latini. 895  
aduolat Aeneas, uaginaque eripit ense,  
et super haec: 'ubi nunc Menestheus acer, et illa  
effera uis animi?' contra Tyrrhenus, ut auras  
suspiciens hausit caelum, mentemque recepit:  
'hostis anare, quid increpitas mortemque minaris?  
nullum in caede nefas; nec sic ad proelia ueni; 901  
nec tecum meus haec pepigit milii foedera Lausus.  
unum hoc, per, si qua est uictis uenia hostibus, oro:  
corpus humo patiare tegi. scio acerba meorum  
circumstare odia: hunc, oro, defende furorem; 905  
et me consortem nati concede sepulchro.'  
haec loquitur, iuguloque haut inscius accipit ense,  
undantique animam diffundit in arma cruore.

## LIBER VNDECIMVS

Oceanum interea surgens Aurora reliquit.  
Aeneas, quamquam et sociis dare tempus inmandis  
praecipitant crae turbataque funere mens est,  
uota deum primo uictor soluebat Eoo.  
ingentem quercum decisis undique ramis 5  
constituit tumulo, fulgentiaque indit arma,  
Mezenti ducis exuuias, tibi, magne, tropaeum,  
Bellipotens; aptat rorantis sanguine cristas  
telaque trunca uiri et bis sex thoraca petitura  
subligat, atque ense colla suspendit eburnum.  
tum socios, namque omnis eum stipata tegebat  
turba ducum, sic incipiens hortatur orantis:  
'maxima res effecta, uiri; timor omnis abesto,  
quod superest; haec sunt spolia et de rege superbo  
primitiae, manibusque meis Mezentius hic est. 16  
nunc iter ad regem nobis murosque Latinos.  
arma parate amicus, et spe praesumite bellum,  
ne qua mora ignaros, ubi primum uellere signa  
aduerint superi pubemque educere castris, 20  
inpediat, segnisne metu sententia tardet.  
interea socios inhumataque corpora terrae  
mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo.  
ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis  
hanc patriam peperere suo, decorate supremis 25  
muneribus, maestamque Euerandi primus ad urbem  
mittatur Pallas, quem non uirtutis egentem  
abstulit atra dies et funere mersit acerbo.'  
Sic ait inlaerimans recipitque ad limina gressum,  
corpus ubi exanimis positum Pallantis Aeocetes 30

seruabat senior, qui Parrhasio Euandro  
amiger ante fuit, sed non felicibus aequae  
tum comes auspiciis caro datus ibat alumno.  
circum omnis famulumque manus Troianaque turba  
et maestum Iliades crinem de more soluta. 35  
nt uero Aeneas foribus sese intulit altis,  
ingentem genitum tunsis ad sidera tollunt  
pectoribus, maestoque immugit regia luctu.  
ipse, caput niuei fultum Pallantis et ora  
ut uidit lenique patens in pectore nultus 40  
cuspidis Ausoniae, lacrimis ita fatur obortis:  
'tene, inquit, miserande puer, cum laeta ueniret,  
inuidit fortuna mihi, ne regna uideres  
nostra, neque ad sedes uictor uelherere paternas?  
non haec Euandro de te promissa parenti 45  
discedens dederam, cum me complexus euntem  
mitteret in magnum imperium, metuensque moneret  
aeris esse viros, cum dura proelia gente,  
et nunc ille quidem spe multum captus inani  
fors et uota facit, cumulatque altaria donis; 50  
hi nostri reditus, expectatique triumphi?  
haec mea magna fides? at non, Euandre, pudendis  
uulneribus pulsum aspicias; nec sospite dirum 56  
optabis nato funus pater. ei mihi, quantum  
praesidium Ausonia et quantum tu perdis, Iule!'  
Haec ubi dellenit, tolli miserabile corpus  
imperat, et toto lectos ex agmine mittit 60

850 exitum g<sup>1</sup>, Seruius, Ti. Donatus. 857 tardet P<sup>2</sup> M<sup>2</sup>. 860 talia fatur R. 862 cruenta P<sup>2</sup> M<sup>2</sup> R, cruenti P<sup>1</sup>, agnoscit Seruius. 863 dolorem P. 870 cursu—redit R. 872 om. M<sup>1</sup> P<sup>2</sup> R, non interpretatur nec Seruius nec Ti. Donatus. 883 fugitque M<sup>1</sup> P<sup>1</sup>. 884 acreus P. 894 cernuus P<sup>2</sup> R. 898 et auras M<sup>2</sup> P<sup>2</sup>. 908 defundit R. anima—cruorem P<sup>1</sup>.

XI 8 roranti R. 21 segnisque M<sup>2</sup> P. 23 sub imo est M<sup>2</sup> R. 30 exanimis R<sup>1</sup>. 51 exanimem R. 54 exoptati R. 60 ordine P<sup>2</sup> R.

mille uiros, qui supremum comitentur honorem  
 intersintque patris lacrimis, solacia luctus  
 exigua ingentis, misero sed debita patri.  
 haud segnes alii crates et molle feretrum  
 arbuteis texunt uirgis et uimine querno, 65  
 exstructosque toros obtentu frondis inumbrant.  
 hic iuuenem agresti sublimem stramine ponunt:  
 qualem uirgineo demessum pollice florem,  
 seu mollis uiolae seu languentis hyacinthi,  
 cui neque fulgor adhuc nec dum sua forma recessit;  
 non iam mater alit tellus, uiresque ministrat. 71  
 tum geminas uestes auroque ostroque rigentes  
 extulit Aeneas, quas illi laeta laborum  
 ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido  
 fecerat, et tenui telas discreuerat auro. 75  
 harum unam iuueni supremum maestus honorem  
 induit, arsurasque comas obnubuit amictu;  
 multaque praeterea Laurentis praemia pugnae  
 aggerat, et longo praedam iubet ordine duci.  
 addit equos et tela, quibus spoliauerat hostem. 80  
 uinxerat et post terga manus, quos mitteret umbris  
 inferias, caeso sparsurus sanguine flammis;  
 indutosque iubet truncos hostilibus armis  
 ipsos ferre duces, inimicaeque nomina figi.  
 ducitur infelix aeuo confectus Acoetes, 85  
 pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora;  
 sternitur et toto proiectus corpore terrae.  
 ducunt et Rutulo perfusus sanguine currus.  
 post bellator equus, positus insignibus, Aethon,  
 il lacrimans, guttisque uinctat grandibus ora. 90  
 hastam alii galeamque ferunt; nam cetera Turnus  
 uictor habet. tum maesta phalanx Teucrique se-  
 quuntur  
 Tyrrhenique omnes et uersis Arcades armis.  
 postquam omnis longe comitum praecesserat ordo,  
 substitit Aeneas, gemituque haec addidit alto: 95  
 'nos alias hinc ad lacrimas eadem horrida belli  
 fata uocant: salue aeternum mihi, maxime Palla,  
 aeternumque uale.' nec plura effatus ad altos  
 tendebat muros gressumque in castra ferebat.  
 Iamque oratores aderant ex urbe Latina, 100  
 nelati ramis oleae, ueniamque rogantes:  
 corpora, per campos ferro quae fusa iacebant,  
 redderet, ac tumulo sineret succedere terrae;  
 nullum cum uictis certamen et aethere cassis;  
 parceret hospitibus quondam socerisque uocatis. 105  
 quos bonus Aeneas, haut asperranda precantes,  
 prosequitur uenia, et uerbis haec insuper addit:  
 'quaenam uos tanto fortuna indigna, Latini,  
 implicuit bello, qui nos fugatiis amicos?  
 pacem me exanimis et Martis sorte peremptis 110  
 oratis? equidem et uiuis concedere uellem.  
 nec ueni, nisi fata locum sedemque dedissent;  
 nec bellum cum gente gero: rex nostra reliquit  
 hospitia, et Turni potius se credidit armis.  
 aequius huic Turnum fuerat se opponere morti. 115  
 si bellum finire manu, si pellere Teucros  
 apparat, his mecum decuit concurrere telis;  
 uixet, cui uitam deus aut sua dextra dedisset.  
 nunc ite et miseris supponite ciuibus ignem.'  
 dixerat Aeneas. illi opstipere silentes, 120  
 conuersique oculos inter se atque ora tenebant.  
 tum senior, semperque odiis et crimine Drances  
 infensus iuueni Turno sic ore uicissim  
 orsa refert: 'o fama ingens, ingentior annis,  
 uir Troiane, quibus caelo te laudibus aequem? 125  
 iustitiaene prius mirer, belline laborum?  
 nos uero haec patriam grati referemus ad urbem,  
 et te, si qua uiam dederit fortuna, Latino  
 iungemus regi. quaerat sibi foedera Turnus.

quin et fatalis murorum attollere moles, 130  
 saxaque subuectare umeris Troiana iunabit.'  
 dixerat haec, unoque omnes eadem ore fremebant.  
 bis senos pepigere dies, et pace sequestra  
 per siluas Teucri mixtisque impune Latini  
 errauere iugis. ferro sonat ieta bipenni 135  
 fraxinus; euertunt actas ad sidera pinus;  
 robora nec cuneis et olentem scindere cedrum,  
 nec plaustris cessant uectare gementibus ornos.  
 Et iam Fama uolans, tanti praenuntia luctus,  
 Euandrum Euandrique domos et moenia replet, 140  
 quae modo uictorem Latio Pallanta ferebat.  
 Arcades ad portas ruere, et de more uetusto  
 funereas rapuere faces; luctet uia longo  
 ordine flammaram, et late discriminat agros.  
 contra turba Phrygum ueniens plangentia lungit 145  
 agmina. quae postquam matres succedere tectis  
 uiderunt, maestam incendunt clamoribus urbem.  
 at non Euandrum potis est uis ulla tenere;  
 sed uenit in medios. feretro Pallanta reposito  
 procubuit super, atque haeret lacrimansque gemens-  
 que, 150  
 et uia uix tandem uocis laxata dolore est:  
 'non haec, o Palla, dederas promissa parenti,  
 cautius ut saeuo uelles te credere Marti.  
 haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis  
 et praedule decus primo certamine posset. 155  
 primitiae iuuenis miserae, bellique propinqui  
 dura rudimenta et nulli exaudita deorum  
 uota precesque meae! tuque, o sanctissima coniunx,  
 felix morte tua, neque in hunc seruata dolorem!  
 contra ego uiuendo uici me fata, superstes 160  
 restarem ut genitor. Troum socia arma secutum  
 obruerent Rutuli telis! animam ipse dedissem,  
 atque haec pompa domum me, non Pallanta, referret!  
 nec uos arguerim, Teucri, nec foedera, nec quas  
 innoximus hospitio dextras; sors ista senectae 165  
 debita erat nostrae. quod si immatura manebat  
 mors gnatum, caesis Volsecorum milibus ante  
 ducentem in Latium Teucros cecidisse iunabit.  
 quin ego non alio digner te funere, Palla, 169  
 quam pius Aeneas, et quam magni Phryges, et quam  
 Tyrrhenique duces, Tyrrhenum exercitus omnis.  
 magna tropaea ferunt, quos dat tua dextera leto;  
 tu quoque nunc stares inmanis truncus in armis,  
 esset par aetas et idem si robur ab annis,  
 Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis?  
 uadite et haec memores regi mandata referte: 176  
 quod nitam moror inuisam, Pallante perempto,  
 dextera causa tua est, Turnum gnatoque patrique  
 quam debere uides. meritis uacat hic tibi solus  
 fortunaeque locus. non uitae gaudia quaero; 180  
 nec fas; sed gnato Manis perferre sub imos.'  
 Aurora interea miseris mortalibus animam  
 extulerat lucem, referens opera atque labores:  
 iam pater Aeneas, iam curuo in litore Tarchon  
 constituere pyras. huc corpora quisque suorum 185  
 more tulere patrum; subiectisque ignibus atris  
 conditur in tenebras altum caligine caelum.  
 ter circum accensos, cineti fulgentibus armis,  
 decurrere rogos; ter maestum funeris ignem  
 lustrauere in equis, ululatusque ore dedere. 190  
 spargitur et tellus lacrimis, sparguntur et arma.  
 it caelo clamorque uirum clangorque tubarum.  
 hic alii spolia occisis derepta Latinis  
 coniciunt igni, galeas ensesque decoros  
 frenaque feruentisque rotas; pars minera nota, 195  
 ipsorum clipeos et non felicia tela.  
 multa boum circa mactantur corpora morti,  
 saetigerosque sues raptasque ex omnibus agris

68 demissum P. 82 flammam R. 84 fingi R. 93 Tyrrhenique duces R, Seruius. 95 edidit M<sup>2</sup> R. 97 Pallas R. 101 precantes R. 126 iustitiaene M R, agnoscit Seruius. laborem R. iustitiam—laborem uidetur legisse Ti. Donatus. 131 subiectare P. 136 pinos M. 140 complet M<sup>2</sup>. 142 legebatur etiam Seruii tempore Arcades at (uel ut) portis ruere. 149 Pallante M<sup>1</sup> P R, Seruius. 150 procumbit R. 151 uoci R M<sup>2</sup>. sed cf. Lucr. 6 1148 uelceribus uocis uia saepta coibat. 152 "alii non parenti sed petenti legunt" Seruius. 164 arguerem R. 168 iuuaret M R, Ti. Donatus. 169 "alii dignem legunt iuxta ueteres" Seruius.



in flammam iugulant pecudes. tum litore toto  
ardentis spectant socios, semustaque seruant 200  
busta, neque auelli possunt, nox umida donec  
inuertit caelum stellis ardentibus aptum.

Nec minus et miseri diuersa in parte Latini  
innumeras struxere pyras; et corpora partim  
multa uirum terrae infodiunt, auectaue partim 205  
finitimos tollunt in agros, urbiq; remittunt;  
cetera, confusaeque ingentem caedis acerrum,  
nec numero nec honore cremant; tunc undique uasti  
certatim crebris conlucent ignibus agri.

tertia lux gelidam caelo dimouerat umbram: 210  
maerentes altum cinerem et confusa ruebant  
ossa focis, tepidoque onerabant aggere terrae.  
iam uero in teetis, praediuitis urbe Latini,  
praecepius fragor et longi pars maxima luctus.  
hie matres miseracque nurus, hie cara sororum 215  
pectora maerentium, puerique parentibus orbi,  
dirum exacerantur bellum Turnique hymenaeos;  
ipsum armis, ipsumque iubent decernere ferro,  
qui regnum Italiae et primos sibi poseat honores.  
ingrauat haec saeuus Draecoes, solumque uocari 220  
testatur, solum posei in certamina Turnum.  
multa simul contra uariis sententia dietis  
pro Turno; et magnum reginae nomen obumbrat;  
multa uirum meritis sustentat fama tropaeis.

Hos inter motus, medio in flagrante tumultu, 225  
ecce super maesti magna Diomedis ab urbe  
legati responsa ferunt: nihil omnibus actum  
tantorum impensis operum; nil dona neque aurum  
nec magnas ualuisse preces; alia arma Latinis  
quaerenda, aut pacem Troiano ab rege petendum.  
deficit ingenti luctu rex ipse Latinus. 231

fatalem Aenean manifesto numine ferri  
admonet ira deum tumulique ante ora recentes.  
ergo concilium magnum primosque snorum  
imperio accitos alia intra limina cogit. 235

olli conuenere, fluuntque ad regia plenis  
tecta uis. sedet in mediis et maximus aeno  
et primus sceptris, haut laeta fronte, Latinus.  
atque hie legatos Aetola ex urbe remissos,  
quae referant, fari iubet, et responsa reposcit 240  
ordine enucta suo. tum facta silentia linguis,  
et Venulus dicto parens ita farier inlit:

‘Vidimus, o ciues, Diomede Argiuaque castra,  
atque iter emensi casus superauimus omnis,  
contiguimusque manum qua concidit Iliia tellus. 245  
ille urbem Argyripam patriae cognomine gentis  
nictor Gargani condebat lapygis agris.

postquam introgressi et eorum data copia fandi,  
munera praefereimus, nomen patriamque docemus;  
qui bellum intulerint, quae causa attraxerit Arpos,  
auditis ille haec placido sic reddidit ore: 251

“o fortunatae gentes, Saturnia regna,  
antiqui Ansoni, quae nos fortuna quietos  
sollicitat, suadetque ignota laessere bella?  
quicumque Iliacos ferro niolauimus agros, 255

(mitto ea quae muris bellando exhausta sub altis,  
quos Simois prenat ille uiros) infanda per orbem  
supplicia et scelerum poenas expendimus omnes,  
uel Priamo miseranda manus; scit triste Mineruae  
sidus et Euboicae cautes intorque Capherens. 260

militia ex illa diuersam ad litus abacti  
Atrides Protei Menelaus adusque columnas  
exulat, Aetnaeos uidit Cyclopaes Vlixes.  
regna Neoptolemi referam, uersosque penatis  
Idomenei? Libycone habitantis litore Locros? 265

ipse Myceanaeus magnorum ductor Achiuom  
coniugis infandae prima intra limina dextra  
oppetit; deuictam Asiam subsedit adulter.  
inuidisse deos, patriis ut redditis aris  
coniugium optatum et pulchram Calydon a uiderem?  
nunc etiam horribili uisu portenta secuntur, 271  
et socii amissi petierunt aethera pinnis  
fluminibusque uagantur aues, heu dira meorum  
supplicia! et scopulos lacrimosis uocibus implent.  
haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt 275  
tempore, cum ferro caelestia corpora demens  
adpetii et Veneris uiolanti uolueret dextram.  
ne uero, ne me ad talis impellite pugnas.  
nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum  
Pergama; nec ueterum memini laetorae malorum.  
munera, quae patriis ad me portatis ab oris, 281  
uertite ad Aenean. stetimus tela aspera contra,  
contulimusque manus: experto credite quantus  
in clipeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam.  
si duo praeterea talis Idaea tulisset 285  
terra uiros, ultro Inachias uenisset ad urbes  
Dardanus, et uersis luget Graecia fatis.  
quidquid apud durae cessatum est moenia Troiae,  
Hectoris Aeneaque manu uictoria Graium  
haesit et in decimum uestigia rettulit annum. 290  
ambo animis, ambo insignes praestantibus armis;  
hie pietate prior. cocant in foedera dextrae,  
qua datur; ast armis concurrant arma caeuae.”  
et responsa simul quae sint, rex optime, regis  
audisti, et quae sit magno sententia bello.” 295

Vix ea legati: uariisque per ora cneurrit  
Ansonidum turbata frenor; ceu saxa morantur  
cum rapidos annis, lit clauso gurgite murmur,  
uicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.  
ut primum placati animi, et trepida ora quierunt,  
praefatus dnos solio rex inlit ab alto: 301

‘Ante equidem summa de re statuisset, Latini,  
et uellem et fnerat melius; non tempore tali  
cogere concilium, cum muros adsidet hostis.  
bellum inportunum, ciues, cum gente deorum 305  
inuictisque uiris gerimus, quos nulla fatigant  
proelia, nec uieti possunt assistere ferro.  
spem si quam adscitis Aetolum habuistis in armis,  
ponite. spes sibi quisque; sed haec quam angusta,  
uidetis.

cetera qua rerum iaceant percussa ruina, 310  
ante oculos interque manus sunt omnia uestras.  
nec quemquam inueto: potuit quae plurima uirtus  
esse, fuit; toto certatum est corpore regni.  
nunc adeo, quae sit dubiae sententia menti,  
expediam et paucis, animos adhibete, docebo. 315  
est antiquus ager Tusco mihi proximus anni,  
longus in oceanum, finis super usque Sicanos;  
Aurunci Rutulique serunt, et nomere duros  
exercent colles, atque horum asperrima paseunt.  
haec omnis regio et celsi plaga pinea montis 320  
cedat amicitiae Teucrorum; et foederis aequas  
dicamus leges, sociosque in regna nocemus;  
considant, si tantus amor, et moenia condant.  
sin alios finis aliamque capessere gentem  
est animus, possuntque solo decedere nostro: 325  
his denas Italo texannus robore nauis,  
sen plus complere ualent; iacet omnis ad undam  
materies; ipsi numerumque modumque carinis  
praecipiant; nos aera, manus, naualia demus.  
praeterea, qui dicta ferant et foedera firmant, 330  
centum oratores prima de gente Latinos  
ire placet, pacisque manu praetendere ramos,  
munera portantis anrique eborisque talenta

202 fulgentibus R. 207 stragis R. 214 longe pro longi probant Seruius et Ti. Donatus. 220 et saeuus Draecoes P. 224 simul pro uirum M<sup>1</sup>. 226 “legitur et magni” Seruius. 230 petendam M<sup>1</sup> P R. 235 uocata R. 236 ruunt M. 243 Diomedem M P R, “aut Diomedem legendum—aut Diomedem” (Διομήδης) Seruius, qui probat Diomedem. 248 congressi R. 255 populanius R. 258 “alii sceleris ouis legunt” Seruius. 261 adacti M. 267 inter P. 263 deuictam Asiam M P R, “melius—est ut deuicta Asia legamus” Seruius, deuicta Asia id. Aen. 5 498. possedit M<sup>2</sup> R. 272 “legunt nonnulli et admissis pinnis, sed melius est auissi” Seruius. 275 haec caelem P. 279 diruta R (? pro deruta?) bellum est R. 284 iusurgat Nonius 296. 288 certatum est M<sup>2</sup>. 294 regum R. 300 rabida ora R. 304 obsidet M. 324 aliamue P.

et sellam regni trabeamque insignia nostri.  
consulite in medium, et rebus succurrite fessis.' 335

Tum Drances, idem infensus, quem gloria Turni  
obliqua inuidia stimulisque agitabat amaris,  
largus opum, et lingua melior, sed frigida bello  
dextera, consiliis habitus non futilis auctor,  
seditione potens : genus huic materna superbum 340  
nobilitas dabat, incertum de patre ferebat ;  
surgit, et his onerat dictis atque aggerat iras :  
' remi nulli obscuram, nostrae nec uocis egentem,  
consulis, o bone rex ; cuncti se scire fatentur,  
quid fortuna ferat populi ; set dicere mussant. 345  
det libertatem fandi, flatusque remittat,  
cuius ob auspicium infaustum moresque sinistros—  
dicam equidem, licet arma mihi mortemque mine-

lumina tot cecidisse ducum totamque uidemus  
consedisse urbem luctu, dum Troia temptat 350  
castra, fugae fidens, et caelum territat armis.  
unum etiam donis istis, quae plurima mitti  
Dardanidibus dicique iubes, unum, optime regum,  
adicias ; nec te ullius uiolentia uincat,  
quin gnatam egregio genero dignisque hymenaeis 355  
des pater, et pacem hanc aeterno foedere firmes.  
quod si tantus habet mentes et pectora terror,  
ipsum obtestemur, ueniamque oremus ab ipso,  
cedat ; ius proprium regi patriaeque remittat.  
quid miseros totiens in aperta pericula cuius 360  
proicis, o Latio caput horum et causa malorum ?  
nulla salus bello ; pacem te poscimus omnes,  
Turne, simul pacis solum inuolabile pignus.  
primus ego, inuisum quem tu tibi fingis, et esse  
nil moror, en supplex uenio. miserere tuorum, 365  
pone animos, et pulsus abi. sat funera fusi  
nidimus, ingentis et desolauimus agros.  
aut, si fama mouet, si tantum pectore robur  
concepis, et si adeo dotalis regia cordi est,  
aude, atque aduersum findens fer pectus in hostem.  
scilicet, ut Turno contingat regia coniunx, 371  
nos, animae uiles, inhumata inflataque turba,  
sternamur campis. etiam tu, si qua tibi uis,  
si patrii quid Martis habes, illum aspice contra,  
qui uocat.' 375

Talibus exarsit dictis uiolentia Turni ;  
dat gemitum, rumpitque has imo pectore uoces :  
' larga quidem, Drance, semper tibi copia fandi  
tum, cum bella manus poscunt ; patribusque uocatis  
primus ades. sed non replenda est curia uerbis, 380  
quae tuo tibi magna uolant, dum distinct hostem  
agger moerorum, nec inundant sanguine fossae.  
proinde tona eloquio, solitum tibi ; neque timoris  
argue tu, Drance, quando tot stragis aceruos  
Teucrorum tua dextra dedit, passimque tropaeis 385  
insignis agros. possit quid uiuida uirtus,  
experiare licet ; nec longe scilicet hostes  
quaerendi nobis ; circumstant undique muros.  
imus in aduersos ! quid cessas ? an tibi Mauors  
uentosa in lingua pedibusque fugacibus istis 390  
semper erit ?  
pulsus ego ? aut quisquam merito, foedissime, pulsum  
arguet, Iliaco tumidum qui crescere Thybrim  
sanguine et Euandri totam cum stirpe uidebit  
procubuisse domum, atque exutos Arcadas armis ?  
haut ita me experti Bitias et Pandarus ingens, 396  
et quos mille die uictor sub Tartara misi  
includis muris hostilique aggere saeptus.  
' nulla salus bello.' capiti cane talia, demens,  
Dardanio rebusque tuis. proinde omnia magno 400

ne cessa turbare metu, atque extollere uires  
gentis bis uictae, contra premere arma Latini.  
nunc et Myrmidonum proceres Phrygia arma tremescunt,

nunc et Tydides et Larissaeus Achilles,  
amnis et Hadriacas retro fugit Auidus undas. 405  
uel cum se pauidum contra mea iurgia fingit  
artificis scelus, et formidine crimen acerbat.  
numquam animam talem dextra hac, absiste moueri,  
amittes ; habitet tecum et sit pectore in isto.  
nunc ad te, et tua magna, pater, consulta reuertor.  
si nullam nostris ultra spem ponis in armis, 411  
si tam deserti sumus, et semel agmine uerso  
funditus occidimus, neque habet Fortuna regressum,  
oremus pacem, et dextras tendamus inertis.  
quamquam o si solitae quicquam uirtutis adesses !  
ille mihi ante alios fortunatusque laborum 416  
egregiusque animi, qui, ne quid tale uideret,  
procubuit moriens, et humum semel ore momordit.  
sin et opes nobis et adhuc intacta iuuentus,  
auxilioque urbes Italiae populique supersunt, 420  
sin et Troianis cum multo gloria uenit  
sanguine :—sunt illis sua funera, parque per omnis  
tempestas—cur indecoris in limine primo  
deficimus ? cur ante tubam tremor occupat artus ?  
multa dies uariique labor mutabilis aevi 425  
rettulit in melius ; multos alterna reuiscens  
lusit et in solido rursus fortuna locauit.  
non erit auxilio nobis Aetolus et Arpi :  
at Messapus erit felixque Tolumnius et quos  
tot populi misere duces ; nec parua sequetur 430  
gloria delectos Latio et Laurentibus agris.  
est et Volscorum egregia de gente Camilla,  
agmen agens equitum et florentis aere cateruas.  
quod si me solum Teucris in certamina poscunt,  
idque placet, tantumque bonis communibus obsto, 435  
non adeo has exosa manus Victoria fugit,  
ut tanta quicquam pro spe temptare recusem.  
ibo animis contra, uel magnum praestet Achillen  
factaque Volcani manibus paria induat arma  
ille licet. uobis animam hanc socioque Latino 440  
Turnus ego, haut ulli ueterum uirtute secundus,  
deuoui. "solum Aeneas uocat." et uocet oro ;  
nec Drances potius, siue est haec ira deorum,  
morte luat, siue est uirtus et gloria, tollat.'

Illi haec inter se dubiis de rebus agebant 445  
certantes : castra Aeneas aciemque mouebat.  
nuntius ingenti per regia tecta tumultu  
ecce ruit, magnisque urbem terroribus implet :  
instructos acie Tiberino a flumine Teucros  
Tyrrhenamque manum totis descendere campis. 450  
exemplo turbati animi concussaue uolgi  
pectora, et arrectae stimulis haut mollibus irae.  
arma manu trepidi poscunt ; fremit arma iuuentus,  
flent maesti mussantque patres. hic undique clamor  
dissensu uario magnus se tollit ad auras : 455  
haut secus atque alto in luco cum forte ceteruae  
consedere auium, piscosoue amne Padusae  
dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.  
' immo, ait, o ciues, arrepto tempore Turnus,  
cogite concilium, et pacem laudate sedentes : 460  
illi armis in regna ruant.' nec plura locutus  
corripuit sese et tectis citus extulit altis.  
' tu, Voluse, armari Volscorum edice manipulis :  
duc, ait, et Rutulos. equitem, Messapus, in armis,  
et cum fratre Coras, latis diffundite campis. 465  
pars aditus urbis firmet, turrisque capessat ;  
cetera, qua iusso, mecum manus inferat arma.'

335 *uestris* P. 338 *linguae* P<sup>1</sup> et Seruius. 345 *petat* M<sup>1</sup>. 356 *iungas* M<sup>1</sup> pro *firmes*. 358 "ueniamque oremus ab ipso cedat : Asper hic distinguit, i.e. hanc ueniam oremus ut cedat" Seruius. 366 *funere fuso* P<sup>1</sup>. *fusus* M. 367 *designauimus* P. 369 *aut si* M. 373 *sternemur* probat Ti. Donatus. 378 *semper Drance* P R. 381 *detinet* M. 382 *aggere* M P R. *murorum* P<sup>2</sup> R. *fossas* Priscian. l p. 394 K, qui *fossae* agnoscit. 406 *iactat pro fingit* Quint. 9 3 14. 410 *magne pater* M, Ti. Donatus. 412 *simul pro semel* P. 414 *inermis* Seruius Aen. 1 487. 418 *memordit* P<sup>1</sup>. 422 *suntque* R. "illis : legitur et illi" Seruius. 425 *uarii* R M<sup>1</sup> P<sup>1</sup>, Seruius, *uarius* M<sup>2</sup> P<sup>2</sup>. 428 *auxilium* π, quod manifestum interpretamentum est. 439 *induit* P. 451 *animo* R. 455 *in auras* P R. 457 *piscosoque* P. 463 *maniplos* P. 464 *equites* P<sup>2</sup>. 466 *firment* M<sup>1</sup> R. *capessant* R.

ilicēt in muros tota discurrunt urbe.  
 consilium ipse pater et magna incepta Latinus  
 deserit ac tristi turbatus tempore differt, 470  
 multaque se incesat, qui non acceperit ultro  
 Dardanum Aenean, generumque adscernerit urbi.  
 praefodiunt alii portas, aut saxa sudescque  
 subuectant. bello dat signum rauce eruentum  
 bucina. tum muros uaria cinxere corona 475  
 matronae puerique; uocat labor ultimis omnis.  
 nec non ad templum summasque ad Palladis aeces  
 subuectur magna matrum regina caeterua,  
 dona ferens, iuxtaque comes Lauinia uirgo,  
 causa mali tanti, oculos deiecit decoros. 480  
 succedunt matres, et templum ture uaporant,  
 et maestas alto fundunt de limine uoces:  
 'armipotens, praeses belli, Tritonia uirgo,  
 frange manu telum Phrygi praedonis, et ipsum  
 pronum sterne solo, portisque effunde sub altis.' 485  
 cingitur ipse furens certatim in proelia Turnus.  
 ianque adeo rutilum thoraca indutus aenis  
 horrebat squamis, surasque incluserat auro,  
 tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ensem,  
 fulgebatque alta decurrens aureus aere, 490  
 exultatque animis, et spe iam praecipit hostem:  
 qualis ubi abruptis fugit praesepia ninelis  
 tandem liber equus, campoque potitus aperto  
 aut ille in pastus armaque tendit equarum,  
 aut aductus aquae perfundi flumine noto  
 emicat, arrectisque fremitu ceruicibus alte 495  
 luxurians, luduntque iuuae per colla, per armos.  
 obuia cui, Volseorum aecie comitante, Camilla  
 occurrit, portisque ab equo regina sub ipsis  
 desiluit, quam tota cohors imitata relictis 500  
 ad terram deluxit equis; tum talia fatur:  
 'Turne, sui merito si qua est fiducia forti,  
 audeo et Aeneadam promitto occurrere turmae  
 solaque Tyrrhenos equites ire obuia contra.  
 me sine prima manu temptare pericula belli;  
 tu pedes ad muros subsiste, et moenia serua.' 505  
 Turnus ad haec, oculos horrenda in uirgine fixus:  
 'o decus Italiae uirgo, quas dicere grates,  
 quasne referre parem? sed nunc, est omnia quando  
 iste animus supra, necum partire laborem. 510  
 Aeneas, ut fama fidem missisque reportant  
 exploratores, equitum lenia improbus arma  
 praemisit, quaterent campos; ipse ardua montis  
 per deserta iugo superans aduenit ad urbem.  
 furta paro belli conuexo in tramite siluae, 515  
 ut biuias armato obsidam milite fauces.  
 tu Tyrrenum equitem conlatis excipie signis;  
 tecum acer Messapus erit turmaeque Latinae;  
 Tiburtique manus; duces et tu concepe enram.'  
 sic ait, et paribus Messapum in proelia dietis 520  
 hortatur sociosque duces, et pergit in hostem.  
 est corno anfractu ualles, adconuocata fraudi  
 armorumque dolis, quam densis frondibus atrum  
 urget utrimque latus, tenuis quo semina dicit  
 angustaeque ferunt fauces aditusque maligni. 525  
 hanc super in speculis summoque in uertice montis  
 planities ignota iacet, tutique receptus,  
 seu dextra laenaque nelis occurrere pugnae,  
 siue instare iugis et grandia uoluerit saxa.  
 huc iuuenis nota fertur regione uianum, 530  
 arripuitque locum et siluis insedit iniquis.  
 Velocem interea superis in sedibus Opim,  
 unam ex uirginibus sociis sacraeque caetera,  
 compellabat et has tristes Latonia uoces  
 ore dabat: 'graditur bellum ad crudele Camilla,  
 o uirgo, et nostris nequiquam cingitur armis, 536  
 cara mihi ante alias. neque enim nouis iste Dianae

uenit amor, subitaque animum dulcedine mouit.  
 pulsus ob inuidiam regno uiresque superbas  
 Priuerno antiqua Metabus cum excederet urbe, 540  
 infantem fugiens media inter proelia belli  
 sustulit exilio comitem, matrisque uocauit  
 nomine Casmillae, mutata parte, Camillam.  
 ipse sinu praec se portans iuga longa petebat  
 solorum nemorum; tela undique saeua premebant,  
 et circumfuso uolabant milite Volsci. 546  
 ecce, fugae medio, summis Amasenus abundans  
 spumabat ripis; tantus se nubibus imber  
 ruperat. ille, innare parans, infantis amore  
 tardatur, caroque oneri timet. omnia secum 550  
 uersanti subito uix haec sententia sedit:  
 telum inmane, manu ualida quod forte gerebat  
 bellator, solidum nodis et robore cocto,  
 huic natam, libro et siluestri subere clausam, 554  
 implicat, atque habilem mediae circumligat hastae;  
 quam dextra ingenti librans ita ad aethera fatur:  
 "alma, tibi hanc, nemorum cultrix, Latonia uirgo,  
 ipse pater famulam uocouit: tua prima per auras  
 tela tenens supplex hostem fugit. accipe, testor,  
 diua, tuam, quae nunc dubiis committitur auris." 561  
 dixit, et adducto contortum hastile lacero  
 immittit: sonuere undae; rapidum super amnem  
 infelix fugit in iaculo stridente Camilla.  
 at Metabus, magna propius iam urgente caeterua,  
 dat sese flumini, atque hastam cum uirgine uictor  
 gramineo donum Triuia de caespite uellit. 566  
 non illum teetis ullae, non moenibus urbes  
 acceperit, neque ipse manus feritate dedisset:  
 pastorum et solis exegit montibus aecum.  
 hic natam in dunis interque horrentia lustra 570  
 armentalis equae mammis et laete ferino  
 nutribat, teneris innulgens ubera labris.  
 utque pedum primis infans uestigia plantis  
 institerat, iaculo palmas armauit acuto,  
 spiculaque ex uero paruae suspendit et arenam. 575  
 pro crinali auro, pro longae tegmine pallae,  
 tigridis exnuiae pro dorsum a uertice pendens.  
 tela manu iam tum tenera puerilia torsit,  
 et fundam tereti circum caput egit habena, 579  
 Strymoniamque grauem aut album deiecit olorem.  
 multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres  
 optauere nurum; sola contenta Diana  
 aeternum telorum et uirginitatis amorem  
 intemerata colit. uellem haud correpta fuisset  
 militia tali, conata lacessere Teneros: 585  
 cara mihi comitumque foret nunc una mearum.  
 uerum ago, quandoquidem fatis urguetur acerbis,  
 labere, Nympha, polo, finisque inuise Latinus,  
 tristis ubi infausto committitur omne pugna.  
 haec eape, et ultricem pharetra deprome sagittam:  
 haec, qui-cunque sacrum niolarit uulnere corpus, 591  
 Tros Italusque, mihi pariter det sanguine poenas.  
 post ego nube caua miserandae corpus et arma  
 inspoliata feram tumulo, patriaeque reponam.'  
 dixit; at illa leuis caeli delapsa per auras 595  
 insonuit, nigro circumdata turbine corpus.  
 At manus interea muris Troiana propinquat  
 Etruscique duces equitumque exercitus omnis,  
 compositi numero in turmas. fremitu aequore toto  
 insultans somipes, et pressis pugnat habenis 600  
 huc obuersus et huc; tum late ferreus hastis  
 horret ager, campique armis sublimibus ardent.  
 nec non Messapus contra celeresque Latini  
 et cum fratre Coras et uirginis ala Camillae  
 aduersi campo apparent, hastasque reductis 605  
 protendunt longe dextris, et spicula uibrant;  
 aduentusque mirum fremitusque ardescit equorum.

469 *consilium* M<sup>1</sup>, *concilium* M<sup>2</sup> P R. 480 *malis tantis* R, agnoscit Ti. Donatus, *mali tantis* M, *mali tanti* P, Seruius. 483 *praescens* M<sup>2</sup> P, agnoscit Seruius. 487 *Rutilum* M P. 501 *desiluit* P. 503 *turmis* R. 519 *Tiburni* M<sup>1</sup> P<sup>1</sup>. 524 "quo—legitur et qua" Seruius. 527 *recessus* M<sup>2</sup> R, improbat Seruius. 534 *tristi* R. 542 *locanit* P. 552 *fererat* M<sup>2</sup>. 566 *tollit* P. 570 *hinc* P<sup>1</sup>. 574 *oueravit* Seruius. 587 *quando equidem* R. 592 *Italusque* M<sup>1</sup> P R, *Italus* Seruius. 595 *depressa* P R. 598 "Etrusci—quidam sane Etruri legunt" Seruius. 601 *conuersus* M P. 605 *reductas* M<sup>1</sup>. 606 *praetendunt* M<sup>1</sup>.

iamque intra iactum teli progressus uterque  
 substiterat : subito erumpunt clamore furentisque  
 exhortantur equos ; fundunt simul undique tela 610  
 crebra niuis ritu, caelumque obtexitur unibra.  
 continuo aduersis Tyrrhenus et acer Aconteus  
 conixi incurruunt hastis, primique ruinam  
 dant sonitu ingenti, perfractaque quadrupedantum  
 pectora pectoribus rumpunt ; excussus Aconteus 615  
 fulminis in morem aut tormento ponderis acti,  
 praecipitat longe, et uitam dispergit in auras.  
 extemplo turbatae acies, uersique Latini  
 reiciunt parmas et equos ad moenia uertunt.  
 Troes agunt ; princeps turmas inducit Asilas. 620  
 iamque propinquabant portis, rursusque Latini  
 clamorem tollunt, et mollia colla reflectunt :  
 hi fugiunt, penitusque datis referuntur habenis.  
 qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus 624  
 nunc ruit ad terram, scopulosque superiacit unda  
 spumeus, extremamque sinu perfundit harenam ;  
 nunc rapidus retro atque aestu reuoluta resorbens  
 saxa fugit, litusque uado labente relinquit.  
 bis Tусi Rutulos egere ad moenia uersos ;  
 bis reiecti armis respectant terga tegentes. 630  
 tertia sed postquam congressi in proelia totas  
 implicuere inter se acies, legitque uirum uir :  
 tum uero et gemitus morientum, et sanguine in  
 alto

armaque corporaque et permixti caede uirorum  
 semilanimes uoluuntur equi ; pugna aspera surgit. 635  
 Orsilochus Remuli, quando ipsum horrebat adire,  
 hastam intorsit equo, ferrumque sub aure reliquit.  
 quo sonipes ictu furit arduus, altaque iactat  
 uulneris impatiens arrecto pectore crura.  
 uoluitur ille excussus humi. Catillus Iollan, 640  
 ingentemque animis, ingentem corpore et armis  
 deicit Herminium, nudo cui uertice fulua  
 caesaries nudique umeri ; nec uulnera terrent ;  
 tantus in arma patet. latos huic hasta per armos  
 acta tremitt, duplicatque uirum transfixa dolore. 645  
 funditur ater ubique cruor ; dant funera ferro  
 certantes pulchramque petunt per uulnera mortem.

At medias inter caedes exultat Amazon,  
 unum exerta latus pugnae, pharetrata Camilla ;  
 et nunc lenta manu spargens hastilia denset, 650  
 nunc ualidam dextra rapit indefensa bipennem ;  
 aureus ex umero sonat arcus et arma Dianae.  
 illa etiam in tergum, si quando pulsa recessit,  
 spicula conuerso fugientia derigit arcu.  
 at circum lectae comites, Larinaque uirgo 655  
 Tullaque et aeratam quatiens Tarpeia securim,  
 Italides, quas ipsa decus sibi dia Canilla  
 delegit, pacisque bonas bellicae ministras :  
 quales Threiciae cum flumina Thermodontis  
 pulsant et pictis bellantur Amazones armis, 660  
 seu circum Hippolyten, seu cum se Martia curru  
 Penthesilea refert, magnoque ululante tumultu  
 feminea exultant lunatis agmina peltis.  
 quem telo primum, quem postremum, aspera uirgo,  
 deicis ? aut quot humi morientia corpora fundis ? 665  
 Euneum Clytio primum patre ; cuius apertum  
 aduersi longa transuerberat abiete pectus.  
 sanguinis ille uomens riuos cadit, atque cruentam  
 mandit humum, moriensque suo se in uolnere uersat.  
 tum Lirim, Pagasumque super ; quorum alter habenas  
 suffosso reuolutus equo dum colligit, alter 671  
 dum subit ac dextram labenti tendit inermem,  
 praecipites pariterque ruunt. his addit Amastrum  
 Hippotaden, sequiturque incumbens eminus hasta

Tereaque Harpalycumque et Demophoonta Chro-  
 minque ; 675  
 quotque emissa manu contorsit spicula uirgo,  
 tot Phrygii cecidere uiri. procul Ornitus armis  
 ignotis et equo uenator Iapyge fertur,  
 cui pellis latos umeros erepta iuueneco  
 pugnatori operit, caput ingens oris hiatus 680  
 et ualae texere lupi cum dentibus albis,  
 agrestisae manus armat sparus ; ipse cateruis  
 uertitur in mediis, et toto uertice supra est.  
 hunc illa exceptum, neque enim labor agnue uerso,  
 traicit, et super haec inimico pectore fatur : 685  
 'siluis te, Tyrrhene, feras agitare putasti ?  
 aduenit qui uestra dies muliebribus armis  
 uerba redarguerit. nomen tamen haud leue patrum  
 manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae.'  
 profusus Orsilochum et Buten, duo maxima Teucerum  
 corpora ; set Buten auersum cuspidis fixit 691  
 loricam galeamque inter, qua colla sedentis  
 lucent, et laeuo dependet parma lacerto ;  
 Orsilochum, fugiens magnuque agitata per orbem,  
 eludit gyro interior, sequiturque sequentem ; 695  
 tum ualidam perque arma uiro perque ossa securim,  
 altior exurgens, oranti et multa precanti  
 congeminat ; uulnus calido rigat ora cerebro.  
 incidit huic subitoque aspectu territus haesit  
 Appennicolae bellator filius Auni, 700  
 haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.  
 isque, ubi se nullo iam cursu euadere pugnae  
 posse neque instantem reginam auertere cernit,  
 consilio uersare dolos ingressus et astu,  
 incipit haec : 'quid tam egregium, si femina forti 705  
 fidis equo ? dimitte fugant, et te conuinus aequo  
 mecum crede solo, pugnaeque accinge pedestri :  
 iam nosces, uentosa ferat cui gloria fraudem.'  
 dixit ; at illa furens acrique accensa dolore  
 tradit equum comiti, paribusque resistit in armis,  
 ense pedes nudo, puraque interrita parma. 711  
 at inuenis, uicisse dolo ratus, auolat ipse,  
 haud mora, conuersisque fugax aufertur habenis,  
 quadripedemque citum ferrata calce fatigat.  
 'nane Ligus, frustraque animis elate superbis, 715  
 nequiquam patrias temptasti lubricus artis,  
 nec fraus te incolument fallaci perferet Auono.'  
 haec fatur uirgo, et pernicibus ignea plantis  
 transit eum cursu, frenisque aduersa prehensis  
 congregitur poenaeque inimico ex sanguine sumit :  
 quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto 721  
 consequitur pinnis sublimem in nube columbam,  
 comprehensamque tenet, pedibusque euiscerat uncis ;  
 tum cruor et uolsae labuntur ab aethere plumae.

At non haec nullis hominum sator atque deorum  
 obscurans oculis summo sedet altus Olympo. 726  
 Tyrrhenum genitor Tarehonem in proelia saeua  
 suscitatur, et stimulis haud mollibus incit iras.  
 ergo inter caedes cedentiaque agmina Tarehon  
 fertur equo, uariisque instigat uocibus alas, 730  
 nomine quemque uocans, refecitque in proelia pulsos.  
 'quis metus, o nuntquam dolituri, o semper inertes  
 Tyrrheni, quae tanta animis ignauia uenit ?  
 femina palantis agit, atque haec agmina uertit ?  
 quo ferrum, quidue haec gerimus tela inrita dextris ?  
 at non in Venerem segnes nocturnaue bella, 736  
 aut ubi curua choros indixit tibia Bacchi,  
 expectate dapes et plenae pocula mensae,  
 (hic amor, hoc studium) dum sacra secundus haruspex  
 nuntiet, ac lucos uocet hostia pinguis in altos !' 740  
 haec effatus eum in medios, moriturus et ipse,

609 substituerant M<sup>2</sup> R, substiterat P, constituerant M<sup>1</sup>. 612 aduersi P<sup>1</sup> M R. 613-14 ruinam dant sonitu ingenti R, ruina dant sonitum ingentem P, ruinam dant sonitum ingenti M. 616 tormenti M<sup>1</sup>. actus P. 624 procumbens R. 625 terras M. suberigit R. undam Seruii cod. Paris. 627 resoluta P<sup>2</sup>. 629 Teuceri M<sup>1</sup>. 640 Iollan M<sup>2</sup> R. 650 densat M<sup>1</sup> R. 652 umeris R. 653 si quando in tergum M R. "conuerso arcu retrorsum non frustra iactabat iacula" Ti. Donatus. 654 fulgentia R. 657 diua M, dura R. 658 bonac R, Seruius. 671 suffuso R g M<sup>2</sup> Seruius, suffosso M<sup>1</sup>, agnoscit Seruius. 672 inertem g, inermem Ti. Donatus ; dubitare uidetur Seruius. 688 redargueret R. 703 uertere R. 708 fraudem R M<sup>1</sup>, probat Seruius : laudem P M<sup>2</sup>, reprehendit Seruius, probat Ti. Donatus. 728 incitat M P. 730 iras P. 738 expectare codd. deteriores.

concitata, et Venulo aduersum se turbidus infert,  
dereptumque ab equo dextra complectitur hostem  
et gremium ante suum multa uic conicitus aufert.  
tollitur in caelum clamor, cunctique Latini 745  
conuertere oculos. uolat igneus aequore Tarehon,  
arma uirumque ferens; tum summa ipsius ab hasta  
defringit ferrum, et partis rimatur apertas,  
qua nuluus letale ferat; contra ille repugnans  
sustinet a iugulo dextram, et nim niriibus exit. 750  
utque uolans alte raptum eum fulna draconem  
fert aquila, implicuit pedes, atque unguibus haesit;  
saucius at serpens sinuosa uolumina uersat,  
arrectisque horret squamis, et sibilat ore,  
arduus insurgens; illa haut minus urget obunco 755  
luctantem rostro; simul aethera uerberat alis:  
haut aliter praedam Tiburtium ex agmine Tarehon  
portat ouans. duces exemplum euentumque secuti  
Maeonidae incurrunt. tum fati debitus Arruns  
uelocem iaculo et multa prior arte Camillam 760  
eireuit, et, quae sit fortuna faecillima, temptat.  
qua se eumque furens medio tulit agmine uirgo,  
haec Arruns subit, et tacitis uestigia lustrat;  
qua uiratrix redit illa pedemque ex hoste reportat,  
haec iuuenis furtim celeris detorquet habenas. 765  
hos aditus, iamque hos aditus, omnemque pererrat  
undique eireuitum, et certatim quati improbus hastam.  
forte sacer Cybelae Chloereus olimque sacerdos  
insignis longe Phrygiis fulgebant in armis,  
spumantemque agitabat eum, quem pellis aenis  
in pluuiam squamis auro conserta tegebat. 771  
ipse, peregrina ferrugine clarus et ostro,  
spicula torquebat Lyceo Gortynia cornu;  
aureus ex umicris erat areus et aurea uati  
cassida; tum croceam chlamydemque sinusque ere-  
pantis 775  
carbaseos fuluo in nodum collegerat auro,  
pietas aeu tunicae et barbara tegmina erurum.  
hunc uirgo, siue ut templis praeligeret arma  
Troia, captiuo siue ut se ferret in auro,  
uenatrix nimum ex omni certamine pugnae 780  
caeca sequebatur, totumque ineantem per agmen  
femineo praedae et spoliolum ardebat amore:  
telum ex insidiis eum tandem tempore capto  
concitata et superos Arruns sic uoce precatur:  
‘summe deum, sancti custos Soracis Apollo, 785  
quem primi colimus, cui pineus arbor acerno  
pascitur, et medium freti pietate per ignem  
cultores multa prouimus uestigia pruna,  
da, pater, hoc nostris aboleri dodecuss armis,  
omnipotens. non exunias pulsaeue tropaeum 790  
uirginis, aut spolia ulla peto; uili cetera laudem  
facta ferent; haec dira meo dum uulnere pestis  
pulsa cadat, patrias remeabo inglorius urbes.’  
nudiit et uoti Phoebus succedere partem  
mente dedit, partem uolueris dispersit in auras:  
sterneret ut subita turbata morte Camillam, 796  
adnuat oranti; reducem ut patria alta uideret,  
non dedit, inque notos uocem uertere procellae.  
ergo, ut missa manu sonitum dedit hasta per auras,  
conuertere animos acris oculosque tulere 800  
cuncti ad reginam Volsci. nihil ipsa nec aurae  
nec sonitus memor aut uenientis ab aethere teli,  
hasta sub exerta donec perlata papillam  
haesit, uirginemque alte bibit aeta erorem. 804  
concurrunt trepidae comites, dominantem rumentem  
suceipiunt. fugit ante omnis exterritus Arruns,  
laetitia mixtoque actu, nec iam amplius hastae

credere nec telis occurrere uirginis audet.  
ac uelut ille, prius quam tela inimica sequantur,  
continuo in montis sese auisus abdidit altos 810  
occiso pastore lupus magnouue iuueno,  
consecus audacis facti, caudamque reuuleens  
subiecit pauitantem utero, siluasque petiuit:  
hauit secus ex oculis se turbidus abstulit Arruns,  
contentusque fuga melius se immiseuit armis. 815  
illa manu moriens telum trahit; ossa sed inter  
ferreus ad costas alto stat uulnere mureo.  
labitur exsanguis; labatur frigida leto  
lumina; purpureus quondam color ora reliquit.  
tum sic expirans Aecan, ex aequalibus unani, 820  
adloquitur; fida ante alias quae sola Camillae,  
quicum partiri curas; atque haec ita fatur:  
‘haecenus, Aeca soror, potui; nunc uulnus acerbum  
conficit, et tenebris nigrescent omnia eireum.  
elluge et haec Turno mandata nouissima perfer: 825  
succedat pugnae Troianosque arceat urbe.  
iamque uale.’ simul his dictis linquebat habenas,  
ad terram non sponte fluens. tum frigida toto  
paulatim exsoluit se corpore, lentaque colla  
et captum leto posuit caput, arma relinquens, 830  
uitaque eum gemitu fugit indignata sub umbras.  
tum uero immensus surgens ferit aurea clamor  
sidera; deiecta emdescit pugna Camilla;  
incurrunt densi simul omnis copia Teucrum  
Tyrrhenique duces Euandrique Arcades alae. 835  
At Triniac custos laududum in montibus Opis  
alta sedet summis, spectatque interrita pugnas.  
utque procul medio iuuenim in clamore furentum  
prospexit tristi muleatam morte Camillam,  
ingemuitque deditque has imo pectore uoces: 840  
‘heu uimum, uirgo, uimum crudele luiti  
supplicium, Teucros conata laessere bello!  
nec tibi desertae in diuinis coluisse Dianam  
profuit, aut nostras uero gessisse sagittas.  
non tamen indecorum tua te regina reliquit 845  
extrema iam in morte; neque hoc sine nomine letum  
per gentis erit, aut famam patieris inultae.  
nam quicumque tuum uiolauit uulnere corpus,  
morte luet uerita.’ fuit ingens monte sub alto  
regis Dercenni terreo ex aggere bustum 850  
antiqui Laurentis, opacaque illic tectum;  
hic dea se primum rapido pulcherrima nisu  
sistit et Arruntem tumulo speculatur ab alto.  
ut uidit fulgentem armis ac uana tumentem;  
‘cur, inquit, diuersis abis? huc derige gressum,  
huc periture ueni, capias ut digna Camillae 856  
praemia. tunc etiam telis moriere Dianae?’  
dixit, et aurata uoluerem Threissa sagittam  
deprompsit pharetra, cornuque infensa tetendit,  
et duxit longe, donec cruuata eoiert 860  
inter se capita, et manibus iam tangeret aequis,  
laena aciem ferri, dextra neruoque papillam.  
extemplo teli stridorem aurisque sonantis  
audiit una Arruns, haesitque in corpore ferrum.  
illum expirantem socii atque extrema gementem  
obliti ignoto camporum in puluere linquunt; 866  
Opis ad aetherium pinnis aufertur Olympum.  
Prima fugit, domina amissa, leuis ala Camillae;  
turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas,  
disiectique duces desolati manipuli 870  
tuta petunt, et equis auersi ad moenia tendunt.  
nec quisquam instantis Teucros letumque ferentis  
sustentare ualet telis, aut sistere contra;  
sed laxos referunt umicris languentibus arcus,

742 offert Rg. 755 aduoco R. 768 Cybelo M, Seruius et Ti. Donatus. Cybele g. 774 ex umicris erat Mb, ex umcro sonat g. 799 ubi pro ut M. 801 auras (genetiuum) antiquam fuisse lectionem adfirmat Seruius, Asprum ut uidetur secutus. 803 expertum R. 806 suscipiunt M P R, sed uide quae disputauit "Contributions to Latin Lexicography," p. 591. 818 "alii telo legunt" Seruius. 821 fidam M<sup>2</sup> P. 822 quacum P. 826 urbi P<sup>1</sup> R (fortasse recte). 828 tota P. 830 relinquens M P, reliquit R. "alii arma relinquunt laudant dictum, i.e. arma decidebant e manibus Camillae" Seruius. uidetur et T. Donatus legisse relinquunt. 834 concurrunt R. 835 Tyrrhenamque M. 836 iamudum P R. 838 iuuenum nudiio P. 844 pharetras P R. 845 relinquit P. 850 Derceni M. 854 lactantem unimis M<sup>1</sup>. 856 Camilla R. 870 defectique M<sup>1</sup>. 871 equos P.

quadripedumque putrem cursu quatit ungula cam-  
pum. 875  
uoluitur ad muros caligine turbidus atra  
pulis, et e speculis percussae pectora matres  
femineum clamorem ad caeli sidera tollunt.  
qui cursu portas primi intrupere patentis,  
hos inimica super mixto premit agmine turba; 880  
nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso  
moenibus in patriis atque intra tuta domorum  
confixi expirant animas. pars claudere portas;  
nec sociis aperire uiam, nec moenibus audent  
accipere orantes; oriturque miserima caedes 885  
defendentum armis aditus, inque arma ruentum.  
exclusi ante oculos lacrimantiumque ora parentum  
pars in praecipitis fossas urgente ruina  
uoluitur, inmissis pars caeca et concita frenis  
arietat in portas et duros obice postis. 890  
ipsae de muris summo certamine matres,  
(monstrat amor uerus patriae) ut uidere Camillam,  
tela manu trepidae iaciunt, ac robore duro  
stipitibus ferrum sudibusque iunitantur caestis

praecipites, primaeque mori pro moenibus ardent.  
Interea Turnum in siluis saeuissimus implet 896  
nuntius, et iuueni ingentem fert Acca tumultum:  
deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,  
ingruere infensos hostis, et Marte secundo  
omnia corripuisse, metum iam ad moenia ferri. 900  
ille furens (et saeua Louis sic numina poscunt)  
deserit obsessos collis, nemora aspera linquit.  
uix e conspectu exierat campumque tenebat,  
cum pater Aeneas, saltus ingressus apertos,  
exsuperatque iugum siluaque euadit opaca. 905  
sic ambo ad muros rapidi totoque feruntur  
agmine, nec longis inter se passibus absunt,  
ac simul Aeneas fumantis puluere campos  
prospexit longe Laurentiaque agmina uidit,  
et saeuum Aeneas adgnouit Turnus in armis 910  
aduentumque pedum flatuque audiuit eorum.  
continuoque ineant pugnas et proelia temptent,  
ni roseus fessos iam gurgite Phoebus Hiberno  
tinguat equos noctemque die labente reducat.  
sic aduentum castris ante urbem et moenia uallant. 915

## LIBER DVODECIMVS

Turnus ut infractos aduerso Marte Latinos  
defecisse uidet, sua nunc promissa repositi,  
se signari oculis, ultro inplacabilis ardet,  
attollitque animos. Poenorum qualis in aruis  
saucius ille graui uenantum uulnere pectus 5  
tum denum mouet arma leo, gaudetque comantis  
excutiens ceruice toros, fixumque latronis  
inpauidus frangit telum, et fremit ore cruento:  
haut secus accenso gliscit uiolentia Turno.  
tum sic adfatur regem, atque ita turbidus infit: 10  
'nulla mora in Turno, nihil est, quod dicta retractent  
ignaua Aeneadae, nec, quae pepigere, recusent.  
congregior. fer sacra, pater, et concipo foedus.  
aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam,  
desertorem Asiae (sedeant spectentque Latini), 15  
et solus ferro crimen commune refellam;  
aut habeat uictos, cedat Launina coniunx.'

Olli sedato respondit corde Latinus:  
'o praestans animi iuuenis, quantum ipse feroci 19  
uirtute exsuperas, tanto me impensius aequum est  
consulere, atque omnis metuentem expendere casus.  
sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta  
multa manu; nec non aurumque animusque Latino  
est.

sunt aliae innuptae Latio et Laurentibus agris,  
nec genus indecores. sine me haec haut mollia fatu  
sublatis aperire dolis; simul hoc animo hauri: 26  
me natam nulli ueterum sociare procorum  
fas erat, idque omnes diuique hominesque canebant.  
uictus amore tui, cognato sanguine uictus,  
coniugis et maestae lacrimis, uincla omnia rupi: 30  
promissam eripui genero; arma impia sumpsit.  
ex illo qui me casus, quae, Turne, sequantur  
bella, uides, quantos primus patiare labores.  
bis magna uicti pugna uix urbe tuemur  
spes Italas; recalent nostro Thybrina fluenta 35  
sanguine adhuc, campique ingentes ossibus albeant.  
quo referor totiens? quae mentem insaniam mutat?  
si Turno extincto socios sum adscire paratus,  
cur non incolumi potius certamina tollo?  
quid consanguinei Rutuli, quid cetera dicit 40  
Italia, ad mortem si te—Fors dicta refutet!—

prodiderim, natam et conubia nostra petentem?  
respice res bello uarias; miserere parentis  
longaeui, quem nunc maestum patria Ardea longe  
diuidit.' haudquaquam dictis uiolentia Turni 45  
flectitur; exsuperat magis, aegrescitque medendo.  
ut primum fari potuit, sic institit ore:  
'quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro  
me

deponas, letumque sinas pro laude pacisci.  
et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra, 50  
spargimus; et nostro sequitur de uulnere sanguis.  
longe illi dea mater erit, quae nube fugacem  
feminea tegat, et uanis sese oculat umbris.'

At regina, noua pugnae conterrita sorte,  
flebat, et ardentem generum moritura tenebat: 55  
'Turne, per has ego te lacrimas, per si quis Anatae  
tangit honos animum,—spes tu nunc una, senectae  
tu requies miserae; decus imperiumque Latini  
te penes; in te omnis domus inclinata recumbit—  
unum oro: desiste manum committere Teucris. 60  
qui te cumque manent isto certamine casus,  
et me, Turne, manent; simul haec inuisa relinquam  
lumina, nec generum Aenean captiua uidebo.'

accepit uocem lacrimis Launina matris  
flagrantis perfusa genas, cui plurimus ignem 65  
subiecit rubor, et calefacta per ora cucurrit.

Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro  
si quis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa  
alba rosa: talis uirgo dabat ore colores.

illum turbat amor, figitque in uirgine uultus. 70  
ardet in arma magis, paucisque adfatur Amatam:

'ne, quaeso, ne me lacrimis, neue omine tanto  
prosequere in duri certamina Martis euntem,  
o mater; neque enim Turno mora libera mortis.  
nuntius haec, Idmon, Phrygio mea dicta tyranno 75  
haud placitura refer: "cum primum crastina caelo  
puniceis inuecta rotis Aurora rubebit,  
non Teucros agat in Rutulos; Teucrum arma quies-  
cant,

et Rutuli: nostro dirimamus sanguine bellum;  
illo quaeratur coniunx Launina campo." 80

Haec ubi dicta dedit, rapidusque in tecta recessit;

875 quadripedo F<sup>1</sup> R. 882 inter F R. 895 audent M<sup>2</sup>. 901 pellunt R pro poscunt. 903 camposque M<sup>1</sup>. 908 tum  
pater Aeneas P R. 910 conspexit P pro agnouit. 911 aduentusque M. flatumque R.  
XII 16 crimen ferro R. 24 aruis M. 33 patiēre M<sup>1</sup> R. 47 incipit M.

poseit equos, gaudetque tñens ante ora frementis,  
 Pilumno quos ipsa deus dedit Orithyia,  
 qui candore niues anteirent, cursibus auras.  
 circumstant properi aurigae manibusque laecessunt  
 pectora plausa cauis et colla conantia pectunt. 86  
 ipse delinè auro squalentem alboque orichaleo  
 circumdat lorìcam umeris; simul aptat habendo  
 ensemq; clipeumque et rubrae cornua cristae;  
 enseim, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti 90  
 fecerat et Stygia candentem tinxerat unda.  
 exim, quae mediis ingenti adnixa columna  
 aedibus adstabat, ualidam uis corripit hastam,  
 Actoris Aurunci spoliũ, quassatque trementem,  
 uociferans: 'nunc, o numquam frustrata uocatus 95  
 hasta meos, nunc tempus adest; te maximus Aetor,  
 te Turni nunc dextra gerit; da sternere corpus  
 lorìcamque manu ualida lacerae reuolsam  
 semiuiri Phrygis, et foedare in puluere crines  
 nibratos calido ferro murræque madentis.' 100  
 his agitur furis; totoque ardentis ab ore  
 seintillae absistunt; oculis micat aeribus ignis.  
 mugitus ueluti cum prima in proelia taurus  
 terrificus ciet atque irasci in cornua temptat,  
 arboris obnixus trunco, uentosque lacessit 105  
 iectibus, aut sparsa ad pugnam proludit harena.  
 Nec minus interea maternis saecus in armis  
 Aeneas acuit Martem et se suscitât ira,  
 oblato gaudens componi foedere bellum.  
 tum socios maestique metum solatur Iuli, 110  
 fata docens, regi que iubet responsa Latino  
 certa referre uiros et pacis dicere leges.  
 Postera uix summos spargebat lumine montis  
 orta dies, eum primum alto se gurgite tollunt  
 solis equi, lucemque elatis naribus eflant, 115  
 campum ad certamen magnae sub moenibus urbis  
 dimensi Rutulique uiri Teuerique parabant  
 in medioque focos et dis communibus aras  
 gramineas. alii fontemque ignemque ferebant,  
 uelati limo, et uerbena tempora uincti. 120  
 procedit legio Ausonidum, pilataque plenis  
 agmina se fundunt portis. hinc Troius omnis  
 Tyrrhenusque ruit uariis exercitus armis,  
 hand seens instructi ferro, quam si aspera Martis  
 pugna nocet. nec non mediis in milibus ipsi 125  
 ductores auro uolitant ostroque superbi,  
 et gens Assaraci Mnesthenis et fortis Asilas  
 et Messapus equum domitor, Neptunia proles.  
 utque dato signo spatia in sua quisque recessit,  
 defugunt tellure hastas et scuta reclinant. 130  
 tum studio efflatae matres et nolgus incrimmũ  
 inualidique senes turris ac tecta domorum  
 obsedere, alii portis sublimibus adstant.  
 At Iuno e summo, qui nunc Albanus habetur,  
 (tum neque nomen erat nec honos aut gloria monti)  
 prospiciens tumulo campum aspectabat et ambas 136  
 Laurentum Tromque acies urbenque Latini.  
 extemplo Turni sic est adfata sororem,  
 diua deam, stagnis quae fluminibusque sonoris  
 praesidet; hunc illi rex aetheris altis honorem 140  
 Iuppiter erepta pro uirginitate sacravit:  
 'nympha, decus fluminum, animo gratissima nostro,  
 seis, ut te cunctis unam, quaecumque Latinae  
 magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile,  
 praetulerim caelique libens in parte locurim: 145  
 disce tuum, ne me incenses, Iuturna, dolorem.  
 qua uisa est fortuna pati Parcaeq; sinebant  
 cedere res Latio, Turnum et tua moenia texi:  
 nunc iunenem imparibus uideo concurrere fatis,  
 Parcarumque dies et uis inimica propinquat. 150

non pugnam aspiciere hanc oculis, non foedera possum.

tu pro germano si quid praesentius audes,  
 perge; decet. forsã miseris meliora sequentur.'  
 uix ea: cum lacrimas oculis Iuturna profudit,  
 terque quaterque manu pectus percussit honestum.  
 'non lacrimis hoc tempus,' ait Saturnia Iuno; 156  
 'adclera, et fratrem, si quis modus, eripe morti;  
 aut tu bella cie, concepitumque excute foedus.  
 auctor ego audendi.' sic exhortata reliquit  
 incertam et tristi turbatam mulnere mentis. 160

Interea reges, ingenti mole Latinus  
 quadriungo uelitur curru, cui tempora circum  
 aurati bis sex radii fulgentia cingunt,  
 solis ani specimen; bigis it Turnus in albis,  
 bina manu lato crispans hastilia ferro. 165  
 hinc pater Aeneas, Romanae stirpis origo,  
 sidereo flagrans clipeo et caelestibus armis,  
 et iuxta Ascanius, magnae spes altera Romae,  
 procedunt castris, puraque in ueste sacerdos  
 saetigeri fetum suis intonsamque bidentem 170  
 attulit, admonitque pecus flagrantibus aris.  
 illi ad surgentem conuersi lumina solem  
 dant frugos manibus salsas, et tempora ferro  
 summa notant pecudum, paterisque altaria libant.  
 tum pius Aeneas stricto sic ense precatur: 175

'esto nunc sol testis et haec mihi terra uocanti,  
 quam propter tantos potui perferre labores,  
 et pater omnipotens, et tu Saturnia coniuux,  
 iam melior, iam, diua, preor; tuque include Mauros,  
 cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques; 180  
 fontesque fluuiosque uoco, quacumque aetheris alti  
 religio, et quae caeruleo sunt numina ponto:  
 cesserit Ausonio si fors uictoria Turno,  
 conuenit Euandri uictos descendere ad urbem;  
 cedet Iulus agris; nec post arma ulla rebelles 185  
 Aeneadae referent, ferroue haec regna laecessent.  
 sin nostrum admerit nobis uictoria Martem,  
 (ut potius reor, et potius di numine firment)  
 non ego nec Teneris Italos parere iubebo  
 nec mihi regna peto; paribus sub legibus ambae 190  
 innictae gentes aeterna in foedera mittant.  
 sacra deosque dabo; soer arma Latinus habeto,  
 imperium sollemne soer; mihi moenia Teueri  
 constituent, urbique dabit Lavinia nomen.'

sic prior Aeneas; sequitur sic deinde Latinus, 195  
 suspiciens caelum, tenditque ad sidera dextram:  
 'haec eadem, Aenea, terram, mare, sidera, iuro,  
 Latonaeque genus duplex, Iamque bifrontem,  
 uimque deni infernam et duri sacaria Ditis;  
 audiat haec genitor, qui foedera fulmine sancit. 200  
 tango aras, medios ignis et numina testor:  
 nulla dies pacem hanc Italae nec foedera rumpet,  
 quo res cuniquè cadent; nec me uis ulla uolentem  
 auertet, non, si tellurem effundat in undas,  
 diluuiò miscens, caelumque in Tartara soluat; 205  
 ut sceptrum hoc' (dextra sceptrum nam forte gerebat)

'numquam fronde leni fundet uirgulta nec umbras,  
 cum semel in siluis imo de stirpe recisum  
 matre caret, posuitque comas et brachia ferro  
 olim arbor; nunc artificis manus acre decoro 210  
 inclusit, patribusque dedit gestare Latinis.'  
 talibus inter se firmabant foedera dietis  
 conspectu in medio procerum. tum rite sacratas  
 in flammam ingulunt pecudes, et uiscera uinis  
 eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras. 215

At nero Rutulis impar ea pugna uideri  
 iandudum, et uario miseri pectora motu;

85 *propere* R. 92 *exin* R. *columnae* M R, *columna* g et Arusianus p. 455 K. 102 *existunt* R. 103 *primum* R. 104 *aut irasci* P R, *utque irasci* M<sup>2</sup>. 117 *demensi* M. 120 *limo* Hyginus ap. Seruium, *limo* M P R. 122 *hic* R. 124 *instructi bello* M. 126 *ostroque decori* P R. 132 *et tecta* M. 133 *instant* R. 142 *carissima* P R. 145 *locaeren* P<sup>1</sup>. 146 *nec pro ne* R. 147 *pro qua* "quidam putant Vergilium quoad uisa est fortuna reliquisse" Seruius, an scripsit poeta quod uisa est? 154 *profundit* M<sup>1</sup>. 157 *morte* P. 162 *quadriungo* P. 176 *preccanti* M. 184 *decidere* M<sup>1</sup>. 185 *cedat* R. 188 *ut potius* M<sup>1</sup>, *propius* R. *numina* P R. 202 *rumpat* P. 203 *cadet* R. 211 *certare* R. 213 *prospectu* M. 217 *iandudum* M.

tum magis, ut propius cernunt non uiribus aequis

adiuuat inessu tacito progressus et aram  
 suppliciter uenerans demisso lumine Turnus, 220  
 tabentesque genae et iuuenali in corpore pallor.  
 quem simul ac Iuturna soror crebrescere uidit  
 sermonem, et uulgi uariare labantia corda,  
 in medias acies, formam adsimulata Camerti,  
 cui genus a proauis ingens, clarumque paternae 225  
 nomen erat uirtutis, et ipse acerrimus armis,  
 in medias dat sese acies, haut nescia rerum,  
 rumoresque serit uarios, ac talia fatur:  
 'non pudet, o Rutuli, pro cunctis talibus unam  
 obiectare animam? numerone an uiribus aequi 230  
 non sumus? en, omnes et Troes et Arcades hi sunt,  
 fatalesque manus, infensa Etruria Turno.  
 uix hostem, alterni si congregiamur, habemus.  
 ille quidem ad superos, quorum se deuouet aris,  
 succedet fania, uiuusque per ora feretur; 235  
 nos, patria amissa, dominis parere superbis  
 cogemur, qui nunc lenti consedimus aruis.'  
 talibus incensa est inuenum sententia dictis  
 iam magis atque magis, serpitque per agmina mur-  
 mur;  
 ipsi Laurentes mutati ipsique Latini. 240  
 qui sibi iam requiem pugnae rebusque salutem  
 sperabant, nunc arma uolunt, foedusque precantur  
 infectum, et Turni sortem miserantur iniquam.  
 his aliud maius Iuturna adiungit, et alto  
 dat signum caelo, quo non praesentius ullum 245  
 turbauit mentes Italas, monstroque fefellit.  
 namque uolans rubra fuluus Iouis ales in aethra  
 litoreas agitabat aues turbamque sonantem  
 agminis aligeri: subito cum lapsus ad undas  
 cyenum excellentem pedibus rapit improbus unciis.  
 arrexer animos Itali, cunctaque uolucres 251  
 conuertunt clamore fugam, mirabile uisu,  
 aetheraque obscurant pinnis, hostemque per auras  
 fanda nube premunt, donec ui uictus et ipso  
 pondere defecit, praedamque ex unguibus ales 255  
 proiecit fluuio, penitusque in nubila fugit.  
 tum nero augurium Rutuli clamore salutant,  
 expediuntque manus; primusque Tolumnius augur,  
 'hoc erat, hoc, uotis, inquit, quod saepe petiui.  
 accipio, agnoscoque deos; me, me duce ferrum 260  
 corripite, o miseri, quos improbus aduena bello  
 territat, inualidas ut aues, et litora uestra  
 ui populat. petet ille fugam, penitusque profundo  
 uela dabit. uos unanimes densete cateruas,  
 et regem uobis pugna defendite raptum.' 265  
 dixit, et aduersos telum contorsit in hostis  
 procurrens; sonitum dat stridula cornus, et auras  
 certa secat. simul hoc, simul ingens clamor, et  
 omnes  
 turbati cunei, calefactaque corda tumultu.  
 hasta uolans, ut forte nouem pulcherrima fratrum  
 corpora considerant contra, quos fida creatur 271  
 una tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gylippo,  
 horum unum ad medium, teritur qua subtilis aluo  
 balteus et laterum iuncturas fibula mordet,  
 egregium forma inuenem et fulgentibus armis, 275  
 transadigit costas, fuluaque effundit harena.  
 at fratres, animosa phalanx accensaque luctu,  
 pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum  
 corripunt, caecique ruunt. quos agmina contra  
 procurrant Laurentum; hinc densi rursus inundant  
 Troes Agyllinique et pictis Arcades armis. 281  
 sic omnis amor unus habet decernere ferro.  
 diripuere aras; it toto turbida caelo  
 tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber;

craterasque focosque ferunt. fugit ipse Latinus  
 pulsatos referens infecto foedere diuos. 286  
 infrenant alii currus, aut corpora saltu  
 subiciunt in equos, et strictis ensibus adsunt.  
 Messapus regem regisque insigne gerentem,  
 Tyrrhenum Aulestem, auidus confundere foedus  
 aduerso proteret equo; ruit ille recedens, 291  
 et miser oppositis a tergo inuoluitur aris  
 in caput inque ueroros. at feruidus aduolat hasta  
 Messapus, teloque orantem multa trabali 294  
 desuper altus equo grauitur ferit, atque ita fatur:  
 'hoc habet; haec melior magnis data uictima diuis.'  
 concurrunt Itali, spolianteque caelientia membra.  
 obuius ambustum torrem Corynaeus ab ara  
 corripit, et uenientis Ebuso plagamque ferenti  
 occupat os flammis; olli ingens barba reluxit, 300  
 nidoremque ambusta dedit; super ipse secutus  
 caesariem laeua turbati corripit hostis,  
 inpressoque genu nitens terrae applicat ipsum;  
 sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum,  
 pastorem, primaque acie per tela ruentem, 305  
 ense sequens nudo superimminet; ille securi  
 aduersi frontem mediam mentumque reducta  
 dissicit, et sparsa late rigat arma cruore.  
 olli dura quies oculos et ferreus urget  
 somnus; in aeternam conduntur lumina noctem.

At pius Aeneas dextram tendebat inermem 311  
 nudato capite, atque suos clamore uocabat:  
 'quo ruitis? quaeue ista repens discordia surgit?  
 o cohibete iras; ictum iam foedus, et omnes  
 compositae leges; mihi ius concurrere soli; 315  
 me sinite, atque auferite metus: ego foedera faxo  
 firma manu; Turnum debent haec iam mihi sacra.'  
 has inter uoces, media inter talia uerba,  
 ecce, uiro stridens alis adlapsa sagitta est,  
 incertum, qua pulsa manu, quo turbine adacta, 320  
 quis tantam Rutulis laudem, casum deusne,  
 attulerit: pressa est insignis gloria facti,  
 nec sese Aeneae iactauit uulnere quisquam.  
 Turnus, ut Aenean cedentem ex agmine uidit  
 turbatosque duces, subita spe feruidus ardet; 325  
 poscit equos atque arma simul, saltuque superbus  
 emicat in curram, et manibus molitur habenas.  
 multa uirum uolitans dat fortia corpora leto;  
 seminecis uoluit multos, aut agmina curru  
 proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas. 330  
 qualis aput gelidi cum flumina concitus Hebri  
 sanguineus Mauors clipeo increpat, atque ferentis  
 bella mouens inmittit equos; illi aequore aperto  
 ante Notos Zephyrumque uolant; gemit ultima pulsu  
 Thraca pedum; circumque atrae Formidinis ora  
 Iraeque Insidiaequae, dei comitatus, aguntur: 336  
 talis equos alacer media inter proelia Turnus  
 fumantis sudore quatit, miserabile caesis  
 hostibus insultans; spargit rapida ungula rores  
 sanguineos, mixtaque cruor calcatur harena. 340  
 iamque neci Sithinelumque dedit Thamyrimque

Pholomque  
 hunc congressus et hunc, illum eminus; eminus ambo  
 Imbrasidas, Glaucum atque Laden, quos Imbrasus  
 ipse  
 nutrierat Lycia, paribusque ornauerat armis,  
 uel conferre manum, nel equo praeuertere uentos.  
 parte alia media Eumedes in proelia fertur, 346  
 antiqui proles bello praeclara Dolonis,  
 nomine auum referens, animo manibusque parentem,  
 qui quondam, castra ut Danaum speculator adiret,  
 ausus Pelidae pretium sibi poscere currus; 350  
 illum Tydides alio pro talibus ausis  
 adfecit pretio, nec equis adspirat Achillis.

218 post hunc uersum aliquid uidetur excidisse. 221 *pubentes* M P R, *tabentes* Ti. Donatus ad u. 219. 230 *ac uiribus aequis* P. 231 *hinc sunt* R. 239 *tum magis* P. 245 *praestantius* R, Ti. Donatus. 247 *fuluus rubra* M. 264 *unanimes* Ti. Donatus, Seru. A. 11 650, *unanimes* M, *unanimes* cett. *densate* M P, *densete* Seru. l.c. 273 *auro pro aluo* M. 288 *adstant* M<sup>2</sup>. 290 "legitur et *auidum*" Seruius. 300 *illi* P R. 310 *clauduntur* M R. 311 *inertem* M<sup>1</sup>. 313 *quoue* R. 321 *casusue deusue* M. 330 et *raptas* R. 332 *intonat* M R. 342 *illum eminus ambo* M<sup>1</sup> P R, alterum *eminus* add. M<sup>2</sup> g<sup>2</sup>. 343 *Embrasidas, Embrasus* P R.



hunc procul ut campo Turnus prospexit aperto,  
ante leui iaculo longum per inane secutus,  
sistit equos biuigis et curru desilit, atque 355  
semianimi lapsoque superuenit, et pede collo  
inpresso, dextrae mucronem extorquet et alto  
fulgentem tinguit iugulo, atque haec insuper addit :  
' en, agros, et, quam bello, Troiane, petisti, 359  
Hesperiam metire iacens : haec praemia, qui me  
ferro ausi temptare, ferunt ; sic moenia condunt.'  
hinc comitem Asbyten coniecta cuspidem mittit,  
Chloreaque Sybarinque Daretaque Thersiloehum-  
que  
et sternacis equi lapsum ceruice Thymoeten.  
ae uelut Edoni Boreae cum spiritus alto 365  
insonat Aegaeo, sequiturque ad litora illuctus ;  
qua uenti incubuere, fugam dant nubila caelo ;  
sic Turno, quaeuunque uiam secat, agmina cedunt  
conuersaeque ruunt aëies ; fert impetus ipsum,  
et cristam aduerso curru quatit aura uolantem. 370  
non tulit instantem Phegeus animisque frementem ;  
obiecit sese ad currum, et spumantia freuis  
ora citatorum dextra detorsit eorumum.  
dum trahitur pendetque iugis, hunc lata reteetum  
lancea consequitur, rumpitque infixæ bilicem 375  
loricam, et summum degustat uulnere corpus.  
ille tamen clipeo obiecto conuersus in hostem  
ibat, et auxilium ducto mucrone petebat ;  
cum rota praecipitem et procerum coniecit axis  
impulit effunditque solo, Turnusque secutus 380  
inam inter galeam summi thoracis et oras  
abstulit ense caput, truncumque reliquit harenæ.  
Atque ea dum campis uictor dat funera Turnus,  
interea Aenean Mnestheus et filius Achates  
Ascaniusque comes castris statuere cruentum, 385  
alternos longa nitentem cuspidem gressus.  
saeuit, et infraeta luctatur harundine telum  
eripere, auxilioque uiam, quae proxima, poscit :  
ense secant lato uulnus, telique latebram  
rescindant penitus, seseque in bella remittant. 390  
ianque aderat Phocho ante alios dilectus Iapyx  
Iasides, aeri quondam cui captus amore  
ipse suas artes, sua munera, lactus Apollo  
argurium citharamque dabat celerisque sagittas.  
ille, ut depositi proferret fata parentis, 395  
scire potestates herbarum usumque medendi  
maluit et mutas agitare inglorius artes.  
stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam  
Aeneas, magno iuuenum et maerentis Iuli  
concurso, lacrimis immobilis. ille retorto 400  
Paeonium in morem senior succinctum amictu,  
multa manu medica Phoebique potentibus herbis  
nequiquam trepidat, nequiquam spicula dextra  
sollicitat prensatque tenaci forcipe ferrum.  
nulla uiam fortuna regit ; nihil auctor Apollo 405  
subuenit ; et saeuus campis magis ac magis horror  
erebrescit, propiusque malum est. iam puluere  
caelum  
stare uident, subeunt equites, et spicula castris  
densa cadunt mediis. it tristis ad aethera clamor  
bellantum iuuenum et duro sub Marte cadentum.  
hic Venus, indigno nati conensa dolore, 411  
dietammum genitrix Cretaea carpit ab Ida,  
puberibus caulem foliis et flore comantem  
purpureo ; non illa feris incoegna capris  
gramina, cum tergo uolucres haesere sagittae. 415  
hoc Venus, obscuro faciem circumdata nimbo,  
detulit ; hoc fuisum labris splendentibus annem  
inficit, occulte medicans, spargitque salubris  
ambrosiae sucos et odoriferam panaceam.  
fouit ea uulnus lymphis longaeuus Iapyx 420

ignorans, subitoque omnis de corpore fugit  
quippe dolor, omnis stetit imo uulnere sanguis.  
ianque secuta manum, nullo cogente, sagitta  
excidit, atque nouae rediere in pristina uires.  
' arma citi properate uiro ! quid statis ? ' Iapyx 425  
conelamat, priusque animos accendit in hostem.  
' non haec humanis opibus, non arte magistra  
proueniunt, neque te, Aenea, mea dextera seruat ;  
maior agit deus atque opera ad maiora remittit.'  
ille audius pugnae suras incluserat auro 430  
hinc atque hinc, oditque moras, hastamque coruscantem.  
postquam habilis lateri clipeus loricaque tergo est,  
Ascanium fuis circum complectitur armis,  
summaque per galeam delibans oscula fatur :  
' disce, puer, uirtutem ex me uerumque laborem,  
fortunam ex aliis. nunc te mea dextera bello 436  
defensum dabit, et magna inter praemia dicit :  
tu facito, mox cum matura adoleuerit aetas,  
sis memor, et te animo repentem exempla tuorum  
et pater Aeneas et amneulus excitet Hector.' 440  
Haec ubi dicta dedit, portis sese extulit ingens,  
telum immane manu quatens ; simul agmine denso  
Antheusque Mnestheusque ruunt, omnisque relictis  
turba fluit castris. tum caeco puluere campus  
miscetur, pulsuque pedum trenit excita tellus. 445  
uidit ab aduerso uenientis aggere Turnus,  
uidere Ausonii, gelidusque per ima cucurrit  
ossa tremor ; prima ante omnis Iuturna Latinos  
audiit agnouitque sonum, et tremefacta refugit.  
ille uolat, campoque atrum rapit agmen aperto. 450  
qualis ubi ad terras caelum tremit excita nimbus  
it mare per medium ; miseris, heu, praescia longe  
horrescunt corda agricolis ; dabit ille ruinas  
arboribus, stragemque satis ; ruet omnia late ;  
ante uolant sonitumque ferunt ad litora uenti : 455  
talis in aduersos ductor Rhoeteius hostis  
agmen agit ; densi cuneis se quisque coactis  
adglomerant, ferit ense grauem Thymbraeus Osirim,  
Arctium Mnestheus, Epulonem obruneat Achates,  
Vientemque Gyas ; eadit ipse Tolmionis augur,  
primus in aduersos telum qui torserat hostis. 461  
tollitur in caelum clamor, uersique nicissim  
puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.  
ipse neque auersos dignatur sternere morti,  
neq; pede congressos aequo nec tela ferentis 465  
insequitur ; solum densa in caligine Turnum  
nestigat Iustrans, solum in certamina poscit.  
hoc conensa metu mentem Iuturna uirago  
aurigam Turni media inter lora Metiscum  
excutit, et longe lapsum temone relinquit ; 470  
ipsa subit, manibusque undantis flectit habenas,  
cuncta gerens, uocemque et corpus et arma Metisci.  
nigra uelut magnas domini cum diuitis aedes  
peruolat et pinnis alta atria lustrat hirundo,  
pabula parua legens nidisque loquacibus escas ; 475  
et nunc porticibus uacuis, nunc umida circum  
stagna sonat : similis medios Iuturna per hostis  
fertur equis, rapidoque nolans obit omnia curru ;  
ianque hiegermanum, ianque hic ostentat ouantem ;  
neq; conferre manum patitur ; uolat aua longe. 480  
haut minus Aeneas tortos legit obuius orbis,  
nestigatque uirum et disiecit per agmina magna  
uocem uocat. quotiens oculos coniecit in hostem,  
alipedumque fugam cursu temptauit eorumum,  
auersos totiens currus Iuturna retorsit. 485  
heu, quid agat ? uario nequiquam fluctuat aestu,  
diuersaeque uocant animum in contraria curae.  
hinc Messapus, uti laeua duo forte gerebat  
lenta, leuis cursu, praefixa hastilia ferro,  
horum unum certo contorquens derigit ictu. 490

356 clapoque P<sup>1</sup>, Seruius. 364 Thymotem M. 365 Edōnii Aelius Donatus, improbante Seruio. 374 hic lata R, hinc lata P. 380 effuditque R. 382 harena R. 385 puer R pro comes. 389 latebras M. 394 dedit M, agnoscit sed improbat Seruius. 398 fixus M. 400 laertimisque R. 401 Paconidum M, Paconum P. 404 forfice R. 408 subeuntque R. 412 ipsa manu pro dietammum legit Ti. Donatus, apertam corruptelam. carpit R. 422 uo in R P<sup>2</sup>. 428 Aenean M<sup>1</sup>. 444 ruit P. 446 agmine R. 449 admoscitque P. 454 ruit M. 455 uolans P<sup>2</sup> M. 457 coacti M<sup>2</sup> et fortasse Seruius. 459 Archetium M. 464 aduersos M P, Ti. Donatus. 470 reliquit M P R. 479 ostendit M<sup>1</sup>. 485 aduersos M<sup>2</sup>.

substitit Aeneas, et se collegit in arma,  
poplite subsidens; apicem tamen incita summum  
hasta tulit, summasque excussit uertice cristas.  
tum uero adsurgunt irae; insidiisque subactus,  
diuerso ubi sensit equos currumque referri, 495  
multa Iouem et laesi testatus foederis aras,  
iam tandem inuadit medios, et Marte secundo  
terribilis saeuam nullo discrimine caedem  
suscipit, irarumque omnis effundit habenas.

Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carnine  
caedes 500

diuersas, obitumque ducum, quos aequore toto  
inque uicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,  
expediat? tanton placuit concurrere mota,  
Iuppiter, aeterna gentis in pace futuras?  
Aeneas Rutulum Sueronem (ea prima ruentis 505  
pugna loco statuit Teucros) haut multa morantem,  
excipit in latus, et, qua fata celerrima, crurum  
transadigit costas et cratis pectoris ense.

Turnus equo deiectum Amycum fratremque Diorem,  
congressus pedes, hunc uenientem cuspidem longa, 510  
hunc mucrone ferit curruque abscisa duorum  
suspendit capita, et rorantia sanguine portat.

ille Talon Tanaimque neci fortemque Cethegum,  
tris uno congressu, et maestum mittit Oniten,  
nomen Echionium matrisque genus Peridiae; 515  
hic fratres Lycia missos et Apollinis agris,  
et iuuenem exosum nequiquam bella Menoeten,  
Arcada, piscosae cui circum flumina Lerna  
ars fuerat pauperque domus, nec nota potentum  
munera, conductaque pater tellure serebat. 520

ac uelut inmissi diuersis partibus ignes  
arentem in siluam et uirgulta sonantia lauro:  
aut ubi decursu rapido de montibus altis  
dant sonitum spumosi amnes, et in aequora currunt  
quisque suum populatus iter: non segnus anibo 525  
Aeneas Turnusque ruunt per proelia; nunc, nunc  
fluctuat ira intus: rumpuntur nescia uinci  
pectora; nunc totis in uulnera uiribus itur.

Murranum hic, ataus et auorum antiqua sonantem  
nomina per regesque actum genus omne Latinos, 530  
praecipitem scopulo atque ingentis turbine saxi  
executit effunditque solo; hunc lora et iuga subter  
prouoluere rotae; crebro super ungula pulsu  
incita nec domini memorum procaelat equorum.

ille ruenti Hyllo animisque immane frementi 535  
occurrit, telumque anrata ad tempora torquet:  
olli per galeam fixo stetit hasta crebro.  
dextera nec tua te, Graium fortissime, Cretheu,  
eripuit Turno; nec di texere Cupencum,  
Aenea ueniente, sui; dedit obuia ferro 540  
pectora, nec misero clipei mora profuit aeris.

te quoque Laurentes uiderunt, Aeole, campi  
oppetere et late terram consternere tergo;  
occidis, Argiuae quem non potuere phalanges  
sternere, nec Priami regnorum euersor Achilles; 545  
hic tibi mortis erant metae, domus alta sub Ida,  
Lyrnesi domus alta, solo Laurente sepulchrum.  
totae adeo conuersae acies, omnesque Latini,  
omnes Dardanidae, Mnesthea, acerque Serestus,  
et Messapus equum domitor, et fortis Asilas, 550  
Tuscorumque phalanx, Euandrique Arcades alae,  
pro se quisque uiri summa nituntur opum ui;  
nec mora, nec requies; uasto certamine tendunt.

Hic mentem Aenea genitrix pulcherrima misit,  
iret ut ad muros, ubique aduerteret agmen 555  
ocius et subita turbaret clade Latinos.

ille, ut uestigans diuersa per agmina Turnum  
huc atque huc acies circumtulit, aspicit urbem  
immunem tanti belli atque impune quietam.

continno pugnae accendit maioris imago; 560  
Mnesthea Sergestumque uocat fortemque Serestum  
ductores, tunulumque capit, qua cetera Teucrum  
concurrit legio, nec scuta aut spicula densi  
deponunt. celso medius stans aggere fatur:

'ne qua meis esto dictis mora; Iuppiter hac stat;  
neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito. 566  
urbem hodie, causam belli, regna ipsa Latini,  
ni frenum accipere et uicti parere fatentur,  
eruum, et aequa solo fumantia culmina ponam.  
scilicet expectem, libeat dum proelia Turno 570

nostra pati, rursusque uelit concurrere uictus?  
hoc caput, o ciues, haec belli summa nefandi.  
ferte faces prope, foedusque repositae flammis.'

dixerat, atque animis pariter certantibus omnes  
dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur. 575

scalae inprouiso subitusque apparuit ignis.  
discurrunt alii ad portas primosque trucidant,  
ferrum alii torquent et obumbrant aethera telis.

ipse inter primos dextram sub moenia tendit  
Aeneas, magnaue incusat uoce Latinum, 580

testaturque deos iterum se ad proelia cogi,  
bis iam Italos hostis, haec altera foedera rumpi.  
exoritur trepidos inter discordia cuius:

urbem alii reserare iubent et pandere portas  
Dardanidis, ipsumque trahunt in moenia regem; 585  
arma ferunt alii et pergunt defendere muros:

inclusas ut cum latebroso in pumice pastor  
uestigauit apes, fumoque impleuit amaro;

illae intus trepidae rerum per cerea castra  
discurrunt, magnisque acunt stridoribus iras; 590  
uoluntur ater odor tectis; tum murmure caeco  
intus saxa sonant; uacuas it fumus ad auras.

Accidit haec fessis etiam fortuna Latinis,  
quae totam luctu concussit funditus urbem.  
regina ut tectis uenientem prospicit hostem, 595  
incessi muros, ignis ad tecta uolare,

nusquam acies contra Rutulas, nulla agmina Turni:  
infelix pugnae iuuenem in certamine credit  
extinctum, et, subito mentem turbata dolore,

se causam clamat crimeneque caputque malorum, 600  
multaque per maestum demens effata furem,  
purpureos moritura manu discindit amictus,  
et nodum informis leti trabe necit ab alta.

quam cladem miserae postquam acceperat Latinae,  
filia prima manu flores Lauinia crines 605  
et roseas laniata genas, tum cetera circum  
turba furit; resonant late plangoribus aedes.

hinc totam infelix uolgatur fama per urbem.  
demittunt mentes; it scissa ueste Latinus,  
coniugis attonitus fati urbisque ruina, 610  
canitiem immundo perfusam puluere turpans

[multaque se incusat, qui non acceperit ante  
Dardanum Aeneam, generumque adsciurrit ultro].

Interea extremo bellator in aequore Turnus  
palantis sequitur paucos iam segnior, atque 615  
iam minus atque minus successu laetus equorum.

attulit hunc illi caecis terroribus aura  
commixtum clamorem, arrectasque impulsit auris  
confusae sonus urbis et inlaetabile murmur.

'ei mihi, quid tanto turbantur moenia luctu? 620  
quisne ruit tantus diuersa clamor ab urbe?'  
sic ait, adductisque amens subsistit habenis.

atque huic, in faciem soror ut conuersa Metisci  
aurigae currumque et equos et lora regebat,  
talibus occurrit dictis: 'hac, Turne, sequamur 625

Troiugenas, qua prima uiam uictoria pandit;  
sunt alii, qui tecta manu defendere possint.  
ingruit Aeneas Italus et proelia miscet,

et nos saeua manu mittamus funera Teucris.

495 sentit M. 496 testatur P R. 497 tamen P. 505 furentis V. 506 moratum Seruius. 509 Diorem P R. 511  
abscissa M R. 513 Talaim P. 515 nomine M R, Ti. Donatus. "male quidam legunt nomine Chionium" Seruius.  
520 limina M (fortasse corruptum ex munia). munera confirmat Seruius. 522 ardentem M<sup>1</sup>. 532 excipit M. 541  
aeris codd., aerei Aldina ed. prior. 582 haec iam altera M<sup>2</sup>. 587 ueluti pro ut cum M. 596 ignesque R. 598 in certa-  
mina P, a certamine R. 605 flavos M P R. "flavos—antiqua lectio flores habuit" Seruius, Valerium Probum auctorem  
secutus. 607 latae M<sup>1</sup> R, fortasse recte. 612-13 om. codd. optimi. 624 gerebat P. 627 possunt P.

nee numero inferior, pugnae nee honore reeides. 630  
Turnus ad haec :

'o soror, et dudum adgnoui, eum prima per artem  
foedera turbasti teque haec in bella dedisti,  
et nunc nequiquam fallis dea. sed quis Olympo  
demissam tantos uoluit perferre labores? 635  
an fratris miseri letum ut erudele nideres?  
nam quid alog? aut quae iam spondet Fortuna  
salutem?

uidi oculos ante ipse meos me uoce uocantem  
Murrannum, quo non superat mihi carior alter,  
oppetere ingentem atque ingenti uulnere uictum. 640  
occidit infelix nostrum ne dedecus Vfers  
aspiceret; Teucri potiuntur corpore et armis.  
exscinditne domos, id rebus defuit munus,  
perpetiar? dextra nec Draucis dicta refellam?  
terga dabo, et Turnum fugientem haec terra uidebit?  
usque adeone mori miserum est? uos o mihi Manes  
este boni, quoniam Superis auersa uoluntas. 647  
sancta ad uos anima, atque istius insecia culpa  
descendam, magnorum haud unquam indignus  
auorum.'

Vix ea fatus erat: medios uolat, ecce, per hostis  
uectus equo spumante Sacos, aduersa sagitta 651  
saucius ora, ruitque implorans nomine Turnum:  
Turne, in te suprema salus; miserere tuorum.  
fulminat Aeneas armis, summasque minatur  
deiecturum arcus Italum excidioque daturum; 655  
iamque faeces ad tecta uolat. in te ora Latini,  
in te oculos referunt; mussat rex ipse Latinus,  
quos generos uocet, aut quae sese ad foedera fleat.  
praeterea regina, tui lidissima, dextra  
occidit ipsa sua, lucemque exterrita fugit. 660  
soli pro portis Messapus et acer Atinus  
sustentant aciem. circum hos utrimque phalanges  
stant densae, strictisque seges mucronibus horret  
ferrea: tu currum deserto in granine uersas. 665  
opstipuit uaria confusus imagine rerum  
Turnus, et obtutu tacito stetit; aestuat ingens  
uno in corde pudor mixtoque insania licu  
et furis agitata amor et conscia uirtus.  
ut primum discussae umbrae et lux reddita menti,  
ardentis oculorum orbis ad moenia torsit 670  
turbidus, eque rotis magnam respexit ad urbem.  
ecce autem, flammis inter tabulata uolutus  
ad caelum undabat vertex turrimque tenebat,  
turrim, compactis trabibus quam eduxerat ipse  
subdiditque rotas pontisque instrauerat altos. 675  
iam iam fata, soror, superant; absiste morari;  
quo deus et quo dura uocat Fortuna, sequamur.  
stat conferre manum Aeneae, stat, quidquid acerbi  
est,

morte pati; neque me indecorem, germana, uidebis  
amplius. hunc, oro, sine me furere ante furorem.  
dixit, et e curru saltum dedit ocius aruis, 681  
perque hostis, per tela ruit, maestamque sororem  
deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.  
ae ueluti montis saxum de uertice praecipit  
eum ruit, auolsum uento, seu turbidus imber 685  
proluit, aut amnis soluit sablapsa uetustas;  
fertur in abruptum magno mons improbus actu,  
exultatque solo, siluas armenta uirosque  
inuolucens secum: disiecta per agmina Turnus  
sae urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso 690  
sanguine terra madet, striduntque hastilibus aerae;  
significatque manu, et magno simul incipit ore:  
'pareite iam, Rutuli, et uos tela inhibete, Latini;  
quaeuincque est fortuna, mea est; me uerius unum  
pro uobis foedus luere, et decernere ferro. 695  
discessere omnes medii, spatiumque dedere.

At pater Aeneas, audito nomine Turni,  
deserit et muros, et summas deserit arcas,  
praecipitatque moras omnis, opera omnia rumpit,  
laetitia exultans, horrendumque intonat armis: 700  
quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse, coruseis  
eum fremit illicibus, quantus, gaudetque nivali  
uertice se attollens pater Appenninus ad auras.  
iam uero et Rutuli certatim et Troes et omnes  
conuertere oculos Itali, quique alta tenebant 705  
moenia, quique imos pulsabant arietem muros,  
armaque deposuere iuuenis. stupet ipse Latinus  
ingentis, genitos diuersis partibus orbis,  
inter se coisse uiros et cernere ferro.  
atque illi, ut uacuo patuerunt aequore campi, 710  
procursu rapido, coniectis eminus hastis,  
inadant Martem clipeis atque aere sonoro.  
dat gemitum tellus; tum crebris ensibus ictus  
congeminant; fors et uirtus miscentur in unum.  
ac uelut ingenti Sila summo Taburno 715  
eum duo conuersis inimica in proelia tauri  
frontibus iucurrunt; pauidi cessere magistri;  
stat pecus omne metu mutum, mussantque iuuencae,  
quis nemori imperitet, quem tota armenta se-  
quantur;

illi inter sese multa ui uulnera miscent, 720  
cornuaque obnixi inligunt, et sanguine largo  
colla arnosque lauant; gemitu nemus omne re-  
mugit:  
non aliter Troes Aeneas et Daunius heros  
concurrunt clipeis; ingens fragor aethera complet.  
Iuppiter ipse duas aequato examine lances 725  
sustinet, et fata imponit diuersa duorum,  
quem damnet labor, et quo uergat pondere letum.  
emicat hic, impune putans, et corpore toto  
alte sublatum consurgit Turnus in enseni,  
et ferit. exclamant Troes trepidique Latini, 730  
arrectaeque amborum acies. at perlidus ensis  
frangitur, in medioque ardentem deserit ictu,

ni fuga subsidio subeat. fugit oecior Euro,  
ut capulum ignotum dextramque aspexit inermem.  
fama est, praecipitem, cum prima in proelia iunctos  
conscendebat equos, patrio mucrone relicto, 736  
dum trepidat, ferrum aurigae rapuisse Metisci;  
idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,  
sullecit; postquam arma dei ad Volcania uentum  
est,

mortalis mucro, glacies cen futilis, ictu 740  
dissiliuit; fulua respundet fragmen harena.  
ergo amens diuersa fuga petit aequora Turnus,  
et nunc huc, inde huc incertos implicat orbis;  
undique enim Teucri densa includere corona, 744  
atque hinc uasta palus, hinc ardua moenia cingunt.

Nec minus Aeneas, quamquam tardante sagitta  
interdum genua impediunt cursumque recusant,  
insequitur, trepidique pedem pede feruidus urget:  
inclusum ueluti si quando flumine nactus  
ceruum aut puniceae saeptum formidine pinnae 750  
uenator cursu canis et latratibus instat;  
ille autem, insidiis et ripa terditus alta,  
mille fugit refugitque uias: at uiuidus Vmber  
haeret hians, iam iamque tenet, similisque tenenti  
inerepni malis, morsuque elusus inani est. 755  
tum uero exoritur clamor, ripaeque lacusque  
responsant circa, et caelum tonat omne tumultu.  
ille simul fugiens Rutulos simul increpat omnis,  
nomine quemque uocans, notumque ellagitat ensem.  
Aeneas mortem contra praesensque minatur 760  
exitium, si quisquam adeat, terretque trementis,  
excisurum urbem minitans, et saucius instat.

635 te perferre R, te ferre M P. 639 fuerat pro superat M. 641 ne nostrum M R. 647 aduersa M. 648 sic codd. optimi et Seruius et Macrobius S. 3 3 E. 662 ocius M. uu. 698, 699 immerso ordine habet V. 701 Athos Seruius. 709 cernere P<sup>1</sup>, testatur Seuca Epist. 58 3, decernere P<sup>2</sup> M R. "cernere ferro": uera et antiqua haec est lectio—posteritas coepit legere et decernere ferro" Seruius. 714 miscetur V. 715 silua R. 727 aut quo Nonius p. 277, Seruius, Agroecius p. 120 K, Priscian. 1. p. 394 K. inter uu. 732 et 733 uersum excidisse recte putat Ribbeck. 735 primum P R. 741 respident fragmine P M. 754 teneus R.

quinque orbes explent cursu, totidemque retexunt  
 huc illuc; neque enim leuia aut ludicra petuntur  
 praemia, sed Turni de uita et sanguine certant. 765  
 forte sacer Fauno foliis oleaster amaris  
 hic steterat, nautis olim uenerabile lignum,  
 seruati ex undis ubi figere dona solebant  
 Laurenti diuo et uotas suspendere uestes;  
 sed stirpem Teuceri nullo discrimine sacrum 770  
 sustulerant, puro ut possent concurrere campo.  
 hic hasta Aeneae stabat; huc impetus illam  
 detulerat, fixam et lenta radice tenebat.  
 incubuit uoluitque manu conuellere ferrum  
 Dardanides, teloque sequi, quem prendere cursu 775  
 non poterat. tum uero amens formidine Turnus,  
 'Faune, precor, miserere, inquit, tuque optima ferrum  
 terra tene, colui uestros si semper honores,  
 quos contra Aeneadae bello fecere profanos.  
 dixit, opemque dei non cessa in uota uocauit. 780  
 namque diu luctans lentoque in stirpe moratus  
 uiribus haud ullis ualuit discludere morsus  
 roboris Aeneas. dum nititur acer et instat,  
 rursus in aurigae faciem mutata Metisei  
 procurrit fratrique ensem dea Daunia reddit. 785  
 quod Venus audaci Nymphae indignata licere,  
 accessit, telumque alta ab radice reuellit.  
 olli sublimes, armis animisque refecti,  
 hic gladio fidens, hic acer et arduus hasta,  
 adstant contra certamina Martis anhelii. 790  
 Iunonem interea Rex omnipotentis Olympi  
 adloquitur, fulua pugnas de nube tuentem:  
 'quae iam finis erit, coniunx? quid denique restat?  
 indigetem Aenean scis ipsa, et scire fateris,  
 deberi caelo, fatisque ad sidera tolli. 795  
 quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus haeres?  
 mortalem decuit uiolari uulnere diuum?  
 aut ensem (quid enim sine te Iuturna ualeret?)  
 ereptum reddi Turno, et uim crescere uictis?  
 desine iam tandem, precibusque inflectere nostris;  
 ne te tantus edit tacitum dolor, et mihi curae 801  
 saepe tuo dulci tristes ex ore recurrant.  
 uentum ad supremum est. terris agitare uel undis  
 Troianos potuisti, infandum accendere bellum,  
 deformare domum, et luctu miscere hymenaeos: 805  
 ulterius temptare ueto.' sic Iuppiter orsus;  
 sic dea summisso conato Saturnia uultu:  
 'ista quidem quia nota mihi tua, magne, uoluntas,  
 Iuppiter, et Turnum et terras inuita reliqui;  
 nec tu me aeria solam nunc sede uideres 810  
 digna indigna pati, sed flammis cineta sub ipsa  
 starem acie traheremque inimica in proelia Teucros.  
 Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri  
 suasi, et pro uita maiora audere probaui;  
 non ut tela tamen, non ut contenderet arcum; 815  
 adiuro Stygii caput implacabile fontis,  
 una superstitio superis quae reddita diuis.  
 et nunc cedo equidem, pugnasque exosa relinquo.  
 illud te, nulla fati quod lege tenetur,  
 pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum: 820  
 cum iam conubitis pacem felicibus, esto,  
 component, cum iam leges et foedera iungent,  
 ne netus indigenas nomen mutare Latinos,  
 neu Troas fieri iubeas Teucrosque uocari,  
 aut uocem mutare uiros, aut uertere uestem. 825  
 sit Latium, sint Albani per saecula reges,  
 sit Romana potens Italia uirtute propago;  
 occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.  
 olli subridens hominum rerumque repertor:  
 'es germana Iouis Saturnique altera proles: 830  
 irarum tantos uoluis sub pectore fluctus!  
 uerum age et inceptum frustra summitte furorem:  
 do quod uis, et me uictusque uolensque remitto.

sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt,  
 utque est nomen erit; commixti corpore tantum 835  
 subsident Teuceri; morem ritusque sacrorum  
 adiciam; faciamque omnes uno ore Latinos.  
 hinc genus Ausonio mixtum quod sanguine surget,  
 supra homines, supra ire deos pietate uidebis,  
 nec gens ulla tuos acque celebrabit honores.' 840  
 adnuit his Iuno, et mentem laetata retorsit.  
 interea excedit caelo, nubemque relinquit.

His actis aliud Genitor secum ipse uoluit,  
 Iuturnamque parat fratris dimittere ab armis.  
 dicuntur geminae pestes cognomine Dirae, 845  
 quas et Tartaream Nox intempesta Megaeram  
 uno codemque tulit partu, paribusque reuinxit  
 serpentum spiris, uentosasque addidit alas.  
 hae Iouis ad solium saeuique in limine regis  
 apparent, acuntyque metum mortalibus aegris, 850  
 si quando letum horrificum morbososque deum rex  
 molitur, meritas aut bello territat urbes.  
 harum unam celerem demisit ab aethere summo  
 Iuppiter, inque omen Iuturnae occurrere iussit.  
 illa uolat, celerique ad terram turbine fertur. 855  
 non secus, ac neruo per nubem impulsa sagitta,  
 armatae saeuī Parthus quam felle ueneni,  
 Parthus, siue Cydon, telum immedicabile, torsit,  
 stridens et celeris incognita transiit umbras:  
 talis se sata Nocte tulit, terrasque petiuit. 860  
 postquam acies uidet Iliacas atque agmina Turni,  
 alitis in paruae subitam conlecta figuram,  
 quae quondam in bustis aut culminibus desertis  
 nocte sedens serum canit inportuna per umbras;  
 hanc uersa in faciem Turni se pestis ob ora 865  
 fertque refertque sonans, clipeumque euerberat alis.  
 illi membra nouus soluit formidine torpor,  
 arrectaeque horror comae, et uox faucibus haesit.  
 at, procul ut Dirae stridorem adgnouit et alas, 870  
 infelix crinis scindit Iuturna solutos,  
 unguibus ora soror foedans et pectora pugnis:  
 'quid nunc te tua, Turne, potest germana iuare?  
 aut quid iam durae superat mihi? qua tibi lucem  
 arte morer? talin possum me opponere monstro?  
 iam iam linquo acies. ne me terrete timentem, 875  
 obscenae uolucres; alarum uerbera nosco  
 letalemque sonum; nec fallunt iussa superba  
 magnanimi Iouis. haec pro uirginitate reponit?  
 quo uitam dedit aeternam? cur mortis adempta est  
 condicio? possem tantos finire dolores 880  
 nunc certe, et misero fratri comes ire per umbras.  
 immortalis ego? aut quiequam mihi dulces meorum  
 te sine, frater, erit? o quae satis ima dehiscat  
 terra mihi, Manisque deam demittat ad imos!  
 tantum effata, caput glauco contexit amictu, 885  
 multa gemens, et se fluuio dea condidit alto.

Aeneas instat contra telumque coruscat,  
 ingens, arboreum, et saeuo sic pectore fatur:  
 'quae nunc deinde mora est? aut quid iam, Turne,  
 retractas? 889  
 non cursu, saeuo certandum est comminus armis.  
 uerte omnis tete in facies, et contrahe, quidquid  
 siue animis sine arte uales; opta ardua pinnis  
 astra sequi, clausumue caua te condere terra.'  
 ille caput quassans: 'non me tua feruida terrent  
 dicta, ferox; di me terrent et Iuppiter hostis.' 895  
 nec plura effatus, saxum circumspicit ingens,  
 saxum anticum, ingens, campo quod forte iacebat,  
 limes agro positus, litem ut discerneret aruis;  
 uix illud lecti bis sex ceruice subirent,  
 qualia nunc hominum producit corpora tellus; 900  
 ille manu raptum trepida torquebat in hostem,  
 altior insurgens et cursu concitus heros.  
 sed neque currentem se nec cognoscit euntem,

773 lenta ab radice M<sup>2</sup> P. 784 conuersa M<sup>2</sup> P. 788 animumque P<sup>1</sup>. 790 certamine b, agnoscit Seruius. 801 ni P<sup>1</sup>.  
 edit P<sup>1</sup>, testantur Diomedes p. 362 K, Schol. Hor. Epod. 3 8, edat P<sup>2</sup> M, lemma Seruii. 824 Teucrosus P. 825 uestes P.  
 828 occidat P. 835 sanguine tanto R. 859 "male quidam auras" (pro umbras) "legunt" Seruius. 862 subito P.  
 conuersa M. 865 ad ora P, in ora M<sup>2</sup>. 870 scindit crinis R. 874 possim R. 880 possim M. 883 quam satis P.  
 dehiscet P<sup>1</sup>. 884 demittit P<sup>1</sup>. 893 clausumque M R.

tollentemue manus saxumue immane mouentem ;  
 genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis. 905  
 tum lapis ipse uiri, uacuum per inane uolutus,  
 nec spatium euasit totum, neque pertulit ietum.  
 ac uelut in somnis, oculos ubi languida pressit  
 nocte quies, nequiquam audios extendere eursus  
 uelle uidemur, et in mediis conatibus aegri 910  
 succidimus ; non lingua ualet, non corpore notae  
 sufficiunt uires, nec uox aut uerba secuntur :  
 sic Turno, quacumque uiam uirtute petiuit,  
 successum dea dira negat. tum pectore sensus  
 uertuntur uarii ; Rutulos aspectat et urbem, 915  
 eunetaturque metu, telumque instare trenescit ;  
 nec, quo se eripiat, nec, q̄a ni tendat in hostem,  
 nec currus usquam uidet aurigamue sororem.  
 cunctanti telum Aeneas fatale coruscet,  
 sortitus fortunam oculis, et corpore toto 920  
 euimus intorquet. murali concita nunquam  
 tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti  
 dissultant erepitis. uolat atri turbinis instar  
 exitum dirum hasta ferens, orasque reeludit  
 loricae et elipei extremos septemplexis orbes. 925  
 per medium stridens transit femur. incidit ictus  
 ingens ad terram duplicato poplite Turnus.  
 consurgunt gemitu Rutuli, totusque renugit

mons circum, et uocem late nemora alta remittunt.  
 ille humilis supplex oculos dextramque precantem  
 protendens, 'equidem merui, nec deprecor,' inquit ;  
 'utere sorte tua. miseri te si qua parentis 932  
 tangere cura potest, oro,—fuit et tibi talis  
 Aehises genitor—Dauni miserere senectae,  
 et me, seu corpus spoliatum lumine mauiis, 935  
 redde meis. uicisti, et uictum tendere palmas  
 Ausonii uidere ; tua est Lauinia coniunx :  
 ulterius ne tende odiis.' stetit acer in armis  
 Aeneas, uoluens oculos, dextramque repressit ;  
 et iam iamque magis eunetantem llectere sermo 940  
 coeperat, infelix uimero eum apparuit alto  
 balteus et notis fulserunt eingula bullis  
 Pallantis pueri, uictum quem uolnere Turnus  
 strauerat atque umeris inimicum insigne gerebat.  
 ille, oculis postquam saeui monumenta doloris 945  
 exuiuasque hausit, furiis accensus et ira  
 terribilis : 'tunc hinc spoliis indute meorum  
 eripiare mihi ? Pallas te hoc uolnere, Pallas  
 immolat, et poenam seclerato ex sanguine sumit.' 950  
 hoc dicens ferrum aduerso sub pectore condit  
 feruidus. ast illi soluuntur frigore membra,  
 nitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

904 tollentemque M. manu P, manum Ti. Donatus. 913 quacumque P<sup>l</sup>. 916 telumque P. 918 aurigamque R.  
 929 lute uocem R. 930 supplexque M.

Q. HORATI FLACCI  
C A R M I N V M  
LIBER PRIMVS

I

**M**AECENAS atavis edite regibus,  
o et praesidium et dulce decus meum :  
sunt quos curriculo pulucrem Olympicum  
collegisse iuuat metaeque feruidis  
euitata rotis palmaeque nobilis.  
terrarum dominos enehit ad deos  
hunc, si mobilium turba Quiritium  
certat tergeminis tollere honoribus ;  
illum, si proprio condidit horreo  
quicquid de Libycis uerritur areis.  
gaudentem patrios findere sarculo  
agros Attalicis condicionibus  
numquam demoueas, ut trabe Cypria  
Myrtoum pavidus nauta seceat mare.  
luctantem Icaris fluctibus Africum  
mercator metuens otium et oppidi  
laudat rura sui : mox refecit rates  
quassas, indocilis pauperiem pati.  
est qui nec ueteris pocula Massici  
nec partem solido demere de die  
spernit, nunc uiridi membra sub arbuto  
stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.  
multos castra iuuant et lituo tubae  
permixtus sonitus bellaque matribus  
detestata. manet sub Ioue frigido  
uenator tenerae coniugis immemor,  
seu uisa est catulis cerna fidelibus  
seu rupit teretis Marsus aper plagas.  
me doctarum hederæ præmia frontium  
dis miscent superis, me gelidum nemus  
nympharumque leues cum Satyris chori  
secernunt populo, si neque tibias  
Euterpe cohibet nec Polyhymnia  
Lesboum refugit tendere barbiton.  
quodsi me lyricis uatibus inseres,  
sublimi feriam sidera uertice.

II

Iam satis terris inuis atque diræ  
grandinis misit pater et rubente  
dextera sacras iaculatus arces  
terrui urbem,  
terrui gentis, graue ne rediret  
saeculum Pyrrhae noua monstra questae,  
omne cum Proteus pecus egit altos  
uisere montis,

piscium et summa genus haesit ulmo,  
nota quæ sedes fuerat columbis,  
et superiecto pauidae natarunt  
aequore dannae. 10  
uidimus flauom Tiberim retortis  
litore Etrusco uiolenter undis  
ire delectum monumenta regis 15  
templaque Vestae,  
Iliæ dum se nimium querenti  
iactat ultorem, uagus et sinistra  
labitur ripa Ioue non probante u-  
xorius amnis. 20  
audiet ciuis acuisse ferrum,  
quo graues Persae melius perirent,  
audiet pugnas uitio parentum  
rara iuuentus. 25  
quem uocet diuom populus uentis  
inperi rebus ? prece qua fatigent  
uirgines sanctae minus audientem  
carmina Vestam ?  
cui dabit partis scelus expiandi  
Iuppiter ? tandem uenias precamur  
nube candentis umeros amictus,  
augur Apollo ;  
sive tu maui, Erycina ridens,  
quam Iocus circum uolat et Cupido ;  
sive neclectum genus et nepotes 35  
respicias, auctor  
heu nimis longo satiate ludo,  
quem iuuat clamor galeaeque leues  
acer et Mauri peditis cruentum  
uoltus in hostem, 40  
sive mutata iuuenem figura  
ales in terris imitaris, almae  
filius Maiaie, patiens uocari  
Caesaris ultor :  
serus in caelum redeas diuque 45  
laetus intersis populo Quirini,  
neue te nostris uitis iniquom  
ocior aura  
tollat : hic magnos potius triumphos,  
hic ames dici pater atque princeps, 50  
neui sinas Medos equitare inultos  
te duce, Caesar.

III

Sic te diua potens Cypri,  
sic fratres Helenae, lucida sidera,

In hoc libro hi codices citantur : A' (Aa) γ v B' (B C) R F (φ ↓) λ' (λ l) π' (π L) V : sed carmina 3, 4, 5, 6, 7, 9, 11, 33, 34 et partes aliorum omisit B : post 13 deficit v : 2, 38 incipit L : 7, 5 incipit γ, qui 18, 15-23, 5 omisit. I 5, 6, 7 sic distinxit primus T. Gataker (*Aduersaria* c. xvi), nuper Munro. uulgo leg. *nobilis terrarum—deos ; hunc etc.* 7 *nobilium π.* 13 *dimoucas* codd. omn. praeter B R. 17 *tuta* Acidalius (Comm. in Vell. Pat. II 110) quod maluit Benti. *iura* conl. Keller. 28 *teretis* R. 35 *inseris* F λ π. II 10 *palumbis* Porphyrio. 18 *uelorum* F λ π. 39 *Marsi* T. Faber, Benti. al.

nentorumque regat pater  
 obstrictis aliis praeter Iapyga,  
 nauis, quae tibi ereditum  
 debes Vergilium, finibus Atticis  
 reddas incolumem precor  
 et serues animae dimidium meae.  
 illi robur et aes triplex  
 circa pectus erat, qui fragilem truci  
 commisit pelago ratem  
 primus, nec timuit praecipitem Afrieum  
 decertantem Aquilonibus  
 nec tristic Hyadas nec rabiem Noti,  
 quo non arbiter Hadriae  
 maior, tollere seu ponere uolt freta.  
 quem mortis timuit gradum,  
 qui siccis oculis monstra natantia,  
 qui uidit mare turbidum et  
 infamis scopulos Acroeraunia?  
 nequiquam deus abscedit  
 prudens Oceano dissociabili  
 terras, si tamen inripae  
 non tangenda rates transiliunt uada.  
 audax omnia perpeti  
 gens humana ruit per uetitum nefas:  
 audax Iapeti genus  
 ignem fraude mala gentibus intulit;  
 post ignem aethera domo  
 subductum macies et noua februm  
 terris incubuit cohors  
 semotique prius tarda necessitas  
 leti corripuit gradum.  
 expertus uacuum Daedalus aera  
 pinus non homini datis;  
 perrupit Acheronta Hereuleus labor.  
 nil mortalibus arduist;  
 caelum ipsum petimus stultitia neque  
 per nostrum patimur seelus  
 iracunda Iouem ponere fulmina.

## IV

Solutur acris hiemps grata uice ueris et Fauoni,  
 trahuntque siccas machinae carinas,  
 ac neque iam stabilis gaudet peens aut arator igni,  
 nec prata canis albicant primis.  
 iam Cytherea choros dicit Venus imminente luna, 5  
 iunctaeque Nympheis Gratiae decentes  
 alterno terram quatunt pede, dum grauis Cyclopum  
 Volcanus ardens nissit officinas.  
 nunc decet aut miridi nitidum caput impedire myrto  
 aut flore, terrae quem ferunt solutae; 10  
 nunc et in umbris Fauno decet immolare lucis,  
 seu poscat agna sine malit haedo.  
 pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas  
 regumque turris. o beate Sesti,  
 uitae summa breuis spem nos uetat inchoare longam.  
 iam te premet nox fabulaeque manes 16  
 et domus exilis Plutonia: quo simul mearis,  
 nec regna uini sortire talis,  
 nec tenerum Lycidan mirabere, quo calet inuentus  
 nunc omnis et mox uirgines tepebant. 20

## V

Quis multa graecis te puer in rosa  
 perfusus liquidis urget odoribus  
 grato, Pyrrhia, sub antro?  
 cui flauam religas comam,

simplex munditiis? heu quotiens fidem  
 mutatosque deos llebit et aspera  
 5  
 nigris aequora uentis  
 emirabitur insolens,  
 qui nunc te fruitur credulus aurea,  
 qui semper uacuum, semper anabilem  
 10  
 sperat, nescius aurae  
 fallacis. miseri, quibus  
 intemptata nites, me tabula sacer  
 uotiuu paries indicat uuida  
 suspendisse potenti  
 15  
 uestimenta maris deo.

## VI

Seriberis Vario fortis et hostium  
 uictor Maeonii carminis alite,  
 quam rem cumque ferox nauibus aut equis  
 miles te duce gesserit  
 5  
 nos, Agrippa, neque haec dicere nec grauem  
 Pelidae stomachum cedere nescii  
 nec cursus duplicis per mare Vlixci  
 nec saenam Pelopis domum  
 conamur tenues grandia, dum pudor  
 inbellisque lyrae Musa potens uetat  
 10  
 laudes egregii Caesaris et tuas  
 culpa deterere ingeni.  
 quis Martem tunica tectum adamantina  
 digne scripserit aut puluere Troico  
 nigrum Merionem aut ope Palladis  
 15  
 Tydiden superis parem?  
 nos conuicia, nos proelia uirginum  
 sectis in iuuenes unguibus acrim  
 cantamus, nacti, sine quid urimur,  
 non praeter solitum leues. 20

## VII

Laudabunt alii clarum Rhodan aut Mytilenae  
 aut Ephesum bimarisue Corinthi  
 moenia uel Baecho Thebas uel Apolline Delphos  
 insignis aut Thessala Tempe;  
 sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem  
 6  
 carmine perpetuo celebrare et  
 undique decerptam fronti praeponeere oliuam;  
 plurimum in Iunonis honorem  
 aptum dicit equis Argos ditisque Mycenae:  
 10  
 me nec tam patiens Lacedaemon  
 nec tam Larisae percussit campus opimae,  
 quam domus Albuncae resonantis  
 et praiceps Anio ac Tiburni lucus et uada  
 mobilibus pomaria riuis.  
 15  
 albus ut obscuro deterget nubila caelo  
 saepe Notus neque parturit imbris  
 perpetuos, sic tu sapiens finire memento  
 tristitiam uitaeque labores  
 molli, Planee, uero, seu te fulgentia signis  
 20  
 castra tenent seu densa tenebit  
 Tiburis umbra tui. Teucer Salamina patremque  
 cum fugeret, tamen uida Lyaeo  
 tempora populea fertur inmixisse corona,  
 sic tristic affatus amicos:  
 25  
 'quo nos cumque feret melior fortuna parente,  
 ibimus, o socii comitesque.  
 nil desperandum Teuero duce et auspice Teuero:  
 certus enim promisit Apollo

III 18 *rectis* Bentl. 19 *turgidum* R F  $\pi$ , *turbidum* V cet. 37 *arduum* v C R L, *arduus* est V cet. IV 8 *uisit* A' C R  $\pi$ ,  
*urit* FL V (de forma *nissit* adl Munronen p. xxix). 12 *agnam* v  $\pi$ , *agnam*—*hoedum* V ut uid. V 14 *humida* F. VI  
 2 *aliti* Fea. 3 *qua rem* Muret. Bentl. 7 *duplices* A' v C L. 13 *qui* Honsman, qui etiam m. 13-16 post 4 ponendos esse  
 censet. (Diar. Philolog. tom. xvii p. 303 sqq.) 18 *strictis* Bentl. VII 2 *Epheson* FL. 6, 7 *indeque* (om. et) Bouhierus.  
 7 *decerptae fronti* conl. Erasmus (ut tradit Glareanus). 8 *honore* Peerlk. Haupt. Keller. 9 *dicit* A' v C R L. 15 hic  
 nouum carmen incipiunt A  $\gamma$  F  $\pi$  C. *detergit*  $\gamma$  C. 17 *perpetuo*  $\gamma$  F  $\pi$ , *perpetuus* R. 27 *Teucri* A'  $\gamma$  v C R. *Phoebo* conl.  
 Bentl. post *auspice* distinguunt Keller al.

ambiguam tellure noua Salamina futuram.  
o fortes peioraque passi  
mecum saepe uiri, nunc uino pellite curas :  
cras ingens iterabimus aequor.'

## VIII

Lydia, die, per omnis  
te deos oro, Sybarin enī properes amando  
perdere, cur apricum  
oderit campum, patiens pulueris atque solis,  
cur neque militaris  
inter aequalis equitet, Gallica nec lupatis  
temperet ora frenis ?  
cur timet flauom Tiberim tangere ? cur oliuom  
sanguine uiperino  
cautius uitat neque iam liuida gestat armis  
bracchia, saepe disco,  
saepe trans finem iaculo nobilis expedito ?  
quid latet, ut marinae  
filium dicunt Thetidis sub lacrimosa Troiae  
funera, ne uirilis  
cultus in caedem et Lycias proriperet cateruas ?

## IX

Vides ut alta stet niue candidum  
Soracte, nec iam sustineant onus  
siluae laborantes gelneque  
flumina constiterint acuto ?  
dissolue frigus ligna super foco  
large reponens atque benignius  
deprome quadrimum Sabina,  
o Thaliarche, merum diota.  
permitte diuis cetera, qui simul  
strauere uentos aequore feruido  
deproeliantis, nec eupressi  
nec ueteres agitantur orni.  
quid sit futurum cras, fuge quaerere, et  
quem fors dierum cuique dabit, lucro  
appone, nec dulces amores  
sperne puer neque tu choreas,  
donec uirenti canities abest  
morosa. nunc et campus et areae  
lenesque sub noctem susurri  
composita repetantur hora,  
nunc et latentis proditor intumo  
gratus puellae risus ab angulo  
pignusque dereptum lacertis  
aut digito male pertinaci.

## X

Mercuri, facunde nepos Atlantis,  
qui feros cultus hominum recentum  
uoce formasti catus et decorae  
more palaestrae,  
te canam, magni Iouis et deorum  
nuntium curuaeque lyrae parentem,  
callidum quicquid placuit iocoso  
condere furto.  
te, boues olim nisi reddidisses,  
per dolum amotas, puerum minaci  
uoce dum terret, uiduus pharetra  
risit Apollo.  
quin et Atridas duce te superbos

Illo diues Priamus relicto  
Thessalosque ignis et iniqua Troiae  
castra fefellit.  
tu pias laetis animas reponis  
sedibus uirgaque leuem coerces  
aurea turbam, superis deorum  
gratus et imis.

## XI

Tu ne quaesieris (scire nefas) quem mihi, quem tibi  
finem di dederint, Leuconoe, nec Babylonios  
temptaris numeros. ut melius, quicquid erit, pati,  
sen pluris hiemis sen tribuit Iuppiter ultimam,  
quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare  
Tyrrhenum. sapias, uina liques et spatio breui  
spem longam recesses. dum loquimur, fugerit inuida  
aetas : carpe diem, quam minimum credula postero.

## XII

Quem uirum aut herosa lyra uel acri  
tibia sumis celebrare, Clio,  
quem deum ? cuius recinet iocosa  
nomen imago  
aut in umbrosis Heliconis oris  
aut super Pindo gelidoue in Haemo ?  
unde uocalem temere insecutae  
Orpheia siluae  
arte materna rapidos morantem  
fluminum lapsus celerisque uentos,  
blandum et auritas fidibus canoris  
ducere quercus.  
quid prius dicam solitis parentis  
laudibus, qui res hominum ac deorum,  
qui mare et terras uariisque mundum  
temperat horis :  
unde nil maius generatur ipso,  
nec uiget quicquam simile aut secundum ?  
proximos illi tamen occupauit  
Pallas honores,  
proeliis audax ; neque te silebo,  
Liber, et saeuus inimica uirgo  
beluis, nec te, metuende certa  
Phoebe sagitta.  
dicam et Alciden puerosque Ledae,  
hunc equis, illum superare pugnis  
nobilem ; quorum simul alba nautis  
stella refulsit,  
defluit saxis agitatus umor,  
concidunt uenti fugiuntque nubes  
et minax, quod sic uoluerē, ponto  
unda recumbit.  
Romulum post hos prius an quietum  
Pompili regnum memorem an superbos  
Tarquini fasces, dubito, an Catonis  
nobile letum.  
Regulum et Scauros animaeque magnae  
prodigum Paulum superante Poeno  
gratus insigni referam eamena  
Fabriciumque.  
hunc et incomptis Curium capillis  
utilem bello tulit et Camillum  
saeua paupertas et auitus apto  
cum lare fundus.  
crescit occulto uelut arbor aeuo  
fama Marcelli ; micat inter omnis

VIII 2 hoc deos oro γνπ, hoc d. uere AB. properas π. 6 equitat γπ. IX 1 candidus Mallius Theod. ed. Gaisf. p. 539. 6 largiri potis F π. 7 depone γ Fl π. 14 sors Fea, alii. 23 directum γνλ π. XI 3 pati / Orelli. 5 qui π. 6 sic distingunt Bentl. Munro, alii, Tyrrhenum, sapias uulgo. XII 2 sumes F λ V. caelo R F λ π. 3 recinet A B λ V, recinet γ Fl, retinet a v C R l π. 13 parentum γ F π. 15 ac A v B. 20, 21 sic dist. Bentl. al. ; honores. proeliis edd. plerique. (proeliis audax, h. e. Mars, Palmer.) 31 quia V. sic di Muret. Bentl. sicut. coni. Housman. 34 ac Hamacher. 35-37 catenis nobilitatum Reg. Hamacher. pro nobilitatum Housman (nobile) laetum coni. 41 intonsis Quintilianus 9. 3, 18. 43 arto ed. Mediol. 1477, L. Mueller, alii. 45 aruo N. Heinsius. 46 Marcellis Peerlk. L. Muell.



Iulium sidus velut inter ignis  
 Luna minores.  
 gentis humanae pater atque custos,  
 orte Saturno, tibi cura magni  
 Caesaris fatis data : tu secundo  
 Caesare regnes.  
 ille seu Parthos Latio imminentis  
 egerit iusto domitos triumpho,  
 siue subiectos orientis orae  
 Seras et Indos,  
 te minor latum reget aequos orbem ;  
 tu graui curru quaties Olympum,  
 tu parum castis inimica mittes  
 fulmina lucis.

## XIII

Cum tu, Lydia, Telephi  
 ceruicem roseam, cerea Telephi  
 laudas brachia, nae mecum  
 feruens dillicili bile tumet iecur.  
 tum nec mens mihi nec color  
 certe sede manent, umor et in genas  
 furtim labitur, arguens  
 quam lentis penitus macerer ignibus.  
 uror, seu tibi candidos  
 turparunt numeros immodicae mero  
 rixae, siue puer furens  
 inpressit memorem dente labris notam.  
 non, si me satis audias,  
 spes perpetuam dulcica barbata  
 laedentem oscula, quae Venus  
 quinta parte sui nectaris imbuit.  
 felices ter et amplius,  
 quos inrupta tenet copula nec malis  
 diuolsus querimoniis  
 suprema citius soluet amor die.

## XIV

O nauis, referent in mare te noui  
 fluctus ! o quid agis ? fortiter occupa  
 portum ! nonne uides ut  
 nudum renigio latus,  
 et malus celeri saeuens Africo  
 antennaeque gemant, ac sine funibus  
 uix durare carinae  
 possint imperiosius  
 aequor ? non tibi sunt integra lintea,  
 non di, quos iterum pressa noces malo.  
 quamuis Pontica pinus  
 siluac filia nobilis,  
 laetes et genus et nomen inutile :  
 nil pietis timidus nauita puppibus  
 fidit. tu nisi uentis  
 debes ludibrium, cane,  
 nuper sollicitum quae mihi taedium,  
 nunc desiderium curaque non lenis,  
 interfusa nitentis  
 uites aequora Cycladas.

## XV

Pastor cum traheret per freta nauibus  
 Idaeis Helenen perfidus hospitam,  
 ingrato celeris obruit otio  
 uentos, ut caneret fera  
 Nereus fata. ' mala ducis aui domum

quam multo repetet Graecia milite,  
 coniurata tuas rumpere nuptias  
 et regnum Priami uetus.  
 50 heu heu, quantus equis, quantus adest uiris  
 sudor ! quanta mones funera Dardanae  
 genti ! iam galeam Pallas et aegida  
 currusque et rabiem parat.  
 nequiquam Veneris praesidio ferox  
 55 pectes caesaricam grataque feminis  
 inbelli cithara carmina diuides ;  
 nequiquam thalamo grauis  
 hastas et calami spicula Cnosii  
 uitabis, strepitumque et celerem sequi  
 60 Aiacem : tamen heu serus adulteros  
 crines puluere collines.  
 non Laertiaden, exitium tuae  
 gentis, non Pylium Nestora respicis ?  
 urgent inpauidi te Salaminii  
 Teucer, te Sthenelus seiens  
 pugnae, siue opus est imperitare equis,  
 non auriga piger. Merionem quoque  
 nosces, ecce furit te reperire atrox  
 5 Tydides melior patre :  
 quem tu, ceruos uti nullis in altera  
 visum parte lupum graminis immemor,  
 30 sublimi fugies mollis anhelitu,  
 non hoc pollicitus tuae.  
 iracunda diem proferet Ilio  
 matronisque Phrygum classis Achillei ;  
 post certas hiemes uret Achaicus  
 35 ignis Iliacas domos.

## XVI

O matre pulehra filia pulehrior,  
 quem criminosis cumque uoles modum  
 pones iambis, siue flamma  
 siue mari libet Hadriano.  
 non Dindymene, non adytis quatit  
 mentem sacerdotum incolae Pythius,  
 non Liber aequae, non acuta  
 sic geminant Corybantes aera,  
 tristes ut irae, quas neque Noricus  
 deterret ensis nec mare naufragum  
 nec saeuos ignis nec tremendo  
 5 Iuppiter ipse ruens tumultu.  
 fertur Prometheus addere principi  
 limo coactus particulam undique  
 desectam et insani leonis  
 uim stomacho apposuisse nostro.  
 10 irae Thyesten exitio graui  
 stranere, et altis uribus ultimae  
 steterae causae, cur perirent  
 funditus imprimeretque muris  
 20 hostile aratrum exereitis insolens.  
 compesce mentem : me quoque pectoris  
 temptauit in dulci inuenta  
 feruor et in celeres iambos  
 misit furentem : nunc ego mitibus  
 25 multare quaero tristia, dum mihi  
 fias recantatis amica  
 obprobriis animumquo reddas.

## XVII

Velox amoenum saepe Lucretilem  
 mutat Lycaeo Faunus et igneam  
 defendit aestatem capellis  
 usque meis pluuiosque uentos.

XII 57 lactum a B' L. regit F π. XIII 2 lactea Bentl. alii. 5 tum γ F λ π, tunc A' B' R L. 6 manet B. 13 audies γ. 19 diuolsus Muret. alii. XIV 6 gemunt ζ, Fea, L. Mueller. 8 possunt C. 20 Cyclades γ F λ L. XV 2 Helenam V. 9 cheu γ F λ L. 13, 16, ut etiam III 21, nequiquam Keller, cum codd. uno et altero. 20 cultas γ R F π. 21 excidium γ L. 22 genti γ R F. 24 Teucer et γ C. Teucerque et Bentl. alii. 36 Pergameas, Dardanius, barbaricas edd. XVI 8 si Bentl. alii.

impune tutum per nemus arbutos  
quaerunt latentis et thyma deuiae  
olentis uxores mariti,  
nec uiridis metuunt colubras  
nec Martialis Haediliae lupos,  
utcumque dulci, Tyndari, fistula  
ualles et Vsticiae cubantis  
leuia personuere saxa.  
di me tuentur, dis pietas mea  
et musa cordi est. hinc tibi copia  
manabit ad plenum benigno  
ruris honorum opulenta cornu.  
hic in reducta ualle Caniculae  
uitabis aestus et fide Teia  
dices laborantis in uno  
Penelopen uitreamque Circen.  
hic innocentis pocula Lesbii  
duces sub umbra nec Semeleius  
cum Marte confundet Thyoneus  
proelia nec metues proferuom  
suspecta Cyrum, ne male dispari  
incontinentis inicit manus  
et scindat haerentem coronam  
crinibus inmeritamque uestem.

## XVIII

Nullam, Vare, sacra uite prius seueris arborem  
circa mite solum Tiburis et moenia Catili:  
siccis omnia nam dura deus proposuit, neque  
mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.  
quis post uina grauem militiam aut pauperiem  
crepat? 5  
quis non te potius, Bacche pater, teque, decens  
Venus?

ac nequis modici transiliat munera Liberi,  
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero  
debellata, monet Sithoniis non leuis Eulius,  
cum fas atque nefas exiguo fine libidinum  
discernunt audi. non ego te, candide Bassareu,  
inuitum quatiā nec uariis opsita frondibus  
sub diuom rapiam. saeua tene cum Berecynthio  
cornu tympana, quae subsequitur caecus amor sui  
et tollens uacuum plus nimio gloria uerticem  
arcanique fides prodiga, perlucidior uitro. 15

## XIX

Mater saeua Cupidinum  
Thebanaeque iubet me Semelae puer  
et lasciuia Licentia  
finitis animom reddere amoribus.  
urit me Glycerae nitor 5  
splendentis Pario marmore purius;  
urit grata proteruitas  
et uoltus nimium lubricis aspici  
in me tota ruens Venus  
Cyprum deseruit, nec patitur Scythas  
et uersis animosom equis 10  
Parthum dicere nec quae nihil attinent.  
hic uiuom mihi caespitem, hic  
uerbenas, pueri, ponite turaque  
bimi cum patera meri:  
mactata ueniet lenior hostia. 15

## XX

Vile potabis modicis Sabinum  
cantharis, Graeca quod ego ipse testa

conditum leui, datus in theatro  
cum tibi plausus,  
care Maecenas eques, ut paterni 5  
fluminis ripae simul et iocosa  
redderet laudes tibi Vaticani  
montis imago,  
Caecubum et prelo domitam Caleno  
tu bibes uuam: mea nec Falernae 10  
temperant uites neque Formiani  
pocula colles.

## XXI

Dianam tenerae dicite uirgines,  
intonsum, pueri, dicite Cynthium  
Latananque supremo  
dilectam penitus Ioui.  
uos laetam fluuiis et nemorum coma, 5  
quaecumque aut gelido prominet Algido,  
nigris aut Erymanthi  
siluis aut uiridis Gragi.  
uos Tempe totidem tollite laudibus  
natalemque, mares, Delon Apollinis 10  
insignemque pharetra  
fraternaue uerum lyra.  
hic bellum lacrimosum, hic miseram famem  
pestemque a populo et principe Caesare in  
Persas atque Britannos 15  
uestra motus aget prece.

## XXII

Integer nitae scelerisque purus  
non eget Mauris iaculis neque arcu  
nec uenenatis grauida sagittis,  
Fusce, pharetra,  
siue per Syrtis iter aestuosas, 5  
siue facturus per inhospitalem  
Caucasum uel quae loca fabulosus  
lambit Hydaspes.  
namque me silua lupus in Sabina,  
dum meam canto Lalagen et ultra 10  
terminum curis uagor expeditis,  
fugit inermem.  
quale portentum neque militaris  
Daunias latis alit aesculetis,  
nec Iubae tellus generat, leonum  
arida nutrix.  
pone me, pigris ubi nulla campis  
arbor aestiua recreatur aura,  
quod latus mundi nebulae malusque 20  
Iuppiter urget;  
pone sub curru nimium propinqui  
solis in terra domibus negata:  
dulce ridentem Lalagen amabo,  
dulce loquentem.

## XXIII

Vitas inuleo me similis, Chloe,  
quaerenti pauidam montibus auis  
matrem non sine uano  
aurarum et siluae metu.  
nam seu mobilibus uepris inhorruit 5  
ad uentum foliis, seu uirides rubum  
dimouere lacertae,  
et corde et genibus tremat.  
atqui non ego te, tigris ut aspera

XVII 5 totum  $\zeta$ , Bentl. 9 haedulae coni. Bentl. 19 disces B. XVIII 5 increpat CF. 15 extollens F N, attollens  $\pi$ . XIX 2 iubent B N. Semeles  $\zeta$  (fortasse etiam V). 12 attinet R F. XX 10 moues Bueheler, bibas Keller, uides coni. Munro. liques coni. Krueger. tum bibes L. Mueller. XXI 5 comam a B' F L V. 14 in om. A' C R'. XXII 2 nec A' C R'. 4 Tusce F. 14 Daunia  $\chi$   $\pi$ . 18 umbra Victorinus 2604. XXIII 1 uilat codices et scholiastae paene omnes. hinnuleo uulg. 5 uepris Gogauius, Bentl., uitis Muret., ueris codd. 6 ad uentum Muret., Bentl., ad uentos Keller, aduentus codd.

Gaetulus leo, frangere persequor :  
tandem desine matrem  
tempestiua sequi uiro.

## XXIV

Quis desiderio sit pudor aut modus  
tam cari capitis? praeceipe lugubris  
cantus, Melpomene, cui liquidam pater  
uocem cum cithara dedit.

ergo Quintilius perpetuus sopor  
urget? cui Pudor et Iustitiae soror,  
incorrupta Fides, nudaque Veritas  
quando ullum inueniet parem?  
multis ille bonis flebilis occidit,  
nulli flebilior, quam tibi, Vergili.  
tu frustra pius, heu, non ita creditum  
poseis Quintilius deos.

quid si Thracio blandius Orphea  
auditam moderere arboribus lidem,  
num uanae redeat sanguis imaginis,  
quam uirga semel horrida  
non lenis precibus fata recludere  
nigro compulerit Mercurius gregi?  
durum: sed leuius lit patientia  
quicquid corrigere est nefas.

## XXV

Pareius iunctas quatiunt fenestras  
iaetibus crebris iuuenes proterui,  
nec tibi somnos adimunt, amatque  
ianua limen,

quae prius multum facilis mouebat  
cardines. audis minus et minus iam:  
'me tuo longas pereunte noctes,  
Lydia, dormis?'

iuuicem moechos anus arrogantis  
belbis in solo leuis angiporitu,  
Thracio bacchante magis sub inter-  
lunia uento,

cum tibi llagrans amor et libido,  
quae solet matres furiare equorum,  
sacuet circa ieuur ulcerosum,  
non sine questu,

lacta quod pubes hiedera uirenti  
gaudeat pulla magis atque myrto,  
aridas frondes hiemis sodali  
dediect Hebro.

## XXVI

Musis amicus tristitiam et metus  
tradam proteruis in mare Creticum  
portare uentis, quis sub Aereo  
rex gelidae metuatur orae,

quid Tiridaten terreat, uiuice  
securus. o quae fontibus integris  
gaudes, aprieos nece llores,  
neete meo Lamiae coronam,

Pimplea duleis. nil sine te mei  
prosunt honores: hunc lidibus nouis,  
hunc Lesbio sacrare plectro  
teque tuasque decet sorores.

## XXVII

Natis in usum lactitiae scyphis  
pugnare Thraeum est: tollite barbarum

10 morem uerecundumque Baechum  
sanguineis prohibete rixis.  
uino et lucernis Medus acinaees 5  
immane quantum discrepat; impium  
lenite clamorem, sodales,  
et ebrito remanete presso.  
uoltis ueneri me quoque sumere  
partem Falerni? dicat Opuntiae 10  
frater Megyllae, quo beatus  
uolnere, qua pereat sagitta.  
cessat uoluntas? non alia bibam  
mercede. quae te cumque donat Venus,  
non erubescendis adurit 15  
ignibus ingenuoque semper  
amore peccas: quicquid habes, age  
depone tutis auribus. a miser,  
10 quanta laborabas Charybdi,  
digne puer meliore lamina!  
quae saga, quis te soluere Thessalis  
magus uenenis, quis poterit deus?  
15 uix iligatum te triformi  
Pegasus expedit Chimaira.

## XXVIII

20 Te maris et terrae numeroque earentis harenae  
mensorem colibent, Archyta,  
pulueris exigui prope litus parua Matinum  
munera, nec quicquam tibi prodest  
aeris temptasse domos animoque rotundum 5  
percurrisse polum morituro.  
occidit et Pelopis genitor, conuiuia deorum,  
Tithonusque remotus in anras,

5 et louis arenis Minos admissus, habentque  
Tartara Panthoiden iterum Oreo  
10 demissum, quantum clipeo Troiana relicto  
tempora testatus nihil ultra  
neruos atque cutem morti concesserat atrae,  
indice te non sordidus auctor  
15 naturae uerique. sed omnis nua manet nox  
et calcanda semel uia leti.

dant alios Furiae torio spectacula Marti,  
exitios audum mare nautis;  
15 mixta senum ac iuuenum densentur funera, nullum  
sacua caput Proserpina fugit;  
20 me quoque deuexi rapidus comes Orionis  
Hlyricis Notus obruit undis.

20 at tu, nauta, uagae ne parce malignus harenae  
ossibus et capiti inhumato  
partieulam dare: sic, quodcumque minabitur Eurus  
luctibus Hesperis, Venusinae 26  
plectantur siluae te sospite, multaue merces,  
unde potest, tibi delluat aequo

ab loue Neptunoque sacri custode Tarenti.  
necelegis immeritis nocituram 30  
postmodo te natis fraudem committere? forset  
debita iura neceque superbae

5 te maneat ipsum: praebis non linquar inultis,  
teque piacula nulla resoluent.  
quamquam festinas, non est mora longa: liecbit 35  
iniecto ter puluere curras.

## XXIX

leci, beatis nunc Arabum inuides  
gazis et acrem militiam paras  
non ante deuictis Sabaeae  
regibus horribilique Medo  
necis catenas. quae tibi uirginum 5  
sponso neeato barbara seruiet?

XXIV 13 quod si et 15 non sine interrogatione Orelli, al. XXV 2 ietibus L. 13 cupido B. 20 Euro Bentl. al.  
XXVI 5 quod L. Muell. 9 Pimplea codd., Pimplei N. Heins. Bentl. alii, Pimplea Peerlkamp, Keller. XXVII 13  
uoluntas A' γ CRL, uoluptas B F N π. XXVIII 3 litus F N L, litum A' γ B R π. 6 morituro? Fca, alii. 15 mors A' R.  
24 intumulto Peerlkamp. 31 forset γ D F λ π V, fors et C L, forsit a R, forsan A' 2 B.

puer quis ex aula capillis  
ad cyathum statuatur unctis,  
doctus sagittas tendere Sericas  
arctu paterno? quis neget arduis  
10 pronos relabi posse riuos  
montibus et Tiberim reuerti,  
cum tu coemptos undique nobilis  
libros Panaeci Socraticam et donum  
mutare loriceis Hiberis,  
15 pollicitus meliora, tendis?

## XXX

O Venus regina Cnidi Paphique,  
sperne dilectam Cypron et uocantis  
ture te multo Glyceræ decoram  
transfer in aedem.  
feruidus tecum puer et solutis  
Gratiæ zonis properentque Nymphae  
et parum comis sine te Iuuentas  
Mercuriusque.

## XXXI

Quid dedicatum poscit Apollinem,  
uates? quid orat de patera nouom  
fundens liquorem? non opimæ  
Sardinia segetes feraces,  
non aestuosæ grata Calabriae  
5 armenta, non aurum aut ebur Indicum,  
non rura quæ Liris quieta  
mordet aqua taciturnus amnis.  
premant Calena falce quibus dedit  
fortuna uitem, diues ut aureis  
10 mercator exsiccet culillis  
uina Syra reparata merce,  
dis carus ipsis, quippe ter et quater  
anno reuisens aequor Atlanticum  
impune: nec pascunt oliuæ,  
15 me cichorea leuesque maluæ.  
frui paratis et ualido mihi,  
Latæ, dones et precor integra  
cum mente nec turpem senectam  
degere nec cithara carentem.

## XXXII

Poscimus. siquid uacui sub umbra  
lusimus tecum, quod et hunc in annum  
uiuat et pluris, age dic Latinum,  
barbite, carmen,  
Lesbio primum modulate ciui,  
5 qui, ferox bello, tamen inter arma,  
siue iactatam religarat udo  
litore nauem,  
Liberum et Musas Veneremque et illi  
semper haerentem puerum canebat  
10 et Lycum nigris oculis nigroque  
crine decorum.  
o decus Phoebi et dapibus supreni  
grata testudo Iouis, o laborum  
dulce lenimen, mihi tecumque salue  
15 rite uocanti.

## XXXIII

Albi, ne doleas plus nimio memor  
immitis Glyceræ, neu miserabilis

decantes elegos, cur tibi iunior  
laesa praeniteat fide.  
insignem tenui fronte Lycorida  
5 Cyri torret amor, Cyrus in asperam  
declinat Pholœn: sed prius Apulis  
iungentur capreae lupis,  
quam turpi Pholœe peccet adultero.  
sic uisum Veneri, cui placet imparis  
10 formas atque animos sub iuga aenea  
saeuo mittere cum ioco.  
ipsum me melior cum peteret Venus  
grata detinuit compede Myrtale  
libertina, fretis acrior Hadriae  
15 curuantis Calabros sinus.

## XXXIV

Parcus deorum cultor et infrequens  
insanientis dum sapientiae  
consultus erro, nunc retrorsum  
uela dare atque iterare cursus  
5 cogor relictos: namque Diespiter,  
igni corusco nubila diuidens  
plerumque, per purum tonantis  
egit equos uolucrumque currum,  
quo bruta tellus et uaga flumina,  
10 quo Styx et iniuisi horrida Tacnari  
sedes Atlanteusque finis  
concutitur. ualet ima summis  
mutare et insignem attenuat deus,  
obscura promens; hinc apicem rapax  
15 fortuna cum stridore acuto  
sustulit, hic possuisse gaudet.

## XXXV

O diua, gratum quæ regis Antium,  
praesens uel imo tollere de gradu  
mortale corpus uel superbos  
uertere funeribus triumphos:  
5 te pauper ambit sollicita prece  
ruris colonus, te dominam aequoris  
quicumque Bithlyna laecissit  
Carpathium pelagus carina.  
te Dacus asper, te profugi Scythæ,  
10 urbesque gentesque et Latium ferox,  
regumque matres barbarorum et  
purpurei metuunt tyranni,  
iniurioso ne pede prouas  
stantem columnam, neu populus frequens  
15 ad arma cessantis, ad arma  
concitet imperiumque frangat.  
te semper anteit serua Necessitas,  
clauos trabalis et cuneos manu  
gestans aena, nec seuerus  
20 uncus abest liquidumque plumbum.  
te Spes et albo rara Fides colit  
uelata panno, nec comitem abnegat,  
utcumque mutata potentis  
ueste domos inimica linquis.  
25 ut uolgus infidum et meretrix retro  
periura cedit, diffugiunt cadis  
cum faece siccatis amici,  
ferre iugum pariter dolosi.  
serues iturum Caesarem in ultimos  
orbis Britannos et iuuenum recens  
30 examen Eois timendum  
partibus Oceanoque rubro.  
eheu cicatricum et sceleris pudet

XXXI 9 Calenam Porphyrio, Bentr. L. Muell. 10 ut B R F λ, et A' γ C. 11 culillis A' γ C R, culillis F π λ. 15 pascant Bentr. 18 at codd. om., ac Bentr., et Lambin. alii. XXXII 1 poscimus R F λ scholiastæ plerique, poscimus A' γ B' L. 8 nauim B. 15 mihi, cuique coni. Bentr., medicumque Lachm. XXXIV 5 relictos e coni. N. Heinsii Bentr. 13 insigne Bentr. XXXV 17 serua A' γ B' R L scholl., sacua F λ π. 22 peplo coni. Meineke, sed comitem coni. Peerlk. 33 heu, heu B π.

fratrumque, quid nos dura refuginus  
 aetas, quid intactum nefasti  
 liquimus? unde manum iuuentus  
 metu deorum continuit, quibus  
 peperit aris? o utinam nona  
 incude difingas retunsum in  
 Massagetis Arabasque ferrum.

## XXXVI

Et ture et fidibus inuat  
 placare et vituli sanguine debito  
 custodes Numidae deos,  
 qui nunc Hesperia sospes ab ultima  
 caris multa sodalibus,  
 nulli plura tamen diuidit oscula  
 quam dilecti Lamiæ, memor  
 actæ non alio rege puertiae  
 mutataeque simul togæ.  
 Cressa ne careat pulchra dies nota,  
 nen promptæ modus amphoræ,  
 neu morem in Saliis sit requies pedum,  
 nen multi Damalis meri  
 Bassum Threicia uineat amystide,  
 neu desint epulis rosæ  
 neu uiuax apium neu breue lilium.  
 omnes in Damalin putris  
 deponunt oculos, nec Damalis nouo  
 diuelleretur adultero,  
 lasciuis hederis ambitiosior.

## XXXVII

Nunc est bibendum, nunc pede libero  
 pulsanda tellus, nunc Saliaribus  
 ornare puluinar deorum  
 tempus erat dapibus, sodales.  
 antehæ nefas deponere Caecubum

cellis auitis, dum Capitolio  
 regina dementis ruinas  
 funus et imperio parabat  
 contaminato cum grege turpium  
 morbo uirorum, quidlibet impotens  
 sperare fortunæ dulci  
 ebria. sed minuit furorem  
 nix una sospes nauis ab ignibus,  
 mentemque lymphatam Mareotico  
 redegit in ueros timores  
 Caesar, ab Italia uolentem  
 remis adurgens, accipiter uelut  
 mollis columbas, aut leporem citus  
 nenator in campis nivalis  
 Haemoniæ, daret ut eatenis  
 fatale monstrum. quæ generosius  
 perire quaerens nec muliebriter  
 expauit ense nec latentis  
 classe cita reparauit oras;  
 ausa et iacentem uisere regiam  
 uultu sereno, fortis et asperas  
 tractare serpentes, ut atrum  
 corpore combiberet uenenum,  
 deliberata morte ferocior;  
 sacuis Liburnis scilicet inuidens  
 priuata deduci superio  
 non humilis mulier triumpho.

## XXXVIII

Persicos odi, puer, apparatus,  
 displicent nexæ phylæ coronæ,  
 mitte sectari, rosa quo locorum  
 sera moretur.  
 simplici myrto nihil adlabores  
 sedulus curo: neque te ministrum  
 dedecet myrtus neque me sub arta  
 uite bibentem.

## LIBER SECVNDVS

## I

Motum ex Metello consule ciuicium,  
 bellique causas et uitia et modos,  
 Indumque Fortunæ grauisque  
 principum amicitias et arma  
 nondum expiatis uncta cruoribus,  
 periculosæ plenum opus alææ,  
 tractas et incedis per ignes  
 suppositos cineri doloso.  
 paulum seueræ Musa tragœdiæ  
 desit theatris: mox, ubi publicas  
 res ordinaris, grande munus  
 Ceerpio repetes coturno,  
 insigne maestis praesidium reis  
 et consulenti, Pollio, curiæ,  
 eni laurus æternos honores  
 Delmatico peperit triumpho.  
 iam nunc minaci mirmure cornuum  
 perstringis auris, iam litui strepunt,  
 iam fulgor armorum fugacis

terret equos equitumque uoltus.  
 audire magnos iam uideor duces  
 non indecoro puluere sordidos  
 et cuncta terrarum subacta  
 praeter atrocem animum Catonis.  
 Iuno et deorum quisquis amicior  
 Afris inulta cesserat impotens  
 tellure, nictorum nepotes  
 rettulit inferias Iugurthæ.  
 quis non Latino sanguine pinguior  
 campus sepulchris impia proelia  
 testatur auditumque Medis  
 Hesperiae sonitum ruinae?  
 qui gurgis aut quæ flumina Iugubris  
 ignara belli? quod mare Daunia  
 non decolorauere caedes?  
 quæ caret ora errore nostro?  
 sed ne relictis, Musa, proceus iocis  
 Cææ retractes numeræ neniæ:  
 mecum Dionæo sub antro  
 quaere modos lauiore plectro.

XXXV 36 *linguimus* B'. 39 *difingas* B. J. XXXVI 11, 12, 13, 15 *nec* R F π'. XXXVII 5 *deponere* B. 10 *opprobriorum* con. Bentl. 24 *repleuit* R (si Orellio fides), *penetrauit*, *properauit*, *remeauit*, *repediuit*, *perarauit* editores. XXXVIII 6 *curæ* cod. unus, *curo* Bentl., *sedulus*, *curo*: dist. Keller.

II In hoc libro hos codices citauit: A' (Au) γ γ B' (B C) R F (φ ↓) λ (λ l) π (π I) V. Incipit v post IX 17: deficit l in XVI-XIX 4. I 16 *Dalmatico* A' B' γ R, *Dalmatico* cet.



ille te mecum locus et beatae  
postulant aere, ibi tu calentem  
debita sparges lacrima fauillam  
uatis amiae.

## VII

O saepe mecum tempus in ultimum  
deducte Bruto militiae duce,  
quis te redonauit Quiritem  
dis patriis Italoque caelo,  
Pompei, meorum prime sodalium,  
eum quo morantem saepe diem mero  
fregi coronatus nitentis  
malobathro Syrio capillos?  
tecum Philippo et celere fugam  
sensi relicta non bene parvula,  
eum fraeta uirtus et minaces  
turpe solum tetigere mento.  
sed me per hostis Mercurius celer  
denso pauentem sustulit acre;  
te rursus in bellum resorbens  
unda fretis tulit aestuosus.  
ergo obligatam redde loui dapem,  
longaque fessum militia latus  
depone sub lauro mea nec  
parce cadis tibi destinatis.  
obliuioso lenia Massieo  
ciboria exple, funde capaeibus  
unguenta de conchis. quis udo  
deproperare apio coronas  
euratae myrto? quem Venus arbitrum  
diect bibendi? non ego sanius  
bacchabor Edonis: recepto  
dulce mihi furere est amieo.

## VIII

Vlla si iuris tibi perierati  
poena, Barine, nocuisset unquam,  
dente si nigro fieres uel uno  
turpior ungui,  
crederem: sed tu simul obligasti  
perfidum uotis caput, eniteseis  
pulehrior multo inuenimque prodis  
publica cura.  
expedit matris cineres opertos  
fallere et toto taeturna noctis  
signa eum caelo gelidaque diuos  
morte carentis.  
ridet hoc, inquam, Venus ipsa, rident  
simplices Nymphae, ferus et Cupido  
semper ardentis acens sagittas  
eote eruenta.  
adde quod pubes tibi creseit omnis,  
seruitus crescit noua, nec priores  
impiae tectum dominae relinquunt  
saepe minati.  
te suis matres metuunt inuenens,  
te senes parci miseraeque nuper  
uirgines nuptae, tua ne retardet  
aura maritos.

## IX

Non semper imbres nubibus hispidos  
manant in agros aut mare Caspium  
uexant inaequales procellae  
usque, nec Armeniis in oris,

amiae Valgi, stat glacies iners  
menses per omnis aut Aquilonibus  
querqueta Gargani laborant  
et foliis uiduuntur orni:  
tu semper urges flebilibus modis  
Mysten ademptum, nec tibi Vespero  
surgente decedunt amores  
nec rapidum fugiente solem.  
at non ter aeo functus amabilem  
plorauit omnis Antiochum senex  
annos, nec inpubem parentes  
Troilon aut Phrygiae sorores  
fleuere semper. desine mollium  
tandem querellarum, et potius noua  
cantemus Augusti tropaea  
Caesaris et rigidum Niphaten  
Medunque flumen gentibus additum  
uictis minores uoluere uertices,  
intraque praescriptum Gelonos  
exiguus equitare campis.

## X

Rectius uiues, Licini, neque altum  
semper urgendo neque, dum procellas  
cautus horreseis, nimium premendo  
litus iniquum:  
auream quisquis medioeritatem  
diligit, tutus caret opsoleti  
sordibus teeti, caret inuidenda  
sobrius aula.  
saepe uentis agitur ingens  
pinus et celsae granioze casu  
decidunt turres feruntque summos  
fulgura montis.  
sperat in festis, metuit secundis  
alteram sortem bene praeparatum  
pectus. informis hiemes reducit  
Iuppiter, idem  
summonet. non, si male nunc, et olim  
sic erit: quondam cithara tacentem  
suscitat musam neque semper arcum  
tendit Apollo.  
rebus angustis animosus atque  
fortis appare; sapienter idem  
contrahes uento nimium seundo  
turgida uela.

## XI

Quid bellicosus Cantaber et Scythes,  
Hirpine Quincti, eogitet Hadria  
diuisus obiecto, remittas  
quaerere, nec trepides in usum  
poseantis aeni pauca: fugit retro  
lenis iuuentas et decor, arida  
pellente lasciuos amores  
eantiae facilemque somnum.  
non semper idem floribus est honor  
uernis neque uno luna rubens nitet  
uultu: quid aeternis minorem  
consiliis animum fatigas?  
cur non sub alta uel platano uel hac  
pinu iacentes sic temere et rosa  
canos odorati capillos,  
dum licet, Assyriae uardo  
potamus uneti? dissipat Euhius  
curas edacis. quis puer ocuis  
restinguet ardentis Falerni  
poenula praetereunte lympha?  
quis denium scortum eliciet domo

VII 12 *turpe!* G. Fabricius, Benti. alii. VIII 1 *perierati* B R L, *perierati* cet. IX 3 *uexant* R (Fea teste).  
7 *querqueta* F γ λ. 12 *rapido sole* B. X 6 *opsoleti* A' N B. 9 *sacuius* edd. aliquot. 13 *citharae* F L π, *cithara* cet.  
XI 4 *in usum* codd. omn., *in usu* cum scholiasta cod. v Haupt. Keller. 16 *Assyrioque* B.

Lyden ? eburna, dic age, cum lyra  
maturet, incomp'tum Lacaenae  
more comae religata nodum.

## XII

¶ Nolis longa ferae bella Numantiae,  
nec durum Hannibalem nec Siculum mare  
Poeno purpureum sanguine mollibus  
aptari citharae modis,  
nec saeuos Lapithas et nimium mero  
Hylaeum domitosque Herculea manu  
Telluris iuuenes, unde periculum  
fulgens contremuit domus  
Saturni ueteris : tuque pedestribus  
dices historiis proelia Caesaris,  
Maecenas, melius ductaque per uias  
regum colla minaciuni.  
me dulcis dominae Musa Licymniae  
cantus, me uoluit dicere lucidum  
fulgentis oculos et bene mutuis  
fidum pectus amoribus,  
quam nec ferre pedem dedecuit choris  
nec certare ioco nec dare brachia  
ludentem nitidis uirginibus sacro  
Dianae celebris die.  
num tu quae tenuit diues Achaemenes  
aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes  
permutare uelis crine Licymniae,  
plenas aut Arabum domos,  
cum flagrantia detorquet ad oscula  
ceruicem aut facili saeuitia negat,  
quae poscente magis gaudeat eripi,  
interdum rapere occupet ?

## XIII

Ille et nefasto te posuit die,  
quicumque primum, et sacrilega manu  
produxit, arbos, in nepotum  
perniciem obprobriumque pagi ;  
illum et parentis crediderim sui  
fregisse ceruicem et penetralia  
sparsisse nocturno cruore  
hospitis ; ille uenena Colcha  
et quicquid usquam concipitur nefas  
tractauit, agro qui statuit meo  
te, triste lignum, te caducum  
in domini caput inmerentis.  
quid quisque uitet, numquam homini satis  
cautum est in horas. nauita Bosphorum  
Poenus perhorrescit neque ultra  
caeca timet aliunde fata,  
miles sagittas et celerem fugam  
Parthi, catenas Parthus et Italum  
robur ; sed inprouisa leti  
uis rapuit rapietque gentis.  
quam paene furuae regna Proserpinae  
et iudicantem uidimus Aeacum  
sedesque discriptas piorum et  
Aeoliis fidibus querentem  
Sappho puellis de popularibus  
et te sonantem plentus aureo,  
Alcaee, plectro dura nauis,  
dura fugae mala, dura belli.  
utrumque sacro digna silentio

mirantur umbrae dicere ; sed magis  
pugnans et exactos tyrannos  
densum umeris bibit aure uolgens.  
quid mirum, ubi illis carminibus stupens  
demittit atras belua centiceps  
auris et intorti capillis  
Eumenidum recreantur angues ?  
quin et Prometheus et Pelopis parens  
dulci laborem decipitur sono  
nec curat Orion leones  
aut timidos agitare lynceas.

## XIV

Eheu, fugaces, Postume, Postume,  
labantur anni, nec pietas moram  
rugis et instanti senectae  
afferet indomitaque morti ;  
non, si trecentis quotquot eunt dies,  
amice, places inlacrimabilem  
Plutona tauris, qui ter amplum  
Geryonem Tityonque tristi  
compescit unda, scilicet omnibus,  
quicumque terrae nunere uescimur,  
enauganda, siue reges  
siue inopes erimus coloni.  
frustra cruento Marte carebimus  
fractisque rauci fluctibus Hadriae,  
frustra per autumnos nocentem  
corporibus metuemus Austrum.  
uisendus ater flumine languido  
Cocyots errans et Danaï genus  
infame damnatusque longi  
Sisyphus Aeolides laboris.  
linquenda tellus et domus et placens  
uxor, neque harum, quas colis, arborum  
te praeter inuisas cupressos  
ulla breuem dominum sequetur.  
absumet heres Caecuba dignior  
seruata centum clauibus et mero  
tinguet pauimentum superbo,  
pontificum potiore cenis.

## XV

Iam pauca aratro iugera regiae  
moles relinquent, undique latius  
extenta uisentur Lucrino  
stagna lacu, platanusque caelebs  
euincet ulmos ; tum uiolaria et  
myrtus et omnis copia narium  
spargent oliuetis odorem  
fertilibus domino priori ;  
tum spissa ramis laurea feruidos  
excludet ictus. non ita Romuli  
praescriptum et intonsi Catonis  
auspiciis ueterumque norma.  
priuatus illis census erat breuis,  
commune magnum : nulla decempedis  
metata priuatis opacam  
porticus excipiebat Arcton,  
nec fortuitum spernere caespitem  
leges sinebant, oppida publico  
sumptu iubentes et deorum  
templa nouo decorare saxo.

XI 23, 24 codd. omn. nodum et (praeter unum) incomptum uel in comptum exhibent. unus ille (Bentleii) incomptam habet. inter comas et comam uariant plerique, sed A B N' comae habent. Bentl. Keller alii incomptam—comam—nodo legunt ; Orelli in comptum—comas—nodum maluit. XII 2 dirum Orelli. 28 occupat π L, occupet cet. omn. XIII 1 illum N. Heinsius, Bentl. 8 Colcha A' γ B C R λ V, Colchica Fl π. 15 Thyms Lachmann L. Mueller alii. 16 timetue Lachmann (ad Lucr. II 27) alii. 23 discriptas A' B, descriptas γ γ C R π, discretas F' N' L. 38 laborem A' B R π F, laborum γ γ C' L V (ut uid.). XIV 5 tricenis codd. paene omni. (etiam V). 8 Geryonem a v B R φ π, Geryonem A γ C ↓ N' L. 24 uita F' N' π'. 27 superbus Feae eod. unus, superbum Lambin. XV continuant cum XIV A' B C R V et scholl. multi. 10 aestus ζ. 12 forma π L.



## XVI

Otium diuos rogat in patenti  
 prensus Aegaeo, simul atra nubes  
 condidit lunam neque certa fulgent  
 sidera nautis ;  
 otium bello furiosa Thrace,  
 otium Medi pharetra decori,  
 Grophe, non gemmis neque purpura ue-  
 nale neque auro.  
 non enim gazae neque consularis  
 summouet licet miseris tumultus  
 mentis et curas laqueata circum  
 tecta uolantis.  
 uiuitur paruo bene, eni paternum  
 splendet in mensa tenni salinum,  
 nec leuis somnos timor aut eupido  
 sordidus aufert.  
 quid breui fortes iaculamur aeno  
 multa ? quid terras alio calentis  
 sole mutamus ? patriae quis exul  
 se quoque fugit ?  
 scandit aeratas uitiosa nanis  
 cura nec turmas equitum relinquit,  
 ocior ceruis et agente nimbos  
 ocior Euro.  
 laetus in praesens animus quod ultrast  
 oderit curare et amara lento  
 temperet risu : nihil est ab omni  
 parte beatum.  
 abstulit clarum cita mors Achillem,  
 longa Tithonum mimit senectus,  
 et mihi fors an tibi quod negarit,  
 porriget hora.  
 te greges centum Siciliaeque circum  
 mugiant uaccas, tibi tollit hinnitum  
 apta quadrigis equa, te bis Afro  
 murice tinctae  
 nestunt lanae : mihi parua rura et  
 spiritum Graiae tenuem Camenae  
 Pareas non mendax dedit et malignum  
 spernere uolgus.

## XVII

Cur me querellis exanimas tuis ?  
 nec dis anicum est nec mihi te prius  
 obire, Maecenas, mearum  
 grande decus columenque rerum.  
 a, te meae si partem animae rapit  
 maturior uis, quid moror altera,  
 nec carus aeque nec superstes  
 integer ? ille dies utranque  
 ducet ruinam. non ego perfidum  
 dixi sacramentum : ibimus, ibimus,  
 utrumque precedes, supremum  
 carpere iter comites parati.  
 me nec Chimaerae spiritus igneae,  
 nec si resurgat centimanus Gigas  
 dinellet unquam : sic potenti  
 Iustitiae placitumque Pareis.  
 seu Libra seu me Scorpius aspiciet  
 formidulosus, pars uiolentior  
 natalis horae, seu tyrannus  
 Hesperiae Capricornus undae,  
 utrumque nostrum incredibili modo  
 consentit astrum. te Iouis inuipio  
 tutela Saturno refulgens  
 eripuit uolnerisque fati

tardauit alas, cum populus frequens  
 laetum theatris ter crepuit sonum :  
 me truncus inlapsus cerebro  
 sustulerat, nisi Faunus ictum  
 dextra leuasset, Mercurialium  
 custos mirorum. reddere uictimas  
 aedemque uotium memento :  
 nos humilem feriemus agnam.

## XVIII

Non ebur neque aureum  
 mea renidet in domo lacunar ;  
 non trabes Hymettiae  
 premunt columnas ultima recisas  
 Africa, neque Attali  
 ignotus heres regiam occupauit,  
 nec Laconicas mihi  
 trahunt honestae purpuras clientae.  
 at fides et ingeni  
 benigna nenast, pauperemque diues  
 me petit ; nihil supra  
 deos laesso nec potentem amicum  
 largiora flagito,  
 satis beatus unieis Sabinis.  
 traditur dies die  
 nouaeque pergunt intrare lunae :  
 tu secunda mariuora  
 locas sub ipsam funus et sepulchri  
 immemor struis domos,  
 marisque Ibae obstrepentis urges  
 summouere litora,  
 parum locuples continente ripa.  
 quid quod usque proximos  
 reuellis agri terminos et ultra  
 limites clientium  
 salis auarus ? pellitur paternos  
 in sinu ferens deos  
 et uxor et uir sordidosque natos.  
 nulla certior tamen  
 rapacis Orci sine destinata  
 aula dinitem manet  
 erum. quid ultra tendis ? aequa tellus  
 pauperi recluditur  
 regumque pueris, nec satelles Orci  
 callidum Promethea  
 renexit auro captus : hic superbum  
 Tantalum atque Tanti  
 gens coereet, hic lenare functum  
 pauperem laboribus  
 uocatus atque non nocatus audit.

## XIX

Bacchum in remotis carmina rupibus  
 uidi docentem, credite posteri,  
 nymphasque discentis et auris  
 capripedum Satyrorum acutas.  
 enhoe ? recenti mens trepidat metu,  
 plenoque Bacchi pectore turbidum  
 lactatur : enhoe ! parce Liber  
 parce, graui metende thyrsu !  
 fas pernicacis est mihi Thyiadas  
 niniqne fontem lactis et mberes  
 cantare rinos atque truncis  
 lapsa canis iterare mella ;  
 fas et beatas coniugis additum  
 stellis honorem tectaque Penthei  
 disiecta non leni ruina  
 Thracis et exitium Lyncurgi.

XVI 25 *ultrast* R, *ultra est cet.* 31 *forsel* F π. XVII 14 *Gygas* V, *gigas* R, *gigas* cet., *Gyas* Lambin., *Gyges* Muret. Bentl. 19 *letalis* F π. 25 *alas* om. F π. XVIII 8 *clientes* F λ π. 10 *uenast* R. 14 *nincis* con. Dinter. 30 *sed* Bentl. cum codd. aliquot Cruquii. 34 *regumque* *proli* con. L. Mueller, qui *pueris* disyllabon esse olim censuerat ut etiam Lucr. IV 1026. 36 *reuiuixit* π. XIX 9 *Thyadas* codd.

XVI 25 *ultrast* R, *ultra est cet.* 31 *forsel* F π. XVII 14 *Gygas* V, *gigas* R, *gigas* cet., *Gyas* Lambin., *Gyges* Muret. Bentl. 19 *letalis* F π. 25 *alas* om. F π. XVIII 8 *clientes* F λ π. 10 *uenast* R. 14 *nincis* con. Dinter. 30 *sed* Bentl. cum codd. aliquot Cruquii. 34 *regumque* *proli* con. L. Mueller, qui *pueris* disyllabon esse olim censuerat ut etiam Lucr. IV 1026. 36 *reuiuixit* π. XIX 9 *Thyadas* codd.

tu flectis amnes, tu mare barbarum,  
 tu separatis uuidus in iugis  
 nodo coerces uiperino  
 Bistonidum sine fraude crinis.  
 tu, cum parentis regna per arduum  
 cohors Gigantum scanderet impia,  
 Rhoetum retorsisti leonis  
 unguibus horribilique mala;  
 quamquam choreis aptior et iocis  
 ludoque dictus, non sat idoneus  
 pugnae ferebaris, sed idem  
 pacis eras mediusque belli.  
 te uidit insons Cerberus aureo  
 cornu decorum leniter atterens  
 caudam et recedentis trilingui  
 ore pedes tetigitque crura.

## XX

Non usitata nec tenui ferar  
 pinna biformis per liquidum aethera

uates neque in terris morabor  
 longius inuidiaque maior  
 urbes relinquam. non ego pauperum  
 sanguis parentum, non ego quem uocas,  
 dilecte Maecenas, obibo  
 nec Stygia colibebo unda.  
 iam iam residunt cruribus asperae  
 pelles, et album mutor in alitem  
 superne, nascunturque leues  
 per digitos umerosque plumae.  
 iam Daedaleo notior Icaro  
 uisam gementis litora Bosphori  
 Syrtisque Gaetulas canorus  
 ales Hyperboreosque campos.  
 me Colchus et, qui dissimulat metum  
 Marsae cohortis, Dacus et ultimi  
 noscent Geloni, me peritus  
 discet Hiber Rhodanique poter.  
 absint inani funere neniae  
 luctusque turpes et querimoniae:  
 compesce clamorem ac sepulchri  
 mitte superuacuos honores.

## LIBER TERTIVS

## I

Odi profanum uolgus et arceo:  
 fauete linguis; carmina non prius  
 audita Musarum sacerdos  
 uirginibus puerisque canto.  
 regum tumendorum in proprios greges,  
 reges in ipsos imperium est Iouis,  
 clari Giganteo triumpho,  
 cuncta supercilio mouentis.  
 est ut uiro uir latius ordinet  
 arbusta sulcis, hic generosior  
 descendat in campum petitor,  
 moribus hic meliorque fama  
 contendat, illi turba clientium  
 sit maior: aequa lege Necessitas  
 sortitur insignis et imos;  
 omne capax mouet urna nomen.  
 destrictus ensis cui super impia  
 ceruice pendet, non Siculae dapes  
 dulcem elaborabunt saporem,  
 non auium citharaeque cantus  
 somnum reducent: somnus agrestium  
 lenis uirorum non humilis domos  
 fastidit umbrosamque ripam,  
 non Zephyris agitata Tempe.  
 desiderantem, quod satis est, neque  
 tumultuosum sollicitat mare,  
 nec saeuos Aeturi cadentis  
 impetus aut orientis Haedi,  
 non uerberatae grandine uineae  
 fundusque mendax, arbore nunc aquas  
 culpante, nunc torrentia agros  
 sidera, nunc hiemes iniquas.  
 contracta pisces aequora sentiunt  
 iactis in altum molibus: huc frequens

caementa demittit redemptor  
 cum famulis dominusque terrae  
 fastidiosus. sed timor et minae  
 scandunt eodem quo dominus, neque  
 decedit aerata triremi et  
 post equitem sedet atra cura.  
 quodsi dolentem nec Phrygius lapis  
 nec purpurarum sidere clarior  
 delenit usus nec Falerna  
 nitis Achaemeniumque costum:  
 eur inuidendis postibus et nouo  
 sublime ritu moliar atrium?  
 eur ualle permutem Sabina  
 diuitias operosiores?

## II

Angustam amice pauperiem pati  
 robustus acri militia puer  
 condiscat et Parthos ferocis  
 uexet eques metuendus hasta  
 nitamque sub diuo et trepidis agat  
 in rebus. illum ex moenibus hosticis  
 matrona bellantis tyranni  
 prospiciens et adulta uirgo  
 suspiret: eheu, ne rudis agminum  
 sponsus laecessat regius asperum  
 tactu leonem, quem cruenta  
 per medias rapit ira caedes.  
 dulce et decorum est pro patria mori:  
 Mors et fugacem persequitur uirum,  
 nec parcat inbellis iuuentae  
 poplitis timidoue tergo.  
 uirtus repulsae nescia sordidae  
 intaminatis fulget honoribus,

XIX 23 *Rhoecum* V. XX 6, 7 *uocas* codd. ad unum omn. *quem uocas* 'dilecte,' ediderunt (cum schol. cod. γ) Ritter, Munro: alij uarie locum emendare conati sunt: sed uide sis quae disseruit Pluess, *Horazstudien* pp. 179-184. 13 *notior* A' γ v B R λ', *oerior* C F L π, *tutior* con. Bentl. prob. Lachm. ad Luer. III 374, *lactior* con. Pluess.

III In hoc libro citauit codd. hos: A' (A a) γ v B' (B C) R F (φ ↓) λ' (λ l) π' (π L) V: sed c. III et partes aliorum omisit B: v deficit in II 29-IV 15, V 27-VII 12, IX 4-XV 2, XIX 3 usque ad finem libri. I unum carmen esse c. I-VI existimauerunt Porphyrio et edd. aliquot. 17 *districtus* F λ' π'. 27 *saeuos* π. 35 *dimittit* C λ. 39 et om. codd. paene omnes, unde Bentl. 40 *postque* legit. 43 *delinit* γ v F λ' L. II 16 *timidoue* A' γ v B, *timidoque* C R F λ' π'.

nee sumit aut ponit securis  
 arbitrio popularis aerae.  
 uirtus, recludens inmeritis mori  
 caelum, negata temptat iter uia,  
 coetusque uolgaris et ndam  
 spernit humum fugiente pinna.  
 est et fideli tuta silentio  
 20 merces: uetabo, qui Cereris sacrum  
 uolgarit arcauae, sub isdem  
 sit trabibus fragilemque necum  
 soluat phaselon. saepe Diespiter  
 25 neclectus incesto addidit integrum;  
 raro antecedentem scelestum  
 deseruit pede poena claudio.

## III

Iustum et tenacem propositi uirum  
 non ciuium ardor praua iuuentium,  
 non uoltus instantis tyranni  
 mente quatit solida neque Auster  
 dux inquieti turbidus Hadriae  
 nec fulminantis magna manus Iouis;  
 5 si fractus inlabatur orbis,  
 inpauidum ferient ruinae.  
 hac arte Pollux et uagus Hercules  
 enisus aereis attigit igneas,  
 10 quos inter Augustus recumbens  
 purpureo bibit ore nectar.  
 hac te merentem, Bacche pater, tuac  
 uexere tigres indocili iugum  
 collo trahentes; hac Quirinus  
 15 Martis equis Acheronta fugit,  
 gratum clocuta consiliantibus  
 Iunone diuis: 'Ilion, Ilion  
 fatalis incestusque iudex  
 et mulier peregrina uertit  
 20 in puluerem, ex quo destituit deos  
 mercede pacta Laomedon, mihi  
 caestaque damnatum Mineruae  
 eum populo et duce fraudulento.  
 iam nec Lacaenae splendet adulterae  
 25 famosus hospes nec Priami domus  
 periura pugnaeque Aehiuis  
 Hectoreis opibus refringit,  
 nostrisque ductum seditionibus  
 bellum resedit. protinus et grauis  
 30 iras et inuisum nepotem,  
 Troica quem peperit sacerdos,  
 Marti redonabo; illum ego lucidas  
 inire sedes, discere nectaris  
 35 suos et adscribi quietis  
 ordinibus patiar deorum.  
 dum longus inter saecula Ilion  
 Romamque pontus, qualibet exules  
 in parte regnanto beati;  
 40 dum Priami Paridisque busto  
 insultet armentum et catulos ferae  
 celent inultae, stet Capitolium  
 fulgens triumphatisque possit  
 Roma ferox dare iura Medis.  
 45 horrenda late nomen in ultimis  
 extendat oras, qua medius liquor  
 secernit Europen ab Afro,  
 qua tumidus rigat arua Nilus,  
 aurum inreperitum et sic melius situm,  
 50 cum terra celat, spernere fortior  
 quam cogere humanos in usus

omne sacrum rapiente dextra.  
 quicumque mundo terminus obstitit,  
 hunc tanget armis, uisere gestiens  
 55 qua parte debaccientur ignes,  
 qua nebulae pluuiique rores.  
 sed bellicosus fata Quiritibus  
 hac lege dico, ne nimium pii  
 rebusque fidentes auitae  
 60 tecta uelint reparare Troiae.  
 Troiae renascens alite lugubri  
 fortuna tristi clade iterabitur,  
 ducente uietrices aeternas  
 coniuge me Iouis et sorore.  
 65 ter si resurgat murus aeneus  
 auctore Phoebos, ter pereat meis  
 excisus Argiuis, ter uxor  
 capta uirum puerosque ploret.  
 non hoc iocosae conueniet lyrae:  
 70 quo, Musa, tendis? desine peruicax  
 referre sermones deorum et  
 magna modis tenuare paruus.

## IV

Descende caelo et dic age tibia  
 regina longum Calliope melos,  
 seu uoce nunc mauius acuta  
 5 seu fidibus citharae Phoebi.  
 auditis, an me ludit amabilis  
 insania? audire et uideo pius  
 errare per lucos, amoenae  
 15 quos et aquae subeunt et aerae.  
 me fabulosae Voltur in Apulo  
 nutricis extra limina † Pulliae  
 ludo fatigatumque somno  
 20 fronde noua puerum palumbes  
 texere, mirum quod foret omnibus,  
 quicumque celsae nidum Acheruntiae  
 saltusque Bantinos et aruum  
 15 pingue tenent humilis Forenti,  
 ut tuto ab atris corpore uiperis  
 dormire et ursis, ut premerer sacra  
 lauroque conlataque myrto,  
 20 non sine dis animosus infans.  
 uester, Camenae, uester in arduos  
 tollor Sabinos, seu mihi frigidum  
 Praeneste seu Tibur supinum  
 seu liquidae placuere Baiae.  
 25 uestris amicum fontibus et chloris  
 non me Philippis uersa acies retro,  
 denota non extinxit arbor  
 nec Sicula Palinurus unda.  
 30 utenique necum uos eritis, libens  
 insanientem nauita Bosphorum  
 temptabo et urentis larenas  
 litoris Assyrii uiator;  
 40 uisam Britannos hospitibus feros  
 et lactum equino sanguine Concanum,  
 uisam plaretratos Gelonos  
 et Scythicum inuolutus aunem.  
 35 uos Caesarem altana, militia simul  
 fessas cohortes addidit oppidis,  
 finire quaerentem labores  
 Pierio recreatis antro.  
 40 uos lenae consilium et datis et dato  
 gaudetis, almae, scimus, ut impios  
 Titanas immanemque turmam  
 fulmine sustulerit caduco,

II 22 pro iter A' v C N' ire exhibent. 27 uolgaui A' γ v C. 28 fragilemque Bentl. III continent eum II A' C R V Porphyrio, Aéro, Meinek. 7 inlabatur A' N'. 10 inuisus F π'. 12 bibit A' γ R N', bibit C F π'. 23 damnatam Bentl. Lachm. 34 disere γ C R F π' scholl., duere A' N'. 69 conueniat L γ. IV 10 altricis L. limen Apuliae codd. paene omnes, sed A' B R (etiam schol. γ) limina pulliae habent, limina puliae L. cdd. uarie emendant, e.g. limina sedulae coniecit Bentl., Dauniae Poldanus, peryulae Baehrens, uilulae Yonge, Madvig. Keller 9 auio pro Apulo legit. 31 arentis π F. 38 addidit B F (cf. Tac. Ann. xiii 31), addidit A' γ v C R N' V, reddidit cum codd. aliquot Bentl. 43 turmam F π', turbam cet.

qui terram inertem, qui mare temperat uentosum et urbes regnaque tristia diuosque mortalisque turbas imperio regit unus aequo.	45	nec uera uirtus, cum semel excidit, curat reponi deterioribus.	30
magnum illa terrorem infulerat Ioui fidens iuuentus horrida brachiis fratresque tendentes opaco Pelion inposuisse Olympo.	50	si pugnat extricata densis cerua plagis, erit ille fortis, qui perfidis se credidit hostibus et Marte Poenos proteret altero qui lora restrictis lacertis sensit iners timuitque mortem.	35
sed quid Typhoeus et ualidus Mimas, aut quid minaci Porphyryon statu, quid Rhoetus euolsisque truncis Enceladus iaculator audax contra sonantem Palladis aegida possent ruentes? hinc audis stetit Volcanus, hinc matrona Iuno et numquam umeris positurus arcum,	55	†hic, unde uitam sumeret insecus. pacem duello miscuit. o pudor! o magna Karthago probrosis altior Italiae ruinis!	40
qui rore puro Castaliae lauit crinis solutos, qui Lyciae tenet dumeta natalemque siluam, Delius et Patareus Apollo. uis consili expertis mole ruit sua; nim temperatam di quoque prouehunt in maius; idem odere uires omne nefas animo mouentis. testis mearum centimanus Gigas sententiarum, notus et integrac temptator Orion Dianae, uirginea domitus sagitta.	60	fertur pudicae coniugis osculum paruosque natos ut capitis minor ab se remouisse et uirilem toruus humi posuisse uoltum, donec labantis consilio patres firmaret auctor numquam alias dato interque maerentis amicos egregius properaret exul.	45
iniecta monstris Terra dolet suis maeretque partus fulmine luridum missos ad Orcum; nec peredit inpositam celer ignis Aetnae, incontinentis nec Tityi iecur reliquit ales, nequitiae additus custos: amatorem trecentae Pirithoum cohibent catenae.	65	atqui sciebat quae sibi barbarus tortor pararet; non aliter tamen dimouit obstantis propinquos et populum reditus morantem, quam si clientum longa negotia disiudicata lite relinqueret, tendens Venafranos in agros aut Lacedaemonium Tarentum.	50
	70		55
	75		
	80		
		VI	
		Delicta maiorum inmeritis lues, Romane, douce templa refeceris, aedisque labentis deorum et foeda nigro simulacra fumo.	
		dis te minorem quod geris, inperas: hinc omne principium, nec refer exitum. di multa neclecti dederunt Hesperiae mala inctuosae.	5
		iam bis Monaeses et Pacori manus non auspicatos contudit impetus nostros et adiecisse praedam torquibus exiguis renidem.	10
		paene occupatam seditionibus deleuit urbem Dacus et Aethiops, hic classe formidatus, ille missilibus melior sagittis.	15
		fecunda culpae saecula nuptias primum inquinare et genus et domos: hoc fonte deriuata clades in patriam populumque fluxit.	20
		motus doceri gaudet Ionicos †matura uirgo et fingitur artibus iam nunc et incestos amores de tenero meditatatur ungui;	25
		mox iuniores quaerit adulteros inter mariti uina, neque elegit cui donet inpermissa raptini gaudia luminibus remotis, sed iussa coram non sine conscio surgit marito, seu uocat institor seu nauis Hispanae magister, dedecorum pretiosus emptor.	30
		non his iuuentus orta parentibus infect aequor sanguine Punico Pyrrhumque et ingentem cecidit Antiochum Hannibalemque dirum;	35

IV 46 *umbras* con. Bentl. 47 *turbas* γ v C R, *turmas* A' F N π'. 67 *uiris* R a pr. m. et hic et IV 2, 22, alibi *uires*. 69 *Gigas* codd. omni., *Gyas* Lambin., *Gyges* alii. 78 *relinquit* L. V 8 *aruis* e con. T. Fabri edd. 15 *trahentis* codd. ad unum omni., *trahenti* edd. paene omni. 17 *perirent* Glareanus, *perires* Lachmann con. ad Lucr. I 11. 37 *hic* codd. omni., *hinc* Bentl. *sumeret insecus* A' γ B' R F N π', *aptius* L alii (imprimis Bentleii). *mortem hinc, unde u. sumeret aptius, pacem et duello* Bentl., m. *hinc u. u. sumere iustius, pacemque bello* con. Housman, *hinc—sumere turpius* ego. 51 *amicos* F π'. 54 *disiudicata* F N π' al., *diudicata* plerique. VI 10 *inauspiciatos* A' B N'. 11 *nostris* col. unus, *nostrorum* con. Bentl. 22 *acerba uirgo* L. Muell. *Romana* Lehrs con. *frangitur* cod. unus, *artibus* F l π'. 27 *intermissa* A' γ C. 30 *cum* R π. 36 *durum* F.

sed rusticorum mascula militum  
proles, Sabellis docta ligonibus  
uersare glaebas et seuerae  
matris ad arbitrium recisos  
portare fustis, sol ubi montium  
mutaret umbras et iuga demeret  
bobus fatigatis, amicum  
tempus agens abeunte curru.  
damnosa quid non imminuit dies?  
aetas parentum, peior auis, tulit  
nos nequiores, mox daturos  
progeniem uitiosiorum.

## VII

Quid fles, Asterie, quem tibi candidi  
primo restituent uere Fauonii  
Thyna merce beatum,  
constantis iuuenem fidei  
Gygen? ille Notis actus ad Oricum  
post insana Caprae sidera frigidas  
noctes non sine multis  
insouinis lacrimis agit.  
atqui sollicitae nuntius hospitaec,  
suspirare Chloen et miseram tuis  
dicens ignibus uri,  
temptat mille uaferris modis.  
ut Proetum mulier perfida credulum  
falsis impulerit erimibus nimis  
casto Bellerophontae  
maturare necem refert.  
narrat paene datum Peleae Tartaro,  
Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens;  
et peccare docentis  
fallax historias monet;  
frustra: nam scopulis surdior Ieari  
uoces audit adhuc integer, at tibi  
ne uicinus Euipeus  
plus iusto placeat caue;  
quamuis non alius fletere equum sciens  
aeque conspicitur granine Martio,  
nec quisquam citus aeque  
Tusco denatat alneo,  
prima nocte domum clauide neque in uias  
sub cantu querulae despice tibiae  
et te saepe uocanti  
duram difficilis mane.

## VIII

Martii caelebs quid agam Kalendis,  
quid uelint flores et acerra turis  
plena miraris positusque carbo in  
caespite uiuo,  
docte sermones utriusque linguae.  
noueram dulcis epulas et album  
libero caprum prope funeratus  
arboris ictu.  
hic dies anno redeunte festus  
corticem adstrietum pice demonebit  
amphorae fumum bibere institutae  
consule Tullo.  
sume, Maecenas, cyathos amici  
sospitis centum et uigilis lucernas  
perfer in lucem; procul omnis esto  
clamor et ira.  
mitte ciuilibus super urbe curas:  
occidit Daci Cotisonis agmen,

Medus infestus sibi luctuosus  
dissidet armis,  
seruit Hispanae netus hostis orae  
Cantaber sera donitus catena,  
iam Seythae laxo meditantur arcu  
cedere campis.  
nelegens, nequa populus laboret,  
parce priuatus nimum cauere et  
dona praesentis cape lactus horae ae  
linque seuera.

## IX

Donec gratus eram tibi,  
nec quisquam potior brachia candidae  
cervici iuuenis dabat,  
Persarum uigui rege beator.  
'donec non alia magis  
arsisti, neque erat Lydia post Chloen,  
multi Lydia nominis  
Romana uigui clarior Ili.'  
me nunc Thraessa Chloee regit,  
dulcis docta modos et citharae sciens,  
pro qua non metuanam mori,  
si parent animae fata superstiti.  
'me torret face mutua  
Thurini Calais filius Ornyti,  
pro quo bis patiar mori,  
si parent puero fata superstiti.'  
quid si prisca redit Venus  
diductosque iugo cogit aeneo,  
si Iliana exentitur Chloee  
reicetaeque patet ianna Lydiae?  
'quamquam sidere pulchrior  
ille est, tu leuior cortice et improbo  
iracondior Hadria,  
tecum uiuere amem, tecum obeam libens.

## X

Extremum Tanain si biberes, Lyce,  
saeuo nupta uiro, me taueu asperas  
porrectum ante fores obicere incolis  
plorares Aquilonibus.  
andis quo strepitu ianna, quo nemus  
inter pulchra satum teeta remugiat  
uentis, et positas ut glaciem uiues  
puro numine Iuppiter?  
ingratam Veneri pone superbiam,  
ne currente retro funis eat rota:  
non te Penelopen difficilem prociis  
Tyrrenus genuit parens.  
o quamuis neque te munera nec preces  
nec tinctis uiola pallor amantium  
nec uir Pieria pacifice sancius  
curmat, supplicibus tuis  
pareas, nec rigida mollior aesculo  
nec Mauris animum mitior anguibus.  
non hoc semper erit luminis aut aquae  
caelestis patiens latus.

## XI

Mercuri (nam te docilis magistro  
mouit Amphion lapides canendo)  
tuque testudo resonare septem  
callida uernis,

VI 43 bobus C F N L, bubus A γ R π, sed cf. Prisc. 7. 16. 81. p. 773. VII 4 fidei codd. omni 18 apst. B, abst. cet. 20 mouet Fl. 22 audit om. F π, ludit corr. speruit A. 23 nec a B π. 30 cantum γ R π. VIII 5 sermone codd. plerique, sermones a R, Donat. ad Ter. Eun. III 2. 25. 14 hospitis a L, uigilis R. 15 profus L. 19 infestis sibi luctuosus Bentl. 27 rape F L. ac A': omis. γ γ R F N π, et e con. addidit Bentl. IX 5 aliam l. 17 quod si A' γ l. 21 quamuis F π. X 6 situm F L. 6, 7 remugiat? sentis et Bentl. 8 duro Bentl.

nec loquax olim neque grata, nunc et  
diuitum uensis et amica templis,  
dic modos, Lyde quibus obstinatas  
applicet auris,  
quae uelut latis equa trima campis  
fudit exultim metuitque tangi,  
nuptiarum expers et adhuc proteruo  
cruda marito.

tu potes tigris comitesque siluas  
ducere et riuos celeres morari ;  
cessit immanis tibi blandienti  
ianitor aulae.

[Cerberus, quamuis furiale centum  
muniant angues caput eius atque  
spiritus taeter saniesque manet  
ore trilingui.]

quin et Ixion Tityosque uoltu  
risit inuito, stetit urna paulum  
sicca, dum grato Danaï puellas  
carmine mulces.

audiat Lyde scelus atque notas  
uirginum poenas et inane lymphae  
dolum fundo pereuntis imo

seraque fata,  
quae manent culpas etiam sub Orco.  
impiae, (nam quid potuere maius?)  
impiae sponso potuere duro  
perdere ferro.

una de multis face nuptiali  
digna periurum fuit in parentem  
splendide mendax et in omne uirgo  
nobilis aeuom,

'surge' quae dixit iuueni marito,  
'surge, ne longus tibi somnus, unde  
non times, detur ; socerum et scelestas  
falle sorores,

quae, uelut nactae uitulos leaenae,  
singulos, eheu, lacerant : ego illis  
mollior nec te feriam neque intra  
claustra tenebo.

me pater saeuis oneret catenis,  
quod uiro clemens misero peperci ;  
me uel extremos Numidarum in agros  
classe releget.

i, pedes quo te rapiunt et aerae,  
dum fauet nox et Venus, i secundo  
omine et nostri memorem sepulchro  
scalpe querellam.'

## XII

Miserarum est neque amori dare ludum neque dulci  
mala uino lauere aut exanimari metuentis  
patruae uerbera linguae.  
tibi qualum Cythereae puer ales, tibi telas  
operosaeque Mineruae studium aufert, Neobule, 5  
Liparaei nitor Hebri,  
simul unctos Tiberinis umeros lauit in undis,  
eques ipso melior Bellerophonte, neque pugno  
neque segni pede uictus ;  
catus idem per apertum fugientis agitato  
grege ceruus iaculari et celer arto latitantem  
fruticeto excipere aprum.

## XIII

O fons Bandusiae splendidior uitro,  
dulci digne mero non sine floribus,

5 cras donaberis haedo,  
cui frons turgida cornibus  
primis et uenerem et proelia destinat ; 5  
frustra : nam gelidos inficiet tibi  
rubro sanguine riuos  
10 lasciu suboles gregis.  
te flagrantis atrox hora Caniculae  
nescit tangere, tu frigus amabile 10  
fessis uomere tauris  
praebes et pecori uago.  
15 fies nobilium tu quoque fontium,  
me dicente cauis impositam ilicem  
saxis, unde loquaces 15  
lymphae desiliunt tuae.

## XIV

Herculis ritu modo dictus, o plebs,  
morte uenalem petiisse laurum,  
Caesar Hispana repetit penatis  
uictor ab ora.  
5 unico gaudens mulier marito  
prodeat iustis operata sacris 5  
et soror clari ducis et decorae  
supplice uitta  
uirginum matres iuuenumque nuper  
10 sospitum, uos, o pueri et puellae,  
iam uirum expectate. male ominatis  
35 parcite uerbis.  
hic dies uere mihi festus atras  
eximet curas : ego nec tumultum,  
nec mori per uim metuam tenente  
15 Caesare terras.  
40 i, pete unguentum, puer, et coronas,  
et cadum Marsi memorem duelli,  
Spartaeum siqua potuit uagantem  
fallere testa. 20  
dic et argutae properet Neaerae  
murreum nodo cohobere cinem ;  
si per innisum mora ianitorem  
fiet, abito.  
25 lenit albescens animos capillus  
litium et rixae cupidos proteruae ;  
50 non ego hoc ferrem calidus iuuenta  
consule Planco.

## XV

Vxor pauperis Ibyci,  
tandem nequitiae fige modum tuae  
famosisque laboribus ;  
5 maturo propior desine funeri  
inter ludere uirgines 5  
et stellis nebulam spargere candidis.  
non, siquid Pholoen satis  
et te, Chlora, decet : filia rectius  
10 expugnat iuuenum domos,  
pulso Thyias uti concita tympano. 10  
illam cogit amor Nothi  
lasciuae similem ludere capreae :  
te lanae prope nobilem  
tonsa Luceriam, non citharae decent  
15 nec flos purpureus rosae 15  
nec poti uetulam faece tenus cadi.

XI 17-20 om Peerlk. Meinek. alii (recentiores plerique). XII carmen sic diuisit Bentl. alii (ut Nauck) in quaternorum uersuum strophas diuidunt. codd. uariant : sed in plerisque miserarum—neque dulci —animari—tibi qualum etc. initia uersuum sunt. 11 arto R F λ π V, alto A γ B L. XIII 1 Bandusiae A B F λ π V, Blandusiae a γ R l. 16 nymphae F π. XIV 6 sacris A' B λ π, diuis γ C R F L scholl., castis sacris Bentl. 7 cari R F π. 10 puellae ac Keller. 11 iam—expertae codd. non Bentl. expertes Cunningham. expectate ego, iam uirum spectate Bueheler. male ominatis γ C L V (A l in ras.) scholl., male nominatis cet., male inominatis Bentl. 14 exiget B. 22 cohobente Muret. Bentl. XV 2 pone γ C R, fige V cct. 16 uetulam R L, uetula A' γ v B' F λ π.

## XVI

Inclusam Danaen turris aenea  
 robustaeque fores et uigilam canum  
 tristes excubiae munierant satis  
 nocturnis ab adulteris,  
 si non Acrisium uirginis abditae  
 eustodem pauidum Iuppiter et Venus  
 risissent : fore enim tutum iter et patens  
 conuerso in pretium deo.  
 aurum per medios ire satellites  
 et perumpere amat saxa potentius  
 ietu fulmineo : concidit auguris  
 5 Argiui domus ob lucrum  
 demersa exitio ; diffidit urbium  
 portas uir Macedo et subruit aemulos  
 reges muneribus ; munera nauium  
 saeuos inlaqueant duces.  
 eresentem sequitur cura pecuniam  
 maiorumque fames. iure perhorru  
 late conspicuum tollere uerticem,  
 Maecenas, equitum decus.  
 quanto quisque sibi plura negauerit,  
 ab dis plura feret : nil eupientium  
 nudus castra peto et transfuga diuitum  
 partis linquere gestio,  
 econtemptae dominus splendidior rei,  
 10 quam si quaequid arat impiger Apulus  
 occultare meis dicerer horrens,  
 magnas inter opes inops.  
 purae riuos aquae siluaque iugerum  
 paucorum et segetis certa fides meae  
 fulgentem imperio fertilis Africae  
 fallit sorte beatior.  
 quamquam nec Calabriae mella ferunt apes  
 nec Laestrygonia Baechus in amphora  
 languescit mihi nec pinguis Gallicis  
 crescunt uellera pascuis,  
 importuna tamen pauperies abest,  
 15 nec, si plura uelim, tu dare deneges.  
 contraeto melius parua cupidine  
 uectigalia porrigam,  
 quam si Mygdoniis regnum Alyattei  
 campis continuem. multa petentibus  
 desunt multa : benest, cui deus optulit  
 pareo quod satis est manu.

## XVII

Aeli uetusto nobilis ab Lamo,  
 (quando et priores hinc Lamias ferunt  
 denominatos et nepotum  
 per memores genus omne fastos  
 auctore ab illo ducit originem,  
 qui Forniarum moenia dicitur  
 princeps et innantem Maricae  
 litoribus tenuisse Lirim  
 late tyrannus) cras foliis nemus  
 5 multis et alga litus inutili  
 demissa tempestas ab Euro  
 sternet, aquae nisi fallit augur  
 annosa cornix. dum potes, aridum  
 compone lignum : cras Genium mero  
 eurabis et porco bimenstri  
 eum famulis operum solutis.

## XVIII

Faune, Nympharum fugientum amator,  
 per meos finis et aprica rura

lenis incedas abeasque paruis  
 aequus alumnis,  
 si tener pleno cadit haedus anno,  
 5 larga nec desunt Veneris sodali  
 uina craterae, uetus ara multo  
 fumat odore.  
 ludit herboso pecus omne campo,  
 cum tibi Nonae redeunt Decembres ;  
 10 festus in pratis uacat otioso  
 cum boue pagus ;  
 inter andaeos lupus errat agnos ;  
 spargit agrestis tibi silua frondes ;  
 15 gaudet inuisam pepulisse fossor  
 ter pede terram.

## XIX

Quantum distet ab Inaecho  
 Codrus, pro patria non timidus mori,  
 narras, et genus Aeaei,  
 et pugnata sacro bella sub Ilio :  
 5 quo Chium pretio eadum  
 mereemur, quis aquam temperet ignibus,  
 quo praebente domum et quota  
 Paelignis caream frigoribus, taces.  
 da lunae propere nouae,  
 10 da noctis mediae, da, puer, auguris  
 Murenae : tribus aut nouem  
 miscentor cyathis pocula commodis.  
 qui Mensas amat imparis,  
 ternos ter cyathos attonitus petet  
 15 uates ; tris prohibet supra  
 rixarum metuens tangere Gratia  
 nudis iuncta sororibus.  
 insanire iuuat ; cur Berecynthiae  
 cessant flamina tibiae ?  
 20 cur pendet tacita fistula eum lyra ?  
 parentis ego dexteram  
 odi : sparge rosas ; audiat inuidus  
 dementem strepitum Lyceus,  
 et uicina semi non habilis Lyco.  
 25 spissa te nitidum coma,  
 puro te similem, Telephe, Vespero  
 tempestiua petit Rhode :  
 me lentus Glycerae torret amor meae.

## XX

Non uides, quanto moueas periculo,  
 Pyrrhe, Gaetulae catulos Icaenae ?  
 dura post paulo fugies inaudax  
 proelia raptor,  
 5 cum per obstantis inuenum cateruas  
 ibit insignem repetens Nearchum :  
 grande certamen, tibi praeda cedat  
 maior an illi.  
 interim, dum tu celeris sagittas  
 10 promissas, haec dentes acuit timendos,  
 arbiter pugnae posuisse nudo  
 sub pede palmam  
 fertur, et leni recreare uento  
 sparsum odoratis uerum capillis,  
 15 qualis aut Nireus fuit aut aquosa  
 raptus ab Ida.

## XXI

O nata mecum consule Manlio,  
 seu tu querellas sine geris ioeos

XVI 29 riuos R v. 43 benest R t ut uid. XVII 4 fastus R F π. 5 ducit D. Heinsius, Bentl. alii, ducis codd. uu. 2-5 delendos censent Meinek. L. Muell. alii. XVIII 12 parulus R F π ς. XIX 1 distat R L. 12 miscentor Rutgers. N. Heins. Bentl. al., miscentur codd. omu. 24 habili V. 27 Rhode A γ BR X, Chloc F π. XX 8 sic codd. maior an illa Peerlk. Orelli, Keller.

seu rixam et insanos amores  
 seu facilem, pia testa, somnum,  
 quocumque lectum nomine Massicum  
 seruas, moueri digna bono die,  
 descende, Coruino iubente  
 promere languidiora uina.  
 non ille, quamquam Socraticis madet  
 sermonibus, te necleget horridus :  
 narratur et prisci Catonis  
 saepe mero caluisse uirtus.  
 tu lene tormentum ingenio adiuues  
 plerumque duro ; tu sapientium  
 curas et arcanum iocoso  
 consilium retegis Lyaeo ;  
 tu spem reducis mentibus anxiis  
 uiresque et addis cornua pauperi,  
 pos te neque iratos trementi  
 regum apices neque militum arma.  
 te Liber et si laeta aderit Venus  
 segnesque nodum soluere Gratiae  
 uiuaeque producent lucernae,  
 dum rediens fugat astra Phoebus.

## XXII

Montium custos nemorumque uirgo,  
 quae laborantis utero puellas  
 ter uocata audis adimisque leto,  
 diua triformis,  
 imminens uillae tua pinus esto,  
 quam per exactos ego laetus annos  
 uerris obliquom meditantis ictum  
 sanguine donem.

## XXIII

Caelo supinas si tuleris manus  
 nascente luna, rustica Phidyle,  
 si ture placaris et horna  
 fruge Lares auidaue porca,  
 nec pestilentem sentiet Africum  
 fecunda uitis nec sterilem seges  
 robiginem aut dulces alumni  
 pomifero graue tempus anno.  
 nam quae niuali pascitur Algido  
 deuota quercus inter et ilices  
 aut crescit Albanis in herbis  
 uictima, pontificum securis  
 ceruice tinguet : te nihil attinet  
 temptare multa caede bidentium  
 paruos coronantem marino  
 rore deos fragilique myrto.  
 immunis aram si tetigit manus,  
 non sumptuosa blandior hostia,  
 molliuit auersos Penatis  
 farre pio et saliente mica.

## XXIV

Intactis opulentior  
 thesauris Arabum et diuitis Indiae  
 caementis licet occupes  
 Tyrrenum omne tuis et mare Apulicum :  
 si figit adamantinos  
 summis uerticibus dira Necessitas  
 clauos, non animum metu,  
 non mortis laqueis expedit caput.  
 campestris melius Scythae,  
 quorum plaustra uagas rite trahunt domos,

uiuunt et rigidi Getae,  
 inmetata quibus iugera liberas  
 fruges et cererem ferunt,  
 nec cultura placet longior annua,  
 defunctumque laboribus  
 aequali recreat sorte uicarius.  
 illic matre carentibus  
 priuignis mulier temperat innocens,  
 nec dotata regit uirum  
 coniunx nec nitido fidit adultero.  
 dos est magna parentium  
 uirtus et metuens alterius uiri  
 certo foedere castitas,  
 et peccare nefas aut pretium est mori.  
 o quisquis uolet impias  
 caedes et rabiem tollere ciuicam,  
 si quaeret 'pater urbium'  
 subscribi statuis, indomitam audeat  
 refrenare licentiam,  
 clarus post genitis : quatenus, heu nefas,  
 uirtutem incoluimus odimus,  
 sublata ex oculis quaerimus innidi.  
 quid tristes querimoniae,  
 si non supplicio culpa reciditur ?  
 quid leges sine moribus  
 uanae proficiunt, si neque feruidis  
 pars inclusa caloribus  
 mundi nec Boreae finitimum latus  
 durataeque solo niues  
 mercatorem abigunt, horrida callidi  
 uincunt aequora nauitae,  
 magnum pauperies obprobrium iubet  
 quiduis et facere et pati  
 uirtutisque uiam deserit arduae ?  
 uel nos in Capitolium,  
 quo clamor uocat et turba fauentium,  
 uel nos in mare proximum  
 gemmas et lapides aurum et inutile,  
 summi materiem mali,  
 mittamus, scelerum si bene paenitet.  
 eradenda cupidinis  
 prauis sunt elementa et tenerae nimis  
 mentes asperioribus  
 formandae studiis. nescit equo rudis  
 haerere ingenuus puer  
 uenarique timet, ludere doctior,  
 seu Graeco iubeas trocho,  
 seu malis uetita legibus alea,  
 cum periura patris fides  
 consortem socium fallat et hospites,  
 indignoque pecuniam  
 heredi properet. scilicet improbae  
 crescunt diuitiae : tamen  
 curtae nescio quid semper abest rei.

## XXV

Quo me, Bacche, rapis tui  
 plenum ? quae nemora aut quos agor in specus ;  
 uelox mente noua ? quibus  
 antris egregii Caesaris audiar  
 aeternum meditans decus  
 stellis inserere et consilio Iouis ?  
 dicam insigne, recens, adhuc  
 indictum ore alio. non secus in iugis  
 exsomnis stupet Euhias,  
 Hebrum prospiciens et niue candidam  
 Thracem ac pede barbaro  
 lustratam Rhodopen, ut mihi deuo  
 ripas et uacuum nemus  
 mirari libet. o Naiadum potens

XXI 5 nomine omnes codd. praeter B R L qui numine habent. 19 pos te π ↓ a pr. m. Keller. XXIII 7 robiginem A C R V, rubiginem cet. 19 molliuit γ C L R (uu. 12-20 om. B), mollibit A' F N' π (V ut uid.), mollirit cum uno cod. Cuningh. XXIV 4 terrenum Lachmann (cf. Liv. xxiii 19). Apulicum C F, publicum γ R π V, ponticum A' B N'. XXV 6 consilio A' γ B' N' L V, concilio R F π. 9 exsomnis omn. Edonis Bentl., Haupt, Meinek. 12 ac 5 Bentl.



Baccharumque ualentium  
 proceras manibus uertere fraxinos,  
 nil paruū aut humili modo,  
 nil mortale loquar. dulce periculumst,  
 o Lenace, sequi deum  
 cingentem uiridi tempora pampino.

## XXVI

Vixi puellis nuper idoneus  
 et militauī non sine gloria:  
 nunc arma defunctumque bello  
 barbiton hic paries habebit,  
 laeuom marinae qui Veneris latus  
 custodit. hic, hic ponite lucida  
 funalia et uectes et arcus  
 oppositis foribus minacis.  
 o quae beatam diua tenes Cyprum et  
 Memphin carentem Sithonia niue,  
 regina, sublimi flagello  
 tange Chloen semel arrogantem.

## XXVII

Impios parrae recinentis omen  
 ducat et praegnas canis aut ab agro  
 raua decurrens lupa Lanuino  
 fetaque nolpes.  
 rumpit et serpens iter institutum,  
 si per obliquom similis sagittae  
 termit mammos. ego cui timebo  
 prouidus auspex,  
 antequam stantis repetat paludes  
 imbrum diuina auis imminuentum,  
 oscinem cornum prece suscitabo  
 solis ab ortu.  
 sis licet felix, ubicumque mauis,  
 et memor nostri, Galatea, uiuas,  
 teque nec laeuos uetat ire pieus  
 nec naga cornix.  
 sed nides, quanto trepidet tumultu  
 pronus Orion. ego quid sit ater  
 Hadriae noni sinus et quid albus  
 peccet Iapyx.  
 hostium uxores puerique caecos  
 sentiant motus orientis Austri et  
 aequoris nigri fremitum et tremantis  
 nerbere ripas.  
 sic et Europe niueum doloso  
 credidit tauro latus et scotentem  
 beluis pontum mediasque fraudes  
 paluit audax.  
 nuper in pratis studiosa florum et  
 debitae Nymphis opifex coronae  
 nocte subluistri nihil astra praeter  
 uidit et undas.  
 quae simul eentum tetigit potentem  
 oppidis Creten, 'pater, o relictum  
 filiae nomen pietasque' dixit  
 'uicta furore!  
 unde quo ueni? leuis una mors est  
 uirginum culpae. uigilans uero  
 turpe commissum, an nitiis carentem  
 ludit imago  
 nana, quae porta fugiens eburna  
 somnium ducit? meliusne fluctus  
 ire per longos fuit, an recentis  
 carpere flores?

15 siquis infamem mihi nunc iuuenem 45  
 dedat iratae, laccrare ferro et  
 frangere enitar modo multum amati  
 cornua monstri.  
 20 impudens liqui patrios penates,  
 impudens Oreum moror. o deorum 50  
 siquis haec audis, utinam inter errem  
 mda leones!  
 antequam turpis macies decentis  
 occupet malas teneraeque sucus  
 defluat praedae, speciosa quaero 55  
 pascere tigris.  
 'uilis Europe' pater urget absens  
 'quid mori cessas? potes hac ab orno  
 5 pendulum zona bene te secuta  
 laccdere collum.  
 siue te rupes et acuta leto  
 saxa delectant, age te procellae  
 crede ueloci, nisi erile mauis  
 10 carpere pensum  
 regius sanguis dominaeque tradi  
 barbarae paelex.' aderat querenti  
 perfidum ridens Venus et remisso  
 filius arcu. 65  
 mox, ubi lusit satis, 'abstineto'  
 dixit 'irarum calidaeque rixae,  
 cum tibi inuisus laceranda reddet  
 cornua taurus.  
 uxor inuicti Iouis esse necis:  
 mitte singultus; bene fere magnam  
 disce fortunam; tua sectus orbis  
 75 nomina ducet.'

## XXVIII

10 Festo quid potius die  
 Neptuni faciam? prome reconditum,  
 Lyde, strenua Caecubum,  
 muniteaque adhibe nim sapientiae.  
 15 inclinare meridiem  
 sentis ac, ueluti stet uolueris dies,  
 parcis deripere horreo  
 cessantem Bibuli consulis amphoram?  
 nos cantabimus in uicem  
 20 Neptunum et uiridis Nereidum comas;  
 tu curua recines lyra  
 Latonam et celeris spicula Cynthiae;  
 summo carmine, quae Cnidon  
 fulgentisque tenet Cycladas et Paphum  
 25 inuictis uisit oloribus,  
 dicetur merita Nox quoque nenia. 15

## XXIX

30 Tyrrhena regum progenies, tibi  
 non ante uerso lene merum cado  
 cum flore, Maecenae, rosarum et  
 pressa tuis balanus capillis  
 35 iam dudum apud mest: eripe te morae,  
 ne semper ndum Tibur et Aefulac  
 decline contempleris aruom et  
 Telegoni iuga parricidae.  
 fastidiosam desere copiam et  
 40 molem propinquam nubibus arduis;  
 omite mirari beatae 10  
 fumum et opes strepitumque Romae.  
 plerumque gratae diuitibus nices  
 mundaeeque paruo sub lare pauperum

XXV 18 periculumst R a pr. manu ut uid. XXVI 1 puellis codd. et scholl. omn., daellis Franke, Keller. 7  
 scuresque con. Bentl., et ascias Keller, et uncas Jani, et haryas Cuingh. XXVII 2 praegnas A' B R, praegnas  
 C γ F λ π'. 5 rumpit R F π scholl. Bentl. al., rumpit A' γ B λ L. 15 uetat C. Lambin. Bentl. al., uetat ceteri codd.  
 48 monstri A' B λ π' V, tauri γ R F. 57 Europae V (Blaud. omn.). 69 lusit A' γ C R F π, luxit B λ' (a pr. manu).  
 71 iam tibi iniussus malebat Bentl. XXVIII 9 inuicta cett., inuictis R F π'. 14 Paphon F. XXIX 5 mest R'  
 6 ne γ R F λ π', nec A' B. Aefulac corr. Huebner apud Herm. I. 126, priores Aesulac dabant.

cenae sine aulacis et ostro  
 sollicitam explicere frontem.  
 iam clarus occultum Andromedae pater  
 ostendit ignem, iam Procyon furit  
 et stella uesani Leonis,  
 sole dies referente siccos ;  
 iam pastor umbras, cum grege languido  
 riuomque fessus quaerit et horridi  
 dumeta Siluani caretque  
 ripa uagis taciturna uentis.  
 tu ciuitatem quis deceat status  
 curas et urbi sollicitus times  
 quid Seres et regnata Cyro  
 Bactra parent Tanaisque discors.  
 prudens futuri temporis exitum  
 caliginosa nocte premit deus  
 ridetque, si mortalis ultra  
 fas trepidat. quod adest memento  
 componere aequos ; cetera fluminis  
 ritu feruntur, nunc medio alueo  
 cum pace delabentis Etruscum  
 in mare, nunc lapides adesos  
 stirpisque raptas et pecus et domos  
 uoluentis una, non sine montium  
 clamore uicinaeque siluae,  
 cum fera diluuiis quietos  
 iritat amnis. ille potens sui  
 laetusque deget, cui licet in diem  
 dixisse 'uixi : cras uel atra  
 nube polum pater occupato,  
 uel sole puro ; non tamen inritum,  
 quodcumque retrost, efficiet neque  
 diffinget infectumque reddet  
 quod fugiens semel hora uexit.'  
 Fortuna saeuo laeta negotio et

15 | ludum insolentem ludere pertinax 50  
 | transmutat incertos honores,  
 | nunc mihi, nunc alii benigna.  
 | laudo manentem ; si celeris quatit  
 20 | pinnas, resigno quae dedit et mea 55  
 | uirtute me inuoluo probamque  
 | pauperiem sine dote quaero.  
 | non est meum, si mugiat Africis  
 | malus procellis, ad miseris preces  
 | decurrere et uotis pacisci,  
 25 | ne Cypriae Tyriaeque merces 60  
 | addant auaro diuitias mari :  
 | tunc me biremis praesidio scaphae  
 | tutum per Aegaeos tuniultus  
 | aura feret geminusque Pollux.

## XXX

35 | Exegi monumentum aere perennius  
 | regalique situ pyramidum altius,  
 | quod non imber edax, non Aquilo impotens  
 | possit diruere aut innumerabilis  
 | annorum series et fuga temporum. 5  
 | non omnis moriar, multaque pars mei  
 | uitabit Libitinam : usque ego postera  
 | crescam laude recens, dum Capitolium  
 | scandet cum tacita uirgine pontifex.  
 | dicar, qua uiolens obstrepit Aufidus  
 40 | et qua pauper aquae Daunus agrestium  
 | regnauit populorum, ex humili potens  
 | princeps Aeolium carmen ad Italos  
 | deduxisse modos. sume superbiam  
 | quaesitam meritis et mihi Delphica  
 45 | lauro cinge uolens, Melpomene, comam. 15

## LIBER QVARTVS

## I

Intermissa, Venus, diu  
 rursus bella moues ? parce precor, precor.  
 non sum qualis eram bonae  
 sub regno Cinarae. desine, dulcium  
 mater saeua Cupidinum,  
 5 | circa lustra decem flectere mollibus  
 | iam durum imperiis : abi,  
 | quo blandae iuuenum te reuocant preces.  
 | tempestiuus in domum  
 | Pauli purpureis ales oloribus  
 10 | comissabere, Maximi,  
 | si torrere iecur quaeris idoneum :  
 | namque et nobilis et decens  
 | et pro sollicitis non tacitus reis  
 15 | et centum puer artium  
 | late signa feret militiae tuae,  
 | et quandoque potentior  
 | largi muneribus riserit aemuli,  
 | Albanos prope te lacus  
 20 | ponet marmoream sub trabe citrea.  
 | illic plurima naribus  
 | duces tura, lyraeque et Berecynthiae  
 | delectabere tibiae  
 | mixtis carminibus non sine fistula ;

illic bis pueri die 25  
 | numen cum teneris uirginibus tuum  
 | laudantes pede candido  
 | in morem Salium ter quatient humum.  
 | me nec femina nec puer  
 30 | iam nec spes animi credula mutui  
 | nec certare iuuat mero  
 | nec uincire nouis tempora floribus.  
 | sed cur heu, Ligurine, cur  
 | manat rara meas lacrima per genas ?  
 35 | cur facunda parum decoro  
 | inter uerba cadit lingua silentio ?  
 | nocturnis ego somniis  
 | iam captum teneo, iam uoluerem sequor  
 | te per gramina Martii  
 40 | campi, te per aquas, dure, uolubilis. 40

## II

Pindarus quisquis studet aemulari,  
 Iule, ceratis ope Daedalea  
 20 | nititur pinnis, uitreo daturus  
 | nomina ponto.  
 | monte decurrens uelut amnis, imbres  
 5 | quem super notas aluere ripas, 5

XXIX 34 aequore FLπ. 46 retrost R a pr. m. ut uidetur. 60 Syriaeque ζ. XXX 12 regnator π.  
 IV Codd. hos citauit A' (A a) γ γ B' (B C) RF (φ ↓) λ' (λ l) π' (π L) V : sed tantum c. XV exhibet v : deficit C post  
 VII 21 : B omittit III et XV. I 9 domum RF π', domo A' γ B' λ'. 10 Porphyreus V, ut uid. 18 largi A' γ B', largis  
 RF λ' π'. 20 citrea A' B' π' γ V, Cyprea R l F. 22 lyra, Berecynthia V. 23 tibia R φ V. II 2 ille con. Peerlkamp,  
 Iulle R F. 6 cum super notas saliere ripas V π.

feruit immensusque ruit profundo  
 Pindarus ore,  
 laurea donandus Apollinari,  
 seu per audacis noua dithyrambos  
 10 uerba deuoluit numerisque fertur  
 lege solutis ;  
 seu deos regesue canit, deorum  
 sanguinem, per quos cecidere iusta  
 morte Centauri, cecidit tremendae  
 15 flamma Chimaerae ;  
 siue quos Elea domum reducit  
 palma caelestis pugilennae equomue  
 dicit et centum potiore signis  
 20 munere donat,  
 flebili sponsae iuuenemue raptum  
 plorat et uiris animumque moresque  
 aures educit in astra nigroque  
 inuidet Oro.  
 multa Dircaeni leuat antra cecum,  
 25 tendit, Antoni, quotiens in altos  
 nubium tractus : ego apis Matinae  
 more modoque,  
 grata carpentis thyma per laborem  
 plurimum, circa nemus uidi que  
 30 Tiburis ripas operosa paruus  
 carmina lingo.  
 conecines maiore poeta plectro  
 Caesarem, quandoque trahet ferocis  
 per sacrum clinom merita decorus  
 35 fronde Sygambros ;  
 quo nihil maius meliusue terris  
 fata donauere bonique diui  
 nec dabunt, quamuis redeant in aurum  
 40 tempora priscaum.  
 concines lactosque dies et urbis  
 publicum ludum super impetrato  
 fortis Augusti reditu formique  
 litibus orbem,  
 45 tum meae, siquid loquar audiendum,  
 uocis accedet bona pars, et 'o sol  
 pulcher, o laudande!' canam recepto  
 Caesare felix.  
 itaque, dum procedis, io triumphe,  
 non semel dicemus, io triumphe,  
 50 ciuitas omnis, dabimusque diuis  
 tura benignis.  
 te decem tauri totidemque uaccas,  
 ne tener solnet uitulus, relicta  
 matre qui largis iuuenescit herbis  
 55 in mea uota,  
 fronte curuatos imitatus ignis  
 tertium lunae referentis ortum,  
 qua notam duxit, niueus uideri,  
 60 cetera fuluus.

## III

Quem tu, Melpomene, semel  
 naseentem placido lumine uideris,  
 illum non labor Isthmuis  
 clarabit pugilem, non equos impiger  
 5 curru ducet Achaico  
 victorem, neque res bellica Deliis  
 ornatum foliis ducem,  
 quod regum tumidas contuderit minas,  
 ostendet Capitolio :  
 10 sed quae Tibur aquae fertile praelluunt,  
 et spissae nemorum comae  
 fingant Aeolio carmine nobilem.

Romae principis urbium  
 dignatur suboles inter amabilis  
 uatum ponere me choros,  
 15 et iam dente minus mordeor inuido.  
 o testudinis aureae  
 duleem quae strepitum, Pieri, temperas,  
 o mutis quoque piscibus  
 donatura cecum, si libeat, sonum,  
 20 totum muneris hoc tui est,  
 quod monstror digito praetereuntium  
 Romanae fidicen lyrae :  
 quod spiro et placeo, si placeo, tuum est.

## IV

Qualem ministrum fulminis alitem,  
 cui rex deorum regnum in auis uagus  
 permisit expertus fidelem  
 Iuppiter in Ganymede flauo,  
 5 olim iuuentas et patrius uigor  
 nido laborum protulit inscimus  
 nemique iam nubis remotis  
 insolitos docuere nisus  
 nenti pauentem, mox in ouilia  
 demisit hostem niuidis impetus,  
 nunc in reluctantis dracones  
 10 egit amor dapis atque pugnae ;  
 qualemue lactis caprea pascuis  
 intenta fuluae matris ab ubere  
 iam lacte depulsam leonem,  
 15 dente nouo peritura uidit :  
 uidere Raeti bella sub Alpibus  
 Drusum gerentem Vindelici (quibus  
 mos unde deductus per omne  
 20 tempus Amazonia securi  
 dextras obarmet, quaerere distuli :  
 nec scire fas est omnia), sed diu  
 lateque uictrices caturae  
 consiliis iuuenis reuictae  
 25 sensere, quid mens rite, quid indoles  
 nutrita faustis sub penetralibus  
 posset, quid Augusti paternus  
 in pueros animus Nerones.  
 30 fortes creantur fortibus et bonis ;  
 est in iuuenis, est in equis patrum  
 uirtus, neque inbellem feroces  
 progenerant aquilae columbam ;  
 35 doctrina sed uim promouet insitam,  
 rectique cultus pectora roborant ;  
 utenimque defecere mores,  
 dedecorant bene nata culpae.  
 quid debeas, o Roma, Neronibus,  
 40 testis Metaurum flumen et Hasdrubal  
 deuictus et pulcher fugatis  
 ille dies Latio tenebris,  
 qui primus alma risit adorea,  
 dirus per urbes Afer ut Italas  
 ceu flamma per taedas uel Eurus  
 per Siculas equitauit undas.  
 45 post hoc secundis usque laboribus  
 Romana pubes creuit, et impio  
 uastata Poenorum tumulti  
 fana deos habuere rectos,  
 dixitque tandem perlidus Hannibal :  
 50 'cerui, luporum praeda rapacium,  
 sectamur ultro, quos opimus  
 fallere et effugere est triumphus.  
 gens, quae cremato fortis ab Ilio  
 lactata Tuseis aequoribus sacra

II 7 feruit A' B, feruet codd. plerique. 13 regesue π Bentl. αMi, regesque codd. plerique. 23 educit B' F π V, reducit A' γ R' N' L. 49 sic codd. om. praeter BC qui procedit habent. ioque ego conici, isque—procedit Bentleius, inque—procedis Keller, teque—procedit Orelli, terque con. Pauly, atque alii. III 4 equos A' C π. 21 tuist malebat Lachm. ad Luer. 1993. IV 6 propulit γ λ π'. 17 Raetis N. Heins. Bentl. Orell. 18-22 uerba quibus—sed om. Lambin. Peerlk. alii (sunt etiam qui omissis quibus—omnia, 22 et dia legunt). 24 reductae R, repressae Porphyrio. 29, 30 fortibus, et bonis est interpungunt codd. aliquot. 36 dedecorant A' γ B' λ' L, indecorant RF π scholl.

natosque maturosque patres  
 pertulit Ausonias ad urbes,  
 duris ut ilex tonsa bipennibus  
 nigrae feraci frondis in Algido,  
 per damna, per caedes ab ipso  
 ducit opes animumque ferro.  
 non Hydra secto corpore firmior  
 uinci dolentem creuit in Herculem,  
 monstrumue submitere Colchi  
 maius Echioniaeue Thebae.  
 merses profundo: pulchrior teuenit;  
 luctere: multa proruet integrum  
 cum laude uictorem geretque  
 proelia coniugibus loquenda.  
 Karthagini iam non ego nuntios  
 mittam superbos: occidit, occidit  
 spes omnis et fortuna nostri  
 nominis Hasdrubale interempto.  
 nil Claudiae non perficient manus,  
 quas et benigno numine Iuppiter  
 defendit et curae sagaces  
 expediunt per acuta belli.'

## V

Diuis orte bonis, optume Romulae  
 custos gentis, abes iam nimium diu;  
 maturum reditum pollicitus patrum  
 sancto consilio, redi.  
 lucem redde tuae, dux bone, patriae:  
 instar ueris enim uoltus ubi tuus  
 adfulsit populo, gratior it dies  
 et soles melius nitent.  
 ut mater iuuenem, quem Notus inuido  
 flatu Carpathii trans maris aequora  
 cunctantem spatio longius annuo  
 dulci distinet a domo,  
 uotis omnibusque et precibus uocat,  
 curuo nec faciem litore demouet:  
 sic desideris icta fidelibus  
 quaerit patria Caesarem.  
 tutus bos etenim rura perambulat,  
 nutrit rura Ceres almaque Faustitas,  
 pacatum uolitant per mare nauitae,  
 culpari metuit fides,  
 nullis polluitur casta domus stupris,  
 mos et lex maculosum edomuit nefas,  
 laudantur simili prole puerperae,  
 culpam poena premit comes.  
 [quis Parthum paucat, quis gelidum Scythen,  
 quis Germania quos horrida parturit  
 fetus incolumi Caesare? quis ferac  
 bellum curet Hiberiae?]  
 condit quisque diem collibus in suis,  
 et uitem uiduas ducit ad arbores;  
 hinc ad uina redit laetus et alteris  
 te mensis adhibet deum;  
 te multa prece, te prosequitur mero  
 defuso pateris, et Laribus tuum  
 miscet numen, uti Graecia Castoris  
 et magni memor Herculis.  
 'longas o utinam, dux bone, ferias  
 praestes Hesperiae!' dicimus integro  
 sicci mane die, dicimus uidi,  
 cum sol Oceano subest.

55

60

65

70

75

5

10

15

20

25

30

35

40

## VI

Diue, quem proles Niobeae magnae  
 uindictam linguae Tityosque raptor  
 sensit et Troiae prope uictor altae  
 Phthius Achilles,  
 ceteris maior, tibi miles impar,  
 filius quamuis Thetidis marinae  
 Dardanas turris quateret tremenda  
 cuspidem pugnae.  
 ille, mordaci uelut icta ferro  
 pinus aut inapula cypressus Euro,  
 procidit late posuitque collum in  
 puluere Teucro.  
 ille non inclusus equo Mineruae  
 sacra mentito male feriatos  
 Troas et laetam Priami choreis  
 falleret aulae,  
 sed palam cautis grauis, heu nefas heu,  
 nescios fari pueros Achiuis  
 ureret flammis, etiam latentem  
 matris in aluo,  
 ni tuis uictis Venerisque gratae  
 uocibus diuom pater aduisset  
 rebus Aeneae potiore ductos  
 alite muros.  
 doctor argutae fidicen Thaliae,  
 Phoebe, qui Xantho lauis amne crinis,  
 Dauniae defende decus Camenae,  
 leuis Agyieum.  
 spiritum Phocbus mihi, Phoebus artem  
 carminis nomenque dedit poetae.  
 uirginum primae puerique claris  
 patribus orti,  
 Deliae tutela deae, fugacis  
 lyncas et cernos cohibentis arcu,  
 Lesbium seruare pedem meique  
 pollicis ictum,  
 rite Latonae puerum canentes,  
 rite crescentem face Noctilucam,  
 prosperam frugum celeremque pronos  
 uoluer mensis.  
 nupta iam dices 'ego dis amicum,  
 saeculo festas referente luces,  
 reddidi carmen docilis modorum  
 uatis Horati.'

5

10

15

20

25

30

35

40

## VII

Diffugere niues, redeunt iam gramina campis  
 arboribusque comae,  
 mutat terra uices et decrescentia ripas  
 flumina praetereunt,  
 gratia cum Nymphis geminisque sororibus audet  
 ducere nuda choros.  
 immortalia ne speres, monet annus et alium  
 quae rapit hora diem.  
 frigora mitescunt Zephyris, ner proterit aestas,  
 interitura, simul  
 pomifer autumnus fruges effuderit, et mox  
 bruma recurrit iners.  
 damna tamen celeres reparant caelestia lunae:  
 nos, ubi decidimus,  
 quo pius Aeneas, quo Tullus diues et Ancus,  
 pulvis et umbra sumus.  
 quis scit an adiciant hodiernae crastina summae  
 tempora di superi?

5

10

15

IV 65 merses γ R π scholl., mersus A B N. exiet cum uno cod. Orelli, euenit cett., exiit coni. Postgate. 73 perficient A' γ B' R N π, perficiunt V, perficiant F. V 4 consilio λ, concilio cet. 14 dimouet A' γ B' N π. 18 farra Bentl. 34 defuso γ R F L, diffuso A' B' N π. VI 10 impressa a B' N. 17 cautis Housman, captis codd. plerique, om. F π; raptor, uictor aliquot Bentleii; uictis Peerlk. 19 latentes Cruquius, alii. 21 Agyieum V, Bentl. 28 lactus V. Agyieum a π, Agyeum B', Agylleum V, Agyieum uel Agylleum nostri plerique. 38 nocte lucem F et (ut uid.) π. VII 15 pater π V. diues Tullus π. 17 uitae π et (ut uid.) V.

cuncta manus anidas fugient heredis, amice  
 quae dederis animo.  
 cum semel occideris et de te splendida Minos  
 fecerit arbitria,  
 non, Torquate, genus, non te faemdia, non te  
 restituet pietas:  
 infernis neque enim tenebris Diana pudicum  
 liberat Hippolytum,  
 nec Lethaea nalet Theseus abrumper e caro  
 uinena Pirithoo.

## VIII

[Donarem pateras grataque eommodis,  
 Censorine, meis aera sodalibus,  
 donarem tripodas, praemia fortium  
 Graiorum, neque tu pessuma munera  
 ferres, diuite me scilicet artium,  
 quas aut Parrhasius protulit aut Scopas,  
 hic saxo, liquidis ille coloribus  
 sollers nunc hominem ponere, nunc deum.  
 sed non haec mihi uis, non tibi talium  
 res est aut animus deliciarum egenus.  
 gaudes carminibus; carmina possumus  
 donare et pretium dicere muneris.  
 non incisa notis marmora publicis,  
 per quae spiritus et uita redit bonis  
 post mortem ducibus, non celeres fugae  
 reiectaeque retrorsum Hannibalis immae,  
 non incendia Karthaginis impiae  
 eius, qui domita nomen ab Africa  
 lucretus rediit, clarius indicant  
 laudes, quam Calabrae Pierides; neque,  
 si chartae sileant quod bene feceris,  
 mercedem tuleris. quid foret Iliac  
 Manortisque puer, si taciturnitas  
 opstaret meritis inuida Romuli?  
 ereptum Stygiis Illicitibus Aeaicum  
 uirtus et fauor et lingua potentium  
 uatum diuitibus consecrat insulis.  
 dignum laude uirum Musa uetat mori;  
 caelo Musa beat: sic Iouis interest  
 optatis epulis impiger Heracles,  
 clarum Tyndaridae sidus ab infinis  
 quassas eripiunt aequoribus rates,  
 ornatus uiridi tempora pampino  
 Liber nota bonos ducit ad exitus.]

## IX

Ne forte credas interitura, quae  
 longe sonantem natus ad Auficum  
 non ante nolgas per artis  
 uerba loquor soeanda chordis.  
 non, si priores Maconius tenet  
 sedes Homerns, Pindariac latent  
 Caeaque et Aleaci minaces  
 Stesichoriquae graues Camenae;  
 nec siquid olim lusit Anacreon,  
 delenit aetas; spirat adhuc amor  
 uiuuntque commissi calores  
 Aeoliae fidibus puellae.  
 non sola comptos arsit adulteri  
 crines et aurum nestibus inlitum  
 mirata regalisque cultus  
 et comites Helene Lyaena;  
 primusne Teneer tela Cydonco  
 direxit areu; non semel Ilios

nexata; non pugnavit ingens  
 Idomeneus Sthenelusue solus  
 dicenda Musis proelia; non ferrox  
 Hector uel acer Deiphobus grauius  
 excepit ictus pro pudicis  
 coniugibus puerisque primus.  
 uixere fortes ante Agamemnona  
 multi; sed omnes inlacrimabiles  
 urgentur ignotique longa  
 nocte, carent quia uate sacro.  
 paulum sepultae distat inertiae  
 celata uirtus. non ego te meis  
 chartis inornatum sileri  
 totue tuos patiar labores  
 impune, Lolli, carpere liuidas  
 obliuiones. est animus tibi  
 rerumque prudens et secundis  
 temporibus dubiisque reclusus,  
 iudex avarae fraudis et abstinentis  
 ducentis ad se cuncta pecuniae,  
 consilique non unius anni,  
 sed quotiens bonus atque fidus  
 iudex honestum praetulit utili,  
 reiecit alto dona nocentium  
 uultu, per obstantis cateruas  
 explicuit sua victor arma.  
 non possidentem multa nouaueris  
 recte beatum; rectius occupat  
 nomen beati, qui deorum  
 muneribus sapienter uti  
 duramque callet pauperiem pati  
 peiusque leto flagitium timet,  
 non ille pro caris amicis  
 aut patria timidus perire.

## X

O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens,  
 insperata tuae cum ueniet pluma superbiae  
 et, quae nunc muneris inuolitant, deciderint comae,  
 nunc et qui color est puniceae flore prior rosae,  
 mutatus, Ligurine, in faciem uerterit hispidam,  
 dices 'hen' quotiens te speculo uideris alterum,  
 'quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit,  
 uel cur his annis incolumes non redeunt genae?'

## XI

Est mihi nonnum superantis annum  
 plenus Albani cadus; est in anno,  
 Phylli, nec tendis apium coronis;  
 est hederac uis  
 multa, qua erinis religata fulges;  
 ridet argento domus; ara castis  
 uincta uerbenis auct immolato  
 spargier agno;  
 cuncta festinat manus, huc et illuc  
 eursitant mixtae pueris puellae;  
 sordidum flammae trepidant rotantes  
 uertice fumum.  
 ut tamen noris quibus aduocaris  
 gaudiis, Idus tibi sunt aeguae,  
 qui dies mensem Veneris marinae  
 findit Aprilem,  
 iure sollennis mihi sanctoraque  
 paene natali proprio, quod ex hae  
 luce Maecenas meus alluentis  
 ordinat annos.

VIII 1 commodis F<sup>l</sup> π. 15 celeris fuga A' B<sup>l</sup>. 17 impendia, stipendia editores. uu. 15 non—19 rediit om. Lachm. Meibek. Haupt., 17 delectat Bentl., 14-17 om. Peerkamp. 14 redit bonis: si chartae—mercedem tuleris? omissis uersibus 15-20, mauolt Verrall (Diar. Philolog. xvii p. 145). uu. 28 et 33 delectant Lachm. Haupt. mihiquidem recte Letrs totum carmen damnare uidetur. IX 8 Stesichoriac A' B<sup>l</sup>, —que cet. 31 silebo A' B<sup>l</sup>, sileri cet. 52 perire γ R F π V, peribit A' B<sup>l</sup>. X 2 pro pluma bruma coni. Bentl., multa coni. Housman. 5 Ligurine Bentl., Ligurinum cod. XI 7 auct A' γ B<sup>l</sup>, habet R F π.

Telephum, quem tu petis, occupauit  
 non tuae sortis iuuenem puella  
 diues et lasciuia tenetque grata  
 compede uinctum.  
 terret ambustus Phaethon auaras  
 spes, et exemplum graue praebet ales  
 Pegasus terrenum equitem grauatus  
 Bellerophontem,  
 semper ut te digna sequare et ultra  
 quam licet sperare nefas putando  
 disparem uites. age iam, meorum  
 finis amorum  
 (non enim posthac alia calebo  
 femina), condisce modos, amanda  
 uoce quos reddas : minuentur atrae  
 carmine curae.

## XII

Iam ueris comites, quae mare temperant,  
 impellunt animae lintea Thraciae ;  
 iam nec prata rigent, nec flumii strepunt  
 hiberna niue turgidi.  
 nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,  
 infelix auis et Cecropiae domus  
 aeternum obprobrium, quod male barbaras  
 regum est ultra libidines.  
 dicunt in tenero gramine pinguium  
 custodes ouium carmina fistula,  
 delectantque deum, cui pecus et nigri  
 colles Arcadiae placent.  
 adduxere sitim tempora, Vergili :  
 sed pressum Calibus ducere Liberum  
 si gestis, iuuenum nobilem cliens,  
 nardo uina merebere.  
 nardi paruus onyx eliciet cadum,  
 qui nunc Sulpiciis accubat horreis,  
 spes donare nouas largus amaraque  
 curarum eluere efficax.  
 ad quae si properas gaudia, cum tua  
 uelox merce ueni : non ego te meis  
 immunem meditor tinguere poculis,  
 plena diues ut in domo.  
 uerum pone moras et studium lucri,  
 nigrorumque memor, dum licet, ignium  
 misce stultitiam consiliis breuem :  
 dulce est desipere in loco.

## XIII

Audiuere, Lyce, di mea uota, di  
 audiuere, Lyce : sis anus, et tamen  
 uis formosa uideri,  
 ludisque et bibis impudens,  
 et cantu tremulo pota Cupidinem  
 lentum sollicitas. ille uirentis et  
 doctae psallere Chiae  
 pulchris excubat in genis.  
 importunus enim transuolat aridas  
 quercus et refugit te quia luridi  
 dentes, te quia rugae  
 turpant et capitis niues.  
 nec Coae referunt iam tibi purpurae  
 nec cari lapides tempora, quae semel  
 notis condita fastis  
 inclusit uolucris dies.  
 quo fugit uenus, heu, quoue color ? decens  
 quo motus ? quid habes illius, illius,  
 quae spirabat amores,  
 quae me surpuerat mihi,

felix post Cinaram, notaque et artium  
 gratarum facies ? sed Cinarae breuis  
 annos fata dederunt,  
 seruatura diu parem  
 cornicis uetulae temporibus Lyceen,  
 possent ut iuuenes uisere feruidi  
 multo non sine risu  
 dilapsam in cineres facem.

## XIV

Quae cura patrum quaeue Quiritium  
 plenis honorum muneribus tuas,  
 Auguste, uirtutes in aeuum  
 per titulos memoresque fastus  
 aeternet, o qua sol habitabilis  
 illustrat oras, maxime principum ?  
 quem legis expertes Latinae  
 Vindelici didicere nuper,  
 quid Marte posses. milite nam tuo  
 Drusus Genaunos, implacidum genus,  
 Breunosque uelocis et arces  
 Alpibus impositas tremendis  
 deiecit acer plus uice simplicis ;  
 maior Neronum mox graue proelium  
 commisit immanisque Raetos  
 auspiciis pepulit secundis,  
 spectandus in certamine Martio,  
 deuota morti pectora liberae  
 quantis fatigaret ruinis,  
 indomitas prope qualis undas  
 exercet Auster, Pleiadum choro  
 scindente nubes, impiger hostium  
 uexare turmas et frementem  
 mittere equom medios per ignes.  
 sic tauriformis uoluitur Aufidus,  
 qui regna Dauni praefluit Apuli,  
 cum saeuit horrendamque cultis  
 diluuiem meditatur agris,  
 ut barbarorum Claudius agmina  
 ferrata uasto diruit impetu,  
 primosque et extremos metendo  
 strauit humum, sine clade uictor,  
 te copias, te consilium et tuos  
 praebente diuos. nam tibi, quo die  
 portus Alexandria supplex  
 et uacuum patefecit aulam,  
 fortuna lustris prospera tertio  
 belli secundos reddidit exitus,  
 laudemque et optatum peractis  
 imperiis decus arrogauit.  
 te Cantaber non ante domabilis  
 Medusque et Indus, te profugus Scythes  
 miratur, o tutela praesens  
 Italiae dominaeque Romae.  
 te fontium qui celat origines  
 Nilusque et Hister, te rapidus Tigris,  
 te beluosus qui remotis  
 opstrepit Oceanus Britannis,  
 te non pauentis funera Galliae  
 duraeque tellus audit Hiberiae,  
 te caede gaudentes Sygambri  
 compositis uenerantur armis.

## XV

Phoebus uolentem proelia me loqui  
 uictas et urbes increpuit lyra,  
 ne parua Tyrrenum per aequor  
 uela darem. tua, Caesar, aetas

XI 24 uictum A' B Λ'. XII 11 delectante π, delectantem F. XIII 14 cari γ R F π V scholl., elari A' B Λ'. 21 nota quot artium coni. Housman. 26 possint R φ λ' L. 28 dilapsam F π scholl., delapsam A' B R Λ'. XIV 4 fastus A' γ B R F l π, fastos λ L. 11 Brennosque γ L. 28 meditatur a γ R Seruius ad Georg. III 153, Aen. IV 171, munitatur A F λ' π. de cod. V non liquet.



Q. HORATI FLACCI

EPODON LIBER

I

**I**BIS Liburnis inter alta nauium,  
 amice, propugnacula,  
 paratus omne Caesaris periculum  
 subire, Maecenas, tuo.  
 quid nos, quibus te uita si superstite  
 iucunda, si contra, grauis?  
 utrumne iussi persequemur otium  
 non dulce, ni tecum simul,  
 an hunc laborem mente laturo, decet  
 qua ferre non mollis uiros?  
 feremus, et te uel per Alpium iuga,  
 inhospitalem et Caucasum,  
 uel Occidentis usque ad ultimum sinum  
 forti sequemur pectore.  
 roges, tuom labore quid iuueni meo  
 inbellis ac firmus parum?  
 comes minore sum futurus in metu,  
 qui maior absentis habet;  
 ut assidens implumibus pullis auis  
 serpentium adlapsus timent  
 magis relictis, non, ut adsit, auxili  
 latura plus praesentibus.  
 libenter hoc et omne militabitur  
 bellum in tuae spem gratiae,  
 non ut iuuenis illigata pluribus  
 aratra nitantur meis  
 pecusque Calabris ante sidus feruidum  
 Lucana mutet pascuis,  
 nec ut superni uilla candens Tusculi  
 Circaea tangat moenia.  
 satis superque me benignitas tua  
 ditauit: haut paruero  
 quod aut anarus ut Chremes terra premam,  
 disinctus aut perdam ut nepos.

II

Beatus ille qui procul negotiis,  
 ut prisca gens mortalium,  
 paterna rura bobus exercet suis  
 solutus omni faenore,  
 neque excitatur classico miles truci  
 nec horret iratum mare,  
 forumque uitat et superba ciuium  
 potentiorum limina.  
 ergo aut adulta uitium propagine  
 altas maritat populos,  
 aut in reducta ualle mugientium  
 prospectat errantis greges,

inutilisquae falce ramos amputans  
 feliciores inserit,  
 aut pressa puris mella condit amphoris, 15  
 aut tondet infirmas ouis;  
 uel cum decorum mitibus pomis caput  
 Autumnus agris extulit,  
 ut gaudet insitina decerpens pira,  
 certantem et uam purpurae, 20  
 qua inuneretur te, Priape, et te, pater  
 Siluane, tutor finium.  
 libet iacere modo sub antiqua ilice,  
 modo in tenaci granine,  
 labuntur altis interim ripis aquae, 25  
 queruntur in siluis aues,  
 fontesque lymphis opstrepunt manantibus,  
 somnos quod inuitet leuis.  
 at cum tonantis annus hibernus Iouis  
 imbres niuesque comparat, 30  
 aut trudit acris hinc et hinc multa cane  
 apros in obstantis plagas,  
 aut amite leui rara tendit retia,  
 turdis edacibus dolos,  
 patidumque leporem et aduenam laqueo gruem 35  
 iucunda captat praemia.  
 quis non malarum, quas amor curas habet,  
 haec inter obliuiscitur?  
 quodsi pudica mulier in partem iuuet  
 domum atque dulcis liberos, 40  
 Sabina qualis aut perusta solibus  
 pernicis uxor Apuli,  
 sacrum uetustis extruat lignis focum  
 lassus sub aduentum uiri,  
 claudensque textis cratibus laetum pecus 45  
 distenta siccet ubera,  
 et horna dulci uina promens dolio  
 dapes inemptas apparet:  
 non me Lucerna iuuerint conchyli  
 magisque rhombus aut seari, 50  
 siquos Eois innotata fluctibus  
 hiemps ad hoc uertat mare;  
 non Afra auis descendat in uentrem meum,  
 non attagen Ionicus  
 incundior, quam lecta de pinguisimis 55  
 oliua ramis arborum,  
 aut herba lapathi prata amantis et graui  
 maluae salubres corpori,  
 uel agna festis caesa Terminalibus  
 uel haedus ereptus lupo. 60  
 has inter epulas ut iuuat pastas ouis  
 uidere properantis domum,  
 uidere fessos uomerem inuersum boues  
 collo trahentis languido,

Codd. hos citauit: A' (A a) γ ν B' (B C) R F (φ ↓) λ' (λ l) π' (π L) V: ν uero deficit in I 1-II 50 et V 71-XVII 27: partes nonnullas omisit B: lectiones codicis g hic illic addidit Keller. I 5 sit Aldus, Keller, si est u. sist Ritter, approbante Munrone. 15 laborem codd., labore Glareanus. 21 ut adsit A' λ' V (ut uid.) scholl., ut assit γ B, ut sit R F π, uti sit Benti. Meinek. al. 34 ut nepos γ R F π', nepos A' B' λ'. II 3 bobus γ B F λ' L, bubus A' C R π. 23 nonum epod. incipiunt A' γ C λ' g. 25 ripis A' γ C λ', riuus B F π' V. 27 frondesque e con. Marklandi Lehrs, Keller. 37 ager con. L. Mueller. Roma quas con. P. T. Scriuerius (Mnemos. N. S. xv p. 325).



postosque uernas, ditis examen domus,  
circum reidentis Lares.  
haec ubi loentus faenerator Alfius,  
iam iam futurus rusticus,  
omnem redegit Idibus pecuniam,  
quaerit Kalcudis ponere.

## III

Parentis olim siquis impia manu  
senile guttur fregerit,  
edit eiectis alium nocentius.  
o dura messorum ilia!  
quid hoc ueneni sacnit in praecordiis?  
num uiperinus his eruo  
ineoetus herbis me fefellit, an malas  
Canidia tractauit dapes?  
ut Argonautas praeter omnis eandem  
Medea miratast duem,  
ignota tauris illigaturum iuga  
perunxit hoc Iasonem;  
hoc delibutis ulta donis paelicem  
serpente fugit alite.  
nec tantus unquam siderum insedit uapor  
siticulosae Apuliae,  
nec munus umicris ellicacis Herculis  
inarsit aestuosius.  
at siquid unquam tale concupiueris,  
iocose Maecenas, precor  
manum puella sauiio opponat tuo,  
extrema et in sponda cubet.

## IV

Lapis et agnis quanta sortito optigit,  
tecum mihi discordia est,  
Hibericis peruste funibus latus  
et crura dura compede.  
licet superbus ambules pecunia,  
fortuna non mutat genus.  
uidesne, sacram metiente te uiam  
cum bis *trium* ulnarum toga,  
ut ora uertat huc et huc euntium  
liberrima indignatio?  
'sectus flagellis hic triumphalibus  
praeconis ad fastidium  
arat Falerni mille fundi iugera  
et Appiam mannis terit  
sedilibusque magnus in priuuis eques  
Othone contempto sedet.  
quid attinet tot ora nauium graui  
rostrata duce pondere  
contra latrones atque sermitem manum,  
hoc, hoc tribuo militum?

## V

'At o deorum quicquid in caelo regit  
terras et humanum genus,  
quid iste fert tumultus, et quid omnium  
uoltus in unum me truces?  
per liberos te, si uocata partibus  
Lucina ueris adfuit,  
per hoc inane purpureae decens precor,  
per improbatum haec Ionem,  
quid ut nonerea me intueris aut uti  
petita ferro belua?  
ut haec trementi questus ore constitit  
insignibus raptis puer,

65 impube corpus, quale posset impia  
mollire Thracum pectora,  
Canidia, breuibis implicata uiperis  
erines et incoemptum caput, 15  
iubet sepulehris caprificos erutas,  
iubet epressos funebribus  
70 et uncta turpis oua ranae sanguine  
plumamque nocturnae strigis  
herbasque, quas Ioleos atque Hiberia  
mittit uenenorum ferax,  
20 et ossa ab ore rapta ieiunae canis  
flammis aduri Colehicis.  
at expedita Sagana per totam domum  
spargens Aternalis aquas  
25 horret capillis ut marinus asperis  
eelinus aut eurrens aper.  
abacta nulla Veia conscientia  
ligonibus duris humum  
30 exhauriebat ingemens laboribus,  
quo posset infossus puer  
10 longo die bis terque mutatae dapis  
incenori spectaeulo,  
cum prominere ore, quantum extant aqua  
35 suspensa mento corpora:  
exsecta nti medulla et aridum iecur  
amoris esset poculum,  
interminato cum semel fixae cibo  
intabuissent pupulae.  
40 non defuisse masculae libidinis  
Arminensem Foliam  
et otiosa credidit Neapolis  
et omne uicinum oppidum,  
45 quae sidera excantata uoce Tifessala  
lunamque caelo deripit.  
hic inresectum saeuia dente liuido  
Canidia rodens pollicem  
quid dixit aut quid tacuit? 'o rebus meis  
50 non inlideles arbitrae,  
nox et Diana, quae silentium regis,  
arcana cum sunt sacra,  
nunc, nunc adeste, nunc in hostilis domos  
iram atque numen uertite.  
55 formidulosus eum latent siluis ferae  
duli sopore languidae,  
senem, quod omnes rideant, adulterum  
latrent Suburanae canes  
10 uardo perunctum, quale non perfectius  
meae laborarint manus.  
60 quid accidit? cur dira barbarae minus  
uenena Medaeae ualent,  
15 quibus superbam fugit ulta paelicem,  
magni Creontis filiam,  
cum palla, tabo munus inbutum, nonam  
65 incendio nuptam abstulit?  
atqui nec herba nec latens in asperis  
radix fefellit me locis.  
20 indormit unctis omnium eubitibus  
obliuione paelicem.  
70 a, a, solutus ambulat ueneficae  
scientioris carmine.  
non usitatis, Vare, potionibus,  
o multa fleturum caput,  
75 ad me recurras, nec uocata mens tua  
Marsis redibit uocibus.  
5 maius parabo, maius infundam tibi  
fastidienti poculum,  
prinsque caelum sidet inferius uari  
80 tellure porrecta super,  
quam non amore sic meo flagres uti  
bitumen atris ignibus.  
10 sub haec puer iam non, ut ante, mollibus  
lenire uerbis impias,

IV 8 codd. plerique *bis ter*, aliquot *bis l. trium* e con. Barthii Bentl. Meinek. alii. V 1 regit A' γ ν B' R L, regis F' N' π. 15 *implicata γ ν R F π*, *illigata A' B' N'*. 28 *Laurens* auctore N. Heinsio, Bentl. L. Muell. 37 *exsecta ζ*, *exesu* auctore N. Heinsio, Bentl., *exsecta* cum uno cod. Fea. 58 *suburanae γ ν B' R F π V*, *suburbanae A' C' N'*. 63 *superbam ν R F N' V*, *superba A' γ B' π'*. 65 *inbutum γ ν R F N' π*, *infetum A' B'* noua AB, nouam cct.

sed dubius unde rumperet silentium,  
 misit Thyesteas preces :  
 ' uenena magnum fas nefasque non ualent  
 conuertere humanam uicem.  
 diris agam uos ; dira detestatio  
 nulla expiatur uictima.  
 quin, ubi perire iussus expirauero,  
 nocturnus occurram furor,  
 petamque uoltus umbra curuis unguibus,  
 quae uis deorum est manium,  
 et inquietis assidens praecordiis  
 pauore somnos auferam.  
 uos turba uicatim hinc et hinc saxis petens  
 contundet obscenas anus ;  
 post insepulta membra different lupi  
 et Esquilinae alites,  
 neque hoc parentes, heu mihi superstites,  
 effugerit spectaculum.'

## VI

Quid inmerentis hospites uexas canis  
 ignauos aduersum lupos ?  
 quin huc inanis, si potes, uertis minas  
 et ne remorsurum petis ?  
 nam qualis aut Molossus aut fuluos Lacon,  
 amica uis pastoribus,  
 agam per altas aure sublata niues,  
 quaecumque praecedet fera ;  
 tu cum timenda uoce compesti nemus,  
 proiectum odoraris cibum.  
 caue, caue : namque in malos asperimus  
 parata tollo cornua,  
 qualis Lycambae spretus infido gener  
 aut acer hostis Bupalus.  
 an siquis atro dente me petiuerit,  
 inultus ut flebo puer ?

## VII

Quo, quo scelesti ruitis ? aut cur dexteris  
 aptantur enses conditi ?  
 parumne campis atque Neptuno super  
 fusumst Latini sanguinis,  
 non ut superbas inuidiae Karthaginis  
 Romanus arces ureret,  
 intactus aut Britannus ut descenderet  
 sacra catenatus uia,  
 sed ut secundum uota Parthorum sua  
 urbs haec periret dextera ?  
 neque hic lupis mos nec fuit leonibus,  
 numquam nisi in dispar feris.  
 furorne caecus an rapit uis acrior  
 an culpa ? responsum date.  
 tacent, et ora pallor albus inficit  
 mentesque percussae stupent.  
 sic est : acerba fata Romanos agunt  
 scelusque fraternae necis,  
 ut inmerentis fluxit in terram Remi  
 sacer nepotibus cruor.

## VIII

Rogare longo putidam te saeculo  
 uires quid eneruet meas,

85 | cum sit tibi dens ater et rugis uetus  
 frontem senectus exaret,  
 hietque turpis inter aridas natis  
 podex uelut crudae bouis ? 5  
 sed incitat me pectus et mammae putres,  
 90 | equina quales ubera,  
 uenterque mollis et femur tumentibus  
 exile suris additum. 10  
 esto beata, funus atque imagines  
 ducant triumphales tuum,  
 95 | nec sit marita, quae rotundioribus  
 onusta bacis ambulet.  
 quid quod libelli Stoici inter Sericos  
 iacere puluillos amant ? 15  
 inlitterati num minus nerui pigrent,  
 100 | minusue languet fascinum ?  
 quod ut superbo prouoces ab inguine,  
 20 | ore adlaborandum est tibi.

## IX

Quando repostum Caecubum ad festas dapes  
 uictore laetus Caesare  
 tecum sub alta (sic Ioui gratum) domo,  
 beate Maecenas, bibam,  
 5 | sonante mixtum tibiis carmen lyra,  
 hac Dorium, illis barbarum ?  
 ut nuper, actus cum freto Neptunius  
 dux fugit ustis nauibus,  
 minatus urbi uincla, quae detraxerat  
 seruis amicus perfidis. 10  
 Romanus eheu (posteri, negabitis)  
 emancipatus feminae  
 fert uallum et arma miles et spadonibus  
 seruire rugosis potest,  
 15 | interque signa turpe militaria  
 sol aspicit conopium.  
 tad hunc frementes uerterunt bis mille equos  
 Galli canentes Caesarem,  
 hostiliumque nauium portu latent  
 puppes sinistrorsum citae. 20  
 io triumphae, tu moraris aureos  
 carrus et intactas boues ?  
 io triumphae, nec Iugurthino parem  
 bello reportasti ducem,  
 25 | neque Africanum, cui super Karthaginem  
 uirtus sepulchrum condidit.  
 terra marique uictus hostis punico  
 lugubre mutauit sagum.  
 aut ille centum nobilem Cretam urbibus  
 uentis iturus non suis,  
 30 | exercitatas aut petit Syrtis Noto,  
 aut fertur incerto mari.  
 capaciores affer huc, puer, scyphos  
 et Chia uina aut Lesbia,  
 35 | uel, quod fluentem nauseam coerceat,  
 metire nobis Caecubum.  
 curam metumque Caesaris rerum iuuat  
 dulci Lyaeo soluere.

## X

Mala soluta nauis exit alite  
 ferens olentem Meuium :  
 ut horridis utrumque uerberes latus,  
 Auster, memento fluctibus ;

V 87, 88 sic cum codd. omnibus Orelli. 87 uenena magica et 88 non uertere coni. Benti. 88 humana inuicem Keller, immani uice Peerlk. 87 uenena (magnum) fas nefasque, non ualent Lambin. Munro (sc. ualent f. n. non ualent conu. h. u.), u. maga non fas nefasque non u. c. h. uicem Haupt. L. Muell. 88 post conuertere interpungunt nonnulli. 102 effugerit γ R F L scholl., effugerint A' B' λ' π. VI 3 uerte V (uerte, si potes et 4 pete mauolt L. Muell.). VII 12 umquam codd. omnes, nunquam edd. (Benti. Keller, al.) 15 albus ora pallor A' B' λ'. VIII 17 pigrent coni. Housman, rigent codd. omn. 18 magisue edd. IX 17 sic codd. paene omn. (A' γ R F π V scholl.), adhuc λ', at huc nonnulli, at hoc Benti. L. Muell., at hinc Cuninz. Keller, at hoc (abl.) Fea, at hoc (acc.) Orelli, ab hoc N. Heinsius, Peerlkamp. 28 mutabit coni. Lachm. ad Lucr. II 829.

niger rudentis Eurus inuerso mari  
 fractosque remos dillerat ;  
 insurgat Aquilo, quantus altis montibus  
 frangit tremantis ilices ;  
 nec sidus atra noete amicum appareat,  
 qua tristis Orion eadit ;  
 quietiore nec feratur aequare,  
 quam Graia uictorum manus,  
 eum Pallas usto uertit iram ab Illo  
 in impiam Aiaceis ratem.  
 o quantus instat nauitis sudor tuis  
 tibi que pallor luteus,  
 et illa non uirilil heulatio,  
 preces et auersum ad louem,  
 Ionius udo eum remugiens sinus  
 Noto carinam ruperit.  
 opima quodsi praeda curno litore  
 porrecta mergos iuueris,  
 libidinosus immolabitur eaper  
 et agna Tempestatibus.

## XI

Petti, nihil me sicut antea inuat  
 scribere uersiculos amore percussum graui,  
 amore, qui me praeter omnis expetit  
 mollibus in pueris aut in puellis urere.  
 hic tertius Decembris, ex quo destiti  
 Inachia furere, siluis honorem decuit.  
 heu me, per urbem (nam pudet tanti mali)  
 fabula quanta fui ! conuiuiorum et paenitet,  
 in quis amantem languor et silentium  
 arguit et latere petitus imo spiritus !  
 'contrane luerum nil ualere candidum  
 pauperis ingenium ? ' querebar adplorans tibi,  
 simul calentis inuerecundus deus  
 feruidiore mero arcana promorat loeo.  
 'quodsi meis inaeuet praecordis  
 libera bilis, ut haec ingrata uentis diuidat  
 fomenta uolnus nil malum leuantia,  
 desinet inparibus certare summotus pudor.'  
 ubi haec seuerus te palam laudaueram,  
 iussus abire domum ferebar incerto pede  
 ad non amicos heu mihi postis et heu  
 limina dura, quibus lumbos et infregi latus.  
 nunc gloriantis quamlibet muliereculam  
 uineere mollitia amor Lyeisei me tenet :  
 unde expedit non amicorum queant  
 libera consilia nec contumeliae graues,  
 sed alius ardor aut puellae candidae  
 aut teretis pueri longam renodantis comam.

## XII

Quid tibi uis, mulier nigris dignissima barris ?  
 munera cur mihi quidue tabellas  
 mittis nec firmo iuueni neque naris obsessae ?  
 namque sagacius unus odoror,  
 polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis,  
 quam canis acer, ubi lateat sus.  
 qui sudor nictis et quam malus undique membris  
 ereseit odor, cum pene soluto  
 indomitam properat rabiem sedare, neque illi  
 iam manet umida creta colorque  
 stercore fucatus crocodili, iamque subando  
 tenta cubilia tecta que rumpit ;  
 uel mea cum saeuus agitat fastidia uerbis :  
 ' Inachia langues minus ac me :  
 Inachiam ter noete potes, mihi semper ad unum  
 mollis opus. pereat male quae te

5 Lesbia quaerenti taurum monstrauit inertem,  
 eum mihi Cou adesset Amyntas,  
 cuius in indomito constantior inguine neruus,  
 quam noua collibus arbor inhaeret. 20  
 muricibus Tyriis iteratae uellera lanae  
 10 cui properabantur ? tibi nempe,  
 ne foret aequalis inter conuiuia, magis quem  
 diligeret mulier sua quam te.  
 o ego non felix, quam tu fugis, ut pauet aeris 25  
 agna lupos eapreaeque leones.'

## XIII

Horrida tempestas caelum contraxit et imbres  
 ninesque deducunt louem ; nunc mare, nunc siluae  
 Threicio Aquilone sonant : rapiamus, amici,  
 occasionem de die, dumque uirent genua  
 et decet, obducta soluatir fronte senectus. 5  
 tu uina Torquato moue consule pressa meo ;  
 eetera mitte loqui : deus haec fortasse benigna  
 reducet in sedem uice. nunc et Achaemenio  
 perfundi nardo iuuat et fide Cyllenea 10  
 leuare diris pectora sollicitudinibus,  
 nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno :  
 ' inuiete mortalis dea nate puer Thetide,  
 te manet Assaraci tellus, quam frigida † parui  
 findunt Seamandri illumina, lubricus et Simois ;  
 unde tibi reditum certo subtemine Parcae 15  
 rnpere nec mater domum caerula te reuehet.  
 illie omne malum uino cantuque lenato,  
 deformis aegrimoniae dulcibus alloquiiis.'

## XIV

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis  
 obliuionem sensibus,  
 pocula Lethaeos ut si ducentia somnos  
 arente fauce traxerim,  
 eandide Maecenae, occidis saepe rogando : 5  
 deus, deus nam me uetat  
 inceptos, olim promissum carmen, iambos  
 ad umbilicum adducere.  
 non aliter Samio dieunt arsisse Bathyllo  
 Anaeronta Teium, 10  
 qui persaepe caua testudine fleuit amorem  
 non elaboratum ad pedem.  
 25 ureris ipse miser ; quodsi non pulchrior ignis  
 accendit opsessam Ilion,  
 gaude sorte tua : me libertina nec uno  
 contenta Phryne macerat. 15

## XV

Nox erat et caelo fulgebat luna sereno  
 inter minora sidera,  
 cum tu, magnorum numen laesura decorum,  
 in uerba iurabas mea,  
 in uerba iurabas mea, 5  
 artius atque hedera procerca adstringitur ilex  
 lentis adhaerens bracciis,  
 dum pecori lupo et nautis infestus Orion  
 turbaret hibernum mare  
 intonsosque agitaret Apollinis aura capillos,  
 fore hunc amorem mutuom. 10  
 o dolitura mea multum nirtute Neera !  
 nam siquid in Flaeo uiri est,  
 non feret assiduas potiori te dare noctes  
 et quaeret iratus parem,  
 nec semel offensae cedet constantia formae, 15  
 si certus intrarit dolor.

X 22 *iuuerit* codd. *paenc* omn. XI 1 *Pecti* a γ B. 2 *percussum* A' γ B scholl., *percussum* C R F X π. XIII 3  
*amic* Bentl. 11 *grandi cecinit* γ B F π, *cec. gr.* A' B' X' scholl. 13 *raui* con. Oberdick in *Nouis Annalibus* cxxv p. 272.  
*promi, puri, tardi* al. cf. ad XVI 33. XV 15 *offensi* Gogauis, Bentl. Keller.

et tu, quicumque es felicior atque meo nunc  
superbus incedis malo,  
sis pecore et multa diues tellure licebit  
tibi que Pactolus fluat 20  
nec te Pythagorae fallant arcana renati  
formaque uincas Nirca,  
heu heu, translatos alio maerebis amores :  
ast ego uicissim ierero.

## XVI

Altera iam teritur bellis ciuilibus aetas,  
suis et ipsa Roma uiribus ruit.  
quam neque finitimi ualuerunt perdere Marsi,  
minacis aut Etrusca Porsenae manus,  
aemula nec uirtus Capuae nec Spartacus acer 5  
nouisque rebus infidelis Allobrox,  
nec fera caerulea domuit Germania pube  
parentibusque abominatus Hannibal,  
impia perdemus deuoti sanguinis aetas,  
ferisque rursus occupabitur solum. 10  
barbarus, heu, cineres insistet uictor, et urbem  
eques sonante uerberabit ungula,  
quaeque carent uentis et solibus ossa Quirini,  
nefas uidere, dissipabit insolens.  
forte, quod expediat, communiter aut melior pars  
malis carere quaeritis laboribus : 16  
nulla sit hac potior sententia : Phocacorum  
uelut profugit excerata ciuitas  
agros atque Lares patrios habitandaque fana  
apris reliquit et rapacibus lupis, 20  
ire, pedes quocumque ferent, quocumque per undas  
Notus uocabit aut proteruos Afrius,  
sic placet? an melius quis habet snadere? secunda  
ratem occupare quid moramur alite?  
sed iuremus in haec: 'simul imis saxa renarint 25  
uadis leuata, ne redire sit nefas;  
neu conuersa domum pigeat dare lintica, quando  
Padus Matina lauerit cacumina,  
in mare seu celsus procurrerit Appenninus,  
nouaque monstra iunxerit libidine 30  
mirus amor, iuuat ut tigris subsidere ceruis,  
adulteretur et columba miluo,  
credula nec rauos timeant armenta leones,  
'ametque salsa leuis hircus aequora.'  
haec et quae poterunt reditus abscondere dulcis 35  
eamus omnis excerata ciuitas,  
aut pars indocili melior grege; mollis et exspes  
inominata perpremat cubilia.  
uos, quibus est uirtus, muliebre tollite luctum,  
Etrusca praeter et uolate litora. 40  
nos manet Oceanus circumuagus; arua, beata  
petamus arua, diuites et insulas,  
reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis  
et inputata floret usque uinea, 45  
germinat et numquam fallentis termes oliuae  
suamque pulla ficus ornat arborem,  
mella caua manant ex ilice, montibus altis  
leuis crepante lymphae desilit pede.  
illie iniussae ueniunt ad mulctra capellae,  
refertque tenta grex amicus ubera; 50  
nec uespertinus circumgemit ursus ouile,  
neque intumescit alta niperis humus.  
pluraque felices mirabimur, ut neque largis  
aqnosus Eurus arua radat imbribus,  
pinguia nec siccis urantur semina glaebis, 55  
utrumque rege temperante caelitem.  
non huc Argoo contendit remige pinus  
neque inpu dica Colchis intulit pedem;

non huc Sidonii torserunt cornua nautae,  
laboriosa nec cohors Vlizei; 60  
nulla nocent pecori contagia, nullius astri  
gregem aestuosa torret impotentia.  
Iuppiter illa piaecreuit litora genti,  
ut iniquauit acre tempus aureum;  
aere, dehinc ferro durant saecula, quorum 65  
piis secunda uate me datur fuga.

## XVII

Iam iam efficaci do manus scientiae,  
supplex et oro regna per Proserpinae,  
per et Dianae non mouenda numina,  
per atque libros carminum ualentium  
refixa caelo deuocare sidera, 5  
Canidia, parce uocibus tandem sacris  
citumque retro solue, solue turbinem.  
mouit nepotem Telepheus Nereium,  
in quem superbus ordinarat agmina  
Mysorum et in quem tela acuta torserat. 10  
unxere matres Ithiae addictum feris  
alutibus atque canibus homicidam Hectorem,  
postquam relictis moenibus rex procidit  
heu peruicacis ad pedes Achillei.  
saetosa duris exuere pellibus 15  
laboriosi remiges Vlizei  
nolente Circa membra; tunc mens et sonus  
relapsus atque notus in uolus honor.  
dedi satis superque poenarum tibi,  
amata nautis multum et institoribus. 20  
fugit iuuentas, et uerecundus color  
reliquit ossa pelle amicta lurida;  
tuis capillus albus est odoribus,  
nullum a labore me reclinat otium.  
urget diem nox et dies noctem, neque est 25  
leuare tenta spiritu praecordia.  
ergo negatum uincor ut credam miser  
Sabella pectus increpare carmina  
caputque Marsa dissilire nenia.  
quid amplius uis? o mare et terra, ardeo 30  
quantum neque atro delibutus Hercules  
Nessi cruore, nec Sicana feruida  
nirens in Aetna flamma. tu, donec cinis  
iniuriosis aridus uentis ferar,  
cales uenenis officina Colchicis. 35  
quae finis aut quod me manet stipendium?  
effare: iussas cum fide poenas luam,  
paratus expiare, seu poposceris  
centum iuuenicos, siue mendacis lyra  
uoles sonari, tu pudica, tu proba 40  
perambulabis astra sidus aureum.  
infans Helenae Castor offensus uicem  
fraterque magni Castoris, uicti prece,  
adempta uati reddidere lumina:  
et tu (potes nam) solue me dementia, 45  
o nec paternis obsoleta sordibus,  
nec in sepulchris pauperum prudens anus  
nouendialis dissipare pulueres.  
tibi hospitale pectus et purae manus,  
tuosque uenter Pactumeius, et tuo 50  
cruore rubros obstetrix pannos lauit,  
utrumque fortis exilis puerpera.  
'quid obseratis auribus fundis preces?  
non saxa nudis surdiora nautis  
Neptunus alto tundit hibernus salo. 55  
uolgas ut tu riseris Cotytia  
uolgata, sacrum liberi Cupidinis,  
et Esquilini pontifex uenefici

XV 21 *Panthoidae* conl. W. Ribbeck. (*Mus. Rhen.* xxxviii 471). XVI 14 *uidere* A B' λ, *uideri* a γ R F λ π V. 15 *quid* codd., *quod* e conl. Rutgersii (prob. Bentr.) Keller. 33 *rauos* A B V, *flauos* plerique, *saeuos* λ, *prauos* C, *fuluos* al. 48 *nympha* R F L. 51 *ouile* B R λ π, *ouili* a, F V. uu. 61, 62 edd. alii alio transposuerunt, uelut ante u. 49, 51, 53, 57; sunt etiam qui delectant. 61 *astri* A' C R F λ' L, *Austri* γ B π. 63 *sacrauit* π. 65 *aerea* A λ'. XVII 5 *refixa* A' γ B' L γ, *defixa* R F λ' π. 11 *unxere* a γ R F π V, *luxere* A B' λ' L γ. 17 *Circe* F L. 18 *relapsus* a γ R F π', *relatus* A B' λ'. 22 *ora* Bentr. *amictus* A B' λ'. 42 *uice* codd. paene omnes, *uicem* R, Bentr. 56 *Cocytia* codd. plerique.

impune ut urbem nomine impleris meo?  
 quid proderit ditasse Paelignas annis  
 neclocusue miscuisse toxicum?  
 sed tardiora fata te notis manent:  
 ingrata misero uita ducendast in hoc,  
 nouis ut usque suppetas doloribus,  
 optat quietem Pelopis infidi pater,  
 egens benignae Tantalus semper dapis,  
 optat supremo conlocare Sisyphus  
 in monte saxum; sed netant leges Iouis.  
 noles modo altis desilire turribus,

60	modo ense pectus Norico recludere, frustraue uincla gutturi nectes tuo, fastidiosa tristis aegrimonia.	
65	uectabor numeris tunc ego inimicis eques, meaque terra cedet insolentiae.	75
70	an quae mouere cereas imagines, ut ipse nosti curiosus, et polo deripere lunam uocibus possim meis, possim ercinatos excitare mortuos, desiderique temperare poenulum, plorem artis in te nil agentis exitus?'	80

**XVII 60** *proderat* AB $\lambda$ , *proderit* cett. **62** *sed* A' B' Rg, *si* F $\lambda$   $\pi$ . **64** *doloribus* a  $\gamma$   $\nu$  R F  $\pi$ , *laboribus* A B'  $\lambda$ .  
**72** *nectes*  $\gamma$   $\nu$  R F  $\pi$ , *innectes* A' B'  $\lambda$  Lg. **81** *agentis* A B' F  $\lambda$  L, *habentis* a  $\gamma$   $\nu$  R  $\pi$ . *exitus* A'  $\gamma$  B'  $\lambda$ , *exitum*  $\nu$  R F l  $\pi$ .

Post Epodon librum subscriptionem Mauortianam habent A'  $\lambda$  (l) g al. his fere uerbis: *Vettius Agorius Basilius Mauortius u. c. et int. ex com. dom. ex cons. ord. legi et ut potui emendavi conferente mihi Magistro Felice Oratore Urbis Romae.* (Subscriptio codicis A, iam dudum abrepta, nuper in bibliotheca Hamburgon inuenta est.)

Q. HORATI FLACCI

CARMEN SAECVLARE

**P**HOEBE siluarumque potens Diana,  
 lucidum caeli decus, o colendi  
 semper et culti, date quae precamur  
 tempore sacro,  
 quo Sibyllini monuere uersus  
 uirgines lectas puerosque castos  
 dis, quibus septem placere colles,  
 dicere carmen.  
 alme Sol, curru nitido diem qui  
 promiss et celas, aliusque et idem  
 nasceris, possis nihil urbe Roma  
 uisere maius.  
 rite maturos aperire partus  
 lenis, Ilithyia, tuere matres,  
 siue tu Lucina probas uocari  
 seu Genitalis:  
 diua, producas subolem, patrumque  
 prosperes decreta super iugandis  
 feminis prolisque nouae feraci  
 lege marita,  
 certus undenos deciens per annos  
 orbis ut cantus referatque ludos  
 ter die claro totiensque grata  
 nocte frequentis.  
 uosque neraces cecinisse, Parcae,  
 quod semel dictum stabilis per aeuum  
 terminus seruet, bona iam peractis  
 iungite fata.  
 fertilis frugum pecorisque tellus  
 spicea donet Cererem corona;  
 nutriant fetus et aquae salubres  
 et Iouis aurae.  
 condito mitis placidusque telo  
 supplices audi pueros, Apollo;  
 siderum regina bicornis, audi,  
 Luna, puellas.  
 Roma si uestrum est opus Iliaequae  
 litus Etruseum tenuere turmae,

iussa pars mutare lares et urbem  
 sospite cursu,  
 cui per ardentem sine fraude Troiam  
 castus Aeneas patriae superstes  
 liberum muniuit iter, daturus  
 5 plura relictis:  
 di, probos mores docili iuuentae,  
 di, senectuti placidae quietem,  
 Romulae genti date remque prolemque  
 10 et decus omne;  
 quaeque uos bobus ueneratur albis  
 clarus Anchisae Venerisque sanguis,  
 impetret, bellante prior, iacentem  
 15 lenis in hostem.  
 iam mari terraque manus potentis  
 Medus Albanasque timet securis;  
 iam Scythae responsa petunt superbi  
 20 nuper et Indi.  
 iam fides et pax et honor pudorque  
 priscus et neglecta redire uirtus  
 audet, apparetque beata pleno  
 25 Copia cornu.  
 augur et fulgente decorus arcu  
 Phoebus acceptusque nouem Camenis,  
 qui salutari leuat arte fessos  
 30 corporis artus,  
 si Palatinas uidet aequus aras,  
 remque Romanam Latiumque felix  
 alterum in lustrum meliusque semper  
 prorogat aeuum.  
 quaeque Auentinum tenet Algidumque,  
 quindecim Diana preces uirorum  
 35 curat et uotis puerorum amicas  
 applicat auris.  
 haec Iouem sentire deosque cunctos  
 spem bonam certamque domum reporto,  
 doctus et Phoebi chorus et Dianae  
 75 dicere laudes.

Carmen saeculare "et a codicibus manu scriptis et a ueteribus grammaticis post librum epodon ponitur" Keller. in antiquioribus codicibus, ut uidetur, hic fere ordo operum seruatur: Carminum Libri I—IV, Ars Poetica, Epodon Liber, Carmen Saeculare, Epistularum Libri II, Sermonum Libri II. 5 quo π, quos v R F, quod A' γ B' λ' V. 26 dictum v C F π, dictum est A' γ B' λ' L. stabilis per aeuum Bentl., stabilisque rerum codd. 49 quique C. bobus a v B L, bubus A γ C R F λ' π, cf. ad Carm. III 6. 43. 51 imperet v R F λ. 65 aras γ v R π' V scholl., arees A' B' F λ'. 68 proroget a γ R F π', sed 71 curat 72 applicat omnes.

Q. HORATI FLACCI  
S E R M O N V M  
LIBER PRIMVS

I

QVI sit, Maccenas, ut nemo, quam sibi sortem  
sen ratio dederit sen fors obiecerit, illa  
contentus uiuat, laudet diuersa sequentis?  
'o fortunati mercatores!' granis annis  
miles ait multo iam fractus membra labore. 5  
contra mercator, naurem iactantibus Anstris,  
'millitia est potior. quid enim? concurritur: horae  
momento cita mors uenit aut uictoria laeta.'  
agricolam laudat iuris legumque peritus,  
sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat. 10  
ille datis uadibus qui rure extractus in urbem est,  
solos felices uiuentis clamat in urbe.  
eetera de genere hoc (adeo sunt multa) loquacem  
delassare ualent Fabium. ne te morer, audi  
quo rem deducam. si quis dicit 'en ego' dicat 15  
'iam faciam quod uoltis: eris tu, qui modo miles,  
mercator; tu, consultus modo, rusticus: hinc nos,  
uos hinc mutatis discedite partibus. heia!  
quid statis?'—nolint. atqui licet esse beatis,  
quid causae est, merito quin illis Iuppiter anibas 20  
iratus buccas inflet neque se fore posthac  
tam facilem dicat, notis ut praebeat aurem?  
praeterea ne sic ut qui iocularia ridens  
perentram, (quamquam ridentem dicere uerum  
quid uetat? ut pueris olim dant crustula blandi 25  
doctores, elementa uelint ut discere prima;  
sed tamen amoto quaeramus seria ludo):  
ille grauem duro terram qui uertit aratro,  
perfidus hic caupo, miles nauataeque per omne  
audaces mare qui currunt, hac mente laborem 30  
sese ferre, senes ut in otia tuta recedant,  
aiunt, cum sibi sint congesta cibaria: sicut  
paruola (nam exemplo est) magni fornicis laboris  
ore trahit quodecumque potest atque addit aceruo  
quem struit, haut ignara ac non ineanta futuri. 35  
quae, simul inuersum contristat Aquarius anuum,  
non usquam prorepat et illis utitur ante  
quaesitis patiens, eum te neque feruidus aestus  
demoncat hicro, neque hiemps, ignis, mare, ferrum,  
nil obstat tibi, dum ne sit te ditior alter. 40  
quid iuuat, immensum te argenti pondus et auri  
furtim defossa timidum deponere terra?  
'quod si comminuas, uilem redigatur ad assem.'  
at ni id fit, quid habet pulchri constructus aceruus?  
milia frumenti tua trauerit area centum, 45  
non tuus hoc capiet uenter plus ac mens, ut si

reticulum panis uenalis inter onusto  
forte uehas umero, nihilo plus accipias quam  
qui nil portarit. uel die, quid referat intra  
naturae fuis nimenti, iugera centum an 50  
mille aret? 'at suaues ex magno tollere aceruo.'  
dum ex paruo nobis tantundeni haurire relinquis,  
enr tua plus laudes eumeris granaria nostris?  
ut tibi si sit opus liquidi non amplius urna  
uel cyatho, et dicas 'magno de lumine malle, 55  
quam ex hoc fonticulo tantundeni sumere.' eo fit,  
plenior ut signos delectet copia iusto,  
enm ripa simul auolsos ferat Aufidine acer.  
at qui tantuli eget, quantost opus, is ueque limo  
turbatam haurit aquam neque uitam amittit in undis.  
at bona pars hominum decepta cupidine falso 61  
'nil satis est' inquit, 'quia tanti quantum habees  
sis.'

quid facias illi? iubeas miserum esse, libenter  
quatenus id facit: ut quidam memoratur Athenis  
sordidus ac diues, populi contemnere uoces 65  
sic solitus: 'populus me sibilat, at mihi plaudo  
ipse domi, simul ac nummos contemplet in arca.'  
'Tantulus a labris sitiens fugientia captat  
lumina. quid rides? mutato nomine de te  
fabula narratur: congestis undique saecis 70  
indormis inhians, et tanquam parere sacris  
cogeris aut pietis tanquam gaudere tabellis.  
nescis quo naleat nummus, quem praebeat usuu?  
pauis ematur, holus, uini sextarius, adde  
quis humana sibi doleat natura negatis. 75  
an uigilare metu exanimem, noctesque diesque  
formidare malos fires, incendia, seruos,  
ne te compilent fugientes, hoc iuuat? horum  
semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.  
at si condoluit temptatum frigore corpus 80  
aut alius casus lecto te adllexit, habes qui  
adsideat, fomenta parat, medicum roget, ut te  
suscitet ac reddat gnatis carisque propinquis?  
non uxor saluum te nolt, non filius; omnes  
nicini oderunt, noti, pueri atque puellae. 85  
miraris, enm tu argento post omnia ponas,  
si nemo praestet quem non merearis amorem?  
an si cognatos, nullo natura labore  
quos tibi dat, retinere uelis seruareque amicos,  
infelix operam perdas, ut si quis asellum 90  
in campo doceat parentem currere frenis?  
denique sit linis quaerendi, emque habees plus,  
pauperiem metuas minus et finire laborem

Serm. I. II. "Sermones hi libri nuncupantur etiam apud ueteres grammaticos. ex omnibus quos contulimus libros nullus exhibet titulum saturarum." Holder. antiquam codicis V inscriptionem fuisse 'Libri Elogiarum duo' Cruquius auctor est. ex codicibus nostris deficit omnino A: inde a u. III 135 B: a u. I 70 π. C habet tantum uu. IV 122-VI 40. incipit g. qui totum librum exhibent sunt a γ ν E g R F (φ ↓) X (λ l) L V. I 38 sapiens F X π V. 55 malim R F X π. 66 me sibilat codd., si sibilat con. A. Palmer cum ueget sibilare cum accusatiuo posse coniungi. 81 adfixit a ν E B R F X π V, adfixit γ g, quod edd. plerique malunt. 88 at F X, ac γ. 92 quoque con. Muretus.

incipias parto quod anebas, ne facias quod  
Vmmidius qui tam (non longa est fabula) diues 95  
ut metretur nummos, ita sordidus ut se  
non unquam seruo melius uestiret, ad usque  
supremum tempus, ne se penuria uictus  
opprimeret, metuebat. at hunc liberta securi  
diuisit medium, fortissima Tyndaridarum. 100  
'quid mi igitur suades? ut uiuam Naeuius, aut sic  
ut Nomentanus?' pergis pugnantiæ secum  
frontibus aduersis componere: non ego auarum  
cum ueto te fieri, uappam iubeo ac nebulonem.  
est inter Tanain quiddam socerumque Viselli: 105  
est modus in rebus, sunt certi denique fines,  
quos ultra citraque nequit consistere rectum.  
illuc unde abii redeo: 'nemon' ut auarus  
se probet ac potius laudet diuersa sequentis,  
quodque aliena capella gerat distentius uber, 110  
tabescat, neque se maiori pauperiorum  
turbæ comparet, hunc atque hunc superare laboret.  
sic festinanti semper locupletior opstat,  
ut, cum carceribus missos rapit ungula currus,  
instat equis auriga suos uincuntibus, illum 115  
praeteritum temnens extremos inter euntem.  
inde fit ut raro, qui se uixisse beatum  
dicat et exacto contentus tempore uita  
cedat uti conuiuia satur, reperire queamus.  
iam satis est: ne ne Crispini scrinia lippi 120  
compilasse putes, uerbum non amplius addam.

## II

Ambubiarum conlegia, pharmacopolae,  
mendici, mimaë, balatrones, hoc genus omne  
maestum ac sollicitum est cantoris morte Tigelli:  
quippe benignus erat. contra hic, ne prodigus esse  
dicatur metuens, inopi dare nolit amico, 5  
frigus quo duramque fanem propellere possit.  
hunc si perconteris, aui cur atque parentis  
praeclaram ingrata stringat malus ingluuie rem,  
omnia conductis coemens opsonia nummis,  
sordidus atque animi quod parui nolit haberi, 10  
respondet. laudatur ab his, culpatur ab illis.  
Fufidius uappae famam timet ac nebulonis  
diues agris, diues positus in faenore nummis  
quinas hic capiti mercedes execat, atque  
quanto perditior quisque est, tanto acrius urget; 15  
nomina sectatur, modo sumpta ueste uirili,  
sub patribus duris tironum. 'maxime' quis non  
'Iuppiter!' exclamat, simul atque audiuit? 'at in se  
pro quaestu sumptum facit hic.' uix credere possis,  
quam sibi non sit amicus, ita ut pater ille, Terenti  
fabula quem miserum gnato uixisse fugato 21  
induct, non se peius cruciauerit atque hic.  
siquis nunc quaerat 'quo res haec pertinet?' illuc:  
dum nitant stulti uitia, in contraria currunt.  
Maltinus tunicis demissis aubulat, est qui 25  
inguen ad opscenum subductus usque; facetus  
pastillos Rufillus olet, Gargonius hireum.  
nil medium est. sunt qui nolint tегigisse nisi illas,  
quarum substa talos tegat instita neste:  
contra alius nullam nisi olenti in fornice stantem. 30  
quidam notus homo cum exiret fornice, 'macte  
uirtute esto' inquit sententia dia Catonis:  
'nam simul ac uenas inflauit taetra libido,  
huc iuuenes aequom est descendere, non alienas  
permolere uxores.'—'nolim laudariæ' inquit 35

'sic me' mirator cunni Cupiennius albi.  
audiret operæ pretium, procedere recte  
qui moechis non uoluit, ut omni parte laborent,  
utque illis multo corrupta dolore uoluptas,  
atque haec rara cadat dura inter saepe pericla. 40  
hic se praecipitem tecto dedit, ille flagellis  
ad mortem caesus, fugiens hic decidit acrem  
praedonum in turbam, dedit hic pro corpore nummos,  
hunc permixerunt calones; quin etiam illud  
accidit, ut quidam testis caudamque salacem 45  
demeteret ferro. 'iure' omnes: Galba negabat.  
tutor at quanto merx est in classe secunda,  
libertinarum dico, Sallustius in quas  
non minus insanit quam qui moechatur. at hic si,  
qua res, qua ratio suaderet, quaque modeste 50  
munifico esse licet, uellet bonus atque benignus  
esse, daret quantum satis esset, nec sibi damno  
dedecorique foret. uerum hoc se amplectitur uno,  
hoc amat et laudat: 'matronam nullam ego tango.'  
ut quondam Marsaeus, amator Originis ille, 55  
ut patrium nimae donat fundumque laemque,  
'nil fuerit mi' inquit 'cum uxoribus unquam  
alienis.'  
uerum est, cum mimis, est cum meretricibus, unde  
fama malum grauius quam res trahit. an tibi abunde  
personam satis est, non illud, quicquid ubique 60  
officit, euitare? bonam deperdere famam,  
rempatris oblitari, malum est ubicumque. quid inter  
est in matrona, ancilla peccesue togata?  
Villius in Fausta Sullae gener, hoc miser uno  
nomine deceptus, poenas dedit usque superque 65  
quam satis est, pugnis caesus ferroque petitus,  
exclusus fore, cum Longarenus foret intus.  
huic si muttonis uerbis mala tanta uidenti  
diceret haec animus: 'quid uis tibi? numquid ego a te  
magno prognatum depono consule cunnum 70  
uelatumque stola, mea cum conferbuit ira?'  
quid responderet? 'magno patre nata puellast.'  
at quanto meliora monet pugnantiæque istis  
diues opis natura suae, tu si modo recte  
dispensare uelis ac non fugienda petendis 75  
inmiscere. tuo uitio rerumne labores,  
nil referre putas? quare, ne paeniteat te,  
desine matronas sectariæ, unde laboris  
plus haurire malist quam ex re decerpere fructus.  
nec magis huic inter niueos uiridisque lapillos 80  
(tsit licet hoc, Cerinthe, tuum) tenerum est femur  
aut crus  
rectius; atque etiam melius persaepe togatae.  
adde huc quod mercem sine fucis gestat, aperte  
quod uenale habet ostendit, neque, siquid honesti est,  
iactat habetque palam, quaerit quo turpia celet. 85  
regibus hic mos est, ubi equos mercantur: opertos  
inspiciunt, ne, si facies, ut saepe, decora  
molli fulta pedest, emptorem inducat hiantem,  
quod pulchrae clunes, breue quod caput, ardua ceruix.  
hoc illi recte: ne corporis optima Lyncei 90  
contemplare oculus, Hypsaea caecior illa,  
quae mala sunt, spectes. 'o crus, o brachia!' uerum  
depugis, nasuta, breui latere ac pede longo est.  
matronae praeter faciem nil cernere possis,  
cetera, ni Catia est, demissa ueste tegentis. 95  
si interdicta petes, uallo circumdata (nam te  
hoc facit insanum), multae tibi tum officient res,  
custodes, lectica, ciniflones, parasitae,  
ad talos stola demissa et circumdata palla,  
plurima quae inuideant pure apparet tibi rem. 100

I 94 auebas a E g v R, habebas B F X π. 95 qui tam Bentl., quidam codd. 108 nemon' ut a γ E B R, Bentl. Fea al., ne non ut v g F X π, qui nemo ut V, Haupt, Kiessling, recentiores plerique: sunt uero, si qua fides Cruquio et Feae, codices (etiam R apud Feam) qui nemo ut exhibent atque ita Dillenb. Orell. Holder ediderunt. 113 post 116 pōnit Peerlk., pro sic Hamacher si, Fostgate ut et in 114 sic. 115 suos B R F X π, suis a γ v E L. II 12 Fufidius γ E R L, Fufidius v F X π, Futidius B g V. 13 (= A. P. 421) uncis inclusit Holder, silent de eo scholiastae. 14 exigit codd. aliquot. 26 sic dist. Doederlein, usque factus. uulg. 28 nolunt a s l. 38 moechos Fl. 44 permixerunt E B scholl., permixerunt codd. plerique. 49 ut codd. plerique. 64 genero Meineke, Mueller. 78 matronas sectariæ v E L R, sectari matronas a γ B F X. 81 sit licet aequae, Corinthe, tuum con. Housman, o Cerinthe, tuo Bentl. 86 Thracibus e con. Kiesslingii Holder (sed inuitus, ut uid.).



altera, nil opstat: Cois tibi paene uidere est  
ut nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi;  
metiri possis oculo latus. an tibi manus  
insidias fieri pretiumque auellier ante  
quam mercent ostendi? 'Ieporem uenator ut alta  
in niue secetur, positum sic tangere nolit' 106  
cantat, et apponit 'meus est amor huic similis: nam  
transuolat in medio posita et fugientia captat.'  
hiscine uersiculis speras tibi posse dolores  
atque aestus curasque grauis e pectore pelli? 110  
nonne, cupidinibus statuat natura modum quem,  
quid latura, sibi quid sit dolitura negatum,  
quaerere plus prodest et inane absceindere soldo?  
num, tibi cum fauces urit sitis, aures quaeris  
poenula? num esuriens fastidis omnia praeter 115  
pauonem rhombumque? tument tibi cum inguina,  
num, si

ancilla aut uerna est praesto puer, impetus in quem  
continuo liat, malis tentigine rumpi?  
non ego: namque parabilentramouerem facilemque.  
illam 'post paulo'; 'sed plaris'; 'si exierit uir' 120  
Gallis; hanc Philodemus ait sibi, quae neque magno  
stet pretio neque eunetetur, cum est iussa uenire.  
candida rectaque sit, munda haecenus, ut neque longa  
nec magis alba uelit, quam dat natura, nideri.  
haec, ubi suppositis dextro corpus nili lacuoni, 125  
Ilia et Egeria est; do nomen quodlibet illi,  
nec necore, ne, dum futuo, uir rure recurat,  
ianua frangatur, latret canis, undique magno  
pulsata domus strepitu resonet, nepallida lecto  
desiliat mulier, miseram se conscia clamet, 130  
erribus haec metuat, doti depressa, egomet mi.  
discincta tunica fugiendumst et pede nudo,  
ne nummi pereant aut pugna aut denique fama.  
dependi miserum est: Fabio uel iudice uincam.

## III

Omnibus hoc uitium est cantoribus, inter amicos  
ut nunquam inducant animum cantare rogati,  
inussi nunquam desistant. Sardus habebat  
ille Tigellius hoc. Caesar, qui cogere posset,  
si peteret per amicitiam patris atque suam, non 5  
quicquam proficere; si collibisset, ab ono  
usque ad mala citaret 'io Baechae' modo summa  
noce, modo hac, resonat quae chordis quattuor ima.  
nil aequale homini fuit illi: saepe uelut qui  
currebat fugiens hostem, persaepe uelut qui 10  
Iunonis sacra ferret; habebat saepe ducentos,  
saepe decem seruos; modo reges atque tetraehelas,  
omnia magna loquens, modo 'sit mihi mensa tripes et  
concha salis puri et toga, quae defendere frigus  
quamuis crassa queat.' deciens centena dedisses 15  
huic parco, paucis contento: quinque diebus  
nil erat in oculis. noctes uigilabat ad ipsum  
mane, diem totum stertebat. nil fuit nunquam  
sic impar sibi. nunc aliquis dicat mihi 'quid tu?  
nullane habes uitia?' immo alia, et fortasse minora.  
Maenius absente Nouium cum carperet, 'heust' 21  
quidam ait 'ignoras te, an ut ignotum dare nobis  
uerba putas?' 'egomet mi ignoseo.' Maenius inquit,  
stultus et improbus hic amor est dignusque notari.  
cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, 25  
cur in amicorum nitiss tam cernis acutum,  
quam aut aquila aut serpens Epidaurius? at tibi  
contra  
euenit, inquirant nitia ut tua rursus et illi.  
iracundior est paulo, minus aptus acutis  
naribus horum hominum; rideri possit eo quod 30  
rusticis tonso toga deluit et male laxus  
in pede calcibus haeret; at est bonus, ut melior uir

non alius quisquam, at tibi amicus, at ingenium  
ingens  
inculto latet hoc sub corpore. denique te ipsum  
concutite, numqua tibi uitiorum insecuerit olim 35  
natura aut etiam consuetudo mala: namque  
neclectis urenda filix innascitur agris.  
illuc praeuertamur, amatorem quod amicae  
turpia decipiunt caecum uitia, aut etiam ipsa haec  
delectant, ueluti Balbinum polypos Hagnac. 40  
uellem in amicitia sic errarem et isti  
errori nomen uirtus posuisset honestum:  
ac pater ut gnati, sic nos debemus, amici  
siquod sit uitium, non fastidire: strabonem  
appellat pactum pater, et pullum, male paruus 45  
sicuti lilius est, ut abortiuus fuit olim  
Sisyphus; hunc uarum distortis cruribus, illum  
balbutit seaurum prauis fultum male talis.  
parcius hic uiuit: frugi dicatur. ineptus  
et iactantior hic paulo est: concinnus amicis  
postulat ut uideatur. at est truculentior atque  
plus aequo liber: simplex fortisque habeatur.  
caldior est: acris inter numeretur. opinor,  
haec res et iungit, iunctos et seruat amicos.  
at nos uirtutes ipsas inuertimus atque 55  
sincerum cupimus uas incrustare. probus quis  
nobiscum uiuit, multum demissus homo; illi  
tardo cognomen pingui damus. hic fugit omnis  
insidias nullique malo latus obdit apertum,  
cum genus hoc inter nitae nersetur, ubi acris 60  
inuidia atque uigent ubi crimina: pro bene sano  
ac non incanto lictum astutumque uocamus.  
simplicior quis est, qualem me saepe libenter  
optulerim tibi, Maecenas, ut forte legentem  
aut tacitum impellat quouis sermone molestus: 65  
'communi sensu plane caret' inquit. cheu,  
quam temere in nosmet legem sancimus iniquam!  
nam uitis nisi sine nascitur; optimus ille est,  
qui minimis urgetur. amicus dulcis, ut aequum est,  
cum mea compenset uitiss bona, pluribus hisee, 70  
si modo plura mihi bona sunt, inclinet, amari  
si nolet: hac lege in trutina ponetur eadem.  
qui ne tuberibus propriis offendat amicum  
postulat, ignoscat uerrucis illius: aequum est,  
peccatis ueniam poscentem reddere rursus. 75  
denique, quatenus excidi penitus uitium irae,  
cetera item nequeunt stultis haerentia, cur non  
ponderibus modulisque suis ratio utitur, ac res  
ut quaeque est, ita supplicis delicta coeret?  
si quis cum seruum, patnam qui tollere iussus 80  
semessos piseis tepidumque ligurrierit ius,  
in cruce suffigat, Labeone insanior inter  
sanos dicatur. quanto hoc furiosius atque  
maius peccatum est: paulum deliquit amicus,  
quod nisi concedas, habere insuauis: acerbus 85  
odisti et fugis ut Rusonem debitor aeris,  
qui nisi, cum tristes misero uenere Kalendae,  
mercedem aut nummos unde unde extricat, amaras  
porrecto iugulo historias captiuus ut audit.  
commixit lectum potus mensaue catillum 90  
Euandri manibus tritum deiecit: ob hanc rem,  
aut positum ante mea quia pullum in parte catini  
sustulit esuriens, minus hoc iucundus amicus  
sit mihi? quid faciam, si furtum fecerit, aut si  
prodiderit commissa fide sponsumue negarit? 95  
quis paria esse fere placuit peccata, laborant,  
cum uentum ad uerum est: sensus moresque re-  
pugnant  
atque ipsa utilitas, iusti prope mater et aequi.  
cum proreperunt primis animalia terris, 99  
mutum et turpe pecus, glandem atque cubilia propter  
unguibus et pugnis, quem fustibus, atque ita porro  
pugnabant armis, deae post fabricauerat usus,

II 110 tolli B V, pelli a γ v E R F N L. 131 doti haec e con. N. Heinsii Bentl. III 7 Baechae E B R, quod  
suadet Turneb. Iacbin. ad Lucr. II 27, Baechae con. Hirschfelder. 8 qua e con. Palmer. 34 pectore F N. 42 uictus  
con. Housman. 57 ille V. 58 tardo ac Bentl. pinguique damus: fugit con. Palmer. 60 uersetur V. 71 amare  
Doering, L. Muell. 85 sic interpunxit Bentl. ahi habere insuauis, acerbus. 90 commixit a, γ v R L, commixit cet.

donec uerba, quibus uoces sensusque notarent,  
nominaque inuenere; dehinc abistere bello,  
oppida coeperunt munire et ponere leges, 105  
nequis fur esset neu latro neu qui adulter.  
nam fuit ante Helenam cunnus taeterrima belli  
causa, sed ignotis perierunt mortibus illi,  
quos uenerem incertam rapientis more ferarum  
uiribus editior caedebat ut in grege taurus. 110  
iura inuenta metu iniusti fateare necesse est,  
tempora si fastosque uelis euoluere mundi.  
nec natura potest iusto discernere iniquum,  
diuidi ut bona diuersis, fugienda petendis;  
nec uincet ratio hoc, tantundem ut peccet idemque  
qui teneros caules alieni fregerit horti 116  
et qui nocturnus sacra diuum legerit. adsit  
regula, peccatis quae poenas inroget aequas,  
nam ut scutica dignum horribili sectere flagello,  
ne ferula caedas meritum maiora subire 120  
uerbera non uereor, cum dicas esse paris res  
furta latrociniiis et magnis parua mineris  
falce recisurum simili te, si tibi regnum  
permittant homines. si diues, qui sapiens est,  
et sutor bonus et solus formosus et est rex: 125  
cur optas quod habes? 'non nosti, quid pater' inquit  
'Chryssippus dicat: sapiens crepidas sibi numquam  
nec soleas fecit, sutor tamen est sapiens.' qui?  
'ut quamuis tacet Hermogenes, cantor tamen atque  
optumus est modulator; ut Alfenus uaser omni 130  
abiecto instrumento artis clausaque taberna  
tonsor erat; sapiens operis sic optumus omnis  
est opifex solus, sic rex.' uellunt tibi barbam  
lasciui pueri, quos tu nisi fuste coereces,  
urgeris turba circum te stante miserque 135  
rumperis et latras, magnorum maxime regum.  
ne longum faciam: dum tu quadrante lauatum  
rex ibis neque te quisquam stipator ineptum  
praeter Crispinum sectabitur, et mihi dulces  
ignoscent, siquid peccato stultus, amici, 140  
inque uicem illorum patiar delicta libenter,  
priuatiusque magis uiuam te rege beatus.

## IV

Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae  
atque alii, quorum comoedia prisca uirorum est,  
siquis erat dignus describi, quod malus ac fur,  
quod moechus foret aut scarius aut alioqui  
famosus, multa cum libertate notabant. 5  
hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus  
mutatis tantum pedibus numerisque, facetus,  
emunctae naris, durus componere uersus.  
nam fuit hoc uitiosus: in hora saepe duentos,  
ut magnum, uersus dictabat stans pede in uno; 10  
cum flueret lutulentus, erat quod tollere uelles;  
garrulus atque piger scribendi ferre laborem,  
scribendi recte: nam ut multum, nil moror. ecce,  
Crispinus minimo me prouocat: 'accipe, si uis,  
accipiam tabulas; detur nobis locus, hora, 15  
custodes; uideamus uter plus scribere possit.'  
di bene fecerunt, inopis me quodque pusilli  
finxerunt animi, raro et perpauca loquentis;  
at tu conclusas hirquinis follibus auras  
usque laborantis dum ferrum molliat ignis, 20  
ut maus, imitare. beatus Fannius ultro  
delatis capsis et imagine, cum mea nemo  
scripta legat uolgo recitare timentis ob hanc rem,  
quod sunt quos genus hoc minime iuuat, utpote  
pluris  
culpari dignos. quemuis media elige turba, 25

aut ob auaritiam aut misera ambitione laborat.  
hic nuptarum insanit amoribus, hic puerorum;  
hunc capit argenti splendor; stupet Albius aere;  
hic mutat merces surgente a sole ad eum quo  
uespertina tepet regio; quin per mala praeeptis 30  
fertur, uti pulvis collectus turbine, nequid  
summa deperdat metuens aut ampliet ut rem.  
omnes hi metuunt uersus, odere poetas.  
'faenum habet in cornu, longe fuge: dummodo  
risum  
excutiat sibi, non hic cuiquam parceret amico, 35  
et quodcumque semel chartis inleuerit, omnis  
gestiet a furno redeuntis scire lacuque  
et pueros et anus.' agedum, pauca accipe contra.  
primum ego me illorum, dederim quibus esse poetas,  
excerpam numero: neque enim concludere uersum  
dixeris esse satis; neque, siqui scribat uti nos 41  
sermoni propiora, putes hunc esse poetam.  
ingenium cui sit, cui mens diuinior atque os  
magna sonaturum, des nominis huius honorem.  
idecirco quidam comoediae necne poema 45  
esset quaesiuerit, quod acer spiritus ac uis  
nec uerbis nec rebus inest, nisi quod pede certo  
differt sermoni, sermo merus. at pater ardens  
saeuit, quod meretrice nepos insanus amica  
filius uxorem grandi cum dote recuset, 50  
ebrius et, magnum quod dedecus, ambulet ante  
noctem cum facibus. numqui Pomponius istis  
audiret leuiora, pater si uiuere? ergo  
non satis est puris uersum perscribere uerbis,  
quem si dissoluas, quiuis stomachetur eodem 55  
quo personatus pacto pater. his, ego quae nunc,  
olim quae scripsit Lucilius, eripias si  
tempora certa modosque et quod prius ordine uerbum  
est  
posterius facias praeponeus ultima primis,  
non, ut si soluas 'postquam Discordia taetra 60  
belli ferratos postis portasque refregit,'  
inuenias etiam disiecti membra poetae.  
hactenus haec: alias iustum sit necne poema,  
nunc illud tantum quaeram, meritone tibi sit  
suspectum genus hoc scribendi. Sulcius acer 65  
ambulat et Caprius, rauci male cumque libellis,  
magnus uterque timor latronibus; at bene siquis  
et uiuat puris manibus, contemnat utrumque.  
ut sis tu similis Caeli Birricque latronum,  
non ego sim Capri neque Sulci: cur metuas me? 70  
nulla taberna meos habeat neque pila libellos,  
quis manus insudet uolgi Hermogenisque Tigelli;  
nec recito cuiquam nisi amicis, idque coactus,  
non ubiuis coramue quibuslibet. in medio qui  
scripta foro recitent, sunt multi, quique lauantes:  
suae locus uoci resonat conclusus. inanis 76  
hoc iuuat, haut illud quaerentis, num sine sensu,  
tempore num faciant alieno. 'laedere gaudes'  
inquit 'et hoc studio prauus facis. unde petitum  
hoc in me iacis? est auctor quis denique eorum, 80  
uixi cum quibus? absentem qui rodit amicum,  
qui non defendit alio culpante, solutos  
qui captat risus hominum famamque dicacis,  
fingere qui non uisa potest, commissa tacere  
qui nequit: hic niger est, hunc tu, Romane,  
caueto. 85  
saepe tribus lectis uideas cenare quaternos,  
e quibus unus amet quamuis aspergere cunctos  
praeter eum qui praebet aquam; post hunc quoque  
potus,  
condita cum uerax aperit praecordia Liber.  
hic tibi comis et urbanus liberque uidetur 90  
infesto nigris: ego si risi, quod ineptus  
pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum,

III 103 sensus, uocesque, n., con. Housman. 119 ne scutica et 120 nam ut ferula codd. initia uersuum transposuit Housman, 'ut' pro 'quamuis' sumpto. 121 nunc uereor con. Palmer. 128 qui B, quo cet. 131 clausaque ustrina V. 132 tonsor V, Benti. Fea, alii, sutor codd. cet. IV 15 accipiam γ V R F Λ V Benti. Dillenb. Orell. al., accipe tam E a L g Holder. 19 hirquinis EL, hircinis cet. 25 crue R F Λ, eripe V, arripere Benti. al. 52 numqui γ EL, numquid cet. 70 sum cum codd aliquot Benti. 79 inquis v g R F Λ. 87 ouct codd. paene omn., amet V (ut uid.) Benti. Dillenb. Orell. al.

linidus et mordax uideor tibi? mentio siquae  
de Capitolini furtis iniecta Petilli  
te coram fuerit, defendas ut tuus est mos : 95  
'me Capitolinus conuictore usus amicoque  
a puero est, causaque mea permulta rogatus  
feicit, et incolunus laetor quod uiuit in urbe ;  
sed tamen aduitor, quo pacto iudicium illud  
fugerit : 'hie nigrae sucus lolliginis, haec est 100  
aerugo mera ; quod uitium procul afore chartis,  
atque animo, prius ut, siquid promittere de me  
possim aliud uere, pronitto. liberius si  
dixero quid, si forte iocosus, hoc mihi iuris  
cum uenia dabis : insuevit pater optunus hoc me  
ut fugerem exemplis uitiorum quaeque notando, 106  
cum me hortaretur, parce frugaliter atque  
uiuere uti contentus eo quod mi ipse parasset :  
'nonne uides, Albi ut male uiuat filius utque  
Baius inops? magnum documentum, ne patriam rem  
perdere quis uelit.' a turpi meretricis amore 111  
cum deterreret : 'Sectani dissimilis sis.'  
ne sequerer moechas, concessa cum uenere uti  
possem : 'deprenti non bella est fama Treboni'  
aiebat. 'sapiens, uitatu quidque petitu 115  
sit melius, causas reddet tibi : mi satis est, si  
traditum ab antiquis morem seruare tuamque,  
dum custodis eges, uitam fananque tueri  
incoluere possim ; simul ac durauerit aetas  
membra animumque tuum, nabis sine cortice.' sic  
me 120  
formabat puerum dietis, et siue iubebat  
ut facerem quid, 'habes auctorem, quo facias hoc,'  
unum ex iudicibus selectis obieciat ;  
siue uetabat, 'an hoc inhonestum et inutile faetu  
neene sit addubites, flagret rumore malo cum 125  
hie atque ille?' audios uicinum funus ut aegros  
exanimat mortisque metu sibi parere cogit,  
sic teneros animos aliena obprobria saepe  
absterrent uitis. ex hoc ego sanus ab illis,  
perniciem quaecumque ferunt, mediocribus et quis  
ignoseas uitis teneor. fortassis et istine 131  
largiter abstulerit longa aetas, liber amicus,  
consilium proprium. neque enim, cum lectulus aut  
me  
porticus exceperit, desum mihi. 'rectius hoc est.  
hoc faciens uiuam melius. sic dulcis amicis 135  
occurram. hoc quidam non belle : numquid ego illi  
inprudens olim faciam simile?' haec ego mecum  
compressis agito labris ; ubi quid datur oti,  
intuldo chartis. hoc est mediocribus illis  
ex nitis unum ; cui si concedere nolis, 140  
multa poetarum ueniat manus, auxilio quae  
sit mihi : nam multo plures sumus, ac ueluti te  
Iudaei cogemus in hanc concedere turbam.

## V

Egressum magna me accepit Aricia Roma  
hospitio modico : rhetor comes Heliodorus,  
Graecorum longe doctissimus ; inde Forum Appi,  
differtum nautis, cauponibus atque malignis.  
hoc iter ignaui diuissimus, altius ac nos 5  
praecinctis unum : minus est granis Appia tardis.  
hie ego propter aquam, quod erat deterima, uentri  
indico bellum, cenantis hauri animo aequo  
expectans comites. iam nox inducere terris  
umbras et caelo diffundere signa parabat ; 10  
tum pueri nautis, pueris conuicia nautae  
ingerere : 'huc appelle !' 'trecentos inseris. ohe,  
iam satis est.' dum aes exigitur, dum mula ligatur,  
tota abit hora. mali culices ranaeque palustres  
auertunt somnos, absentem ut cantat amicum 15

multa prolutus uappa nauta atque uiator  
certatim : tandem iessus dormire uiator  
incipit, ac missae pastum retinacula mullae  
nauta piger saxo religat stertitque supinus.  
iamque dies aderat, nil cum procedere lintrem 20  
sentimus ; donec eerebrosus proslit unus  
ac mullae nautaeque caput lumbosque saligno  
fuste dolat. quarta uix demum exponitur hora.  
ora manusque tua lauimus, Feronia, lymphae.  
milia tum pransi tria repimus atque subimus 25  
inpositum saxis late eandentibus Anxur.  
huc uenturus erat Maecenans optumus atque  
Cocceius, missi magnis de rebus uterque  
legati, auersos soliti componere amicos.  
hie oculis ego nigra meis collyria lippus 30  
inlinere : interea Maecenas aduenit atque  
Cocceius, Capitoque simul Fonteius, ad unguem  
factus homo, Antoni non ut magis alter amicus.  
fundos Aufidio Lusco praetore libenter  
linquimus, insani ridentes praemia seribae, 35  
praetextam et latum clauoni prunaecque uatillum.  
in Mamurrarum lassi deinde urbe manemus,  
Murena praebente domum, Capitone culinam.  
postera lux oritur multo gratissima : namque  
Plotius et Varius Sinuessaec Vergiliusque 40  
occurrunt, animae, qualis neque candidiores  
terra tulit neque quis me sit deuinctor alter.  
o qui complexus et gaudia quanta fuerunt !  
nil ego contulerim iucundo sanus amico.  
proxima Campano ponti quae uillula, tectum 45  
praebuit, et parochi, quae debent, ligna salemque.  
hinc muli Capuae citellans tempore ponunt.  
Iusum it Maecenas, dormitum ego Vergiliusque :  
namque pila lippis inimicum et ludere crudis.  
hinc nos Coccei recipit plenissima uilla, 50  
quae super est Candi cauponas. nunc mihi paucis  
Sarmenti securae pugnam Messique Cicirri,  
Musa, uelim memores, et quo patre natus uterque  
contulerit litis. Messi clarum genus Osei ;  
Sarmenti domina extat : ab his maioribus orti 55  
ad pugnam uenere. prior Sarmiento 'equi te  
esse feri similent dico.' ridemus, et ipse  
Messius 'accipio,' caput et mouet. 'o tua cornu  
ni foret execto frons, inquit 'quid faeres, cum  
sic mutilus munitaris?' at illi foeda cicatrix 60  
saetosam laeui frontem turpauerat oris.  
Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus,  
pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat :  
nil illi larua aut tragicis opus esse coturnis.  
multa Cicirrus ad laec : donasset iamne catenam  
ex noto Laribus, quaerebat : scriba quod esset, 66  
nilo deterius dominae ius esse : rogabat  
denique cur unquam fugisset, eni satis una  
farris libra foret, graecili sic tamque pisillo.  
prorsus iucunde cenam producinus illam. 70  
tendimus hinc recta Beneuentum, ubi sedulus hospes  
paene macros arsit dum turbos uersat in igni :  
nam uaga per ueterem dilapso flamma culinam  
uolcano summum properabat lambere tectum.  
conuiuas audios cenam seruosque timentis 75  
tum rapere atque omnis restringere uelle uideres.  
incipit ex illo montis Apulia notos  
ostentare mihi, quos torret Atabulus et quos  
numquam erepsimus, nisi nos uicina Truici  
nilla recepisset lacrimoso non sine fumo, 80  
udos cum foliis ramos urente camino.  
hie ego mendacem stultissimus usque puellam  
ad mediam noctem expecto ; somnus tamen aufert  
intentum ueneri : tum inundo somnia uisu  
nocturnam uestem maculant uentremque supinum.  
quattuor hinc rapimur uiginti et milia redis, 86  
mansuri oppidulo, quod uersu dicere non est,

IV 93 siqua v RFX. 102 sic dist. Housman, animo prius, ut uulg. 110 Barus g RFX. 124 factu v C↓X,  
factum V cet. 126 uides F'X, audios cet. 139 inuambo v F'X L. V 1 crepuit v F'X V, crepuit R, accipit cet. 3  
longe a γ E C R, linguac v F'X L g. 34 Fusco V. 51 Claudi V cum cet. plerisque. 67 dominae F'X, domine g R,  
domini γ v C L.

signis perfacilest: uenit uillissima rerum  
hic aqua, sed panis longe pulcherrimus, ultra  
callidus ut soleat ueris portare uiator; 90  
nam Canasi lapidosus, aquae non ditior urna  
qui locus a forti Diomede est conditus olim.  
flentibus hinc Varius discedit maestus amicis.  
inde Rubos fessi peruenimus, utpote longum  
carpentem iter et factum corruptius imbrim. 95  
postera tempestas melior, uia peior ad usque  
Bari moenia piscosi. dein Gnatia lymphis  
iratis extracta dedit risusque iocosque,  
dum flamma sine tura liquescere limine sacro  
persuadere cupit. credat Iudaeus Apella, 100  
non ego. namque deos didici securum agere aeuum,  
nec, siquid miri faciat natura, deos id  
tristis ex alto caeli demittere tecto.  
Brundisium longae finis chartaeque uiaequet.

## VI

Non quia, Maecenas, Lydorum quicquid Etruscum  
incoluit finis, nemo generosior est te,  
nec quod auus tibi maternus fuit atque paternus,  
olim qui magnis legionibus imperitarint,  
ut plerique solent, naso suspendis aduoco 5  
ignoto aut ut me libertino patre natos.  
cum referre negas quali sit quisque parente  
natus, dum ingenuus, persuadere hoc tibi uere,  
ante potestatem Tulli atque ignobile regnum  
multos saepe uiros nullis maioribus ortos 10  
et uixisse probos, amplis et honoribus auctos;  
contra Laeuinum, Valeri genus, unde Superbus  
Tarquinius pignus pulsus fugit, unius assis  
non umquam pretio pluris licuisse, notante  
iudice quo nosti populo, qui stultus honores 15  
saepe dat indignis et famae seruit ineptus,  
qui stupet in titulis et imaginibus. quid oportet  
nos facere a uolgo longe longoque remotos?  
namque esto, populus Laeuinus mallet honorem  
quam Decio mandare nouo, censorque moueret 20  
Appius, ingenuo si non essem patre natus:  
uel merito, quoniam in propria non pelle quiessem.  
sed fulgente trahit constrictos Gloria curru  
non minus ignotos generosis. quo tibi, Tilli,  
sumere depositum clauom fierique tribuno? 25  
inuidia adcreuit, priuato quae minor esset.  
nam ut quisque insanus nigris medium impediit crus  
pellibus et latum demisit pectore clauom,  
audit continuo 'quis homo hic?' et 'quo patre  
natus?'

ut siqui aegrotet quo morbo Barrus, haberi 30  
et cupiat formosus, eat quacumque, puellis  
iniciat curam quaerendi singula, quali  
sit facie, sura, quali pede, dente, capillo:  
sic qui promittit, cuius, urbem sibi curae,  
imperium fore et Italiam, delubra deorum, 35  
quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,  
omnis mortalis curare et quaerere cogit.  
'tunc, Syri, Damae, aut Dionysi filius, audes  
deicere de saxo cuius aut tradere Cadmo?'  
'at Nouius collega gradu post me sedet uno: 40  
namque est ille, pater quod erat meus.' 'hoc tibi  
Paulus  
et Messalla uideris? at hic, si plostra ducenta  
concurrantque foro tria funera magna, sonabit  
cornua quod uincatque tubas: saltem tenet hoc nos.'  
nunc ad me redeo libertino patre natum, 45  
quem rodunt omnes libertino patre natum,  
nunc quia sim tibi, Maecenas, conuictor, at olim

quod mihi pareret legio Romana tribuno.  
dissimile hoc illi est, quia non, ut forsit honorem  
iure mihi inuideat quibus, ita te quoque amicum, 50  
praesertim cautum dignos adsumere, praua  
ambitione procul. felicem dicere non hoc  
me possim, casu quod te sortitus amicum:  
nulla etenim mihi te fors optulit; optimus olim  
Vergilius, post hunc Varius dixere quid essem. 55  
ut ueni coram, singultim pauca locutus,  
(infans namque pudor prohibebat plura profari)  
non ego me claro natum patre, non ego circum  
me Satureiano uectari rura caballo,  
sed quod eram narro. respondes, ut tuus est mos, 60  
pauca: abeo, et reuocas nono post mense iubesque  
esse in amicorum numero. magnum hoc ego duco,  
quod placui tibi, qui turpi secernis honestum,  
non patre praeclaro, sed uita et pectore puro.  
atqui si uitiis mediocribus ac mea paucis 65  
mendosasti natura, alioqui recta, uelut si  
egregio insparis reprehendas corpore naeuos,  
si neque auaritiam neque sordes ac mala lustra  
obiciet uere quisquam mihi, purus et insons,  
ut me conlaudem, si et uiuo carus amicis: 70  
causa fuit pater his, qui macro pauper agello  
noluit in Flauo ludum me mittere, magni  
quo pueri magnis et centurionibus orti,  
laeuo suspensi loculos tabularumque lacerto,  
ibant octonos referentes Idibus aeris; 75  
sed puerum est ausus Roman portare docendum  
artis, quas doceat quibus eques atque senator  
semet prognatos. uestem seruosque sequentis,  
in magno ut populo, siqui uidisset, auita  
ex re praebere sumptus mihi crederet illos. 80  
ipse mihi custos incorruptissimus omnium  
circum doctores aderat. quid multa? pudicum,  
qui primus uirtutis honos, seruaui ab omni  
non solum facto, uerum obprobrio quoque turpi;  
nec timuit, sibi ne uitio quis uerteret, olim 85  
si praeco paruus aut, ut fuit ipse, coactor  
mercedes sequeretur: neque ego essem questus; at  
hoc nunc  
laus illi debetur et a me gratia maior.  
nil me paeniteat sanum patris huius, eoque  
non, ut magna dolo factum negat esse suo pars, 90  
quod non ingenuus habeat clarosque parentis,  
sic me defendam. longe mea diserepat istis  
et uox et ratio. nam si natura iuberet  
a certis annis aeuum remeare peractum,  
atque alios legere, ad factum quoscumque parentis  
optaret sibi quisque, meis contentus honestos 96  
fascibus et sellis nollem mihi sumere, demens  
iudicio uolgi, sanus fortasse tuo, quod  
nollem onus haut umquam solitus portare molestum.  
nam mihi continuo maior quaerenda foret res 100  
atque salutandi plures, ducendus et unns  
et comes alter, uti ne solus rusue peregre aut  
exirem, plures calones atque caballi  
pascendi, ducenda petorita. nunc mihi curto  
ire licet mulo uel si libet usque Tarentum, 105  
mantica cui lumbos onere ulceret atque eques armos:  
obiciet nemo sordes mihi quas tibi, Tilli,  
cum Tiburte uia praetorem quinque secuntur  
te pueri, lasanum portantes oenophorumque.  
hoc ego commodius quam tu, praeclear senator, 110  
milibus atque aliis uiuo. quacumque libido est,  
incedo solus, percontor quanti holus ac far,  
fallacem circum uespertinumque pererro  
saepe forum, adsisso diuinis. inde domum me  
ad porri et ciceris refero laganique catinum; 115  
cena ministratur ueris tribus, et lapis albus

VI 4 imperitarent v RF<sup>Λ</sup> L. 6 sic edidit Palmer. uulgo leg. ignotos aut me—natum. ignotos codd. om. aut a γ F<sup>Λ</sup> L, inter aut ut, at ut, et ut, aut me ut uariant cet. natos a γ E g, natus C, natum v F<sup>Λ</sup> L (R corr.). 29 homo est hic? quo V, hic est a γ E L. 39 e uel aut codd. aliquot, de cett. 40 pos me R a pr. m. 43 magna sonabit coniungunt Bentl. al. 68 nec mala L V. 75 octonos—aeris a γ E R, octonis—aera v F<sup>Λ</sup> L. 87 ad hoc a γ v R F<sup>Λ</sup> L, at hic g, at hoc Dillenb. Orell. Hold. al. 102 peregre l, peregre aut cet. paene omnes, peregre cum uno cod. edd. plerique: sunt uero qui rus peregre malint.

poenla cum cyatho duo sustinet, astat echinus  
 nilis, cum patera gutus, Campana supellex.  
 deinde eo dormitum, non sollicitus, mihi quod eras  
 surgendum sit mane, obeundus Marsya, qui se 120  
 uolunt ferre negat Noniorum posse minoris.  
 ad quartam iaceo; post hanc uagor, aut ego, lecto  
 ant scripto quod me tacitum inuēt, unguor oliuo,  
 non quo fraudatis immundus Natta lucernis.  
 ast ubi me fessum sol acrior ire lauatum 125  
 admonuit, fugio campum lusumque trigonem.  
 pransus non auide, quantum interpellet inani  
 ventre diem durare, domesticus otior. haec est  
 uita solutorum misera ambitione grauique.  
 his me consolator uieturum suauius, ac si 130  
 quaestor auus pater atque meus patrusque fuissent.

## VII

Proscripti Regis Rupili pus atque uenenum  
 hybrida quo pacto sit Persius ultus, opinor  
 omnibus et lippis notum et tonsoribus esse.  
 Persius hic permagna negotia diues habebat  
 Clazomenis, etiam litis cum Rege molestas, 5  
 durus homo atque odio qui posset uincere Regem,  
 confidens, tumidus, adeo sermonis amari,  
 Sisennas, Barros ut equis praecurreret albis.  
 ad Regem redeo. postquam nihil inter utrumque  
 comenit (hoc etenim sunt omnes iuro molesti, 10  
 quo fortes, quibus aduersum bellum incidit: inter  
 Hectora Priamidem, animosum atque inter Achillem  
 ira fuit capitalis, ut ultima diuideret mors,  
 non aliam ob causam, nisi quod uirtus in utroque  
 summa fuit; duo si discordia nexet inertis 15  
 ant si disparibus bellum incidat, ut Diomedem  
 cum Lycio Glauco, discedat pigrior, ultro  
 muneribus missis), Bruto praetore tenente  
 ditem Asiam Rupili et Persi par pugnat, uti non  
 compositum melius cum Bitho Baebium. in ius 20  
 acres procurruunt, magnum spectantulum uterque.  
 Persius exponit causam; ridetur ab omni  
 conuentu; laudat Brutum laudatque cohortem:  
 solem Asiae Brutum appellat, stellasque salubris  
 appellat comites, excepto Rege; Canem illum, 25  
 iniunxum agricolis sidus, uenisse; ructat  
 flumen ut hibernum, fertur quo rara securis.  
 tum Praenestium salso multoque fluenti  
 expressa arbusto regerit conuicia, durus  
 uindictiator et inuictus, eni saepe uiator 30  
 cessisset magna compellans uoce euenlum.  
 at Graecus, postquam est Italo perustus aetoe,  
 Persius exclamat: 'per magnos, Brute, deos te  
 oro, qui reges consueris tollere, cur non  
 hunc Regem iugulas? operum hoc, mihi crede,  
 tuorum est.' 35

## VIII

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,  
 cum faber, incertus scammum faceretne Priapum,  
 maluit esse demum. deus inde ego, furum auumque  
 maxima formido: nam fures dextra coercent  
 obscenoque ruber porrectus ab inguine palus; 5  
 ast inportunas nolucres in uertice harundo  
 terret fixa uetatque nouis considere in hortis.  
 huc prius angustis eiecta cadauera cellis  
 hoc uiserae uili portanda locabat in arca;  
 consue miserae plebi stabat commune sepulchrum, 10  
 Pantolabo seurrae Nomentanoque nepoti.

VI 123 scribo g. 126 ita Benti. Orell. Palmer, al. inuisumque trig. Pauly. rabiosi tempora signi codd. praeter V g omu. (g tusitque habet). ad loc. sic commentatur Cruquius "fugio rabiosi tempora sig. codex Bland. antiquissimus habet fugio campum lusumque trigonem. sed supposita sunt puncta, uulgataque lectio est adnotata." VII 7 tumidus a γ E g R V, tumidusque v F X L. 17 pigrior g V, pulchrior ect. VIII 7 fissa con. Fea. 15 quo codd., qua Benti., qui Peerk. 19 uerant cot. mis. 32 ut quae R, utque a γ F X g. 36 crepuscula con. Housman. 41 resonant Benti. al. IX 16 persequar: hinc—tibi? interpungit Holder. perge, sequar, quo nunc con. Patm. 23 Varum FLX.

nulle pedes in fronte, trecentos eippus in agrum  
 hic dabat, heredes monumentum ne sequeretur.  
 nunc licet Esquilis habitare salubribus atque  
 aggere in aprieo spatari, qui modo tristes 15  
 albis informem spectabant ossibus agrum;  
 cum mihi non tantum furesque feraeque suetae  
 hunc nexare locum curae sunt atque labori,  
 quantum carminibus quae uersant atque uenenis  
 humanos animos: has nullo perdere possum 20  
 nec prohibere modo, simul ac uaga Luna decorum  
 protulit os, quin ossa legant herbasque nocentis.  
 nidi egomet nigra succinetam uadere palla  
 Canidiam, pedibus nudis passoque capillo,  
 cum Sagana maiore ululante. pallor utrasque 25  
 fecerat horrendas aspectu. scalpere terram  
 unguibus et pullam diuellere mordicis agnam  
 coeperunt; eror in fossam confusus, ut inde  
 manis elicerent animas responsa daturas.  
 lanca et elligies erat, altera cerea: maior 30  
 lanca, quae poenis conpesceret inferiorem;  
 cerea suppliciter stabat seruilibus ut quae  
 iam peritura modis. Hecaten uocat altera, saeuam  
 altera Tisiphonen: serpentis atque uideres  
 infernas errare canes, Lunamque rubentem, 35  
 ne foret his testis, post magna latere sepulchra.  
 mentior at siquid, merdis caput inquirer albis  
 cornuorum atque in me ueniat mictum atque cacatum  
 Iulius, et fragilis Peditia furque Voranus.  
 singula quid memorem? quo pacto alteria loquentes  
 umbrae cum Sagana resonarent triste et acutum, 41  
 utque lupi barbam uariae cum dente colubrae  
 abliderint furtim terris, et imagine cerea  
 largior arserit ignis, et ut non testis inultus  
 hornerium noceat Puriarum et facta durarum. 45  
 nam displosa sonat quantum uesica, pepedi  
 dilfissa nate fies; at illac currere in urbem.  
 Canidiae dentes, altum Saganae calicendum  
 exedere atque herbas atque incantata lacertis  
 uincola cum magno risuque iocoque uideres. 50

## IX

Ibam forte uia Sacra, sicut meus est mos  
 nescio quid meditans iugurum, totus in illis.  
 accurrit quidam notus mihi nomine tantum,  
 arreptaque manu 'quid agis, dulcissime rerum?'  
 'suauiter, ut nunc est' inquam, 'et cupio omnia 5  
 quae uis.'  
 eum adsectaretur, 'numquid uis?' occupo. at ille  
 'noris nos' inquit; 'docti sumus.' hic ego 'pluris  
 hoc' inquam 'mihi eris.' misere discedere quaerens,  
 ire modo ocius, interdum consistere, in aurem 10  
 dicere nescio quid puero, cum sudor ad imos  
 manaret talos. 'o te, Bolane, cerebri  
 felicem!' aiebam tacitus, cum quidlibet ille  
 garriret, uicos, urbem laudaret. ut illi  
 nil respondebam, 'misere cupis' inquit 'abire:  
 iam dudum nideo: sed nil agis; usque tenebo, 15  
 persequar hinc quo nunc iter est tibi.' 'nil opus  
 est te  
 circumagi: quendam uolo misere non tibi notum;  
 trans Tiberium longe eubat is prope Caesaris hortos.'  
 'nil habeo quod agam et non sum piger: usque  
 sequar te.'  
 demitto auriculas ut iniquae mentis asellus, 20  
 cum grauius dorso subiit onus. incipit ille:  
 'si bene me noni, non Visum pluris amicum,  
 non Varium faeies: nam quis me scribere pluris  
 aut citius possit uersus? quis membra mouere

mollius? inuideat quod et Hermogenes, ego canto.' interpellandi locus hic erat: 'est tibi mater, 26 cognati, quis te saluo est opus?' 'haut mihi quisquam.

omnis composui.' 'felices! nunc ego resto. confice: namque instat fatum mihi triste, Sabella quod puero cecinit mota diuina anus urna: 30 "hunc neque dira uenena nec hosticus auferet ensis nec laterum dolor aut tussis nec tarda podagra: garrulus hunc quando consumet cumque: loquaces, si sapiat, utet simul atque adoleuerit actas." uentum erat ad Vestae, quarta iam parte diei 35 praeterita, et casu tum respondere uadato debebat; quod ni fecisset, perdere litem. 'si me amas,' inquit, 'paulum hic ades.' 'inter-

eam, si aut ualeo stare aut noui ciuilia iura: et propero quo scis.' 'dubius sum quid faciam' inquit, 40 'tene relinquam an rem.' 'me, sodes.' 'non faciam' ille, et praecedere coepit. ego, ut contendere durum cum uictore, sequor. 'Maecenas quomodo tecum?' hinc repetit. 'paucorum hominum et mentis bene sanae.'

'nemo dexterior fortuna est usus. haberes 45 magnum adiutorem, possent qui ferre secundas, hunc hominem uelles si tradere. dispeream, ni summosses omnis.' 'non isto uiuimus illic quo tu rere modo: domus hac nec purior ullast nec magis his aliena malis; uil mi officit, inquam, ditior hic aut est quia doctior; est locus uni 51 cuique suus.' 'magnum narras, uix ereditabile.' 'atqui sic habet.' 'accendis quare cupiam magis illi proximum esse.' 'uelis tantummodo: quae tua uirtus, expugnabis; et est qui uinci possit, eoque 55 difficilis aditus primos habet.' 'haut mihi dero: muneribus seruos corrumpan; non, hodie si exclusus fuero, desistam; tempora quaeram; occurram in truiuis, deducam. nil sine magno uita labore dedit mortalibus.' haec dum agit, ecce Fuscus Aristius occurrit, mihi carus et illum 61 qui pulchre nosset. consistimus. 'unde uenis?' et 'quo tendis?' rogat et respondet. uelle coepi et prensare manu lentissima brachia, nutans, distorquens oculos, ut me eriperet. male salsus 65 ridens dissimulare; meum iecur urere bilis. 'certe nescio quid secreto uelle loqui te aiebas mecum.' 'memini bene, sed meliore tempore dicam: hodie tricensima sabbata. uin tu curtis Iudaeis oppedere?' 'nulla mihi' inquam 70 'religio est.' 'at mi: sum paulo infirmior, unus multorum. ignoscas; alias loquar.' huncine solem tam nigrum surrexe mihi! fugit improbus ac me sub culto linquit. casu uenit obuius illi aduersarius et 'quo tu turpissime?' magna 75 inclamat uoce, et 'licet antestari?' ego uero oppono auriculam. rapit in ius: clamor ntrimque, undique concursus. sic me seruauit Apollo.

## X

[Lucili, quam sis mendosus, teste Catone defensore tuo peruincam, qui male factos emendare parat uersus, hoc lenius ille, quo melior uir est, longe subtilior illo, qui multum puer et loris et funibus udis exoratus, ut esset opem qui ferre poe-  
antiquis posset contra fastidia nostra,

grammaticorum equitum doctissimus. ut redeam illuc—]

Nempe in composito dixi pede currere uersus Lucili. quis tam Lucili fautor inepte est, ut non hoc fateatur? at idem, quod sale multo urbem defricuit, charta laudatur eadem. nec tamen hoc tribuens dederim quoque cetera: nam sic 5 et Laberi mimos ut pulchra poemata mirer. ergo non satis est risu diducere rictum auditoris; et est quaedam tamen hic quoque uirtus; est breuitate opus, ut currat sententia neu se impediatur uerbis lassas onerantibus auris; 10 et sermone opus est modo tristi, saepe iocoso, defendente uicem modo rhetoris atque poetae, interdum urbani, parentis uiribus atque extenuantis eas consulto. ridiculum acri fortius et melius magnas plerumque secat res. 15 illi, scripta quibus comoedia prisca uiris est, hoc stabant, hoc sunt imitandi; quos neque pulcher Hermogenes unquam legit, neque simius iste nil praeter Caluoni et doctus cantare Catullum. 'at magnum fecit quod uerbis Graeca Latinis 20 miscuit.' o seri studiorum, quine putetis difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti contigit? 'at sermo lingua concinnus utraque suauior, ut Chio nota si commixta Falernist.' cum uersus facias, te ipsum percontor, an et cum 25 dura tibi peragenda rei sit causa Petilli? scilicet oblitus patriaeque patrisque, Latine cum Pedius causas exudet Poplicola atque Coruinus, patriis intermiscere petita uerba foris malis, Canusini more bilinguis? 30 atque ego cum Graecos facerem natus mare citra uersiculos, uenit me tali uoce Quirinus, post mediam noctem uisus, cum somnia uera: 'in siluam non ligna feras insanius ac si magnas Graecorum malis implere cateruas.' 35 turgidus Alpinus iugulat dum Memnona dumque defingit Rheni luteum caput, haec ego ludo, quae neque in aede sonent certantia indice Tarpa, nec redeant iterum atque iterum spectanda theatri. arguta meretrice potes Dauoque Chremeta 40 eludente senem comis garrire libellos unus uiuorum, Fundani; Pollio regum facta canit pede ter percusso; forte epos acer, ut nemo, Varius ducit; molle atque factum Vergilio adnuerunt gaudentes rure Camenae. 45 hoc erat, experto frustra Varrone Atacino atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem, inuentore minor; neque ego illi detrudere ausim haerentem capiti cum multa laude coronam. at dixi fluere hunc lutulentum, saepe ferentem 50 plura quidem tollenda relinquendis. age, quaeso, tu nihil in magno doctus reprehendis Homero? nil comis tragici mutat Luclius Acci? non ridet uersus Enni grauitate minores, cum de se loquitur non ut maiore repressis? 55 quid uetat et nosmet Lucili scripta legentis quaerere, num illius, num rerum dura negarit uersiculos natura magis factos et euntis mollius ac si quis pedibus quid claudere senis, hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos 60 ante cibum uersus, totidem cenatus? Etrusci quale fuit Cassi rapido feruentius anni ingenium, capsis quem fama est esse librisque ambustum propriis. fuerit Lucilius, inquam, comis et urbanus, fuerit limatior idem, 65 quam rudis et Graecis intacti carminis auctor quamque poetarum seniorum turba; sed ille,

IX 30 sic Bentl. diuina mota codd. omnes. 39 ista re con. Verrall in Diar. Philolog. xiii p. 56. 50 nihil officit V. 56 dero g R (a pr. man.) V, deero cett. 64 prensare a γ υ LV, pressare ↓ g l, pressare R φ λ. X [1-8] exhibent F λ, omittunt a γ υ E g R L V scholl. [4] uir et est codd. duo (non nostri). [5] puerum. [6] exhortatus L. Muell. 5 nam E R scholl., num a γ υ F λ L, n g. 27 oblitus codd., oblitos e con. Bentl. Holder, Muell. Latine F R λ, Latini a γ υ E V g L. edd. qui oblitos—Latini legunt, comma post Latini ponunt. 45 adnuerant a γ L.

si foret hoc nostrum fato delapsus in aeuum,  
detereret sibi multa, recideret omne quod ultra  
perfectum traheretur, et in versu faciendo 70  
saepe caput scaberet, uiuos et roderet nguuis.  
saepe stilum uertas, iterum quae digna legi sint  
scripturus, neque te ut miretur turba labores,  
contentus paucis lectoribus. an tua demens  
uilibus in ludis dietari earmina malis? 75  
non ego: nam satis est equitem mihi plaudere, ut  
audax  
contemptis aliis explosa Arbuseula dixit.  
men moueat cimex Pantilius, aut erueiet quod  
uellieet absentem Demetrius, aut quod ineptus

Fannius Hermogenis laedat conuina Tigelli? 80  
Plotius et Varius, Maecenas Vergiliusque,  
Valgius et probet haec Octauius optimus atque  
Fuscus et haec utinam Viscorum laudet uterque!  
ambitione relegata te dicere possum,  
Pollio, te, Messalla, tuo eum fratre, simulque 85  
uos, Bibule et Serui, simul his te, candide Furni,  
compluris alios, doctos ego quos et amicos  
prudens praeterco; quibus haec, sint qualiaecumque,  
adridere uelim, doliturus, si placeant spe  
deterius nostra. Demetri, teque, Tigelli, 90  
discipularum inter inbeo plorare cathedras.  
i, puer, atque meo citus haec subscribe libello.

## LIBER SECVNDVS

## I

Sunt quibus in satira uidear nimis acer et ultra  
legem tendere opus; sine neruis altera, quicquid  
composui, pars esse putat similisque meorum  
mille die uersus deduci posse. Trebati,  
quid faciam, praescribe. 'quiescas.' ne faciam,  
inquis, 5  
omnino uersus? 'aio.' peream male, si non  
optimum erat; uerum nequeo dormire. 'ter ueneti  
transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto,  
inrignomque mero sub noctem corpus habento.  
aut si tantus amor scribendi te rapit, ande 10  
Caesaris inuicti res dicere, multa laborum  
praemia laturus.' eupidum, pater optime, uires  
deficiunt: neque enim quibus horrentia pilis  
agmina nec fracta pereuntis cuspidae Gallos  
aut labentis equo describat uoluerat Parthi. 15  
'attamen et iustum poterat et scribere forteum,  
Scipiadam ut sapiens Lucilius.' hant mihi dero,  
cum res ipsa feret: nisi dextro tempore, Flacci  
uerba per attentam non ibunt Caesaris aurem,  
cui male si palpare, recaleitrat undique tutus. 20  
'quanto rectius hoc, quam tristi haedere uersu  
Pantolabum scurram Nomeutanumque nepotem,  
eum sibi quisque timet, quamquam est intactus, et  
odit.'  
quid faciam? saltat Milonius, ut semel ieto  
accessit feror capiti numerusque luceris; 25  
Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem  
pugnis; quot capitum uiuunt, totidem studiorum  
milia. me pedibus delectat claudere uerba  
Laeili ritu, nostrum melioris utroque,  
ille uelut fidis arcana sodalibus olim 30  
credebat libris, neque si male cesserat usquam  
decurrans alio, neque si bene: quo fit, ut omnis  
uotiana pateat ueluti descripta tabella  
uita senis. sequor hunc, Lucanus an Apulus anceps:  
nam Venusinus arat linem sub utrumque colonus; 35  
missus ad hoc, pulsus, nefus est ut fama, Sabellis,  
quo ne per uacua Romano incurreret hostis,  
siue quod Apula gens sen quod Lucania bellum  
ineuteret uiolenta. sed hic stilus haud petet nitro  
quemquam animantem et me ueluti custodiet ensis  
uagina tectus: quem cur destringere coner 41  
tutus ab infestis latronibus? o pater et rex

Iuppiter, ut pereat positum robigine telum,  
nec quisquam noceat cupido mihi pacis! at ille 45  
qui me commorit (melius non tangere, clamo),  
flebit et insignis tota cantabitur urbe.  
Cernius iratus leges minuitur et urnam,  
Canidia Albnei, quibus est inimica, uenenum,  
grande malum Turius, siquid se indiee certes,  
ut quo quisque ualet suspectos terreat, utque 50  
imperet hoc uatura potens, sic collige mecum.  
dente lupus, cornu taurus petit: unde, nisi intus  
monstratum? Scacuae niuacem crede nepoti  
matrem: nil faciet sceleris pia dextera (uirum,  
ut neque calee lupus quemquam neque dente petit 55  
bos);  
sed mala tollet aum uitiatio uelle ciente.  
ne longum faciam: seu me tranquilla senectus  
expectat seu mors atris circumuolat alis,  
diues, inops, Romae, seu fors ita iusserit exul,  
quisquis erit uitae scribam color. 'o puer, ut sis 60  
uitalis metuo, et maiorum nequis amicus  
frigore te feriat.' quid? eum est Lucilius ausus  
primus in hunc operis componere carmina morem,  
destrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora  
cederet, introrsum turpis; num Laelius aut qui 65  
duxit ab oppressa ueritum Karthagine nomen,  
ingenio olleusi aut laeso dolere Metello  
famosisque Lupo coperto uersibus? atqui  
primores populi arripuit populumque tributum,  
scilicet uni aequus uirtuti atque eius amicis. 70  
quin ubi se a nolgo et scaena in secreta remorant  
uirtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli,  
ingari cum illo et discincti ludere, donec  
decoqueretur holus, soliti. quicquid sum ego, quam-  
nis  
infra Laeli censum ingeniumque, tamen me 75  
eum magnis uixisse inuita fatebitur usque  
inuidia, et fragili quaerens inlidere dentem,  
offendet solido, nisi quid tu, docte Trebati,  
dissentis. 'equidem nihil hinc diffringere possum;  
sed tamen ut monitus caueas, ne forte negoti 80  
inuentiat tibi quid sauetarum insectia legum:  
si mala condiderit in quem quis carmina, ius est  
iudiciumque.' esto, siquis mala: sed bona siquis  
indiee condiderit laudatus Caesare? siquis  
obprobriis dignum latrauerit, integer ipse? 85  
'soluentur risu tabulae, tu missus abibis.'

X 68 *delapsus* a γ v EFL, *delapsus* alii (tres Blandinii), *dilatatus* g L Benti. Orell. Palm. cf. *Epod.* 17, 18. 86  
*Bibule* Muretus, Benti. Orell. Hold. al., *Bibuli* codd. omni.

II In hoc libro deficienti omnino uel paene omnino codices A B C R π: in partibus v, post VII 27 a. qui totum  
aut paene totum librum exhibent, sunt α γ v E g F (φ ↓) λ' (λ 1) LV. I 31 *uesserat* codd. paene omni., *cesserat* cum  
duobus codd. (non nostris) Lambin. Benti. al. 45 *commordit* cod. unus (Bentleii). 49 *si quis*—*certat* g FL' L. 74  
*dequoqueretur* a γ FL, sed alibi (Serm. II 2. 41, 8. 48, 8. 52) forma *coquere* in plerisque codd. exhibetur. 79 *diffringere*  
a γ Ly, *diffringere* v v L. corr., *diffringere* v pr. FL. 86 *tabulae* con. Francke.

## II

Quae uirtus et quanta, boni, sit uiuere paruo  
(nec meus hic sermo est, sed quae praecepit Ofellus  
rusticus, abnormis sapiens crassaque Minerua)  
discite, non inter lances mensasque nitentis,  
cum stupet insanis acies fulgoribus et cum  
adclinis falsis animus meliora recusat, 5  
uerum hic inpransi mecum disquirite. 'cur hoc?'  
dicam, si potero. male uerum examinat omnis  
corruptus index. leporem sectatus equoue  
lassus ab indomito uel si Romana fatigat 10  
militia adsuetum graecari, sen pila uelox,  
molliter austerum studio fallente laborem,  
seu te discus agit, pete centem aera disco:—  
cum labor extuderit fastidia, siccus, inanis  
sperne cibum uilem; nisi Hymettia mella Falerno  
ne biberis diluta. foris est promus, et atrum 16  
defendens piscis hiemat mare: cum sale panis  
latrantem stomachum bene leniet. unde putas aut  
qui partum? non in caro nidore uoluptas  
summa, sed in te ipso est. tu pulmentaria quare  
sudando: pinguem uitium albumque neque ostrea 21  
nec scarus aut poterit peregrina inuare lagois.  
uix tamen eripiam, posito pauone uelis quin  
hoc potius quam gallina tergere palatum,  
corruptus nanis rerum, quia ueneat auro 25  
rara auis et picta pandat spectacula cauda:  
tamquam ad rem attineat quicquam. num uesceris  
ista,  
quam landas, pluma? cocto num adest honor idem?  
carne tamen quamuis distat nil, hac magis illam  
inparibus formis deceptum te petere! esto: 30  
unde datum sentis, lupus hic Tiberinus an alto  
captus hiet? pontisne inter iactatus an amnis  
ostia sub Tusci? landas, insane, trilibrem  
nullum, in singula quem minuas pulmenta necesse  
est.  
ducit te species, uideo, quo pertinet ergo 35  
proceros odisse lupos? quia scilicet illis  
maiores natura modum dedit, his breue pondus.  
ieiunus raro stomachus uulgaria temnit.  
'porrectum magno magni spectare catino 39  
uellem' ait Harpyis gula digna rapacibus. at uos,  
praesentes Austri, coquite horum oponia. quam-  
quam  
pntet aper rhombusque recens, mala copia quando  
aegrum sollicitat stomachum, cum rapula plenus  
atque acidus manolt inulas. necum omnis abacta  
pauperies epulis regum: nam nilibus ouis 45  
nigrisque est oleis hodie locus. haut ita pridem  
Gallon praecanis erat accipensere mensa  
infamis. quid? tum rhombos minus aequor alebat?  
tutus erat rhombus tutoque ciconia nido,  
donec uos auctor docuit praetorius. ergo 50  
siquis nunc mergos suauis edixerit assos,  
parebit prauis docilis Romana iuuentus.  
sordidus a tenui nictu distabat, Ofello  
iudice: nam frustra nitium uitaueris illud,  
si te alio prauum detorseris. Audi dienus, 55  
cui Canis ex uero ductum cognomen adhaeret,  
quinquennis oleas est et siluestria corna,  
ac nisi mutatum parcit defundere uinum, et  
cuius odorem olei nequeas perferre, licebit  
ille repotia, natalis aliosne dierum 60  
festos albatu celebrat, cornu ipse bilibri  
caulibus instillat, ueteris non parcus aceti.

quali igitur uictu sapiens utetur, et horum  
utrum imitabitur? hac urget Inpus, hac canis, aiunt.  
mundus erit, qua non offendat sordibus atque 65  
in neutram partem cultus miser. hic neque seruis,  
Albuci senis exemplo, dum munia didit,  
saeuus erit, nec sic ut simplex Naeuus unctam  
coniuuiis praebebit aquam: uitium hoc quoque mag-  
num.  
accipe nunc, uictus tenuis quae quantaque secum 70  
adferat. in primis ualeas bene: nam uariae res  
ut noceant homini credas, memor illius escae,  
quae simplex olim tibi sederit: at simul assis  
miscueris elixa, simul conchylija turdis,  
dulcia se in bilem nertent stomachoque tumultum  
lenta feret pituita. uides ut pallidus omnis 76  
cena desurgat dubia? quin corpus onustum  
hesternis uitium animum quoque praegrauat una  
atque adfigit humo diuinae particulam aerae.  
alter, ubi dicto citius curata sopori 80  
membra dedit, uegetus praescripta ad munia surgit.  
hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam,  
siue diem festum rediens aduexerit annus,  
seu recreare uolet tenuatum corpus, ubique  
accedent anni, tractari mollis aetas 85  
inbecilla uolet. tibi quidnam accedet ad istam,  
quam puer et ualidus praesumis, mollitiem, seu  
dura ualetudo inciderit seu tarda senectus?  
[francidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus  
illis nullus erat, sed, credo, hac mente, quod hospes  
tardius adueniens uitiatum commodius quam 91  
integrum edax dominus consumeret. hos utinam  
inter  
heroas natum tellus me prima tulisset!]  
das aliquid famae, quae carmine gratior aurem  
occupet humanam? grandes rhombi patinaeque 95  
grande ferunt una cum damno dedecus. adde  
iratum patruum, uicinos, te tibi iniquum  
et frustra mortis cupidum, cum derit egenti  
as, laquei pretium. 'iure' inquit 'Transius istis  
iurgatur uerbis: ego uectigalia magna 100  
diuitiasque habeo tribus amplas regibus.' ergo  
quod superat non est melius quo insumere possis?  
cur eget indignus quisquam, te diuite? quare  
templa ruunt antiqua deum? cur, improbe, carae  
non aliquid patriae tanto emetris acerno? 105  
uni nimirum recte tibi semper erunt res,  
o magnus posthac inimicis risus! uerne  
ad casus dubios fides tibi certius? hic qui  
pluribus adsuerit mentem corpusque superbum,  
an qui contentus paruo metuensque futuri 110  
in pace, ut sapiens, aptarit idonea bello?  
quo magis his credas, puer hunc ego paruus Ofellum  
integris opibus noui non latius usum,  
quam nunc accisis. uideas metato in agello  
cum pecore et gnatis fortem mercede colonum, 115  
'non ego' narrantem 'temere edi luce profesta  
quicquam praeter holus fumosae cum pede pernae.  
ac mihi seu longum post tempus uenerat hospes  
siue operum uacno gratos conuiua per imbreni  
uicinus, bene erat non piscibus urbe petitis, 120  
sed pullo atque haedo; tunc pensilis uua secundas  
et nux ornabat mensas cum duplice ficu.  
post hoc ludus erat culpa potare magistra,  
ac uenerata Ceres, ita culmo surgeret alto,  
explicuit uino contractae seria frontis. 125  
saeuiat atque nouos moueat fortuna tumultus:  
quantum hinc imminuet? quanto aut ego parcius  
aut uos,  
o pneri, nituistis, ut huc nouus incola uenit?

II 2 *Ofella* cum uno cod. Orelli quod malebat Bentl. 3 *abnormis* v g Fl Bentl. Dillenb. Orell. Hold., *abnormi* a γ ELLV. 13 spurium puto. 29 sic E g (γ ↓ uar.) scholl. cet. perique (a γ v FNL) *illa* habent, quos secuti edd. uarie interpungunt aut emendant. lectiones et interpretationes plus uiginti apud Orellium inueneris. *carne tamen, quam uis* (ut Jahn), *distat nil haec magis* (μαγίς) *illa* con. Madvig, *mitet hic magis illa* con. H. J. Heller Philolog. xlv 682, *auis pro magis* Heindorf. 30 *te petere* a γ g ↓ scholl., *te patet v FNL, depetere* E. 53 *distabit* ζ, Orelli, Palmer. 56 *ductum* L V, *dictum* cet. paene omnes. 65 *qua a γ E V* scholl., *qui v g FNL*. 89-93 uncis inclusit Palmer. 99 *aes* e corr. codd. aliquot. 106 *rectae* V. 123 *cupa* Bentl.



nam propriae telluris erum natura neque illum  
 nec me nec quemquam statuit: nos expulit ille;  
 illum aut nequities aut uafri inscitia iuris, 131  
 postremum expellet certe uiuaciore heres.  
 nunc ager Vnabreni sub nomine, nuper Ofelli  
 dictus, erit nulli proprius, sed cedit in usum  
 nunc mihi, nunc alii. quocirca uiuere fortes 135  
 fortiaque aduersis opponite pectora rebus.'

## III

'Si raro scribis, ut toto non quater anno  
 membranam poscas, scriptorum quaeque retexens,  
 iratus tibi, quod uini somnique benignus  
 nil dignum sermone canas, quid liet? ab ipsis  
 Saturnalibus huc fugisti sobrius. ergo 5  
 die aliquid dignum prouissis. incipe. nil est:  
 culpantur frustra calami, inmeritusque laborat  
 iratis natus paries dis atque poetas.  
 atqui uoltus erat multa et praecelara mirantis,  
 si uacuum tepido cepisset uillula tecto. 10  
 quorsum pertinuit stipare Platona Menandro?  
 Eupolin, Archilochum, comites educere tantos?  
 inuidiam placare paras uirtute relicta?  
 contemnere, miser! uitanda est improba Siren  
 desidia, aut quicquid uita meliore parasti 15  
 ponendum aequo animo.' di te, Damasippe, deaeque  
 uerum ob consilium donent tonsore. sed unde  
 tam bene me nosti? 'postquam omnis res mea Ianum  
 ad medium fracta est, aliena negotia euro,  
 excussus propriis. olim nam quaerere amabam, 20  
 quo uafri ille pedes lauisset Sisyphus aere,  
 quid sculptum infabre, quid fustum durius esset;  
 callidus huic signo ponebam milia centum;  
 hortos egregiasque domos mercarier unus  
 cum luero noram: unde frequentia Mercuriali 25  
 inposuere mihi cognomen compita.' noui,  
 et miror morbi purgatum te illius. 'atqui  
 emouit uetorem mire nonus, ut solet, in cor  
 traiecto lateris miseri capitisque dolore; 29  
 dum lethargicus hic, cum lit pugil et medicum urget.'  
 dum nequid simile huic, esto ut libet. 'o bone, ne te  
 frustrare: insanis et tu stultique prope omnes,  
 siquid Stertinius ueri erepat, unde ego mira  
 descripsi docilis praecepta haec, tempore quo me  
 solatus inssit sapientem pascere barbam 35  
 atque a Fabricio non tristem ponte reuerti.  
 nam male re gesta, cum uellem mittere aperto  
 me capite in flumen, dexter stetit et 'caue faxis  
 te quaequam indignum: pudor' inquit 'te malus  
 angit,  
 insanos qui inter uerere insanus haberi. 40  
 primum nam inquiram, quid sit furere: hoc si erit  
 in te  
 solo, nil uerbi, percas quin fortiter, addam.  
 quem mala stultitia et quemennique inscitia ueri  
 caecum agit, insanum Chrysiippi portiens et grex  
 antumat. haec populos, haec magnos formula reges,  
 excepto sapiente, tenet. nunc accipe, quare 46  
 desipiant omnes aequae ac tu, qui tibi nomen  
 insano posuere. nelut siluis, ubi passim  
 palantis error certo de tramite pellit,  
 ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit, nunc utriusque  
 error, sed uariis inludit partibus: hoc te 51  
 crede modo insanum, nihilo ut sapientior ille,  
 qui te deridet, eandam trahat. est genus unum  
 stultitiae nihilum metuenda timentis, ut ignis,  
 ut rupis fluuiosque in campo obstare queratur, 55  
 alterum et huic uarum et nihilo sapientius ignis

per medios lluiosque uentis: elamet amiea,  
 mater, honesta soror, cum cognatis pater, uxor:  
 'hic fossa est ingens, hic rupes maxima: serua!'  
 non magis audierit, quam Fufius ebruius olim, 60  
 eum Ilionam edornit, Catiensis mille ducentis  
 'mater, te appello!' clamantibus. huic ego uolgus  
 errori similem cunctum insanere doebat.  
 insanit ueteres statuas Damasippus emendo:  
 integer est mentis Damasippi creditor? esto. 65  
 'accipe quod nunquam reddas mihi' si tibi dicam,  
 tunc insanus eris si acceperis, an magis exors  
 reiecta praeda, quam praesens Mercurius fert?  
 scribe decem a Nerio: non est satis; adde Ciuentae  
 nodosi tabulas centum, mille adde catenas; 70  
 ellugiet tamen haec sceleratus uineula Proteus.  
 cum rapies in ius malis ridentem alienis,  
 liet aper, modo auis, modo saxum et, cum uolet,  
 arbor.  
 si male rem gerere insani est, contra bene sani,  
 putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perelli 75  
 dietantis, quod tu nunquam rescribere possis.  
 audire atque togam iubeo componere, quisquis  
 ambitione mala aut argenti pallet amore,  
 quisquis luxuria tristitiae superstitione  
 aut alio mentis morbo calet: huc propius me, 80  
 dum doceo insanire omnis, uos ordine adite.  
 danda est ellebori multo pars maxima auaris;  
 nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.  
 heredes Staberii summam incidere sepulchro,  
 ni sic fecissent, gladiatorum dare centum 85  
 damnati populo paria atque epulum arbitrio Arri,  
 frumenti quantum metit Africa. 'sine ego praue  
 seu recte hoc uolui, ne sis patruus mihi.' credo  
 hoc Staberii prudentem animum uidisse. 'quid ergo  
 sensit, cum summam patrimoni inculpere saxo 90  
 heredes uoluit?' quoad uixit, credidit ingens  
 pauperiem nitum et cauit nihil aerius, ut, si  
 forte minus locuples uno quadrante periret,  
 ipse uideretur sibi nequior: omnis enim res,  
 uirtus, fama, decus, diuina humanaque pulchris 95  
 diuitiis parent; quas qui construxerit, ille  
 clarus erit, fortis, iustus. 'sapientiae?' etiam, et rex  
 et quicquid uolet. hoc, ueluti uirtute paratum,  
 sperauit magnae laudi fore. quid simile isti  
 Graecus Aristippus? qui seruos proiecit aurum 100  
 in media inssit Libya, quia tardius irent  
 propter onus segnes. uter est insanior horum?  
 nil agit exemplum, litem quod lite resoluit.  
 siquis emat citharas, emptas comportet in unum,  
 nec studio citharae nec Musae deditus ulli, 105  
 si scalptra et formas non sutor, nautica uela  
 auersus mercaturis, delirus et amens  
 undique dicatur merito. qui discrepat istis,  
 qui nimmos aurumque recondit, nescius uti  
 compositis metuensque uelut contingere sacrum?  
 siquis ad ingentem frumenti semper acerrum 111  
 porrectus uigilet cum longo fuste, neque illinc  
 audeat esuriens dominus contingere grauum,  
 ac potius foliis parcus uesatur amaris;  
 si positus intus Chii ueterisque Falerni 115  
 mille cadis, nihil est, ter centum milibus, aere  
 potet acetum; age, si et stramentis inuebit unde-  
 octoginta annos natus, cui stragula uestis,  
 blattarum ac tinearum epulae, putrescat in area:  
 mirum insanus paucis uideatur, eo quod 120  
 maxima pars hominum morbo iactatur codem.  
 filius aut etiam haec libertus ut ebibat heres,  
 dis inimice senex, custodis? ne tibi desit?  
 quantulum enim summae curtabit quisque dierum,  
 iungere si caules oleo meliore caputque 125

II 134 erat v L Bendl. Peerlk. qui ita distinguunt dictus erat: nulli proprius. III 1 si Eg V (ut uid.), sic a γ v F X L. scribis v F X L V (ut uid.), scribas a γ Eg. si raro scribes, scriptorum quaeque retexens nauolt Palmer omissio ut — poscas. 4 ab a γ v E L, at g F L V. 5 post fugisti distinguunt edd. aliquot. 21 faber F X. 25 Mercuriali Gryphius, Palmer, Mercuriale codd. 50 utriusque v g F X, utrisque γ E. 69 a Nerio V scholl., auerio uel uerio cet. 93 perisset v F X (tres Blandinii). 96 construxerit γ Eg D L, contra xerit v F X V. 113 consumeret Peerlk. 117 utuae pro uide conl. Meinek.

coeperis inpeza foedum porrigine? quare,  
 si quiduis satis est, periurus, surripis, aufers  
 undique? tun sanus? populum si caedere saxis  
 incipias seruosue tuos, quos aere pararis,  
 insanum te omnes pueri clamantque puellae; 130  
 cum laqueo uxorem interemis matremque ueneno,  
 incoluni capite es? quid enim? neque tu hoc facis  
 Argis,

nec ferro ut demens genetricem occidis Orestes.  
 an tu reris eum occisa insanisse parente,  
 ac non ante malis dementem actum Furiis quam  
 in matris iugulo ferrum tepefecit acutum? 136  
 quin, ex quo est habitus male tutae mentis Orestes,  
 nil sane fecit quod tu reprehendere possis:  
 non Pyladen ferro uiolare aususue sororem  
 Electran, tantum malediciti utriusque uocando 140  
 hanc Furiam, hunc alind, iussit quod splendida bilis.  
 pauper Opimius argenti positi intus et auri,  
 qui Veientanum festis potare diebus  
 Campana solitus trulla uappamque profestis,  
 quondam lethargo grandi est oppressus, ut heres  
 iam circum loculos et clauis laetus ouansque 146  
 curreret. hunc medicus multum celer atque fidelis  
 excitat hoc pacto: mensam poni iubet atque  
 effundi saccos nummorum, accedere pluris  
 ad numerandum; hominem scilicet erigit; addit et illud:  
 'ni tua custodis, auidus iam haec auferet heres.' 151  
 'men uiuo?' 'ut uiuas igitur, uigila. hoc age!'  
 quid uis?

'deficient inopem uenae te, ni cibus atque  
 ingens accedit stomacho fultura ruentii.  
 tu cessas? agetum, sume hoc tisanarium orizae.' 155  
 'quanti emptaes?' 'paruo.' 'quanti ergo?' 'oc-  
 tussibus.' 'ehen,  
 quid refert, morbo an furtis pereamque rapinis?'  
 'quisnam igitur sanus?' qui non stultus. 'quid  
 auarus?'

stultus et insanus. 'quid, siquis non sit auarus,  
 continuo sanus?' minime. 'cur, Stoice?' dicam.  
 non est cardiacus (Craterum dixisse putato) 161  
 hic aeger? recte est igitur, surgetque? negabit,  
 quod latus aut renes morbo temptentur acuto.  
 non est periurus neque sordidus: immolet aequis  
 hic porcum Laribus; uerum ambitiosus et audax:  
 nauiget Anticyram. quid enim differt barathrone 166  
 donec quicquid habes, an numquam utare paratis?  
 Seruius Oppidius Canusi duo praedia, diues  
 antiquo censu, gnatis diuise duobus  
 fertur et hoc moriens pueris dixisse uocatis 170  
 ad lectum: 'postquam te talos, Aule, nucisque  
 ferre sinu laxo, donare et ludere uidi,  
 te, Tiberi, numerare, cauis abscondere tristem:  
 extimui, ne uos ageret insania discors,  
 tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam. 175  
 quare per diuos oratus uterque Penatis,  
 tu caue ne minuas, tu ne maius facias id,  
 quod satis esse putat pater et natura coeret.  
 praeterea ne uos titillet gloria, iure  
 iurando opstringam ambo: uter aedilis fueritue 180  
 uestrum praetor, is instabilis et sacer esto.  
 in cicere atque faba bona tu perdasque lupinis,  
 latus ut in circo spatieret et aeneus ut stes,  
 nudus agris, nudus nummis, insane, paternis?  
 scilicet ut plausus, quos fert Agrippa, feras tu, 185  
 astuta ingenuom uolpes imitata leonem.'  
 nequis humasse uelit Aiacem, Atrida, uetas cur?  
 'rex sum.' nil ultra quaerit plebeiis. 'et aequam  
 rem imperito, at sicui uideo non iustus, inulto  
 dicere quod sentit permitto.' maxime regum, 190

di tibi dent capta classem redducere Troia.  
 ergo consulere et mox respondere licebit?  
 'consule.' cur Ajax, heros ab Achille secundus,  
 putescit, totiens seruatius clarus Achiuus?  
 gaudeat ut populus Priami Prianusque inhumato,  
 per quem tot iuuenes patrio caruere sepulchro? 196  
 'mille ouium insanus morti dedit, inelictum Vlixen  
 et Menelaum una mecum se occidere clamans.'  
 tu cum pro uitula statuis dulcem Aulide natam  
 ante aras spargisque mola caput, inprobe, salsa, 200  
 rectum animi seruas cursum? insanus quid enim  
 Ajax

fecit? cum strauit ferro pecus, abstinuit uini  
 uxore et gnato; mala multa precatus Atridis  
 non ille aut Teucrum aut ipsum uiolauit Vlixen.  
 'uerum ego, ut haerentis aduerso litore nauis 205  
 eriperem, prudens placeau sanguine diuos.'  
 nempe tuo, furiose. 'meo, sed non furiosus.  
 qui species alias aeriis, scelerisque tumultu  
 permixtas capiet, commotus habebitur, atque  
 stultitiane erret, nihilum distabit, an ira. 210  
 Ajax inmeritos cum occidit desipit agnos:  
 cum prudens scelus ob titulos admittis inanis,  
 stas animo, et purum est uitio tibi, cum tumidum  
 est, cor?

siquis lectica nitidam gestare amet agnam,  
 huic uestem, ut gnatae, paret ancillas, paret aurum,  
 Rufam aut Pusillam appellet fortique marito 216  
 destinat uxorem: interdicto huic omne adimat ius  
 praetor et ad sanos abeat tutela propinquos.  
 quid? siquis gnatum pro muta deuouet agna,  
 integer est animi? ne dixeris. ergo ubi praua 220  
 stultitia, hic summa est insania; qui sceleratus,  
 et furiosus erit: quem cepit uitrea fama,  
 hunc circum tonitru gaudens Bellona cruentis.  
 nunc age, luxuriam et Nomentanum arripe mecum:  
 uincet enim stultos ratio insanire nepotes. 225  
 hic simul accepit patrimonio mille talenta,  
 edicit, piscator uti, pomarius, auceps,  
 unguentarius ac Tuscus turba impia uici,  
 cum scurris fartor, cum Velabro omne macellum  
 mane domum ueniant. quid tum? uenere fre-  
 quentes; 230  
 uerba facit leno: 'quicquid mihi, quicquid et horum  
 cuique domi esto, id crede tuum et uel nunc pete uel  
 cras.'

accipe quid contra haec iuuenis responderit aequus.  
 'in niue Lucana dormis ocreatus, ut aprum  
 cenem ego; tu piscis liberno ex aequore uerris. 235  
 segnis ego, indignus qui tantum possideam: aufer.  
 sume tibi deciens. tibi tantundem. tibi triplex,  
 unde uxor media currit de nocte uocata.'  
 filius Aesopi detractam ex aure Metellae,  
 scilicet ut deciens solidum absorberet, aceto 240  
 diluit insignem bacam: qui sanior, ac si  
 illud idem in rapidum flumen iaceretur cloacam?  
 Quinti progenies Arri, par nobile fratrum,  
 nequitia et nugis, prauorum et amore gemellum,  
 lusciniis soliti impenso prandere coemptas, 245  
 quorsum abeant? sani ut creta an carbone notati?  
 aedificare casas, plotello adiungere mures,  
 ludere par impar, equitare in harundine longa  
 siquem delectet barbatum, amentia uerset.  
 si puerilius his ratio esse uincet amare, 250  
 nec quicquam differre, utrumne in puluere, trimus  
 quale prius, ludas opus an meretricis amore  
 sollicitus piores: quaero, faciasne quod olim  
 mutatus Polemon? ponas insignia morbi,  
 fasciolas, cubital, focalia, potus ut ille 255

III 156 ergo om. a γ v<sup>1</sup>. 166 balatroni coni. Benti. 174 uesania F v<sup>1</sup> λ. 183 altus Peerkamp, lautus alii. spectere coni. Palmer. 189 at λ V, ac cet. 191 redducere λ, deducere Benti. 194 putescit g L corr., putescit V cet. 201 quorsum codd. omnes, cursum Botheus, Hold. Palm. qui quorsum retinet, ita plerumque distinguit—seruas? 'quorsum'? tanquam responderet Agamemno. 208 ueris scelerisque V g, ueri scelerisque a γ v E L, ueris celerisque F λ. pro scelerisque coniecit Horkel cerebrique, Palm. uerasque, Postgate iecorisque. 212 committit V, committit g Porph. 215 gnatae pater coni. Housman. 235 uerris v F λ (l uar.) L, uellis a γ E g l. 246 sani ut a γ E g l, codd. aliquot sani, sani an, Samii habent, sanin' Benti. Orelli. 251 primus V. 255 cubital V<sup>1</sup> ut uid., cubitale cet.

dicetur ex collo furtim carpsisse coronas,  
postquam est inpransi correptus uoce magistri?  
porrigis irato puero cum poma, recusat;  
'sume, catelle,' negat. si non des, optet. amator  
exclusus qui distat, agit ubi secum, eat au uon, 260  
quo rediturns erat non accessitus, et haeret  
inuisis foribus? 'nec nunc, eum me noceat ultro,  
acedam? an potius mediter finire dolores?  
excluit: reuocat. redeam? non, si obsecret.' ecce  
seruus, non paulo sapientior: 'o cre, quae res 265  
nec modum habet neque consilium, ratione modoque  
tractari non uolt. in amore haec sunt mala, bellum,  
pax rursum: haec siquis tempestatis prope ritu  
mobilia et caeca fluctantia sorte laboret  
reddere certa sibi, nihil plus explicet, ac si 270  
insanire pareat certa ratione modoque.'  
quid? cum Picenis exerceps semina pomis  
gaudes, si caueram percussit forte, penes te es?  
quid? cum balba feris auosus uerba palato,  
aedificante casas qui sanior? adde cruorem 275  
stultitiae, atque ignem gladio scrutare. modo, in-  
quam,  
Hellade percussa Marius cum praecipitat se,  
cerritus fuit, an commotus erimine mentis  
absolues hominem et sceleris damnabis eundem,  
ex more imponens cognata uocabula rebus? 280  
libertinus erat, qui circum compta siccus  
lautis mane senex manibus eurubat et 'unuu,  
(quid tam magnum?' addens) 'unum me surpите  
morti!  
dis etenim facile est' orabat, sanus utrisque  
auribus atque oculis; mentem, nisi litigiosus, 285  
exceperet dominus, cum uenderet. hoc quoque nolgens  
Chrysis punit fecunda in gente Meneui.  
'Iuppiter, ingentis qui das adimisque dolores,'  
mater ait pueri mensis iam quinque cubantis,  
'frigida si puerum quartana reliquerit, illo 290  
mane die, quo tu indicis ieiunia, nudus  
in Tiberi stabit.' casus medicusne leuarit  
aegrum ex praecipiti: mater delira necabit  
in gelida fixum ripa febremque reducet.  
quone malo mentem conensa? timore deorum. 295  
haec mihi Stertinius, sapientum octauos, amico  
arma dedit, posthaec ne compellarer inultus.  
dixerit insanum qui me, totidem audiet atque  
respicere ignoto discet pendentia tergo.'  
Stoice, post damnum sic uendas omnia pluris, 300  
qua me stultitia, quoniam non est genus unum,  
insanire putas? ego nam uideo mihi sanus.  
'quid? caput abscisum manibus eum portat Agaue  
gnati infelicis, sibi tunc furiosa uidetur?'  
stultum me fateor (liceat concedere ueris) 305  
atque etiam insanum; tantum hoc edisserere, quo me  
aegrotare putes animi uitio. 'accipe: primum  
aedificas, hoc est longos imitaris, ab imo  
ad summum totus moduli bipedalis: et idem  
corpore maiorem rides 'Turbonis in armis 310  
spiritum et incessum: qui ridiculus minus illo?  
an quodeumque facit Maecenas, te quoque uerum est,  
tantum dissimilem, et tanto certare minoreu?  
absentis ranae pullis uituli pede pressis  
unus ubi effugit, matri dearrat ut iugens 315  
belua cognatos eliserit: illa rogare,  
'quantane? num tantum,' sullansse, 'magna fuisset?'  
'maior dimidio.' 'num tanto?' cum magis atque  
se magis inflaret, 'non, si te ruperis' inquit, 319  
'par eris.' haec a te non multum abludit imago.  
adde poemata nunc, hoc est, oleum adde canino:  
quae siquis sanus fecit, sanus facis et tu.  
non dico horrendam rabiem.' iam desine. 'cultum  
maiolem censu.' teneas, Damasippe, tuis te.

'mille puellarum, puerorum mille furores.' 325  
o maior, tandem parcas, insane, minori!

## IV

Vnde et quo Catius? 'non est mihi tempus, auenti  
ponere signa nouis praecipitis, qualia uincunt  
Pythagoran Anytique reum doctumque Platona.'  
peccatum fateor, cum te sic tempore laeou  
interpellari; sed des ueniam bonus, oro. 5  
quodsi interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox,  
siue est naturae hoc siue artis, mirus utroque.  
'quin id erat curae, quo pacto cuncta tenerem,  
utpote res tenuis, tenui sermone peractas.'  
ele hominis nomen, simul et, Romanus an hospes. 11  
'ipsa menor praeepta canam, eclabitur auitor. 11  
longa quibus facies ouis erit, illa memento,  
ut suci melioris et ut magis alba rotundis,  
ponere: namque mareu cohobent callosa uitellum.  
caule suburbano qui siccis erexit in agris 15  
duleior: inriguo nihil est elutius horto.  
si nespertinus subito te oppresserit hospes,  
ne gallina malum responset dura palato,  
doctus eris inuam uusto mersare Falerno:  
hoc teneram faciet. pratensibus optima fungis 20  
natura est; aliis male creditur. ille salubris  
aestates peraget, qui nigris prandia conelae  
finiet, ante grauem quae legerit arbore solem.  
Aufidius forti miscelat mella Falerno:  
mendose, quoniam uacuis committere uenis 25  
nil nisi lene deceat: leni praecordia mulso  
prolueris melius. si dura morabitur aluus,  
mitulus et miles pellent opstantia conelae  
et lapathi breuis herba, sed albo non sine Coo.  
lubrica nascentes iuplent conchylia lunae; 30  
sed non omne mare est generosae fertile testae:  
murice Baiano melior Luerina peloris,  
ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini,  
pectinibus patulis iacet se molle Tarantum.  
nec sibi cenarum quiuis tenere arroget artem, 35  
non prius exacta tenui ratione saporum.  
nec satis est cara piscis auerere mensa  
ignarum, quibus est ius aptius et quibus assis  
languidus in eubitum iam se comina reponet.  
Vnber et iligna nutritus glande rotundas 40  
curuat aper lances carnem uitantis inerteu:  
nam Laurens malus est, uluis et harundine pinguis.  
uinea summittit capreas non semper edulis.  
fecundi leporis sapiens seetabitur armos.  
piscibus atque auribus quae uatura et foret aetas, 45  
ante meum milli patuit quaesita palatum.  
sunt quorum ingenium nona tantum crustula promit.  
uequaquam satis in re una conuenerit eorum;  
ut siquis solum hoc, mala ne sint uina, laboret,  
quali perfundat piscis securus oliuo. 50  
Massica si caelo suppones uina sereno,  
nocturna, siquid crassi est, tenuabitur aura,  
et deceat odor neruis inuicis; at illa  
integrum perdunt lino uitata saporum.  
Surrentina uaffer qui miscet faece Falerna 55  
uina, columbino limum bene colligit ouo,  
quatenus ima petit uolens aliena nitellus.  
tostis marecitem squillis recreabis et Afra  
potorem coeleu: nam lactuca inuutat aeri  
post nium stomacho; perna magis ac magis hillis  
flagitat inuorsus relici, quin omnia malit 61  
quae cumque inmundis feruent allata popinis.  
est operae pretium duplicis pernoscere iuris  
naturam. simplex e dulci constat oliuo,  
quod pingui miscere mero muriaque decebit 65

III 303 manibus cum portat g, manibus portauit V, demens c. p. ect. 313 tantum V, tanto ect. 322 ita a γ υ  
Eg FN, facit et sanus facies tu codd. aliquot (tres Bland.). IV 2 uincunt v g FLV, uincant Bentl. cum uno cod.  
15 cole V, colle F, caule ect. 19 musto Beutl. Munro, Palm., mixto codd. 44 fecundae V, Bentl. 61 in morsus l  
Cruq. Dilleub.

non alia, quam qua Byzantia putuit orca.  
hoc ubi confusum sectis inferbuit herbis  
Corycioque croco sparsum stetit, insuper addes  
pressa Venafranae quod baca remisit oliuae.  
Picenis cedunt pomis Tiburtia suco : 70  
nam facie praestant. nennuncula conuenit ollis ;  
rectius Albanam fumo duraueris uuam.  
hanc ego cum malis, ego facem primus et allec,  
primus et inuenior piper aluum cum sale nigro  
ineretum puris circumposuisse catillis. 75  
inmane est uitium dare milia terna macello  
angustoque uagos piscis urgere catino.  
magna mouet stomacho fastidia, seu puer unctis  
tractauit calicem manibus, dum furta ligurrit,  
sine grauis ueteri craterae limus adhaesit. 80  
uilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus  
consistit sumptus ? nelectis, flagitium ingens.  
ten lapides uarios lutulenta radere palma  
et Tyrias dare circum inluta toralia uestis,  
oblitum, quanto curam sumptumque minore 85  
haec habeant, tanto reprehendi iustius illis,  
quae nisi diuitibus nequeunt contingere mensis ?  
docte Catil, per amicitiam diuosque rogatus  
ducere me auditum, perges quocumque, memento.  
nam quamuis memori referas mihi pectore cuncta,  
non tamen interpes tantundem inueris. adde 91  
uoltum habitumque hominis, quem tu uidisse beatus  
non magni pendis, quia contigit ; at mihi cura  
non mediocris inest, fontis ut adire remotos  
atque haurire queam uitae praecepta beatae. 95

## V

Hoc quoque, Teresia, praeter narrata petenti  
responde, quibus amissas reparare queam res  
artibus atque modis. quid rides ? ' iamne doloso  
non satis est Ithacam reuichi patriosque penates  
aspicere ? ' o nulli quicquam mentite, uides ut 5  
nudus inopsque domum redeam te uate, neque illic  
aut apotheca procis intacta est aut pecus : atqui  
et genus et uirtus, nisi cum re, uilior alga est.  
' quando pauperiem missis ambagibus horres,  
accipe qua ratione queas ditescere. turdus 10  
siue aliud priuum dabitur tibi, deuolet illuc,  
res ubi magna nitet domino sene ; dulcia poma  
et quoscumque feret cultus tibi fundus honores,  
ante Larem gustet uenerabilior Lare diues ;  
qui quamuis periurus erit, sine gente, cruentus 15  
sanguine fraterno, fugitiuus, ne tamen illi  
tu comes exterior, si postulet, ire recuses.  
utne tegam spurco Danae latus ? haut ita Troiae  
me gessi, certans semper melioribus. ' ergo  
pauper eris. ' fortem hoc animum tolerare iubebo :  
et quondam maiora tuli. tu protinus unde 21  
diuitias aerisque ruam dic, augur, acruos.  
' dixi equidem et dico : captus astutus ubique  
testamenta senum, neu, si uaffer unus et alter  
insidiatorem praeroso fugerit hamo, 25  
aut spem deponas aut artem inlusus omittas.  
magna minore foro si res certabitur olim,  
uiuet uter loeuples sine gnatis, improbus, ultro  
qui meliorem audax uocet in ius, illius esto  
defensor ; fama ciuem causaque priorem 30  
sperne, domi si gnatus erit fecundaue coniunx.  
' Quinte ' puta aut ' Publi ' (gaudent praenomine  
molles  
auriculae), ' tibi me uirtus tua fecit amicum :  
ius anceps noui, causas defendere possum ;  
eripiet quiuis oculos citius mihi quam te 35

contemptum quassa naue pauperet : haec mea cura  
est,  
nequid tu perdas neu sis iocus. ' ire domum atque  
pelliculam curare iube ; fi cognitor ipse :  
persta atque obdura, seu rubra Canicula findet  
infantis statuas, seu pingui tentus omaso 40  
Furius hibernas cana niue conspuet Alpis.  
' nonne uides ' aliquis cubito stantem prope tangens  
inquiet, ' ut patiens, ut amicis aptus, ut acer ? ' 55  
plures adnabunt thynni et cetaria crescent.  
sicut praeterea ualidus male filius in re  
praecleara sublatus aletur, ne manifestum  
caelibis obsequium nudet te, leniter in spem  
adpre officiosus, ut et scribare secundus  
heres et, si quis casus puerum cgerit Oreo,  
in uacuum uenias : perraro haec alea fallit. 50  
qui testamentum tradet tibi cumque legendum,  
abnuere et tabulas a te remouere inemento,  
sic tamen, ut limis rapias, quid prima secundo  
cera uelit uersu ; solus multisne coheres,  
ueloci percurrere oculo. plerumque recoctus 55  
scriba ex quinqueuro coruum deludet hiantem,  
captatorque dabit risus Nasica Corano.  
num furis ? an prudens ludis me obscura canendo ?  
' o Laertiade, quicquid dicam, aut erit aut non :  
diuinare etenim magnus mihi donat Apollo. ' 60  
quid tamen ista uelit sibi fabula, si licet, ede.  
' tempore, quo iuuenis Parthis horrendus, ab alto  
demissum genus Aenea, tellure marique  
magnus erit, forti nubet procerca Corano  
filia Nasicae, metuentis reddere soldum. 65  
tum gener hoc faciet : tabulas socio dabit atque  
ut legat orabit ; multum Nasica negatas  
accipiet tandem et tacitus leget inuenietque  
nil sibi legatum praeter plorare suisque.  
illud ad haec iubeo : mulier si forte dolosa 70  
libertusue senem delirum temperet, illis  
accedas socius ; laudes, lauderis ut absens.  
adiuuat hoc quoque, sed uincit longe prius ipsum  
expugnare caput. scribet mala carmina uecors :  
laudato. scortator erit : caue te roget ; ultro 75  
Penelopam facilis potiori trade. ' putasne,  
perduci poterit tam frugi tamque pudica,  
quam nequiere proci recto depellere cursu ?  
' uenit enim magnum, donandi parca iuentus,  
nec tantum Veneris quantum studiosa culinae. 80  
sic tibi Penelope frugi est : quae si semel uno  
de sene gustarit tecum partita luellum,  
ut canis a corio numquam absterrebitur uncto.  
mesene quod dicam factum est : anus improba Thebis  
ex testamento sic est elata : cadaner 85  
unctum oleo largo nudis umeris tulit heres,  
scilicet elabi si posset mortua ; credo,  
quod nimium institerat uiuenti. cautus adito,  
neu desis operae neu immoderatus abundes.  
difficilem et morosum offendet garrulus : ultra 90  
non etiam sileas ; Dausus sis conicus atque  
stes capite obstipo, multum similis metuenti.  
obsequio grassare ; mone, si increbruit aura,  
cautus uti uelet carum caput ; extrahe turba  
oppositis umeris ; aurem substringe loquaci. 95  
importunus amat laudari : donec ' ohe iam ! '  
ad caelum manibus sublatis dixerit, urge :  
crescentem tumidis infla sermonibus utrem.  
cui te seruitio longo curaque leuarit,  
et certum uigilans, ' quartac sit partis Vlixes ' 100  
audieris ' heres : ' ergo nunc Dama sodalis  
nusquam est ? unde mihi tam fortem tamque fide-  
lem ?  
sparge subinde et, si paulum potes, inlacrimare : est  
gaudia prodentem uoltum celare. sepulchrum

IV 80 *creterrae* V<sup>1</sup> g v F. 84 *inluta a γ v EL, inlota FN.* V 1 *Teresia a γ v EF, Tiresia N.* 40 *infames conii. H.* Blumner. 48 *ut ci conii. Madvig., uti Heindorf. al.* 59, 60 *aut erit, aut non diuinare etiam* Bothe, quem alii secuti sunt. 79 *uenit enim (indignum) Bentl.* 87 *ut sic posset V.* 90 *ultro l Bentl. al.* 91 *nolet iam* Bachrens. 93 *increbruit a FN.* 103 *inlacrima : e re est conii. Praedicow, probante Lachm. ad Lucr. V 533.* 103, 104 *sparge subinde : ct sic p. p. illacrimare et gaudia prudenter uultu celare* malebat Bentl. 104 *prudentis uoltu conii. Blumner.*

permissum arbitrio sine sordibus extruere: funus 105  
egregie factum laudet uicinia. si quis  
forte coheredum senior male tussisset, hunc tu  
dic, ex parte tua seu fundi siue domus sit  
emptor, gaudentem nummo te addicere. sed me  
imperiosa trahit Proserpina: niue ualeque. 110

## VI

Hoc erat in notis: modus agri non ita magnus,  
hortus ubi et tecto uicinius iugis aquae fons  
et paulum siluae super his foret. anctius atque  
di melius fecere. bene est. nil amplius oro,  
Maia nate, nisi ut propria haec mihi munera faxis.  
si neque maiorem feci ratione mala rem, 6  
nec sum facturus nitio culpaue minore;  
si uenero stultus nihil horum: 'o si angulus ille  
proximus accedat, qui nunc denormat agellum!  
o si urnam argenti fors quae mihi monstret, ut illi,  
thesauro inuento qui mercennarius agrum 11  
illum ipsum mercaus arauit, diues amico  
Hercule!' si, quod adest, gratum iuuat, hac prece  
te oro:

'pingue pecus domino facias et cetera praeter 14  
ingenium, utque soles, custos mihi maximum adsis.'  
ergo ubi me in montis et in arcem ex urbe remouit,  
quid prius industrem saturis musaque pedestri?  
nec mala me ambitio perdit nec plumbeus Auster  
Autumnusque grauis, Libitinae quaestus acerbae.  
matutine pater, seu lane libentius audis, 20  
unde homines operum primos uitaeque labores  
instituant (sic dis placitum), tu carminis esto  
principium. Romae sponsorem me rapis. 'heia,  
ne prior officio quisquam respondeat, urge.'  
siue Aquilo radit terras seu bruma niualem 25  
posteriore diem gyro trahit, ire necesse est.  
postmodo, quod mi obsit, clare certumque locuto  
luctandum in turba et facienda iniuria tardis.  
'quid tibi nis, insane, et quam rem agis?' improbus  
urget

iratis precibus: 'tu pulses omne quod obstat, 30  
ad Maecenatem memori si mente recurras.'  
hoc iuuat et melli est, non mentiar. at simul atras  
uentumst Esquilias, aliena negotia centum  
per caput et circa saluunt latus. 'ante secundam  
Roseius orabat sibi adesses ad Puteal cras. 35  
de re communi scribae magna atque noua te  
orabant hodie meminisses, Quinte, renerti.  
imprimat his, cura, Maecenas signa tabellis.'  
dixeris 'experiar'; 'si nis, potes' addit et instat.  
septimus octauo propior iam fugerit annus, 40  
ex quo Maecenas me coepit habere suorum  
in numero, dumtaxat ad hoc, quem tollere reda  
nellet iter faciens, et cui conerelere uagas  
hoc genus: 'hora quota est? Thraex est Gallina  
Syro par?

matutina parum cautos iam frigora mordent,' 45  
et quae rimosa bene deponuntur in aure.  
per totum hoc tempus subiecter in diem et horam  
inuidiae noster. ludos spectauerat una,  
luserat in campo: 'Fortunae filius' omnes.  
frigidus a rostris manat per compita rumor: 50  
quemque obuius est, me consulit: 'o bone (nam te  
scire, deos quoniam propius contingis, oportet),  
numquid de Dacis audisti?' nil equidem. 'ut tu  
semper eris derisor.' at omnes di exagitant me,  
si quicquam. 'quid? militibus promissa Triquetra  
praedia Caesar an est Itala tellure daturus?' 56  
mirantem me scire nihil mirantur ut unum  
scilicet egregii mortalem atque silenti.  
perditur haec inter misero lux, non sine notis:

o nis, quando ego te aspiciam, quandoque licebit 60  
nunc ueterum libris, nunc somno et inertibus horis  
ducere sollicitae iucunda obliuia uitae?  
o quando faba Pythagorae cognata simulque  
uncta satis pingui ponentur holuscula lardo?  
o noctes enaeque deum, quibus ipse meique 65  
ante Larem proprium uescor uernasque procaces  
paseo libatis dapibus. prout cuique libido est,  
siccatur inaequalis calices contiuua solutus  
legibus insanis, seu quis capit acria fortis  
pocula seu modicis uuescit laetius. ergo 70  
sermo oritur, non de nullis domibusue alienis,  
nec male necne Lepos saltet, sed, quod magis ad nos  
pertinet et nescire malum est, agitamur, utrumne  
diuitiis homines an sint uirtute beati,  
quidue ad amicitias, usus rectumne, trahat nos, 75  
et quae sit uatura boni summumque quid eius.  
Ceterius haec inter uicinus garrat anilis  
ex re fabellas. si quis nam laudat Arelly  
sollicitas ignarus opes, sic incipit: 'olim  
rusticus urbanum animum mus paupere fertur 80  
accepisse cauo, ueterem uctus hospes amicum,  
asper et attentus quaesitis, ut tamen artum  
solucret hospitibus animum. quid multa? neque ille  
sepositi eiceris nec longae inuidit aenae,  
arulum et ore ferens acinum semessaque lardi 85  
frusta dedit, cupiens uiam fastidia ena  
uiuere tangentis male singula dente superbo;  
cum pater ipse domus palea porrectus in horna  
esset ador loliumque, dapis meliora relinquens.  
tandem urbanus ad hunc "quid te iuuat" inquit,  
'amicus, 90

praecepti memoris patientem minere dorso?  
uis tu homines urbanique feris praepone re saluis?  
carpe uiam, mihi crede, comes; terrestria quando  
mortalis animas uiuunt sortita, neque ulla est  
aut magno aut paruo leti fuga: quo, bone, circa, 95  
dum licet, in rebus incundis uiue beatus,  
uiuere memoret, quam sis acui breuis." haec ubi dicta  
agrestem pepulere, domo leuis exiit; inde  
ambo propositum peragunt iter, urbis auentes  
moenia nocturni subrepere. iamque tenebat 100  
nox medium caeli spatium, cum ponit uterque  
in loeplete domo uestigia, rubro ubi coeoo  
tincta super lectos canderet nestis eburnos,  
multaque de magna superessent ferula ena,  
quae procul extractis incrant hesternae canistris. 105  
ergo ubi purpurea porrectum in ueste loeanit  
agrestem, ueluti succinctus eursat hospes  
continuatque dapes, nec non ueruliter ipsis  
fugitur ollicis, praecambens omne quod allert.  
ille eubans gaudet mutata sorte bonisque 110  
rebus agit laetum conuiuium, cum subito ingens  
uabiarum strepitus lectis excussit utrumque,  
currere per totum pauidi conelane, magisque  
exanimis trepidare, simul domus alta Molossis  
personnit canibus. tunc rusticus "haut mihi uita  
est opus haec" ait et "ualas: me silua causaque 116  
tutus ab insidiis tenui salabitur uro."

## VII

'Iam dudum ausulto et cupiens tibi dicere seruus  
pauca referamulo.' Dauusne? 'ita, Dauus, amicum  
mancipium domino et frugi quod sit satis, hoc est,  
ut uitale putes.' age, libertate Decembri,  
quando ita maiores uoluerunt, ntere; narra. 5  
'pars hominum nitius gaudet constanter et urget  
propositum; pars multa natat, modo recta capessens,  
interdum prauis obnoxia. saepe notatus  
cum tribus anellis, modo laeua Priscus iuani,

VI 24 *urges* Lamb. probante Palmero. 29 *quid tibi uis*—et *quas res agis* a 7 g FN L, *quid uis* λ L corr. et ita edid. Cruq. Orelli, Keller al. *quam rem* Bentl. cf. 7, 67. *quo ruis conui.* Palmer, *qua fers* Housm. 59 *porgitur* Lachmann ad Lucr. II 829. 70 *lentius* Peckkamp, Palmer. 94 *aiunt* a. 109 *praelibans* Bentl. VII cum VI continuant V F, prob. Bentl. Pauly. 2 *Dauus*, ut etiam 100, cum uno cod. (c) scribit Keller, sed 46 *Drauum*.

uixit inaequalis, clauom ut mutaret in horas, 10  
 aedibus ex magnis subito se conderet, unde  
 mundiior exiret uix libertinus honeste,  
 iam moechus Romae, iam mallet doctor Athenis  
 uiuere, Vertumnis quotquot sunt natus iniquis.  
 scurra Volanerius, postquam illi iusta cheragra 15  
 condudit articulos, qui pro se tolleret atque  
 mitteret in plinum talos, mercede diurna  
 conductum pauit: quanto constantior isdem  
 in uitis, tanto leuius miser ac prior ille,  
 qui iam contentus, iam laxo fune laborat. 20  
 non dices hodie quorsum haec tam putida tendant,  
 furcifer? 'ad te, inquam.' quo pacto, pessime?  
 'laudat  
 fortunam et mores antiquae plebis, et idem,  
 siquis ad illa deus subito te agat, usque recuses,  
 aut quia non sentis, quod clamas rectius esse, 25  
 aut quia non firmus rectum defendis et haeres  
 nequicquam caeno cupiens euellere plantam.  
 Romae rus optas; absentem rusticus urbem  
 tollis ad astra leuis. si nusquam es forte uocatus  
 ad cenam, laudas securum holus ac, uelut usquam  
 uinctus eas, ita te felicem dicis amasque 31  
 quod nusquam tibi sit potandum. iusserit ad se  
 Maecenas serum sub lumina prima uenire  
 conuiuiam: "nemon oleum feret oecus? ecquis  
 audit?" cum magno blateras clamore fugisque. 35  
 Muluius et scurrae, tibi non referenda precati,  
 discedunt. "etenim fateor me" dixerit ille  
 "duci uentre leuem, nasum nidore supinor,  
 inbecillus, iners, siquid uis, adde, popino.  
 tu cum sis quod ego et fortassis nequior, ultro 40  
 insectare uelut melior, uerbisque decoris  
 obuoluas uitium?" quid, si me stultior ipso  
 quingentis empto dragmis deprenderis? aufer  
 me uoltu terrere; manum stomachumque teneto,  
 dum, quae Crispini docuit me ianitor, edo. 45  
 te coniunx aliena capit, meretricula Daunum;  
 peccat uter nostrum cruce dignus? acris ubi me  
 natura intendit, sub clara nuda lucerna  
 quaecumque excepit turgentis uerbera caudae,  
 clunibus aut agitauit equum lasciuia supinuni, 50  
 dimittit neque famosum neque sollicitum, ne  
 ditior aut formae melioris meiat eodem.  
 tu cum proiectis insignibus, anulo equestri  
 Romanoque habitu, prodis ex iudice Dama  
 turpis, odoratum caput obscurante lacerna, 55  
 non es quod simulas? metuis induceris atque  
 altercante libidinibus tremis ossa pauore.  
 quid refert, uri uirgis ferroque necari  
 auctoratus eas, an turpi clausus in arca,  
 quo te demisit peccati conscia erilis, 60  
 contractum geuibus tangas caput? estne marito  
 matronae peccantis in ambo iusta potestas?  
 in corruptorem uel iustior. illa tamen se  
 non habitu mutatue loco peccatue superne,  
 cum te formidet mulier neque credat amanti. 65  
 ibis sub furcam prudens dominoque furenti  
 committes rem omnem et uitam et cum corpore  
 famam.  
 euasti: credo, metues doctusque cauebis;  
 quaeres, quando iterum paucae iterumque perire  
 possis, o totiens seruus! quae belua ruptis, 70  
 cum semel effugit, reddit se praua catenis?  
 "non sum moechus" ais: neque ego, hercule, fur,  
 ubi uasa  
 praetereo sapiens argentea. tolle periculum,  
 iam uaga prosiliet frenis natura remotis.  
 tunc mihi dominus, rerum imperiis hominumque 75  
 tute tantisque minor, quem ter uindicta quaterque  
 inposita haut umquam misera formidine priuet?

adde super, dictis quod non leuius ualeat: nam,  
 siue uicarius est qui seruo paret, uti mos  
 uester ait, seu conseruus: tibi quid sum ego? nempe 81  
 tu, mihi qui imperitas, alii seruis miser atque  
 duceris, ut neruis alienis mobile lignum.  
 quisnam igitur liber? sapiens, sibiue imperiosus,  
 quem neque pauperies neque mors neque uincula  
 terrent,  
 respondere cupidinibus, contemnere honores 85  
 fortis, et in se ipso totus teres atque rotundus,  
 externi nequid ualeat per leue morari,  
 in quem manca ruit semper fortuna. potesne  
 ex his ut proprium quid noscere? quinque talenta  
 poscit te mulier, uexat foribusque repulsum 90  
 perfundit gelida, rursus uocat. eripe turpi  
 colla iugo, "liber, liber sum" dic age. non quis:  
 urget enim dominus mentem non lenis et acris  
 subiectat lasso stimulos uersatque negantem.  
 uel cum Pausiaca torpes, insane, tabella, 95  
 qui peccas minus atque ego, cum Fului Rutubaeque  
 aut Pacideiani contento poplite miror  
 proelia rubrica picta aut carbone, uelut si  
 re uera pugnent, feriant uitentque mouentes  
 arma uiri? nequam et cessator Dauus; at ipse 100  
 subtilis ueterum iudex et callidus audis.  
 nil ego, si ducor libo fumante: tibi ingens  
 uirtus atque animus cenis responsat opimis?  
 obsequium uentris mihi perniciosius est cur?  
 tergo plector enim. qui tu impunitor illa, 105  
 quae paruo sumi nequeunt, obsonia captas?  
 nempe inamareseunt epulae sine fine petitae,  
 inlusique pedes nitiosum ferre recusant  
 corpus. an hic peccat, sub noctem qui puer uuam  
 furtiuam mutat strigili? qui praedia uendit, 110  
 nil seruile gulae parens habet? adde quod idem  
 non horam tecum esse potes, non otia recte  
 ponere, teque ipsum uitas fugitiuus et erro,  
 iam uino quaerens, iam somno fallere curam;  
 frustra: nam comes atra premit sequiturque fu-  
 gaceu. 115  
 unde mihi lapidem? 'quorsum est opus?' unde  
 sagittas?  
 'aut insanit homo aut uersus facit.' oecus hinc te  
 ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

## VIII

Vt Nasidieni iuuit te cena beati?  
 nam mihi quaerenti conuiuiam dictus here illic  
 de medio potare die. 'sic, ut mihi numquam  
 in uita fuerit melius.' da, si graue non est,  
 quae prima iratum uentrem placauerit esca. 5  
 'in priuis Lucanus aper: leni fuit Austro  
 captus, ut aiebat cenae pater: acria circum  
 rapula, lactucae, radices, qualia lassum  
 peruellunt stomachum, siser, allec, faecula Coa.  
 his ubi sublatris puer alte cinctus acernam 10  
 gausape purpureo mensam pertersit, et alter  
 sublegit quodcumque iaceret inutile quodque  
 posset cenantis offendere: ut Attica uirgo  
 cum sacris Cereris procedit fuscus Hydaspes  
 Caecuba uina ferens, Alcon Chium maris expers. 15  
 hic erus: "Albanum, Maecenas, siue Falernum  
 te magis adpositis delectat, habemus utrumque."  
 diuitias miseris! sed quis cenantibus una,  
 Fundani, pulchre fuerit tibi, nosse laboro.  
 'summus ego, et prope me Viscus Thurinus et infra,  
 si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone 21  
 Vibidius, quos Maecenas adduxerat umbras.  
 Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,

VII 13 doctor u g F l l, doctus a<sup>1</sup> γ E l Bentl. Orelli, Keller. 17 pyrgum g φ uar. 18 isdem a g F l l, iisdem V, idem γ v E l. 19 ac prior F l l, acrior a γ v E g V. ille codd. omni., illo corr. codd. et edd. aliquot. 35 furisque L V. 43 dragmis γ v E g l, dracmis F l. 48 incendit g l, intendit V cet. 63-65 eiciebant Kirchner, Pauly. 72 uisa g V. 97 Pacideiani F g V ut uid., Placideiani γ v E l l. 109 uua et 110 furtiuam strigilem Lamb. VIII 4 da F l,

ridiculus totas semel absorbere plaecentas.		finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum	60
Nomentanus ad hoc, qui, siquid forte lateret,	25	tolleret? "heu, Fortuna, quis est crudelior in nos	
indice monstraret digito: nam cetera turba,		te dens? ut semper gaudes inludere rebus	
nos, inquam, cenamus auis, conchylia, piscis,		humanis!" Varius mappa conpescere risum	
longe dissimilem noto celantia sucum,		uix poterat. Balatro, suspendens omnia naso	
ut uel continuo patuit, eum passeris atque		"haec est condicio uiuendi" aiebat, "eoque	65
ingustata mihi porrexerit illa rhombi.	30	responsura tuo nunquam est par fama labori.	
post hoc me docuit melinela rubere minorem		tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni	
ad lunam delecta: quid hoc intersit, ab ipso		sollicitudine distrietum, ne panis adustus,	
audieris melius. tum Vibidius Balatroni:		ne male conditum ius adponatur, ut omnes	
"nos nisi damnose bibimus, moriemur inulti,"		praecincti reete pueri comptique ministrent?	70
et calices poscit maiores. nertere pallor	35	adde hos praeterea casus, aulaca ruant si,	
tum parochi faciem, nil sic metuentis ut acris		ut modo; si patinam pede lapsus frangat agaso.	
potores, uel quod maledicunt liberius uel		sed conuiuatoris uti ducis ingenium res	
feruida quod subtile exsurdant uina palatum.		aduersae nudare solent, celare secundae."	
inuertunt Allifanis uinaria tota		Nasidienus ad haec: "tibi di quaecumque preearis,	
Vibidius Balatroque, secentis omnibus; ini	40	commoda dent; ita uir bonus es conuiuaque	
conuiuiae lecti nihilum nocuere lagoenis.		comis;"	76
adfertur squillas inter murcna natantis		et soleas poscit. tum in lecto quoque uideres	
in patina porrecta. sub hoc erus "haec grauida"		stridere secreta diuisos aure susurros.	
inquit		mullos his mallem ludos spectasse; sed illa	
"capta est, deterior post partum earne futura.		redde age quae deinceps risisti. "Vibidius dum	80
his mixtum ius est: oleo, quod prima Venafri	45	quaerit de pueris, num sit quoque fracta lagoena,	
pressit cella, garo de sucis piscis Hiberi,		quod sibi poscenti non dantur pocula, dumque	
uino quinquenni, uerum citra mare nato,		ridetur fictis rerum, Balatrone secundo,	
dum quoquitur (cocto Chium sic conuenit, ut non		Nasidiene, redis mutatae frontis, ut arte	
hoc magis ullum aliud), pipere albo non sine aceto,		emendaturus fortunam; deinde secenti	85
quod Methymnacam uitio mutauerit uuam.	50	mazonomo pueri magno discripta ferentes	
erucas uiridis, inulas ego prius amaras		membra gruis, sparsi sale multo non sine farre,	
monstrauit inquoquere; inlutos Curtillus oclinos,		pinguibus et ficis pastum iecur anseris albae,	
ut melius muria quod testa marina remittat."		et leporum auolsos, ut multo suauius, arnos,	
interea suspensa grauis aulaca ruinas		quam si cum lumbis quis edit. tum pectore adusto	
in patinam fecere, trahentia pulueris atrii	55	uidimus et merulas poni et sine cluue palumbes,	91
quantum non Aquilo Campanis excitat agris.		suauis res, si non causas narraret eorum et	
nos manus ueriti, postquam nihil esse pericli		naturas dominus: quem nos sic fugimus uli,	
sensimus, erigimur. Rufusposito capite, ut si		ut nihil omnino gustaremus, uelut illis	
filius inmaturus obisset, flere. quis esset		Canidia adllasset peior serpentibus Afris.'	95

VIII 24 *semel* u C g F L L, *simul* γ E λ tres Bland. *absorbere* λ duo Bland. 29 *passeris assi* et Bentl. cum codicibus nescio quibus. 30 *porrexerat* idem. 48 *quoquitur* λ. 52 *inquoquere* F λ (cf. 1, 74). 88 *albae* V g, *albi* cet. (cf. 4, 44). 95 *Afris* γ E g, *atris* C F λ L.

Q. HORATI FLACCI  
EPISTULARVM  
LIBER PRIMVS

I

**P** RIMA diete mihi, summa dicende camena,  
spectatum satis et donatum iam rude quaeris,  
Maecenas, iterum antiquo me includere ludo:  
non eadem est aetas, non mens. Veianus armis  
Herculis ad postem fixis latet abditus agro, 5  
ne populum extrema totiens exoret harena.  
est mihi purgatam crebro qui personet aurem  
'solue senescentem mature sanus equum, ne  
peccet ad extremum ridendus et ilia ducat.'  
nunc itaque et uersus et cetera ludicra pono: 10  
quid uerum atque decens curo et rogo et omnis in  
hoc sum;  
condo et compono quae mox depromere possim.  
ac ne forte roges quo me duce, quo lare tuter:  
nullius addictus iurare in uerba magistri,  
quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes. 15  
nunc agilis fio et mersor ciuilibus undis,  
uirtutis uerae custos rigidusque satelles;  
nunc in Aristippi furtim praecepta relabor  
et mihi res, non me rebus subiungere conor.  
ut nox longa quibus mentitur amica, diesque 20  
longa uidetur opus debentibus, ut piger annus  
pupillis, quos dura premit custodia matrum:  
sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quae spem  
consiliumque morantur agendi nauiter id quod  
aeque pauperibus prodest, locupletibus aequae, 25  
aeque neglectum pueris senibusque nocebit.  
restat ut his ego me ipse regami solerque elementis.  
non possis oculo quantum contendere Lynceus:  
non tamen idcirco contemnas lippos inungi;  
nec, quia desperes inuicti membra Glyconis, 30  
nodosa corpus nolis prohibere cheragra.  
est quadam prodire tenus, si non datur ultra.  
feruet auaritia miseroque cupidine pectus:  
sunt uerba et uoces quibus hunc lenire dolorem  
possis et magnani morbi deponere partem. 35  
laudis amore tumes: sunt certa piacula, quae te  
ter pure lecto poterunt recreare libello.  
inuidus, iracundus, iners, uinosus, amator;  
nemo adeo ferus est, ut non miscere possit,  
si modo culturae patientem commodet aurem. 40  
uirtus est nitium fugere, et sapientia prima  
stultitia caruisse. uides, quae maxima credis  
esse mala, exiguum censum turpemque repulsam,  
quanto deuites animi capitisque labore;  
impiger extremos curris mercator ad Indos, 45  
per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:  
ne cures ea, quae stulte miraris et optas,

discere et audire et meliori credere non nis?  
quis circum pagos et circum compita pugna  
magna coronari contemnat Olympia, cui spes, 50  
cui sit condicio dulcis sine puluere palmae?  
uilius argentum est anro, uirtutibus aurum.  
'o ciues, ciues, quaerenda pecunia primum est;  
uirtus post nummos!' haec Ianus summus ab imo  
prodocet, haec recinunt iuuenes dictata senesque, 55  
[laeuo suspensi oculos tabulamque lacerto.]  
est animus tibi, sunt mores et lingua fidesque,  
sed quadringentis sex septem milia desunt:  
plebs eris. at pueri ludentes 'rex eris' aiunt  
'si recte facies.' hic murus aeneus esto, 60  
nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.  
Roscia, dic sodes, melior lex an puerorum est  
nenia, quae regnum recte facientibus offert,  
et maribus Curii et decantata Camillis?  
isne tibi melius snadet, qui rem facias, rem, 65  
si possis, recte, si non, quocumque modo rem,  
ut propius spectes lacrumosa poemata Pupii,  
an qui Fortunae te responsare superbae  
liberum et erectum praesens hortatur et aptat?  
quodsi me populus Romanus forte roget, cur 70  
non ut porticibus sic iudiciis fruam isdem,  
nec sequar aut fugiam quae diligit ipse uel odit,  
olim quod uolpes aegroto cauta leoni  
respondit referam: 'quia me uestigia terrent,  
omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.' 75  
belua multorum es capitum: nam quid sequar aut  
quem?  
pars hominum gemit conducere publica; sunt qui  
frustis et pomis uidiuas uenentur auaras  
excipiantque senes quos in uinaria mittant;  
multis occulto crescit res faenore. nerum 80  
esto aliis alios rebus studiisque teneri:  
idem eadem possunt horam durare probantes?  
'nullus in orbe sinus Bais praelucet amoenis'  
si dixit dines, lacus et mare sentit amorem  
festinantis eri; cui si uitiosa libido 85  
fecerit auspicium, 'cras ferramenta Teanum  
tolletis, fabri.' lectus genialis in aula est:  
nil ait esse prius, melius nil caelibe uita;  
si non est, iurat bene solis esse maritis.  
quo teneam uoltus mutantem Protea nodo? 90  
quid pauper? ride: mutat cenacula, lectos,  
balnea, tonsores, conducto nauigio aequae  
nauseat ac locuples, quem ducit priua triremis.  
si curatus inaequali tonsore capillos  
occurri, rides; si forte subucula pexae 95  
trita subest tunicae, uel si toga dissidet impar,

I Deficiunt omnino codd. B.C. qui totum librum exhibent, sunt A' (A a) γ υ ε ρ R F (φ ↓) λ' (λ l) π' (π L) V. I 32  
quodam A' E F V, quodam γ υ ε ρ R λ' π'. 43 laborem υ R π. 44 repulsam υ R π. dolore γ. 56 in omnibus codd.  
traditum delent edd. tamquam ex Serm. I 6, 74 huc translatum: uersum post 59 transponere uult Housm. 58 ante 57  
habent codd. paene omnes praeter E g. 58 desint F λ l. 78 crustis Bentl. al. 91 uiden' ut (pro ride) Bentl.



rides : quid, mea cum pugnat sententia secum,  
quod petiit spernit, repetit quod nuper omisit,  
aestuat et uitae disconuenit ordine toto,  
diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis? 100  
insanire putas sollemnia me neque rides,  
nec medici credis nec curatores egere  
a praetore dati, rerum tutela mearum  
cum sis et praece sectum stomachis ob unguem  
de te pendentis, te respicientis amici. 105  
ad summam, sapiens uno minor est Ioue, diues,  
liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,  
praecipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

## II

Troiani belli scriptorem, Maxime Lolli,  
dum tu declamas Romae, Praeneste relegi :  
qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid  
non,  
planus ac melius Chrysippo et Crantore dicit.  
cur ita crediderim, nisi quid te distinct, audi. 5  
fabula, qua Paridis propter narratur amorem  
Graecia barbariae lento conlisa duello,  
stultorum regum et populorum continet aestus.  
Antenor censet belli praecidere causam.  
quid Paris? ut saluus regnet uiuatque beatus, 10  
cogi posse negat. Nestor componere litis  
inter Peliden festinat et inter Atriden :  
hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.  
quaequid delirant reges, plectuntur Achiui.  
seditione, dolis, scelere atque libidine et ira 15  
Iliacos intra muros peccatur et extra.  
rursus, quid uirtus et quid sapientia possit,  
utile proposuit nobis exemplar Vlixen,  
qui domitor Troiae multorum prouidus urbes 19  
et mores hominum inspexit, latumque per aequor,  
dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa  
perterritus, aduersis rerum immersabilis undis.  
Sirenum neces et Cirae poeula nosti :  
quae si cum sociis stultus cupidusque bibisset,  
sub domina meretricae fuisse turpis et execors, 25  
uixisset canis inmundus uel amica luto sus,  
nos numerus sumus et fruges consumere nati,  
sponsi Penelopae nebulosae Aleinoique  
in cute curanda plus aequo operata inuentus,  
cui pulchrum fuit in medios dormire dies et  
ad strepitum citharae feessatum ducere curam. 30  
ut iugulent hominem, surgunt de nocte latrones :  
ut te ipsum serues, non expergiseris? atqui,  
si noles sanus, curres hydropicus; et ni  
posces ante diem librum cum lumine, si non  
intendes animum studiis et rebus honestis, 35  
inuidia uel amore uigil torquere. nam eni,  
quae laedunt oculum, festinas demere : siquid  
est animum, differens erandi tempus in annum?  
dimidium facti qui coepit habet : sapere aude ;  
incipere qui recte uiuendi prorogat horam,  
rusticus expectat dum defluat annus : at ille  
labitur et labetur in omne uolubilis aeuum.  
quaeritur argentum puerisque beata creandis  
uxor et incitiae paucantur uomere siluae. 45  
quod satis est eni contingit, nil amplius optet.  
non domus et fundus, non aeris aceruus et auri  
aegroto domini deduxit corpore febris,  
non animo curas : ualeat possessor oportet,  
si comportatis rebus bene cogitat ufi. 50  
qui cupit aut metuit, uiuat illum sic domus et res,  
ut lippum pictae tabulae, fomenta podagrum,  
arunculas citharae collecta sorde dolentis.

sincerum est nisi uas, quodcumque infundis acescit.  
sperne uoluptates : nocet empta dolore uoluptas. 55  
semper auarus eget : certum uoto pete linem.  
inuidus alterius macrescit rebus opimis ;  
inuidia Siculi non inuenere tyranni  
maius tormentum. qui non moderabitur irae,  
infectum uolet esse, dolor quod suaserit et mens, 60  
dum poenas odio per uim festinat inulto.  
ira furor breuis est : animum rege ; qui nisi paret.  
imperat : hunc frenis, hunc tu conpescce catena.  
fingit equum tenera docilem ceruice magister  
ire uiam qua monstret eques ; uenaticus, ex quo 65  
tempore ceruinam pellem latrauit in aula,  
militat in siluis catulus. nunc adhibe puro  
pectore uerba puer, nunc te melioribus offer.  
quo semel est inbuta recens, seruabit odorem  
testa diu. quodsi cessas aut strenuus anteis, 70  
nec tardum opperiri nec praecedentibus insto.

## III

Iuli Flore, quibus terrarum militet oris  
Claudius Augusti priuignus, scire laboro.  
Thraceae uos Hebrusque niali compede uinctus,  
an freta uicinas inter currentia turris,  
an pingues Asiae campi collesque morantur? 5  
quid studiosa cohors operum struit? hoc quoque curo.  
quis sibi res gestas Augusti scribere sunit?  
bella quis et paces longum diffundit in aeuum?  
quid Titius, Romana breui uenturus in ora,  
Pindarici fontis qui non expalluit haustus, 10  
fastidire lacus et riuos ausus apertos?  
ut ualeat? ut meminit nostri? fidibusne Latinis  
Thebanos aptare modos studet auspice Musa,  
an tragicae desaeuit et ampullatur in arte?  
quid mihi Celsus agit, monitus multumque monendus,  
priuatas ut quaerat opes et tangere uitet 16  
scripta Palatinus quaecumque recepit Apollo,  
ne, si forte suas repetitum uenerit olim  
grex auium plumas, moueat cornicula risum  
furtiuus nudata coloribus? ipse quid audes? 20  
quae circumuolitas agilis thyma? non tibi paruom  
ingenium, non incultum est et turpiter hirtum :  
seu linguam causis acuis seu ciuica iura  
respondere paras seu condis amabile carmen,  
prima feres hederac uictricis praecnia. quodsi 25  
frigida curarum fomenta relinquere posses,  
quo te caelestis sapientia duceret, ires.  
hoc opus, hoc studium parui properemus et ampli,  
si patriae uolumus, si nobis uiuere cari.  
debes hoc etiam rescribere, sit tibi curae 30  
quantae conueniat Munatius. an male sarta  
gratia nequiquam coit et rescinditur ac uos  
heu calidas sanguis heu rerum insectia uexat  
indomita ceruice feros? ubicumque locorum  
uiuitis, indigni fratrum rumpere foedus, 35  
paseitur in uestrum reditum uotiuua inuenca.

## IV

Albi, nostrorum sermonum candide iudex,  
quid nunc te dicam facere in regione Pedana?  
scribere quod Cassi Parmensis opuscula uincat,  
an tacitum siluas inter reptare salubris,  
curantem quicquid dignum sapiente bonoque est? 5  
non tu corpus eras sine pectore : di tibi formam,  
di tibi diuitias dederunt artemque friendi.  
quid uoneat dulci nutricula manus alumno,

II 1 maxime Orelli al. 4 planius A' γ E g L, plenius v R φ λ π V (ut uid.). 5 detinet g. 31 curam A' γ v R F λ π', somnum E g V (ut uid.), unde cessantem—somnum Bentl. (qui etiam certatim—noctem con.), recreatum—somnum con. Munro (Diar. Philol. ix 217), cessatim—crura con. Palmer (Hermath. vii 152), arcessitum inducere somnum con. Housman, cessare et ludere et uigili ego conieci. cf. 7, 57 et II 2, 183. III 4 turris uel turres A' γ F λ L g, terras v π V. 21 paruom π, paruom cet. 30 si cum codd. aliquot Bentl. 32 at edd. nonnulli (Dillenb. Orelli), alii aliter uu. 30-34 interpungentes. 33 sic codd., seu—seu edd.

qui sapere et fari possit quae sentiat, et cui  
gratia, fama, ualetudo contingat abunde,  
et mundus uictus, non deficiente crumina?  
inter spem curamque, timores inter et iras  
omnem crede diem tibi diluxisse supremum:  
grata superueniet quae non sperabitur hora.  
me pinguem et nitidum bene curata cute uises,  
cum ridere uoles, Epicuri de grege porcum.

## V

Si potes Archiacis conuiuia recumbere lectis  
nec modica cenare times holus omne patella,  
supremo te sole domi, Torquate, manebo.  
uina bibes iterum Tauro diffusa palustris  
inter Minturnas Sinuessanumque Petrinum:  
si melius quid habes, aresse, uel imperium fer.  
iamdudum splendet focus et tibi munda supellex.  
mitte leuis spes et certamina diuitiarum  
et Moschi causam: cras nato Caesare festus  
dat neniam somnumque dies; inpune licebit  
aestiuam sermone benigno tendere noctem.  
quo mihi fortunam, si non conceditur uti?  
parcus ob heredis curam nimiumque seuerus  
adsidet insano: potare et spargere flores  
incipiam patriarque uel inconsultus haberi.  
quid non ebrietas dissignat? operata recludit,  
spes iubet esse ratas, ad proelia trudit inertem,  
sollicitis animis onus eximit, addocet artes.  
fecundis calices quem non fecere disertum,  
contracta quem non in paupertate solutum?  
haec ego procurare et idoneus imperor et non  
inuitus, ne turpe toral, ne sordida mappa  
conruget naris, ne non et cantliarus et lanx  
ostendat tibi te, ne fidus inter amicos  
sit qui dicta foras eliminat, ut coeat par  
iungaturque pari: Butram tibi Septiciumque  
et nisi cena prior potiorque puella Sabinum  
detinet adsumam; locus est et pluribus umbris;  
sed nimis arta premunt olidae conuiuia caprae.  
tu quotus esse uelis rescribe et rebus omissis  
atria seruantem postico falle clientem.

## VI

Nil admirari prope res est una, Numici,  
solaque quae possit facere et seruare beatum.  
hunc solem et stellas et decedentia certis  
tempora momentis sunt qui formidine nulla  
imbuti spectent. quid censes munera terrae?  
quid maris extremos Arabas ditantis et Indos?  
Iudicra quid, plausus et amici dona Quiritis,  
quo spectanda modo, quo sensu credis et ore?  
qui timet his aduersa, fere miratur codem  
quo cupiens pacto: paucos esse utrobique molestus,  
inprouisa simul species exterrit utrumque.  
gaudeat an doleat, cupiat metuatne, quid ad rem,  
si, quicquid uidit melius peiusue sua spe,  
defixis oculis animoque et corpore torpet?  
insani sapiens nomen ferat, aequus iniqui,  
ultra quam satis est nirtutem si petat ipsam.  
i nunc, argentum et marmor uetus aeraque et artes  
suspice, cum gemmis Tyrios mirare colores;  
gaude quod spectant oculi te mille loquentem;  
naus mane forum et uespertinus pete tectum,  
ne plus frumenti dotalibus emetat agris  
Mutus et (indignum, quod sit peioribus ortus)  
hic tibi sit potius quam tu mirabilis illi.

IV 9 qui ER ↓ λ π V, quin A' γ g φ L, quam v, quam—ut possit Lamb. al. 11 crumina codd. plerique. V 11  
festiuam Meinek., festinam coni. Housman. 12 fortunam A' v E g F λ π, fortuna γ R. 16 dissignat A γ v ER ↓ λ π,  
designat a g φ L. 17 incrimen A' γ g F. 19 facundi ER π. VI 7 'Iudicra.' quid plausus et a. d. Quiritis? dist.  
Holder, aliter alii. 10 utrobique A ER, utrobique cet. cf. Wilkins ad loc. 11 externat coni. Jacobs, prob. Lachm.  
ad Lucr. IV 1020. 20 nauus l, nauus L. 31 putes A. 42 quod habeo v E g R ↓, quot V cet. 50 lacuum E, saeuum  
cet. 68 nil A' E g L, nihil γ, non v R F λ π. VII 5 colorque A v V.

quicquid sub terra est, in apicum proferet aetas,  
defodiet condetque nitentia. cum bene notum  
porticus Agrippae et uia te conspexerit Appi,  
ire tamen restat, Numa quo deuenit et Ancus.  
si latus aut renes morbo temptantur acuto,  
quaere fugam morbi. uis recte uiuere (quis non?):  
si uirtus hoc una potest dare, fortis omissis  
hoc age deliciis. uirtutem uerba putas et  
lucum ligna: caue ne portus occupet alter,  
ne Cibyrtica, ne Bithyna negotia perdas;  
mille talenta rotundentur, totidem altera, porro et  
tertia succedant et quae pars quadrat aceruum.  
scilicet uxorem cum dote fideique et amicos  
et genus et formam regina Pecunia donat,  
ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.  
mancupii locuples eget aeris Cappadocum rex:  
ne fueris hic tu. chlamydes Lucullus, ut aiunt,  
si posset centum scaenae praebere rogatus,  
'qui possum tot?' ait; 'tamen et quaeram, et quot  
habebo  
mittam.' post paulo scribit sibi milia quinque  
esse domi chlamydam; partem uel tolleret omnis.  
exilis domus est ubi non et multa supersunt  
et dominum fallunt et prosunt furibus. ergo  
si res sola potest facere et seruare beatum,  
hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.  
si fortunatum species et gratia praestat,  
mercemur seruum, qui dicet nomina, laeuum  
qui fodicet latus et cogat trans pondera dextram  
porrigere: 'hic multum in Fabia ualet, ille Velina;  
cui libet hic fascis dabit eripietque curule  
cui uolet inportunus ebur.' 'frater' 'pater' adde;  
ut cuique est aetas, ita quemque facetus adopta.  
si bene qui cenat bene uiuit, lucet, eamus  
quo ducit gula, piscemur, uenemur, ut olim  
Gargilius, qui mane plagas, uenabula, seruos  
differtum transire forum populumque iubebat,  
unus ut e multis populo spectante referret  
emptum mulus apram. crudi tumidique lauamur,  
quid deceat, quid non, obliui, Caerite cera  
digni, remigium uitiosum Ithacensis Vlixei,  
cui potior patria fuit interdicta noultas.  
si, Minnermus uti censet, sine amore iocisque  
nil est iucundum, uiuas in amore iocisque  
uiue, uale. siquid nouisti rectius istis,  
candidus inperit: si nil, his utere mecum.

## VII

Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum,  
Sextilem totum mendax desideror. atqui,  
si me uiuere uis sanum recteque ualentem,  
quam mihi das aegro, dabis aegrotare timentis,  
Maecenias, ueniam: dum ficus prima calorque  
dissignatorem decorat lictoribus atris,  
dum pueris omnis pater et matercula pallet,  
officiosaque sedulitas et opella forensis  
adducit febris et testamenta resignat.  
quodsi bruma niues Albanis inlinet agris,  
ad mare descendet uates tuus et sibi parceret  
contractusque leget; te, dulcis amice, reuiset  
cum Zephyris, si concedes, et hirundine prima.  
non quo more piris uesci Calaber iubet hospes  
tu me fecisti locupletem. 'uescere sodes.'  
'iam satis est.' 'at tu quantum uis tolle.' 'be-  
nigne.'  
'non inuisa ferēs pueris munuscula paruus.'  
'tam teneor dono, quam si dimittar onustus.'  
'ut libet: haec porcis hodie comedenda relinques.'

prodigus et stultus donat quae spernit et odit : 20  
 haec seges ingratos tulit et feret omnibus annis.  
 uir bonus et sapiens dignis ait esse paratus,  
 nec tamen ignorat quid distent aera lupinis.  
 dignum praestabo me etiam pro laude merentis.  
 quodsi me noles usquam discedere, reddes 25  
 forte latus, nigros angusta fronte capillos,  
 reddes dulce loqui, reddes ridere decorum et  
 inter uina fugam Cinarum maerere proteruae.  
 forte per angustam tenuis uolpecula rimam  
 repererat in eumeram frumenti, pastaque rursus 30  
 ire foras pleuo tendebat corpore frustra ;  
 cui mustela procul 'si uis' ait 'ellugere istiuic,  
 maera cauum repetes artum, quem maera subisti.'  
 hac ego si compeller imagine, cueta resigno ;  
 nec somnum plebis laudo satur altitium nec 35  
 otia diuitiis Arabum liberrima muto.  
 saepe uerecundum laudatis, rexque paterque  
 audisti coram, nec uerbo parcus abseus :  
 inspice, si possum donata reponere laetus.  
 haut male Telemachus, proles patientis Ulixei : 40  
 'non est aptus equis Ithace locus, ut neque planis  
 porrectus spatii nec multae prodigus herbae :  
 Atride, magis apta tibi tua dona relinquam.'  
 paruam parua decent : mihi iam nou regia Roma,  
 sed uacuum Tibur placet aut inbelle Tarentum. 45  
 strenuus et fortis causisque Philippus agendis  
 clarus ab officii octauam circiter horam  
 dum redit atque foro nimum distare Carinas  
 iam grandis natu queritur, conspexit, ut aiunt,  
 adrasum quendam uacua tonsoris in umbra 50  
 cultello proprios purgantem leniter unguis.  
 'Demetri,' (puer hic non laeue iussa Philippi  
 accipiebat) 'abi, quare et refer, unde domo, quis,  
 cuius fortunae, quo sit patre quoue patrono.'  
 it, redit et narrat, Volteium nomine Menam, 55  
 praecone, tenui censu, sine crimine, notum  
 et properare loco et cessare et quaerere et uti,  
 gaudentem paruisque sodalibus et lare certo  
 et ludis et post decisa negotia campo.  
 'scitari libet ex ipso quodcumque refers : die 60  
 ad cenam ueniat. non sane credere Mena,  
 mirari secum tacitus, quid multa? 'benigne'  
 respondet. 'neget ille mihi?' 'negat improbus et te  
 neclegit aut horret.' Volteium mane Philippus  
 uilia uendentem tunicato seruta popello 65  
 occupat et saluere iubet prior ; ille Philippo  
 excusare laborem et merceunaria uiucla,  
 quod non mane domum uenisset, denique quod non  
 prouidisset eum. 'sic ignouisse putato  
 me tibi, si cenas hodie mecum.' 'ut libet.' 'ergo  
 post nonam uenies ; nunc i, rem strenuus auge.' 71  
 ut uentum ad cenam est, dicenda taecunda locutus  
 tandem dormitum dimittitur. hic ubi saepe  
 occultum uisus decurrere piscis ad hamum,  
 mane cliens et iam certus conuiua, iubetur 75  
 rura suburbana indictis comes ire Latinis.  
 inpositus mannis aruum caelumque Sabinum  
 non cessat laudare. uidet ridetque Philippus,  
 et sibi dum requiem, dum risus undique quaerit,  
 dum septem donat sestertia, mutua septem 80  
 promittit, persuadet uti mereret agellum.  
 meretur. ne te longis ambagibus ultra  
 quam satis est morer : ex nitido lit rusticus atque  
 sulcos et uiueta crepat mera, praeparat ulmos,  
 immoritur studiis et amore senescit habendi. 85  
 uerum ubi oues furto, morbo perire capellae,  
 spem mentita seges, bos est enectus arando,  
 offensus damnis media de nocte caballum  
 arripit iratusque Philippi tendit ad aedis.  
 quem simul aspexit scabrum intonsumque Philippus,  
 'durus' ait, 'Voltei, nimis attentusque uideris' 91

esse mihi.' 'pol me miserum, patrone, uocares,  
 si uelles' inquit 'uerum mihi ponere nomen.  
 quod te per Genium dextramque deosque Penatis  
 obsecro et obtestor, uitae me redde priori!' 95  
 qui semel aspexit, quantum dimissa petitis  
 praesent, mature redeat repetatque relicta.  
 metiri se quemque suo modulo ac pede uerum est.

## VIII

Celso gaudere et bene rem gerere Albinouano  
 Musa rogata refer, comiti scribaeque Neronis.  
 si quaeret quid agam, die multa et pulchra minantem  
 uiuere nec recte nec suauiter ; haut quia gaudio 5  
 contuderit uitis oleamque momorderit aestus,  
 nec quia longinquis armentum aegrotet in agris ;  
 sed quia mente minus ualidus quam corpore toto  
 nil audire uelim, nil discere, quod leuet aegrum ;  
 fidis offeudar medicis, irascar amicis,  
 cur me funesto properent arere ueterno ; 10  
 quae nocere sequar, fugiam quae profere credam ;  
 Romae Tibur amicum uentosos, Tibure Romam.  
 post haec, ut ualeat, quo pacto rem gerat et se,  
 ut placeat iuueni percontare utque cohorti.  
 si dicit 'recte,' primum gaudere, subinde 15  
 praeeceptum auriculis hoc instillare memento :  
 'ut tu fortunam, sic nos te, Celso, feremus.'

## IX

Septimius, Claudii, nimirum intellegit unus,  
 quanti me facias. nam cum rogat et prece cogit,  
 scilicet ut tibi se laudare et tradere coner,  
 dignum mente domoque legendis honesta Neronis,  
 munere cum fungi propriis censet amicis, 5  
 quid possim nideat ac nouit me ualidus ipso.  
 multa quidem dixi, cur exesus abiretim ;  
 sed timui mea ne finixisse minora putarer,  
 dissimulator opis propriae, mihi commodos uni.  
 sic ego, maioris fugiens obprobria culpae, 10  
 frontis ad urbanae descendi praemia. quodsi  
 depositum laudas ob amicum iussa pudorem,  
 scribe tui gregis hunc et forteu crede bonumque.

## X

Urbis amatorem Fuscum saluere iubemus  
 ruris amatores, hac in re scilicet una  
 multum dissimiles, at cetera paene gemelli  
 fraternis animis, quicquid negat alter, et alter,  
 aduimus pariter : uetuli notique columbi, 5  
 tu nidum seruas, ego laudo ruris amoeni  
 riuos et musco circumlita saxa nemusque.  
 quid quaeris ? uiuo et regno, simul ista reliqui  
 quae uos ad caelum fertis rumore secundo,  
 utque sacerdotis fugitiuus, liba recuso, 10  
 pane ego iam mellitis potiore placentis.  
 uiuere naturae si conuenienter oportet,  
 ponendaque domo quaerenda est area primum,  
 nouistine locum potiore rure beato ?  
 est ubi plus tepeant hienes ? ubi gratior aura 15  
 leniat et rabiem Canis et momenta Leonis,  
 cum semel accepit solem furibundus acutum ?  
 est ubi diuellat somnos minus inuida cura ?  
 deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis ?  
 purior in uicis aqua tendit rumpere plumbum, 20  
 quam quae per pronum trepidat cum murmure  
 riuum ?  
 nempe inter uarias nutritur silua columnas,

VII 25 *noles* A E, *nolles* cct. 29 *nitelula* Bntl. prob. Lachmann ad Lucr. III 1014. 30 *cameram* v. *pulmenti* con. Hauthal. 46 hic in F N nona ep. incipit. 58 *curto* Bntl. 96 *simul* cold. paene omnes, *scnel* cum uno et altero Bntl. al. cf. Serm. II 8, 24. VIII 12 *uentosos* A γ v E G R, L, *uenturus* F N π V. X 3 *at cct.* E V, *ad cetera* codd. plerique. 5 uarie interpungunt edd. 9 *effertis* V.

laudaturque domus, longos quae prospicit agros.  
 naturam expelles furca, tamen usque recurreret  
 et mala perrumpet furtim fastidia uictrix. 25  
 non qui Sidonio contendere callidus ostro  
 nescit Aquinatam potantia uellera fucum,  
 certius accipiet damnum propiusue medullis,  
 quam qui non poterit uero distinguere falsum.  
 quem res plus nimio delectauere secundae, 30  
 mutatae quatient. siquid mirabere, pones  
 inuitus. fuge magna: licet sub paupere tecto  
 reges et regum uita praecurrere amicos.  
 ceruus equum pugna melior communibus herbis  
 pellebat, donec minor in certamine longo 35  
 implorauit opes hominis frenumque recepit;  
 sed postquam uicto uiolens discessit ab hoste,  
 non equitem dorso, non frenum depulit ore.  
 sic qui pauperiem ueritus potiore metallis  
 libertate caret, dominum uehet improbus atque 40  
 seruiet aeternum, quia paruo nesciet uti.  
 cui non conueniet sua res, ut calceus olim,  
 si pede maior erit, subuertet, si minor, uret.  
 laetus sorte tua uiues sapienter, Aristi,  
 nec me dimittes incastigatum, ubi plura 45  
 cogere quam satis est ac non cessare uidebor.  
 imperat aut seruit collecta pecunia cuique,  
 tortum digna sequi potius quam ducere funem.  
 haec tibi dictabam post fanum putre Vacunae,  
 excepto quod non simul esses, cetera laetus. 50

## XI

Quid tibi uisa Chios, Bullati, notaque Lesbos?  
 quid concinna Samos? quid Croesi regia Sardis?  
 Zmyrna quid et Colophon? maiora minorae fama,  
 cunctane prae campo et Tiberino flumine sordent?  
 an uenit in uotum Attalicis ex urbibus una? 5  
 an Lebedum laudas odio maris atque uiarum?  
 'scis Lebedus quid sit: Gabiis desertior atque  
 Fidenis uicus; tamen illic uiuere uellem,  
 oblitusque meorum, obliuiscendus et illis,  
 Neptunum procul e terra spectare furentem.' 10  
 sed neque qui Capua Romam petit, inbre lutoque  
 aspersus uolet in caupona uiuere; nec qui  
 frigus collegit, furnos et balnea laudat  
 ut fortunatam plene praestantia uitam;  
 nec, si te ualidus iactauerit Auster in alto, 15  
 idcirco nauem trans Aegaeum mare uendas.  
 incolumi Rhodos et Mytilene pulchra facit, quod  
 paenula solstitio, campestre nualibus auris,  
 per brumam Tiberis, Sextili mense caminus.  
 dum licet ac uoltum seruat Fortuna benignum, 20  
 Romae laudetur Samos et Chios et Rhodos absens.  
 tu quamcumque deus tibi fortunauerit horam  
 grata sume manu neu dulcicia differ in annum,  
 ut, quocumque loco fueris, uixisse libenter  
 te dicas: nam si ratio et prudentia curas, 25  
 non locus effusi late maris arbiter, aufert,  
 caelum, non animum mutant, qui trans mare currunt.  
 strenua nos exercet inertia: nauibus atque  
 quadrigis petimus bene uiuere, quod petis, hic est,  
 est Vlubris, animus si te non deficit aequus. 30

## XII

Fructibus Agrippae Siculis, quos colligis, Icci,  
 si recte frueris, non est ut copia maior  
 ab Ioue donari possit tibi. tolle querellas:  
 pauper enim non est qui rerum suppetit usus,  
 si uentri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil 5

diuitiae poterunt regales addere maius.  
 si forte in medio positorum apstemius herbis  
 uiuis et urtica, sic uiues protinus ut te  
 confestini liquidus Fortunae riuus inaret,  
 uel quia naturam mutare pecunia nescit, 10  
 uel quia cuncta putas una uirtute minora.  
 miramur, si Democriti pecus edit agellos  
 cultaque, dum peregre est animus sine corpore uelox,  
 cum tu inter scabiem tantam et contagia lucri  
 nil paruum sapias et adhuc sublimia cures: 15  
 quae mare conpescant causae, quid temperet annum,  
 stellae sponte sua iussaene uagentur et errent,  
 quid premat obscurum lunae, quid proferat orbem,  
 quid uelit et possit rerum concordia discors,  
 Empedocles an Stertinium deliret acumen? 20  
 uerum, seu piscis sine porrum et caepe trucidas,  
 utere Pompeio Grospho, et siquid petet ultro  
 defer: nil Grosphus nisi uerum orabit et aequum.  
 uilis amicorum est annona, bonis ubi quid dest.  
 tu tamen ignores quo sit Romana loco res, 25  
 Cantaber Agrippae, Claudii uirtute Neronis  
 Armenius cecidit; ius imperiumque Prahates  
 Caesaris accepit genibus minor; aurea fruges  
 Italiae pleno defundit Copia cornu.

## XIII

Vt proficiscentem docui te saepe diuque,  
 Augusto reddes signata uolumina Vini,  
 si ualidus, si laetus erit, si denique poscet;  
 ne studio nostri pecces odiumque libellis  
 sedulus inportes opera uehementem minister. 5  
 si te forte meae grauis uret sarcina chartae,  
 abicito potius, quam quod perferre iuberis  
 clitellas ferus impingas Asinaeque paternum  
 cognomen uertas in risum et fabula fias.  
 uiribus uteris per cliuos, flumina, lamas. 10  
 uictor propositi simul ac perueneris illuc,  
 sic positum seruabis onus, ne forte sub ala  
 fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum,  
 ut uinosa glomus furtiuae Pyrria lanae,  
 ut cum pilleolo soles conuiua tribulis. 15  
 ne uolgo narres te sudauisse ferendo  
 carmina quae possint oculos aurisque morari  
 Caesaris; oratus multa prece, nitere porro.  
 uade, uale, caue ne titubes mandataque frangas.

## XIV

Vilice siluarum et mihi me reddentis agelli,  
 quem tu fastidis habitatum quinque focis et  
 quinque bonos solitum Variam dimittere patres,  
 certemus, spinas animone ego fortius an tu  
 euellas agro, et melior sit Horatius an res. 5  
 me quamuis Lamiae pietas et cura moratur,  
 fratrem maerentis, rapto de fratre dolentis  
 insolabiliter, tamen istuc mens animusque  
 fert et amat spatibus obstantia rumpere claustra.  
 rure ego uiuentem, tu dicis in urbe beatum: 10  
 cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.  
 stultus uterque locum immeritum causatur inique:  
 in culpa est animus, qui se non effugit umquam.  
 tu mediastinus tacita prece rura petebas,  
 nunc urbem et ludos et balnea uilicus optas; 15  
 me constare mihi scis et discedere tristem,  
 quandocumque trahunt inuisa negotia Romam.  
 non eadem miramur; eo disconuenit inter  
 meque et te: nam quae deserta et inhospita tesqua  
 credis, amoena uocat mecum qui sentit, et odit 20

X 24 expellas codd. aliquot. 25 fastidia Eg, fastigia A' γ v R F λ' π', uestigia V. 37 uictor codd., uiolens uicto Benti., uicto ridens Haupt, uicto inuidens coni. Holder. XI 3 minoraque E, minorane fama? Benti. Fea, Meinek. al. 22 oram A' R π'. 22, 23 in tribus Bland. addidit manus recencior. 24 ut A' γ E (γ corr.), tu v R F λ' π' V. XII 1 Acrillae coni. Horkel, Anal. Hor. 89 sqq. cf. Liv. xxiv 35. 24 dest a' π' R V. XIII 2 Vinni codd. 14 glomus A' γ E R π', glomus g F λ' V. XIV 9 auct Benti. 11 res Eg unus Bland. 19 qua A' V, quae cet.

quae tu pulchra putas. fornix tibi et uncta popina  
 incutiunt urbis desiderium, uideo, et quod  
 angulus iste feret piper et tus oculus uua,  
 nec uicina subest unum praeberet taberna  
 quae possit tibi, nec meretrix tibi, cuius 25  
 ad strepitum salias terrae grauis: et tamen urges  
 iam pridem non tacta lignonibus arua bouemque  
 disiunctum curas et strictis frondibus explis;  
 addit opus pigro riuus, si decidit imber,  
 multa mole docendus aprico parcere prato. 30  
 nunc age, quid nostrum concentum diuidat, audi.  
 quem tenues decuere togae nitidique capilli,  
 quem scis immunem Ciuariae placuisse rapaci,  
 quem bibulum liquidi media de luce Falerni:  
 cena breuis inuat et prope riuum somnus in herba:  
 nec lusisse pudet, sed non incidere ludum. 36  
 non istic obliquo oculo mea commoda quisquam  
 linat, non odio obscuro morsuque uenenat:  
 rident uicini glabias et saxa mouentem.  
 cum seruis urbana diaria rodere manus; 40  
 horum tu in numerum uoto ruis: inuidet usum  
 lignorum et pecoris tibi calo argutus et horti.  
 optat ephippia bos, piger optat arare caballus:  
 quam scit uterque, libens, censebo, exerceat artem.

## XV

Quae sit hiemps Veliae, quod caelum, Vala, Salerni,  
 quorum hominum regio et qualis uia (nam mihi  
 Baias  
 Musa superuacuas Antonius, et tamen illis  
 me facit inuisum, gelida cum perluor unda  
 per medium frigus. sane inuita relinqui 5  
 dictaque cessantem neruis elidere morbum  
 sulphura contemni uicinis genuit, inuidus agris,  
 qui caput et stomachum supponere fontibus audent  
 Clusinis Gabiosque petunt et frigida rura.  
 mutantur locus est et deuersoria nota 10  
 praeteragendus equus. 'quo tendis? non mihi  
 Cumas  
 est iter aut Baias' laeua stomachosus habena  
 dicit eques, sed equi frenato est auris in ore),  
 maior utrum populum frumenti copia pascat,  
 collectosne bibant imbres puteosne perennis 15  
 iugis aquae: (nam uina nihil moror illius orae.  
 rure meo possum quiduis perferre patique;  
 ad mare eum ueni, generosum et lene requiro,  
 quod curas abigat, quod cum spe diuite manet  
 in uenas animumque meum, quod uerba ministret,  
 quod me Lucanae iuuenem commendat amicae), 21  
 tractus inter plures lepores, inter educet apros,  
 utra magis piscis et celinos aequora celet,  
 pinguis ut inde domum possim Phaeaxque reuerti:  
 scribere te nobis, tibi nos adcredere par est. 25  
 Maenius, ut rebus maternis atque paternis  
 fortiter absumptis urbanus coepit haberi  
 scurra, uagus, non qui certum praesaepe teneret,  
 inpransus non qui eicem dignosceret hoste,  
 quaelibet in quenuis obprobria fingere saeuus, 30  
 perniciēs et tempestas barathrumque macelli,  
 quicquid quaesierat, uentri donabat au: ro.  
 hic, ubi nequitiae fautoribus et timidus nū  
 aut panlum abstulerat, patinas cenabat omisi  
 uilis et agninae, tribus ursoris quod satis esset, 35  
 scilicet ut uentres lamia candente nepotum  
 diceret urendos. correctus Bestius idem,  
 quicquid erat nanetus praedae maioris, ubi omne  
 uerterat in fumum et cinerem, 'non hereule miror,'  
 aiebat, 'siqui comedunt bona, eum sit obeso 40

nil melius turdo, nil uolua pulchrius ampla.  
 nimirum hic ego sum: nam tuta et paruola laudo,  
 cum res deliciunt, satis inter uilia fortis:  
 uerum ubi quid melius contingit et unctius, idem  
 uos sapere et solos aio bene uiuere, quorum 45  
 conspicitur nitidis fundata pecunia uillis.

## XVI

Ne perconteris, fundus meus, optime Quincti,  
 arno pascat erum an bacis opulentet oliuae,  
 pomisne et pratis an amicta uitibus ulmo:  
 scribetur tibi forma loquaciter et situs agri.  
 continui montes nō dissociantur opaca 5  
 ualle, sed ut ueniens dextrum latus aspiciat Sol,  
 laeuum discedens curru fugiente uaporet.  
 temperiem laudes. quid si rubicunda benigni  
 corna uepres et pruna ferant, si quereus et ilex  
 multa fruge pecus, multa dominum inuuet umbra? 10  
 dicas adductum propius frondere Tarentum.  
 fons etiam riuo dare nomen idoneus, ut nec  
 frigidior Thraecam nec purior ambient Hebrus,  
 iulimo capiti fluit utilis, utilis alio.  
 hae latebrae dulces, etiam, si credis, amoenae, 15  
 incolumem tibi me praestant Septembribus horis.  
 tu recte uiuis, si curas esse quod audis.  
 iactamus iam pridem omnis te Roma beatum;  
 sed uereor, necui de te plus quam tibi credas,  
 nene putes alium sapiente bonoque beatum, 20  
 neu, si te populus sanum recteque ualentem  
 dicitet, occultam febrem sub tempus edendi  
 dissimules, donec uanibus tremor incidat unctis.  
 stultorum incurata pudor malus ulcera celat.  
 siquis bella tibi terra pugnata marique 25  
 dicat et his uerbis uacuas permulleat auris:  
 'tene magis saluum populus uelit an populum tu,  
 seruet in ambiguo qui consulit et tibi et urbi,  
 Iuppiter,' Augusti laudes adgnosceret possis:  
 eum pateris sapiens emendatusque uocari, 30  
 respondesne tuo, die sodes, nomine? 'nempe  
 uir bonus et prudens dici delektor ego ac tu.'  
 qui dedit hoc hodie, eras, si uolet, auferet, ut si  
 detulerit fasces indigno, detrahet idem.  
 'pone, meum est' inquit: pono tristisque recedo. 35  
 idem si elamet furem, neget esse pudicum,  
 contendat laqueo collum pressisse paternum,  
 uordeat obprobriis falsis mutemque colores?  
 falsus honor inuat et mendax infamia terret  
 quem uisi mendosum et medicandum? uir bonus est  
 quis? 40  
 'qui consulta patrum, qui leges iuraque seruat,  
 quo multae magnaeque secantur iudice lites,  
 quo res sponsore et quo causae teste tenentur.'  
 sed uidet hunc omnis domus et uicinia tota  
 introrsum turpem, speciosum pelle decora. 45  
 'nec furtum feci nec fugi' si mihi dicat  
 seruus: 'habes pretium, loris non ureris' aio.  
 'non hominem occidi,' 'non pascas in cruce cornos.'  
 'sum bonus et frugi.' reuict negitaque Sabellus:  
 eantem enim metuūt foueam lupus accipiterque 50  
 suspectos laqueos et opertum miluus hamum.  
 oderunt peccare boni uirtutis amore;  
 tu nihil admittes in te formidine poenae:  
 sit spes fallendi, miscelbis sacra profanis.  
 nam de mille fabae modis eum subripiis unum, 55  
 damnum est, non faeinus, mihi pacto lenius isto.  
 uir bonus, omne forum quem spectat et omne  
 tribunal,  
 quandocumque deos uel porco nel boue placat,

XIV 40 *cibaria* g R. 43 sic dist. Benti. Orelli, *bos piger, optat* Holder. XV 11 *sanis* conl. Duff. 16 *dulcis* Eg V, *iugis* cet. 24 "tres Bland. cod. habent *Phaeaxque*" Cruquius. 26 incipit noua epistula in v Eg F π. 37 *correctus* A γ v LV, *corruptus* Eg F λ π, *corrector* post Lambin. Benti. et edd. plerique, qui tamen uarie interpungunt uu. 43, 44 aut omittunt aut alio loco habent codd. plerique. XVI 3 *an pratis* Eg Benti. Meinek. al. *anica* E. 5 *ni* v R F λ π, *si a γ E, nisi* Cruquius. Keller, qui *si* maullt, commate post 9 *uaporet* interpungit, ita ut *laudes* apodosis fiat. 7 *curso* V. 14 *aptus et utilis* R π. 15 *et (iam si credis) amoenae* Benti. al. 43 *res sponsore* V, *responsore* cet.

'Iane pater!' clare, clare cum dixit 'Apollo!'  
 labra mouet metuens audiri 'pulchra Lauerna, 60  
 da mihi fallere, da iusto sanctoque uideri,  
 noctem peccatis et fraudibus obiece nubem.'  
 qui melior seruo, qui liberior sit auarus,  
 in triuuis fixum cum se demittit ob assem,  
 non uideo: nam qui cupiet, metuet quoque; porro  
 qui metuens uiuet, liber mihi non erit unquam. 66  
 perdidit arma, locum uirtutis deseruit, qui  
 semper in augenda festinat et obruitur re.  
 uendere cum possis captiuum, occidere noli:  
 seruiet utiliter: sine pascat durus aretque, 70  
 nauiget ac mediis hiemet mercator in undis,  
 annonae prosit, portet frumenta penusque.  
 uir bonus et sapiens audebit dicere: 'Pentheu,  
 rector Thebarum, quid me perferre patique  
 indignum coges?' 'adimam bona.' 'nempe pecus,  
 rem, 75  
 lectos, argentum: tollas licet.' 'in manicis et  
 compedibus saeuo te sub custode tenebo.'  
 'ipse deus, simul atque uolam, me soluet.' opinor,  
 hoc sentit 'moriar.' mors ultima linea rerum est.

## XVII

Quamuis, Scaeuia, satis per te tibi consuus et seis,  
 quo tandem pacto deceat maioribus uti:  
 discite, docendus adhuc quae censeat amiculum, ut si  
 caecus iter monstrare uelit; tamen aspice siquid 5  
 et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.  
 si te grata quies et primam somnus in horam  
 delectat, si te puluis strepitusque rotarum,  
 si laedit caupona, Ferentinum ire iubebo.  
 nam neque diuitibus contingunt gaudia solis,  
 nec uixit male, qui natus moriensque fefellit. 10  
 si prodesse tuis pauloque benignius ipsum  
 te tractare notes, accedes sicus ad unctum.  
 'si pranderet holus patienter, regibus uti  
 nolle Aristippus.' 'si sciret regibus uti,  
 fastidiret holus, qui me notat.' utrius horum 15  
 uerba probes et facta, doce, uel iunior audi,  
 cur sit Aristippi potior sententia. namque  
 mordacem Cynicum sic eludebat, ut aiunt:  
 'scurror ego ipse mihi, populo tu: rectius hoc et  
 splendidius multo est. equus ut me portet, alarum rex,  
 officium facio: tu poscis uilia, uerum es 21  
 dante minor, quamuis fers te nullius egentem.'  
 omnis Aristippum decuit color et status et res,  
 temptantem maiora, fere praesentibus aequum.  
 contra, quem duplici panno patientia uelat, 25  
 mirabor, uitae uia si conuersa decebit.  
 alter purpureum non expectabit amictum,  
 quidlibet indutus celeberrima per loca uadet  
 personamque feret non inconcinuus utramque;  
 alter Mileti textam cane peius et angue 30  
 uitabit chlamydem, morietur frigore, si non  
 rettuleris pannum. refer et sine uiuat ineptus.  
 res gerere et captos ostendere ciuibus hostis  
 attingit solum Iouis et caelestia temptat.  
 principibus placuisse uiris non ultima laus est. 35  
 non cuius homini contingit adire Corinthum.  
 sedit qui timuit ne non succederet: esto.  
 quid? qui peruenit fecitne uiriliter? atqui  
 hic est aut nusquam, quod quaerimus; hic onus  
 horret,  
 ut paruis animis et paruo corpore maius; 40  
 hic subit et perfert. aut uirtus nomen inane est,  
 aut decus et pretium recte petit experiens uir.  
 coram rege suo de paupertate tacentes  
 plus poscente ferent: distat, sumasne pudenter

an rapias; atqui rerum caput hoc erat, hic fons. 45  
 'indotata mihi soror est, paupercola mater,  
 et fundus nec uendibilis nec pascere firmus'  
 qui dicit, clamat 'uictum date!' succinit alter  
 'et mihi!' diuiduo findetur munere quadra:  
 sed tacitus pasci si posset coruus, haberet 50  
 plus dapis et rixae multo minus inuidiaeque.  
 Brundisium comes aut Surrentum ductus amoenum  
 qui queritur salebras et acerbum frigus et imbres,  
 aut cistam effractam et subducta uiatica plorat,  
 nota refert meretricis acumina, saepe catellam, 55  
 saepe perisceledem raptam sibi flentis, uti mox  
 nulla fides damnis uerisque doloribus adsit.  
 nec semel inrisus triuuis attollere curat  
 fracto crure planum. licet illi plurima manet  
 lacrima, per sanctum iuratus dicat Osirim 60  
 'credite, non ludo; crudeles, tollite claudum,'  
 'quaere peregrinum,' uicinia rauca reclamat.

## XVIII

Si bene te noui, metues, liberrime Lolli,  
 scurrantis speciem praebere, professus amicum.  
 ut matrona meretrici dispar erit atque  
 discolor, infido scurrae distabit amicus.  
 est huic diuersum uitio uitium prope maius, 5  
 asperitas agrestis et inconcinna grauisque,  
 quae se commendat tonsa cute, dentibus atris,  
 dum uult libertas dici mera ueraque uirtus.  
 uirtus est modicus uitiorum et uirumque reductum.  
 alter in obsequium plus aequo pronus et ini 10  
 derisor lecti sic nutum diuitis horret,  
 sic iterat uoces et uerba cadentia tollit,  
 ut puerum saeuo credas dictata magistro  
 reddere uel partis mimum tractare secundas;  
 alter rixator de lana saepe caprina, 15  
 propugnat nugis armatus: 'scilicet ut non  
 sit mihi prima fides et, uere quod placet, ut non  
 acriter elatrem? pretium aetas altera sordet.'  
 ambigitur quid enim? Castor sciat an Docilis plus;  
 Brundisium Minuci melius uia ducat an Appi. 20  
 quem damnosa uenus, quem praeceps alea nudat,  
 gloria quem supra uires et uestit et unguis,  
 quem tenet argenti sitis inportuna famesque,  
 quem paupertatis pudor et fuga, diues amicus,  
 saepe decem uitis instructor, odit et horret, 25  
 aut, si non odit, regit ac ueluti pia mater  
 plus quam se sapere et uirtutibus esse priorem  
 uult et ait prope uera: 'meae (contendere noli)  
 stultitiam patiuntur opes; tibi paruola res est:  
 arta decet sanum comitem toga: desine mecum 30  
 certare.' Eutrapelus, cuiusque nocere uolebat,  
 uestimenta dabat pretiosa: 'beatus enim iam  
 cum pulchris tunicis sumet noua consilia et spes:  
 dormiet in lucem, scorto postponet honestum  
 officium, nummos alienos pascet, ad inum 35  
 Thraex erit, aut holitoris ager mercede caballum.'  
 arcanum neque tu scrutaberis illius umquam,  
 commissumque teges et uino tortus et ira.  
 nec tua laudabis studia aut aliena reprehendes,  
 nec, cum uenari uolet ille, poemata panges. 40  
 gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque  
 Zethi, dissiluit, donec suspecta seuerio  
 conticuit lyra. fraternis cessisse putatur  
 moribus Amphion: tu cede potentis amici  
 lenibus imperiis, quotiensque educet in agros 45  
 Aetolis onerata plagis iumenta canesque,  
 surge et inhumanae senium depone Camenae,  
 cenes ut pariter pulmenta laboribus empta:  
 Romanis sollemne uiris opus, utile famae

XVII 2 *tenuem* e conii. Horkelii Meinek. 12 *inunctum* V, ad *inunctum* E. 21 *uerum es* A F N, *es* omittunt codd. paene omnes (*uerum* scribit Keller). *uilia rerum* cum codd. aliquot Lambinus et edd. plerique. 43 *sua* codd. aliquot, Bentl. XVIII 15 *rixator* V, *rixator* conii. Muretus. *caprina* et Bentl. 16 *pro pugno* e conii. Withofii iam mauult Keller, Epilog. 3, 678. 19 *Dolcis*, *Dolichos* codd. aliquot. 37 *uilius* codd. paene omn. 46 *Aeoliis* codd. aliquot.

uitaeque et membris, praesertim cum ualcas et  
 uel cursu superare canem uel uiribus aprum  
 possis. adde uirilia quod speciosus arma  
 non est qui tractet; scis, quo clamore coronae  
 proelia sustineas campestria; denique saeuam  
 militiam puer et Cantabrica bella tulisti  
 sub duce qui templis Parthorum signa religit  
 nunc, et, siquid adest, Italis adiudicat armis.  
 ac ne te retrahas et inexcusabilis absis,  
 quamuis nil extra numerum fecisse modumque  
 curas, interdum iugaris rure paterno:  
 partitur lintres exercitus, Actia pugna  
 te duce per pucros hostili more refertur,  
 aduersarius est frater, lacus Hadria, donec  
 alterum nelo Victoria fronde coronet.  
 consentire suis studiis qui ereditur te,  
 fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.  
 profinus ut moneam, siquid monitoris eges tu:  
 quid de quoque uiro et cui dicas, saepe uideto.  
 percontatorem fugito: nam garrulus idem est,  
 nec retinet patulae commissa fideliter aures,  
 et semel emissum nolat inreuoabile uerbum.  
 non ancilla tuum iecur uleeret ulla puerie  
 intra marmoreum uenerandi limen amici,  
 ne dominus pueri pulchri caraeue puellae  
 munere te paruo beet aut incommodus angat.  
 qualem commendes etiam atque etiam aspice, ne  
 mox  
 incutiant aliena tibi peccata pudorem.  
 fallimur et quondam non dignum tradimus: ergo  
 quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri,  
 ut penitus notum, si temptent crimina, serues  
 tuterisque tuo fidentem praesidio: qui  
 dente Theonino cum circumroditur, equid  
 ad te post paulo uentura pericula sentis?  
 nam tua res agitur, paries cum proximus ardet,  
 et neglecta solent incendia sumere nires.  
 dulcis inexpertis cultura potentis amici;  
 expertus metuet. tu, dum tua nauis in alto est,  
 hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.  
 oderunt hilarem tristes tristemque iocosis,  
 sedatum celeres, agilem namumque remissi,  
 [potores bibuli media de nocte Palerni]  
 oderunt porrecta negantem pocula, quamuis  
 nocturnos iures te formidare tepores.  
 deme supercilio nubem: plerumque modestus  
 occupat obseuri speciem, taciturnus acerbi.  
 inter cuncta leges et percontabere doctos,  
 qua ratione queas traducere leniter animum:  
 num te semper inops agitret uexetque cupido,  
 num panor et rerum medioeriter nitilium spes,  
 uirtutem doctrina pareat naturae donet,  
 quid minuatur euras, quid te tibi reddat amicum,  
 quid pure tranquillet, bonos an dulce luellum,  
 an secretum iter et fallentis semita nitae.  
 me quotiens reficit gelidus Digentia riuus,  
 quem Mandela bibit, rigosus frigore pagus,  
 quid sentire putas? quid credis, amice, precari?  
 'sit mihi quod nunc est, etiam minus, ut mihi uinam  
 quod superest aeni, siquid superesse uolunt di;  
 sit bona librorum et pronisae frugis in annum  
 copia, neu fluitem dubiae spe pendulus horae.  
 sed satis est orare Ionem, quae donat et auferit:  
 det nitam, det opes; aequum uero animum ipse parabo.'

## XIX

Prisco si credis, Maecenas docte, Cratino,  
 nulla placere diu nec nuere carmina possunt,  
 quae scribuntur aquae potioribus. ut male sanos

adscripsit Liber Satyris Faunisque poetas,  
 uina fere dulces oluerunt mane Camenae.  
 laudibus arguitur uini uinosus Homerus;  
 Ennius ipse pater numquam nisi potus ad arma  
 prosiluit dicenda. 'forum putealque Libonis  
 mandabo siccis, adimam cantare seueris'—  
 hoc simul edixi, non cessauere poetae  
 nocturno certare mero, putere diurno.  
 quid? siquis uoltu toruo fers et pede nudo  
 exiguaeque togae simulet textore Catonem,  
 uirtutemne repraesentat moresque Catonis?  
 rupit larbitam Timagenis aemula lingua,  
 dum studet urbanus tenditque disertus haberi.  
 decipit exemplar nitisi imitabile: quodsi  
 pallerem casu, liberent exangue eunimum.  
 o imitatores, seruum pecus, ut mihi saepe  
 bilem, saepe iocum uestri monere tumultus!  
 libera per uacuum posui uestigia princeps,  
 non aliena meo pressi pede: qui sibi fidet,  
 dux reget examen. Parios ego primus iambos  
 ostendi Latio, numeros animosque secutus  
 Archilochi, non res et agentia uerba Lycamben.  
 ac ne me foliis ideo breuioribus ornes,  
 quod timi mutare modos et carminis artem;  
 temperat Archilochi musam pede mascula Sappho,  
 temperat Aleaeus, sed rebus et ordine dis-par,  
 nec socerum quaerit, quem uersibus oblinat atris, 30  
 nec sponsae laqueum farroso carmine necit.  
 hunc ego, non alio dictum prius ore, Latinus  
 uolganum fidicen; iuuat immemorata ferentem  
 ingenis oculisque legi manibusque teneri.  
 scire uelis, mea cur ingratus opuscula lector  
 laudet ametque domi, premat extra limen iniquus?  
 non ego uentosae plebis suffragia uenor  
 impensis cenarum et tritae munere nestis:  
 non ego nobilium scriptorum auditor et ultor  
 grammaticas ambire tribus et pulpita dignor:  
 hinc illae lacrimae. 'spissis indigna theatris  
 scripta pudet recitare et nugis addere pondus'  
 si dixi, 'rides' ait 'et Iouis auribus ista  
 seruas: fidis enim manare poetica mella  
 te solum, tibi pulcher.' ad haec ego naribus uti  
 formido et, inelantibus acuto ne secer ungui,  
 'displacet iste locus' clamio et diludia poseo.  
 ludus enim genuit trepidum certamen et iram,  
 ira truces inimicitias et funebre bellum.

## XX

Vortumnum lauunque, liber, spectare uideris,  
 scilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus.  
 odisti clauis et grata sigilla pudico,  
 paucis ostendi gemis et communia laudas,  
 non ita nutritus. fuge, quo descendere gestis:  
 non erit emisso reditus tibi. 'quid miser egi?  
 quid nolui?' diceas, ubi quid te laeserit, et scis  
 in breue te cogi, cum plenus languet amator.  
 quodsi non odio peccantis desipit angur,  
 carnis eris Romae, donec te deserat aetas;  
 contrectatus ubi manibus sordescere uolgi  
 coeperis, aut tineas pascens taeternus inertis,  
 aut fugies Vticam aut ninctus mitteris Ilerdam.  
 ridebit monitor non exauditus ut ille,  
 qui male parentem in ripas protrusit asellum  
 iratus: quis enim imitum seruare laboret?  
 hoc quoque te manet, ut pucros elementa docentem  
 occupet extremis in nicis balba senectus.  
 cum tibi sol tepidus pluris admouerit auris,  
 me libertino natum patre et in tenui re  
 maiores pinnas nido extendisse loqueris,

XVIII 61 *lyntres* A' R v E, *lintres* cet. 91 *liquidi*, *tucc*, Bentl., sed hunc u. uix unus codex a prima manu exhibet. abest omnino perisque. *bibuli*—*olerunt* delent Pottier, Meinek. L. Mueller. 93 *uapores* cum codd. duobus Orell. 111 *quae* A' R ↓ N π, *qui* γ v E g L. *donat* A' γ v E R L, *ponat* π, *ponit* F' N' (V ut uid.). XIX 10 *edixi* v E g R F λ π, *edixit* A' γ l L, *edixi* conl. D. Heinsius. 15 *lingua* A' γ v g R F' N' π', *cena* a E duo Bland. XX 2 *nudus* F' λ'.

ut quantum generi demas, uirtutibus addas ;  
me primis urbis belli placuisse domique,  
corporis exigui, praeaeuam, solibus aptum,  
irasci celerem, tamen ut placabilis essem.

25

forte meum si quis te percontabitur aeuum,  
me quater nndenos sciat impleuisse Decembris,  
conlegam Lepidum quo dixit Lollius anno.

## LIBER SECVNDVS

## I

Cum tot sustineas et tanta negotia solus,  
res Italas armis tuteris, moribus ornes,  
legibus emendes : in publica commoda peccem,  
si longo sermone morer tua tempora, Caesar.  
Romulus et Liber pater et cum Castore Pollux, 5  
post ingentia facta deorum in templa recepti,  
dum terras hominumque colunt genus, aspera bella  
componunt, agros adsignant, oppida condunt,  
ploranere suis non respondere fauorem  
speratum meritis. diram qui contudit hydram 10  
notaque fatali portenta labore subegit,  
comperit inuidiam supremo fine domari.  
urit enim fulgore suo, qui praegranaat artis  
infra se positas, extinctus amabitur idem.  
praesenti tibi maturos largimur honores 15  
iurandasque tuum per numen ponimus aras,  
nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.  
sed tuus hic populus, sapiens et iustus in nno  
te nostris ducibus, te Graeis antefendo,  
cetera nequaquam simili ratione modoque 20  
aestimat et, nisi quae terris semota suisque  
temporibus defuncta uidet, fastidit et odit,  
sic fautor ueterum, ut tabulas peccare uentantis  
quas bis quinque uiri sanxerunt, foedera regnum  
uel Gabiis uel cum rigidis aequata Sabinis, 25  
pontificum libros, annosa uolumina uatum  
dictitet Albano Musas in monte locutas.  
si, quia Graecorum sunt antiquissima quaeque  
scripta uel optima, Romani pensantur eadem  
scriptores trutina, non est quod multa loquamur : 30  
nil intra est olea, nil extra est in nuce duri,  
nenimus ad summum fortunae, pingimus atque  
psallimus et lectamur Achiuis doctius unctis.  
si meliora dies, ut uina, poemata reddit,  
scire uelim, chartis pretium quotus adroget annus.  
scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter 36  
perfectos ueteresque referri debet an inter  
uillis atque nouos ? excludat iurgia finis.  
'est uetus atque probus, centum qui perficit annos.'  
quid ? qui deperit minor nno mense uel anno, 40  
inter quos referendus erit ? ueteresne poetas,  
an quos et praesens et postera respuat aetas ?  
'iste quidem ueteres inter ponetur honeste,  
qui uel mense breui uel toto est iunior anno.'  
utor permissio, caudaeque pilos ut equinae 45  
paulatim uello et demo unum, demo etiam unum,  
dum cadat elusus ratione mentis acerni,  
qui redit in fastos et uirtutem aestimat annis  
miraturque nihil, nisi quod Libitina sacrauit.  
Ennius, et sapiens et fortis et alter Homerus, 50  
ut critici dicunt, leuiter curare uideatur,  
quo promissa cadant et somnia Pythagorea.  
Naeuius in manibus non est et mentibus haeret

paene recens ? adeo sanctum est uetus omne poema.  
ambigitur quotiens, uter utro sit prior, aufert 55  
Pacuius docti famam senis, Accius alti,  
dicitur Afrani toga conuenisse Menandro,  
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,  
nincere Caecilins grauitate, Terentius arte.  
hos ediscit et hos arto stipata theatro 60  
spectat Roma potens, habet hos numeratque poetas  
ad nostrum tempus Liui scriptoris ab aeuo.  
interdum uolgus rectum uidet ; est ubi peccat.  
si ueteres ita miratur laudatque poetas,  
ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat ; 65  
si quaedam nimis antiquae, si pleraque dure  
dicere credit eos, ignaue multa fatetur,  
et sapit et mecum facit et Ioue iudicat aequo.  
non equidem insector delendae carmina Liui  
esse reor, memini quae plagosum mihi paruo 70  
Orbilius dictare ; sed emendata uideri  
pulehraque et exactis uinum distantia miror.  
inter quae uerbum emicuit si forte decorum,  
si uersus paulo concinnior unus et alter,  
iniuste totum ducit uenditque poema. 75  
indignor quiequam reprehendi, non quia crasse  
compositum inlepidum putetur, sed quia nuper,  
nec ueniam antiquis, sed honorem et praemia posci.  
recte necne crocum floresque perambulet Attae  
fabula si dubitem, clament periisse pudorem 80  
euncti paene patres, ea cum reprehendere coner,  
quae grauis Aesopus, quae doctus Roscius egit :  
uel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt.  
uel quia turpe putant parere minoribus, et quae  
inberbes didicere, senes perdenda fateri. 85  
iam Saliare Numae carmen qui laudat et illud,  
quod mecum ignorat, solus uult scire uideri,  
ingeniis non ille fauet plauditque sepultis,  
nostra sed impugnat, nos nostraque liuidus odit.  
quodsi tam Graecis nouitas inuisa fuisset 90  
quam nobis, quid nunc esset uetus ? aut quid haberet,  
quod legeret tereretque uirum publicus usus ?  
ut primum positus nugari Graecia bellis  
coepit et in uitium fortuna labier aequa,  
nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum, 95  
marmoris aut eboris fabros aut aeris amauit,  
suspendit picta uoltum mentemque tabella,  
nunc tibicinibus, nunc est gausa tragoedis ;  
sub nutrice puella uelut si luderet infans,  
quod cupide petiit, mature plena reliquit. 100  
hoc paces habere bonae uentique secundi.  
102  
Romae dulce diu fuit et sollemne reclusa  
mane domo uigilare, clienti promere iura,  
cautos nominibus rectis expendere nummos, 105  
maiores audire, minori dicere, per quae  
crescere res posset, minui danmosa libido.  
quid placet aut odio est, quod non mutabile  
credas ? 101

XX 24 solibus ustum coni. Herbst. 28 duxit codd., dixit Doering.

II Deficiunt omnino ABC, a u. I 247 γ, usque ad u. II 66 ν. qui totum hunc librum habent, sunt a E g R F (φ ↓) λ (λ l) π (π L) V. I 16 nomen ERV Seruius ad Verg. Ecl. I 7, nomen a γ g F λ π'. 19 delet Ribbeck, hoc pro hic in 18 legens, post 15 transponit K. Mack ap. Nou. Annal. x 697. 28 Graiorum E g V. 31 olea Bentl., oleum codd. 46 et item F λ', utidem ε. 67 cedit Bentl. 73 decorum et g R F λ π'. 85 imberbi cum V Bentl. Dillenb. al. 101 quid placet—credas? codex unus post 106 habet, post 107 posuerunt Lachmann, Keller : delendum censent alii.



mutauit mentem populus leuis et calet uno  
 scribendi studio: pueri patresque seueri  
 fronde comas uincti cenant et carmina dietant. 110  
 ipse ego, qui nullos me adfirmo scribere nersus,  
 inuenior Parthis mendacior et prius orto  
 sole nihil calamum et chartas et serinia poseo.  
 nanam agere ignarus nauis timet; liabrotonum  
 aegro  
 non audet nisi qui didicit dare; quod medicorum  
 est 115  
 promittunt medici; tractant fabrilis fabri:  
 scribimus indocti doctique poemata passim.  
 hic error tamen et leuis haec insania quantas  
 uirtutes habeat, sic collige. natis auarus  
 non teneret animus; uersus amat, hoc studet  
 unum; 120  
 detrimenta, fugas serorum, incendia ridet;  
 non fraudem socio pueroue iuegitat ullam  
 pupillo; uiuit siliquis et pane scenando;  
 militiae quamquam piger et malus, utilis urbi,  
 si das hoc, parnis quoque rebus magna iuuari. 125  
 os tenerum pueri balbumque poeta ligurat,  
 torquet ab obsecris iam nunc sermonibus aurem,  
 mox etiam pectus praeceptis format amicis,  
 asperitatis et inuidiae corrector et irae,  
 recte facta refert, orientia tempora notis 130  
 instruit exemplis, inopem solatur et aegrum.  
 castis cum pueris ignara puella mariti  
 disceret unde preces, uatem ui Musa dedisset?  
 posuit opem elioris et praesentia numina sentit,  
 caelestis implorat aquas docta prece blandus, 135  
 auertit morbos, metuenda pericula pellit,  
 impetrat et pacem et locupletem frugibus annum:  
 carmine di superi placantur, carmine manes.  
 agricolae prisci, fortes paruoque beati,  
 eondita post frumenta leuantes tempore festo 140  
 corpus et ipsum animum spe finis dura ferentem,  
 cum sociis operum pueris et coniuge fida  
 tellurem poro, Siluamm lacte piabant,  
 floribus et uino Genium memorem breuis acui.  
 Fescennina per hunc inuenta licentia morem 145  
 uersibus alternis obprobria rustica fudit,  
 libertasque recurrentis accepta per annos  
 lusit amabiliter, donec iam saeuus apertum  
 in rabiem coepit uerti iocus et per honestas  
 ire domos impune minax. dolere eruento 150  
 dente laecessiti, fuit intaetis quoque cura  
 condicione super communi: quin etiam lex  
 poenaeque lata, malo quae nollet carmine quemquam  
 describi; uertere modum formidine fustis  
 ad bene dicendum delectandumque redacti. 155  
 Graecia capta ferui uictorem cepit et artis  
 intulit agresti Latio: sic horridus ille  
 deluxit numerus Saturnius et graue nimis  
 munditiae pepulere; sed in longum tamen aeuum  
 manserunt hodieque manent uestigia ruris. 160  
 serus enim Graecis admouit acuminis chartis,  
 et post Punica bella quietus quaerere coepit,  
 quid Sophocles et Thespis et Aeschylus utile ferrent.  
 temptauit quoque rem si digne uertere posset,  
 et placuit sibi natura sublimis et acer: 165  
 nam spirat tragicum satis et feliciter audet,  
 sed turpem putat incite metuitque lituram.  
 creditur, ex medio quia res accessit, habere  
 sudoris minimum, sed habet comoedia tanto  
 plus oneris, quanto ueniae minus. aspice, Plautus  
 quo pacto partis tutetur amantis ephelbi, 171  
 ut patris attentis, leuouis ut insidiosis,  
 quantus sit Dossennus edacibus in parasitis,  
 quam non adstricto percurrat pulpita soeco:  
 gestit enim minimum in oculos demittere, post hoc

securus cadat an recto stet fabula talo. 176  
 quem tulit ad scaenam uentoso Gloria curru,  
 examinat lentus spectator, sedulus inflat:  
 sic leue, sic paruum est, animum quod laudis auarum  
 snbruit aut refecit. ualeat res ludicra, si me 180  
 palma negata maerum, donata reducit opinum.  
 saepe etiam audacem fugat hoc terretque poetam,  
 quod numero plures, uirtute et honore minores,  
 indocti stolidique et depugnare parati,  
 si discordet eques, media inter carmina poseunt 185  
 aut ursum aut pugiles: his nam plebecula gaudet.  
 uerum equitis quoque iam migravit ab aure uoluptas  
 omnis ad incertos oculos et gaudia uana.  
 quattuor aut pluris anlaea premmitur in horas,  
 dum fugiunt equitum turmae peditumque caeteruae;  
 mox trahitur manibus regum fortuna retortis, 191  
 esseda festinant, pilenta, petorrita, naues,  
 captinum portatur ebur, captina Corinthis.  
 si foret in terris, rideret Demoeritus, seu  
 diuersum confusa genus panthera camelo 195  
 sine elephans albus uolgi conuerteret ora:  
 spectaret populum ludis attentis ipsis,  
 ut sibi praebentem nimio spectacula plura,  
 scriptores autem narrare putaret asello  
 fabellam surdo. nam quae peruincere uoces 200  
 eualuere sonum, referunt quem nostra theatra?  
 Garganum mugire putes nemus aut mare Tuscum,  
 tanto cum strepitu ludi spectantur et artes  
 diuitiaeque peregrinae, quibus oblitus actor  
 cum stetit in scaena, concurrat dextera laeuae. 205  
 'dixit adline aliquid?' 'nil sane.' 'quid placet  
 ergo?'  
 'Iana Tarentino uolans imitata ueneno.'  
 ac ne forte putes me, quae facere ipse recusem,  
 cum recte tractent alii, laudare maligne:  
 ille per extentum funem mihi posse uidetur 210  
 ire poeta, meum qui peccus inaniter angit,  
 inritat, mulet, falsis terribioribus implet,  
 ut magnus, et modo me Thebis modo ponit Athenis.  
 nerum age et his, qui se lectori credere malunt  
 quam spectatoris fastidia ferre superbi, 215  
 enram redde breuem, si munus Apolline dignum  
 uis compleere libris et natibus addere calcar,  
 ut studio maiore petant Helicon a uirentem.  
 multa quidem nobis facimus mala saepe poetae,  
 ut uincta egomet caedam mea, cum tibi librum 220  
 sollicito damus aut fesso; cum laedimur, unum  
 si quis amicorum est ausus reprehendere uersum;  
 cum loca iam recitata renoluimus inrenocati;  
 cum lamentamur non apparere labores  
 nostros et tenui deducta poemata filo; 225  
 cum speramus eo rem uenturam, ut simul atque  
 carmina rescieris nos fingere, commodus ultro  
 accessas et egere uetes et scribere cogas.  
 sed tamen est operae pretium cognoscere, qualis  
 aeditnos habeat belli spectata domique 230  
 uirtus, indigno non committenda poetae.  
 gratus Alexandri regi magno fuit ille  
 Choerilos, incultis qui uersibus et male uatis  
 retulit acceptos, regale nomisma, Philippos.  
 sed ueluti tractata notam labemque remittunt 235  
 atramenta, fere scriptores carmine foedo  
 splendida facta linunt. idem rex ille, poema  
 qui tam ridiculum tam care prodigis emit,  
 edicto netuit, nequis se praeter Apellen  
 pingeret aut alius Lysippo duceret aera 240  
 fortis Alexandri noltum simulantia. quodsi  
 iudicium subtile nidendis artibus illud  
 ad libros et ad haec Musarum dona uocares,  
 Bocotum in crasso iurares aere natum.  
 at neque dedecorat tua de se iudicia atque 245

109 puerique Cruquius, Benti. 115 dare quod medicorum est, delete 116, mauult Mack loc. cit., melicorum—  
 melici coni. Benti. 163 Aeschylus EFRAN'. 167 in scriptis EgLV. 168 accessit EgLV. 173 dossennus, quasi  
 appellatum uerbum (Gallice 'bon vivant'), scribunt Keller al. 186 gaudet a γ EgLV schol., plaudet RFXπ.  
 198 nimio a EgRπV, mimo γ FAXL Benti. Orell., mimum codd. aliquot. 233 Choerilos RFXπ'. 240 euderet e  
 Lambini coni. Benti.

munera, quae multa dantis cum laude tulerunt,  
 dilecti tibi Vergilius Variusque poetae,  
 nec magis expressi uoluit per aenea signa,  
 quam per uatis opus mores animique uirorum  
 clarorum apparent. nec sermones ego mallem 250  
 repentis per hunum quam res componere gestas,  
 terrarumque situs et flumina dicere et arces  
 montibus impositas et barbara regna tuisque  
 auspiciis totum confecta duella per orbem,  
 claustraque custodem pacis cōhibentia Ianum 255  
 et formidatam Parthis te principe Romam,  
 si, quantum cuperem, possem quoque; sed neque  
 paruum  
 carmen maiestas recipit tua, nec meus audet  
 rem temptare pudor, quam uires ferre recusent.  
 sedulitas autem stulte, quem diligit, urget; 260  
 praecipue cum se numeris commendat et arte:  
 discit enim citius meminitque libentius illud  
 quod quis deridet, quam quod probat et ueneratur.  
 nil moror officium quod me grauat, ac neque ficto  
 in peius uultu proponi cereus usquam 265  
 nec prae factis decorari uersibus opto:  
 ne rubeam pingui donatus munere et una  
 cum scriptore meo capsula porrectus operta  
 deferar in uicium uendentem tus et odores  
 et piper et quicquid chartis amicitur ineptis. 270

## II

Flore, bono claroque fidelis amice Neroui,  
 siquis forte uelit puerum tibi uendere natum  
 Tibure uel Gabiis et tecum sic agat 'hic et  
 candidus et talos a uertice pulcher ad imos  
 fiet eritque tuus nummorum milibus octo 5  
 uerna ministeriis ad nutus aptus erilis,  
 litterulis Graecis imbutus, idoneus arti  
 cuilibet, argilla quiduis imitaberis uda;  
 quin etiam canet inductum sed dulce bibenti.  
 multa fidem promissa leuant, ubi plenus aequo 10  
 laudat uenalis qui uult extrudere merces.  
 res urget me nulla: meo sum pauper in aere.  
 nemo hoc mangonum faceret tibi; non temere a me  
 quiuis ferret idem.—semel hic cessauit et, ut fit,  
 in scalis latuit metuens pendentes habentiae.' 15  
 des nummos, excepta nihil te si fuga laedit:  
 ille ferat pretium poenae securus, opinor.  
 prudens emisti uitiosum, dicta tibi est lex:  
 insequeris tamen hunc et lite moraris iniqua.  
 dixi me pigrum proficiscenti tibi, dixi 20  
 talibus officijs prope mancum, ne mea saeuus  
 iurgares ad te quod epistula nulla rediret.  
 quid tum profeci, mecum facientia iura  
 si tamen adtemptas? quereris super hoc etiam, quod  
 expectata tibi non mittam carmina mendax. 25  
 Luculli miles collecta uiatica multis  
 aerumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem  
 perdidit, post hoc uehemens lupus, et sibi et hosti  
 iratus pariter, ieiunis dentibus acer,  
 praesidium regale loco deiecit, ut aiunt, 30  
 summe munito et multarum diuite rerum.  
 clarus ob id factum donis ornatur honestis,  
 accipit et bis dena super sestertia nummum.  
 forte sub hoc tempus castellum euertere praetor  
 nescio quod cupiens hortari coepit eundem 35  
 uerbis, quae timido quoque possent addere mentem:  
 'i, bone, quo uirtus tua te uocat, i pede fausto,  
 grandia laturus meritorum praemia—quid stas?'  
 post haec ille catus, quantumuis rusticus, 'ibit,  
 ibit eo quo uis qui zonam perdidit' inquit. 40

Romae nutrir mihi contigit atque doceri,  
 iratus Grais quantum nocuisset Achilles,  
 adiecere bonae paulo plus artis Athenae,  
 scilicet ut uellem curuo dinoscere rectum  
 atque inter siluas Academi quaerere uerum. 45  
 dura sed emouere loco me tempora grato,  
 ciuilsque rudem belli tulit aestus in arma,  
 Caesaris Augusti non responsura lacertis.  
 unde simul primum me dimisere Philippi,  
 decisis humilem pinnis inopemque paterni 50  
 et laris et fundi paupertas inpulit audax  
 ut uersus facerem: sed quod non desit habentem  
 quae poterunt inquam satis expurgare cicutae,  
 ni melius dormire putem quam scribere uersus?  
 singula de nobis anni praedantur euntes: 55  
 eripuerunt iocos, uenerem, conuiuia, ludum;  
 tendunt extorqueri poemata: quid faciam uis?  
 denique non omnes eadem mirantur amantque:  
 carmine tu gaudes, hic delectatur iambis,  
 ille Bioneis sermonibus et sale nigro. 60  
 tres mihi conuinae prope dissentire uidentur,  
 poscentes uario multum diuersa palato.  
 quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iubet alter;  
 quod petis, id sane est inuisum acidumque duobus.  
 praeter cetera me Romaena poemata censes 65  
 scribere posse inter tot curas totque labores?  
 hic sponsum uocat, hic auditum scripta, relictis  
 omnibus officiis; cubat hic in colle Quirini,  
 hic extremo in Auentino, uisendus uterque:  
 interualla uides humane commoda. 'uerum 70  
 purae sunt plateae, nihil ut meditantibus opstet.'  
 festinat calidus mulis gerulisque redemptor,  
 torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum,  
 tristia robustis luctantur funera plaustris,  
 hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus: 75  
 i nunc et uersus tecum meditare canoros!  
 scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbem,  
 rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra:  
 tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos  
 uis canere et contracta sequi uestigia natum? 80  
 ingenium, sibi quod uacuas desumpsit Athenas  
 et studiis annos septem dedit insenuitque  
 libris et curis, statua taciturnius exit  
 plerumque et risu populum quatit: hic ego rerum  
 fluctibus in medijs et tempestatibus urbis 85  
 uerba lyrae motura sonum conecere digner?  
 frater erat Romae consulti rhetor, ut alter  
 alterius sermone meros audire honores,  
 Gracchus ut hic illi, foret huc ut Mucius illi.  
 qui minus argutos uexat furor iste poetas? 90  
 carmina compono, hic elegos. 'mirabile uisu  
 caelatumque nouem Musis opus!' aspice primum,  
 quanto cum fastu, quanto molimine circum  
 spectemus uacuum Romanis uatibus aedem;  
 mox etiam, si forte uacuas, sequere et procul audi, 95  
 quid ferat et quare sibi nectat uterque coronam.  
 caedimur et totidem plagis consumimus hostem,  
 lento Sannites ad lumina prima duello.  
 discedo Alcaeus puncto illius; ille meo quis?  
 quis nisi Callimachus? si plus adposcere uisus, 100  
 fit Mimnermus et optiuo cognomine crescit.  
 multa fero, ut placem genus inritabile uatum,  
 cum scribo, et supplex populi suffragia capto:  
 idem, finitis studiis et mente repleta,  
 opturem patulas impune legentibus aures? 105  
 ridentur mala qui componunt carmina; uerum  
 gaudent scribentes et se uenerantur et ultro,  
 si taceas, laudant quicquid scripsere beati.  
 at qui legitimum cupiet fecisse poema,  
 cum tabulis animum censoris sumet honesti; 110

I 247 Varusque FN π V. 262 disceat V. II 8 imitaberis a Eg LV, imitabitur N, imitabitur R F π. 11 excludere RFN π V. 16 laedit V Bentl. 32 opimis g V (λ uar.). 36 mentis V. 44 uellem a Eg, possim RFN π. 70 ita codd., haut sane Froehlich, Keller, homini uni Ribbeck. 80 contracta E, cantata V, contracta a v g RFN π, unde non tacta coni. Bentl. 83 Curii statua N π. 87 fautor, suator, auctor edd. alii post rhetor aliquid excidisse putant; pectus erat Romae consulto rhetor coni. Bentl., praemostrator erat consulto coni. Housman, rhetor erat Romae consulto ita frater coni. Postgate. 89 sic edd., foret hic—illi codd.

audebit, quaecumque parum splendoris habebunt  
et sine pondere erunt et honore indigna ferentur,  
uerba mouere loco, quamuis inuita recedant  
et uersentur adhuc inter penetralia Vestae ;  
obscurata diu populo bonus cruet atque 115  
proferat in lucem speciosa uocabula rerum,  
quae praeis memorata Catonibus atque Cethegis  
nunc situs informis premit et deserta uetustas ;  
adseiscet noua, quae genitor produxerit usus.  
uemens et liquidus paruque simillimus anni 120  
fundet opes Latiumque beabit diuite lingua ;  
luxuriantia conspescet, nimis aspera sano  
leuabit cultu, uirtute carentia tollet,  
ludentis speciem dabit et torquetur ut qui  
nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa monetur. 125  
praetulerim scriptor delirus inersque nideri,  
dum mea delectent mala me uel denique fallant,  
quam sapere et ringi. fuit haut ignobilis Argis,  
qui se credebat miros audire tragoedos  
in uacuo laetus sessor plausorque theatro, 130  
cetera qui uitae seruaret munia recto  
more, bonus sane uicinus, amabilis hospes,  
comis in uxorem, posset qui ignoscere seruis  
et signo laeso non insanire lagoenae,  
posset qui rupem et puteum uitare patentem : 135  
hic tibi cognatorum opibus curisque relictus  
expulit elleboro morbum bilemque meraco,  
et redit ad sese : ' pol, me occidistis, amici,  
non seruastis ' ait, ' cui sic extorta noluptas  
et demptus per nim mentis gratissimus error.' 140  
nimirum sapere est abiectis utile nugis,  
et tempesturum pueris concedere ludum,  
ac non uerba sequi fidibus modulanda Latinis,  
sed uerae numerosque mollosque ediscere uitae.  
quocirca necum loquor haec tacitusque recordor :  
' si tibi nulla sitim limret copia lymphae, 146  
narrare medicis : quod, quanto plura parasti,  
tanto plura cupis, nulline faterier audes ?  
si uoluis tibi monstrata radice uel herba  
non fieret leuius, fugeres radice uel herba 150  
proficiente nihil curarier : audieras, cui  
rem di donarent, illi decedere prauam  
stultitiam, et cum sis nihilo sapientior, ex quo  
plenior es, tamen uteris monitoribus isdem ?  
at si diuitiae prudentem reddere possent, 155  
si cupidum timidumque minus te, nempe ruberes,  
uiuere in terris te siquis aurarior uuo.  
si proprium est, quod quis libra mercatus et aere est,  
quaedam, si credis consultis, mancipat usus :  
qui te pascit ager, tuus est, et uilleus Orbi, 160  
eum segetes occat tibi mox frumenta daturas,  
te dominum sentit. das nummos, accipis uuam,  
pulos, oua, cadum temeti : nempe modo isto  
paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis  
aut etiam supra nummorum milibus emptum. 165  
quid refert, uinas numerato nuper an olim ?  
emptor Aricini quondam Veientis et arui  
emptum cenat holus, quamuis aliter putat, emptis  
sub noctem gelidam lignis calefactat aenum :  
sed noceat usque suum, qua populus adsita certis 170  
limitibus uicina refugit iurgia : tanquam  
sit proprium quiequam, puncto quod mobilis horae  
nunc preece, nunc pretio, nunc ui, nunc morte suprema  
permutet dominos et cedat in altera iura.  
sic quia perpetuus nulli datur usus et heres 175  
heredem alterius uelut unda superuenit undam,  
quid uici prosunt aut horrea ? quidue Calabris  
saltibus adiecti Lucani, si metit Oreus  
grandia cum paruis, non exorabilis auro ?  
gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas,  
argentum, uestes Gaetulo iurice tinctas 181  
sunt qui non habeant, est qui non curat habere.  
cur alter fratrum cessare et ludere et ungui  
praeferat Herodis palmetis pinguibus, alter  
diues et importunus ad umbram lucis ab ortu 185  
siluestrem flammis et ferro mitiget agrum,  
scit Genius, natale comes qui temperat astrum,  
naturae deus humanae, mortalis in unum  
quodque caput, multu inuitabilis, albus et ater.  
utar et ex modico, quantum res poscet, aceruo 190  
tollam, nec metuum, quid de me indiet heres,  
quod non plura datis innenerit ; et tamen idem  
scire uolam, quantum simplex hilarisque nepoti  
diserepet et quantum discordet paruus auaro.  
distatenim, spargas tua prodigus, an neque sumptum  
inuitus facias neque plura parare labores, 196  
ac potius, puer ut festis quinqueatribus olim,  
exiguo gratoque fruaris tempore raptim.  
pauperies immunda + domus procul absit : ego utrum  
naue ferar magna an parua, ferar unus et idem. 200  
non agimur tumidis uelis Aquilone secundo,  
non tamen aduersis actatem ducimus Austris,  
uiribus, ingenio, specie, uirtute, loco, re  
extremi primorum, extremis usque priores.  
non es auarus : abi ! quid ? cetera iam simul isto  
cum nitio fugere ? caret tibi pectus inani 206  
ambitione ? caret mortis formidine et ira ?  
somnia, terrores, magicos, miracula, sagas,  
nocturnos lemures portentaque Thessala rides ?  
natalis grate numeras ? ignoscis amicis ? 210  
lenior et melior fis accedente senecta ?  
quid te exempta iuuat spinis de pluribus una ?  
uiuere si recte nescis, decede peritis.  
lusisti satis, edisti satis atque bibisti :  
tempus abire tibi est, ne potum largius aequo 215  
rideat et pulset lasciuia decentius actas.

120 *uchemens* codd. 123 *carentia* D E g, *caletia* a v R F X π V. 158 *mercatus* a E R π V, *mercatur* F X v g. *aere* est a E V, *aere* R π F X v g. 161 *daturus* F v λ' π V, *daturus* a E g R. 163 *modo sto* Lachm. ad Lucr. III 954. 167 *quoniam* codd. *paeno* omn. 171 *refugit* codd. omn. nostri, *refigit* aliquot, Bentl., *refugit* Holder, *refringit* c. con. Horkelii Meinek., *refutat* Ribbeck. 176 *alternis* Bentl. 197 V " totus ad finem huius ep. partim obliteratus est, partim laeet" Cruquius. 199 sic codd. plerique, sed sunt (F λ π) qui *domus* et *absit* omitunt. edl. *procul procul*, *modo procul*, *modo ut procul*, *procul procul*, con. 203 *color* F X π. 206 *fugere* R F X π. *fuge ritc* a v E g. 212 *leuat* cum codd. aliquot, Bentl. Dillenb. Meinek. Orell. Wilkins.

Q. HORATI FLACCI  
DE ARTE POETICA LIBER

**H**VMANO capiti ceruicem pictor equinam iungere si uelit et uarias inducere plumas undique conlatis membris, ut turpiter atrum desinat in piscem mulier formosa superne: spectatum admissi risum teneatis amici? credite, Pisones, isti tabulae fore librum persimilem, cuius uelut aegri somnia uanae fingentur species, ut nec pes nec caput uni reddatur formae. 'pictoribus atque poetis quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.' scimus, et hanc ueniam petimusque damusque uicissim; sed non ut placidis coeant inmitia, non ut serpentes aibus gementur, tigribus agni. inceptis grauibus plerumque et magna professus purpureus, late qui splendeat, unus et alter adsuitur pannus, cum lucus et ara Dianae et properantis aquae per amoenos ambitus agros aut flumen Rhenum aut pluuius describitur arcus; sed nunc non erat his locus. et fortasse cupressum scis simulare: quid hoc, si fractis enatat expes nauibus, aere dato qui pingitur? amphora coepit institui: currente rota cur urceus exit? denique sit quiduis simplex dumtaxat et unum. maxima pars uatum, pater et iuuenes patre digni, decipimur specie recti: breuis esse laboro, obscurus fio; sectantem leuia nerui deficient animique; professus grandia turget; serpit humi tutus nimium timidusque procellae; qui uariare cupit, rem prodigialiter unam, delphinum siluis adpingit, fluctibus aprum. in uitium ducit culpae fuga, si caret arte. Aemilium circa ludum faber imus et unguis exprimet et mollis imitabitur aere capillos, infelix operis summa, quia ponere totum nesciet: hunc ego me, siquid componere curem, non magis esse uelim, quam naso uiuere prauo, spectandum nigris oculis nigroque capillo. sumite materiam uestris, qui scribitis, aequam uiribus et uersate diu, quid ferre recusent, quid ualeant uereri. cui lecta potenter erit res, nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo. ordinis haec uirtus erit et uenus, aut ego fallor, ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici, pleraque differat et praesens in tempus omittat. in uerbis etiam tenuis cautusque serendis hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor. dixeris egregie, notum si callida uerbum reddiderit iunctura nouum. si forte necesse est, iudicium monstrare recentibus abdita rerum,

5  
10  
15  
20  
25  
30  
35  
40  
45  
50  
55  
60  
65  
70  
75  
80  
85  
90  
95

ingere cinctutis non exaudita Cethegis continget dabiturque licentia sumpta pudenter. et noua fictaque nuper habebunt uerba fidem, si Graeco fonte cadent parce detorta. quid autem Caecilio Plautoque dabit Romanus ademptum Vergilio Varioque? ego cur, adquirere pauca si possum, inuideor, cum lingua Catonis et Enni sermonem patrium ditauerit et noua rerum nomina protulerit? licuit semperque licebit signatum praesente nota producere nomen. ut siluae foliis pronos mutantur in annos, prima cadunt: ita uerborum uetus interit aetas, et iuuenum ritu florent modo nata uigentque. debemur morti nos nostraque. siue receptus terra Neptunus classes Aquilonibus arect, regis opus, sterilisue diu t'palus aptaque remis uicinas urbes alit et graue sentit aratrum, seu cursum inuauit iniquom frugibus annis, doctus iter melius, mortalia facta peribunt: nedum sermonum stet honos et gratia uiuax. multa renascentur quae iam cecidere, cadentque quae nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus. quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi. res gestae regumque ducumque et tristia bella quo scribi possent numero, monstrauit Homerus. uersibus inpariter iunctis querimonia primum et post etiam inclusa est uoti sententia compos; quis tamen exiguos elegos emiserit auctor, grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est. Archilochum proprio rabies armauit iambo: hunc socci cepere pedem grandesque coturni, alternis aptum sermonibus et popularis uincentem strepitus et natum rebus agendis. Musa dedit fidibus diuos puerosque deorum et pugilem uictorem et equom certamine primum et iuuenum curas et libera uina referre. descriptas seruare uices operumque colores cur ego si nequeo ignoroque, poeta salutor? cur nescire pudens praeuam quam discere malo? uersibus exponi tragicis res comica non uolt: indignatur item priuatis ac prope socco dignis carminibus narrari cena Thyestae. singula quaeque locum teneant sortita decentem. interdum tamen et uocem comoedia tollit, iratusque Chremes tumido delitigat ore; et tragicus plerumque dolet sermone pedestri Telephus et Pelens, cum pauper et exul uterque proicit ampullas et sesquipedalia uerba, si curat cor spectantis tetigisse querella. non satis est pulchra esse poemata: dulcia sunt

Hunc librum post Carmina exhibent codices praeter unum omnes. deficient A Eg. qui habent, sunt a γ ν B' (B C) R F (φ ψ) X' (λ l) π' (π L) V, sed desunt uu. 104-195 in v. 7 aegri γ ν C F X' π V, aegris a B R. 26 lenia cum codd. aliquot Bentl. al. 29 ita dist. Jeep, olim Keller, cupit r. p. unam, uulg. 32 imus codd., unus (quasi unicus) edd. fere omnes. 43 post dicat comate interpunxit Bentl. 46, 45 hoc ordine posuit Bentl. 49 rerum B' (a' ut uid.), rerum et V cet. 55 Varoque v F X'. 59 procedere nummum Bentl. 60 ut siluis folia priuos Bentl. unde Housman ut siluae foliis priuos—prima cadunt ita uerborum. interpungit. 61 pro ita uerborum Nettleship noua succrescunt con. (Diar. Philol. xii 51). 65 sic codd. omnes et Seruius ad Aen. II 69, IV 107. edd. palus diu, palus prius, palus dudum, aptataque, pulsataque coniecerunt. 80 coturni codd. omnes. 92 decentem B V, decenter cet. hunc u. omittunt edd. aliquot.

et quocumque uolent animum auditoris agunt. 100  
 ut ridentibus adrident, ita flentibus adsunt  
 humani uolunt: si uis me flere, dolendum est  
 primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia laedent,  
 Telephe uel Peleu; male si mandata loqueris,  
 aut dormitabo aut ridebo. tristia maestum 105  
 uolunt uerba decent, iratum pleua minarum,  
 ludentem lasciu, seuerum seria dictu.  
 format enim natura prius nos intus ad omnem  
 fortunarum habitum; inuat aut impellit ad iram,  
 aut ad humum maerore graui deducit et angit; 110  
 post effert animi motus interprete lingua.  
 si dicentis erunt fortunis albona dicta,  
 Romani tollent equites peditesque cachinnum.  
 intererit multum, diuosne loquatur an heros,  
 maturus senex an adhuc florente iuuenta 115  
 feruidus, et matrona potens an sedula nutrix,  
 mercatorne uagus cultorne uirentis agelli,  
 Colebas an Assyrius, Thebis nutritus an Argis.  
 aut famam sequere aut sibi conuenientia finge.  
 scriptor † honoratum si forte reponis Achillem, 120  
 impiger, iracundus, inexorabilis, acer  
 iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.  
 sit Medea ferox inuictaque, flebilis Iuo,  
 perfidus Ixion, Io uaga, tristis Orestes.  
 siquid inexpertum scaenae committis et audes 125  
 personam formare nouam, seruetur ad inuim,  
 qualis ab inepto processerit, et sibi constet.  
 difficilest proprie communi dicere; tuque  
 rectius Iliacum carmen deducis in actus,  
 quam si proferes ignota indictaque prius. 130  
 publica materies priuati iuris erit, si  
 non circa uilem patulumque moraberis orbem,  
 nec uerbo uerbum curabis reddere fidus  
 interpres, nec desilies imitator in artum,  
 unde pedem proferre pudor uetet aut operis lex. 135  
 nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim:  
 'fortunam Priami cantabo et nobile bellum.'  
 quid dignum tanto feret hic promissor hiatus?  
 parturient montes, nascetur ridiculus mus.  
 quanto rectius hic, qui nil molitur inepte: 140  
 'dic mihi, Musa, uirum, captae post tempora Troiae  
 qui mores hominum multorum uidit et urbes.'  
 nou fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem  
 cogitat, ut speciosa delinere miracula pronat,  
 Antiplaten Seyllamque et eum Cyclope Charybdim.  
 nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri, 146  
 nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo;  
 semper ad euentum festinat et in medias res  
 non secus ac notas auditorem rapit et quae  
 desperat tractata nescire posse, relinquit; 150  
 atque ita mentitur, sic ueris falsa remiscet,  
 primo ne medium, medio ne discrepet inuim.  
 tu, quid ego et populus mecum desideret, audi.  
 si plororis eges aulae manentis et usque  
 sessuri, donec cantor 'uos plaudite' dicat, 155  
 aetatis eniisque notandi sunt tibi mores,  
 mobilibusque decor naturis dandus et annis.  
 reddere qui uoces iam scit puer et pede certo  
 signat humum, gestit paribus concludere et iram  
 colligit ac ponit temere et mutat in horas. 160  
 inerbis iuuenis, tandem custode remoto,  
 gaudet equis canibusque et aprici gramine canpi,  
 cereus in uitium flecti, monitoribus asper,  
 utillum tardus pronisor, prodigus aeris,  
 sublinis cupidusque et anata relinquere pernix. 166  
 conuersus studiis aetas animusque uirilis  
 quaerit opes et amicitias, inscribit honori,  
 commisisse cauet quod mox mutare laboret.  
 multa senum circumueniunt inuicoma, uel quod  
 quaeret et inuentis miser abstinet ac timet uti, 170  
 uel quod res omnis timide gelideque ministrat,  
 dilator, spe longus, iners auidusque futuri,  
 difficilis, querulus, laudator temporis acti  
 se puero, castigator censorque minorum.  
 multa ferunt anni uenientes comoda secum, 175  
 multa recedentes adimunt. ne forte seniles  
 mandentur iuueni partes pueroque uiriles,  
 semper in adiunctis aeuoque morabimur aptis.  
 aut agitur res in scaenis aut acta refertur.  
 segnius iritant animos demissa per aures 180  
 quam quae sunt oculis subiecta fidelibus et quae  
 ipse sibi tradit spectator: non tamen intus  
 digna geri promes in scaenam, multa que tolles  
 ex oculis, quae mox narret facundia praesens.  
 ne pueros coram populo Medea trucidet, 185  
 aut humana palam quoquat exta nefarius Atrous,  
 aut in auem Procne uertatur, Cadmus in anguem.  
 quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.  
 neue minor neu sit quinto production actu  
 fabula quae posci uult et spectanda reponi; 190  
 nec deus intersit, nisi dignus uindice nodus  
 incidit; nec quarta loqui persona laboret.  
 actoris partis chorus officiumque uirile  
 defendat, neu quid medios intercinat actus  
 quod non proposito conducat et haeret apte. 195  
 ille bonis faueatque et consilietur amice,  
 et regat iratos, et amet peccare timentis;  
 ille dapes laudet mensae breuis, ille salubrem  
 iustitiam legesque et apertis otia portis;  
 ille tegat commissas, deosque praecet et orat 200  
 ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.  
 tibia non, ut nunc, orichalco uincta tubaque  
 aemula, sed tenuis simplexque foramine pauco  
 adspirare et adesse choris erat utilis atque  
 nondum spissa nimis complere sedilia flatu; 205  
 quo sane populus numerabilis, utpote paruus,  
 et frugi castusque uerecundusque coibat.  
 postquam coepit agros extendere uictor et urbes  
 latior amplecti murus uinoque diurno  
 placari Genius festis impune diebus, 210  
 accessit numerisque modisque licentia maior.  
 indoctus quid enim saperet liberque laborum  
 rusticus urbano confusus, turpis honesto?  
 sic praescae motumque et luxuriam addidit arti  
 tibicen traxitque uagus per pulpita uestem; 215  
 sic etiam fidibus uoces creuere seueris,  
 et tulit eloquium insolitum facundia praecipis,  
 utillumque sagax rerum et diuina futuri  
 sortilegis non discrepuit sententia Delphis.  
 carmine qui tragico uilem certauit ob hircum, 220  
 mox etiam agrestis Satyros nudauit et asper  
 incolumi grauitate iocum temptauit eo quod  
 inlecebris erat et grata nouitate morandus  
 spectator functusque sacris et potus et exlex.  
 uerum ita risores, ita commendare dicacis 225  
 conueniet Satyros, ita uertere seria ludo,  
 ne quicumque deus, quicumque adhibebitur heros,  
 regali conspectus in auro nuper et ostro,  
 migret in obscuras humili sermone tabernas,  
 aut, dum uitat humum, nubes et inania captet. 230  
 effutire leuis indigna tragoedia uersus,  
 ut festis matrona moueri iussa diebus,  
 intererit Satyris paulum pudibunda proteruis.  
 non ego inornata et dominantia nomina solum  
 uerbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo, 235  
 nec sic enitar tragico differre colori,  
 ut nihil intersit, Dauusne loquatur et audax  
 Pythias emuneto luera Simone talentum,  
 an custos famulusque dei Silenus alumni.

101 *adflent* Benti. 102 *umiduli* con. Housman. 114 *Dauus* codl. aliquot, *diuiscus*—an *Irus* con. Erasmus (Adag. I cent. 3. 57). 120 *Homereum* conl. Benti., *Homericum* alii. 139 *parturient* cum codd. aliquot Orell. 157 *naturis* Benti. al. 161 *inerbis* a B R F X π, *inerbis* γ C V. 172 *spe lentus*—*pauidusque fut.* Benti. 178 *morabimur* a γ L, *morabitur* B R F X π. 190 *spectata* X π. 197 *pacare* codd. aliquot (non nostri), *pacare timentes* cum uno codice Benti. al., *pacare timentes* Keller. 202 *uincta* v C. 203 *paruo* R F X duo Bland. 237 *et audax* B V, an *audax* est.

- ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis 240  
 speret idem, sudet multum frustra que laboret  
 ausus idem : tantum series iuncturae pollet,  
 tantum de medio sumptis accedit honoris.  
 siluis deducti caueant me iudice Fauni,  
 ne uelut innati triuiis ac paene forenses 245  
 aut nimium teneris iuuenentur uersibus umquam,  
 aut immunda crepent ignominiosae dicta :  
 offenduntur enim quibus est equos et pater et res,  
 nec siquid frieti ciceris probat et nucis emptor  
 aequis accipiunt animis donantue corona. 250  
 syllaba longa breui subiecta uocatur iambus,  
 pes citus ; unde etiam trimetris adescere iussit  
 nomen iambeis, cum senos redderet ictus  
 primus ad extremum similis sibi : non ita pridem,  
 tardior ut paulo grauiorque ueniret ad auris, 255  
 spondeos stabilis in iura paterna recepit  
 commodus et patiens non ut de sede secunda  
 cederet aut quarta socialiter. hic et in Acci  
 nobilibus trimetris apparet rarus, et Enni  
 in scenam missos cum magno pondere uersus 260  
 aut operae celeris nimium cura que carentis  
 aut ignoratae premit artis crimine turpi.  
 non quivis uidet inmodulata poemata iudex,  
 et data Romanis ueniast indigna poetis.  
 idcircone uager scribamque licenter, an omnis 265  
 uisuros peccata putem mea, tutus et intra  
 spem ueniae cautus ? uitauit denique culpam,  
 non laudem merui. uos exemplaria Graeca  
 nocturna uersate manu, uersate diurna.  
 at uestri proaui Plautinos et numeros 270  
 et laudauere sales, nimium patienter utrumque,  
 ne dicam stulte, mirati, si modo ego et uos  
 scimus inurbanum lepido seponere dicto,  
 legitimumque sonum digitis callenus et aure.  
 ignotum tragicae genus inuenisse Camenae  
 dicitur et plaustris uexisse poemata Thespis  
 quae canerent agerentque peruncti faecibus ora.  
 post hunc personae pallaeque repertor honestae  
 Aeschylus et modicis instrauit pulpita tignis  
 et docuit magnumque loqui nitique coturno. 280  
 successit uetus his comoedia, non sine multa  
 laude ; sed in uitium libertas excidit et uim  
 dignam lege regi : lex est accepta, chorusque  
 turpiter opticit uelut iure nocendi.  
 nil inemptatum nostri liquere poetae ; 285  
 nec minimum meruere decus uestigia Graeca  
 ausi deserere et celebrare domestica facta,  
 uel qui praetextas uel qui docuere togatas.  
 nec uirtute foret clarisue potentius armis  
 quam lingua Latium, si non offenderet unum 290  
 quemque poetarum limae labor et mora. uos, o  
 Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non  
 multa dies et multa litura coereuit atque  
 praesectum deciens non castigauit ad unguem.  
 ingenium misera quia fortunatius arte 295  
 eredit et excludit sanos Helicone poetas  
 Democritus, bona pars non unguis ponere curat,  
 non barbam, secreta petit loca, balnea uitat.  
 nanciscetur enim pretium nomenque poetae,  
 si tribus Anticyris caput insanabile numquam 300  
 tonsori Licino commiserit. o ego laeuos,  
 qui purgō bilem sub uerni temporis horam !  
 non alius faceret meliora poemata : uerum  
 nil tantist. ergo fungar uice cotis, acutum  
 reddere quae ferrum ualet exors ipsa secandi ; 305  
 munus et officium, nil scribens ipse, docebo,  
 unde parentur opes, quid alat fornetque poetam,  
 quid deceat, quid non, quo uirtus, quo ferat error.  
 scribendi recte sapere est et principium et fons ;  
 rem tibi Socraticae poterunt ostendere chartae, 310
- nerbaque prouisam rem non inuita sequentur.  
 qui didicit, patriae quid debeat et quid amicis,  
 quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes,  
 quod sit conscripti, quod iudicis officium, quae 315  
 partes in bellum missi ducis : ille profecto  
 reddere personae scit conuenientia cuique.  
 respicere exemplar uitae morumque iubebo  
 doctum imitatore et uiuas hinc ducere uoces.  
 interdum speciosa locis morataeque recte  
 fabula nullius ueneris, sine pondere et arte, 320  
 ualdius oblectat populum meliusque moratur,  
 quam uersus inopes rerum nugaeque canorae.  
 Grais ingenium, Grais dedit ore rotundo  
 Musa loqui, praeter laudem nullius auaris.  
 Romani pueri longis rationibus assem 325  
 discunt in partis centum diducere. 'dicat  
 filius Albini : si de quincunce remotast  
 uncia, quid superat ? poteras dixisse,' 'triens,' 'eu !  
 rem poteris seruare tuam. redit uncia, quid fit ?'  
 'senis.' an haec animos aerugo et cura peculi 330  
 cum semel inbuerit, speramus carmina fingi  
 posse linenda cedro et leui seruanda cupresso ?  
 aut prodesse uolunt aut delectare poetae,  
 aut simul et incunda et idonea dicere uitae.  
 quicquid praecipies, esto breuis, ut cito dicta 335  
 percipiant animi dociles teueantque fideles :  
 omne superuacuum pleno de pectore manat.  
 ficta uoluptatis causa sint proxima ueris,  
 ne quodcumque uelit poscat sibi fabula credi,  
 neu praesae Lamiae uiuum puerum extrahat aluo.  
 centuriae seniorum agitant expertia frugis, 341  
 celsi praetereunt austera poemata Ramnes :  
 omne tulit punctum qui miscuit utile dulci,  
 lectorem delectando pariterque monendo.  
 hic meret aera liber Sosis, hic et mare transit 345  
 et longum noto scriptoribus prorogat aeuum.  
 sunt delicta tamen quibus ignouisse uelimus :  
 nam neque chorda sonum reddit, quem uolt manus  
 et mens,  
 poscentique grauem persaepe remittit acutum,  
 nec semper feriet quodcumque minabitur arcus. 350  
 uerum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis  
 offendar maculis, quas aut incuria fudit  
 aut humana parum cauit natura. quid ergost ?  
 ut scriptor si peccat idem librarius usque,  
 quamuis est monitus, uenia caret, et citharoedus 356  
 ridetur, chorda qui semper oberrat eadem :  
 sic mihi, qui multum cessat, fit Chiorilus ille,  
 quem bis terue bonum cum risu miror et idem  
 indignor : †quandoque bonus dormitat Homerus ;  
 nerum operi longo fas est obrepere somnum. 360  
 ut pictura poesis : erit quae, si propius stes,  
 te capiat magis, et quaedam, si longius abstes.  
 haec amat obscurum ; uolet haec sub luce uideri,  
 iudicis argutum quae non formidat acumen ;  
 haec placuit semel, haec deciens repetita placebit.  
 o maior iuuenum, quamuis et uoce paterna 366  
 fingeris ad rectum et per te sapis, hoc tibi dictum  
 tolle memor, certis medium et tolerabile rebus  
 recte concedi ; consultus iuris et actor  
 caesarum medioeris abest uirtute disertus 370  
 Messallae, nec scit quantum Cascellius Aulus,  
 sed tamen in pretios : medioeribus esse poetis  
 non homines, non di, non concessere columnae.  
 ut gratas inter mensas symphonia discors  
 et crassum unguentum et Sardo cum melle papauer  
 offendunt, poterat duci quia cena sine istis : 376  
 sic animis natum inuentumque poema iuuandis,  
 si paulum summo decessit, uergit ad imum.  
 ludere qui nescit, campestribus abstinet armis,  
 indoctusque pilae disciue trochiue quiescit, 380

253 *momen* Ribbeck, Keller. 294 *praesectum* B V, *perfectum* cet. 319 *locis* a γ v B L V, *ioeis* F λ π (R ut uid.). 328 *superest* codd. aliquot, *superet* Bentl. 330 *an* B V, *at, ad* cet. 339 *uelit* a γ B Seruius ad Aen. XII 83, *uolet* v R F λ π. 350 *quocumque* conl. Madvig atque habuit cod. V *quoi* in u. 426. 358 *terue* B, *terque* cet. *paene* omn. 359 post *indignor* interpungit (cum Gonodio) Housman. idem *quondam* *uox* pro *quandoque* *bonus* conl. *at idem—Homerus?* Ribbeck. 360 *operi longo* B R F λ π V, *opere in longo* a γ v. 371 *nec scit* B V, *nescit* cet.

ne spissae risum tollant impune coronae: qui nescit uersus tamen audet fingere. 'quidni? liber et ingenuus, praesertim census equestrem summam nummorum uitioque remotus ab omni.'		pallecet super his, etiam stillabit amicis ex oculis rorem, saliet, tundet pede terram.	430
tu nihil inuita dices facies Minerua: id tibi iudicium, ea mens; siquid tamen olim scripseris, in Maecci descendat iudicis auris et patris et nostras, nouumque prematur in annum, membranis intus positis: delere licebit quod non edideris; nescit uox missa reuerti.	385	ut qui conducti plorant in funere, dicunt et faciunt prope plura dolentibus ex animo, sic derisoro nero plus laudatore mouetur. reges dicuntur multis urgere culillis, et torquere uero quem perspexisse laborant,	435
siluestris homines sacer interpretisque deorum caedibus et uictu foedo deterruit Orpheus, dictus ob hoc lenire tigris rabidosque leones. dictus et Amphion, Thebanae conditor urbis, saxa mouere sono testudinis et praec blanda ducere quo uellet, fuit huic sapientia quando publica priuatis secernere, sacra profanis, conubitu prohibere uago, dare iura maritis, oppida moliri, leges incidere ligno.	390	si carmina condēs, numquam te fallent animi sub uolpe latentes. Quintilio siquid recitares, 'corrigē sodes hoc' aiebat 'et hoc.' melius te posse negares, bis terque expertum frustra, delere iubebat	440
sic honor et nomen diuinis uatibus atque carminebus uenit. post hos insignis Homerus Tyrtaeusque mares animos in Martia bella uersibus exacuit; dictae per carmina sortēs, et uitae monstrata uia est, et gratia regum Pieris temptata modis, ludusque repertus et longorum operum finis: ne forte pudori sit tibi Musa lyrae sollers et cantor Apollo. natura fieret laudabile carmen an arte, quaesitumst: ego nec studium sine diuite uena, nec rude quid prosit uideo ingenium: alterius sic altera poscit opem res et coniuat amice.	395	et male tornatos incudi reddere uersus. si defendere delictum quam uertere malles, nullum ultra uerbum aut operam insumebat inanem, quin sine riuali teque et tua solus amares. uir bonus et prudens uersus reprehendit inertis;	445
qui studet optatam cursu contingere metam, multa tulit fecitque puer, sudauit et alsit, abstinauit uenere et uino; qui Pythia cantat tibiēcn, didicit prius extimuitque magistrum. nunc satis est dixisse 'ego mira poemata pango; ocuper extremum scabies; mihi turpe relinquist, et quod non didici sane nescire fateri.'	400	transuorso calamo signum, ambitiosa recidet ornamenta, parum claris lucem dare coget, arguet ambigue dictum, mutanda notabit, fiet Aristarchus, nec dicit 'eur ego auicem offendam in nugis?' hae mgae seria ducent in mala derisum semel exceptumque sinistre. ut mala quem scabies aut morbus regius urget aut fanaticus error et iracunda Diana, uesamm tetigisse timent fugiuntque poetas	450
ut praeco, ad merces turbam qui cogit emendas, adsentatores iubet ad lnerum ire poeta diues agris, diues positus in faenore nummis. si uero est, unctum qui recte ponere possit et spondere leui pro paupere et eripere artis lilibus implicitum, mirabor, si sciet inter noscere mendacem uerumque beatus amicum.	405	qui sapiunt; agitant pueri incautique sequuntur. hic dum sublimis uersus ructatur et errat, si ueluti merulis intentus decidit aiceps in puteum foueamue, licet 'succurrite' longum elamet 'io ciues!' non sit qui tollere curet.	455
tu seu donaris seu quid donare uoles cui, nolito ad uersus tibi factos ducere plenum laetitiae; elamabit enim 'pulehre! bene! recte!'	411	si curet quis opem ferre et demittere funem, 'qui seis, an prudens huc se deiecerit atque seruari nolit?' dicam, Siculique poetae narrabo interitum. 'dens immortalis haberi dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam insilnit. sit ius liceatque perire poetis: immitum qui seruat, idem facit occidenti. nec semel hoc fecit, nec, si retractus erit iam, fiet homo et ponet famosae mortis amorem. nec satis apparet, cur uersus factitet: utrum minxerit in patrios cineres, an triste bidental mouerit incestus. certe furit, ac uelut ursus obiectos caueae ualuit si frangere clatros, indoctum doctumque fugat recitator acerbus; quem uero arripuit, tenet occiditque legendo;	460
	415	non missura eutem nisi plena cruoris hirudo.'	475

393 rabidos B V, rapidos cet. 394 arcis a v R. 396 sic corr. Housman, fuit huic sup. quondam codd. 410 possit cum codd. aliquot Bentl. Dillenb. Orell. 423 spondere uelit con. Housman. atris codd. paene omni., artis Bentleyi coniectura, postea ab uno codice confirmata. 426 uoles quoui V. 435 laborant a γ B J. 437 fallant FL. anques sub uere con. Housman. 458 si c, sic codd. nostri omnes. 462 deiecerit a γ v ER Chuquius, proiecerit F λ π Bentl. Orell. Wilk. 471 minxerit codd. praeter unum omnes et 473 clatros omnes.

# ALBI TIBULLI

## LIBER PRIMVS

### I

**D**IVITIAS alius fuluo sibi congerat auro  
 et teneat culti iugera multa soli,  
 quem labor adsiduus uicino terreat hoste,  
 Martia cui somnos classica pulsa fugent :  
 me mea paupertas uita traducat inertem, 5  
 dum meus adsiduo luceat igne focus.  
 ipse seram teneras maturo tempore uites  
 rusticus et facili grandia poma manu :  
 nec spes destituat, sed frugum semper aceruos  
 praebeat et pleno pinguia musta lacu. 10  
 nam ueneror, seu stipes habet desertus in agris  
 seu uetus in truiuo florida sarta lapis :  
 et quodcumque mihi ponim nouus educat annus,  
 libatum agricolae ponitur ante deo.  
 flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona 15  
 spicea, quae templi pendeat ante fores ;  
 pomosisque ruber custos ponatur in hortis  
 terreat ut saeua falce Priapus aues.  
 uos quoque, felicis quondam, nunc pauperis agri  
 custodes, fertis munera uestra, lares : 20  
 tunc uitula innumeros lustrabat caesa iuuenos :  
 nunc agna exigui est hostia parua soli :  
 agna cadet uobis, quam circum rustica pubes  
 clamet ‘ io messes et bona uina date.’  
 iam modo iam possim contentus uiuere paruo 25  
 nec semper longae deditus esse uiae,  
 sed canis aestiuos ortus uitare sub umbra  
 arboris ad riuos praetereuntis aquae.  
 nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem  
 aut stimulo tardos inerepuisse boues, 30  
 non agnamue sinu pigeat fetumue capellae  
 desertum oblita matre referre domum.  
 at uos exiguo pecori, furesque lupique,  
 parcite : de magno est praeda petenda grege.  
 hic ego pastoremque meum lustrare quot annis 35  
 et placidam soleo spargere lacte Palem.  
 adsitis, diui, nec uos e paupere mensa  
 dona nec e puris spernite fictilibus.  
 fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis  
 pocula, de facili composuitque luto. 40  
 non ego diuitias patrum fructusque requiro,  
 quos tulit antiquo condita messis auo :  
 parua seges satis est, satis est, requiescere lecto  
 si licet et solito membra leuare toro.  
 quam iuuat inmites uentos audire cubantem 45  
 et dominam tenero continuisse sinu  
 aut, gelidas hibernus aquas cum fuderit Auster,  
 securum somnos imbre iuuante sequi !  
 hoc mihi contingat : sit diues iure, furorem  
 qui maris et tristes ferre potest pluuias. 50

o quantum est auri pereat potiusque smaragdi,  
 quam flet ob nostras ulla puella uias.  
 te bellare decet terra, Messalla, marique,  
 ut domus hostiles praeferat exuiuas :  
 me retinent uinctum formosae uinclae puellae, 55  
 et sedeo duras ianitor ante fores.  
 non ego laudari curo, mea Delia : tecum  
 dum modo sim, quaeso segnis inersque uocer.  
 te spectem, suprema mihi enim uenerit hora,  
 te teneam moriens deficiente manu. 60  
 flebis in arsuro positum me, Delia, lecto,  
 tristibus et lacrimis oscula mixta dabis.  
 flebis : non tua sunt duro praecordia ferro  
 uincta, nec in tenero stat tibi corde silex.  
 illo non iuuenis poterit de funere quisquam 65  
 lumina, non uirgo, sicca referre donum.  
 tu manes ne laede meos, sed parce solutis  
 crinibus et teneris, Delia, parce genis.  
 interea, dum fata sinunt, iungamus amores :  
 iam ueniet tenebris mors adoperta caput : 70  
 iam subrepet iners aetas, nec amare decebit,  
 dicere nec cano blanditias capite.  
 nunc leuis est tractanda Venus, dum frangere postes  
 non pudet et rixas inseruisse iuuat.  
 hic ego dux milesque bonus : uos, signa tubaeque,  
 ite procul, cupidis uulnera ferte uiris : 76  
 ferte et opes : ego composito securus aceruo  
 despiciam dites despiciamque famem.

### II

Adde merum uinoque nouos compesce dolores,  
 occupet ut fessi lumina nieta sopor :  
 neu quisquam multo percussum tempora Baccho  
 excitet, infelix dum requiescit amor. 5  
 nam posita est nostrae custodia saeua puellae,  
 clauditur et dura ianua firma sera.  
 ianua difficilis domini, te uerberet imber,  
 te Iouis imperio fulmina missa petant.  
 ianua, iam pateas uni mihi, uicta querelis,  
 neu furtim uerso cardine aperta sones. 10  
 et mala si qua tibi dixit dementia nostra,  
 ignoscas : capiti sint precor illa meo.  
 te meminisse decet, quae plurima uoce peregi  
 supplice, cum posti florida sarta darem.  
 tu quoque ne tinide custodes, Delia, falle. 15  
 audendum est : fortes adiunat ipsa Venus.  
 illa fauet, seu quis iuuenis noua lumina temptat,  
 seu reserat fixo dente puella fores :  
 illa docet molli furtim derepere lecto,  
 illa pedem nullo ponere posse sono, 20

I huius carminis uersus alii alio modo transponendos censuerunt. 2 multa P M Diomedes, magna O. 3 conterat Palmer, deterat in mentem uenit Husehkiö. 14 libandum Francken. deum O, deo aut agricolam ε. 24 clamat O. 25 iam modo iam possim M, iam modo non possum O, iam modo iners possim Vahlen. 29 bidentem P, bidentes O. 35 hunc Dietrich. 44 seilicet O P. 48 imbre P, igne O, igne crepante Rothstein. 51 hic nouam elegiam incipere opinatus est Reisig, cf. Rhein. Mus. 33 p. 147. 54 exiles O. 59 et 60 te ε, et O. II 3 perfusum ε. 7 dominae codd. deteriores.



illa uiro coram nutus conferre loquaces blandaque compositis abdere uerba notis, nec docet hoc omnes, sed quos nec inertia tardat nec netat obscura surgere nocte timor. en ego cum tenebris tota uagor anxius urbe,	25	post Veneris uinelis subdere colla senem et sibi blanditias tremula componere uoce et manibus canas fingere uelle comas : stare nec ante fores puduit caraeue puellae ancillam medio detinuisse foro.	90
nec sinit occurrat quisquam, qui corpora ferro uulneret aut rapta praemia ueste petat. quisquis amore tenetur, eat tutusque sacerque qualibet : insidias non timuisse deest. non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis, non mihi, cum multa decidit imber aqua.	25a 30	hunc puer, hunc iuuenis turba circumterit arta, despuit in molles et sibi quisque sinus. at mihi parce, Venus : semper tibi dedita seruit mens mea : quid messes uris acerba tuas ?	95
non labor hic laedit, reseret modo Delia postes et uocet ad digiti me tacitura sonum. pareite luminibus, seu uir seu femina fiat obuia : celari uult sua furta Venus. neu strepitu terrete pedum, neu quaerite nomen, neu prope fulgenti lumina ferte face.	30 35	III Ibitis Aegaeas sine me, Messalla, per undas, o utinam memores ipse cohorsque mei : me tenet ignotis aegrum Phaeacia terris : abstineas audias mors precor atra manus. abstineas, mors atra, precor : non hic mihi mater	10 5
si quis et imprudens aspexerit, oculat ille perque deos omnes se meminisse neget : nam fuerit quicumque loquax, is sanguine nataui, is Venerem et rapido sentit esse mari.	40	non soror, Assyrios cineri quae dedat odores et lleat effusus ante sepulera comis, Delia non usquam, quae me cum mitteret urbe, dicitur ante omnes consuluisse deos.	10
nec tamen huic credet coniunx tuus, ut mihi uerax pollicita est magico saga ministerio. hanc ego de caelo ducentem sidera uidi, fluminis haec rapidi carmine uerit iter, haec cantu finditque solum manesque sepuleris elicit et tepido deuocat ossa rogo :	45	illa sacras pueri sortes ter sustulit : illi rettulit e triuiis omnia certa puer. cuncta dabant reditus : tamen est deterrita num- quam, quin lleret nostras respueretque uias. ipse ego solator, cum iam mandata dedissem,	15
iam tenet infernas magico stridore cateruas, iam iubet aspersas lacte referre pedem. cum libet, haec tristi depellit nubila caelo : cum libet, aestiuo conuocat orbe niues.	50	quaerebam tardas anxius usque moras. aut ego sum causatus anes aut omnia dira, Saturniue sacram me tenuisse diem. o quotiens ingressus iter mihi tristia dixi ollensum in porta signa dedisse pedem !	20
sola tenere malas Medaeae dicitur herbas, sola feros Heceatae perdomuisse canes. haec mihi composuit cantus, quis fallere posses : ter cane, ter dietis despue carminibus. ille nihil poterit de nobis credere cuiquam, non sibi, si in molli uiderit ipse toro.	55	audet inuito ne quis discedere Amore, aut sciat egressum se prohibente deo. quid tua nunc Isis mihi, Delia, quid mihi prosunt illa tua totiens aera repulsa manu, quidue, pie dum sacra colis, pureque lauari	25
tu tamen abstineas aliis : nam cetera cernit omnia : de me uno sentiet ille nihil. quid credam ? neque haec eadem se dixit amores cantibus aut herbis soluere posse meos, et me lustrant taedis, et nocte serena concidit ad magicos hostia pulla deos.	60	te, memini, et puro secubuisse toro ? nunc, dea, nunc succurre mihi : nam posse mederi pieta docet templis multa tabella tuis : ut mea notiuas persoluens Delia uoces ante sacras lino tecta fores sedeat	30
non ego totus abesset amor, sed mutuus esset, orabam, nec te posse carere uelim. ferrens ille fuit, qui te cum posset habere, maherit praedas stultus et arma sequi. ille licet Cilicum uictas agat ante cateruas, ponat et in capto Martia castra solo,	65	bisque die resoluta comas tibi dicere laudes insignis turba debeat in Pharia. at mihi contingat patrios celebrare penates reddereque antiquo menstrua tura hari. quam bene Saturno iuebant reges, priusquam	35
totus et argento contextus, totus et auro, insideat celeri conspiciendus equo : ipse boues mea si tecum modo Delia possim iungere et in solito pascere monte pecus, et te dum liceat teneris retinere lacertis, mollis et inulta sit mihi somnus humo.	70	tellus in longas est patefacta uias ! nondum caeruleas pinus contempserat undas, effusum uentis praebueratque sinum, nec uagus ignotis repetens compendia terris presserat externa nauita merce ratem.	40
quid Tyrio recubare toro sine amore secundo prodest, cum lleto nox uigilanda uenit ? nam neque tunc plumae nec stragula pieta soporem nec sonitus placidae ducere possent aquae. num Veneris magnae uiolau numina uerbo, et mea nunc pouas impia lingua hui ?	75	illo non ualidus subit iuga tempore taurus, non domito frenos ore momordit equus, non domus ulla fores habuit, non fixus in agris, qui regeret certis finibus arua, lapis. ipsae mella dabant quercus, ulroque ferebant	45
num feror incestus sedes adisse deorum sertaque de sanetis diripuisse foies ? non ego, si merui, dubitem proeumbere templis et dare sacratis oscula liminibus, non ego tellurem genibus perrepere supplex et miserum saneto tundere poste caput.	80	obuia securis ubera lactis oues. non acies, non ira fuit, non bella, nec ensem immiti saeuus duxerat arte faber. nunc Ioue sub domino caedes et uulnera semper, nunc mare, nunc leti mille repente uiuae.	50
at tu, qui laetus rides mala nostra, cauet mox tibi : non unus sacnet usque deus. uidi ego, qui iuuenum miseros lusisset amores,	85	parce, pater. timidum non hic periuria terrent, non dicta in sanetos impia uerba deos. quod si fatales iam nunc expleuimus annos, fac lapis inscriptis stet super ossa notis : 'hic facit immiti consumptus morib. Tibullus, Messallam terra dum sequiturque mari.'	55

II 23 deest O. 58 ipse O. 71 boues modo sim tecum mea Delia ε, boues, mea, sim tecum modo, Delia, possum  
Franeken, Muenos. n. s. 13 p. 182. 82 deripuisse ε. 87 sq. cauet: mox tibi—non Leo. 88 uni ε, in nos Leo, in me  
coni. Hiller. III 4 mors modo nigra eodd. meliores. in archetypo laeuna fuisse uidetur. 12 trinis Muretus. 14 cum  
O. respiceretque O, despueretque Haupt. 17 aues dant omnia O. 18 Saturni O. 21 neu quis O. 47 rabies Bur-  
mannus, maetes Woelflin, Rhein. Mus. 41 p. 472. 50 nunc modo P. I. Meier.

ipsa Venus campos ducet in Elysios.  
 hic choreae cantusque uigent, passimque uagantes  
 dulce sonant tenui guttore carmen aues : 60  
 fert casiam non culta seges, totosque per agros  
 floret odoratis terra benigna rosis :  
 ac iuuenum series teneris immixta puellis  
 ludit, et adsidue proelia miscet Amor.  
 illic est, cuiuscumque rapax mors uenit amanti, 65  
 et gerit insigni myrtea sarta coma.  
 at scelerata iacet sedes in nocte profunda  
 abdita, quam circum flumina nigra sonant :  
 Tisiphoneque impexa feros pro crimibus angues  
 saeuit, et huc illuc impia turba fugit : 70  
 tunc niger in porta serpentum Cerberus ore  
 stridet et aeratas excubat ante fores.  
 illic lunem temptare Ixionis ausi  
 uersantur celeri noxia membra rota :  
 porrectusque nouem Tityos per iugera terrae  
 adsiduas atro uiscere pascit aues. 75  
 Tantulus est illic, et circum stagna : sed acrem  
 iam iam poturi deserit unda sitim :  
 et Panai proles, Veneris quod numina laesit,  
 in caua Lethaeas dolia portat aquas. 80  
 illic sit, quicumque meos uiolauit amores,  
 optauit lentas et mihi militias.  
 at tu casta precor maneat, sanctique pudoris  
 adsideat custos sedula semper anus.  
 haec tibi fabellas referat positaeque lucerna 85  
 deducat plena stamina longa colu :  
 at circa grauibus pensis adfixa puella  
 paulatim somno fessa remittat opus.  
 tunc ueniam subito, nec quisquam nuntiet ante,  
 sed uidear caelo missus adesse tibi. 90  
 tunc mihi, qualis eris, longos turbata capillos  
 obuia nudato, Delia, curre pede.  
 hoc precor, hunc illum nobis Aurora nitentem  
 Luciferum roseis candida portet equis.

## IV

‘Sic umbrosa tibi contingant tecta, Priape,  
 ne capiti soles, ne noceantque niues :  
 quae tua formosos cepit sollertia? certe  
 non tibi barba nitet, non tibi culta coma est,  
 nudus et hibernae producis frigora brumae, 5  
 nudus et aestiui tempora sicca canis.’  
 sic ego : tum Bacchi respondit rustica proles  
 armatus curua sic mihi falce deus.  
 ‘o fuge te tenerae puerorum credere turbae :  
 nam causam iusti semper amoris habent. 10  
 hic placet, angustis quod equum compescit habenis :  
 hic placidam niueo pectore pellit aquam :  
 hic, quia fortis adest audacia, cepit : at illi  
 uirgineus teneras stat pudor ante genas.  
 sed ne te capiant, primo si forte negabit, 15  
 taedia : paulatim sub iuga colla dabit.  
 longa dies homini docuit parere leones,  
 longa dies molli saxa peredit aqua :  
 annus in apricis maturat collibus uuas,  
 annus agit certa lucida signa uice. 20  
 nec iurare time : Veneris periuria uenti  
 irrita per terras et freta summa ferunt.  
 gratia magna Ioui : uetuit pater ipse ualere,  
 iurasset cupide quidquid ineptus amor :  
 perque suas impune sinit Dictynna sagittas 25  
 adfirmes, crines perque Minerua suos.  
 at si tardus eris, errabis : transiet aetas  
 quam cito : non segnīs stat remeatque dies.

quam cito purpureos deperdit terra colores,  
 quam cito formosas populus alba comas. 30  
 quam iacet, infirmas uenere ubi fata senectae,  
 qui prior Eleo est carcere missus equus.  
 uidi iam iuuenem, premeret cum serior aetas,  
 maerentem stultos praeterisse dies.  
 crudeles diui! serpens nouus exiit annos : 35  
 formae non ullam fata dedere moram.  
 solis aeterna est Baccho Phoeboque iuuentas :  
 nam decet intonsus erinis utrumque deum.  
 tu, puero quodecumque tuo temptabis libebit,  
 cedas : obsequio plurima uincit amor. 40  
 neu comes ire neges, quamuis uia longa paretur  
 et canis areniti torreat arua siti,  
 quamuis praetextens picta ferrugine caelum  
 uenturam admittat nimbifer arcus aquam.  
 uel si caeruleas puppi uolent ire per undas, 45  
 ipse leuem remo per freta pelle ratem.  
 nec te paeniteat duros subisse labores  
 aut opera insuetas atteruisse manus,  
 nec, uelit insidiis altas si claudere ualles,  
 dum placeas, uerui retia ferre negent. 50  
 si uolet arma, leui temptabis ludere dextra :  
 saepe dabis nudum, uincat ut ille, latus.  
 tum tibi mitis erit, rapias tum cara licebit  
 oscula : pugnabit, sed tamen apta dabit.  
 rapta dabit primo, mox offeret ipse roganti, 55  
 post etiam collo se implicuisse uelit.  
 heu male nunc artes miseris haec saecula tractant :  
 iam tener adsueuit munera uelle puer.  
 at tu, qui Venerem docuisti uendere priuus,  
 quisquis es, infelix urgeat ossa lapis. 60  
 Pieridas, pueri, doctos et amate poetas,  
 aurea nec superent munera Pieridas,  
 carmine purpurea est Nisi coma : carmina ui sint,  
 ex uero Pelopis non nituisset ebur.  
 quem referent Musae, uiuet, dum robora tellus, 65  
 dum caelum stellas, dum uehet annis aquas.  
 at qui non audit Musas, qui uendit amorem,  
 Idaeae currus ille sequatur Opis,  
 et tercentenas erroribus expleat urbes  
 et secat ad Phrygios uilia membra modos. 70  
 blanditiis uult esse locum Venus ipsa : querelis  
 supplicibus, miseris fletibus illa fauet.  
 haec mihi, quae canerem Titio, deus edidit ore :  
 sed Titium coniunx haec meminisse uetat.  
 pareat ille suae : uos me celebrare magistrum, 75  
 quos male habet multa callidus arte puer.  
 gloria cuique sua est : me, qui spernentur, amantes  
 consulunt : cunctis inaequa nostra patet.  
 tempus erit, cum me Veneris praecepta ferentem  
 deducat iuuenem sedula turba senem. 80  
 heu, heu, quam Marathus lento me torquet amore!  
 deficiunt artes, deficiuntque doli.  
 parce, puer, quaeso, ne turpis fabula fiam,  
 cum mea ridebunt uana magisteria.

## V

Asper eram et bene discidium me ferre loquebar :  
 at mihi nunc longe gloria fortis abest.  
 namque agor, ut per plana citus sola uerbere turben,  
 quem celer adsueta uersat ab arte puer.  
 ure ferum et torque, libeat ne dicere quicquam 5  
 magnificum post haec : horrida uerba doma.  
 parce tamen, per te furtiui foedera lecti,  
 per Venerem quaeso compositumque caput.  
 ille ego, cum tristi morbo defessa iaceres,

III 71 per centum C. ora Palmer, Journ. of Philol. 15 p. 142. 86 colu M, colo O P. 87 at P, ac O. IV huius carminis uersus alii alio modo transponendos censuerunt. 9 fugite M, fugito Housman. 27 transiit ε. 28 quam cito alii cum sequentibus coniungunt. 30 alta O P. 33 sq. cf. Berl. philol. Wochenschr. 1886 p. 392. uidi ego iam ε, uidi etiam Postgate. 40 uincet O. 43 picea ε. 44 admittat codd. det., amicit et annuitat codd. mel. nimbifer et nubifer ε, imbrifer O. Eurys Huschke, ortus Baehrens. incutiat n. ortus Palmer, alliciat n. Eurys Zingerle kl. phil. Abh. 4 p. 14. 54 dabis Zingerle 3 p. 34. rapta, tamen dederit Francken. 55 dabis ε (et Zingerle). 59 at ε, iam O. 72 flentibus O. 80 diducat O. V 7 per te ε, parce O.

te dieor uotis eripuisse meis :  
 ipseque te circum lustrari sulfure puro,  
 carmine cum magico praecinisset anus :  
 ipse procurari ne possent sacra nocere  
 somnia, ter sancta denegeranda mola :  
 ipse ego uelatus filo tunicisque solutis  
 uota nouem Triuiæ nocte silente dedi.  
 omnia persolui : fruitur nunc alter amore,  
 et precibus felix utitur ille meis.  
 at mihi felicem uitam, si salua fuisses,  
 fingebam demens, sed reuenerat deo.  
 rura colam, frugumque aderit mea Delia custos,  
 area dum messes sole calente teret,  
 aut mihi seruabit plenis in lintribus uuas  
 pressaque ueloci candida musta pede.  
 consuescet numerare pecus, consuescet amantis  
 garrulus in dominae ludere uerna sinu.  
 illa deo sciet agricolae pro uitibus uuani,  
 pro segete spicas, pro grege ferre dapem.  
 illa regat cunctos, illi sint omnia curae :  
 at inuet in tota me nihil esse domo.  
 huc ueniet Messalla meus, cui dulciora poma  
 Delia selectis detrahat arboribus :  
 et tantum uenerata uirum, hunc sedula enret,  
 huic paret atque epulas ipsa ministra gerat.  
 haec mihi fingebam, quae nunc Eurusque Notusque  
 iactat odoratos uota per Armenios.  
 saepe ego temptaui curas depellere uino :  
 at dolor in lacrimas uerterat omne merum.  
 saepe aliam tenui : sed iam cum gaudia adirem,  
 admonuit dominae deseruitque Venus.  
 tunc me discedens deuotum femina dixit  
 (a pudet) et narrat scire nefanda meam.  
 non facit hoc uerbis, facie tenerisque lacertis  
 deuonit et flans nostra puella comis.  
 talis ad Haemonium Nereis Pelca quondam  
 uecta est frenato caerulea pisce Thetis.  
 haec nocere mihi, quod adest huic diues amator :  
 uenit in exitium callida lena meum.  
 sanguineas edat illa dapes atque ore eruento  
 tristia cum multo pocula felle bibat :  
 hanc nolent animae circum sua fata querentes  
 semper, et e tectis strix uiolenta canat :  
 ipsa fame stimulante furens herbasque sepulcris  
 quaerat et a saeuis ossa relicta lupis,  
 currat et inguinibus nudis uulterque per nrbes,  
 post agat e triuiis aspera turba canum.  
 eueniet : dat signa deus : sunt numina amanti,  
 saeuit et iniusta lege relicta Venus.  
 at tu quam primum sagae praecepta rapacis  
 desere : nam donis uincitur omnis amor.  
 pauper erit praesto semper tibi : pauper adibit  
 primus et in tenero fixus crit latere :  
 pauper in angusto fidus comes agmine turbae  
 subiectae manus efficietque uiam :  
 pauper ad occultos furtim deducet amicos  
 uinclaque de niueo detrahet ipse pede.  
 heu caninus frustra : nec uerbis uicta patescit  
 ianua, sed plena est perentienda manu.  
 at tu, qui potior nunc es, mea fata timeto :  
 uersatur celeri Fors leuis orbe rotae.  
 non frustra quidam iam nunc in limine perstat  
 sedulus ac crebro prospicit ac refugit,  
 et simulat transire domum, mox deinde reuertit  
 solus et ante ipsas exserat usque fores.  
 nescio quid furtiuus amor parat. utere quaeso,  
 dum licet : in liquida nat tibi linter aqua.

10

15

20

25

30

36

40

45

50

55

60

65

70

75

## VI

Semper, ut inducar, blandos offers mihi uultus,  
 post tamen es misero tristis et asper, Amor.  
 quid tibi saeuitiae mecum est? an gloria magna est  
 insidias homini conposuisse deum?  
 nam mihi tenduntur casses : iam Delia furtim  
 nescio quem tacita callida nocte fouet.  
 illa quidem tam multa negat, sed credere durum est :  
 sic etiam de me pernegat usque uiro.  
 ipse miser docui, quo possent ludere pacto  
 custodes : heu heu nunc premor arte mea.  
 fingere tunc didicist causas, ut sola cubaret,  
 cardine tunc tacito uertere posse fores :  
 tunc uicos herbasque dedi, quis liuor abiret,  
 quem facit impresso mutua dente Venus.  
 at tu, fallacis coninx incaute puellae,  
 me quoque seruato, pceet ut illa nihil.  
 neu iuuenes celebret multo sermone, caucto,  
 neue cubet laxo pectus aperta sinu,  
 neu te decipiat nutu, digitoque liquorem  
 ne trahat et mensae ducat in orbe notas.  
 exhibit quam saepe, time, seu uisere dicet  
 sacra Bonae maribus non audenta Deae.  
 at mihi si credas, illam sequar unus ad aras :  
 tunc mihi non oculis sit timuisse meis.  
 saepe, uelut gemmas eius signumque probarem,  
 per causam meum me te tigiisse manum :  
 saepe mero somnum peperci tibi, at ipse bibebam  
 sobria supposita pocula uictor aqua.  
 non ego te laesi prudens : ignosce fatenti.  
 inssit amor : contra quis ferat arma deos?  
 ille ego sum, nec me iam dicere uera pudebit,  
 instabat tota cui tua nocte canis.  
 quid tenera tibi coniuge opus? tua si bona nescis  
 seruare, frustra clauis inest foribus.  
 te tenet, absentes alios suspirat amores  
 et simulat subito condoluisse caput.  
 at mihi seruandam credas : non sacua recuso  
 uerbera, detrecto non ego nincla pedum.  
 tum procul absitis, quisquis colit arte capillos,  
 et fluit effuso cni toga laxa sinu :  
 quisquis et occurret, ne possit crimen habere,  
 stet procul ante, alia stet procul ante uia.  
 sic fieri iubet ipse deus, sic magna sacerdos  
 est mihi dimno uaticinata sono.  
 haec ubi Bellonae motu est agitata, nec acrem  
 flammam, non amens uerbera torta timet :  
 ipsa bipenne suos caedit uolenta lacertos  
 sanguineque effuso spargit inulta deam,  
 statque latus praefixa heru, stat saucia pectus,  
 et canit euentus, quos dea magna monet.  
 'pareite, quam custodit Amor, uiolare puellam,  
 ne pigeat magno post didicisse malo.  
 attigerit, labentur opes, ut uulnere nostro  
 sanguis, ut hic uentis diripiturque cinis.'  
 et tibi nescio quas dixit, mea Delia, poenas :  
 si tamen admittas, sit precor illa leuis.  
 non ego te propter pareo tibi, sed tua mater  
 me monet atque iras anrea nunciat anus.  
 haec mihi te adducit tenebris multoque timore  
 conningit nostras clam taciturna manus :  
 haec foribusque manet noctu me adlixa proculque  
 cognoscit strepitus me ueniente pedum.  
 uine diu mihi, dulcis anus ; proprios ego tecum,

10

15

20

25

30

35

40

45

50

55

60

V 11 ipse ego  $\zeta$ , ter  $\zeta$ , ter lectum lustrari coni. Hiller. 16 Triuiac  $\zeta$ , creme O. 28 segete et sp. O. 30 at inuet et ac inuet  $\zeta$ , adiuuet O, me inuet Francken. 33 uirum se sedula Palmer. post uirum hexametri partem alteram cum pentametro et hexametri subsequentis parte priore intercedisse coni. Hiller. 34 ferat Burmannus. 42 a pudet — et L. Mueller, heu pudet — et Wunderlich, et — pudet heu Sealiger. mea O, corr. Nodell. 45 Nereis quae P. O. 49 edit Francken. 57 euenient  $\zeta$ . 60 num — amor? coni. Husehke. 61 semper tibi Muretus, semper te P, tibi praesto O. 65 amores Krafft. 69 furta O. 74 usque  $\zeta$ , ipse O. 76 nam O. VI huius carminis uersus alii alio modo transponendos censuerunt. 3 quid tibi, saeuic puer  $\zeta$ , quid tibi saeuitiae, puer, est? Francken. 7 iurata negat Heyne, mihi cuncta negat coni. Hiller, conuoluta negat Palmer. 11 nunc O. 18 lassio O. 35 et 36 ab hoc loco alienos esse censet Francken. 40 effluit O. 42 ante Statius, aut O. 46 non et amans O.

sit modo fas, annos contribuisset uelim.  
 te semper natamque tuam te propter amabo : 65  
 quidquid agit, sanguis est tamen illa tuus.  
 sit modo casta, doce, quamuis non uitta ligatos  
 impediatur crines nec stola longa pedes.  
 et mihi sint durae leges, laudare nec ullam  
 possim ego, quin oculos appetat illa meos ; 70  
 et si quid peccasse putet, ducarque capillis  
 immerito proprias proripiarque uias.  
 non ego te pulsare uelim, sed, uenerit iste  
 si furor, optarim non habuisse manus.  
 nec saeuo sis casta metu, sed mente fidei : 75  
 mutuus absentem te mihi seruet amor.  
 at quae fida fuit nulli, post uicta senecta  
 ducit inops tremula stamina torta manu  
 firmaque conductis adnectit licia telis  
 tractaque de nubo uellere ducta putat. 80  
 hanc animo gaudente uident iuuenumque cateruae  
 commemorant merito tot mala ferre senem :  
 hanc Venus ex alto flentem sublimis Olympo  
 spectat et infidus quam sit acerba monet.  
 haec aliis maledicta cadant : nos, Delia, amoris 85  
 exemplum cana simus uterque coma.

## VII

Hunc cecinere diem Parcae fatalia nentes  
 stamina, non ulli dissoluenda deo :  
 hunc fore, Aquitanas posset qui fundere gentes,  
 quem tremere fortis milite uictus Atax.  
 euenere : nouos pubes Romana triumphos 5  
 uidit et euinctos brachia capta duces :  
 at te uictrices lauros, Messalla, gerentem  
 portabat niveis currus eburnus equis.  
 non sine me est tibi partus honos : Tarbella Pyrene  
 testis et Oceani litora Santonici, 10  
 testis Arar Rhodanusque celer magnusque Garunna,  
 Carnutis et flauis caerula lymphis Liger.  
 an te, Cydne, canam, tacitis qui leniter undis  
 caeruleus placidis per uada serpis aquis,  
 quantus et aethrio contingens uertice nubes 15  
 frigidus intonsos Taurus alat Cilicas ?  
 quid referam, ut uolitet crebras intacta per urbes  
 alba Palaestino sancta columba Syro,  
 utque maris uastum prospectet turibus aequor  
 prima ratem uentis credere docta Tyros, 20  
 qualis et, aereus cum findit Sirius agros,  
 fertilis aestiua Nilus abundet aqua ?  
 Nile pater, quamuis possim te dicere causa  
 aut quibus in terris oculuisset caput ?  
 te ropter nullos tellus tua postulat imbres, 25  
 arida nec Pluuio supplicat herba Ioui.  
 te canit atque suum pubes miratur Osirim  
 barbara, Memphiten plangere docta bouem.  
 primus aratra manu sollerti fecit Osiris  
 et teneram ferro sollicitauit humum, 30  
 primus inexpertae conmisit semina terrae  
 pomaque non notis legit ab arboribus.  
 hic docuit teneram palis adiungere uitem,  
 hic uiridem dura caedere falce comam :  
 illi iucundos primum matura sapes  
 expressa incultis uua dedit pedibus. 35  
 ille liquor docuit uoces inflectere cantu,  
 mouit et ad certos nescia membra modos :  
 Bacchus et agricolae magno confecta labore  
 pectora tristitiae dissoluenda dedit : 40  
 Bacchus et adflictis requiem mortalibus adfert,

crura licet dura compede pulsa sonent.  
 non tibi sunt tristes curae nec luctus, Osiri,  
 sed chorus et cantus et leuis aptus amor,  
 sed uarii flores et frons redimita corymbis, 45  
 fusa sed ad teneros lutea palla pedes  
 et Tyriae uestes et dulcis tibia cantu  
 et leuis occultis conscia cista sacris.  
 huc ades et Genium ludis Geniumque choreis  
 concelebra et multo tempora funde mero : 50  
 illius et nitido stillent unguenta capillo,  
 et capite et collo mollia sarta gerat.  
 sic uenias hodie : tibi dem turis honores,  
 liba et Mopsopio dulcia melle feram.  
 at tibi succrescat proles, quae facta parentis 55  
 augeat et circa stet ueneranda senem.  
 nec taceat monumenta uiae, quem Tuscula tellus  
 candidaque antiquo detinet Alba lare.  
 namque opibus congesta tuis hic glarea dura  
 sternitur, hic apta iungitur arte silex. 60  
 te canit agricola, magna cum uenerit urbe  
 serus, inoffensum rettuleritque pedem.  
 at tu, natalis multos celebrande per annos,  
 candidior semper candidiorque ueni.

## VIII

Non ego celari possuui, quid nutus amantis  
 quidue ferant mihi lenia uerba sono.  
 nec mihi sunt sortes nec conscia fibra deorum,  
 praecinuit euentus nec mihi cantus auis : 5  
 ipsa Venus magico religatum brachia nodo  
 perdocuit multis non sine uerberibus.  
 desine dissimulare : deus crudelius urit,  
 quos uidet inuitos succubuisse sibi.  
 quid tibi uenit molles prodest coluisse capillos  
 saepeque mutatas disposuisse comas, 10  
 quid fucis splendente genas ornare, quid unguis  
 artificis docta subsecuisse manu ?  
 frustra iam uestes, frustra mutantur amictus,  
 ansaque compressos colligat arta pedes.  
 illa placet, quamuis inculto uenerit ore 15  
 nec nitidum tarda comperit arte caput.  
 num te carminibus, num te pallentibus herbis  
 deuouit tacito tempore noctis anus ?  
 cantus uicinis fruges traducit ab agris,  
 cantus et iratae detinet anguis iter, 20  
 cantus et e curru Lunae deducere temptat,  
 et faceret, si non aera repulsa sonent.  
 quid queror, heu, misero carmen nocuisse, quid herbas ?  
 forma nihil magicis utitur auxiliis :  
 sod corpus tetigisse nocet, sed longa dedisse 25  
 oscula, sed femori conseruisse femur.  
 nec tu difficilis puero tamen esse memento :  
 persequitur poenis tristitia facta Venus.  
 munera ne poscas : det munera canus amator,  
 ut foueat molli frigida membra sinu. 30  
 carior est auro iuuenis, cui leuia fulgent  
 ora nec amplexus aspera barba terit.  
 huic tu candentes uero suppone lacertos,  
 et regum magnae despiciantur opes.  
 at Venus inuenit puero concumbere furtim, 35  
 dum timet et teneros conserit usque sinus,  
 et dare anhelanti pugnantis umida linguis  
 oscula et in collo figere dente notas.  
 non lapis hanc gemmaeque uiuant, quae frigore sola  
 dormiat et nulli sit cupienda uiro. 40  
 heu sero reuocatur amor seroque iuuentas,

VI 70 *possum* O. 71 sq. cf. Berl. phil. Wochenschr. 1886 p. 393. *putet, puter, putor* ε, *putat* O. *ducorque* O. 72 *pronas* ε, *properas* Scaliger, *pronus* Huschke. *immerito in medias dubitanter conii. Rothstein. proripiarque* O. 82 *senes* ε. 84 *quod sit* O. VII 8 *nitidis* O. 9 *sine re* Housman. *tua bella* O, corr. Scaliger. 13 *an* ε, *at* O. post u. 13 duos uersus excidisse censet Housman. 16 *arat* O. 49 *centum* O, corr. Markland. *ludos* O, *ludo* Markland. *Genium ludis centumque choreis* Ramsay. 54 *mella* O. 57 *que* (*quae*) O. 61 *e magna* ε, *a magna* Baehrens. VIII hanc elegiam ex tribus carminibus uel fragmentis constare male iuxta positus censet Francken, cf. Mnem. n. s. 17 p. 62. 1 *elare* O. 9 *prodest molles* P. 10 *saepe et mutatas* P. 11 *comas* O.P. 14 *colligat* P, *colligat* aut *colligit* O. 15 *ille* Meier, *bella* Francken. 17 cf. Berl. phil. Wochenschr. 1886 p. 392. 35 *ac* Baehrens. *inueniet* τ. 36 *tumet* τ.

eum nectus infecit eana senecta caput.  
 tumstudiumformaest: coma tum mutatur, ut annos  
 dissimulet uiridi cortice tineta nucis:  
 tollere tum eura est albos a stirpe capillos 45  
 et faciem dempta pelle referre nouam.  
 at tu, dum primi floret tibi temporis aetas,  
 utere; non tardo labitur illa pede.  
 nen Marathum torque: puero quae gloria uictio est?  
 in ueteres esto dura, puella, senes. 50  
 parce precor tenero; non illi sontica causa est,  
 sed nimius into corpora tingit amor.  
 nel miser absentis maestas quam saepe querelas  
 coniecit et lacrimis omnia plena madent!  
 'quid me spernis?' ait. 'poterat custodia uinei: 55  
 ipse dedit cupidis fallere posse deus.  
 nota Venus furtiua mihi est, ut lenis agatur  
 spiritus, ut nec dent oscula rapta sonum:  
 et possim media quamuis obrepere nocte  
 et strepitu nullo clam reserare fores. 60  
 quid prosunt artes, miserum si spernit amantem  
 et fugit ex ipso saena puella toro?  
 nel cum promittit, subito sed perilda fallit,  
 est mihi nox multis euigilanda malis.  
 dum mihi uenturam lingo, quodennique mouetur, 65  
 illius credo tunc somnisse pedes.'  
 desistas lacrimare, puer: non frangitur illa,  
 et tua iam fletu lumina fessa tument.  
 oderunt, Phoebe, monco, fastidia diui,  
 nec prodest sanctis tura dedisse focis. 70  
 hic Marathus quondam miserus hudebat amantes,  
 nescius uitorem post caput esse denn:  
 saepe etiam lacrimas fertur risisse dolentis  
 et cupidum lieta detinuisse mora:  
 nunc omnes odit fastus, nunc displicet illi  
 quaeuunque opposita est ianna dura sera. 75  
 at te poena manet, ni desinis esse sperbera.  
 quam cupies notis huic reuocare diem!

## IX

Quid mihi, si fueras miseris laesurus amores,  
 foedera per dinos, clam uiolanda, dabas?  
 a miser, et si quis primo perinria colat,  
 sera tamen tacitis poena uenit pedibus.  
 pareite, caelestes: aequum est impie licere 5  
 numina formosis laedere nostra semel.  
 luera petens habili tanos adiungit aratro  
 et durum terrae rusticus urget opus;  
 luera petituras freta per parentia uentis  
 dneunt instabiles sidera certa rates. 10  
 muneribus mens est captus puer. at deus illa  
 in emicrem et liquidas immera nertat aquas.  
 iam mihi persoluet poenas, pulvisque deoerem  
 detrahet et nentis horrida facta coma. 15  
 nretur facies, nrentur sole capilli,  
 deteret inualidos et nra longa pedes.  
 admonui quotiens 'anno ne pollue formam:  
 saepe solent anno multa subesse mala.  
 dinitis captus si quis uiolauit amorem,  
 asperaque est illi difficilisque Venus. 20  
 ure mema potius flamma caput et pete ferro  
 corpus et intorto nerbere terga seca.  
 nec tibi eelandi spes sit peccare paranti:  
 est deus, occultos qui uetat esse dolos.  
 ipse deus tacito permisit fleuie ministro  
 ederet ut multo libera nerba uero:  
 ipse deus somno domitos emittere uocem  
 inssit et inuitos facta tegenda loqui.' 25  
 haec ego dicebam: nunc me fleuisse loquentem,  
 nunc pudet ad teneros prociubuisse pedes. 30  
 tunc mihi iurabas nullo te dinitis auri  
 pondere, non gemmis, uendere nelle fidem,

non tibi si pretium Campania terra daretur,  
 non tibi si Bacchi eura Falernus ager.  
 illis eriperes uerbis mihi sidera caeli 35  
 licere et piras fulminis esse uias.  
 quin etiam llebas: at non ego fallere doctus  
 tergebam unentes credulus usque genas.  
 quid faciam, nisi et ipse fores in amore puellae?  
 sit precor exemplo *sii* leuis illa tuo. 40  
 o quotiens, uerbis ne quisquam conseius esset,  
 ipse comes multa lumina nocte tuli!  
 saepe insperanti nenit tibi munere nostro  
 et latuit clausas post adoperta fores.  
 tum miser interi, stulte confusus amari: 45  
 nam poteram ad laqueos cautior esse tuos.  
 quin etiam attonita laudes tibi mente canebam,  
 et me nunc nostri Pieridumque pudet.  
 illa nelim rapida Vulcanus carmina flamma  
 torreat et liquida deleat amnis aqua. 50  
 tu procul hinc absis, cui formam uendere cura est  
 et pretium plena grande referre manum.  
 at te, qui puerum donis corrumpere es ausus,  
 rideat adsiduus uxor inulta dolis,  
 et eum furtiuo iuuenem lassauerit usu, 55  
 tecum interposita languida ueste cubet.  
 semper sint externa tuo uestigia leoto,  
 et pateat cupidis semper aperta domus:  
 nec lascina soror dieatur plura bibisse  
 poena uel plures emeruisse uiros. 60  
 illam saepe ferunt conuiuia dueere Baccho,  
 dum rota Luciferi pronocet orta diem:  
 illa nulla queat melius consumere noctem  
 aut operum uarias disposuisse niees.  
 at tua perdidicit: nec tu, stultissime, sentis, 65  
 cum tibi non solita corpus ab arte monet.  
 tunc putas illam pro te disponere crines  
 aut tenes denso peetere dente comas?  
 ista *haec* persnadet facies, auroque lacertos  
 uinciat et Tyrio prodeat apta sinu? 70  
 non tibi, sed iuueni eundam mult bella uideri,  
 deuoteat pro quo remque domumque tuam.  
 nec facit hoc uitio, sed corpora foeda podagra  
 et senis amplexus culta puella fugit.  
 huic tamen acubuit noster puer: hunc ego credam 75  
 cum trucibus Venereis iungere posse feris.  
 blanditiasne meas aliis tu uendere es ausus,  
 tunc aliis demens oenula ferre mea?  
 tum flebis, cum me uinctum puer alter habebit  
 et geret in regno regna superba tuo. 80  
 at tua tum me poena lunet, Venerique merenti  
 fixa notet casus anrea palma meos:  
 'hanc tibi fallaci resoluit amore Tibullus  
 dedieat et grata sis, dea, mente rogat.'

## X

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?  
 quam ferus et nere ferrens ille fuit!  
 tum caedes hominum generi, tum proelia nata,  
 tum breuior dirae mortis aperta nra est.  
 an nihil ille miser meruit; nos ad mala nostra 5  
 uertimus, in saeuus quod dedit ille ferus?  
 diuitis hoc uitium est auri; nec bella fuerunt,  
 faginus astabat enim scyphus ante dapes.  
 non arces, non nullas erat, somnumque petebat  
 senrus varias dux gregis inter oues. 10  
 tunc mihi nra foret, nulgi nec tristia nossem  
 arma nec audissem eorde micanete tulam.  
 nunc ad bella trahor, et iam quis forsitan hostis  
 haesura in nostro tela gerit latere.  
 sed patrii seruate Lares: almistis et idem, 15  
 cursarem nestros cum tener ante pedes.  
 neu pudeat prisco nos esse e stipite factos:

VIII 49 scu O. 52 luteo O. 53 uae ζ. 61 possunt O. 64 et mihi nox n. est nig. n. Fraecken. IX 25 saepe ζ,  
 lingua Rigler. 31 tibi O. non illo Vahlen. 36 fulminis O. 44 sed O. 69 haec om. codl. mel. istae Lachmann.  
 73 hec facit O. 75 huic ζ, hunc O. 81 tum ζ, dum O. X 10 sparsus ζ. 11 uulgo Haupt.

sic ueteris sedes incoluistis aui.  
 tunc melius tenere fidem, cum paupere cultu  
 stabat in exigua ligneus aede deus. 20  
 hic placatus erat, seu quis libauerat uam,  
 seu dederat sanctae spicea sarta comae :  
 atque aliquis noti compos liba ipse ferebat  
 postque comes purum filia parua fauum.  
 at nobis aerata, Lares, depellite tela, 25  
 hostiaque e plena rustica porcus hara.  
 hanc pura cum neste sequar myrtoque canistra  
 uincta geram, myrto uinctus et ipse caput.  
 sic placeam nobis : alius sit fortis in armis,  
 sternat et aduersos Marte fauente duces, 30  
 ut mihi potanti possit sua dicere facta  
 miles et in mensa pingere castra mero.  
 quis furor est atram bellis accessere mortem ?  
 imminet et tacito clam uenit illa pede.  
 non seges est infra, non uinea culta, sed audax 35  
 Cerberus et Stygiae nauita turpis aquae :  
 illic percissisque genis ustoque capillo  
 errat ad obscuros pallida turba lacus.  
 quam potius laudandus hic est, quem prole parata  
 occupat in parua pigra senecta casa ! 40  
 ipse suas sectatur oues, at filius agnos,  
 et calidam fesso comparat uxor aquam.  
 sic ego sim, liceatque caput candescere canis,

temporis et prisci facta referre senem.  
 interea pax arua colat. pax candida primum 45  
 duxit araturos sub iuga curua boues :  
 pax aluit uites et sucos condidit uuae,  
 funderet ut nato testa paterna merum  
 pace bidens uomerque nitent ; at tristia duri  
 militis in tenebris occupat arma situs. 50  
 rusticus e lucoque uehit, male sobrius ipse,  
 uxorem plauastro progeniemque domum.  
 sed Veneris tunc bella calent, scissosque capillos  
 femina perfractas conqueriturque fores :  
 flet teneras subtusa genas : sed nictor et ipse 55  
 flet sibi dementes tam ualuisse manns.  
 at lasciuus Amor rixae mala uerba ministrat,  
 inter et iratum lentus utrumque sedet.  
 a, lapis est ferrumque, suam quicumque puellam  
 uerberat ; e caelo deripit ille deos. 60  
 sit satis e membris tenuem rescindere uestem,  
 sit satis ornatus dissoluisse comae,  
 sit lacrimas mouisse satis : quater ille beatus  
 quo tenera irato flere puella potest.  
 sed manibus qui saeuus erit, scutumque sudemque  
 is gerat et miti sit procul a Venere. 66  
 at nobis, pax alma, ueni spicamque teneto,  
 perfluat et pomis candidus ante sinus.

## LIBER SECVNDVS

## I

Quisquis adest, faueat : fruges lustramus et agros,  
 ritus ut a prisco traditus exstat auo.  
 Bacche, ueni, dulcisque tuis e cornibus uua  
 pendeat, et spicis tempora cinge, Ceres.  
 luce sacra requiescat humus, requiescat arator, 5  
 et grane suspensio uomere cesset opus.  
 soluite uincta iugis : nunc ad praescipia debent  
 plena coronato stare boues capite.  
 omnia sint operata deo : non audeat ulla  
 lanificam pensis imposuisse manum. 10  
 uos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris,  
 cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.  
 casta placent superis : pura cum neste uenite  
 et manibus puris sumite fontis aquam.  
 cernite, fulgentes ut eat sacer agnus ad aras  
 uinctaque post olea candida turba comas. 15  
 di patrii, purgamus agros, purgamus agrestes ;  
 uos mala de nostris pellite limitibus,  
 neu seges eludat messem fallacibus herbis,  
 neu timeat celeres tardior agna lupos. 20  
 tunc nitidus plenis confisus rusticus agris  
 ingeret ardenti grandia ligna foco,  
 turbaque uernarum, saturi bona signa coloni,  
 ludet et ex uirgis exstruet ante casas.  
 euentura precor : uiden ut felicibus extis 25  
 significet placidos nuntia fibra deos ?  
 nunc mihi fumosos ueteris proferte Falernos  
 consulis et Chio soluite uincta cado.  
 uina diem celebrent : non festa luce madere 30  
 est rubor, errantes et male ferre pedes.  
 sed ' bene Messallam ' sua quisque ad pocula dicat,  
 nomen et absentis singula uerba sonent.

gentis Aquitanae ceber Messalla triumphis  
 et magna intonsis gloria uictor auis,  
 huc ades aspiraque mihi, dum carmine nostro 35  
 redditur agricolis gratia caelitibus.  
 rura cano rurisque deos. his uita magistris  
 desueuit querna pellere glande famem :  
 illi compositis primum docuere tigillis  
 exignam uiridi fronde operire domum : 40  
 illi etiam tauros primi docuisse feruntur  
 seruitium et plauastro supposuisse rotam.  
 tum uictus abiere feri, tum consita pomus,  
 tum bibit irriguas fertilis hortus aquas,  
 aurea tum pressos pedibus dedit uua liquores 45  
 mixtaque securo est sobria lympha mero.  
 rura ferunt messes, calidi cum sideris aestu  
 deponit flauas annua terra comas.  
 rure leuis uerno flores apis ingerit alueo,  
 compleat ut dulci sedula melle fauos. 50  
 agricola adsiduo primum satiatus aratro  
 cantauit certo rustica uerba pede,  
 et satur arenti primum est modulatus auena  
 carmen, ut ornatos diceret ante deos ;  
 agricola et minio suffusus, Bacche, rubenti 55  
 primus inexpecta duxit ab arte choros.  
 huic datus a pleno, memorabile munus, ouili  
 dux pecoris : *curtas* auxerat hircus *opes*.  
 rure puer uerno primum de flore coronam  
 fecit et antiquis imposuit laribus. 60  
 rure etiam teneris curam exhibitura puellis  
 molle gerit tergo lucida uellus ouis.  
 hinc et femineus labor est, hinc pensa colusque,  
 fusus et apposito pollice uersat opus :  
 atque aliqua adsidue tatrix operata Mineruam 65  
 cantat, et applauso tela sonat latere.

X 18 *ueteres* O. 23 *ipsa* r. 36 *puppis* O P. 37 *perseissisque* P, *percussisque* O, *rescissisque* Lachmann. 46 *curua* O, *panda* P. 49 *bidens uomerque uigent* codd. det., *nitens uomer uiderit* mel., *bidens uomerque nitet* P. 50 *occupet* r. 51 *e luco reuehit* Carrio. post u. 50 distichon excidisse statuit Haupt. 60 *diripit* O. 61 *perseindere* O.  
 II I 1 *ualeat* O. 9 *sunt* O P. 34 *ades* O. 47 *rure terunt* Vahlen. 53 *satis* Meier. 54 *duccret* O. 58 *curtas*—*opes* Waardenburg, *hircus*—*oues* O. *auxerat* O. post *pecoris* alii interpunctionem omittunt. *huic datus, a pl. m. m. ouili, dux p. curtas a. hirtus opes* Postgate. uerba *hircus auxerat h. oues* ad explendam lacunam addita esse censet Bubendey. 66 *appulso* O.

ipse quoque inter agros interque armenta Cupido  
 natus et indomitas dicitur inter equas.  
 illic indocto primum se exereuit areu :  
 ei mihi, quomodo doctas nunc habet ille manus ! 70  
 nec pecudes, uelut ante, petit ; fixisse puellas  
 gestit et audaces perdomuisse uiros.  
 hic iuueni detraxit opes ; hic dicere iussit  
 linam ad iratae uerba pudenda senem :  
 hoc duce custodes furtim transgressa facentes 75  
 ad iuuenem tenebris sola puella uenit  
 et pedibus praetemptat iter suspensa timore,  
 explorat caecas cui manus ante uias.  
 a miseri, quos hic grauius deus urget ! at ille  
 felix, cui placidus leniter adfluit Amor. 80  
 sancte, ueni dapibus festis ; sed pone sagittas  
 et procul ardentis hinc precor abde facies.  
 uos celebrem cantate deum pecorique uocate  
 uoce ; palam pecori, clam sibi quisque uocet ;  
 aut etiam sibi quisque palam : nam turba iocosa 85  
 obstrepat et Phrygio tibia curua sono.  
 ludite : iam nox iungit equos, enrumque sequuntur  
 matris lasciuo sidera fulua chorom,  
 postque uenit tacitus furuis circumdatus alis  
 somnus et incerto somnia nigra pede. 90

## II

Dicamus bona uerba : uenit natalis ad aras :  
 quisquis ades, lingua, nix mulierque, faue.  
 urantur pia tura focis, urantur odores,  
 quos tener e terra diuine mittit Arabs.  
 ipse suos Genius adsit nistrus honores, 5  
 eni decorant sanetas mollia sarta comas.  
 illius puro destillent tempora nardo,  
 atque satur libo sit madaeque mero,  
 adnuat et, Cornute, tibi, quodecumque rogabis.  
 en age, quid cessas ? adnuat ille : roga. 10  
 auguror, uxoris fidos optabis amores ;  
 iam reor hoc ipsos edidisse amores.  
 nec tibi malueris, totum quaecumque per orbem  
 fortis arat ualido rusticus arua boue,  
 nec tibi, gemmarum quidquid felicibus Indis 15  
 uascitur, Eoi qua maris unda rubet.  
 uota cadant : utinam strepitantibus aduolet alis  
 lauaque coniugio ninula portet Amor,  
 ninula, quae maneat semper, dum tarda senectus  
 inducat ringas inficiatque comas. 20  
 hic ueniat natalis auis prolemque ministrel,  
 ludat et ante tuos turba nouella pedes.

## III

Rura meam, Cornule, tenent nillaeque puellam :  
 ferreus est, heu heu, quisquis in urbe manet.  
 ipsa Venus latos iam nunc migravit in agros,  
 uerbaque aratoris rustica dicit Amor.  
 o ego, cum aspicerem dominam, quam fortiter illie 5  
 uersarem ualido pingue bidente solum,  
 agricolaeque modo enrum sectarur aratrum,  
 dum subigunt steriles arua serenda boues !  
 nec quereret, quod sol graeciles exureret artus,  
 laederet et teneras pussula rupta manus. 10  
 panit et Adhaeti tauros formosus Apollo,  
 nec ethiara intonsae profuerantque comae,  
 nec potuit curas sanare salubribus herbis :  
 quidquid erat medicae uicerat artis amor. 14  
 ipse deus solitus stabulis expellere uaccas 14<sup>a</sup>

et miscere nouo docuisse coagula lacte b  
 lacteus et tmixtus obriguissis liquor. c  
 tunc fuscilla leui detexta est uimine iunci, 15  
 raraque per nexus est uia facta sero.  
 o quotiens illo uitulum gestante per agros  
 dicitur occurrens erubuisse soror !  
 o quotiens ausae, caneret dum ualle sub alta,  
 rumpere mugitu carmina docta boues ! 20  
 saepe duces trepidis petiere oracula rebus,  
 uenit et a templis irrita turba domum :  
 saepe horrere sacros doluit Latona capillos,  
 quos admirata est ipsa nouerca prius.  
 quisquis inornatumque caput erinesque solutos 25  
 aspiceret, Phoebi quaereret ille coenam.  
 Delos ubi nunc, Phoebe, tua est, ubi Delphica Pytho ?  
 nempe amor in parua te iubet esse casa.  
 felices olim, Veneri cum fertur aperte  
 seruire aeternos non puduisse deos. 30  
 fabula nunc ille est : sed cui sua cura puella est,  
 fabula sit maullt quam sine amore deus.  
 at tu, quisquis is es, qui tristi fronte Cupido  
 imperat, ut nostra sint tua castra domo

ferrea non Venerem sed praedam saecula laudant :  
 praeda tamen multis est operata malis. 36  
 praeda feras acies cinxit discordibus armis :  
 hinc eruor, hinc caedes mors propiorque uenit.  
 praeda uago iussit geminare pericula ponto,  
 bellica cum dubiis rostra dedit ratibus. 40  
 praedator cupit inmensos obsidere campos,  
 ut multa innumera iugera paseat oue :  
 cui lapis externus enrae est, urbisque tumultu  
 portatur ualidis mille columna iugis,  
 claudit et indomitum moles mare, lentus ut intra 45  
 neglegat hibernas piscis adesse minas.  
 at mihi laeta trahant Samiae conuiuia testae  
 fietaque Cumana lubrica terra rota.  
 heu heu diuitibus uideo gaudere puellas :  
 iam ueniant praedae, si Venus optat opes : 50  
 ut mea luxuria Nemesis fluat utque per urbem  
 incedat donis conspicienda meis.  
 illa gerat nestes tennes, quas fenina Coa  
 texuit, anratas disposuitque uias :  
 illi sint comites fuscil, quos India torret, 55  
 solis et admotis inficit ignis equis :  
 illi selectos certent praebere colores  
 Africa puniceum purpureumque Tyros.  
 nota loquor : regnum ipse tenet, quem saepe coegit  
 barbara gypsatos ferre catasta pedes. 60  
 at tibi dura seges, Nemesim qui abducis ab urbe,  
 persoluat nulla semina certa fide.  
 et tu, Bacche tener, inuendae coisitor uuae,  
 tu quoque deuotos, Bacche, relinque lacus. 65  
 hand impune licet formosus tristibus agris  
 abdere : non tanti sunt tua musta, pater.  
 o naleant fruges, ne sint modo rure puellae :  
 glans alat, et prisco more bibantur aquae.  
 glans aluit ueteres, et passim semper amarunt :  
 quid nocuit suleos non habuisse satos ? 70  
 tunc, quibus aspirabat Amor, praebat aperte  
 mitis in umbrosa gaudia ualle Venus.  
 nullus erat custos, nulla exclusura dolentes  
 ianua : si fas est, mos precor ille redi. 75  
 horrida villosa corpora ueste tegant,  
 nunc si clausa mea est, si copia rara uidendi,  
 heu miserum, laxam quid iuuat esse togam ?  
 ducite : ad imperium dominae suleabimus agros :  
 non ego me uinclis nerberibusque nego. 80

I 67 ipse interque greges c, ipse quoque inter oues conii. Hiller, ipse interque agnos Otto Zeitschr. f. d. Gymnasialw. 1885 p. 388 (ipse quoque inter agnos antea uitiose Polster). 73 opus O. 83 sq. post uocate distinguunt alii. 88 thoro O. 89 fuluis O. II 1 ad aras cum dicamus b. u. coniungunt alii. tuas, natalis, ad aras conii. Hiller. 5 adsit Genius c. 7 distillent O. 21 ueniat Houtsman, huc u. n. aui Heinsius. III 14<sup>c</sup> muletis Rigler, mixtu subriguisse Lachmann. 34 lacunae signum posuit Lachmann. 36 adopena P. 53 gerit O. 59 uana uel uota Rossbach. post u. 58 lacunae signum posuit Lachmann. ille Guyetus, iste Heyne. 62 terra O.

## IV

Hic mihi seruitium uideo dominamque paratam :  
iam mihi, libertas illa paterna, uale.  
seruitium sed triste datur, teneorque catenis,  
et numquam misero uincula remittit Amor,  
et seu quid merui seu quid peccauimus, urit. 5  
uror, io, remoue, saeua puella, faces.  
o ego ne possim tales sentire dolores,  
quam mallem in gelidis montibus esse lapis,  
stare uel insanis cautes obnoxia uentis,  
naufraga quam uasti tunderet unda maris ! 10  
nunc et amara dies et noctis amarior umbra est :  
omnia nunc tristi tempora felle madent.  
nec prosunt elegi nec carminis auctor Apollo :  
illa caua pretium flagitat usque manu.  
ite procul, Musae, si non prodestis amanti : 15  
non ego uos, ut sint bella canenda, colo,  
nec refero solisque uias et qualis, ubi orbem  
compleuit, uersis luna recurrit equis.  
ad dominam faciles aditus per carmina quaero :  
ite procul, Musae, si nihil ista ualent. 20  
at mihi per caedem et facinus sunt dona paranda,  
ne iaceam clausam flebilis ante domum :  
aut rapiam suspensa sacris insignia fanis :  
sed Venus ante alios est uiolanda mihi.  
illa malum facinus suadet dominamque rapacem 25  
dat mihi ; sacrilegas sentiat illa manus.  
o pereat, quicumque legit uiridesque smaragdos  
et niueam Tyrio murice tingit ouem.  
hic dat auaritia causas et Coa puellis  
uestis et e rubro lucida concha mari. 30  
haec fecere malas ; hinc clauim ianua sensit  
et coepit custos liminis esse canis.  
sed pretium si grande feras, custodia uicta est,  
nec prohibent claues, et canis ipse tacet.  
heu quicumque dedit formam caelestis auarae, 35  
quale bonum multis attulit ille malis !  
hinc fletus rixaeque sonant, haec denique causa  
fecit ut infamis nunc deus esset Amor.  
at tibi, quae pretio uictos excludis amantes,  
eripiant partas uentus et ignis opes : 40  
quin tua tunc iuuenes spectent incendia laeti,  
nec quisquam flammae sedulus addat aquam.  
seu ueniet tibi mors, nec erit qui luceat ullus,  
nec qui det maestas munus in exsequias.  
at bona quae nec auara fuit, centum licet annos 45  
uixerit, ardentem febitur ante rogam :  
atque aliquis senior ueteres ueneratos amores  
anna constructo sarta dabit tumulo  
et 'bene' discedens dicit 'placideque quiescas,  
terraque securae sit super oia leuis.' 50  
uera quidem moneo, sed prosunt quid mihi uera ?  
illius est nobis lege colendus amor.  
quin etiam sedes iubeat si uendere auitas,  
ite sub imperium sub titulumque, lares.  
quidquid habet Circe, quidquid Medea neneni, 55  
quidquid et herbarum Thessala terra gerit,  
et quod, ubi indomitis gregibus Venus adilat amores,  
hippomanes cupidae stillat ab inguine equae,  
si modo me placido uideat Nemesis mea uultu,  
mille alias herbas misceat illa, bibam. 60

## V

Phoebe, faue : nouus ingreditur tua templa sacerdos :  
huc age cum cithara carminibusque ueni.  
nunc te uocales impellere pollice chordas,

nunc precor ad laudes flectere uerba nouas.  
ipse triumphali deuinctus tempora lauro, 5  
dum cumulant aras, ad tua sacra ueni.  
sed nitidus pulcherque ueni ; nunc indue uestem  
sepositam, longas nunc bene pecte comas,  
qualem te memorant Saturno rege fugato  
uictori laudes concinuisse Ioui. 10  
tu procul euentura uides, tibi deditus augur  
scit beue quid fati prouida cantet auis,  
tuque regis sortes, per te praesentit aruspex,  
lubrica signauit cum deus exta notis :  
te duce Romanos numquam frustrata Sibylla, 15  
abdita quae senis fata canit pedibus.  
Phoebe, sacras Messalinum sine tangere chartas  
uatis, et ipse precor quid canat illa doce.  
haec dedit Aeneae sortes, postquam ille parentem  
dicitur et raptos sustinuisse Lares : 20  
nec fore credebatur Romam, cum maestus ab alto  
Ilion ardentem respiceretque deos.  
Romulus aeternae nondum formauerat urbis  
moenia, consorti non habitanda Remo,  
sed tunc pasebant herbosa Palatia uaccae 25  
et stabant humiles in Iouis arce caesae.  
lacte madens illic suberat Pan ilicis umbrae  
et facta agresti lignea fale Pales,  
pendebatque uagi pastoris in arbore uotum,  
garrula siluestri fistula sacra deo, 30  
fistula, cui semper decreuit arundinis ordo :  
nam calamus cera iungitur usque minor.  
at qua Velabri regio patet, ire solebat  
exiguus pulsa per uada linter aqua.  
illa saepe gregis diti placitura magistro 35  
ad iuuenem festa est uecta puella die,  
cum qua fecundi redierunt munera ruris,  
caseus et niueae candidus agnus ouis.  
'impiger Aenea, uolitantis frater Amoris,  
Troica qui profugis sacra uelhis ratibus, 40  
iam tibi Laurentes adsignat Iuppiter agros,  
iam uocat errantes hospita terra Lares.  
illic sanctus eris, cum te ueneranda Numici  
unda deum caelo miserit indigetem.  
ecce super fessas uolitat Victoria puppes ; 45  
tandem ad Troianos diua superba uenit.  
ecce mihi lucent Rutulis incendia castris :  
iam tibi praedico, barbare Turne, necem.  
ante oculos Laurens castrum murusque Lauini est  
Albaque ab Ascanio condita longa duce. 50  
te quoque iam uideo, Marti placitura sacerdos  
Ilia, Vestales deseruisse focos,  
concupitusque tuos furtim uictasque iacentes  
et cupidid ad ripas arma relictas dei.  
carpite nunc, tauri, de septem montibus herbas, 55  
dum licet : hic magnae iam locus urbis erit.  
Roma, tuum nomen terris fatale regendis,  
qua sua de caelo prospicit arua Ceres,  
quaque patent ortus et qua fluitantibus undis  
Solis anhelantes abluunt amnis equos. 60  
Troia quidem tunc se mirabitur et sibi dicit  
uos bene tam longa consuluisse uia.  
nera cano : sic usque sacras innoxia laurus  
nescar, et aeternum sit mihi uirginitas.  
haec cecinit uates et te sibi, Phoebe, uocauit, 65  
iactauit fusas et caput ante comas.  
quidquid Amalthea, quidquid Marpesia dixit  
Herophile, Phyto Graia quod admonuit,  
quasque Aniena sacras Tiburs per flumina sortes  
portarit sicco pertuleritque sinu— 70  
hae fore dixerunt belli mala signa cometen,  
multus ut in terras deplueretque lapis :

IV 1 Sic O. 4 remittit O. 5 seu nil pecc. Heinsius. 10 uasti  $\zeta$ , om. A, uitrei V. 12 nunc P, nam O. 17 uias equalis O. 29 uerba hic dat au. causas spuria habet Belling Philol. 47 p. 381. dat Coa Meier. 36 ipse O. 37 sq. uerba haec—Amor spuria habet Belling. 38 nunc Broukhusius, hic O, sic Heinsius. 43 ueniat codd. det. neque sit Doua. 60 mille malas Schoene, cf. Philol. Anz. 15 p. 591. V 4 nouus Vahlen, meas O, mea Lachmann, tua Visser, sacras Leo. 11 debitus O. 15 Sibylla est  $\zeta$ . 18 quos O. 20 captos O. deos et u. 22 lares Housman. 23 firmauerat O. 62 longam c. uiam O. 64 noscar O. 68 Phoebe grata O, corr. Huschke et Lachmann. 69 quodque Albana s. Tiberis O. 71 haec O. 72 ut  $\zeta$ , et O. deplueritque O.



atque tubas atque arma ferunt strepitantia caelo  
 audita et lucos praecinuisse fugam :  
 ipsum etiam Solem defectum lumine uidit 75  
 iungere pallentes nubilus annus equos  
 et simulacra deum lacrimas fudisse tepentes  
 fataque uocales praemonuisse boues.  
 haec fuerant olim : sed tu iam mitis, Apollo,  
 prodigia indomitis merge sub aequoribus, 80  
 et succensa sacris crepitet bene laurea flammis,  
 omine quo felix et sacer annus erit.  
 laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni :  
 distendet spicis horrea plena Ceres,  
 oblitus et musto feriet pede rusticus uuas, 85  
 dolia dum magni deficiantque laevis ;  
 ac madidus Baceho sua festa Palilia pastor  
 concinet : a stabulis tunc procul este lupi.  
 ille lenis stipulae sollemnis potus aceruos  
 accendet, flammam transilietque sacras. 90  
 et fetus matrona dabit, natusque parenti  
 oscula compressis auribus eripiet,  
 nec taedebit animum paruo aduigilare nepoti  
 balbaque eum puero dicere uerba senem.  
 tunc operata deo pubes discumbet in herba,  
 arboris antiquae qua lenis umbra cadit, 95  
 aut e ueste sua tendent umbracula sertis  
 uincta, coronatus stabit et ipse calix.  
 at sibi quisque dapies et festas exstruet alte  
 caespitibus mensas caespitibusque torum. 100  
 ingeret hic potus iuuenis maledicta puellae,  
 postmodo quae uotis irrita facta neli :  
 nam ferus ille suae plorabit sobrius idem  
 et se iurabit mente fuisse mala.  
 pace tua pereant arcus percantque sagittae, 105  
 Phoebe, modo in terris erret incernis Amor.  
 ars bona : sed postquam suspexit sibi tela Cupido,  
 heu heu quam multis ars delit ista malum !  
 et mihi praecipue. iaceo cum saeuens animum  
 et fanceo morbo, cum inuat ipse dolor, 110  
 usque cano Nemesim, sine qua uersus mihi nullus  
 uerba potest iustos aut reperire pedes.  
 at tu, nam diuum seruat tutela pectas,  
 praemoneo, uati pareo, puella, sacro ;  
 ut Messalinum celebrem, cum praemia belli 115  
 ante suos currus oppida uicta feret,  
 ipse gerens lauros : lauro deuinctus agresti  
 miles 'io' magna noce 'triumphe' canet.  
 tunc Messalla meus pia det spectacula turbae  
 et plaudat curru praeterente pater. 120  
 adnue ; sic tibi sint intonsi, Phoebe, capilli,  
 sic tua perpetuo sit tibi casta soror.

## VI

Castra Maeer sequitur : tenero quid fiet Amori ?  
 sit comes et eollo fortiter arma gerat ?

V 79 fuerunt et fuerint ε. 83 uerba gaudete coloni parentheses esse putant alii. 87 at ε. 92 compressis O. 98 et ante calix ε. 99 extruat O. 109 tucce O. 110 quin inuat Leo, quam inuat H. Weber Quaest. Catull. p. 141. 112 reperire cod. opt., reperisse codd. det. 116 ferent O. VI 16 scilicet O. 23 sq. cf. Berl. phil. Wochenschr. 1886 p. 393. 36 ut del. Rigler. 45 uctat O. phirne O. l. uctat m. recipi ε. 47 diro O. 49 mihi promissa est O.

et seu longa uirum terrae uia seu uaga ducent  
 aequora, eum telis ad latus ire uolet ?  
 ure, puer, quaeso, tua qui ferus otia liquit, 5  
 atque iterum erronei sub tua signa uoca.  
 quod si militibus parees, erit hic quoque miles,  
 ipse lenem galea qui sibi portet aquam.  
 castra peto, ualeatque Venus ualeantque puellae :  
 et mihi sunt uires, et mihi facta tuba est. 10  
 magna loquor, sed magnifice mihi magna loeuto  
 exeunt clausae fortia uerba fores.  
 iuravi quotiens rediturum ad limina nunquam !  
 cum bene iuravi, pes tamen ipse redit.  
 acer Amor, fractas nitam tua tela sagittas, 15  
 si licet, exstinctas aspiciamque faces !  
 tu miserum torques, tu me mihi dira precari  
 cogis et insana mente nefanda loqui.  
 iam mala finissem leto ; sed credula uitam  
 spes fouet et fore cras semper ait melius. 20  
 spes alit agricolae, spes sulcis credit aratis  
 semina, quae magno fenore reddat ager :  
 haec laqueo uolucres, haec captat arundine pisces,  
 cum tenues hamos abdedit ante eibus :  
 spes etiam ualida solatur compede uinctum ; 25  
 erura sonant ferro ; sed canit inter opes :  
 spes facilem Nemesim spondet mihi ; sed negat illa.  
 ei mihi, ne nincas, dura puella, deam.  
 pareo, per immatura tuae precor ossa sororis ;  
 sic bene sub tenera parua quiescat humo. 30  
 illa mihi sancta est, illius dona sepulcro  
 et madefacta meis sarta feram lacrimis,  
 illius ad tumulum fugiam supplexque sedebo  
 et mea cum muto fata querar cinere.  
 non feret usque suum te propter flere elientem : 35  
 illius ut uerbis, sis mihi lenta, ueto,  
 ne tibi neglecti mittant mala somnia manes,  
 maestaque sopitae stet soror ante torum,  
 qualis ab excelsa praecipit delapsa fenestra  
 nenit ad infernos sanguinolenta laevis. 40  
 desino, ne dominae luctus renouentur acerbi :  
 non ego sum tanti, pleret ut illa semel.  
 nec lacrimis oculos digna est foedare loquaces :  
 lena nocet nobis, ipsa puella bona est.  
 lena neeat miserum Phryne furtimque tabellas 45  
 occulto portans itque reditque sinu :  
 saepe, ego cum dominae dulces a limine duro  
 agnosco noces, haec negat esse domi :  
 saepe, ubi nox promissa mihi est, languere puellam  
 mmtiat aut aliquas extimuisse minas. 50  
 tunc morior curis, tunc mens mihi perdita fingit,  
 quisue meam teneat, quot teneatne modis :  
 tunc tibi, lena, precor diras : satis anxia uiuas,  
 mouerit e uotis pars quotacumque deos.

## LIBER TERTIVS

## I

Martis Romani festae uenere kalendae  
 exorians nostris hic fuit annus auis:  
 et uaga nunc certa discurrent undique pompa  
 perque uias urbis munera perque domos.  
 dicite, Pierides, quonam donetur honore 5  
 seu mea, seu fallor, cara Neaera tamen.  
 carmine formosae, pretio capiuntur auarae:  
 gaudeat, ut digna est, uersibus illa meis.  
 lutea sed niueum inuoluat membrana libellum,  
 pumex et canas tondeat ante comas 10  
 summaque praetextat tenuis fastigia chartae  
 indicet ut nomen littera facta meum,  
 atque inter geminas pingantur cornua frontes:  
 sic etenim comptum mittere oportet opus.  
 per uos, auctores huius mihi carminis, oro 15  
 Castaliamque umbram Pieriosque lacus,  
 ite domum cultumque illi donate libellum,  
 sicut erit: nullus defluat inde color.  
 illa mihi referet, si nostri mutua cura est,  
 an minor, an toto pectore deciderim. 20  
 sed primum meritam larga donate salute  
 atque haec submisso dicite uerba sono:  
 'haec tibi uir quondam, nunc frater, casta Neaera,  
 mittit et accipias munera parua rogat,  
 teque suis iurat caram magis esse medullis, 25  
 siue sibi coniunx siue futura soror:  
 sed potius coniunx: huius spem nominis illi  
 auferet exstincto pallida Ditis aqua.'

## II

Qui primus caram iuueni carumque puellae  
 eripuit iuuenem, ferreus ille fuit.  
 durus et ille fuit, qui tantum ferre dolorem,  
 uiuere et erepta coniuge qui potuit.  
 non ego firmus in hoc, non haec patientia nostro 5  
 ingenio: frangit fortia corda dolor:  
 nec mihi uera loqui pudor est uitaeque fateri  
 tot mala perpeasae taedia nata meae.  
 ergo cum tenuem fuero mutatus in umbram  
 candidaque ossa super nigra fauilla teget, 10  
 ante meum ueniat longos incompta capillos  
 et fleat ante meum maesta Neaera rogum.  
 sed ueniat carae matris comitata dolore:  
 maereat haec genero, maereat illa uiro.  
 praefatae ante meos manes animamque precatae 15  
 perfusaeque piis ante liquore manus,  
 pars quae sola mei superabit corporis, ossa  
 incinctae nigra candida ueste legent,  
 et primum annoso spargent collecta Lyaeo,  
 mox etiam niueo hunderet lacte parent, 20  
 post haec carbaisis umorem tollere uelis  
 atque in marmorea ponere sicca domo.  
 illic quas mittit diues Panchaia merces  
 Eoique Arabes, diues et Assyria,  
 et nostri memores lacrimae fundantur eodem: 25  
 sic ego componi uersus in ossa uelim.  
 sed tristem mortis demonstrat littera causam  
 atque haec in celebri carmina fronte notet:  
 'Lygdanius hic situs est: dolor huic et cura Neaerae,  
 coniugis ereptae, causa perire fuit.' 30

## III

Quid prodest caelum uotis implesse, Neaera,  
 blandaque cum multa tura dedisse prece,  
 non ut marmorei prodirem e limine tecti,  
 insignis clara conspicuusque domo,  
 aut ut multa mei renouarent iugera tauri 5  
 et magnas messes terra benigna daret,  
 sed tecum ut longae sociarem gaudia uitae  
 inque tuo caderet nostra senecta sinu,  
 tum cum permenso defunctus tempore lucis  
 nudus Lethaea cogere ire rate? 10  
 nam graue quid prodest pondus mihi diuitis auri,  
 aruaque si findant pinguia mille boues?  
 quidue domus prodest Phrygiis innixa columnis,  
 Taenare, siue tuis, siue, Caryste, tuis,  
 et nemora in domibus sacros imitantia lucos 15  
 aurataeque trabes marmoreumque solum?  
 quidue in Erythraeo legitur quae litore concha  
 tinctaque Sidonio murice lana iuuat,  
 et quae praeterea populus miratur? in illis  
 inuidia est: falso plurima uulgus amat. 20  
 non opibus mentes hominum curaeque leuantur:  
 nam fortuna sua tempora lege regit.  
 sit mihi paupertas tecum iucunda, Neaera:  
 at sine te regum muncia nulla uolo.  
 o niueam, quae te poterit mihi reddere, lucem! 25  
 o mihi felicem terque quaterque diem!  
 at si, pro dulci reditu quaeuicque uouentur,  
 audiat auersa non meus aure deus,  
 nec me regna iuuant nec Lydius aurifer amnis  
 nec quas terrarum sustinet orbis opes. 30  
 haec alii cupiant, liceat mihi paupere cultu  
 securo cara coniuge posse frui.  
 adsis et tinidis faueas, Saturnia, uotis,  
 et faueas concha, Cypria, uecta tua.  
 aut si fata negant reditum tristesque sorores, 35  
 stamina quae ducunt quaeque futura neunt,  
 me uocet in uastos amnes nigramque paludem  
 diues in ignaua luridus Orcus aqua.

## IV

Di meliora ferant, nec sint mihi somnia uera,  
 quae tulit hesternam pessima nocte quies.  
 ite procul, uani, falsumque auertite uisum:  
 desinite in nobis quaerere uelle fidem.  
 diui nera moment, uenturae nuntia sortis 5  
 uera moment Tuscis exta probata uiris:  
 somnia fallaci ludunt temeraria nocte  
 et pauidas mentes falsa timere iubent.  
 et natum in curas hominum genus omina noctis  
 farre pio placant et saliente sale? 10  
 et tamen, utcumque est, siue illi uera moneri,  
 mendacis somno credere siue uolent,  
 efficiat uanos noctis Lucina timores  
 et frustra immeritum pertinuisset uelit,  
 si mea nec turpi mens est obnoxia facto 15  
 nec laesit magnos impia lingua deos.  
 iam nox aetherium nigris emensa quadrigis  
 mundum caeruleo lauerat amne rotas,  
 nec me sopierat menti deus utilis aegrae:  
 somnus sollicitas deficit ante domos. 20

III De tertii libri carminibus cf. Herm. 18 p. 352 sqq. I-VI a Tibullo recte abiudicauit Voss, VII Heyne. I 10 pumicet et c. O. 11 protexit O. 12 tuasi O, puer Lachmann (seruata lectione pumicet). 21 meritum O. longa 7. II 10 supra O. 15 rogatae O. 21 uentis O. 24 pinguis et Ass. 7. 29 causa Neaera O. III 7 sociarent O. 24 at 7, et O. 28 aduersa O. 29 non me P. IV 2 extrema 7. 3 unum codd. det. 4 nobis Guyetus, uotis O, uanis Muretus. 9 et natum naturas O. 17 emersa O.

tandem, cum summo Phoebus prospexit ab ortu,  
 pressit languentis lumina sera quies.  
 hic iuuenis casta redimitus tempora lauro  
 est nisus nostra ponere sede pedem.  
 non illo quicquam formosius ulla priorum  
 aetas, heroum nec tulit ulla domus.  
 intonsi crines longa ceruice luebant,  
 stillabat Syrio myrtea rore coma.  
 candor erat, qualem praefert Latonia Luna,  
 et color in niueo corpore purpureus,  
 ut iuueni primum uirgo deducta marito  
 inficitur teneras ore rubente genas,  
 et cum contexunt amarantis alba puellae  
 lilia et autumno candida mala rubent.  
 iua uidebatur talis inludere palla;  
 namque haec in nitido corpore uestis erat.  
 artis opus rarae, fulgens testudine et auro  
 pendebat laeua garrula parte lyra.  
 haec primum ueniens plectro modulatus eburno  
 felices cantus ore sonante dedit:  
 sed postquam fuerant digiti cum uoce locuti,  
 edidit haec dulci tristia uerba modo:  
 'salue, cura demum: casto nam rite poetae  
 Phoebusque et Bacchus Pieridesque fauent.  
 sed proles Senecles Bacchus doctaeque sorores  
 dicere non norunt, quid ferat hora sequens:  
 at mihi fatorum leges acuique futuri  
 euentura pater posse uidere dedit.  
 quare ego quae dico non fallax accipe uates,  
 quodque deus uero Cynthius ore feram.  
 tantum cara tibi, quantum nec filia matri,  
 quantum nec eupido bella puella uiro,  
 pro qua sollicitas caelestia numina uotis,  
 quae tibi securos non sinit ire dies,  
 et, cum te fuscio somnus uelauit anictu,  
 uanum nocturnis fallit imaginibus,  
 carminibus celebrata tuis formosa Neaera  
 alterius mauult esse puella uiri,  
 diuersasque suas agitatur mens impia curas,  
 non gaudet casta nupta Neaera domo.  
 a crudele genus nec fidum femina nomen!  
 a pereat, didicit fallere si qua uirum.  
 sed illecti poterit: mens est mutabilis illis:  
 tu modo cum multa bracchia tende fide.  
 saeuus Amor docuit ualidos temptare labores;  
 saeuus Amor docuit uerbera posse pati.  
 ne quondam Admeti niueas pauisse iuuenicas  
 non est in uanum fabula ficta iocum:  
 tunc ego nec cithara poteram gaudere sonora  
 nec similes chordis reddere uoce sonos,  
 sed perlucanti cantum meditabar auena,  
 ille ego Latoniae filius atque Iouis.  
 nescis quid sit amor, iuuenis, si ferre recusas  
 inmitem dominam coniugiumque ferum.  
 ergo ne dubita blandas adhibere querelas:  
 nuncuntur molli pectora dura prece,  
 quod si uera canunt sacris oracula templis,  
 haec illi nostro nomine dicta refer:  
 hoc tibi coniugium promittit Delius ipse;  
 felix hoc alium desine nelle uirum.  
 dixit, et ignauus deluxit corpore somnus.  
 a, ego ne possim tanta uidere mala,  
 nec tibi crediderim uotis contraria nota  
 nec tantum crimen pectore inesse tuo.  
 nam te nec uasti genererunt aequora ponti  
 nec flammam uoluens ore Chimera fero  
 nec canis anguinea redimitus terga caterna,  
 eni tres sunt linguae tergeniumque caput,  
 Scyllae uirginem canibus saecinata figuram,  
 nec te conceptam saeuam leaena tulit,

barbara nec Scythiae tellus horrendaue Syrtis,  
 sed culta et duris non habitanda domus,  
 et longe ante alias omnes mitissima mater  
 isque pater quo non alter amabilior.  
 haec deus in melius crudelia somnia uertat  
 et iubeat tepidos irrita ferre notos.

## V

Vos tenet, Etruscis manat quae fontibus unda,  
 unda sub aestiuum non adeunda Canem,  
 nunc autem sacris Baiarum proxima nymphis,  
 cum se purpureo uere remittit humus:  
 at mihi Persephone nigram denuntiat horam:  
 immerito iuueni parec nocere, dea.  
 non ego temptaui nulli temeranda mirorum  
 audax laudanda sacra docere deae,  
 nec mea mortiferis infecit pocula scuis  
 dextera nec euicquam trita uenena dedit,  
 nec nos sacrilegos templis admonimus ignes,  
 nec cor sollicitant facta nefanda meum,  
 nec nos insanae meditantis iurgia mentis  
 impia in aduersos soluinus ora deos.  
 et nondum eam nigros laesere capillos,  
 nec neni tardo curua senecta pede.  
 natalam primo nostrum uidere parentes,  
 cum cecidit fato consul uterque pari.  
 quid fraudare iuuat nitenti crescentibus unis  
 et modo nata mala uellere poma manu?  
 parcite, pallentes undas quaeuque tenctis  
 duraque sortiti tertia regna dei.  
 Elysios olim liceat cognoscere campos  
 Lethaeamque ratem Cimmeriosque laeus,  
 cum mea rigosa pallebunt ora senecta  
 et referam pueris tempora prisca senex.  
 atque utinam nano nequiquam terrear aestu  
 languent ter quinos sed mea membra dies.  
 at uobis Tusene celebrantur numina lymphae  
 et facilis lenta pellitur unda manu.  
 uiuite felices, memores et uiuite nostri,  
 sine crinibus seu nos fata fuisse uelint.  
 interea nigras pecudes promittite Diti  
 et niuei lactis pocula mixta mero.

## VI

Candide Liber, ades; sic sit tibi mystica uitis  
 semper, sic hedera tempora uincta feras;  
 aufer et ipse memm patera medicante dolorem:  
 saepe tuo cecidit munere uictus amor.  
 care puer, madaent generoso pocula Baccho,  
 et nobis prona funde Falerna manu.  
 ite procul durum curae genus, ite labores;  
 fulserit hic niueis Delius alitibus.  
 uos modo proposito dulces faucibus amici,  
 neue neget quisquam me duce se comitem:  
 aut si quis uim certamen mite recusat,  
 fallat eum teo cara puella dolo.  
 ille facit dites animos deus, ille ferocem  
 contudit et dominae misit in arbitrium,  
 Armenias tigres et fulnas ille leaenas  
 nicit et indomitis mollia eorda dedit.  
 haec Amor et maiora ualet: sed poscite Bacchi  
 munera: quem nestrum pocula siccata iuuant?  
 conuenit ex aequo nec toruns Liber in illis,  
 qui se quique una uina iocosa colunt:  
 nam uenit iratus nimium nimiumque seneris:  
 qui timet irati numina magna, bibat,  
 quales his poenas qualis quantusque minetur,

IV 26 humanum nec uidet illud opus O, corr. Lachmann. 32 flore uir doctus in Actis Soc. Traiect. 42 tristi dulcia O. 50 quidque O. ferat O. corr. Broukhuisius. 66 posse O.M. saeuam F. 71 canis τ. 87 nec consanguinea O. 96 impia O. V 1 Nos aut. ., os O. 3 maxima O, corr. Scioppius. 7 deorum O. 10 trita F, certa O. 11 sacrilegos et sacrilegi τ, sacrilegis O. ignes τ, epos O. 13 meditantis O. 16 laeto P. 22 duraque Housman. 29 nobis O. 31 sed τ. VI 3 parcite medicando O, corr. Waardenburg. 8 pulsarit O, fulserit Idalidis hic Venus a. Housman. 17 uolet O. 21 ita τ, non uenit — saeuam O, conuenit — saeuos Lachmann.

Cadmeae matris praeda cruenta docet.  
 sed procul a nobis hic sit timor, illaque, si qua est,  
 quid naleat laesi sentiat ira dei. 26  
 quid precor, a, demens? uenti temeraria uota,  
 aerae et nubes diripienda ferant.  
 quamuis nulla mei superest tibi cura, Neaera,  
 sis felix, et sint candida fata tua. 30  
 at nos securae reddamus tempora mensae:  
 uenit post multos una serena dies.  
 ei mihi, difficile est imitari gaudia falsa;  
 difficile est tristi fingere mente locum,  
 nec bene mendaci risus componitur ore,  
 nec bene sollicitis ebria uerba sonant. 35  
 quid queror infelix? turpes discedite curae:  
 odif Lenaeus tristia uerba pater.  
 Gnosia, Thesaeae quondam periuria linguae  
 fleuisti ignoto sola relicta mari: 40  
 sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus  
 ingrati referens impia facta uiri.  
 uos ego nunc moneo; felix, quicumque dolore  
 alterius discas posse caueri tuo.  
 nec uos aut capiant pendentia brachia collo  
 aut fallat blanda sordida lingua prece. 45  
 etsi perque suos fallax iurauit ocellos  
 Iunonemque suam perque suam Venerem,  
 nulla fides inerit: periuria ridet amantum  
 Iuppiter et uentos irrita ferre iubet. 50  
 ergo quid totiens fallacis uerba puellae  
 conqueror? ite a me, seria uerba, precor.  
 quam uellem tecum longas requiescere noctes  
 et tecum longos peruiolare dies,  
 perfida nec merito nobis inimica merenti,  
 perfida, sed, quamuis perfida, cara tamen! 55  
 Naida Bacchus amat: cessas, o lente minister?  
 temperet annosum Marcia lympha merum.  
 non ego, si fugit nostrae conuiuia mensae  
 ignotum cupiens uana puella torum, 60  
 sollicitum repetam tota suspiria nocte.  
 tu, puer, i, liquidum fortis adde merum.  
 iam dudum Syrio madefactus tempora nardo  
 debueram sertis implicuisse comas.

## VII (LIB. IV 1)

## PANEGYRICVS MESSALLAE

Te, Messalla, canam, quamquam mea cognita uirtus  
 terret: ut infirmae nequeant subsistere uires,  
 incipiam tamen. a meritis si carmina laudes,  
 deficient: humilis tantis sim conditor actis,  
 nec tua praeter te chartis intexere quisquam  
 facta queat, dictis ut non maiora supersint. 5  
 est nobis uoluisse satis, nec munera parua  
 respueris. etiam Phoebo gratissima dona  
 Cres tulit, et cunctis Baccho iucundior hospes  
 Icarus, ut puro testantur sidera caelo 10  
 Erigoneque Canisque, neget ne longior aetas.  
 quin etiam Alcides, deus ascensus Olympum,  
 lacta Molorcheis posuit uestigia tectis,  
 paruaque caelestis placauit mica, nec illis  
 semper inaurato taurus cadit hostia cornu. 15  
 hic quoque sit gratus paruus labor, ut tibi possim  
 inde alios aliosque memor componere uersus.  
 Alter dicat opus magni mirabile mundi,  
 qualis in immenso desederit aere tellus,  
 qualis et in curuum pontus confluerit orbem, 20  
 et uagus, e terris qua surgere nititur, aer,  
 huic et contextus passim fluat igneus aether,

pendentique super claudantur ut omnia caelo:  
 at quodcumque meae poterunt audere Camenae,  
 seu tibi par poterunt seu, quod spes abnuuit, ultra 25  
 siue minus (certeque canent minus), omne uouemus  
 hoc tibi, nec tanto careat mihi carmine charta.  
 nam quamquam antiquae gentissuperant tibilaudes,  
 non tua maiorum contenta est gloria fama,  
 nec quaeris quid quaque index sub imagine dicat, 30  
 sed generis priscos contendis uincere honores,  
 quam tibi maiores maius decus ipse futuris:  
 at tua non titulus capiet sub nomine facta,  
 aeterno sed erunt tibi magna uolumina uersu,  
 conuenientque tuas cupidi componere laudes 35  
 undique quique canent uincto pede quique soluto.  
 quis potior, certamen erit: sim uictor in illis,  
 ut nostrum tantis inscribam nomen in actis.

Nam quis te maiora gerit castrisue forone?  
 nec tamen hic aut hic tibi laus maiorue minorue, 40  
 iusta pari premitur ueluti cum pondere libra,  
 prona nec hac plus parte sedet nec surgit ab illa,  
 qualis, inaequatam si quando onus urget utrimque,  
 instabilis natat alterno depressior orbe.  
 nam seu diuersi fremat inconstantia uulgi, 45  
 non alius sedare queat; seu iudicis ira  
 sit placanda, tuis poterit mitescere uerbis.  
 non Pylos aut Ithace tantos genuisse feruntur  
 Nestora uel paruae magnum decus urbis Vlixen,  
 uixerit ille senex quamuis, dum terna per orbem 50  
 saecula fertilibus Titan decurreret horis,  
 ille per ignotas audax errauerit urbes,  
 qua maris extremis tellus includitur undis.  
 nam Ciconumque manus aduersis repullit armis,  
 nec ualuit lotos coeptos auertere cursus, 55  
 cessit et Aetnaeae Neptunius incola rupis  
 uicta Marone foedatus lumina Baccho:  
 uexit et Aeolus placidum per Nerea uentos:  
 incultos adiit Laestrygonas Antiphatenque,  
 nobilis Artacia gelida quos irrigat unda: 60  
 solum nec doctae uerterunt pocula Circes,  
 quamuis illa foret Solis genus, apta uel herbis  
 aptaque uel cantu ueteres mutare figuras:  
 Cimmerion etiam obscuras accessit ad arcis,  
 quis numquam candente dies apparuit ortu, 65  
 seu supra terras Phoebus seu curreret infra:  
 uidit, ut inferno Plutonis subdita regno  
 magna denm proles leuibus discurreret umbris,  
 praeteriitque cita Sirenum litora puppi.  
 illum inter geminae nantem confinia mortis 70  
 nec Scyllae saeno conterruit impetus ore,  
 cum canibus rabidas inter fera serperet undas,  
 nec uiolenta suo consumpsit more Charybdis,  
 uel si sublimis fluctu consurgeret imo,  
 uel si interrupto nudaret gurgite pontum. 75  
 non uiolata uagi sileantur pascua Solis,  
 non amor et fecunda Atlantidos arua Calypsus,  
 finis et erroris miseri Phaeacia tellus.  
 atque haec seu nostras inter sunt cognita terras,  
 fabula siue nouum dedit his erroribus orbem, 80  
 sit labor illius, tua dum facundia, maior.  
 Nam te non alius belli tenet aptius artes,  
 qua deceat aduam castris praeducere fossam,  
 qualiter aduersos hosti defigere ceruos,  
 quemue locum ducto melius sit claudere uallo, 85  
 fontibus ut dulces crumpat terra liquores,  
 ut facilisque tuis aditus sit et arduus hosti,  
 laudis et adsiduo uigeat certamine miles,  
 quis tardamue sudem melius celeremue sagittam  
 iecerit aut lento prefergerit obuia pilo, 90  
 aut quis equum celeremue arto compescere freno  
 possit et effusas tardo permittere habenas

VI 33 *hei* codd. det., *si et i mel.*, et M. 44 *tibi* Palmer. 45 *ne uos decipiant* P. 46 *prece* P, *fide* O. 51 *qui* O. 52 *procul* τ. 59 *fugiat* τ. 62 *tu p. i F, tu p. et O, i p. i con.* Heyne. 63 *Tyrio* O. VII Panegyricus Messallae incerti auctoris. uulgo hic incipit liber quartus, quae distributio Italici debetur. 1 *tua et me* τ, *mea* O. 2 *nequeant* F, *ualeant* O. 13 *terris* O. 14 *pacauit* O. 18 *dictat* O F. 24 *at* τ, et O. 37 *potius* O. 44 *alterno instabilis nutat depressior orbe* Francken. 60 *artaere* O. 68 *undis* O. 72 *rapidus* τ. *frata* O. 73 *cons. in ore* O. 82 *iam* τ. 84 *neruos* P, *uernos* aut *neruos* O. 91 *aut* P, et O. *celeremue* O P, *celeremque* τ.

inque uicem modo directo contendere passu,  
seu libeat, curuo breuius conuertere gym,  
quis parua, seu dextra uelit seu laeva, tueri, 95  
sive hae sive illae ueniat granis impetus hactae  
amplior, aut signata cita loea tangere funda.  
iam simul audacia nenient certamina Martis,  
aduersisque parent acies concurrere signis,  
tuum tibi non desit faciem componere pugnae, 100  
seu sit opus quadratum acies consistat in agmen,  
rectus ut aequatis decurrat frontibus ordo,  
seu libeat duplicem seiuicim eernere Martem,  
dexter uti laeuum teneat dextrumque sinister  
miles sitque duplex gemini uictoria casus. 105

At non per dubias errant mea carmina laudes:  
nam bellis experta cano. testis mihi uictae  
fortis Iapydiae miles, testis quoque fullax  
Pannonius, gelidas passim disiectus in Alpes  
testis Arpinis et pauper natus in aruis, 110  
quem si quis uideat uetus ut non frerit aetas,  
terna minus Pyliae uictur saecula famae.  
namque senex longae peragit dum *tempora uitae*, 112<sup>a</sup>  
centum fecundos Titan renouerat annos,  
ipse tamen uelox celerem super egerit corpus  
audet equum ualidisque sedet moderator habenis.  
te duce non alias conuersus terga domatur 116  
libera Romanae subiecit colla catenaec.

Nec tamen his contentus eris: maiora peractis  
instans, compertum est ueracibus ut nihil signis,  
quis Amythaonius nequeat certare Melampus. 120  
nam modo fulgentem Tyrio subtegitur uestem  
indueras oriente die duce fertilis aui,  
splendidior liquidis cum Sol caput extulit undis  
et fera discordes temerunt flamma uenti,  
curua nec adsuetos egerunt illumina cursus, 125  
quin rapidum placidis etiam mare constitit undis,  
ulla nec acrias uolucris perlabitur aurae  
nec quadrupes densas depascitur aspera siluas,  
quin largita tuis sunt *cuncta* silentia uotis.  
Iuppiter ipse leui necatus per inania curru  
aduiit et caeli uicinum liquit Olympum, 130  
intentaque tuis precibus se praebuit auro  
euetaque neraci capite aduiit: additus aris  
laetior eluxit struetos super ignis acrios.

Quin hortante deo magnis insistere rebus 135  
incepe; non idem tibi *sint* aliisque triumphii.  
non te uicino remorabitur obuia Marte  
Gallia nec latis audax Hispania terris  
nec fera Theraco tellus obsessa colono,  
nec qua Nilus nec regia Iunpha Chaspes 140  
proluit aut rapidus, Cyri dementia, Gyndes  
aret Aretaeis laud una per *ostia* campis,  
nec qua regna uago Tanyris finiuit Araxe,  
impia nec saeuus celebrans conuiuia mensis  
ultima uicinus Phoebo tenet arua Palaeus, 145  
quaue Hebrus Tanaisque Getas rigat atque Magy-  
nos.

quid moror? Oceanus ponto qua continet orbem,  
nulla tibi aduersis regio sese offeret armis.  
te manet inuictus Romano Marte Britannus  
teque interiecto mundi pars altera solus. 150  
nam circumfusa consistit in aere tellus  
et quinque in partes toti disponitur orbe.  
atque duae gelido uastantur frigore semper:  
illae et densa tellus absconditur umbra,  
et nulla incepto perlabitur uleua liquare, 155  
sol durata riget densans in glaeciumpie niuemque,  
quippe ubi non nunquam Titan super egerit ortus.

at media est Phoebi semper subiecta calori,  
seu propior terris aestiuum fertur in orbem  
seu celer hibernas properat decurrere lucas: 160  
non igitur presso tellus exsurgit aratro,  
nec frugem segetes praebent neque pabula terrae:  
non illic colit arua dens, Bacchusue Ceresue,  
nulla nec exustas habitant animalia partes.  
fertilis hanc inter posita est interque rigentem 165  
nostraque et huic aduersa solo pars altera nostro,  
quas similis utrinque tenens uicinia caeli  
temperat, alter et alterius uires necat aer:  
hinc placidus nobis per tempora uertitur annus:  
hinc et colla iugo didicit submittere taurus 170  
et lenta excelsos uitis conseruere ramos,  
tundeturque seges maturus amua partus,  
et ferro tellus, pontus confinditur aere;  
quin etiam struetis exsurgunt oppida muris.  
ergo ubi praecarios possent tua facta triumphos, 175  
solus utroque idem oliceris magnus in orbe.

Non ego sum satis ad tantae praecunia laudis,  
ipse mihi non si praescribat carmina Phoebus.  
est tibi, qui possit magnis se accingere rebus,  
Valgius; aeterno propior non alter Homero. 180  
languida non noster peragit labor otia, quamuis  
fortuna, ut mos est illi, ne aduersa fatiget.  
nam mihi, cum magnis opibus domus alta uiteret,  
cui fuerant laui ditantes ordine sulci  
horrea fecundas ad delibentia messis, 185  
cuique pecus denso pascabant agnium colles,  
et domum satis et minimum furique lupoque,  
nunc desiderium superest: nam cura uiuatur,  
cum memorante aetos semper dolor aduonnet annos.  
sed licet asperiora caulant spoliisque relictis, 190  
non te delibent nostrae memorare Campanae,  
nec solum tibi Pierii tribuantur honores:  
pra te uel rapidas ausum maris ire per molas,  
aduersis hiberna licet tumeant freta uentis;  
pra te uel densis solus subsistere turris 195  
uel paruum Aetnaeae corpus committere flammam.  
suum quodcumque, tum est. nostri si parua cura  
sit tibi, quanta libet, si sit modo, non mihi regna  
Lydia, non magni potior sit fama Gylippi,  
posse Meleteas nec malleu mittere chartas. 200  
quod tibi si uersus noster, totusue minusae,  
uel bene sit notus, summo uel ineret in ore,  
nulla mihi statuent linem te fata caucendi.  
quin etiam mea tunc tumulus cum texerit ossa,  
seu matura dies celerem properat mihi mortem, 205  
longa manet seu uita, tamen, mutata figura  
seu me linget equum rigidos percurrere campos  
dortum, seu tardi pecoris sim gloria taurus  
sive ego per liquidum uolucris uelut aera pennis,  
quandocumque hominem me longa receperit aetas,  
inceptis de te subtexam carmina chartis. 211

## VIII (IV 2)

Sulpicia est tibi culta tuis, Mars magne, kalendis;  
spectatum e caelo, si sapis, ipse ueni.  
hoc Venus ignoscat: at tu, uolente, caueta  
ne tibi miranti turpiter arua caulant. 5  
illius ex oculis, cum mult exurre diuos,  
accendit geminas lampadas acer Amor.  
illam, quidquid agit, quoquo uestigia mouit,  
componit furtim subsquiturque decur.  
sen soluit erines, fuis decet esse capillis:

VII 93 cont. *prosuu* Fraucke. 94 *contendere* OP, corr. Christ. Crusius. *curuam conu. gymna* Fraucke. 98 *ueniant* P. 103 *seu inuictus* O, *seu uinctum* P, corr. Salmasius. 109 comma non post *Pannonius* sed post *Alpes* ponunt alii. 110 *acnis* O. 112<sup>a</sup> *tempora* Voss, *saecula* O. *uitae* τ, *famae* O. 113 *renouerat* (*renouauerat*?) O. 129 *multa* O. 136 *non* τ, *uuae* O. *sunt* O, *erua* Lachmann. 139 *teluce* O. 140 *dyaspus* (di.) O. 141 *Gyndes* τ, *cydnus* O F. 142 *aret* Lachmann, *Aretaeis* Scaliger, *ardet aetcais* F, *erecais ardet* O. *ant uida* *inhospita* F, *ant uida caristia* O, corr. Heinsius. 143 *Toucyris* τ. 145, 146 post *Padurus* colono, post *Magynus* colono ponunt alii. 167 *utrique* O. 168 *negot* O. 173 *confuadit* O. 174 *curgit* O. 175 *poscent* O, *terunt* F, *currit* Lachmann. *per claros icriat* Scaliger. 189 *autactos* F, *accitos* O. 190 *relictus* O. 203 *statuunt* O. 210 *quandocumque* F, in *quocumque* O, *tum quocumque* Housman. VIII XII Baelrens alii a Tibullo abiudicauerunt, haud recte ut inibi uidetur.

seu comptis, comptis est neneranda comis. 10  
 urit, seu Tyria uoluit procedere palla :  
 urit, seu niuea candida ueste uenit.  
 talis in aeterno felix Vertumnus Olympo  
 mille habet ornatus, mille decenter habet.  
 sola puellarum digna est, cui mollia caris 15  
 uellera det sucis bis madefacta Tyros,  
 possideatque, metit quidquid bene olentibus aruis  
 cultor odoratae diues Arabs segetis  
 et quascumque niger rubro de litore gemmas  
 proximis Eois colligit Indus aquis. 20  
 haec uos, Pierides, festis cantate kalendis,  
 et testudinea Phoebe superbe lyra.  
 hoc sollemne sacrum multos haec sumet in annos :  
 dignior est uestro nulla puella choro.

## IX (IV 3)

Parce meo iuueni, seu quis bona pascua campi  
 seu colis umbrosi deua montis aper ;  
 nec tibi sit duros acuisse in proelia dentes :  
 incolumem entos hunc mihi seruet Amor.  
 sed procul abducit uenandi Delia cura : 5  
 o pereant siluae deficiantque canes !  
 quis furor est, quae mens, densos indagine colles  
 claudentem teneras lacdere nelle manus ?  
 quidue iuuat furtim latebras intrare ferarum  
 candidaque hamatis crura notare rubis ? 10  
 sed tamen, ut tecum liceat, Cerinthe, uagari,  
 ipsa ego per montes retia torta feram,  
 ipsa ego uelocis quaeram nestigia cerui  
 et demam celeri ferrea uincla cani.  
 tunc mihi, tunc placeant siluae, si, lux mea, tecum  
 arguar ante ipsas concubuisse plagas : 16  
 tunc ueniat licet ad casses, inlatus abibit,  
 ne Veneris cupidae gaudia turbet, aper.  
 nunc sine me sit nulla Venus, sed lege Dianae,  
 caste puer, casta retia tange manu ; 20  
 et quaecumque meo furtim subrepat amori,  
 incidat in saeuas diripienda feras.  
 at tu uenandi studium concede parenti,  
 et celer in nostros ipse recurre sinus.

## X (IV 4)

Huc ades et tenerae morbos expelle puellae,  
 huc ades, intonsa Phoebe superbe coma.  
 crede mihi, propera : nec te iam, Phoebe, pigebit  
 formosae medicas applicuisse manus. 5  
 effice ne macies pallentes occupet artus,  
 neu notet informis pallida membra color,  
 et quodecumque mali est et quidquid triste timemus,  
 in pelagus rapidis euehat amnis aquis.  
 sancte, ueni, tecumque feras, quicumque sapes,  
 quicumque et cantus corpora fessa leuant : 10  
 neu iuuenem torque, metuit qui fata puellae  
 notaque pro domina uix numeranda facit.  
 interdum uouet, interdum, quod langueat illa,  
 dicit in aeternos aspera uerba deos.  
 pone metum, Cerinthe : deus non laedit amantes. 15  
 tu modo semper ama : salua puella tibi est.  
 nil opus est fletu : lacrimis erit aptius uti,  
 si quando fuerit tristior illa tibi. 21  
 at nunc tota tua est, te solum candida secum 17  
 cogitat, et frustra credula turba sedet.  
 Phoebe, faue : laus magna tibi tribuetur in uno

corpore seruato restituisse duos. 20  
 iam ceber, iam laetus eris, cum debita reddet 23  
 certatim sanctis laetus uterque focus.  
 tunc te felicem dicet pia turba deorum, 25  
 optabunt artes et sibi quisque tuas.

## XI (IV 5)

Qui mihi te, Cerinthe, dies dedit, hic mihi sanctus  
 atque inter festos semper habendus erit.  
 te nascente nouum Parcae cecinerunt puellis  
 seruitium et dederunt regna superba tibi.  
 uror ego ante alias : iuuat hoc, Cerinthe, quod uror,  
 si tibi de nobis mutus ignis adest. 6  
 mutuus adsit amor, per te dulcissima furta  
 perque tuos oculos per Geniumque rogo.  
 mane Geni, cape tura libens uotisque faueto,  
 si modo, cum de me cogitat, ille calet. 10  
 quod si forte alios iam nunc suspiret amores,  
 tunc precor infidos, sancte, relinque focos.  
 nec tu sis iniusta, Venus : uel seruiat aequae  
 uinctus uterque tibi, uel mea uincla leua.  
 sed potius ualida teneamur uterque catena, 15  
 nulla queat posthac nos soluisse dies.  
 optat idem iuuenis quod nos, sed tectius optat :  
 nam pudet haec illum dicere uerba palam.  
 at tu, Natalis, quoniam deus omnia sentis,  
 adue : quid refert, clamue palamne roget ? 20

## XII (IV 6)

Natalis Iuno, sanctos cape turis acernos,  
 quos tibi dat tenera docta puella manu.  
 tota tibi est hodie, tibi se laetissima comptis,  
 staret ut ante tuos conspicienda focos.  
 illa quidem ornandi causas tibi, diua, relegat : 5  
 est tamen, occulte cui placuisse uelit.  
 at tu, sancta, faue, neu quis dinellat amantes,  
 sed iuueni quaeso mutua uincla para.  
 sic bene compones : ullae non ille puellae  
 seruire aut cuiquam dignior illa niro. 10  
 nec possit cupidus uigilans dependere custos,  
 fallendique nias mille ministret Amor.  
 adue purpureaque ueni perlucida palla :  
 ter tibi fit libo, ter, dea casta, mero.  
 praecipit et natae mater studiosa quod optat : 15  
 illa aliud tacita, iam sua, mente rogat.  
 uritur, ut celeres urunt altaria flammae,  
 nec, liceat quamuis, sana fuisse uelit.  
 sis iuueni grata, ut, ueniet cum proximus annus,  
 hic idem uotis iam uetus adsit amor. 20

## XIII (IV 7)

Tandem uenit amor, qualem texisse pudori  
 quam nudasse alicui sit mihi fama magis.  
 exorata meis illum Cytherea Camenis  
 attulit in nostrum deposuitque sinum.  
 exsoluit promissa Venus : mea gaudia narret, 5  
 dicetur si quis non habuisse sua.  
 non ego signatis quicquam mandare tabellis,  
 ne legat id nemo quam meus ante, uelim,  
 sed peccasse iuuat, multas componere famae  
 taedet : cum digno digna fuisse ferar. 10

VIII 23 sumat τ. 24 thoro O. X 6 candida τ. 23 lautus Haupt, clarus Maehly Bl. f. d. Bayer. Gymnasial-  
 schulv. 24 p. 480. XI 1 Qui mihi F, Est qui O. 4 dederant O. 10 ualet O, uolet F. 17 tutius O. 20 clamue  
 palamue O. XII 3 lota τ. 5 orandi O. 10 euidam O. 14 fit τ, sic (sit) O. 15 praecipiat natue—optet τ. 19 sis  
 F, si O, sit τ. Iuno Gruppe. ut add. Eberz, et τ. 20 idem iuuetis Schulz Wochenschr. f. kl. Phil. 1885 p. 598.  
 adsit codd. det., cset mel. XIII-XVIII Sulpiciae tribuit Gruppe. carmen XIII utrum a Sulpicia profectum sit an a  
 Tibullo, dubium est (cf. Ribbeck Gesch. der röm. Dichtung 2 p. 196); de ceteris Gruppe recte indicauit. XIII 1 pudore  
 pars codd. 8 ne τ, me O. nemo τ, uenio O.

## XIV (IV 8)

Immisus natalis adest, qui rure molesto  
et sine Cerintho tristis agendus erit.  
dulcius urbe quid est? an ulla sit apta puellae  
atque Arretino frigidus annis agro?  
iam, nimium Messalla mei studiose, quiescas, 5  
neu tempestivae  $\dagger$  saepe propinque viae.  
hic animum sensusque meos abducta relinquo,  
arbitrio quamvis non sinis esse meo.

## XV (IV 9)

Seis iter ex animo sublatum triste puellae?  
natali Romae iam licet esse tuo.  
omnibus ille dies nobis natalis agatur,  
qui necopinanti nunc tibi forte venit.

## XVI (IV 10)

Gratum est, securus multum quod iam tibi de me  
permittis, subito ne male inepta cadam.  
sit tibi cura togae potior pressumque quasillo  
scortum quam Scrui filia Sulpicia.  
solliciti sunt pro nobis, quibus illa dolori est, 5  
ne cedam ignoto maxima causa toro.

## XVII (IV 11)

Estne tibi, Cerinthe, tuae pia cura puellae,  
quod mea nunc nexat corpora fessa calor?  
a ego non aliter tristes evincere morbos  
optarim, quam te si quoque nelle putem.  
at mihi quid prosit morbos evincere, si tu 5  
nostra potes lento pectore ferre mala?

## XVIII (IV 12)

Ne tibi sim, mea lux, aequae iam feruida cura,  
ae videor paucos ante fuisse dies,

si quicquam tota commisi stulta iuventa,  
cuius me fatear paenituisse magis,  
hesterna quam te solum quod nocte reliqui, 5  
ardorem cupiens dissimulare meum.

## XIX (IV 13)

Nulla tuum nobis subducet femina lectum:  
hoc primum iuncta est foedere nostra Venus.  
tu mihi sola places, nec iam te praeter in urbe  
formosa est oculis ulla puella meis.  
atque utinam posses uni mihi bella videri! 5  
displiceas aliis: sic ego tutus ero.  
nil opus invidia est; procul absit gloria vulgi:  
qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.  
sic ego secretis possum bene vivere sibus,  
qua nulla humano sit via trita pede. 10  
tu mihi curarum requies, tu nocte vel atra  
lumen, et in solis tu mihi turba locis.  
nunc licet e caelo mittatur amica Tibullo,  
mittetur frustra deficietque Venus.  
hoc tibi sancta tuae Iunonis munera iuro, 15  
quae sola ante alios est mihi magna deos.  
quid facio demens? heu lieu mea pignora cedo.  
iuranti stulte: proderat iste timor.  
nunc tu fortis eris, nunc tu me audacius ures:  
hoc peperit misero garrula lingua malum. 20  
iam faciam quodcumque noles, tuus usque manebo,  
nec fugiam notae sermitum dominae;  
sed Veneris sanctae considam ninctus ad aras:  
haec notat iniustos supplicibusque fauet.

## XX (IV 14)

Rumor ait crebro nostram peccare puellam:  
nunc ego me surdis auribus esse velim,  
crimina non haec sunt nostro sine facta dolore:  
quid miserum torques, rumor acerbe  $\dagger$  tace.

XIV 4 *annus*  $\tau$ . 6 *non* *codl. det.*, *non l. parec, pr.*, *uiae* Francken, *neu iam festines me rapere usque viae* Doncieux *Rev. de Philol.* 12 p. 27. 8 *arbitrio quoniam*  $\tau$ , *arbitrium quoniam non sinis esse meum* Francken. XV 2 *tuo* A F, *tuae*  $\tau$ , *meo* Huschke. 3 *optimus* Doncieux. XVI 1 *tibi*  $\tau$ , *mihi* O. 5 *doloris* (quod cum *maxima causa* iungendum) Rigler. 6 *credam* O. XVII 1 *tuae placitura* p. O. 5 *si et cum*  $\tau$ , *quid* O. XIX huius elegiae scriptorem non esse Tibullum comprobare conatus est Postgate, *Journ. of Phil.* 9 p. 280 sqq. 8 *ipse* O. XX Tibullo non est iusta causa cur abiudicetur. 3 *taeta*  $\tau$ .

Post XX habent O et F, atque hoc quidem cum nomine Domitii Marsi, hoc Tibulli epitaphium.

Te quoque Vergilio comitem non aequa, Tibulle,  
Mors iuuenem campos misit ad Elysios,  
ne foret, aut elegis molles qui fleret amores  
aut caneret forti regia bella pede.

FRAGMENTUM sub Tibulli nomine citat Charisius p. 87 *hoc femur, huius femoris sed frequenter huius feminis huic femini dictum est etsi pluraliter tam femina quam femora ideoque . . . ullus hoc ipsum crudite custodit cum dicit implicuitque femur femini, p. 130 femini Tibullus: implicuit femur femini, non femori quasi sit hoc femur huius femoris. Charisii verba ad II 8 26 'sed femori conseruisse femur' referenda uix putauerim. Broukhuisius Tibulli nomen pro alio nomine perperam positum esse non sine probabilitate coniecit: potuit is error ex ipso nostro loco facile oriri. de loco Tibulli deperdito cogitavit Heyne.—De duobus PRAEPEIS (82, 83) Tibullo attributis uide quae disserui *Herm.* 18. p. 343 sqq.*









[Price 9s. net.]

CORPVS  
POETARVM LATINORVM

A SE ALIISQVE DENVO RECOGNITORVM  
ET BREVI LECTIONVM VARIETATE  
INSTRVCTORVM

EDIDIT

IOHANNES PERCIVAL POSTGATE

FASC. II

QVO CONTINENTVR

PROPERTIVS  
OVIDIVS

LONDINI

SVMPTIBVS G. BELL ET FILIORVM

MDCCCXCIV

*\*\* In binding Parts I. and II. together, the Preface which appeared in Part I. is to be cancelled, and that given herewith substituted.*

*The published price of Volume I. in cloth is One Guinea net.*

*Cloth covers for binding the parts will be supplied at 2s. net.*

## CORRIGENDA IN FASC. I

### In textu:

ENNIUS *Annales* lib. I *fragm.* lxxv pro *Tatiensium*—*Tatienscs* leg. *Titiusium*—*Titienscs* VIII *fragm.* xii leg. *commodu'*, pro *commodu'* X iv pro *superare* leg. *tolerare*

LVCRETIVS I 913 leg. *uidetur*

VERGILIUS *Aen.* V 416 leg. *geminis* 454 leg. *suscitat* 709 leg. *fata* VII 207 *Ilaeas* X 554 leg. *multa* XI 370 leg. *fidens*

HORATIVUS *Carm.* I xiii 6 leg. *certa* xvi 26 leg. *mutare* xxxi 1 leg. *Apollinem* pro *Apollinem*, xxxv 25 pro ut leg. at II xvii 11 leg. *praecedes* III viii 7 leg. *Libero* *Epist.* II ii 89 pro *illi* leg. *ille* *de art. poet.* 159 leg. *concludere* 170 leg. *quaerit*

TIBVLLVS *Pan. Mess.* (p. 282) 1 pro *mea* leg. *mea*

### In adnotatione:

LVCRETIVS p. 32 lib. II *add.* 289 *mens* Lamb., *res* codd. p. 35 II 555 del. *frusta*—*uidetur*, p. 73 VI 292 pro Lach. leg. Bentl. p. 81 VI 1180 pro Lach. leg. codd. et pro codd. leg. Lach. VI 1270 *add.* *pollis* codd., corr. Lach.

VERGILIUS p. 119 *Georg.* II 270 leg. 270 *steterint* M. 271 *tulerint* M. ib. 311 pro *ferrea* M<sup>1</sup> leg. *ferrea* P M<sup>1</sup> R et q. s. p. 122 III 219 leg. *silua* P<sup>1</sup> M<sup>1</sup> Seruius et q. s.

HORATIVUS p. 204 *Carm.* I i 5 7 pro T. Gataker et q. s. leg. Pontanus p. 205 vii 8 leg. *honore* Ondendorp. ib. vii 27 pro Keller leg. Wade p. 208 xx 10 pro L. Mueller leg. Doederlein et Porphyrius ad Seta. II n 18 p. 209 xxv 29 pro Bentl. leg. Rutgersius p. 212 II ii 17 leg. *Phraaten* A R<sub>2</sub> ib. iii 9 leg. 9 *qua* Bentl. alii qui etiam 11 *ramis* et, *ramosque* et et alia huiuscemodi legunt. 11 *quo a* γ C I L V, *quid* A B R F π. p. 218 III v 15 *arte* edd. *add.* Canter p. 220 III xiv 10 pro Keller leg. Horkel p. 231 *Epod.* xvi 14 leg. *audiri a* γ R F I π V. p. 235 xxv ad fin. pro Ham-  
burgen leg. Hamburgense p. 248 *Serm.* II iii 215 pro Housman leg. Wakefield p. 251 II vi 29 *pro* L, *add.* *sed* *agris*  
om. g p. 259 *Epist.* I xv pro 11 leg. 5 p. 260 xviii 37 *add.* *illius* Bentl. p. 267 *de arte poetica* 120 leg. *Homereum* uel  
*Homericum* con. Bentley p. 269 *de a.* p. 396 pro *huic* leg. *haec* 423 pro Housman leg. Geel.



# SEXTI PROPERTI

## CYNTHIA

### QVI VVLGO VOCATVR

### LIBER PRIMVS

#### I

CYNTHIA prima suis miserum me cepit  
ocellis,  
contactum nullis ante cupidinibus.  
tuum mihi constantis deiecit lumina fastus  
et caput inpositis pressit Amor pedibus,  
donec me docuit castas odisse puellas  
improbus et nullo uinere consilio.  
et mihi iam toto furor hic non deiecit anno,  
cum tamen aduersos cogor habere deos.  
Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores  
saeuitiam durae contudit lasidos.  
nam modo Partheniis amens errabat in antris,  
ibat et hirsutas ille uidere feras.

ille etiam Hylaei percussus uerberere ranni  
sauens Arcadiis rupibus ingemuit.  
ergo uelocem potuit domuisse puellam :  
tantum in amore preces et benefacta ualent.  
in me tardus Amor non ulla cogitat artes  
nec meminit notas, ut prius, ire uias.  
at uos, deductae quibus est fallacia lunae  
et labor in magicis sacra piare facis,  
en agendam dominae mentem conuertite nostrae  
et facite illa meo pallent ore magis.  
tunc ego crediderim uobis et sidera et annes  
posse Cythinaeis ducere carminibus.  
aut uos, qui sero lapsam reuocatis, amici,  
quaerite non sani pectoris auxilia.  
fortiter et ferrum saeuos patiemur et ignes,  
sit modo libertas quae uelit ira loqui.  
ferte per extremas gentes et ferte per undas,  
qua non ulla meum femina norit iter.  
uos remanete, quibus facili deus admit aure,  
sitis et in tuto semper amore pares.  
in me nostra Venus noctes exercet amaras,  
et nullo uacuum tempore deficit amor.  
hoc, moneo, uitate malum : sua quemque moretur

cura, neque assueto mutet amore formam. 36  
quod si quis monitis tardas aduerterit aures,  
heu referet quanto uerba dolore mea !

#### II

Quid iuuat ornato procedere, uita, capillo  
et tenues Coa neste mouere sinus ?  
aut quid Orontea crines perfundere murra,  
teque peregrinis uendere numeribus,  
naturaeque decus meruato perdere cultu  
nec siuere in propriis membra nitere bonis ?  
crede mihi, non ulla tuae est medicina figurae :  
uidus Amor formae non auat artificem.  
aspice quos summittat humus formosa colores,  
ut ueniant hederæ sponte sua melius,  
surgat et in solis formosius arbutus antris,  
et sciat indociles currere lympha uias.  
litora nativis resplendent pieta lapillis,  
et uolucres nulla dulcens arte canunt.  
non sic Lencippis succendit Castora Phoebe,  
Pollucem cultu non Hilaria soror,  
non, Idae et cupido quondam discordia Phoebo,  
Eueni patriis filia litoribus,  
nec Phrygium falso traxit candore maritum  
aucta externis Hippodamia rotis ;  
sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,  
qualis Apelleis est color in tabulis.  
non illis studium uulgo conquirere amantes ;  
illis ampla satis forma pudicitia.  
non ego nunc uereor, ne sim tibi uilior istis :  
uni signa placet, culta puella sat est,  
cum tibi praesertim Phoebus sua carmina donet  
Aoniaeque libens Calliopea lyram,  
unica nec desit inuendis gratia dictis,  
omnia quaeque Venus quaeque Minerva probat.  
his tu semper eris nostrae gratissima uitae,  
taedia dum miseræ sint tibi luxuriae.

I I I fecit A (Vossianus 38) F (Laurentianus plut. 36, 49). 5 castas docuit V<sup>1</sup> (V = Ottoboniano-Vaticanus 1514).  
7 annis A (F<sup>1</sup>?) V, hic etiam totis. 9 Mination φ (= A F) N (capitolianus siue Guelferbytanus inter Gudianos 224) V,  
corr. Volscus. 12 illaqueare Ayrmanu, conuinus ille Palm(er). 13 Hylaei Volscus, psilli φ V N. uerberere Baehr(ens),  
uulnere N V, arbore φ. aliquid (ante 12) intereidisse monuit Housm(an). 16 preces, fides Fontaine fort. recte. 17  
non nullas φ N V. 19 pellacia Palmerius et L. Fruterius. 20 fata Fontaine, cf. III 1. 1. 23 et umbras Clercquius  
'manes' intellegens, fort. recte. 24 Cythinaeis Hertzberg, ci(y)(h)alimis φ N V, Cythinaeis idem Hertzb. et edd. recentt.  
25 aut Hensterbuys, et φ N V. 33 corruptum. nostra, dura Francius, fort. uorsa, cf. 17; me non nostra Housm. 34  
Amor Baehr. male. 36 nec F. toram Otto, locum φ N V. II 7 tua est φ N unde tuast L. Muell(er). 8 formam Heins(ius).  
9 dumosa Baehr., non iussa Sandstrom, morosa Housm. 10 ut Itali, et φ N V. 13 respicient nos, persuadent φ N V  
(collucent τ), praefulgent Baehr., per se dent Seal(iger). 14 incipit D(auentriensis 1792). canant v (= V correctus,  
similiter f n d). 16 itaira n, telaira N, tela ira φ, thclaira Δ (= D V). 17 idae n v, ida Ω (= φ Δ N). 18 Eueni n f  
mg. v mg., euenit O (= φ Δ), et uenit N μ (Parisinus 8233 siue Memmianus). 22 et Otto. 23 uulgo Ω, fuce Eldick,  
aquirere amit(c)tes φ, fulgore auquirere Housm., fort. fulgorem auqu, amictes. 28 caliopea Δ. 29 uerbis φ N.

## III

Qualis Thesea iacuit cedente carina  
 languida desertis Gnosia litoribus,  
 qualis et accubuit primo Cepheia somno  
 libera iam duris cotibus Andromede,  
 nec minus assiduus Edonis fessa choreis  
 qualis in herboso concidit Apidano :  
 talis uisa mihi mollem spirare quietem  
 Cynthia non certis nixa caput manibus,  
 ebria cum multo traherem uestigia Baccho  
 et quaterent sera nocte facem pueri.  
 hanc ego, nondum etiam sensus deperditus omnes,  
 molliter inpresso conor adire toro ;  
 et quamuis duplici correptum ardore iuberent  
 hac Amor hac Liber, durus uterque deus,  
 subiecto leuiter positam temptare lacerto  
 osculaque admota sumere et arma manu,  
 non tamen ausus eram dominae turbare quietem,  
 expertae metuens iurgia saeuitiae ;  
 sed sic intentis haerebam fixus ocellis,  
 Argus ut ignotis cornibus Inachidos.  
 et modo soluebam nostra de fronte corollas  
 ponebamque tuis, Cynthia, temporibus,  
 et modo gaudebam lapsos formare capillos,  
 nunc furtiua cauis poma dabam manibus,  
 omnia quae ingrato largibar munera somno,  
 munera de prono saepe uoluta sinu.  
 et quotiens raro duxti suspiria motu,  
 obstupui uano credulus auspicio,  
 nequa tibi insolitos portarent uisa timores,  
 neue quis inuitam cogeret esse suam :  
 donec diuersas praecurrens luna fenestras,  
 luna moraturis sedula luminibus,  
 compositos leuibis radiis patefecit ocellos.  
 sic ait in molli fixa toro cubitum :  
 ' tandem te nostro referens iniuria lecto  
 alterius clausis expulsi et foribus,  
 nempe ubi longa meae consumpsti tempora noctis,  
 languidus exactis, ei mihi, sideribus ?  
 o utinam tales perducas, inprobe, noctes,  
 me miseram qualis semper habere iubes.  
 nam modo purpureo fallebam stamine somnum,  
 rursus et Orpheae carmine fessa lyrae ;  
 interdum leuiter mecum deserta querebar  
 externo longas saepe in amore moras,  
 dum me iucundis lassam sopor inpulit alis :  
 illa fuit lacrimis ultima cura meis.'

## IV

Quid mihi tam multas laudando, Basse, puellas  
 mutatum domina cogis abire mea ?  
 quid me non pateris uitae quodcumque sequetur  
 hoc magis assueto ducere seruitio ?  
 tu licet Antiopae formam Nycteidis et tu  
 Spartanae referas laudibus Hermionae,  
 et quascumque tulit formosi temporis aetas,  
 Cynthia non illas nomen habere sinet ;  
 nedum, si leuibis fuerit collata figuris,  
 inferior duro iudice turpis eat.  
 haec sed forma mei pars est extrema furoris :  
 sunt maiora, quibus, Basse, perire iuuat,

ingenuus color et multis decus artibus et quae  
 gaudia sub tacita ducere neste libet :  
 quo magis et nostros contendis soluere amores,  
 hoc magis accepta fallit uterque fide.  
 non inpune ferēs. sciet haec insana puella  
 et tibi non tacitis uocibus hostis erit ;  
 nec tibi me post haec committet Cynthia nec te  
 quaeret ; erit tanti criminis illa memor,  
 et te circum omnis alias irata puellas  
 differet : heu nullo limine carus eris.  
 nullas illa suis contemnet fletibus aras,  
 et quicumque sacer, qualis ubique, lapis.  
 non ullo grauius temptatur Cynthia damno,  
 quam sibi cum rapto cessat amore decus,  
 praecipue nostro. maneat sic semper, adoro,  
 nec quicquam ex illa quod querar inueniam.

## V

Inuide, tu tandem uoces compesce molestas  
 et sine nos cursu, quo sumus, ire pares.  
 quid tibi uis, insane ? meae sentire furores ?  
 infelix, properas ultima nosse mala  
 et miser ignotos uestigia ferre per ignes  
 et bibere e tota toxica Thessalia.  
 non est illa uagis similis conlata puellis :  
 molliter irasci non sciet illa tibi.  
 quod si forte tuis non est contraria uotis,  
 at tibi curarum milia quanta dabit !  
 non tibi iam somnos, non illa relinquet ocellos :  
 illa feros animis alligat una uiros.  
 a, mea contemptus quotiens ad limina curres,  
 cum tibi singultu fortia uerba cadent,  
 et tremulus maestis orietur fletibus horror,  
 et timor informem ducet in ore notam,  
 et quaecumque uoles fugient tibi uerba querenti,  
 nec poteris, qui sis aut ubi, nosse miser.  
 tum graue seruitium nostrae cogere puellae  
 discere et exclusum quid sit abire domum ;  
 nec iam pallorem totiens mirabere nostrum,  
 aut cur sim toto corpore nullus ego.  
 nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti :  
 nescit Amor prisca cedere imaginibus.  
 quod si parua tuae dederis uestigia culpae,  
 quam cito de tanto nomine runor eris !  
 non ego tum potero solacia ferre roganti,  
 cum mihi nulla mei sit medicina mali ;  
 sed pariter miseri socio cogemur amore  
 alter in alterius mutua flere sinu.  
 quare, quid possit mea Cynthia, desine, Galle,  
 quaerere : non inpune rhipa rogata uenit.

## VI

Non ego nunc Hadriae uereor mare noscere tecum,  
 Tulle, neque Aegaeo ducere uela salo,  
 cum quo Rhipaeos possim conscendere montes  
 ulteriusque domos uadere Memnonias ;  
 sed me complexae remorantur uerba puellae,  
 mutatoque graues saepe colore preces.  
 illa mihi totis argutat noctibus ignes  
 et queritur nullos esse relictā deos,  
 illa meam mihi iam se denegat ; illa minatur,  
 quae solet ingrato tristis amica uiro.

III 7 spirare f v n mg., sper. O. 12 cogor V. 16 pro et arma uaria temptauerunt uelut cara, auara, amara. 25 omniaque Ω, corr. Douša. 27 duxit Ω. 29 sibi Δ. 31 perc. Δ. 33 compositis O. ocellis φ. 37 nempe Burm(ann), namque Ω, iamque (hoc = Heins.) et in 38 is Rossberg. 39 producas Gryphiana ed. a. 1551 quod usitatus. 43 grauius —loquebar Δ. 45 lapsam Ω, corr. v. IV 7 formosi (ex 5 inlatum ut uid.) temporis Ω quod ferri nequit, famosi t. Baehr. possis etiam spatiosi t., formosi corporis Rossberg. 13 et om. F, que post ing. supra lin. add. 14 dicere Ω, corr. Itali. nocte Palm. olim. 16 adducta Markland, fort. astricta. fallit suspectum, fallis utrumque Δ. 22 differt φ, deferet Δ. 23 contempnet φ N, non tinget (debutit tinget) Heins. 24 nec Hoeufft, quaeret ub. Housm. 26 decus Kraffert, cf. Stat. S. III 5. 69, deus Ω. 27 nostri Ω. V 3 meae Hemsterhuys, meos Ω. 7 fort. contacta. 8 sciet Itali, solet Ω, uolet Palm. 9 ruis Ω, corr. n. nostris Ω, corr. n. uerbis Housm. VI 3 quo rhip. n μ, corip. N, corrip. O. 4 domo—Memnonia Iach. me(in c Δ)monias O. 6 dolore O. 9 se iam Heins. 10 irato Ω, corr. Itali.



his ego non horam possum durare querelis :  
 a pereat, si quis lentus amare potest !  
 an mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas  
 atque Asiae veteres cernere diuitias,  
 ut mihi deducta faciat eouicia puppi  
 15 Cynthia et insanis ora notet manibus,  
 osculaque opposito dicat sibi debita uento  
 et nihil infido durius esse uiro ?  
 tu patrum meritis conare anteire secures  
 et uetera oblitis iura refer sociis.  
 20 nam tua non actas umquam cessauit amori ;  
 semper at armatae cura fuit patriae :  
 et tibi non umquam nostros puer iste labores  
 adferat et lacrimis omnia nota meis.  
 25 me sine, quem semper uoluit Fortuna iacere,  
 hanc animam extremam reddere nequiciae.  
 multi longinquo periere in amore libenter,  
 in quorum numero me quoque terra tegat.  
 non ego sum laudi, non natus idoneus armis :  
 hanc me militiam fata subire uolunt.  
 30 at tu seu mollis qua tendit Ionia seu qua  
 Lydia Paetoli tinguit arata liquor,  
 seu pedibus terras seu pontum carpere reuis  
 ibis, et acceptis par eris imperiis,  
 35 tum tibi signa mei ueniet non immemor hora,  
 uiuere me duro sidere certus eris.

## VII

Dum tibi Cadmeae dicuntur, Pontice, Thelae  
 armaeque fraternae tristitia militiae,  
 atque, ita sim felix, primo contendis Homero,  
 sint modo fata tuis mollia carminibus :  
 5 nos, ut consuemus, nostros agitamus amores  
 atque aliquid durum quaerimus in dominam ;  
 nec tantum ingenio quantum seruire dolori  
 cogor et aetatis tempora dura queri.  
 hic mihi conteritur nitae modus, haec mea fama est,  
 10 hinc cupio nomen carminis ire mei.  
 nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulchro :  
 23 'ardoris nostri magne poeta, iaces.'  
 me laudent doctae solum placuisse puellae,  
 11 Pontice, et iniustas saepe tulisse minas :  
 me legat assidue post haec neglectus amator,  
 et prosint illi cognita nostra mala.  
 15 te quoque si certo puer hic concusserit arcu,  
 quod nolim nostros te uiolasse deos,  
 longe castra tibi, longe miser agnina septem  
 flebis in aeterno surda iacere situ,  
 20 et frustra mollem componere uersum,  
 nec tibi subiciet carmina serus amor.  
 tum me non humilem mirabere saepe poetam ;  
 tunc ego Romanis praeferau ingeniis.  
 25 tu caue nostra tuo contemnas carmina fasti :  
 saepe nenit magno faenore tardus amor

## VIII

Tunc igitur demens, nec te mea cura moratur ?  
 an tibi sum gelida uulior Ilyria,  
 et tibi iam tanti, quicumque est, iste uidetur,  
 ut sine me uento quolibet ire uelis ?  
 5 tunc audire potes uesani murmura ponti  
 fortis et in dura nane iacere potes ?

tu pedibus teneris positas fulcire pruinas,  
 tu potes insolitas, Cynthia, ferre niues ?  
 o utinam hibernae duplicentur tempora brumae,  
 et sit iners tardis nauita Vergiliis,  
 10 nec tibi Tyrrhena soluatur funis harena,  
 nene iniunxia meas eleuet aura preces,  
 et me defixum uacua patiatur in ora  
 15 crudelem infesta saepe uocare manu.  
 16 atque ego non uideam tales subsidere uentos,  
 13 cum tibi prouectas auferet unda rates ;  
 14 sed quocumque modo de me, periura, mereris,  
 17 sit Galatea tuae non aliena uiuae ;  
 utere felici praeuecta Ceraunia remo ;  
 20 accipiat placidis Oricos aequioribus.  
 nam me non ullae poterunt corrumpere, de te  
 quin ego, uita, tuo lumine uera querar ;  
 nec me deficiet nautas rogitate citatos :  
 'dicite, quo portu clausa puella mea est ?'  
 25 et dicam 'licet Atracis considat in oris,  
 et licet Hylaeis, illa futura mea est.'

Hic erit ; hic iurata manet. rumpantur iniqui !  
 uicimus : assiduas non tulit illa preces,  
 falsa licet cupidus deponat gaudia liuor :  
 30 destitit ire nonas Cynthia nostra uias.  
 illi carus ego et per me carissima Roma  
 dicitur, et sine me dulcior regna negat.  
 illa uel angusto mecum requiescere lecto  
 et quocumque modo maluit esse mea,  
 35 quam sibi dotatae regnum uetus Hippodamiae,  
 35 et quas Elis opes ante pararat equis.  
 quamuis magna daret, quamuis maiora daturus,  
 non tamen illa meos fugit anara sinus.  
 hanc ego non auro, non Iadis flectere conchis,  
 40 sed potui blandi carminis obsequio.  
 sunt igitur Musae, neque amanti tardus Apollo,  
 quis ego fretus amo ; Cynthia rara mea est.  
 nunc mihi summa licet contingere sidera plantis :  
 siue dies seu nox uenerit, illa mea est ;  
 45 nec mihi ritualis certos subducit amores.  
 ista meam norit gloria canitatem.

## IX

Dicbam tibi uenturos, irrisor, amores  
 nec tibi perpetuo libera uerba fore :  
 ecce iaces supplexque uenis ad iura puellae,  
 et tibi nunc quaeris imperat empta modo.  
 5 non me Chaoniae nunciant in amore columbae  
 dicere, quos iuuenes quaeque puella domet.  
 me dolor et lacrimae merito fecere peritum :  
 atque utinam posito dicar amore rudis !  
 quid tibi nunc misero prodest graue dicere carmen  
 aut Amphioniae uocinia flere lyrae ?  
 10 plus in amore nalet Mimnermi uersus Homero :  
 carmina mansuetus lenia quaerit Amor.  
 i quaeso et tristis istos compone libellos,  
 et caue quod quaeris nosse puella uclit.  
 15 quid si non esset facilis tibi copia ? nunc tu  
 insanis medio flumine quaeris aquam.  
 needum etiam palles, nero ne tangeris igni :  
 haec est uenturi prima fauilla mali.  
 20 tum magis Armeniae cupies accedere tigres  
 et magis infernae uincula nosse rotae,  
 quam pueri totiens arcum sentire medullis

VI 15 om. φ. 17 *dedita* Δ. ut *posito* Lach. *ponto* Fontaine fort. recte. 24 *nota* F. 25 *quoniam* Sam. φ. *uol. scmp.* Δ. 26 *huc a. extremum* Housm. 34 ita Pass(eratius), *accepti pars c. imperii* Ω. VII 3 *prisco* v. 15 *percussit* Guyetuz haud scio an recte. 16 *nollim* N. *te uiolasse* Itali (*quo-te* u. Muell.), *uclitasse* Ω, *uclitasse* Canterus. 20 *uerus* O. 23, 24 ante 11 transposuit Housm. VIII 1 *culpa* φ. 4 *ue* om. φ. 7 *ruinas* φ N. 13 *luctus* Housm. 15, 16 post 12 transposuit Seal. 15 *puticetur* Itali. *uena* Δ ex 11. 19 *ut te* φ N. *pron.* Δ. 21 *taedae* τ fort. recte. 22 *tuta* O. *lumine* Ω. *uera* Pass., *uerba* Ω. *loquax* Δ. 25 *Autaricis* Volsens, *Atracis* Palm., *dic. atthracis* licet haec Δ. 26 *Hylaeis* Palm. (cf. 111 16. 13), *hily* φ Ivis φ N, *illacis* Δ, *Hylleis* ed. Ronilliana, *Etris* τ. 27 46 a prioribus separauit Lipsius. 36 *quis u. p. opus* F. 44 *scu* Δ, *siue* φ N. 45 *certos* V N f mg., *summos* A F, *summus* D, *subducit* f. IX 4 *quous* v, an *quiduis*? 11 *mimnermi* N, *mimnermi* A (om. F<sup>1</sup>), *numerini* Δ. 12 *lecta* Ω. 13 *combure* Cornelissen. 20 *nosce* uclita Δ fort. recte.

et nihil iratae posse negare tuae.  
 (nullus Amor cuiquam faciles ita praebuit alas,  
 ut non alterna presserit ille manu.)  
 nec te decipiat, quod sit satis illa parata :  
 acrius illa subit, Pontice, si qua tua est. 25  
 quippe, ubi non liceat uacuos seducere ocellos  
 nec uigilare alio nomine, cedat Amor?  
 qui non ante patet, donec manus attigit ossa.  
 quisquis es, assiduus o fuge blanditias. 30  
 illis et silices et possint cedere quercus,  
 nedum tu par sis, spiritus iste leuis.  
 quare, si pudor est, quam primum errata fatere :  
 dicere quo pereas saepe in amore leuat.

## X

O iucunda quies, primo cum testis amori  
 adfueram uestris conscuis in lacrimis!  
 o noctem meminisse mihi iucunda uoluptas,  
 o quotiens uotis illa uocanda meis,  
 cum te complexa morientem, Galle, puella  
 uidimus et longa ducere uerba mora!  
 quamuis labentis premeret mihi somnus ocellos  
 et mediis caelo Luna ruberet equis,  
 non tamen a uestro potui secedere lusu :  
 tantus in alternis uocibus ardor erat. 10  
 sed quoniam non es ueritus concedere nobis,  
 accipe commissae munera laetitiae :  
 non solum uestros didici reticere calores ;  
 est quiddam in nobis maius, amice, fide.  
 possum ego diuersos iterum coniungere amantes, 15  
 et dominae tardas possum aperire fores,  
 et possum alterius curas sanare recentis,  
 nec leuis in uerbis est medicina meis.  
 Cynthia me docuit semper quae cuique petenda  
 quaeque cauenda forent : non nihil egit amor. 20  
 tu caue, ne tristi cupias pugnare puellae  
 neue superba loqui neue tacere diu,  
 neu, siquid petiit, ingrata fronte negaris,  
 neu tibi pro uano uerba benigna cadant.  
 irritata uenit, quando contemnunt illa, 25  
 nec meminit iustas ponere laesa minas :  
 at quo sis humilis magis et subiectus amori,  
 hoc magis effectu saepe fruarer hono.  
 is poterit felix una remanere puella,  
 qui numquam uacuo pectore liber erit. 30

## XI

Ecquid te mediis cessantem, Cynthia, Bais,  
 qua iacet Herculeis semita litoribus,  
 et modo Thesproti mirantem subdita regno  
 et modo Misenis aequora nobilibus  
 nostri cura subit memores a ducere noctes?  
 equis in extremo restat amore locus?  
 an te nescioquis simulatis ignibus hostis  
 sustulit e nostris, Cynthia, carminibus?  
 atque utinam magis te remis confinis minutis  
 paruula Lucrina cymba moretur aqua, 10  
 aut teneat clausam tenui Teuthrantis in unda  
 alternae facilis cedere lympha manu,

quam uacet alterius blandos audire susurros  
 molliter in tacito litore compositam,  
 ut solet amoto labi custode puella 15  
 perfida, communes nec meminisse deos ;  
 non quia perspecta non es mihi cognita fama,  
 sed quod in hac omnis parte timetur amor.  
 ignoscas igitur, siquid tibi triste libelli  
 attulerint nostri : culpa timoris erit. 20  
 nam mihi non maior carae custodia matris  
 aut sine te uitae cura sit ulla meae.  
 tu mihi sola domus, tu, Cynthia, sola parentes,  
 omni tu nostrae tempore laetitiae.  
 seu tristis ueniam seu contra laetus amicis, 25  
 quicquid ero, dicam ' Cynthia causa fuit.'  
 tu modo quam primum corruptas desere Baias :  
 multis ista dabant litora discidium,  
 litora, quae fuerant castis inimica puellis.  
 a pereant Baiae, crimen amoris, aquae ! 30

## XII

Quid mihi desidia non cessas fingere crimen,  
 quod faciat nobis Cynthia, Roma, moram?  
 tam multa illa meo diuina est milia lecto,  
 quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano ;  
 nec mihi consuetos amplexu nutrit amores 5  
 Cynthia nec nostra dulcis in aure sonat.  
 olim gratus eram : non illo tempore cuiquam  
 contigit ut simili posset amare fide :  
 inuidiae fuimus. num me deus obruit? an quae  
 lecta Prometheus diuidis herba iugis? 10  
 non sum ego qui fueram : mutat uia longa puellas.  
 quantus in exiguo tempore fugit amor!  
 nunc primum longas solus cognoscere noctes  
 cogor et ipse meis auribus esse grauis.  
 felix qui potuit praesenti flere puellae 15  
 non nihil aspersis gaudet Amor lacrimis :  
 aut si despectus potuit mutare calores,  
 sunt quoque translato gaudia seruitio.  
 ni neque amare aliam neque ab hac desciscere fas  
 est :  
 Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit. 20

## XIII

Tu, quod saepe soles, nostro laetabere casu,  
 Galle, quod abrepto solus amorem uacem.  
 at non ipse tuas imitabor, perfide, uoces :  
 fallere te nunquam, Galle, puella uelit.  
 dum tibi deceptis augetur fama puellis, 5  
 certus et in nullo quaeris amore moram,  
 perditus in quadam tardis pallescere curis  
 incipis et primo lapsus abire gradu.  
 haec erit illarum contempti poena doloris :  
 multarum miseris exiget una uices. 10  
 haec tibi uulgares istos compeccet amores ;  
 nec noua quaerendo semper amicus eris.  
 haec ego non rumore malo, non augere doctus ;  
 uidi ego : inae quaeso teste negare potes?  
 uidi ego te toto uinctum languescere collo 15  
 et flere iniectis, Galle, diu manibus,  
 et cupere optatis animam deponere membris,

IX 23, 24 melius post 5. 10 locaueris. 26-28 interpungunt alii acrius—est; quippe ubi—nomine c. A. 27 uacuo Baehr. subd. Δ. 28 cedit φ, an cedit? 30 aufuge Ω, corr. Pass. 31 salices O. possunt Δ. 32 pos-sis Ω, corr. Baehr. fort. ille. 34 qua τ. X 2 thalamis Hushke. 11 concedere Ω, corr. v. 13 dolores Ω, corr. Guyetus et Heins. 19 quaeuunque Δ N f, quacumque φ, corr. Muell. 23 irata Burn. 25 irit. Δ, irritatura φ. 28 effectu τ fort. recte. XI 4 et modo τ Scal. proxima Ω. 5 ah ducere Scal., adducere Ω. 6 externo Pass. extremo pectore restat amor Heimreich. 11 Teuthrantis Scal., teutrantis v, teutantis Δ N f, tuct. φ. 15, 16 post 8 ponit Housm. quod blanditur. amota φ N. 17 est Δ. 20 post attulerint interpung. DFN. 21 nam Keil, an Ω, an m. nunc 'Beckius Lips. 1791.' 24 omnia—tempora Ω, corr. Fontaine. leticie A, deliciae Fontaine. 25 elatus Baehr. 28 dabunt Ω. 29 fuerunt Scal. XII priori continuat Ω. 2 Cynthia codd. Pass., conscia Ω, interpunx. nos. Roma pro uoc. accipere etiam Kraffert et Palm. 6 sonus Lach(mann). 8, 9 interpunxit Wakker. fide. i. fuimus: uulg. 9 non me φ N. quem O. 10 diuidis nos, diuidit Δ N, diuitis φ. 11 quod Burn. fort. recte. 17 colores N, colores Δ. 19 desistere F, dissistere A N, discedere Δ, corr. Heins. XIII 5 forma φ. 6 uiam φ. 8 adire Ω, corr. v mg. 11 nec t.—componet O. 12 iniquus Guyetus (inicus Housm.). 13 uago Francius. 16 inl(in l φ)ectis φ N. 17 membris Scal., uerbis Ω, labris codd. Pass.

et quae deinde meus elat, amice, pudor.  
 non ego complexus potui diducere uestros :  
 tantus erat demens inter utrosque furor. 20  
 non sic Haemonio Saluonida mixtus Enipeo  
 Taenarius facili pressit amore deus,  
 nec sic caelestem flagrans amor Herulis Heben  
 sensit ab Oetaeis gaudia prima iugis.  
 una dies omnis potuit praecurrere amores : 25  
 nam tibi non tepidas subdidit illa faces,  
 nec tibi praeteritis passa est succedere fastus,  
 nec sinet abduci : te tuus ardor aget.  
 nec mirum, cum sit Ioue digna et proxima Ladae  
 et Ladae partu gratior, una tribus, 30  
 illa sit Inachiis et blandior heroinis,  
 illa suis uerbis cogat amare Iouem.  
 tu nero, quoniam semel es periturus, amore  
 utere : non alio limine dignus eras.  
 qui tibi sit felix quoniam nomis incedit error ; 35  
 et quoteunque uoles, una sit ista tibi.

## XIV

Tu licet abiectus Tiberina molliter unda  
 Lesbia Mentoreo uina libas opere,  
 et modo tam celeris mireris currere lintres  
 et modo tam tardas funibus ire rates ;  
 et nemus omne satas intendat uertice siluas, 5  
 urgetur quantis Caucasis arboribus :  
 non tamen ista meo naleant contendere amori :  
 nescit Amor magnis cedere dimitiis.  
 nam sine optatam mecum trahit illa quietem,  
 seu facili totum ducit amore diem, 10  
 tum mihi Pactoli ueniunt sub teeta liquores,  
 et legitur rubris genua sub aequoribus :  
 tum mihi cessuros spondent mea gaudia reges :  
 quae maneant, dum me fata perire uolent.  
 nam quis dimitiis aduerso gaudet Amore ? 15  
 nulla mihi tristi praemia sint Venere,  
 illa potest magnas heroum infringere uires,  
 illa etiam duris mentibus esse dolor.  
 illa neque Arabium metuit transcendere limen,  
 nec timet ostrino, Tulle, subire toro 20  
 et miserum toto iuuenem nersare cubili :  
 quid releuant nariis serica textilibus ?  
 quae mihi dum placata aderit, non ulla nerebor  
 regna uel Aleinoi munera despiciere.

## XV

Saepe ego multa tuae lenitalis dura timebam,  
 haec tamen excepta, Cynthia, perfidia.  
 aspice me quanto rapiat fortuna periclo :  
 tu tamen in nostro lenta timore uenis,  
 et potes hesternis manibus componere crines 5  
 et longa faciem quaerere desidia,  
 nec minus Eois pectus nariare lapillis,  
 ut formosa nono quae parat ire uiro.  
 at non sic Ithaci digressu mota Calypso  
 desertis olim lleuerat aequoribus : 10  
 multos illa dies inemptis maesta capillis  
 sederat, iniusto multa loenta salo,  
 et quamuis nunquam post haec uisura dolebat  
 illa tamen longae conscia laetitiae.  
 nec sic Aesoniden rapientibus anxia uentis 17  
 Hypsipyle uacuo constitit in thalamo :

Hypsipyle nullos post illos sensit amores,  
 ut semel Haemonio tabuit hospitio. 20  
 Alphisiboea suos ulta est pro coniuge fratres,  
 sanguinis et cari uincula rupit amor. 15  
 coniugis Euadue miseros delata per ignes 16  
 occidit, Argiuae fama pudicitiae. 21  
 quarum nulla tuos potuit conuertere mores,  
 tu quoque uti fieres nobilis historia.

Desine iam reuocare tuis periuria uerbis, 25  
 Cynthia, et oblitos parce mouere deos  
 audax a nimium, nostro dolitura periclo,  
 siquid forte tibi durius incederit.  
 (nulla prius uasto labentur lumina ponto,  
 amnis et innersas duxerit ante uices, 30  
 quam tua sub nostro mutetur pectore cura :  
 sis quodennique noles, non aliena tamen )  
 tam tibi ne uiles isti uideantur ocelli,  
 per quos saepe mihi credita perfidia est !  
 hos tu iurabas, siquid mentita fuisses, 35  
 ut tibi suppositis exciderent manibus :  
 et contra magnum potes hos attollere solem,  
 nec tremis admissae conscia nequitiae ?  
 quis te cogebat multos pallere colores  
 et lletum inuitis ducere luminibus ? 40  
 quis ego nunc pereo similes monitibus amantes  
 'o nullis tutum credere blanditiis !'

## XVI

Quae fueram magnis olim patefacta triumphis,  
 ianua Tarpeiae nota pudicitiae,  
 cuius inaurati celebrantur limina currus,  
 captorum lacrimis umida supplicibus,  
 nunc ego, nocturnis poterum saucia rixis, 5  
 pulsata indignis saepe queror manibus,  
 et mihi non desunt turpes pendere corollae  
 semper et exclusi signa iacere faces.  
 nec possum infamis dominae defendere noctes  
 nobilis obscenis tradita carminibus. 10  
 nec tamen illa saae reuocatur parere famae  
 purior et saecli uiuere luxuria.  
 has inter grauius cogor deflere querelas,  
 supplicis a longis tristior excubiis.  
 ille meos nunquam patitur requiescere postes,  
 arguta referens carmina blanditia : 15  
 'ianua uel domina penitus crudelior ipsa,  
 quid mihi tam duris clausa taces foribus ?  
 cur nunquam reserata meos admittis amores,  
 nescia lurtinas reddere mota preces ? 20  
 nullane finis erit nostro concessa dolori,  
 tristis et in tepido limine somnus erit ?  
 me mediae noctis, me sidera prona iacentem,  
 frigidaque Eoo me dolet aura gelu.  
 tu sola humanos nunquam miserata dolores 25  
 respondes tacitis nutua carminibus.  
 o utinam traiceta cana mea uocula rima  
 percussas dominae uertat in auriculas !  
 sit licet et saxo patientior illa Sienno,  
 sit licet et ferro durior et chalybe, 30  
 non tamen illa snos poterit compescere ocellos ;  
 surget et inuitis spiritus in lacrimis.  
 nunc iacet alterius felici nixa lacerto :  
 at mea nocturno uerba cadunt Zephyro.  
 sed tu sola uici, tu maxima causa doloris, 35  
 nicta meis nunquam, ianua, muneribus.  
 te non ulla meae laesit petulantia linguae,

XIII 24 ab Scal., in  $\Omega$ . Octacis Scal., oelo supra e scr. V)theis  $\Delta$ , (a)th(a)is  $\Phi$  N, athercis Rosberg, rogis Sebrader, 25 amantes  $\Omega$ , corr. Laeb. 35 qui Palm., quae  $\Omega$ . 36 quote. Fruterius, quoc.  $\Phi$  N, quacc.  $\Delta$ , an quacc. ? XIV 1 uia Marklaud. 5 unde Laeb. ut tendat Rothstein. 22 rehent O. 24 aut Muell., nec  $\tau$ . XV 2 fac N. 5 esternis V, ext. DF. 7 Eois  $\Delta$ , hec choyns F, haec chois A, et chois N. 15, 16 post 20 transp. Markland Sebrader. 21 delata  $\tau$  fort. a delapsa oriundum, data  $\Omega$ . 25 a prioribus separauit Ribbeck. 27 et nostro Laeb. 29-32 hic alieni fort. post 18, 16 ponendi. 29 nulli cod. Pass., multa  $\Omega$ . 33 tam (mihi) Madv., quam  $\Omega$ . XVI 8 exclusi Lipsius, exclusis  $\Omega$ . tenere V. 9 et 10 post 12 transp. Laelir. 9 uoces Housm. 12 turpior  $\Omega$ , corr. Fontaine. 13 grauibus—querchs  $\Omega$ , corr. Scal. 22 turpis  $\Omega$ . 23 noctis Housm. coll. Ou. Am. 1 G. 44, uocetis  $\Omega$ . plena  $\Omega$ .

quae solet tirato dicere tota loco,  
 ut me tam longa raucum patiari querela  
 sollicita triviu perugilare moras. 40  
 at tibi saepe nouo deduxi carmina uersu,  
 osculaque impressis nixa dedi gradibus.  
 ante tuos quotiens uerti me, perida, postes,  
 debitaque occultis uota tui manibus !  
 haec ille et siquae miseris nouistis amantes 45  
 et matutinis obstrepit alitibus.  
 sic ego nunc dominae uitius et semper amantis  
 fletibus alterna differor inuidia.

## XVII

Et merito, quoniam potui fugisse puellam,  
 nunc ego desertas alloquor alcyonas.  
 nec mihi Cassiope solito uisura carinam,  
 omniaque ingrato litore uota cadunt.  
 quin etiam absenti prosunt tibi, Cynthia, uenti : 5  
 aspice, quam saenas increpat aura minas !  
 nullane placatae ueniet fortuna procellae ?  
 haecine parua meum funus harena teget ?  
 tu tamen in melius saeuas conuerte querelas :  
 sat tibi sit poenae nox et iniqua uada. 10  
 an poteris siccis mea fata reposcere ocellis,  
 ossaque nulla tuo nostra tenere sinu ?  
 a pereat, quicumque rates et uela parauit  
 primus et inuito gurgite fecit iter.  
 nonne fuit leuius dominae peruincere mores 15  
 (quanuis dura, tamen rara puella fuit),  
 quam sic ignotis circumdata litora siluis  
 cernere et optatos quaerere Tyndaridas ?  
 illic siqua meum sepelissent fata dolorem,  
 ultimus et posito stare amore lapis, 20  
 illa meo caros donasset funere crines,  
 molliter et tenera poneret ossa rosa :  
 illa meum extremo clamasset puluere nomen,  
 ut mihi non illo pondere terra foret.  
 at uos, aequoreae formosa Doride natae, 25  
 candida felici soluite uela choro :  
 si quando nestras labens Amor attingit undas,  
 mansuetis socio parcite pectoribus.

## XVIII

Haec certe deserta loca et taciturna querenti,  
 et uacuum Zephyri possidet aura nemus :  
 hic licet occultos proferre inpune dolores,  
 si modo sola queant saxa tenere fidem.  
 unde tuos primum repetam, mea Cynthia, fastus ? 5  
 quod mihi das flendi, Cynthia, principium ?  
 qui modo felices inter numerabar amantes,  
 nunc in amore tuo cogor habere notam.  
 quid tantum merui ? quae te mihi crimina mutant ?  
 an noua tristitiae causa puella tuae ? 10  
 sic mihi te referas leuis, ut non altera nostro  
 limine formosos intulit ulla pedes.  
 quamuis multa tibi dolor hic meus aspera debet,  
 non ita saena tamen uenerit ira mea,  
 ut tibi sim merito semper furor et tua flendo 15

lumina deiectis turpia sint lacrimis.  
 an quia parua damus mutato signa calore,  
 et non ulla meo clamant in ore fides ?  
 uos eritis testes, siquos habet arbor amores,  
 fagus et Arcadio pinus amica deo. 20  
 a, quotiens uestras resonant mea uerba sub umbras,  
 scribitur et teneris Cynthia corticibus !  
 a, tua quot peperit nobis iniuria curas,  
 quae solum tacitis cognita sunt foribus !  
 omnia consueui timidus perferre superbae 25  
 iussa neque arguto facta dolore queri.  
 pro quo mi nudi montes et frigida rupes  
 et datur inculto tramite dura quies ;  
 et quodcumque meae possunt narrare querelae,  
 cogor ad argutas dicere solus aues. 30  
 sed qualiscumque es, resonent mihi 'Cynthia'  
 siluae,  
 nec deserta tuo nomine saxa uacent.

## XIX

Non ego nunc tristes uereor, mea Cynthia, Manes,  
 nec moror extremo debita fata rogo ;  
 sed ne forte tuo careat mihi funus amore,  
 hic timor est ipsis durior exequiis.  
 non adeo leuiter nostris puer haesit ocellis, 5  
 ut meus obliu puluis amore uacet.  
 illic Phylacides iucundae coniugis heros  
 non potuit caecis inmemor esse locis,  
 sed cupidus falsis attingere gaudia palmis  
 Thessalis antiquam uenerat umbra domum. 10  
 illic quicquid ero, semper tua dicar imago :  
 traicit et fati litora magnus amor.  
 illic formosus ueniant chorus heroinae,  
 quas dedit Argiuis Dardana praeda uiris ;  
 quarum nulla tua fuerit mihi, Cynthia, forma 15  
 gratior, et (Tellus hoc, ita iusta, sinat)  
 quamuis te longae remorentur fata senectae,  
 cara tamen lacrimis ossa futura meis :  
 quae tu uiua mea possis sentire fauilla !  
 tum mihi non ullo mors sit amara loco. 20  
 quam uereor, ne te contempto, Cynthia, busto  
 abstrahat a nostro puluere iniquus amor,  
 cogat et inuitam lacrimas siccare cadentes :  
 flectitur adsiduis certa puella minis.  
 quare, dum licet, inter nos laetemur amantes : 25  
 non satis est ullo tempore longus amor.

## XX

Hoc pro continuo te, Galle, monemus amore ;  
 id tibi ne uacuo defluat ex animo ;  
 saepe imprudenti fortuna occurrit amanti  
 crudelis : Minuis hic erat Ascanius.  
 est tibi non infra speciem, non nomine dispar 5  
 Thiodamanteo proximus ardor Hylae :  
 huic tu, siue leges Vmbrae sacra flumina siluae,  
 siue Aniena tuos tinxerit unda pedes,  
 siue Gigantea spatia habere litoris ora,  
 siue ubicumque uago fluminis hospitio, 10

XVI 38 *ingrato* Fruterius et Dousa, *immerito* cod. Pass. *tota* Ω, *turba* τ, *probra* Rossberg, alii alia. *loco* Ω, *loco* τ.  
 42 *nixa* suspectum, *fixa* Graeuus et Heins., *mixta* sc. carminibus, cf. III 13. 29. 48 (*ueterna* Ω, corr. Markland.  
*diff.* v, *def.* Ω. XVII 3 corruptum. *solitam* Pass., *solio* Verrall post Heins. qui e *solio* (sed Cassiopeae 'sella'  
 magis tritum), *Castoreast stella inuisura* Housm. (cf. 18), *Cassiopeas statio* Lach. 6 *inercet* Δ. 11 *reponere* Ω,  
 corr. Baehr. 19 *meum. demum* A, om. F spatio relicto. 24 *tum m.* cod. Pass. 26 *choro* φ N, *noto* Δ. 28 *pectoribus*  
 Housm., *choribus* F, *littoribus* cett. XVIII 9 *carmina* Ω. 16 *delectis* N v, *dilectis* O. 17 *colore* v mg., *colore* Ω.  
 20 *amata* Δ. 21, 22 *uestris*—*teneris* Schrader et Koppiers, *teneras*—*uestris* (nostris φ) Ω. 23 et 24 post 6 ponit  
 Housm. fort. recte. 23 *an t. quod* Ω. 24 *foliis* Baehr. 27 *mi* nos, *nudi montes* Markland, *diuini fontes* Ω, *dumosi*  
 montes Heins., *dumcti sentes* Housm., *decidui* (melius esset *decliui* uel *-es*) fontes Fontaine. 31 *resonant* φ. *tibi* F.  
 XIX 4 *obsequiis* F. 5 *nostris* v, *noster* Ω. 8-11 om. F. 10 *Thessalus* A N. *uerberat* Δ. 13 *ueniat* Δ. *formosus*  
 Housm., *formosae* Ω. 15-17 om. F. 15 *harum* Heins. 16 *interpunxit* Leo. 17 *longe* te A N. 19 *uix sanum*  
 fort. *quas uiua mea te possit* coll. O. Tr. III 3. 81-84 (*quod si in te me possim* cod. Pass.), *quae cum mixta mea possim*  
 Baehr. 22 c Ω. XX 1 *Nec* φ, *Hacc* τ. 3, 4 *interpunxit* Rutgersius. *minuis* μ, *minuis* N, *minuis* peioraue O.  
*hic* (= talis) nos, (sic) erat Baehr., *dixerit* O, *dixerit* N, *trux* erat Housm. 5 *specie* Heins., *speciem* Ω. 6 *Thero-*  
*damant(h)eo* Ω. 7 *hunc* φ N, *nunc* Δ, corr. Auratus. *umbrosae fl.* Ω, corr. Hoeufft.

Nympharum cupidas semper defende rapinas (non minor Ansonias est amor <i>Hydriadas</i> ), ne tibi sit, durum, montes et frigida saxa, Galle, neque expertos semper adire lacus ; quae miser ignotis error perpessus in oris Herculis indomito fleuerat Ascauiō. namque ferunt olim Pagasae naualibus Argon egressani longe Phasidos isse niam, et iam praeteritis labentem Athlamiatidos undis Mysorum scopulis adplicuisse ratem. hic manus heroum, placidis ut constitit oris, mollia composita litora fronde tegit. at comes inuicti iuuenis processerat ultra, sacram sepositi quaerere fontis aquam. hunc duo sectati fratres, Aquilonia proles, hunc super et Zetes, hunc super et Calais, oscula suspensis instabant carpere palmis, oscula et alterna ferre supina fuga. ille sub extrema pendens secliditur ala et uolheres ramo submouet insidias. iam Pandioniae cessit genus Orithyiae : a dolor, ibat Hylas, ibat Euhydriasin. hic erat Arganthi Pege sub uertice montis grata domus Nymphis umida Thymiasin ; quam supra nullae pendebant debita curae roscida desertis poma sub arboribus, et circum irriguo surgebant lilia prato candida purpureis mixta papaueribus. quae modo decerpens tenero pueriliter ungui proposito florem praetulit officio, et modo formosis incumbens nescius undis errorem blandis tardat imaginibus. tandem haurire parat demissis flumina palmis innixus dextro plena trahens umero. cuius ut accensae <i>Hydriades</i> candore puellae	miratae solitos destituere choros, prolapsum leuiter facili traxere liquore : tum sonitum raptō corpore fecit Hylas. cui procul Alcides iterat responsa : sed illi nomen ab extremis fontibus aura refert. his, o Galle, tuos monitus seruabis amores, formosum ni uis perdere rusus Hylam.	15 20 25 30 35 40 45	50
	XXI		
	Tu, qui consortem properas euadere casum, miles, ab Etruscis saucius aggeribus, qui nostro genuit turgentia lumina torques, pars ego sum uestrae proxima militiae. sic te seruato possint gaudere parentes, ut soror acta tuis sentiet e lacrimis, Gallum per medios ereptum Caesaris enses effugere ignotas non potuisse manus ; et quaecumque super dispersa inuenierit ossa montibus Etruscis, haec sciat esse mea.		5 10
	XXII		
	Qualis et unde genus, qui sint mihi, Tulle, Penates, quaeris pro nostra semper amicitia. si Persina tibi patriae sunt nota sepulchra Italiae duris funera temporibus, cum Romana suos egit discordia ciues, (sic, mihi praecipue, puluis Etrusca, dolor, tu proiecta meī perpressa es membra propinqui, tu nullo miseri contempsit ossa solo), proxima subposito contingens Umbria campo me genuit terris fertilis uberibus.		5 10

## LIBER SECVNDVS VT VVLGO DICITVR

## I

Quaeritis, unde mihi totiens scribantur amores, unde meus ueniat mollis in ora liber. non haec Calliope, non haec mihi cantat Apollo ; ingenium nobis ipsa puella facit. sine lyrae earum digitis percussit eburnis, miramur, facilis ut premat arte manus : seu uidi ad frontem sparsos errare capillos, gaudet laudatis ire superba comis : sine illam Cois fulgentem incedere coccis, hac totum e Coa ueste uolument erit : sen cum poscentes somnum declinat ocellos, inuenio causas mille poeta nouas : seu nuda erepto necum letatur amietu, tun uero longas condimus Hiadas :	seu quicquid fecit sine est quodcumque locuta, maxima de nihilo nascitur historia. quod mihi si tantum, Maccenas, fata dedissent, ut possem heroas ducere in arma manus, non ego Titanas canerem, non Ossan Olympo impositam, ut caeli Pelion esset iter, non ueteres Thebas, nec Pergama nomen Homeri, Xerxis et imperio bina coisse uada, regnaue prima Remi aut animas Carthagini altae, Cimbrorumque minas et benefacta Mari : bellaque resque tui memorarum Caesaris, et tu Caesare sub magna ura secunda fores. nam quotiens Mutinam aut ciuilia busta Philippos aut canerem Siculae classicae bella fugeae euersosque focos antiquae gentis Etruscae et Ptolomaei litora capta Phari,	15 20 25 30
---	---	----------------------

XX 11 *semper cupidas* φ N. 12 *Ansonias* (= *Adeyadas*) Perreius, cf. Catull. 91. 6, *ansonis* Ω. *Hydriadas* Lach. (-*adas* nos), *adriacis* Ω, *Adeyasias* Struuius, et *Dryadas* Heins. sed Dryades mborarum non aquatiles. 13 *sint dari* Ω, corr. v mg. *turbida* φ unde Gronouius *torrida* sc. gelu. 14 *experto* Liuiueius. 21 *placidis* Heins. 24 *sacram* Rutgersius, *uaraa* Ω. 26 *zethus* φ N fort. *super it.* 27 *paluis* ('remigio alarum') Ω, *plantis* v mg. 31 *cesset* Ω, *cessat* v. 32 *Euhydriasin* (*Eahyd.* nos) Buehr., at *Hydriasia* Unger, *amadrias* (*ham.* Δ) *haec* Ω, *Hamaadryasia* uulg. 33 *Pege* Turnebus, *Pege* Seal., *phye* Ω. 45 *quois* Δ. *deudry* Δ *hades* Ω uulg., corr. Unger. 48 *tua comitem* r. c. ciuit Sandstrom. 49 *ter* 'Hyla' respondet : at Fontaine, *iterat* *respouset* : at Haupt. 51 *montis* Δ. 52 *nymphis eredere* Ω, corr. Palm. *rursus* v Palm. (*rusus* Housm.), *ursus* Ω. XXI priori continuat O. 3 *quid* Ω, *quia* J. H. Ouios. 4 *maxima* v mg. 5 si D. *ut post sen.* add. Ω, del. Pass. 6 *ut nos* (cf. 5), *ne* Ω, *haec* Beroaldus. *sentiet* nos, *sentiat* Ω. 9 *quicunqne* Δ. XXII priori continuat N. 3 *sepultae* cold. Pass. 6 *sit* Ω, *sus* Seal. 8 *tu* N, et φ D fort. V1. post 8 Housm. inserit II 30, 21, 22 et post 10 IV 1. 65, 66. 9 *an subposito* = *campor*?

II I 3 *caliope* Δ, ? φ. 5, 6 post 7, 8 posuit Fontaine (Lach.), 7, 8 post 9, 10 Lach. 5 *illam*, *iuuat* Housm. traditum ordinem seruans qui sic quocumque seruari poterit si in 5 *seu uidi* legeris et in 7 *sine illi*. *coccis* Lach., *cois* φ N, *tois* Δ. 6 *haec* Kuinoel, *hoc* Ω. *actum* c Rossberg. 10 *faciles* Δ. *premat* suspectum, *regat* Schrader et Hemsterhuys, *facili ut temperat* nos. 11 *cum*, *iam* Buehr., *tua* Housm. 11, 12 post 13, 14 positus. 14 *tunc* φ. 20 *impositum* Δ fort. recte. 21 *nec* Δ N. 23 *Carthagini* D. 24 *Cimbrorumque* Lach. 30 *ptolomaei* N, *ptol.* V, *thol.* φ, *ptolomeae* D.

aut canerem Aegyptum et Nilum, cum atratus in  
urbem  
septem captiuis debilis ibat aquis,  
aut regum auratis circumdata colla catenis,  
Actiaque in Sacra currere rostra Via,  
te mea Musa illis semper contexeret armis, 35  
et sumpta et posita pace fidele caput.  
(Theseus infernis, superis testatur Achilles,  
hic Ixioniden, ille Menoetiaden.)  
sed neque Phlegraeos Iouis Enceladique tumultus  
intonet angusto pectore Callimachus, 40  
nec mea conuenient duro praecordia nersu  
Caesaris in Phrygios condere nomen auos.  
nauita de uentis, de tauris narrat arator ;  
enumerat miles uulnera, pastor oues ;  
nos contra angusto uersantis proelia lecto : 45  
qua pote quisque, in ea conterat arte diem.  
laus in amore mori ; laus altera, si datur uno  
posse frui : fruar o solus amore meo !  
si memini, solet illa leuis culpae puellas,  
et totam ex Helena non probat Iliada. 50  
seu mihi sunt tangenda nouercae pocula Phaedrae,  
pocula priuigno non nocitura suo,  
seu mihi Circaeae pereundum est gramine siue  
Colchis Iolciaeis urat aliena focus,  
una meos quoniam praedata est femina sensus, 55  
ex hac ducentur funera nostra domo.  
omnis humanos sanat medicina dolores :  
solus amor morbi non habet artificem.  
tarda Philoctetae sanauit crura Machaon,  
Phoenicis Chiron lumina Phyllyrides ; 60  
et deus extinctum Cressis Epidaurius herbis  
restituit patriis Androgeona focus ;  
Mysus et Haemonia iuuenis, qua cuspidis uulnus  
senserat, hac ipsa cuspidis sensit opem.  
hoc siquis uitium poterit mihi demere, solus 65  
Tantaleae poterit tradere poma manu :  
dolia uirgineis idem ille repleuerit urnis,  
ne tenera adsidua colla grauentur aqua :  
idem Caucaesea soluet de rupe Promethei  
bracchia et a medio pectore pellet auem. 70  
quandocumque igitur uitam mea fata reposecent,  
et breue in exiguo marmore nomen ero,  
Maecenas, nostrae spes inuidiosa iuuentae,  
et uitae et morti gloria iusta meae,  
si te forte meo ducet uia proxima busto, 75  
esseda caelatis siste Britanna iugis,  
talique illacrimans mutae iace uerba fauillae :  
' huic misero fatum dura puella fuit.'

## II

(Liber eram et naeco meditabar uiuere lecto,  
at me composita pace fefellit Amor.)  
cur haec in terris facies humana moratur ?  
Iuppiter, ignosco pristina furta tua.  
fulua coma est longaeque manus, et maxima toto 5  
corpore, ut incedit uel Ioue digna soror,  
aut cum Dulichias Pallas spatiatur ad aras,

Gorgonis anguiferae pectus operta comis.  
qualis et Ischomache Lapithae genus heroine,  
Centauris medio grata rapina mero, 10  
Mercurio Ossaeis fertur Boceidos undis  
uirgineum primo composuisse latus.  
cedite iam, diuae, quas pastor niderat olim  
Idaeis tunicas ponere uerticibus.  
hanc utinam faciem nolit mutare senectus, 15  
etsi Cumaeae saecula uatis aget.

## III

' Qui nullam tibi dicebas iam posse nocere,  
haesisti, cecidit spiritus ille tuus.  
uix unum potes, infelix, requiescere mensem,  
et turpis de te iam liber alter erit.'  
quaerebam, sicca si posset piscis harena 5  
nec solitus ponto uiuere toruus aper,  
aut ego si possem studiis uigilare seueris :  
differtur, numquam tollitur ullus amor.  
nec me tam facies, quamuis sit candida, cepit  
(lilia non domina sunt magis alba mea) 10  
nec de more comae per leuia colla fluentes,  
non oculi, geminae, sidera nostra, faeces,  
nec siqua Arabio lucet bombyce puella  
(non sum de nihilo blandus amator ego), 15  
ut Maeotica nix minio si certet Hiberno,  
utque rosae puro lacte natant folia,  
quantum quoni posito formose saltat Iaccho,  
egit ut euhantes dux Ariadna choros, 17  
et quantum, Aeolio cum temptat carmina plectro,  
par Aganippeae ludere docta lyrae,  
et sua cum antiquae committit scripta Corinnae,  
' carmina quae quibus non putet aequa suis.'  
num tibi nascenti primis, mea uita, diebus  
candidus argutum sternuit omen Amor ?  
haec tibi contulerunt caelestia munera diui, 25  
haec tibi ne matrem forte dedisse putes.  
non non humani sunt partus talia dona :  
ista decem menses non peperere bona.  
nec semper nobiscum humana cubilia uises ; 31  
Romana accumbes prima puella Ioui. 30  
gloria Romanis una es tu nata puellis : 29  
post Helenam haec terris forma secunda redit. 32  
haec ego nunc mirer si flagrat nostra iuuentus ?  
pulchrius hac fuerat, Troia, perire tibi.  
olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli 35  
Europae atque Asiae causa puella fuit :  
nunc, Pari, tu sapiens et tu, Menelae, fuisti,  
tu quia posebas, tu quia lentus eras.  
digna quidem facies, pro qua uel obiret Achilles  
uel Priamus, belli causa probanda fuit. 40  
siquis uult fama tabulas anteire uetustas,  
hic dominam exemplo ponat in arte meam.  
siue illam Hesperis siue illam ostendet Eois,  
uret et Eeos, uret et Hesperios.

IV (His saltem ut teneat iam finibus ! ei mihi,  
siquis, 45

I 31 *giptum* f, *cy(i)Fptum* φ N, *cyprum* Δ, *coptum* Baehr., *atratus* Baehr., *attractus* A N, *tractatus* F, *tractus* Δ. 35 *contexerit* Ω. 37, 38 ponendi uid. ante III 9. 33, 34 quos u. hic inserere uult Housm. 41 *praecueniunt* F et ex conu. A<sup>1</sup>. 45 *uersantis* Muell., *uersantes* Ω. 47 *uno* = *uni* quod conl. Hoeffft et H. Bosscha. 53 *sanguine* d mg. *siue* languet, num *seu mi*? 54 *Iolciaeis* Scal., *(h)olciaeis* Ω. a u. 57 nouam elegiam constituit Heimreich post 70 insertis 4. 7-16 (17-26) praeeunt Scal. 58 *habet* 'Vossianus quartus', *amat* Ω ex l 2. 8. 61 *Cresis* Ω. 63 interpunxi- mus. *Haemonii* Heins. post hunc u. deficit A. 66 *Tantelea* N, *Tantalea* O (= FD V), corr. Beroaldus. 67 *umbris* Baehr. 71 *me* Heins. 78 nouum carmen in N. II 1, 2 hic alienos ante 3. 5 Scal. posuit. 4 *ignoro* Ω, corr. n v, *agnosco* Burm. 6 *ut* nos, et Ω. 7 *aut*, fort. uel, ut τ. 9-12 post I 3. 6 ponit Housm. 9 *Ischomachi* Schneidewin. 11 *Mercurioque* Δ. *Ossaeis* Burm., *satis* Ω, *talis* Haupt, *Sais* F N, *Calderinus*. *boceidos* Ω μ, corr. n. 12 *Brimo* Turnebus. 13 *iam* τ, *etiam* Ω. III 1 *nullum* Ω, corr. Heins. 9-44 priori carmini adnectit Housm. 10 *sint* FN. 11, 12 post 16 transp. Housm. 11 et M. F. 17 *quom* Lach., *quod* Ω. 18 *adriagna* N<sup>1</sup>, *adrianna* F, *adriana* Δ, corr. n. 22 *quibus* Ω, *lyrines* v mg. Vrbinas 641(v) unde -*que* *Erinnes* Volsce Beroaldus, alia alii temptarunt uelut *quaeuis* Palm. *putet* nos, *putat* Ω. 23 *non* N, *nunc* Δ. 24 *candidus* Macrobius (Gr. Lat. Keil V p. 626, 15) cod. Vat. ap. Pass., *ardidus* F N, *aridus* Δ. *augustae* Macrobr. 25 *contulerint* FN et post ras. V, *cum* *tulerint* D. 26 *me* O. 27 *partus* sunt N f. 29 et 31 inter se transp. Sterk Lach. 30 *accumbens* Ω. 33 at D F. *num* V, *non* in *nunc* corr. N, *num* Burm. *flagrat* Fontaine Keil, *flagret* Ω. 34 *Priamus*, interpunxit Hemsterhuys. 42 *arte* D, *ante* cett. 45-54 ad priora plane non pertinentes cum IV coniungunt Schrader alii. 45, 46 cum sequentibus non cohaerere uidit Scal. *hei* Lach., ā F, *aut* N Δ *ch* Parcius.

acrius ut moriar, uenerit alter amor ( )  
 ac ueluti primo taurus detractat aratra,  
 post uenit assueto mollis ad arua iugo,  
 5 sic primo iuuenes trepidant in amore feroces,  
 dehinc domiti post haec aequa et iniqua ferunt.  
 turpia perpessus nates est uinela Melampus, 51  
 cognitus Iphicli subripuisse boues ;  
 quem non lucra, magis Pero formosa coegit,  
 10 mox Amythaonia nupta futura domo.

## IV

Multa prius dominae delicta queraris oportet,  
 saepe roges aliquid, saepe repulsus eas,  
 et saepe inmeritis corruptas dentibus ungues,  
 et crepitum dubio suscitet ira pede.  
 15 (nequiquam perfusa meis unguenta capillis, 5  
 ibat et expenso planta morata gradu.)  
 non hic herba ualet, non hic nocturna Cytacis,  
 non Perimedeeae gramina cocta manus ;  
 25 nam cui non ego sum fallaci praemia uati ? 15  
 26 quae mea non decies somnia uersat anus ? 16  
 21 non eget hic medicis, non lectis mollibus aeger, 11  
 huic nullum caeli tempus et aura nocet ;  
 ambulat, et subito mirantur finis amici :  
 sic est incautum, quidquid habetur amor ;  
 19 quippe ubi nec causas nec apertos cernimus  
 ietus : 9  
 20 unde tamen ueniant tot mala, caeca uia est. 10  
 27 hostis siquis erit nobis, amet ille puellas : 17  
 gaudeat in puero, siquis amicus erit.  
 tranquillo tuta descendis flumine cymba :  
 30 quid tibi tam parui litoris unda nocet ? 20  
 alter saepe uno mutat praecordia uerbo ;  
 altera nix ipso sanguine mollis erit.

## V

Hoc uerum est tota te ferri, Cynthia, Roma  
 et non ignota uiuere nequitia ?  
 haec merui sperare ? dabis mihi, perfida, poenas :  
 et nobis aliquo, Cynthia, uentus erit.  
 inueniam tamen e multis fallacibus unam, 5  
 quae fieri nostro carmine nota uelit,  
 nec mihi tam duris insultet moribus et te  
 uellicet : heu sero llebis amata diu.  
 nunc est ira recens, nunc est discedere tempus :  
 si dolor auferit, crede, redibit amor. 10  
 non ita Carpathiae uariant Aquilonibus undae  
 nec dubio nubes uertitur atra Noto,  
 quam facile irati uerbo mutantur amantes :  
 dum licet, iniusto subtrahat colla iugo.  
 nec tu non aliquid, sed prima nocte, dolebis : 15  
 omne in amore malum, si patiare, leue est.  
 at tu per dominae lunonis dulcisa iura  
 paree tuis animis, uita, nocere tibi.  
 non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,  
 uerum etiam instanti laesa repugnat ouis. 20  
 nec tibi periuro scindam de corpore uestes,  
 nec uera praecelusus frerit ira fores,  
 nec tibi conexas iratus carpere crines  
 nec duris ausim haedere pollicibus :  
 rusticus haec aliquis tam turpia proelia quaerat,  
 cuius non hederæ circumire caput. 26

seribam igitur, quod non unquam tua deleat aetas,  
 ' Cynthia forma potens, Cynthia uerba leuis.'  
 crede mihi, quamuis contemnas murmura famae,  
 hic tibi pallori, Cynthia, uersus erit. 30

## VI

Non ita complebant Ephyreae Laidos aedes,  
 ad cuius iacuit Graecia tota fores,  
 turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim  
 tanta, in qua populus lusit Ericthtonius,  
 nec quae disiectas potuit componere Thebas, 5  
 Phryne tam multis facta beata uiris,  
 quin etiam falsos fingis tibi saepe propinquos,  
 oscula nec desunt qui tibi uere ferant.  
 me iuuenum pietae facies, me nomina laedunt,  
 me tener in cunis et sine noce puer. 10  
 me laedet si multa tibi dabit oscula mater,  
 me soror et eum qua dormit amica simul :  
 omnia me laedunt : timidus sum (ignosce timori)  
 et miser in tunica suspicor esse uirum.  
 his olim, ut fama est, uitis ad proelia uentum est ;  
 16 his Troiana nides funera principis.  
 aspera Centauros eadem denentia iussit  
 frangere in aduersum pocula Pirithoum.  
 cur exempla petam Graium ? tu crimini auctor,  
 nutritus duro, Romule, lacte lupae : 20  
 tu rapere intactas docuisti impune Sabinas :  
 per te nunc Romae quilibet audet Amor.  
 (felix Admeti coniunx et lectus Vlixis,  
 et quaecumque uiri femina lumen amat.)  
 25 templa Pudicitiae quid opus statuisse puellis,  
 si cuius nuptiae quilibet esse licet ?

quae manus obscenas depinxit prima tabellas  
 et posnit casta turpia uisa domo,  
 illa puellarum ingenios corruptit oculos  
 nequitiaeque suae noluit esse rudes. 30  
 a gemat in terris ista qui protulit arte  
 iurgia sub tacita condita lactitia.  
 non istis olim uariabant tecta figuris :  
 tum paries nullo crimine pietus erat.

sed non inmerito uelauit aranea fouum  
 et mala desertos occupat herba deos. 35

quos igitur tibi custodes, quae liuina ponam,  
 quae nunquam supra pes inimicus eat ?  
 nam nihil imitiae tristis custodia prodest :  
 40 quam peccare pudet, Cynthia, tuta sat est.

(nos uxor nunquam, nunquam seducet amica :  
 semper amica mihi, semper et uxor eris.)

## VII

Gauisa es certe sublataum, Cynthia, legem,  
 qua quondam edicta hemus interque diu,  
 ni nos diuideret : quamuis diducere amantes  
 non queat inuitos Iuppiter ipse duos.  
 'at magnus Caesar.' sed magnus Caesar in armis : 5  
 deuictae gentes nil in amore ualent.  
 nam citius pateret caput hoc discedere collo,  
 quam possem nuptae perdere more faeces,

III 51 *nylampus* N V, *uil.* F. 53 *nunc* D F. IV 5, 6 hic alienos esse censet Housm. 7 *noctura* D. 8 *per med(a)e* Ω. disticha 9-10 et 15-16 locum inter se mutare inuimus, 15-16 post 8 transp. Birt. 15 *praecua* Δ. 17 *ipse* D F. 20 *limitis* Palm. V continuat priori FN. 3 *mi* FN. 4 *aliquo* H. Bosscha (et Lach.), *aquilo* Ω. 10 *abf.* Δ, *aff.* FN. 21 *peruiae* Δ. VI 2 *pedes* Δ. 5 *disiectas* Schrader, *delectas* Ω, *delectas* f v edd. 8 *ue* Δ N, *ue* F, *ne desint* f. 9 *uamina* cold. Pass. et Gebhardi, fort. recte. 11 *laebet* = edd. *dedit* v edd. 12 *quae* Dousa filius unlg. 13 *laedunt* (-ant μ) = edd. 15 *uentum* Lach. 20 *durae* τ. 23 *ameti* Ω. 23, 24 ante 41 ponit Heimreich. post 24, 26, 34, 36, 40 lacunas indicauit Lach. 26 *cuius* N, *cuius* F, *quou(iu) D* Ω Δ. *quolibet* Δ Bachr., *culibat* F. 31 *tenebis* Fontaine. 32 *turpia* Herwerden, *orgia* Ruhnk. *sub.* sed F. 35 *si* Heydenreich m. 35-36 ante 27 traiecit, melius foret *nunc non*. 41 *ue duet* Ω, corr. Birt. 41, 42 sequentis carminis fuisse docet Bachr. VII 1 *est* Ω, et Schrader Koppiers. 2 *stomus* Ω. 3 *ni* N, *quis* O. 8 *prodere* Pass. *amori* Δ.

aut ego transirem tua limina clausa maritus,  
 respiciens udis proclita luminibus. 10  
 a mea tum qualis caneret tibi tibia sonnos,  
 tibia funesta tristior illa tuba !

unde mihi patriis natos praebere triumphis ?  
 nullus de nostro sanguine miles erit.  
 (quod si nostra meae comitarent castra puellae, 15  
 non mihi sat nauus Castoris iret equus.  
 hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen,  
 gloria ad hibernos lata Borysthenidas.)  
 tu mihi sola places : placeam tibi, Cynthia, solus :  
 hic erit et patrio nomine pluris amor. 20

## VIII

Eripitur nobis iam pridem cara puella,  
 et tu me lacrimas fundere, amice, uetas !  
 (nullae sunt inimicitiae nisi amoris acerbae :  
 ipsum me iugula, lenior hostis ero.)  
 possum ego in alterius positam spectare lacerto ? 5  
 nec mea dicitur, quae modo dicta mea est ? 6  
 magni saepe duces, magni cecidere tyranni,  
 et Thebae steterunt altaeque Troia fuit. 9  
 omnia uertuntur : certe uertuntur amores :  
 uinceris aut uincis ; haec in amore rota est. 8  
 (munera quanta dedi uel qualia carmina feci !  
 illa tamen numquam ferrea dixit 'amo.')

ergo tam multos nimium temerarius annos,  
 improba, qui tulerim teque tuamque domum,  
 cequandone tibi liber sum uisus ? an usque 15  
 in nostrum iacies uerba superba caput ?

Sic igitur prima moriere aetate, Properti ?  
 sed morere, interitu gaudeat illa tuo.  
 exagitet nostros Manes, sectetur et umbras,  
 insultetque rogis, calcet et ossa mea. 20  
 (quid ? non Antigonea tumulo Boeotius Haemon  
 corruit ipse suo saucius ense latius  
 et sua cum miserae permiscuit ossa puellae,  
 qua sine Thebanam noluit ire domum ?)  
 sed non effugies : necum moriaris oportet ;  
 hoc eodem ferro stillet uterque cruor.  
 quamuis ista mihi mors est inhonesta futura,  
 mors inhonesta quidem, tu moriere tamen.  
 ille etiam abrepta desertus coniuge Achilles  
 cessare in tectis pertulit arma sua. 30  
 uiderat ille fuga stratos in littore Achiuos,  
 feruere et Hectorea Dorica castra face ;  
 uiderat informem multa Patroclon harena  
 porrectum et sparsas caede iacere comas,  
 omnia formosam propter Briseida passus :  
 tantus in erepto saeuit amore dolor. 35  
 at postquam sera captiua esse reddita poena,  
 fortem illum Haemoniis Hectora traxit equis.  
 inferior multo cum sim uel natre uel armis,  
 mirum, si de me iure triumphat Amor ? 40

## IX

Iste quod est, ego saepe fui, sed fors et in hora  
 hoc ipso eiecto carior alter erit.  
 Penelope poterat bis denos salua per annos  
 uiuere, tam multis femina digna precis ;  
 coniugium falsa poterat differre Minerua, 5  
 nocturno soluens texta diurna dolo ;  
 uisura et quamuis nunquam speraret Vlixen,  
 illum expectando facta remansit anus.  
 necnon exanimem amplectens Briseis Achillen  
 candida uesana uerberat ora manu, 10  
 et dominum lauit maerens captiua cruentum  
 appositum fluuiis in Simoente uagis,  
 foedauitque comas, et tanti corpus Achilli  
 maximaque in parua sustulit ossa manu,  
 cum tibi nec Peleus aderat nec caerulea mater, 15  
 Scyria nec uiduo Deidamia toro.  
 tunc igitur ueris gaudebat Graecia nuptis ;  
 tunc etiam felix inter et arma pudor.  
 at tu non una potuisti nocte uacare,  
 impia, non unum sola manere diem. 20  
 quid si longinquos retinerer miles ad Indos,  
 aut mea si staret nauis in Oceano ? 29  
 quin etiam multo duxistis poeula risu :  
 forsitan et de me uerba fuere mala. 30  
 hic etiam petitur, qui te prius ipse reliquit :  
 di faciant, isto capta fruare uiro !  
 haec mihi uota tuam propter suscepta salutem, 25  
 cum capite hoc Stygiae iam poterentur aquae,  
 et lectum flentes circum starentis amici ?  
 hic ubi tum, pro di, perfida, quisue fuit ?  
 sed uobis facile est uerba et componere fraudes : 31  
 hoc unum didicit femina semper opus.  
 non sic incerto mutantur flamine Syrtis,  
 nec folia hiberno tam treuefacta Noto,  
 quam cito feminea non constat foedus in ira, 35  
 siue ea causa grauis, siue ea causa leuis.  
 nunc, quoniam ista tibi placuit sententia, cedam :  
 tela, precor, pueri, promite acuta magis ;  
 figite certantes atque hanc mihi soluite uitam :  
 sanguis erit uobis maxima palma meus. 40

sidera sunt testes et matutina pruina  
 et furtim misero ianua aperta mihi,  
 te nihil in uita nobis acceptius unquam :  
 nunc quoque erit, quamuis sis inimica, nihil.  
 nec domina ulla meo ponet uestigia lecto : 45  
 solus ero, quoniam non licet esse tum.  
 atque utinam, si forte pios eduximus annos,  
 ille uir in medio fiat amore lapis !  
 non ob regna magis diris cecidere sub armis  
 Thebani media non sine matre duces. 50  
 quam, mihi si media liceat pugnare puella,  
 mortem ergo non fugiam morte subire tua.

VII 11 caneret. fort. quateret. tibi om. F. tibia  $\Omega$ , Cynthia  $\tau$ . 14 erat Baehr. 13 nouum carmen in  $\Omega$ . gnatos  $\Delta$  N. 15-18 hic alieni; quid enim Propertius miles ad Propertium patrem? nostra nos, uera  $\Omega$ , q. meu si teneret Heins. haud male si uerae (h. e. 'fidae') scripsisset. 16 nauus Housm., magnus  $\Omega$ . 18 hibernas coniecimus pro hibernos  $\Omega$ ; nam 'Borysthenidas' ignotum. 20 patriae D VI (?). nomine nos, sanguine  $\Omega$  ex u. 14. VIII 3, 4 ad 9. 49-52 pertinent; alienos hic esse uidit Housm. 4 segnior  $\Delta$ . 7, 8 post 10 transp. Scal. 8 at uincet Palm. fort. recte. 10 steterant  $\Omega$ , corr. Scal. 11, 12 alienos hic esse monuit Housm., 13-16 Lach. 13 iam  $\Omega$ . 14 quin N<sup>1</sup> unde qum Muell. 17 a prioribus separauit Lach. 21-24 hic alienos post 28. 40 reicit Housm. 21 boctius  $\Omega$ . 23 misera —puella Tyrrell. 25-28 ad 9. 49-52 pertinere putat Burm. efficies O  $\mu$ . 29 sqq. a prioribus separauit Baehr. 30 Teucros cod. Pass., Teucris Housm. 31 fuga Pass., fugas  $\Omega$ . stratos Pass., tractos  $\Omega$ . 33 idem Mueller, ille Kooten. 39 matre cod. Pass., matre (in arte D)  $\Omega$ . IX 2 clecto F N V. 3 salua, fort. orba, sola Latinus Latinus. 8 illi Lach. 12 propositum F N. simoente Guyetus Housm., simoenta  $\Omega$ . uagis Unger, uadis  $\Omega$ , flauis—uadis Heins. cum Xanthi epitheto. 13, 14 ante 11 ponit Vahlen., et tanti uix sanum, fort. et humani, cf. Quint. Sm. 3. 723 sqq. sicans tibi c., Achille Birt, facilius esset et tum tibi c., Achille. Achillis O. 15 quom t.  $\Delta$ , quando ibi cod. Pass., cui tum Housm. 16 topo  $\tau$ , uiro  $\Omega$ . 17 uiris F N, castis  $\Delta$ . nuptis Baehr., natis  $\Omega$ . 18 otia tunc Housm. bene. 21 duxisti O. 26 potarentur F, peterentur  $\Delta$ . 28 quidue Otto. 29, 30 post 20 transp. Housm. 38 precor, quidem F. 41-48 loco non suo esse monuit Wakker. 43 nobis F N, nobis est D, magis est V. 44 erit nos, eris  $\Omega$ . sic N, sit F<sup>1</sup>. nihil nos, mihi  $\Omega$ . 49 sqq. cf. ad 8. 3, 4, et 25-28. 52 superbe Birt.



## X [III I]

Sed tempus lustrare aliis Helicon choreis,  
 eampum et Maenion iam dare tempus equo.  
 iam libet et fortes memorare ad proelia turmas  
 et Romana mei dicere castra duois.  
 quod si deficiant vires, audacia certe 5  
 laus erit : in magnis et voluisse sat est.  
 (aetas prima canat Veneres, extrema tumultus :  
 bella canam, quando scripta puella mea est.)  
 nunc uolo subducto grauior procedere uultu,  
 nunc aliam eitharam me mea Musa docet. 10  
 surge, anime, ex humili ; iam, carmina, sumite nires ;  
 Pierides, magni nunc erit oris opus :  
 iam negat Euphrates equitem post terga tueri  
 Parthorum et Crassos se tennis dolet :  
 India quin, Auguste, tuo dat colla triumpho, 15  
 et domus intaetae te tremit Arabiae ;  
 et si qua extremis tellus se subtrahit oris,  
 sentiat illa tuas postmodo eapta manus.  
 haec ego castra sequar : uates tua castra cauendo  
 magnus ero : seruent hunc mihi fata diem ! 20  
 ut eaput in magnis ubi non est tangere signis,  
 ponitur hic imos ante corona pedes,  
 sic nos nunc, inopes laudis conscendere in areem,  
 pauperibus sacris uilia tura damus.  
 nondum etiam Aseraeos norunt mea carmina fontes,  
 sed modo Permessi flumine lauit Amor. 26

## XI [III II]

Seribant de te alii nel sis ignota licebit :  
 laudet, qui sterili semina ponit humo.  
 omnia, crede mihi, tecum uno munera lecto  
 auferet extremi funeris atra dies :  
 et tua transibit contemtuens ossa uiator, 5  
 nec dicit ' cuius hic docta puella fuit.'

## XII [III III]

Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,  
 nonne putas miras hunc habuisse manus ?  
 is primum uidit sine sensu uirere amantes  
 et leuibus curis magna perire bona.  
 idem non frustra uentosas addidit alas, 5  
 fecit et heu uano corde uolare deum ;  
 scilicet alterna quoniam iactamur in munda,  
 nostraque non ullis permanet aura locis ;  
 et merito hamatis manus est armata sagittis,  
 et pharetra ex unero Gnosia utroque iacet ; 10  
 ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hostem,  
 nec quisquam ex illo uulnere sanus abit.  
 in me tela manent, manet et puerilis imago :  
 sed certe pennas perdidit ille suas ;  
 euolat heu nostro quoniam de pectore nusquam 15  
 assiduisque meo sanguine bella gerit.  
 quid tibi inuendum est siccis habitare medullis ?  
 si pudor est, alio traice tela tua.  
 intactos isto satius temptare ueneno :  
 non ego, sed tenuis napulata umbra mea. 20

quam si perdideris, quis erit qui talia eantet  
 (haec mea Musa leuis gloria magna tua est),  
 qui eaput et digitos et lumina nigra puellae  
 et eantet ut soleant molliter ire pedes.

## XIII [III IV]

Non tot Aehremeriis armator fetruosa sagittis,  
 spieula quot nostro pectore fixit Amor.  
 hic me tam graciles netrit contemnere Musas,  
 iussit et Aseraeum sic habitare nemus,  
 non ut Pieriae quercus mea nerba sequantur, 5  
 aut possim Ismaria ducere ualle feras,  
 sed magis ut nostro stupefact Cynthia uersu,  
 tunc ego sim Inachio notior arte Lino.  
 non ego sum formae tantum mirator honestae,  
 nec si qua illustres femina iactat auos : 10  
 me innet in gremio doctae legisse puellae,  
 auribus et puris scripta probasse mea.  
 hoc ubi contigerit, populi confusa ualeto  
 fabula : nam domina iudice tutus ero.  
 quae si forte bonas ad pacem uerterit aures, 15  
 possum inimicitias tunc ego ferre Iouis.

XIII<sup>b</sup> [III V]

Quandocumque igitur nostros mors claudet  
 ocellos,  
 accipe quae serues funeris acta mei.  
 5 nec mihi tunc fulero sternatur lectus eburno, 21  
 nec sit in Attalico mors mea nixa toro ; 22  
 6 nec mea tunc longa spatietur imagine pompa, 19  
 nec tuba sit fati nana querela mei ; 20  
 7 desit odoriferis ordo mihi lancibus, adsint 23  
 plebei paruae funeris exequiae.  
 sat mea sic magnas, si tres sint pompa libelli,  
 10 quos ego Peseiphoniae maxima dona feram. 26  
 tu uero nudum pectus lacerata sequeris,  
 nec fueris nomen lassa uocare meum,  
 osculaque in gelidis pones suprema labellis,  
 cum dabitur Syrio munere plenus onyx. 30  
 15 deinde, ubi subpositus cinerem me fecerit ardor,  
 accipiat Manes paruula testa meos ;  
 et sit in exiguo laurus super adlita busto  
 quae tegat extincti funeris umbra locum ;  
 et duo sint uersus : QUI VNVC IACET HOERIDA  
 PVLVIS 35  
 20 VNVS HIC QVONDAM SERVVS AMORIS ERAT.  
 nec minus haec nostri notescet fama sepulchri,  
 quam fuerat Phthii busta cruenta uiri.  
 tu quoque si quando uenies ad fata, (memento)  
 hoc iter ad lapides eana neni memores. 40  
 25 interea caue sis nos aspernata sepultos :  
 nonnihil ad uerum conscia terra sapit.  
 atque utinam prius animam me ponere ennis  
 iussisset quacuis de tribus ma soror !  
 nam quo tam dubiae seruetur spiritus horae ? 45  
 30 Nestoris est misus post tria saecula cinis :  
 eni si longaeuac minusset fateri senectae  
 Gallieus Hiacis miles in aggeribus,  
 non ille Antiochi uidisset corpus humari,  
 diceret aut ' o Mors, cur mihi sera nemis ?' 50

X continuat priori F, hinc nouum librum ordiuntur Lach. alii, initium periisse uidetur. 1 Est D. 2 et camp. Ω, transp. Housm. Maenion Heins., (h)(a)emonio Ω. 7, 8 hic alieni et fortasse cum IV 1. 87, 88 coniungendi. 10 nunc N V, namque D F, iamque τ. 11 amia Ω, corr. Heins. caruine Δ N edd. multi ut cum humile coniungant. 13 timeri malim. 14 metuisse V d mg., timuisse v mg. 15 quis Ω. 22 haec FN. 23 in u. Birt, carmen Ω, cubmen τ. 25 etenim Nodell al. XI multis fragmentum uidetur. 1 uel Ω, ur F. 3 secum τ. 5 hic Ω et μ, haec Birt cum u. XII 1 puerum. primus F. 3 hic F. 6 haud uano Nodell, humano Ω. 7, 8 uix sani, Fontaine aura et in 8 umbra Baehr. 10 fort. latet. 11 tectum Birin. 12 erit D F. 15 heu Muretus, c O (r N), a Baehr. 18 puer Ω, corr. v. tela tua τ, puella tuo Ω. XIII aehimienis Ω. armantur O. Eruthra Housm., armantur Sasa Itali. 12 puera FN V. 13 hoc Santen, haec Ω, contingunt FN. 16 et 17 collaerentia in O separantur Hemsterhuys et Schröder. 21, 22 post 18 transp. Otto. 24 obscurae FN (sed corr. N<sup>1</sup>). 25 sic Baehr., sit Ω, sat τ. est ad. τ. -st Baehr. 28 tu nec eris Rossberg. 38 funere quam Housm. recte ut nil. 39 adfata Housm. passiuè accipiendum. 46 iussus Δ. 47 eni si Luineius, quis Ω. tam (ex 45) long. Ω. memiisset Δ, iurauisset F. 48 Gallieus corruptum ut uid., caeruleus (= Memnon) Naeké, praestaret Ilius (hoc Lach.) Argoliceis, cf. Hom. Il. 8. 80 sqq. 49 ille cum N, unde aut Mueller.

35 tu tamen amisso non nunquam flebis amico :  
 fas est praeteritos semper amare uiros.  
 testis, cui nineum quondam percussit Adonem  
 uenantem Idalio uertice durus aper.  
 illis formosus iacuisse paludibus, illuc 55  
 40 diceris effusa tu, Venus, isse coma.  
 sed frustra mutos uenabis, Cynthia, Manes :  
 nam mea quid poterunt ossa minuta loqui ?

## XIV [III VI]

Non ita Dardanio gauisus Atrida triumpho est,  
 cum caderent magnae Launedontis opes,  
 nec sic errore exacto laetatus Vlives,  
 cum tetigit carae litora Dulichiae,  
 nec sic Electra, saluum cum aspexit Oresten, 5  
 cuius falsa tenens flectrat ossa soror,  
 nec sic incolumem Minois Thesea uidit,  
 Daedalium lino cum duce rexit iter,  
 quanta ego praeterita collegi gaudia nocte :  
 immortalis ero, si altera talis erit. 10  
 at dum demissis supplex ceruicibus ibam,  
 dicebar sicco uulior esse lacu.  
 nec mihi iam fastus opponere quaerit iniquos,  
 nec mihi ploranti lenta sedere potest.  
 atque utinam non tam sero mihi nota fuisset 15  
 condicio ! cineri nunc medicina datur.  
 ante pedes caecis lucebat semita nobis :  
 scilicet insano nemo in amore uidet.  
 hoc sensi prodesse magis : contemnitis, amantes :  
 sic hodie ueniet siqua negauit heri. 20  
 pulsabant alii frustra dominamque uocabant :  
 necum habuit positum lenta puella caput.  
 haec mihi deuictis potior uictoria Parthis ;  
 haec spolia, haec reges, haec mihi currus erunt.  
 magna ego dona tua figam, Cytherea, columna,  
 taleque sub nostro nomine carmen erit : 26  
 HAS PONO ANTE TVAM TIBI DIVA PROPERTIVS  
 AEDEM

## EXVIIAS TOTA NOCTE RECEPTVS AMANS.

(nunc in te, mea lux, ueniat mea litora nauis  
 seruata, an mediis sidat honusta uadis. 30  
 quod si forte aliqua nobis mutabere culpa,  
 uestibulum iaceam mortuus ante tuum.)

## XV [III VII]

O me felicem ! nox o mihi candida, et o tu  
 lectule deliciis facte beate meis !  
 quam multa adposita narramus uerba lucerna,  
 quantaque sublato lumine rixa fuit !  
 nam modo nudatis mecum est luctata papillis, 5  
 interdum tunica duxit aperta moram.  
 illa meos somno lapsos patefecit ocellos  
 ore suo et dixit 'sicine, lente, iaces ?'  
 quam uario amplexu mutamus brachia ! quan-  
 tum  
 oscula sunt labris nostra morata tuis ! 10  
 non iuuat in caeco Venerem corrumpere motu :  
 si nescis, oculi sunt in amore duces.  
 ipse Paris nuda fertur perisse Lacacna,  
 cum Menelaeo surgeret e thalamo,

XIII 53 cui Huschke, qui  $\Omega$ . 55 illic  $\tau$ . formosus nos, formosum  $\Omega$  quo seruato lauisse  $\tau$ , ciuisse Baehr. 58 qui N. XIV 1 est  $\Omega$ , om. Charisius p. 67, 11 (Keil). 2 om. F. 5 suum saluum  $\Delta$  unde cum salu. Housm., fort. sic laeta suam saluum conspexit O. 6 soror. sinu Heins. 11 cum D F. 16 condito N. 27 tuas—aedes  $\Omega$ , corr. Scal., tuas—aras Baehr. 29-32 huc non pertinere uidit W. Fischer. 29 in te D Orville, ad te  $\Omega$ . ueniat  $\tau$ , ueniet  $\Omega$ , tenet Heins. mea  $\Omega$ , mihi J. H. Voss. litore  $\Delta$  N f quod retineri poterit si in 30 salua sit an scripseris. 30 an F N, in  $\Delta$ . 31 que (i.e. quae) si F quod.1 mauult Housm. XV perturbati carminis uersus ordinauimus ita: 1-24, 51-54 (nos), 49, 50 (Palm.), 29, 30 (Housm.), 27, 28 (Housm.), 25, 26 (Palm.), 31-48. 41-48 post 30. 18 ponit Housm. 1 Ah  $\Delta$ . o nox  $\Omega$ , et om. F, Io—io nox—io tu Housm. 7 lassos  $\Omega$ . 8 lecte F N. 16 nitidae Palm., cupidae Baehr. 17 cubares  $\Omega$ , cubaris Muret., pertendes—cubare J. Rivius. 22 hoc  $\Delta$ . 26 uelles  $\Delta$  N. uti Baehr., ut  $\Omega$ . 28 notum Volpi, totum  $\Omega$ . 35 calores Beroaldus, dolores  $\Omega$ . 37 interea nos, tecum  $\Omega$ , interdum Housm., tales iterum Baehr. 41 cuperent, uellem F! unde uellent d mg. 42 et  $\Omega$ , nec Fontaine. 43 esset neque  $\Delta$ . 47 h(n)ec f n, nec  $\Omega$ . 49 licet  $\Delta$ , licet F. licet o Muell. 53 magn. nob. nunc qui N. spir. Scal., sper.  $\Omega$ . XVI 12 una F N. 13, 14 u. ad 28. 15 amicam F. 16 indignum  $\tau$ . 17, 18 post 12 transp. Housm. 18 ipso  $\Omega$ , 21 non tam cod. Pass. essent languidum, fortasse iscent.

nudus et Endymion Phoebi cepisse sororem 15  
 dicitur et nudae concubuisse deae.  
 quod si pertendens animo uestita cubaris,  
 scissa ueste meas experire manus :  
 quin etiam, si me ulterius prouexerit ira,  
 ostendes matri brachia laesa tuae. 20  
 necum inclinatae prohibent te ludere mammae :  
 uiderit haec siquam iam peperisse pudet.  
 dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore :  
 nox tibi longa uenit nec reditura dies.  
 ac ueluti folia arentis liquere corollas, 51  
 quae passim calathis strata natate uides,  
 sic nobis, qui nunc magnum spiramus amantes,  
 forsitan includet crastina fata dies. 54  
 tu modo, dum lucet, fructum ne desere uitae. 49  
 omnia si dederis oscula, pauca dabis. 50  
 errat, qui finem nesani quaerit amoris :  
 uerus amor nullum nouit habere modum. 29  
 exemplo iunctae tibi sint in amore columbae, 30  
 masculus et notum femina coniugium. 27  
 atque utinam haerentes sic nos uincire catena 25  
 nellet, uti nunquam solueret ulla dies ! 26  
 terra prius falso partu deludet arantes, 31  
 et citius nigros Sol agitabit equos,  
 fluminaque ad caput incipient reuocare liquores,  
 aridus et sicco gurgite piscis erit,  
 quam possim nostros alio transferre calores : 35  
 huius ero uiuus, mortuus huius ero.  
 quod mihi si interea tales concedere noctes  
 illa nelit, uitae longus et annus erit :  
 si dabit haec multas, fiam immortalis in illis :  
 nocte una quiuis uel deus esse potest. 40  
 qualem si cuncti cuperent decurrere uitam  
 et pressi multo membra iacere mero,  
 non ferum crudele neque esset bellica nauis,  
 nec nostra Actiacum uerteret ossa mare,  
 nec totiens propriis circum oppugnata triumphis 45  
 lassa foret crines soluere Roma suos.  
 haec certe merito poterunt laudare minores :  
 laeserunt nullos pocula nostra deos.

## XVI [III VIII]

Praetor ab Illyricis uenit modo, Cynthia, terris,  
 maxima praeda tibi, maxima cura mihi.  
 non potuit saxo uitam posuisse Cerauno ?  
 a Neptune, tibi qualia dona darem !  
 nunc sine me plena fiunt conuiuia mensa, 5  
 nunc sine me tota ianua nocte patet.  
 quare, si sapis, oblatas ne desere menses  
 et stolidum pleno uellere carpe pectus :  
 deinde, ubi consumpto restabit munere pauper,  
 die alias iterum nauiget Illyrias. 10  
 Cynthia non sequitur fasces nec curat honores ;  
 semper amatorum ponderat illa sinus.  
 semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas 17  
 et iubet ex ipsa tollere dona Tyro. 18  
 ergo muneribus quiuis mercatur amorem ? 15  
 Iuppiter, indigna merce puella perit. 16  
 atque utinam Romae nemo esset diues et ipse 19  
 straminea posset dux habitare casa ! 20  
 numquam uenales essent ad munus amicae,  
 atque una fieret cana puella domo ;

numquam septenas noctes sciuncta cubares,  
 candida tam foedo brachia fusa uiro,  
 non quia peccarim, testor te, sed quia uulgo 25  
 formosis leuitas scilicet amica fuit.  
 barbarus excussis agitast uestigia lumbis  
 et subito felix nunc mea regna tenet.  
 at tu nunc uostro, Veuus, o succurre dolori, 13  
 rumpat ut assiduis membra libidinibus. 14  
 nullane sedabit nostros iniuria fletus? 31  
 a, dolor hic uitiis nescit abesse tuis.  
 tot iam abiere dies, cum me nec cura theatri  
 nec tetigit Campi uee mea uensa iuuat.  
 a, pudeat certe, pudeat; nisi forte, quod aiunt, 35  
 turpis amor surdis auribus esse solet.  
 eerne duceam, modo qui fremuit compleuit inani  
 Aetia daunatis aequora uilitibus.  
 hunc infamis amor uersis dare terga carinis  
 iussit et extremo quaerere in orbe fugam. 40  
 (Caesaris haec uirtus et gloria Caesaris haec est:  
 illa, qua uicit, condidit arma manu.)  
 sed quascumque tibi uestes, quoscumque smaragdos,  
 quosue dedit llano lumine chrysolithos,  
 haec uideam rapidas in unum ferre procellas; 45  
 quae tibi terra, nelim, quae tibi fiat aqua.  
 aspice quid donis Eriphylla inuenit amaris, 46  
 arserit et quantis nupta Creusa malis. 49  
 non semper placidus perinros ridet amantes 47  
 Iuppiter et surda neglegit aure preces.  
 uidistis toto sonitus percurrere caelo  
 fulminaque aethera desiluisse domo: 50  
 non haec Pleiades faciunt ueque agnosus Orion,  
 nec sic de nihilo numinis ira eadit:  
 periuras tunc ille solet punire puellas,  
 deceptus quoniam lleuit et ipse, deus.  
 quare ne tibi sit tanti Sidouia uestis, 55  
 ut timeas, quotiens nubilus Anster erit.

## XVII [III IX]

Mentiri noctem, promissis ducere amantem,  
 hoc erit infectas sanguine habere manus.  
 nunc iacere e duro corpus iuuat, impia, saxo, 13  
 sumere et in nostras trita uenena manus. 14  
 horum ego sum uates, quotiens desertus amarus 3  
 expleui noctes, fractus utroque toro.  
 uel tu Tantalaea moueare ad flumina sorte,  
 ut liquor arenti fallat ab ore sitim; 5  
 uel tu Sisyphios licet admirare labores,  
 difficile ut toto monte uoluet onus:  
 durius in terris nihil est quod ninat amante,  
 uee, modo si sapias, quod minus esse nelis. 10  
 quem modo felicem inuidia adridente ferebant,  
 nunc decimo admittit rix ego quoque die.  
 nec licet in triniis sicca requiescere luna 15  
 aut per rimosas mittere uerba foras.  
 quod quamuis ita sit, dominam mutare cauebo:  
 tum flebit, cum in me seuserit esse fidem.

## XVIII [III X, XI]

(Assiduae multis odium peperere querelae:  
 frangitur in tacito femina saepe uiro.)

XVI 23 nunquam Palm., non quia  $\Omega$ . cubaris  $\Omega$ , corr. Itali. 27 exclusis(-it N)  $\Omega$ . 13, 14 post 28 transp. Housm. 29, 30 post 46 transp. Carutti. 32 ah Lach., om  $\Omega$  quod seruari poterit si ullane legas in 31. suis  $\Omega$ . 34 musa  $\epsilon$  edd. plerique. 35 ah  $\Delta$ , at FN. 41, 42 hic alienos esse sensit Fontaine, post III 11. 38 transp. Housm. XVII 1 fallere D. 13, 14 post 2 transp. Housm., post 16 Lach. qui in 13 iubat legit. in 3 harum conii. Wimbolt. 7 a miscerere Baelr. 9 admirante  $\Omega$ , corr. nos cf. Mart. V 6. 5. 14 tetra  $\epsilon$ . XVIII 1-4 hic alienos esse nouit Rossberg. 5 mea si N, si iam O. marcesceret Heins., mea caneret O, canesceret N, marceret (hoc Palm.) ab annis Housm. 7 at v mg., an  $\Omega$ . 9 undis  $\Omega$ . 10 nec uos, quam  $\Omega$ . aduinctos  $\Delta$ , aduinctos N, om. F<sup>1</sup>, corr. Seal. 13, 14 ante 9 transp. Burm. 15 cui FN, quot v mg., quae  $\Delta$ . 20 haud f, aut  $\Omega$ . 22 hinc N f v, nunc O. cui FN, qui  $\Delta$ . 23 sqq. separauit a prioribus Kunoel. tunc etiam Housm. 24 uadis Housm., laedis Kraffert. 29 deme Par. 7989, de me  $\Omega$ . mi  $\Delta$ . per te Hoeufft n., certe  $\Omega$ . 30 sat es Heins., satis  $\Omega$ . 31, 32 post 28 transp. Baelr. 31 succo  $\Delta$ . 34 ego, interp. Paley, sed 33, 34 fort. hic alieni sicut censet Housm. 37, 38 pertinere ad eleg. 19 monuit Housm. 38 terras Guyetus fort. recte. XIX 1 Et sine me  $\Delta$ . 2 colis  $\Omega$ . 4 probam FN, meam  $\Delta$ . 5 nulla  $\Omega$ , corr. 'Commelini liber.' 17 24 hic alienos esse putat Housm. 18 Veneris Housm., Veneri  $\Omega$ . 20 mouere O.

siquid midisti, semper uidisse negato:  
 aut siquid doluit forte, dolere nega.)  
 quid mea si canis aetas marcesceret annis, 5  
 et faceret scissas languida ruga genas?  
 at non Tithoni sperneus Aurora seuectam  
 desertum Eoa passa iacere domo est:  
 illa deos currum consequendos dixit iniquos, 13  
 iuuatum et terris praestitit officium; 14  
 illum saepe suis decedens fouit in ulnis, 9  
 nec prius abiunctos sedula lauit equos: 10  
 illum ad uicinos cum amplexa quiesceret Indos, 11  
 unaturos iterum est quæsta redire dies. 12  
 cui maiora senis Tithoni gaudia uiui 15  
 quam grauis amisso Memnone luctus erat.  
 cum sene non puduit taleum dormire puellam  
 et canae totiens oscula ferre comae:  
 at tu etiam iuuenem odisti me, perfida, cum sis  
 ipsa anus haut longa curua futura die. 20  
 qui ego deminuo curam, quod saepe Cupido  
 huic malus esse solet cui bonus ante fuit.

Nunc etiam infectos demens imitare Britanuus,  
 Indis et externo tincta uitore caput?  
 ut natura dedit, sic omnis recta figura est: 25  
 turpis Romano Belgicus ore color.  
 illi sub terris liant mala uulua puellae,  
 quae uentita suas uertit iuepta comas.  
 an si caeruleo quaedam sna tempora fuco 31  
 tinxerit, ideo caerulea forma bona est?  
 deme; nili per te poteris formosa uideri; 29  
 ni formosa sat es, si modo saepe uenis. 30  
 eum tibi uee frater nec sit tibi lilius ullus, 33  
 frater ego et tibi sinu filius unius ego,  
 ipse tuus semper tibi sit custodia lectus, 35  
 uee niuis ornata fronte sedere uelis.  
 (credam ego narranti, noli committere, famae:  
 et terram minor transilit et maria.)

## XIX [III XII]

Etsi me imito discedis, Cynthia, Roma,  
 lactor quod sine me deum rura coles.  
 nullus erit castis iuuenis corruptor in agris,  
 qui te blanditiis uou sinat esse probam;  
 nlla neque aute tuas orietur rixa fenestras, 5  
 nec tibi clamatae somnus amarus erit.  
 sola eris et solos spectabis, Cynthia, montes  
 et peens et fines pauperis agricolae,  
 illie te nulli poterunt corrumpere ludi  
 fauaque peccatis plurima causa tuis: 10  
 illie assidue tauros spectabis arantes  
 et nitem docta ponere falee comas,  
 atque ibi rara feres iuculto tura sacello,  
 haedis ubi agrestis cornuet ante focos,  
 protims et nuda choreas imitare sura; 15  
 omnia ab externo sint modo tuta uiro.  
 ipse ego uenabor: iam nunc me sacra Dianae  
 suscipere et Veneris ponere uota iuuat:  
 incipiam captare feras et reddere pinu  
 cornua et audaces ipse monere caues; 20  
 non tamen ut uastos ansim temptare leones  
 aut celer agrestes comminus ire sues.  
 haec igitur uilii sit lepores audacia molles

excipere et stricto figere auem calamo,  
qua formosa suo Clitumnus flumina luco 25  
integit et niueos abluit unda boues.  
tu quotiens aliquid conabere, uita, memento  
nenturum paucis me tibi Luciferis.  
sic me nec solae poterunt auertere siluae  
nec uaga muscosis flumina fusa ingis,  
quin ego in assidua mutem tua nomina lingua, 30  
absenti nemo non nocuisse uelit.

## XX [III XIII]

Quid fles abducta grauius Briseide? quid fles  
anxia captina tristius Andromacha?  
quidue mea de fraude deos, insana, fatigas?  
quid quereris nostram sic cecidisse fidem?  
non tam nocturna uolucris funestra querela 5  
Attica Cecropiis obstrepit in foliis,  
nec tantum Niobae bis sex ad busta superbae  
sollicito lacrimans defluit os Sipylo.  
me licet aeratis astringant bracchia nodis,  
sint tua uel Danaes condita membra domo: 10  
in te ego et aeratas rumpam, mea uita, catenas,  
ferratam Danaes transiliamque domum.  
de te quodcumque ad surdas mihi dicitur aures:  
tu modo ne dubita de grauitate mea.  
ossa tibi iuro per matris et ossa paterna 15  
(si fallo, cinis heu sit mihi uterque grauis)  
me tibi ad extremas mansurum, uita, tenebras:  
ambos una fides auferet, una dies.  
quod si nec nomen nec me tua forma teneret,  
posset seruitium mite tenere tuum. 20  
septima iam plenae deducitur orbita lunae,  
cum de me et de te compita nulla tacent:  
interea nobis non numquam ianua mollis,  
non numquam lecti copia facta tui.  
nec mihi muneribus nox ulla est empta beatis:  
quicquid eram, hoc animi gratia magna tui. 25  
cum te tam multi peterent, tu me una petisti:  
possum ego naturae non meminisse tuae?  
tum me uel tragicae uexetis Erinyes et me  
inferno damnes, Aeace, iudicio, 30  
atque inter Tityi uolucres mea poena uagetur,  
tumque ego Sisyphoe saxa labore geram.  
nec tu supplicibus me sis uenerata tabellis:  
ultima talis erit, quae mea prima fides.  
haec mihi perpetuo laus est, quod solus amator 35  
nec cito desisto nec temere incipio.

## XXI [III XIV]

A quantum de me Panthi tibi pagina finxit,  
tantum illi Pantho ne sit amica Venus!  
sed tibi iam uideor Dodona uerior augur?  
uxorem ille tuus pulcher amator habet.  
tot noctes periere: nihil pudet? aspice, cantat 5  
liber: tu nimium credula sola iaces.  
et nunc inter eos tu sermo es; et ille superbus  
dicit se inuito saepe fuisse domi.  
dispeream, si quicquam aliud quam gloria de te  
quaeritur: has laudes ille maritus habet. 10  
Colchida sic hospes quondam decepti Iason:  
eiecit Aesonia namque Creusa domo.  
sic a Dulichio iuene est elusa Calypso:

uidit amatorem pandere uela suum.  
a nimium faciles aurem praebere puellae, 15  
discite desertae non temere esse bonae.  
hinc quoque (quid sat erit?) iam pridem quaeri-  
tur alter:  
experta in primo, stulta, cauere potes.  
nos quocumque loco, nos omni tempore tecum 20  
siue aegra pariter siue ualente sumus.

## XXII [III XV]

Scis here mi multas pariter placuisse puellas,  
scis mihi, Demophoon, multa uenire mala.  
nulla meis frustra lustrantur compita plantis.  
o nimis exitio nata theatra meo,  
siue aliquis molli ducit candida gestu 5  
bracchia seu uarios incinit ore modos!  
interea nostri quaerunt sibi uulnus ocelli,  
candida non tecto pectore siqua sedet,  
siue uagi crines puris in frontibus errant,  
Indica quos medio uertice gemma tenet. 10  
quae si forte aliquid uultu mihi dura negarat,  
frigida de tota fronte cadebat aqua.  
quaeris, Demophoon, cur sim tam mollis in omnes?  
quod quaeris, 'quare?' non habet ullus amor.  
cur aliquis sacris laniat sua bracchia cultris, 15  
et Phrygis insanos caeditur ad numeros?  
uni cuique dedit uitium natura; creato  
mi fortuna aliquid semper amare dedit.  
me licet et Thamyras cantoris fata sequantur,  
numquam ad formosas, inuide, caecus ero. 20  
sed tibi si exiles uideor tenuatus in artus,  
falleris; haut unquam est culta labore Venus.  
percontere licet: saepe perit experta puella  
officium tota nocte ualere meum.  
Iuppiter Alcmenae geminas requieuerat Arcetos,  
et caelum noctu bis sine rege fuit; 26  
nec tamen idcirco languens ad fulmina uenit:  
nullus amor uires eripit ipse suas.  
quid? cum e complexu Briseidos iret Achilles,  
num fugere minus Thessala tela Phryges? 30  
quid? ferus Andromachae lecto cum surgeret  
Hector,  
bella Mycenaeae non timuere rates?  
ille uel hic classes poterant uel perdere muros:  
hic ego Pelides, hic ferus Hector ego.  
aspice, uti caelo modo sol modo luna ministret:  
sic etiam nobis una puella parum est. 36  
altera me cupidis teneat foveatque laertis,  
altera si quando non sinit esse locum,  
aut si forte irata meo sit facta ministro,  
ut sciat esse aliam, quae uelit esse mea. 40  
nam melius duo defendunt retinacula nauim,  
tutius et geminos anxia mater alit.

## [III XVI]

aut si es dura, nega: sin es non dura, uenito.  
quid iuuat, a, nullo ponere uerba loco?  
hic unus dolor est ex omnibus acer amanti, 45  
speranti subito siqua uenire negat.  
5 quanta illum toto uersant suspiria lecto,  
cum recipi, quae non nouerit, ille putat!  
et rursus puerum quaerendo audita fatigat,  
quem, quae scire timet, quaerere plura iubet. 50

XIX 25, 26 fort. post 2 ponendi. 26 *pedes* Δ. 29-32 hic alieni uidentur. 29 sic Ω, set Munro, hic cod. Pass. 31 in. ibi Baehr. *metuum* Jacob. 32 non. fort. mi. XX priori continuat F. 7 *niobe*—*superbe* Ω. 8 *laerimas* N. os Housm., a Ω. 9 *mi* τ. 10 *tua* Santen, *mea* Ω. uel N V, nec D F. 11 *ego* *ferratam* Δ. 12 *stas* *iliamque* Ω. 15 *parentis* Ω, corr. Hoeufft. 23, 24 *unquam*—*unquam* Δ N. 31 uersum corruptum sic refigere poteris *adque* *iecur* (*iee*, Darbishire) *Tityi uolueri* *mea poena cauctur* (uel *utque*—*nouetur*). 35 *hoc*—*ius* Ω, corr. Housm. XXI 3 incipit L (Holkhamicus 333). 5 *pudet* om. F L (= φ). 6 *sola*, *turba* D mg. 7 *te* om. φ. 12 *eiecit* *Aesonia* (hoc Heins.) Housm., *eiecta est tenuis* Ω. 13 *delusa* Δ. 17 *huic* Δ L N. (*quid sat erit?*) nos, qui *restat* Ω. XXII 4 fort. *omnia* (codd. Pass.) et. 5 *did*, Pass., *ded*. Ω. 6 *incit* Δ. 16 *quaeritur* D F<sup>1</sup>. 17 *natura*; interpunximus. 19 *seguntur* Δ. 22 *haud* Δ L, *hoc* F. *nunquam* D F<sup>1</sup>. 24 *hospitium* φ. 30 *non* Δ N. 31 *e* *lecto* Hertz. 33 *poterat* O. 38 *sinat* Δ. 39 *deo*—*sinistro* Baehr. 43-50 alienos hic esse notarunt Itali, post 17. 4 ponit Housm. 48 *cur* Ω, *cum* v mg. *quem* τ, *quae* Ω, *quasi* Markland. *illa* Δ. *putat* τ, *uetat* Ω, *neat* Heyne fort. recte. 50 om. N. *quae quoque* Δ L. *quaerere*. *promere* Baehr. *fata* φ unde *furta* Palm., *facta* Baehr.

## XXIII [III XVII]

Cui fugienda fuit indoeti semita vulgi,  
 ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.  
 ingenuus quisquam alterius dat munera seruo,  
 ut promissa suae uerba ferat dominae?  
 et quaerit totiens 'quaenam nunc porticus illam  
 5 integit?' et 'campo quo monet illa pedes?'  
 deinde, ubi pertuleris quos dicit fama labores  
 Hereulis, ut scribat 'muneris equid habes?'  
 eernere uti possis uultum custodis amari,  
 captus et immunda saepe latere casa? 10  
 quam care semel in toto nox uertitur anno!  
 a pereant, siquos ianna elansa iuuat!  
 eontra, reiecto quae libera uadit amictu,  
 custodum et nullo saepta timore, placet;  
 cui saepe immundo Sacra conteritur Via soeco, 15  
 nec sinit esse moram, siquis adire uelit.  
 differet haec nunquam nec poscet garrula, quod te  
 astrictus ploret saepe dedisse pater;  
 nec dicit 'timeo, propera iam surgere, quaeso:  
 infelix, hodie uir mihi rure uenit.' 20

et quas Enphrates et quas mihi misit Orontes,  
 me iuerit: nolim furta pigenda tori.  
 liberta quoniam nulla illam restat amanti,  
 nullus liber erit, siquis amare uolet.  
 'tu quereris, cum sis iam noto fabula libro, 1  
 et tua sit toto Cynthia lecta foro?'  
 cui non his uerbis aspergat tempora sudor?  
 a, pudor ingenuis hant reticendus amor.  
 quod si tam facilis sp̄raret Cynthia nobis, 5  
 non ego nequitiae dicerer esse caput,  
 nec sic per totam infamis traducerer urbem,  
 urer et quamuis non bene, uerba darem.  
 quare ne tibi sit mirum me quaerere uiles:  
 parcius infamant: num tibi causa leuis? 10  
 (et modo paucis caudae labella superbae  
 et manibus dura frigus habere pila  
 et eupit iratum talos me poscere eburnos,  
 quaeque nitent Sacra uilia dona Via.  
 a peream, si me ista mouent dispendia: sed me  
 fallaci dominae iam pudet esse iocum.) 16

XXIV<sup>b</sup> [III XIX]

Hoc erat in primis quod ne gaudere iubebas?  
 tam te formosam non pudet esse leuam?  
 una aut altera nox nondum est in amore peracta,  
 et dico lecto iam grauis esse tuo. 20  
 5 me modo laudabas et carmina nostra legelas:  
 ille tuus pennas tam cito uertit amor?  
 \*  
 contendat mecum ingenio, contendat et arte,  
 in primis una discat amare domo:  
 si libitum tibi erit, Lernaean pugnēt ad hydras 25  
 10 et tibi ab Hesperio mala dracone ferat;  
 taetra uenena libens et naufragus ehibit undas  
 et nunquam pro te denegēt esse miser  
 (quos utinam in nobis, uita, experiare labores):  
 iam tibi de timidis iste superbus erit, 30  
 15 qui nunc se in tumidum iactando uenit honorem:  
 discidium uobis proximum annus erit.

at me non aetas mutabit tota Sibyllae,  
 non labor Alcidae, non niger ille dies.  
 20 *tua* me compones et dices 'ossa, Properti,  
 haec tua sunt: eheu tu mihi certus eras, 35  
 certus eras eheu, quamuis nec sanguine auito  
 nobilis et quamuis non ita diues eras.'  
 nil ego non patiar, numquam me iniuria mutat:  
 ferre ego formosam nullum onus esse puto. 40  
 25 credo ego non paucos ista periisse figura,  
 credo ego sed multos non habuisse fidem.  
 paruo dilexit spatio Minoida Theseus,  
 Phyllida Demophoon, hospes uterque malus.  
 iam tibi Iasonia uecta est Medea carina 45  
 et modo seruato sola relicta uiro.  
 (dura est, quae multis simulatum lingit amorem,  
 et se plus uni siqua parare potest)  
 noli nobilibus, noli conferre beatis:  
 uix uenit, extremo qui legat ossa die; 50  
 35 hi tibi nos erimus: sed tu potius precor ut me  
 demissis plangas pectora nuda comis.

## XXV [III XX]

Vnica nata meo pulcherrima cura dolori,  
 excludit quoniam sors mea saepe 'ueni,'  
 ista meis fiet notissima forma libellis,  
 Calue, tua uenia, pace, Catulle, tua.  
 miles depositis anagnis secubat armis, 5  
 grandaenique negant dicere aratra bones;  
 putris et in uacua requiescit nauis harena,  
 et uetus in templo belliae parua uacat:  
 at me ab amore tuo deducet nulla senectus,  
 sine ego Tithonus sine ego Nestor ero. 10  
 nome fuit satius duro seruire tyranno  
 et gemere in tauro, saeue Perille, tunc?  
 Gorgonis et satius fuit obdlescere multu?  
 Caucaseas etiam si pateremur anes?  
 sed tamen obsistam. teritur rubigine mucro 15  
 ferreus et paruo saepe liquore silex:  
 at nullo teritur, durae sub limine amor qui  
 restat et immerita sustinet aure minas.  
 ultro contemptus rogat et peccasse fatetur  
 laesus et immitis ipse redit pedibus. 20  
 tu quoque, qui pleno fastus adsumis amore,  
 credule, nulla diu femina pondus habet.  
 au quisquam in mediis persoluit nota procellis,  
 cum saepe in partu fracta carina natet?  
 aut prius infecto deposcit praemia cursu, 25  
 septima quam metam trincerit ante rota?  
 mendaces ludunt flatus in amore secundi:  
 siqua uenit sero, magna ruina uenit.  
 tu tamen interea, quamuis te diligat illa,  
 in tacito cohibe gaudia clausa sinu. 30  
 namque in amore suo semper sua maxima enique  
 nescioquo pacto uerba nocere solent.  
 quamuis te persaepe nocet, semel ire memento:  
 inuidiam quod habet, non solet esse diu.  
 at si saecla forent gratis antiqua puellis, 35  
 essem ego, quod nunc tu: tempore uincor ego.  
 non tamen ista meos mutabant saecla mores:  
 unus quisque sua nonerit ire uia.  
 at nos, qui dlicia in multis reuocatis amores,  
 quantum sic cruciat lumina nostra dolor! 40  
 uidistis ideno teneram candore puellam,

XXIII 1 Cui φ, Qui Δ N. fuit ind. fugienda (et alid. φ N, haec τ uulg.) Ω, corr. Housm. 4 fort. serat. 11 nam cardo—uix uertitur Heinreich. 22 me capiant O. pigenda nos, pulchra Ω. 23 nulla illam (uel -as) nos, nulli uim Ω. XXIV 1 nouam cl. in Δ F N (L ng.) cum priore coniunxit Scal. quereris nos, loqueris Ω. sit Ω. 3 quoi Δ, cui φ N. 4 a p. Housm. (qui ingenuus reicendus a.), aut p. Ω, haat p. Haupt qui etiam ingenuus haat pro ingenuus aut Ω, post hos a p. ingenuus hant r. nos, alia alii. 8 ureret Ω. non bene Housm., nomine Ω. 10 nuuc Δ. 11 16 loc non pertinere uidit Scal. 13 an inuitum? 15 ac p. Δ. si me Ω. 17 sqq. a prioribus separauit Scal. 23 lacunam notauit Muell. 31 tamide F unde se tamide i. inuenit Paley. 35-38 post 52 transp. Rossberg. 35 tam Baehr., tu Ω. me Porson, mea Ω. 36, 37 heu heu Δ. 38 nauita Ω, corr. Pontanus. 45 uecta lleins., uota Ω. 46 seruato N, ab infido Δ, om. φ. 47, 48 lica alienos esse uid. Scal. al. 51 hic 'Leidensis secundus.' me. m. Sandstrom. XXV 2 uenit N<sup>1</sup>, interpunctum cum μ, 'saepe u.' uulg. 12 saepe Ω. 17 dominae (dñas) teritur φ N, de me t. Δ, corr. nos. sublimine N, sub lumine Δ F. 26 ante Ω, arc Burm., arte τ uulg. 35 gratia antiqua cod. Pass., antiquis grata Ω. 38, 39 om. L. 39 in om. Δ F. 40 si Ω. 41 pleno Ω, nunc Housm., plenam tenero lleins.

uidistis fuscas, ducit uterque color :  
uidistis patriam Argiuas prodente figura,  
uidistis nostras, utraque forma rapit :  
illaque plebeio uel sit sandycis amictu, 45  
haec atque illa mali uulneris una uia est.  
\*  
cum satis una tuis insomnia portet ocellis,  
una sit et eniuis femina multa mala.

## XXVI [III XXI]

Vidi te in somnis fracta, mea uita, carina  
Ionio lassas ducere rore manus,  
et quaecumque in me fueras mentita fateri,  
nec iam umore graues tollere posse comas,  
qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen, 5  
aurea quam molli tergo nexit ouis.  
quam timui, ne forte tuum mare nomen haberet,  
teque tua labens nanita fletet aqua !  
quae tum ego Neptuno, quae tum cum Castore  
fratri,  
quaeque tibi excepi, iam dea Lencothoe ! 10  
at tu, uix primas extollens gurgite palmas,  
saepe meum nomen iam peritura uocas.  
quod si forte tuos uidisset Glaucus ocellos,  
esses Ionii facta puella maris,  
et tibi ob inuidiam Nereides increpant, 15  
candida Nesaeae, caerula Cyniothoe,  
sed tibi subsidio delphinum currere nidi,  
qui, puto, Arioniam uexerat ante Iyram.  
iamque ego conabar summo me mittere saxo,  
cum mihi discussit talia uisa metus. 20

XXVI<sup>b</sup> [III XXII]

Nunc admirentur quod tam mihi pulchra puella  
seruiat et tota dicar in urbe potens.  
non, si gaza Midae redeant et flumina Croesi,  
dicat 'de nostro surge, poeta, toro.' 25  
nam mea cum recitat, dicit se odisse beatos :  
carmina tam sancte nulla puella colit.  
(multum in amore fides, multum constantia  
prodest :  
qui dare multa potest, multa et amare potest.)  
\*  
11 unum litus erit positus *torus* unaque tecto 31  
12 arbor, et ex una saepe bibemus aqua, 32  
9 seu mare per longum mea cogitet ire puella, 29  
10 hanc sequar et fidus unaaget aura duos. 30  
13 et tabula una duos poterit componere amantes, 33  
prora cubile mihi seu mihi puppis erit.  
15 omnia perpetiar : saeuus licet urgeat Enrus 35  
uelaque in incertum frigidus Auster agat,  
quicumque et nenti miserum uexastis Vlixen  
et Danaum Euboico litore mille rates,  
et qui mouistis *montis* duo, cum ratis Argo  
20 dux erat ignoto missa columba mari. 40  
illa meis tantum non nunquam desit ocellis,  
incendat nauem Iuppiter ipse licet.  
certe isdem nudi pariter iactabimur oris :  
me licet unda ferat, te modo terra tegat.

XXV 42 *fuseas* Markland, *fusco* Ω. *ducit* N, *dulcis* Δ F, *lucus* L. 43 *quadam* N, *quandam* O uulg., corr. Housm. coll. Moret. 32. *Argiuas* Housm., *Argiua* Ω uulg. *prodire* N uulg. 45 fort. *istaque*. 47 lacunam indicauit Housm. XXVI 5 *agitauit* (i L) φ. 6 fort. *tam m.* 8 *teq.* Heins., *atq.* Ω. 10 *quae* t, *suscepi* Heins., *iam. tum* Beroaldus. 11, 12 post 18 transp. Heimreich al. 15 *prae inuidia* Δ F. 16 *nise(a)e* Ω, corr. Fruterius. 21 sqq. a prioribus sep. Burm. 23 *gaza Midae* Palm. (nos coll. Stat. Silu. II 2. 121, I 3. 105), *cambis(a)e* Ω. 27, 28 hic alieni fort. ante 24. 49 ponendi fort. *praestat.* post 28 nou. el. in N, lacunam indicauit Housm. idem huc 31, 32 transp. 31 *positis torus* Housm., *sopitis* Ω. 36 *turbidus* A. cod. Pass. Puccius. 39 *montis duo* Palm. cf. Val. Fl. II 381, IV 707 cett., *duo litora* Ω. 41 *desit. spectat* φ, an *numquam secedat*? 44 *modo* N, *quoque* O ex I 6. 28. 47 *dum* N. *aruis* O. 49 *nam* Vahlen. *amplexae* (passiuo genere) nos, *amplexu* Ω. 53 *mitescet* F N, *mitescet* Δ L. 54 *uacans* Ayrmann (uoc. Housm.), *uorans* Ω. XXVII 6 *pericla uitae* Ω, corr. Waardenburg. 7 *fles tu* Housm., *fletus* N, *flemus* O. *capiti* Δ L. *tumultu* cod. Mus. Brit. 23766, *tumultum* Ω. 8 *uterque* D. 9 *domibusq.* Ω, corr. Muell. 12 *nec arma* Δ. 14 *seruat* Δ. XXVIII 1, 2 uid. ad 33. 7 *paremque* F praue. 9 non N. *illa* Ω. 11 *templa a contempta* genitum, *membra* Waardenburg, *forma* Stamp. 16 *uenit* Ω, corr. v. 21 *deuota* N, *monstrata* O. 22 *erat* corruptum, fort. *abit*.

25 sed non Neptunus tanto crudelis amori, 45  
Neptunus fratri par in amore Ioni.  
testis Amynone, latices cum ferret, in Argis  
compressa et Lerne pulsa tridente palus.  
iam deus amplexae uotum persoluit, at illi  
30 aurea diuinis urna profudit aquas. 50  
crudelem et Boream rapta Orithyia negauit :  
hic deus et terras et maria alta domat.  
crede mihi, nobis mitescet Scylla nec unquam  
alternante uocans uasta Charybdis aqua ;  
35 ipsaque sidera erunt nullis obscura tenebris : 55  
purus et Orion, purus et Haedus erit.  
quod mihi si ponenda tuo sit corpore uita,  
exitus hic nobis non inhonestus erit.

## XXVII [III XXIII]

At nos incertam, mortales, funeris horam  
quaeritis, et qua sit mors aditura uia,  
quaeritis et caelo, Phoenicium inuenta, sereno,  
quae sit stella homini commoda quaeque mala.  
seu pedibus Parthos sequimur seu classe Bri-  
tannos, 5  
et maris et terrae caeca perinde uia est ;  
rursus et obiectum fles tu caput esse tumultu,  
cum Mauoris dubias miscet utrimque manus ;  
praeterea domibus flammam *metuisque* ruinas,  
neu subeant labris pocula nigra tuis. 10  
solus amans nouit, quando periturus et a qua  
morte, neque hic Boreae flabra neque arma  
timet.  
iam licet et Stygia sedeat sub *harundine* remex,  
cernat et infernae tristitia uela ratis :  
si modo clamantis reuocauerit aura puellae, 15  
concessum nulla lege redibit iter.

## XXVIII [III XXIV]

\*  
Venit enim tempus, quo torridus aestuat aer, 3  
incipit et siccio feruere terra Cane.  
sed non tam ardoris culpa est neque crimina caeli,  
quam totiens sanctos non habuisse deos.  
hoc perdit miseram, hoc perdidit ante puellas : 6  
quicquid irarunt, uentus et unda rapit.  
num sibi collatam doluit Venus ipsa ? peraeque  
prae se formosis inuidiosa dea est. 10  
an contempta tibi Iunonis templa Pelasgae ?  
Palladis aut oculos ausa negare bonos ?  
semper, formosae, non nostis parcere uerbis.  
hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.  
sed tibi uexatae per multa pericula uitae 15  
extremo ueniet mollior hora die.  
Io uersa caput primo muguerat annos :  
nunc dea, quae Nilis flumina uacca bibit.  
Ino etiam prima terris aetate uagata est :  
hanc miser inplorat nauita Leucothoen. 20  
Andromede monstria fuerat deuota marinis :  
haec eadem Persei nobilis uxor erat.  
Calisto Arcadios errauerat ursa per agros :  
haec nocturna suo sidere uela regit.  
quod si forte tibi propararint fata quietem, 25

ipsa, sepultura facta beata tua,  
narrabis Semelae, quo sit formosa periclo;  
credet et illa, sua docta puella malo;  
et tibi Maenias omnino herodias inter  
primus erit nulla non tribuente locus. 30  
nunc, utcumque potes, fato gere saucia morem:  
et deus et durus uertitur ipse dies.

XXVIII<sup>b</sup> [III XXV]

Iuppiter, affectae tandem miserere puellae: 1  
tam formosa tuum mortua erimen erit. 2  
hoc tibi nel poterit coniunx ignoscere Iuno: 33  
frangitur et Iuno, si qua puella perit. 34  
1 delinunt magico torti sub carmine rhombi, 35  
et tacet extinguit laurus adusta fœco,  
et iam Luna negat totiens descendere caelo,  
nigraque funestum conceitit omen auis.  
7 si non minus, quaeso, miserere duorum. 41  
8 niuam, si uiuet: si cadet illa, cadam. 42  
5 una ratis fati nostros portabit amores 39  
6 caerulea ad inferos uelificata laeas. 40  
9 pro quibus optatis sacro me carmine damno: 43  
scribam ego 'per magnum est salua puella  
Iouem';  
11 ante tuosque pedes illa ipsa operata sedebit, 45  
narrabitque sedens longa pericla sua.

XXVIII<sup>c</sup> [III XXVI]

Haec tua, Persephone, maneat clementia, nec tu,  
Persephonæ coniunx, saenior esse uelis.  
sunt apud inferos tot milia formosarum:  
pulchra sit in superis, si licet, una locus. 50  
5 uobiscum est Iope, uobiscum candida Tyro,  
uobiscum Europe nec proba Pasiphæ,  
† et quot Troia tulit uetus et quot Achaia formas,  
† et Phoebi et Priami diruta regna senis:  
et quaecumque erat in numero Romana puella,  
10 occidit: has omnis ignis auarus habet. 56  
(nec forma aeternum aut cuiquam est fortuna  
perennis:  
longius aut propius mors sua quemque manet.)  
tu quoniam es, mea lux, magno dimissa periclo,  
munera Dianae debita redde choros, 60  
15 redde etiam excubias diuæ nunc, ante iu-  
nenceae,  
notiuas; noctes et mihi solue decem.

## XXIX [III XXVII]

Hesterno modo cum potui sub nocte uagarer,  
nec me seruorum duceret illa manus,  
obuia, neseioquot pneri, mihi turba minuta  
nenerat (hos nefuit me immerare timor),  
quorum alii faculas, alii retinere sagittas, 5  
pars etiam uisa est uinela parare mihi;

sed nudi hi fuerant. quorum lasciuior unus,  
'arripite hunc,' inquit 'nam bene nostis eum:  
hic erat, hunc mulier nobis irata locauit.'  
dixit, et in collo iam mihi nodus erat. 10  
hic alter iubet in medium propellere, at alter  
'intereat qui nos non putat esse deos!  
haec te non meritum totas expectat in horas:  
at tu nescioquas quaeris, inepte, fores,  
quae cum Sidoniae nocturna ligamina nitrae 15  
solnerit atque oculos mouerit illa graues,  
adflabunt tibi non Arabum de gramine odores,  
sed quos ipse suis fecit Amor manibus.  
pareite iam, fratres, iam certos spondet amores,  
et iam ad mandatam uenimus ecce domum.' 20  
atque ita me in tectum duxerunt rursus amicae:  
'i nunc et noctes disce manere domi.'  
mane erat, et uolui, si sola quiesceret illa,  
uisere; et in lecto Cynthia sola fuit.  
obstupui: non illa mihi formosior nunquam 25  
uisa, neque ostrina cum fuit in tunica,  
ibat et intactae narratum somnia Vestae,  
neu sibi nene mihi quae nocitura forent:  
talis uisa mihi somno dimissa recenti.  
en quantum per se candida forma ualet! 30  
'quid tu matutinus?' ait 'speculator amicae?  
me similem uestris moribus esse putas?  
non ego tam facilis: sat erit mihi cogitatus unus,  
nel tu uel signis uerior esse potest.  
apparent non nlla toto uestigia presso, 35  
signa uoluntantis nec iacuisse duos.  
aspice, ut in toto nullus mihi corpore surgat  
spiritus admissio motus adulterio.'  
dixit, et opposita propellens saucia dextra  
prosiluit in laxa nixa pedem solea. 40  
sic ego tam saneti custos deludor amoris:  
ex illo felix nox mihi nulla fuit.

## XXX [III XXVIII]

Quo fingis a demens? nulla est fuga (tu licet usque  
ad Tanaem fingas, usque sequitur Amor),  
non si Pegaseo uerteris in aere dorso,  
nec tibi si Persei mouerit ala pedes,  
uel si te sectae rapiant talaribus aerae, 5  
nil tibi Mercurii proleat alta uia.  
instat semper Amor supra caput, instat amanti;  
et grauis ipse super libera colla sedet.  
exerat ille acer custos et tollere nunquam  
te patietur Iunio huius capta semel. 10  
et, iam si pecces, deus exorabilis ille est,  
si modo praesentis uiderit esse pecces.

ista senes licet acescent coniunx duri,  
nos modo propositum, nita, teramus iter.  
illorum antiquis onerentur legibus aures: 15  
hic locus est in quo, tibia docta, sanes,  
quae non inre uado Meandri iacta matasti,  
turpia enim faceret Palladis ora tumor.

XXVIII 26 ita Kuinoel, illa sepulturae fato h. tuic Ω, ante eum ipsa et facta τ, sepultura—ua Markland. 29 inter her. om. φ N. cum 2 Pass. 33, 34 coniunxit (Housm. etiam 35-38). 35 hinc nouum carmen in N (et μ). sub imagine F. 36 laet Caeterus, iacet Ω. 38 conueni v mg., condidit Ω. 39, 40 post 42 transp. Otto. 40 laeas Ω, locus Baehr. post h. u. 8. 21-24 transp. mult. Housm. 44 est om. τ. 45 operata Vaticanus 3188 pro uar. lect., operta Ω. 47 sqq. a prioribus sep. Lach. 51 est iope Ω, Hesione Housm., est Iole τ. 53 troua Ω corruptum, Cyta Rossberg, Pluthia Wassenberg. 54 pu(a)bi Ω, Beli Jacob, Thibae Scal. 57, 58 hic alienos ante III N. 25 ponit Housm. 59 demissa Ω. 60 tholo cod. Pass. 62 notiuas; ita punctum add. Gebhardi cod. (nos). XXIX a prioribus separatim in N v et μ. 1 Hesterno nos, Hesterna Ω, Extrema Heins. post modo O (uea N) lux add. in Ω ex 28. 59, delectit Baehr. potui sub nos, potus Ω. 7 sed nudi (sc. inermes enim et faces et sagittae tela sunt) hi nos, sed nudi Ω. fuerunt Heins. 9 notaui C. F. W. Mueller. 10 dixerat Δ. 11 et N, et O. 14 foris Douss pater. 21 lecto duxer. rux. amica Ω, corr. W. Fischer. 24 et Ω. 27 intactae nos, hinc castae Ω. narrabat φ. 29 talis Ω, quolis Bronkh(usius). demissa Ω. 30 en Muell., heu Ω. 31 quod φ N, quo τ. 36 uoluntantis l. f. uoluntatis F. N. uoluntatis Δ. non O. 38 motus Marcellus, notus Ω, natus Douss pater. 39 dextra τ, nostra φ D N, om. V1. 40 laxa f mg. v, saea Ω. 41 custos Δ, custode L N, custodis F. deludor olim Palm. sed in aliena aberrans, eludor Burm., recludor Δ, redudor N, rector φ, fort. retrudor. 42 non Ω. XXX continuat priori O. 2 tantum φ D. 8, 9 fort. ille—ipse. 11 at J. H. Voss. 13-18 separatim Heinreich. 15 onerantur Ω. 17 meandri φ N. 18 pallidus O. timor Δ F.

(num tu, dure, paras Phrygias nunc ire per undas  
et petere Hyrcani litora muta maris?) 20  
(spargereque alterna communes caede Penates  
et ferre ad patrios praemia dira Lares)  
unum contentum pudeat me uiuere amica?  
hoc si crimen erit, crimen Amoris erit:  
mi nemo obiciat. libeat tibi, Cynthia, mecum 25  
rorida mucosus antra tenere iugis.  
illic aspicias scopulis haerere sorores  
et canere antiqui dulcisa furta Iouis,  
ut Semela est combustus, ut est deperditus Io,  
denique ut ad Trois tecta uolarit auis. 30  
nec tu uirginibus reuerentia moueris ora :  
hic quoque non nescit quid sit amare choros, 33  
si tamen Oeagri quaedam compressa figura 34  
Bistonis olim rubipus accubuit. 35  
quod si nemo extat qui uicerit altis arma,  
communis culpae cur reus unus agor? 31  
hic ubi te prima statuent in parte choreae, 32  
et medius docta conspide Bacchus erit, 37  
tum capiti sacros patiar pendere corymbos :  
nam sine te nostrum non ualet ingenium. 40

## XXXI [III XXIX]

Quaeris, cur ueniam tibi tardior. aurca Phoebi  
porticus a magno Caesare aperta fuit.  
tanta erat in speciem Poenis digesta columnis,  
inter quas Danaï femina turba senis.  
tum medium claro surgebat marmore templum  
et patria Phoebus carius Ortygia. 9  
et duo Solis erant supra fastigia currus ;  
et ualuae, Libyci nobile dentis opus,  
altera deiectos Parnasi uertice Gallos,  
altera maerebat funera Tantalidos.  
deinde inter matrem deus ipse interque sororem 15  
Pythius in longa carmina ueste sonat.  
hic equidem Phoebus uisus mihi pulchrior ipso 5  
marmoreus tacita carmen hiare lyra :  
atque aram circum steterunt armenta Myronis, 6  
quattuor artifices, uiuida signa, boues. 7  
8

\*

## XXXII [III XXX]

Hoc utinam spatium loco, quodcumque uacabis, 7  
Cynthia ! sic tibi me credere turba uetat. 8  
qui uidet, is peccat : qui te non uiderit ergo, 1  
non cupiet : facti lumina crimen habent.  
nam quid Praenesti dubias, o Cynthia, sortes,  
quid petis Aeaei moenia Telegoni ?  
cur nocte Herculeum deportant esseda Tibur, 5  
Appia cur totiens te uia Lanuuium ?  
cur uidet accessis deuotam currere taedis 9  
in nemus et Triuiae lumina ferre deae ?  
scilicet umbrosis sordet Pompeia columnis 10  
porticus, anlæis nobilis Attalcius,

et creber platanis pariter surgentibus ordo,  
flumina sopito quaeque Marone cadunt, 15  
et leuiter lymphis toto crepitantibus orbe  
quam subito Triton ore recondit aquam.  
fallis, et ista tui furtum uia monstrat amoris :  
non urbem, demens, lumina nostra fugis :  
nil agis, insidias in me componis inanes,  
tendis iners docto retia nota mihi. 20  
sed de me minus est : famae iactura pudicae  
tanta tibi miserae, quanta meretur, erit.  
nuper enim de te nostras mala iecit ad aures  
rumor, et in tota non bonus urbe fuit.  
'sed tu non debes inimicae credere linguae : 25  
semper formosis fabula poena fuit.'  
'non tua deprensio damnata est fama ueneno :  
testis eris puras, Phoebe, uidere manus.  
sin autem longo nox una uel altera lusu  
consumpta est, non me crimina parua mouent.' 30  
'Tyndaris externo patriam mutauit amore  
et sine decreto uiaa reducta domum est.  
ipsa Venus, quamuis corrupta libidine Martis,  
nec minus in caelo semper honesta fuit,  
quamuis Ida, Rheia, pastorem dicat amasse 35  
atque inter pecudes accubuisse deam.  
hoc et Hamadryadum spectauit turba sororum  
Silenique senes et pater ipse chori,  
cum quibus Idaeo legisti poma sub antro,  
subposita excipiens, Nai cadaua, manu. 40  
an quisquam in tanto stuporom examine quaerit  
'cur haec tam diues ? quis dedit ? unde dedit ?'  
o nimium nostro felicem tempore Romam,  
si contra mores una puella facit !  
haec eadem ante illam iam inpune et Lesbia fecit : 45  
quae sequitur, certe est inuidiosa minus.  
qui quaerit Tatios ueteres durasque Sabinas,  
hic posuit nostra nuper in urbe pedem.  
tu prius et fluctus poteris siccare marinos  
altaque mortali deripere astra manu, 50  
quam facere, ut nostrae nolint peccare puellae.  
is mos Saturno regna tenente fuit :  
at cum Deucalionis aquae fluxere per orbem,  
et post antiquas Deucalionis aquas,  
dic mihi, quis potuit lectum seruare pudicum, 55  
quae dea cum solo uiuere sola deo ?  
uxorem quondam magni Minois, ut aiunt,  
corrupt torui candida forma bouis.  
nec minus aerato Danae circumdata muro  
non potuit magno casta negare Ioui.' 60  
'quod si tu Graias aequaeque imitata Latinas,  
semper uiue meo libera iudicio.'

## XXXIII [III XXXI]

Tristia iam redeunt iterum sollempnia nobis :  
Cynthia iam noctes est operata decem.  
atque utinam pereat, Nilo quae sacra tepente  
misit matronis Inachis Ansonis !  
quae dea tam cupidos totiens diuisit amantes ? 5  
quaeque uenit illa fuit, semper amara fuit.

XXX 19 22 Carutti, 19 20 Housm. ante 1, 2 ponunt. 19 nunc tu (om. F) dura p. O, non (num n mg.) tamen inmerito N mire. 20 muta nos coll. Sen. H. F. 540, nota Ω, nuda Lach., nauta Hertz. 21 -que O, et N, de hoc disticho hic alieno conf. ad I 22. 8. 23 sqq. a prioribus separauit Lach. una Ω, corr. Baehr. 26 tedere L, detinere N<sup>1</sup>, de rege μ v. 30 troiac Ω, corr. Ruhnken. 31, 32 post 36 transp. Rossberg. 35 figurae Housm. 37 me Ω. 38 eris Rossberg. XXXI priori continuat Ω, sep. μ v. 3 tota ε, quanta Baehr. Poenis om. φ D. columbis Ω, corr. f v mg. 6 habere D. 7 steterant Δ L N. 8 artificis Ω. 10 clarior O. 11 et quo—erat Ω, corr. Hertz. post 16 Dousa transp. 5-8, lac. notauit Perreius. XXXII priori continuat Ω. 2 crimina lumen Ω, corr. Vat. 3188 uar. 3 Praenestis Ital. 5 nocte nos, uate N, uatem Ω, tua te Baehr. deportant suspectum, fort. te raptant. 6 Lanuuium Jortin, du(di f N)cit anum Ω. 7, 8 ante 1 transp. Housm. 8 sic nos, sed Ω, nam ε. tibi me Δ, time N, timeo φ. 9 eur Baehr., cum Ω. 13 platanis ante creb. N, post creb. Δ, post par. φ. urgentibus Ω, corr. Calphurnius. 15 toto Heins., lato Housm., tota Ω. orbe Heins., urbe Ω. 16 quam Housm., eum Ω. 17 falleris Ω, corr. Baehr. duce Lach. 22 mereris O. 23 nostras f, nostra Ω. mala iecit nos, me ((a)edit (-et Δ) Ω, mala fudit Palm., male dixit Schneidewin. aure F. 25 te Scal. 29 uel L, aut Δ F N. luxu Δ. 32 decreto corruptum, dedecore est—domum Santen. 33 quamuis O, fertur N. Martis. uixit L. 35 Rheia nos, parim Ω. 37 hoc Δ N, non φ. 38 senis Ω. 40 Nai cadaua, nos (Nai, cad. Scal.), naica dona Ω. 45 iam add. ε. 47 duosque Sabinos Ω, corr. Heins. 50 deripere Burm., deicere Ellis, deligere Ω. 52 His F, hic L N. 53 at Beroaldus, et Ω. 54 antiqui Markland. 61 si Ω, seu cod. Pass. aequaeque Muell. (aeque Lach.), tuque ε φ N, siue es Δ, que es μ, fort. tuue is imitare. XXXIII continuat priori N.



tu certe Iouis occultis in amoribus, Io,  
sensisti, nullas quid sit inire uias,  
cum te iussit habere puellam cornua Iuno  
et pecoris duro perdere uerba sono. 10  
a quotiens quernis laesisti frondibus ora  
mandisti et stabulis arbuta pasta tuis!  
au, quouiam agrestem detraxit ab ore figuram  
Iuppiter, ideo facta superba dea es?  
an tibi non satis est fuscis Aegyptus alunis? 15  
eur tibi tam longa Roma petita uia?  
quidue tibi prodest niduas dormire puellas?  
sed tibi, crede mihi, cornua rursus erunt,  
aut nos e nostra te, saeua, fugabimus urbe:  
eum Tiberi Nilo gratia nulla fuit. 20  
at tu, quae nostro nimium purgata dolore es,  
noctibus his uacui ter faciamus iter,  
non audis et uerba sinis mea ludere, cum iam  
flectat Icarii sidera tarda boues.  
lenta bibis: modicae nequeunt te frangere noctes. 25  
an nondum est talos mittere lassus manus?  
a pereat, quicumque meracas reperit uuas  
corruptique bonas nectare primus aquas!  
Icare Ceropis merito iugulare colouis,  
paupineus nostri quam sit amarum odor. 30  
tuque o Eurytion uino Centaure peristi,  
nec non Ismario tu, Polypheme, uero,  
uino forma perit, uino corruptitur aetas,  
uino saepe suum nescit auicua uirum.  
me miserum, ut multo nihil est mutata Lyaeo! 35  
iam bibe: formosa es: nil tibi uia nocent,  
eum tua praecipiente demissas in pocula sertae  
et uua deducta caruina uoce legis.  
largius effuso madeat tibi mensa Falerno,  
spumet et aurato mollis in calice. 40  
nulla tamen lecto recipit se sola libenter:  
est quiddam, quod nos quaerere cogat Amor.  
semper in absentes felicitior aestus amantes:  
eleuat assiduos copia longa uiros.

## XXXIV [III XXXII]

Cur quisquam faciem dominae nunc credit amori?  
sic crepta mihi pacae puella mea est.  
expertus dico, nemo est in amore fidelis:  
formosam raro non sibi quisque petit.  
polluit ille deus cognatos, soluit amicos, 5  
et bene concordēs tristia ad arua uocat.  
hospes in hospitium Menelao uenit adulter:  
Colchis et ignotum nonne secuta uirum est?  
Lyncu, tunc uicam potuisti, perfide, curam  
tangere? nonne tuae tum cecidere manus?  
quid si non constans illa et tui certa fuisset?  
posses in tanto uiuere flagitio?  
tu mihi uel ferro corpus uel perde ueneno:  
a domina tantum te modo tolle mea.  
te socium nitae, te pectoris esse licelit, 15  
te dominum aduicto rebus, amice, meis:

lecto te socium, lecto te deprecor uno:  
riualem possum non ego ferre Iouem.  
ipse meas solus, quod nil est, aemulor umbras,  
stultus, quod nullo saepe timore tremo. 20  
una tamen causa est, qua crimina tanta remitto,  
crabant multo quod tua uerba uero.  
sed nunquam nitae me fallet ruga saeuae:  
omnes iam norunt quam sit amare bonum.  
Lyncus ipse meus seros iusant amores. 25  
solum te nostros laetor iudire deos.

XXXIV<sup>b</sup>

Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris  
proderit aut rerum dicere posse uias?  
aut quid Crethae tibi prosunt carmina plectri?  
nil iuuat in magno uester amore senex. 30  
tu satius misis leuiorem inuitere Philetam  
et non inlatis somnia Callimachi.  
nam cursus licet Aetoli referas Acheloi,  
illuxerit ut magno factus amore liquor;  
atque etiam ut Phrygio fallax Maecundria campo 35  
errat et ipsa suas decipit unda uias;  
qualis et Adrasti fuerit uocalis Arion  
tristis ad Archemori funera uictor equos:  
Amphiarea tibi non prosint fata quadrigae  
aut Capanei magno grata ruina Ioui. 40  
desine et Aeschyleo componere uerba coturno,  
desine, et ad molles membra resolue choros.  
incepe iam Augusto uersus includere torno,  
inque tuos ignes, dure poeta, ueni.  
tu non Antimacho, non tui uisus Homero: 45  
despicit et magnos rector puella deos.  
harum nulla solet rationem quaerere mundi,  
nec cur fraternis Luna laboret equis,  
nec si post Stygias aliquis sedet arbor undas,  
nec si consulto fulmina missa tonent. 54  
sed non ante graui taurus succumbit aratro, 47  
cornua quam ualidis haeserit in laqueis,  
nec tu tam duros per te patieris amores:  
trux tamen a nobis ante domandus eris. 50  
aspice me, cui parua domi fortuna relicta est, 55  
nullus et antiquo Marte triumphus aui,  
ut regem mixtas inter conuiuia puellas  
hoc ego, quo tibi nunc eleuor, ingenio.

XXXIV<sup>c</sup>

Me inuēt hesternis positum languere corollis,  
quem tetigit iactu certus ad ossa deus, 60  
Actia Vergilium custodis litora Phocis,  
Caesaris et fortes dicere posse rates,  
qui nunc Aeneae Troiani suscitāt arua  
iactaque Lauinis moenia litoribus.  
cedite Romani scriptores, cedite Grai: 65

XXXIII 8 nullas nos (uias Laeh. 'itinerā' (u. 22) esse docuit), nullas Ω. uias, et in 10 sono, interpungit Housm. 9 habere post te D, post pu. F. 12 mansisti—abditā Ω, corr. Palm. et add. Heins. 16 uia est Δ. 19 fugauimus O. 21 placata Ω, corr. nos. 23 meū. melius me. 25 40 non huius carminis esse arbitratur Baehr. 31 tu que o O, tu quoque L. 37 ita N et Charisius p. 107, 25 K., demissa—serta O, praep. φ N Char., perp. Δ. 42 nos O. 43 fort. absenti—amante. XXXIV continuat priori Ω, separauere Itali. 1 non erudit O, iam erudit N, nunc erudit nos corr. amari v, amico Itali. 4 formam L, et formam Δ F. 7 hospes Ω, fort. hostis cf. Ou. F. II 785 sqq., Troas et Mueller. 8 nocte Baehr. 9, 10 tangere—perfide O. 12 posses (-t F) et i. O, possesue i. Heins. 13 corpus nos, pectus Ω. 15 pectoris nos, corporis Ω. 17 socium nos, solum Ω. 21 qua O, cur N. 23 fall. me N. 25 sacros O. 27 sqq. (25 sqq. alii) a prioribus nos separauimus leuina quoque notata. uersuum ordinem graniter turbatur restituerō conatus est Munro Journal of Philology vi 325 sqq. 29 Crethae Ω (Crethaeis Homeri mater), crethaei v (ing.) μ, uaria atque inutilia coniecere. plectri Palm., lecta Ω, lecti eodd. nescioqui. 30 noster D F. 31 nus. memorum O, uen. nus. N, (nusam) leuiorem (i. Philetam) inuenit Santen, Meropen misis Jacob, mem. lusus Unger. 33 iam τ. rursus (rur L) Ω, casus Markland. 34 luxerat Heins. magno Ω, tenuis Palm. factus Ω, fractus τ, tactus Heins. 38 tristia Heins. 39 ita uos, non amphiareae (-erat N) prosint (-sunt F) tibi f. q. Ω, alii alia aut numeris durissimum uersum aut Amphiareae nouum uerbum excedentes. 40 magno om. O, irato Heins. 41 et (Aechilleo φ N unde Achilleo Scal. 42 thoros F, toros (s. om. D) Δ. 43 Augusto O. iuel. N L, componere Δ F. 47-50 ante 55 transp. Muell. 47 si O. grauis Ω unde suce, taurus Housm. 48 lacrimis φ. 53 ita Jacob, aliquid Ω, tum restabit eripias φ, restabit N, restauerit undas Δ, aliquid restabit (malum restabis) haecina uir doctus ap. Burn. 59 sqq. a prioribus separauit Housm. hest. v ing., ext. N, et φ, aeternum Δ. 61 uirailio Ω.

nescioquid maius nascitur Iliade.  
 tu canis umbrosi subter pineta Galaesi  
 Thyrsin et adtritis Daphnin harundinibus,  
 utque decem possint corrumpere mala puellas,  
 missus et inpressis haedus ab uberibus. 70  
 felix, qui uiles pomis mercaris amores!  
 huic licet ingratae Tityrus ipse canat.  
 felix intactum Corydon qui temptat Alexin  
 agricolae domini carpere delicias!  
 quamuis ille sua lassus requiescat auena, 75  
 laudatur facilis inter Hamadryadas.  
 ut canis Asraei ueteris praecepta poetae,  
 quo seges in campo, quo uiret uua iugo,  
 tale facis carmen docta testudine quale  
 Cynthius inpositis temperat articulis: 80

non tamen haec ulli uenient ingrata legenti,  
 siue in amore rudis siue peritus erit;  
 nec minor hic animis, ut sit minor ore, canorus  
 anseris indocto carmine cessit olor.  
 haec quoque perfecto ludebat Iasone Varro, 85  
 Varro Leucadiae maxima flamma suae;  
 haec quoque lasciuu cantarunt scripta Catulli,  
 Lesbia quis ipsa notior est Helena;  
 haec etiam docti confessa est pagina Calui,  
 cum caneret miserae funera Quintiliae; 90  
 et modo formosa qui multa Lycoride Gallus  
 mortuus inferna uulnera, fleuit aqua.  
 Cynthia quin etiam uersu laudata Properti,  
 hos inter si me ponere Fama uolet.

## LIBER TERTIVS [VEL QVARTVVS]

## I

Callimachi Manes et Coi sacra Philetae,  
 in uestrum, quaeso, me sinite ire nemus.  
 primus ego ingredior puro de fonte sacerdos  
 Itala per Graios orgia ferre choros.  
 dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro? 5  
 quoue pede ingressi? quamue bibistis aquam?  
 a ualeat, Phoebum quicumque moratur in armis!  
 exactus tenui punice uersus eat;  
 quo me Fama leuat terra sublimis, et a me  
 nata coronatis Musa triumphat equis, 10  
 et mecum in curru parui uefantur Amores,  
 scriptorumque meas turba secuta rotas.  
 quid frustra missis in me certatis habenis?  
 non datur ad Musas currere lata uia.  
 multi, Roma, tuas laudes annalibus addent, 15  
 qui finem imperii Bactra futura canent:  
 sed, quod pace legas, opus hoc de monte sororum  
 detulit intacta pagina nostra uia.  
 mollia, Pegasides, date uestro sarta poetae:  
 non faciet capiti dura corona meo. 20  
 at mihi quod uiuo detraxerit inuida turba,  
 post obitum duplici faenore reddet Honos.  
 omnia post obitum fingit maiora uetustas;  
 maius ab exequiis nomen in ora uenit.  
 nam quis equo pulsas abiegnos nosceret arces, 25  
 fluminaque Haemonio comminus isse uiro,  
 Idaeum Simoenta Iouis cum prole Scamandro,  
 Hectora ter campos ter maculasse rotas?  
 Deiphobumque Helenumque et Polydamanta et in  
 armis  
 qualemcumque Parin uix sua nosset humus. 30  
 exiguo sermone fores nunc, Ilion, et tu,  
 Troia, bis Oetaei numine capta dei.  
 nec non ille tui casus memorator Homerus  
 posteritate suum crescere sensit opus.  
 meque inter seros laudabit Roma nepotes: 35  
 illum post cineres auguror ipse diem.

ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro,  
 prouisum est Lycio uota probante deo.

## II [I 39-64]

Carminis interea nostri redeamus in orbem; I 39  
 gaudeat in solito tacta puella sono. I 40  
 Orphea delenisse feras et concita dicunt I  
 flumina Threicia sustinuisse lyra;  
 saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem  
 sponte sua in nuri membra coisse ferunt;  
 quin etiam, Polypheme, fera Galatea sub Aetna 5  
 ad tua roantes carmina flexit equos:  
 miremur, nobis et Baccho et Apolline dextro,  
 turba puellarum si mea uerba colit?  
 quod non Taenareis domus est mihi fulta columnis,  
 nec camera auratas inter eburna trabes, 10  
 nec mea Phaeacas aequant pomaria siluas,  
 non operosa rigat Marcus antra liquor:  
 at Musae comites et carmina cara legenti,  
 et defessa choris Calliopea meis.  
 fortunata, meo si qua es celebrata libello! 15  
 carmina erunt formae tot monumenta tuae.  
 nam neque pyramidum sumptus ad sidera ducti,  
 nec Iouis Elei caelum imitata domus,  
 nec Mausolei diues fortuna sepulchri  
 mortis ab extrema condicione uacant. 20  
 aut illis flamma aut inber subdunt honores,  
 annorum aut ictus pondera uicta ruent.  
 at non ingenio quaesitum nomen ab aeuo  
 excidet: ingenio stat sine morte decus.

## III [II]

Visus eram molli recubans Heliconis in umbra,  
 Bellorophonte qua fluit umor equi,  
 reges, Alba, tuos et regnum facta tuorum,

XXXIV 72 hinc O. ipsa Ω, corr. f v mg. 75 aucnas codd. Pass., suas—auenas Pass. 77 ut nos, tu Ω; 77-80 post 66 ponit Ribbeck. 78 herba D. uenit Schrader, uiget cod. nescioquis. 83 hic Lach. ed. Berolinensis. animi φ. aut sim Ω, corr. Housm. 91 quam Ω. 92 fleuit (i.e. flere non destitit) nos, cf. IV 4. 39 sq., lauit Ω.

III I 1 sacra Ω, fata Baehr. ('umbra,' cf. Mela II 2). 5 tenuistis O. 13 inmissis Auratus. 22 reddet f v, reddit Ω. onus Ω. 23 omnia O, famae N latet aliquid. uetustae N. 25 pulsas suspectum, fort. pressas. artes Ω. 26 esse D N, ille F. 27 eula (L) nabula parui O, om. N, corr. G. Wolff. 28 ter cod. Pass., per Ω. 29 ita Lach., pu(φ, po Δ N) i-damantes in a. Ω, Polydamanta sub a. cod. Pass. 38 est om. φ. 39 hinc nouum carmen Ω, edd. multi ab Orphea incipiunt, multi cum prioribus coniungunt. 40 in Ω, ut v quod melius nisi lacto malis legere. II 1 delenisse Ayrman, detinuisse L N quod defendi potest, detenuisse F V, te tenuisse D. 2 su(b)st. φ N, det. Δ. 7 nobis. nostro φ. 11 pheacias Ω. 12 martius Ω. 13 comitis f v, comitis (s om. φ) Ω. 14 nec d. Baehr. Palm. sed cf. Stat. Silu. I 5. 2. 15 est Ω. 20 uacat Δ L. 22 ictus Δ Housm., ictu F N. pondere Δ L N. III 5 iam Guyetus et Heims,

tantum operis, neruis hiscere posse meis ;  
 paruaque tam magnis admoram fontibus ora, 5  
 unde pater sitiens Ennius ante bibit,  
 et cecinit Curios fratres et Horatia pila, 7  
 anseris et tutum noce fuisse Iouem,  
 uictricesque moras Falii pugnamque sinistram 9  
 Cannensem et uersos ad pia uota deos,  
 Hannibalemque Lares Romana sede fugantes, 11  
 regiaque Aemilia uecta tropaea rate, 8  
 enim me Castalia speculans ex arbore Phoebus 13  
 sic ait, aurata nixus ad antra lyra :  
 'quid tibi cum tali, demens, est lumine? quis te 15  
 carminis heroi tangere iussit opus?  
 non hic ulla tibi speranda est fama, Properti :  
 mollia sunt paruus prata terenda rotis,  
 ut tuus in scamno iactetur saepe libellus,  
 quem legat expectans sola puella nimum. 20  
 cur tua praescriptos eueeta est pagina gyros?  
 non est ingenii cumba grananda tui,  
 alter remus aquas, alter tibi radat harenas :  
 tutus eris : medio maxima turba mari est.'  
 dixerat, et plectro sedem mihi monstrat eburno, 25  
 qua noua muscoso pectus faeta solo est.  
 hic erat adfixis uiridis spelunca lapillis,  
 pendebantque cauis tympana pumicibus,  
 orgia mystarum, et Sileni patris imago  
 fictilis et calani, Pan Tegeaeae, tui ; 30  
 et Veneris dominae uolucres, mea turba, columbae  
 tingunt Gorgoneo puluice rostra lacu,  
 diuersaeque nouem sortitae iura puellae  
 exercent teneras in sua dona manus.  
 haec hederas legit in thyrsos, haec armina neruis  
 aptat, at illa manu textit utraque rosam. 36  
 e quarum numero me contigit una dearum :  
 ut reor a faeie, Calliope fuit :  
 'contentus niueis semper uectabere cygnis,  
 nec te fortis equi ducet ad arma somus, 40  
 nil tibi sit rauco praeconia classica cornu  
 llare uee Aonium tingueret Marte nemus,  
 aut quibus in campis Mariano proelia signo  
 stent et Teutonicas Roma retingat opes,  
 barbarus aut Suebo perfusus sanguine Rhenus 45  
 saueia maerenti corpora necet aqua.  
 quippe coronatos alienum ad linen amantes  
 nocturnaeque canes ebria signa fugae,  
 ut per te clausas sciat excantare puellas,  
 qui uolet austeros arte ferire uiros.' 50  
 talia Calliope, lymphisque a fonte petitis  
 ora Philetaea nostra rigauit aqua.

## IV [III]

Arma deus Caesar diles meditaturo ad Indos,  
 et freta gemmiferi lindere classe maris.  
 magna, uiri, merces ; parat ultima terra triumphos :  
 Tigris et Euphrates sub tua iura fluent :  
 sera, sed Ausoniis nemet provincia uirgis : 5  
 aduuescent Latio Partha tropaea Ioui.  
 ite agite, expertae bello date hntea prorae,  
 et solitum armigeri ducite munus equi.

omina fausta cano. Crassos clademque piate ;  
 ite et Romanae consulite historiae. 10  
 ipsa tuam serua prolem, Venus : hoc sit in aeuum, 19  
 cernis ab Aenea quod superesse caput. 20  
 Mars pater et sacrae fatalia lumina Vestae, 11  
 ante meos obitus sit, preeor, illa dies,  
 qua uideam spoliis oneratos Caesaris axes,  
 ac nulgi plausu saepe resistere equos,  
 inque sinu carae nixus spectare puellae 15  
 incipiam, et titulis oppida capta legam,  
 tela fugacis equi et braccati militis arcus  
 et subter captos arma sedere duces.  
 praeda sit haec illis, quorum meruere labores : 21  
 me Sacra sat erit plaudere posse Via.

## V [IV]

Pacis Amor deus est ; pacem ueneramur amantes :  
 sat mihi cum domina proelia dira mea.  
 nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur, 5  
 nec bibit e gemma diuite nostra sitis : 4  
 nec tamen inuiso pectus mihi carpitur auro, 3  
 nec, misera, aera paro clade, Corinthe, tua. 6  
 o prima infelix lingenti terra Prometheo!  
 ille parum cauti pectoris egit opus :  
 corpora disponens mentem non uidit in arte.  
 recta animi primum debuit esse uia. 10  
 nunc maris in tantum uento iactamur, et hostem  
 quaerimus, atque armis nocturnis arma noua.  
 hant nullas portabilis opes Acherontis ad undas :  
 nudus at inferna, stulte, uelere rate. 15  
 uictor cum uictis pariter miscabitur umbris :  
 consule cum Mario, capte Iugurtha, sedes.  
 Lydus Dulichio non distat Croesus ab Iro :  
 optima mors, parca quae uenit apta die.  
 me inuat in prima cohisse Heliconia iuuenta 20  
 Musarumque choris implicuisse manus :  
 me inuat et multo mentem uincere Lyaeo  
 et caput in uerna semper habere rosa.  
 atque ubi iam Venerem granis interceperit aetas,  
 sparscrit et nigras alba senecta comas, 25  
 tum mihi naturae libent perdiserit mores,  
 quis deus hanc mundi temperet arte domum,  
 qua uenit exorirens, qua deficit, unde conctis  
 cornibus in plenum memstrua luna redit,  
 unde salo superant uenti, quid flamine captet 30  
 Eurus, et in nubes unde perennis aqua,  
 sit uentura dies, mundi quae subrat arces,  
 purpurens pluuias cur bibit arcus aquas,  
 aut cur Perrihaebi tremere caemina Pindi,  
 solis et atratis lixerit orbis equis,  
 cur serus uersare boues et plaustra Bootes, 35  
 Pleiadum spisso cor coit igne chorus,  
 curne suos lines altum non exeat aequor,  
 plenus et in partes quatuor annus eat,  
 sub terris sint iura deum et tormenta Gigantum,  
 num rota, num scopuli, num sitis inter aquas, 42  
 aut Alemæoniæ furiae aut ieiunia Phineæ, 41  
 Tisiphones atro si furit angue caput, 40  
 num tribus infernum custodit faucibus antrum 43

III 8 et 12 inter se transp. Polster. 11 lares F, laeres LV<sup>1</sup> μ, laeres N, alacres D v. 16 heroyei L. 17 hinc Fruterius. 21 ita Scal. praescripto sueta est (om. φ) p. gyro Ω. 22 cymba Δ N, turba LV mg. 26 quo N. 29 orgia Heins., ergo Ω (pro imago d mg. et v mg. origo). mystarium Unger, cf. Sen. Oed. 437, musarum Ω. 32 gorgonio L, praeconia Δ F. nostra φ DN, corr. f (?V). 33 diuersaq. F. iura 'Vaticanus quintus' Scal., iura Ω. 36 et F. 41 praeconia Δ F. 42 flere Ω, corr. Fruterius. tingere D F, tingere V. 45 Sueuo Itali, s(a)uuo Ω. 52 philitica Δ FN. IV 4 cf. Aus. Epigr. 31 (4), flue L. Thybris, et=flue Housm. fort. recte. 5 Seres et Iamnis Gulielmius, quo accepto uenient Heins. 14 ita G. F. Barth fauente Ou. Tr. IV 2. 53, ad u. plausus Ω. 19, 20 post 10 nos transp. 19 prolem serua O. 22 mi τ. ita nos, sacra om. L, post sat erit habent N V, sat erit media D F. V priori coniungere Muret. Scal. Baehr. 2 sat Liuinicus, stant Ω. 3 et 5 transp. Housm. 3 malim non t. 6 misera Heins., miser Ω, mixta Ruhken. are N, ire O. clade N F, pace F, classe Δ L. 8 cauti τ, caute Ω. 9 uidit in arte corruptum, u. inertem τ, malim uidit in arce (in arce cod. Pass.), uidit (arti) Baehr. 11 corruptum. uento Ω, ponto Housm. 12 nocturnis N V, qui(a)erimus φ D. 14 ad infernas—rates Ω Lach., corr. Schrader. 15 malim uictis. 18 parca corruptum, carpta Baehr., Parcae Lach. apta Δ F, actu L N. 24 sparscrit et N, sparsit et s, sparscrit Δ. nigras τ, integras Ω. 27, 28 fort. post 34 poneudi. 31 arceum Δ F bonum et hoc. 34 attractis Δ F. 35 et flamma palustra φ, et flamma bon N (bonus μ). 39 Gigantum om. N unde nocentum Lobeck, reorum Housm. 40 et 42 inter se transp. Housm. 42, 43 pro num quater non N et L (hic primum non ex c. n.).

Cerberus, et Tityo iugera paucā nouem ;  
an ficta in miseris descendit fabula gentis,  
et timor haut ultra quam rogus esse potest.  
exitus hic uitae superet mihi : uos, quibus arma  
grata magis, Crassi signa referte domum.

## VI [V]

Dic mihi de nostra quae sentis uera puella :  
sic tibi sint dominae, Lygdame, dempta iuga.  
omnis enim debet sine uano nuntius esse,  
maioresque timens seruus habere fidem. 5  
nunc mihi, si qua tenes, ab origine dicere prima  
incipere : suspensis auribus ista bibam. 8  
num me laetitia tumefactum fallis inani,  
haec referens, quae me credere uelle putas ? 3  
sicine eam incomptis uidisti flere capillis ? 4  
illius ex oculis multa cadebat aqua ? 9  
nec speculum strato uidisti, Lygdame, lecto ? 10  
ornabat niueas nullane gemma manus ?  
ac maestam teneris uestem pendere lacertis,  
seriniaeque ad lecti clausa iacere pedes ?  
tristis erat domus, et tristes sua pensa ministrae 15  
carpebant, medio nebat et ipsa loco,  
umidaque impressa siccabat lumina lana,  
retulit et querulo iurgia nostra sono ?  
'haec te teste mihi promissa est, Lygdame, merces ?  
est poenae seruo rumpere teste fidem. 20  
ille potest nullo miseram me linquere facto,  
et qualem nolo dicere habere domi !  
gaudet me uacuo solam tabescere lecto.  
si placet, insultet, Lygdame, morte mea.  
non me moribus illa, sed herbis inproba uicit : 25  
staminea rhombi ducitur ille rota ;  
illum turgentis ranae portenta rubetae  
et lecta exectis anguibus ossa trahunt,  
et strigis inuentae per busta iacentia plumae,  
cinctaque funesto lanea uitta toro. 30  
si non uana canunt meos somnia, Lygdame, testor,  
poena erit ante mea sera, sed ampla, pedes ;  
putris et in uacuo textetur aranea lecto :  
noctibus illorum dormiet ipsa Venus.  
quae tibi si ueris animis est quæsta puella, 35  
hac eadem rursus, Lygdame, curre uia  
et mea cum multis lacrimis mandata reporta :  
iram, non fraudes esse in amore meo ;  
me quoque consimili inpositum torquerier igni.  
iurabo bis sex integer esse dies. 40  
quodsi e tanto felix concordia bello  
extiterit, per me, Lygdame, liber eris.

## VII [VI]

Ergo sollicitae tu causa, pecunia, uitae !  
per te inmiaturum mortis adimus iter.  
tu uitis horum crudelia pabula praebes :  
semina curarum de capite orta tuo.  
tu Paetum ad Pharios tendentem lintea portus 5  
obruis insano terque quaterque mari.  
nam dum te sequitur, primo miser excidit aeno  
et noua longinquis piscibus esca natat.

quod si contentus patrio boue uerteret agros, 43  
uerbaque duxisset pondus habere mea,  
uiuere ante suos dulcis conuiuia Penates, 45  
pauper, at in terra nil nisi fleret opes.  
non tulit hic Paetus stridorem audire procellae  
et duro teneras laedere fene manus,  
sed thyio thalamo aut Oricia terebintho  
effultum pluma uersicolore caput : 50  
huic fluctus uiuo radicitus abstulit unguis,  
et miser inuisam traxit hiatus aquam ;  
hunc paruo ferri uidit nox improba ligno.  
Paetus ut occideret, tot coiere mala.  
flens tamen extremis dedit haec mandata querelis,  
cum moribunda niger clauderet ora liquor : 56  
'di maris Aegaei quos sunt penes aequora, Venti,  
et quaecumque meum degraui unda caput,  
quo raptis miseros primae lanuginis annos ?  
attulimus fontes in freta uestra manus ? 60  
a miser aleyonum scopulis affligar acutis :  
in me caeruleo fuscina sumpta deo est.  
at saltem Italiae regionibus aduehat aestus :  
hoc de me sat erit si modo matris erit.  
subtrahit haec fantem torta uertigine fluctus ; 65  
ultima quae Paeto uoxque diesque fuit. 66  
Paete, quid aetatem numeras ? quid cara natanti 17  
mater in ore tibi est ? non habet unda deos ; 18  
et mater non iusta piaae dare debita terrae 9  
nec pote cognatos inter humare rogos : 10  
sed tua nunc uolucres adstant super ossa marinae,  
nunc tibi pro tunulo Carpathium onne mare est.  
o centum aequoreae Nereo genitore puellae, 67  
et tu materno tacta dolore Thetis,  
uos decuit lasso subponere brachia mento :  
non poterat uestris ille graeuae manus. 70  
infelix Aquilo, raptae timor Orithyiae, 13  
quae spolia ex illo tanta fuere tibi ?  
aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina ? 15  
portabat sanctos alueus ille uiros. 16  
reddite corpus humo, posita est in gurgite uita ; 25  
Paetum sponte tua, uilis arena, tegas :  
et quotiens Paeti transit nauta sepulchrum,  
dicat 'et audaci tu timor esse potes ?  
ite, rates curuatae et leti texite causas :  
ista per humanas mors uenit acta manus. 30  
terra parum fuerat fatis, adiecimur undas :  
fortunae miseris auximus arte uias.  
uentorum est, quodcumque paras : haut ulla carina 35  
consenuit ; fallit portus et ipse fidem. 36  
nam tibi nocturnis ad saxa ligata procellis 19  
omnia detrito uincula fune cadunt. 20  
(sunt Agamemnonias testantia litora curas,  
'tqua notat Argynni poena minantis aquae.  
hoc inuene amisso classem non soluit Atrides,  
pro qua mactata est Iphigenia mora.) 24  
ancora te teneat, quem non tenuere Penates ? 33  
quid meritum dicas, cui saxa terra parum est ? 34  
natura insidians pontum substrauit auaris : 37  
ut tibi succedat, uix semel esse potest.  
saxa triumphalis fregere Capherea puppes,  
naufraga cum uasto Graecia tracta salo est. 40  
paulatim socium iacturam fleuit Vlixes,  
in mare cui solum non ualuerit doli. 42  
at tu, saeue Aquilo, numquam mea uela uidebis : 71  
ante fores dominae condar oportet iners.

V 46 *haut* N, aut O. 47 *hic*. *huius* L. *superest* Ω. VI 2 *sic* φ N, si Δ K (=L corr.). 3, 4 post 8 transp. Housm. 3 *num* τ, non N, dum O. 5 *uano nuntius e*. D N f v mg., *uanus e. φ*, *uanis e. rclator* V l. hoc distichon damnat Lach. 9 *sicut cam* O, si cā (=causa) N. 12 et 14 inter se transp. G. T. Suringar. 13 at τ. 22 et q. N, (a) *qualem* O. *nullo N, nulla* O, corr. Palmer. *domi* Heins., *domo* Ω. 28 *exactis* F, *exectis* Burm., alia alii. 30 *uiro* Ω, corr. Heins. 31 *cadunt* D. 39 interpunxit Vahlen. 41 *quod sin* Muell., *quod nisi* N. *quid mihi si* O. e Lach., et N, om. O. VII priori continuat F ; un. 9-72 ita ordinauimus : 43-66, 17-18 (Seal.), 9-12, 67-70, 13-16, 25-32, 35-36, 19-20 (Housm.), [21-24 huius el. non esse uidentur,] 33-34 (Housm.), 37-42, 71-72. 1 *uitae es* Δ. 22 *quae* V. *nata* f. *argag* N ynni φ N, *argiuum* Δ. *minan* (n om. L) *lis aquae* Ω, *Athamantiadae* Hertzbb., *Mimantis aquae* Ellis. 23 *nec* O, *hic* Lach. 25 *positaque in* O. 29 *curuatae* Lendrum, *curu(a)c* Ω, *curuas* τ. 32 *Naturae* et in 37 *Fortuna* Broukh. 41 *palantum* Heins. 42 *soli* Ω, *soliti* τ. 46 *nisi* Δ F (?), ubi L N. *flere potest* Ω, corr. Baehr. 47 *hunc* Δ L, *hoc* F, *haec* N. 49 *chio* Ω, corr. Santen. *orythia* N, *corythia* peira O. 51 et 53 inter se transp. W. Fischer. 50 *effultus* τ, et *fultum* Ω. 51 *uiuos* Palmerius. 52 *miseri* Pass. *inuitam* Δ F. 60 *sontes* nos, *longas* Ω, *noceus* Housm. 63 *cuhat* Ω. 66 *noxque* O. 68 *tracta* Ω, corr. v. *thelis* N, *petis* L, *pedis* D F, V eras.

## VIII [VII]

Duleis ad hesternas fuerat mihi rixa lucernas,  
 uocis et insanæ tot maledicta tuæ,  
 cum furibunda uero mensam propellis et in me  
 proiecis infesta cymbia plena manu.  
 tu nero nostros audax inuade capillos  
 et mea formosis unguibus ora nota ;  
 tu minitare oculos subiecta exurere flamma,  
 fac mea rescisso pectora nuda sinu.  
 nimirum ueri dantur mihi signa caloris :  
 nam sine amore grani femina nulla dolet.  
 quæ mulier rabida iactat conuicia lingua,  
*hæc Veneris magnæ uoluitur ante pedes,*  
 custodem grege seu circa se stipat cutem,  
 seu sequitur medias, Mæcnas ut icta, uias,  
 seu timidam crebro dementia somnia terrent,  
 seu miseram in tabula picta puella mouet.  
 his ego tormentis animi sum uerus aruspex,  
 has didici certo sæpe in amore notas.  
 non est certa fides quam non in iurgia uertas :  
 hostibus eueniat lenta puella meis.  
 in morsu æquales nideant mea uulnera collo :  
 me doceat liuor necum habuisse meam.  
 aut in amore dolere uolo aut audire dolentem,  
 siue meas lacrimas siue nidere tuas.  
 (teeta superciliiis si quando uerba remittis,  
 aut tua cum digitis scripta silenda notas.)  
 odi ego quæ nunquam pungunt suspiria somnos :  
 semper in irata pallidus esse uelim.  
 aut tecum aut pro te mihi cum riuulibus arma  
 semper erunt : in te pax mihi nulla placet.  
 duleior ignis erat Paridi, cum Graia per arma  
 Tyndaridi poterat gaudia ferre suæ.  
 dum uiuent Danaï, dum restat barbarus Hæctor,  
 ille Hælenæ in gremio maxima bella gerit.  
 (gaude, quod nulla est æque formosa : doleres,  
 si qua foret : nunc sis iure superba licet.  
 at tibi, qui nostro nexisti retia lecto,  
 sit socer æternum nec sine matre domus,  
 cui nunc si qua data est furandæ copia noctis,  
 offensa illa mihi, non tibi amica, dedit.)

## IX [VIII]

Mæcnas, eques Etruseo de sanguine regum,  
 intra fortunam qui cupis esse tuam,  
 quid me scribendi tam nastum mittis in æquor ?  
 non sunt apta meæ grandia uela rati.  
 turpe est, quod nequeas, capiti committere pondus  
 et pressum inflexo mox dare terga genu.  
 omnia non pariter rerum sunt omnibus apta,  
 palma nec ex æquo ducitur ulla iugo.  
 gloria Lysippo est animosa cingere signa ;  
 exactis Calamis se mihi iactat equis.  
 in Veneris tabula summam sibi ponit Apelles ;  
 Parrhasius parua nindicat arte locum.  
 argumenta magis sunt Mentoris inclita formæ ;  
 at Myos exiguum flectit acanthus iter.

Phidæus signo se Iuppiter ornat eburno ;  
 Praxitelem Paria uenditat urbe lapis.  
 est quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ ;  
 est quibus in celeres gloria nata pedes.  
 hic satus ad pacem ; hic castrensibus utilis armis.  
 naturæ sequitur senina quisque suæ.  
 at tua, Mæcnas, uitæ præcepta recepi,  
 cogor et exemplis te superare tuis.  
 cuna tibi Romano dominas in honore secures  
 et liceat medio ponere iura foro,  
 uel tibi Medorum pugnaces ire per hastas  
 atque onerare tuam fixa per arma domum,  
 et tibi ad effectum nires det Caesar et omni  
 tempore tam faciles inminentur opes,  
 pareis, et in tenues humilem te colligis umbras :  
 uelorum plenos subtrahis ipse sinus.  
 crede mihi, magnos æquabunt ista Camillos  
 iudicia et uenies tu quoque in ora uirum,  
 Cæsaris et famæ uestigia iuncta tenebis ;  
 Mæcenateis erunt nera tropæa fides.  
 non ego uelifera tumidum mare fudo carina :  
 tota sub exiguo lumine nostra mora est.  
 non flebo in cineres arcem sedisse repentes  
 Cædri nec semper proelia clade pari,  
 nec referam Scæas et Pergama Apollinis arces,  
 et Danauum decimo uere redisse rates,  
 moenia cum Graio Neptunia pressit atrato  
 uictor Palladiæ lignæus artis equis.  
 inter Callimachi sat erit placuisse libellos  
 et cecinisse modis, Cœc poetæ, tuis.  
 hæc urant pueros, hæc urant scripta puellas,  
 meque deum clament et mihi sacra ferant.  
 te duce uel Ionis arma canam cæloque minantem  
 Cœcum et Phlegæis Euryemodonta iugis ;  
 eductosque pares siluestri ex ubere reges  
 ordiar et cæso moenia firma Remo,  
 celsaque Romanis decerpit palatia tauris,  
 crescet et ingenium sub tua iussa memi ;  
 prosequar et currus utroque ab litore ouantes,  
 Parthorum astutæ tela remissa fugeæ,  
 castraque Pelusi Romano subtrata ferro,  
 Antonique graues in sua fata manus.  
 mollia tu coeptæ fautor cape lora iuuentæ,  
 dexteraque inmissis da mihi signa rotis.  
 hoc mihi, Mæcnas, laudis concedis, et a te est,  
 quod ferar in partes ipse fuisse tuas.

## X [IX]

Mirabar, quidnam misissent mare Cæmænæ,  
 ante meum stantes sole rubente torum.  
 natalis nostræ signum misere puellæ  
 et manibus faustos ter crepuere sonos.  
 transeat hic sine nube dies, stent aere uenti,  
 ponat et in siccio molliter nuda minas.  
 aspiciam nullos hodierna luce dolentes,  
 et Niobæ lacrimas supprimat ipse lapis.  
 Aleyonum positus requiescant ora querelis,  
 increpet assumptum nec sua mater Ilym ;  
 tuque, o cara mihi, felicibus edita pennis,  
 surge et præsentis iusta precare deos.

VIII continuat priori O. 1 *hesternas* L, *esternus* Δ. 3 *cum* Itali, *cur* Ω. 4 *infesta* Palm., *insana* Ω, an *infensa* ? 11 *grauida* Ω, corr. Scal. 12 *hæc* Liuiæius, et Ω. 13 *custodem* Δ L. *grege* (non) Bæhr., *seu* nos (pro *se* Lach.), *gregibus* Ω ; sed hæc fort. hic aliena quod de 13 18 censet Houssm. 18 *has* N, *nam* O. 19 ita Vahlen, *iniurgia* N, *iniuria* O. *uertas* Vahlen, *uersat* (-tat F) Ω. 25, 26 hic alieni Guyeto uisi. 27 cf. Stat. Th. II 336 sq. 28 *iratum* O. 29 *cum* φ N, *quo* Δ. *quata* Ω, corr. Fruterius. 33, 34 ante 29 transp. Houssm. 35 40 hic alieni. 37 *nexisti* Prisc. p. 902 et Diomed. p. 369, 21 K., *tendisti* Ω. 40 *offensus* Ω. IX 2 *inter* Δ F. 8 *flamma* Ω, *fama* Lipsius. 9 19 inter-punctim. 9 *fringere* O. 10 *calamus* Ω, corr. Itali. 11 *ponit* fv mg., *poscit* Δ N, *posita* φ. ut V. l. *summam* s. *poscit* A. Rothstein. 12 *iocum* Lach. 13 *incluta* nos, *addita* Ω. 14 *ad* Ω. *Myos* Itali, *miros* L d irg., *miros* Δ F, *miros* N. 16 *Paria* Broukh. de Pario intellegendum, *propria* Ω. *uindicat* Ω, *com.* Burn. 22 *conor* Broukh. 25 *hastus* Mark-land, *hostes* Ω. 26 *hæc* O L f r r e O. 33 cf. ad II l. 39. 35 *om.* N. 36 *tuta* φ. sed Bæhr. ē (= est) uel e ante *flum.* O. 37 *phebo* N. *paternus* Ω, corr. nos, cf. Lucr. V 100. 38 *semper* Ω, *fratrum* Todd. Pass. 39 *artes* Broukh. 44 *Cœ* Beroaldus, *dare* Ω. 45 *curant*—*curant*, corr. Itali. 47-58 hic alienos esse censet nescioquis. 48 *oromodonta* Ω, corr. Huschke. 49 et 51 inter se transp. Peijer. 51 fort. *eductosus* (*celsaque* in 49 iam Lach.). 55 *claustrag.* Palmerius et Lipsius. 57 *mollis* Ω, corr. Broukh. *faustor* φ, *factor* N. 59, 60 ante 47 transp. Lach. X 1 *uisissent* Heins. 3 *miserere* O. 6 *minas* fv mg., *minax* Ω. 12 *praesentes* codd. Pass., *poscutes* Ω, *poscendos* Lach.

ac primum pura somnum tibi discute lympham  
 et nitidas presso pollice finge comas :  
 dein qua primum oculos cepisti ueste Properti 15  
 indue, nec uacuum flore relinque caput ;  
 et pete, quia polles, ut sit tibi forma perennis,  
 inque meum semper stent tua regna caput.  
 inde coronatas ubi ture piaueris aras,  
 luxerit et tota flamma secunda domo, 20  
 sit mensae ratio, noxque inter pocula currat,  
 et crocino naris mirreus ungat onyx ;  
 tibia continuis succumbat rauca choreis,  
 et sint nequitiae libera uerba tuae,  
 dulciaque ingratos adimant conuicia somnos ; 25  
 publica uicinae perstrepat aurea uiae :  
 sit sors et nobis talorum interprete iactu,  
 quem grauius pennis uerberet ille puer.  
 cum fuerit multis exacta trientibus hora,  
 noctis et instituet sacra ministra Venus, 30  
 annua soluamus thalamo sollemnia nostro,  
 natalisque tui sic peragamus iter.

## XI [X]

Quid mirare, meam si uersat femina uitam  
 et trahit addictum sub sua iura uirum,  
 criminaque ignaui capitis mihi turpia fingis,  
 quod nequean fracto rumpere uincta iugo ?  
 uenturam melius praesagit nauita mortem ; 5  
 uulneribus didicit miles habere metum.  
 ista ego praeterita iactaui uerba iuuenta :  
 tu nunc exemplo disce timere meo.  
 Colchis flagrantis adamantina sub iuga tauros  
 egit et armigera proelia seuit humo, 10  
 custodisque feros clausit serpentis hiatus,  
 iret ut Aesonias aurea lana domos.  
 ausa ferox ab equo quondam obpugnare sagittis  
 Maeotis Danaum Penthesilea rates ;  
 aurea cui postquam nudauit cassida frontem, 15  
 nitit uictorem candida forma uirum.  
 Omphale in tantum formae processit honorem,  
 Lydia Gygaeo tincta puella lacu,  
 ut, qui pacato statuisset in orbe columnas,  
 tam dura traheret mollia pensa manu, 20  
 Persarum statuit Babyloa Semiramis urbem  
 ut solidum cocto tolleret aggere opus,  
 et duo in aduersum mitti per moenia currus  
 nec possent tacto stringere ab axe latus ;  
 duxit et Euphratem medium, quam condidit, arcis, 26  
 iussit et imperio subdere Bactra caput.  
 nam quid ego heroas, quid raptum in crimina diuos ?  
 Iuppiter infamat seque suamque domum.  
 quid, modo quae nostris obprobria uexerit armis  
 et famulos inter femina trita suos ? 30  
 coniugii obsceni pretium Romana poposcit  
 moenia et addictos in sua regna patres.  
 noxia Alexandria, dolis aptissima tellus,  
 et totiens nostro Memphi cruenta malo,  
 tres ubi Pompeio detraxit harena triumphos 35  
 nna ; Philippeo sanguine inuste notam,  
 issent Phlegraeo melius tibi funera campo,  
 uel tua si socero colla daturus eras, 37  
 scilicet, incesti meretrix regina Canopi, 38  
 39

(tollet nulla dies hanc tibi, Roma, notam) 36  
 ausa Ioni nostro latrantem opponere Anubim, 41  
 et Tiberim Nili cogere ferre minas,  
 Romanamque tubam crepitanti pellere sistro,  
 baridos et contis nostra Liburna sequi,  
 foedaque Tarpeio conopia tendere saxo, 45  
 iura dares statuas inter et arma Mari !  
 fugisti tamen in timidis naga flumina Nili :  
 acceperae tuae Romula uincta manus. 51  
 braccia spectauit sacris admorsa colubris,  
 et trahere occultum membra soporis iter.  
 ' non haec, Roma, fuit tanto tibi ciue uerenda ' 55  
 dixi ' aut assiduo lingua sepulta mero,  
 septem urbs alta iugis, toto quae praesidet orbi,  
 femineo extimuit territa Marte minas ? 58  
 quid nunc Tarquinii fractas iuuat esse secures,  
 nomine quem simili nita superba notat ? 47  
 nunc ubi Scipiadae classes, ubi signa Camilli, 67  
 aut modo Pompeia Bosphore capta manu, 68  
 Hannibalis spolia et uicti monumenta Syphacis 59  
 et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes, 60  
 si mulier patienda fuit ? cape, Roma, triumphum, 49  
 et longum Augusto salua precare diem. 50  
 haec di condiderunt, haec di quoque moenia ser-  
 uant : 65  
 uix timeat saluo Caesare Roma Iouem. 66  
 Curtius expletis statuit monumenta lacunis ; 61  
 at Decius missis proelia rupit equo ;  
 Coelitis abscessis testatur semita pontes ;  
 est cui cognomen coruus habere dedit :  
 Leucadius uersas acies memorabit Apollo ; 69  
 tantum operis belli sustulit una dies. 70  
 at tu, siue petes portus seu, nauita, linques,  
 Caesaris in toto sis memor Ionio.'

## XII [XI]

Postume, plorantem potuisti linquere Gallam,  
 miles et Augusti fortia signa sequi ?  
 tantine ulla fuit spoliati gloria Parthi,  
 ne faceres, Galla multa rogante tua ?  
 si fas est, omnes pariter pereatis auari, 5  
 et quisquis fido praetulit arma toro !  
 tu tamen iniecta tectus, uesane, lacerna  
 potabis galea fessus Araxis aquam :  
 illa quidem interea fama tabescet inani,  
 haec tua ne uirtus fiat amara tibi, 10  
 nene tua Medae laetentur caede sagittae,  
 ferreus aurato neu cataphractus equo,  
 neue aliquid de te flendum referatur in urna :  
 sic redeunt, illis qui cecidere locis.  
 ter quater in casta felix o Postume Galla, 15  
 moribus his alia coniuge dignus eras.  
 quid faciet nullo munita puella timore,  
 cum sis luxuriae, Roma, magistra tuae ?  
 sed securus eas : Gallam non munera uincunt,  
 duritiaque tuae non erit illa memor. 20  
 nam quocumque die saluum te fata remittent,  
 pendebit collo Galla pudica tuo.  
 Postumus alter erit miranda coniuge Vlixes.  
 non illi longae tot nocuere morae ;  
 castra decem annorum, et Ciconum mons Ismara 25  
 capta,

X 15 *te qua* DV (?) L, *denique* F. 17, 18 om. N. *polles* O, corr. f v. 19 *ubi* N, *tibi* O. 23 *nocturnis* Ω, corr. Housm. *pauca* O. 25 *conuicia* Broukh., *conuiuia* Ω. 26 *perstrepat* Ω, corr. f. 28 *grauius* Beroaldus, *grauibus* Ω. 31 *thal.* et s. O. XI 5 *uenturam* corruptum, *iactura* Lendrum, fort. *naufraige iam*—*praesagis. mortem* Ω, *noctem* f mg. v mg., multa coniecere uiri docti. 14 *Maeotis* N f mg., *noctis* L, *iniectis* Δ F. 15 *cui* N f v, *qui* O. 17 nouum carmen in F μ. *omphaliae* DV (?), *Maonis* Housm. 21 nouum carmen in O μ. 22 *cingeret* Fontaine. 23 *mitti* Tyrrell, *missi* Ω. 24 *ne* Δ. 25 *qua* N f mg. v. *arces* Ω, corr. Baehr. 26 *surgere* Ω, corr. Burm. senior. 27 *crimine* Ω, corr. v. 29 *uexerat* τ cdd. multi. 31 *coniugis* Ω, corr. Pass. 35 *tres* Δ N, *res* L, *hec* F. *tibi* φ μ. 36 et 40 inter se transp. Lach. 38 *nec t. sic* Housm. 39 nou. el. φ. 40 *inuste* nos (-a τ), *adusta* Ω. *notam* nos, *nota* Ω. 45 *conopea* Beroaldus, *canopeia* Ω. 46 *dares* Palm., *dare* Ω, *dare* et τ. 47-68 ita ordinauimus, 51-58 (Housm.), 47-48, 67-68, 59-60 (Pass.), 49-50, 65-66, 61-64. 48 *uocat* Δ. 51 *uada* φ N. 55 *haec* τ, *hoc* Ω. 56 *dixit* et Ω, corr. nos. 58 om. N. *femineas* *timuit* (hoc om. φ) Ω, corr. nos. 61 *Cur* (Dur φ D) *ius* Ω. 62 *ac* Δ L, *admisso* Dec. Scal. 63 *abs* (ab) *Leicis* φ, *adseis* N. 64 *est* Puccius, et Ω. 65 *condiderant* O, corr. Liuiueius. XII 4 *facias* O. 7 *intecta* Ω. 12 ita D f v, *catophratus* φ N. 14 *si credent* O, *si credunt* N, corr. v. 18 *cum* Ω, *cui* Palm. *sis* Palm., *sit* Ω. *suae* τ. 25 *mons* Ω, *manus* Lach., *Mars* Muell., *domus* Baehr., alia alii. *capta* Fontaine, *calpe* F N, *talpe* Δ L, fort. *Ismare capte*, cf. ll. 68.

exustaeque tuae mox, Polypheme, genae,  
et Circae fraudes, lotosque herbaeque tenaces,  
Seyllaque et alternas scissa Charybdis aquas,  
Lampetis Ithacis ueribus mugisse iuuenos  
(panerat hos Phoebos filia Lampetie),  
et thalamum Aeaeae flentis fugisse puellae,  
totque hiemis noctes totque natasse dies,  
nigrantisque domos animarum intrasse silentium,  
Sicanium surdo remige adisse latus,  
et ueteres arcus leto renouasse procorum,  
errorisque sui sic statuisse modum.  
nec frustra, quia casta domi persederat uxor,  
uincit Penelope Aelia Galla fidem.

## XIII [XII]

Quaeritis, unde audis nox sit pretiosa puellis,  
et Venere exhaustae damna querantur opes.  
certa quidem tantis causa et manifesta rapinis:  
luxuriae nimium libera facta uia est.  
Inda canis aurum mittit formica metallis,  
et nenit e rubro concha Erycina salo,  
et Tyros ostrinos praebet Cadmea colores,  
cinnamon et multi pastor odoris Arabs.  
haec etiam clausas expugnant arina puellas,  
quaeque gerunt fastus, Icarioti, tuos:  
matrona incedit census induta nepotum  
et spolia obprobrii nostra per ora trahit.  
nulla est posseendi, nulla est reuerentia dandi,  
aut si qua est, pretio tollitur ipsa mora.  
felix Eois lex funeris uia maritis,  
quos Aurora suis rubra colorat equis.  
namque ubi mortifero iacta est fax ultima lecto,  
uxorum fuis stat pia turba comis,  
et certamen habent leti, quae uina sequatur  
coniugium: pudor est non licuisse mori.  
ardent uictrices et flammae pectora praebent,  
inponuntque suis ora perusta uiris.  
hoc genus infidum nuptiarum; hic nulla puella  
nec fida Eubadue nec pia Penelope.  
felix agrestum quondam pacata inuentus,  
diuitiae quorum messis et arbor erant.  
illius nimis erat decussa Cydonia ramo  
et dare puniceis plena canistra rubis,  
nunc uiolas tondere manu, nunc mixta referre  
lilia uimineos lucida per calathos,  
et portare suis uestitas frondibus unas  
aut uariam pluma nescicoloris auem.  
his tum blanditiis furtina per antra puellae  
oseula siluiculis empta dedere uiris.  
himnei pellis positos operibat amantes,  
altaque natio creuerat herba toro,  
pinus et incumbens lentis circumdabat umbras;  
nec fuerat nudas poena uidere deas;  
crinigerique dei uacuum pastoris in aulam  
dux aries saturas ipse reduxit oues;  
dique deaque omnes, quibus est tutela per agros,  
praebabant nestris uerba benigna focis:

et leporem, quicumque nenis, uenaberis, hospes,  
et si forte meo tramite quaeris auem:  
et me Pana tibi comitem de rupe uocato,  
sive petes calamo praemia sine cane.  
at nunc desertis cessant sacraria lucis:  
aurum omnes uicta iam pietate colunt.  
auro pulsa fides, auro uenalia iura;  
aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.  
torrida sacrilegum testantur limina Bremum,  
dum petit intonsi Pythia regna dei:  
at mox laurigero concussus uertice diras  
Gallica Parnasus sparsit in arma uines.  
te scelus accepto Thracis Polymestoris auro  
nutrit in hospitio non, Polydore, pio.  
tu quoque, ut auratos gereres, Eriphyla, lacertos,  
delapsis nusquam est Amphiarans equis.  
proloquar (atque utinam patriae sium uanus aruspex),  
frangitur ipsa suis Roma superba bonis.  
certa loquor, sed nulla fides: neque enim Hia quon-  
dam  
uerax Pergameis Maenas habenda malis.  
sola Parum Phrygiae fatum componere, sola  
fallacem patriae serpere dixit equum.  
ille furor patriae uilis fuit, ille parenti:  
experta est ueros irrita lingua deos.

## XIV [XIII]

Multa tuae, Sparte, miramur iura palaestrae,  
sed magis uirginei tot bona gymnasii,  
quod non infames exerceat corpore ludos  
inter luctantes unda puella uiros,  
cum pila uelocis fallit per brachia iactus,  
inerepat et uersi clanis aduena trochi;  
puluerulentaque ad extremas stat femina metas,  
et patitur duro uulnere paneratio,  
nunc ligat ad caestum gaudentia brachia loris,  
missile nunc disci pondus in orbe rotat,  
et modo Taygeti, erines aspersa pruina,  
sectatur patrios per iuga longa canes;  
gymn pulsat equis, niuem latus ense reuincit,  
uirgineumque cano protegit aere caput,  
qualis Amazonidum nudatis bellicae manibus  
Thermodontiacis turba lauantur aquis;  
qualis et Eurotae Pollux et Castor harenis,  
hic uictor pugnis, ille futurus equis;  
inter quos Helene iudis capere arma papillis  
fertur nec fratres erubuisse deos.  
lex igitur Spartana uetat secedere amantes,  
et licet in triuuis ad latus esse suae;  
nec timor aut ulla est clausae tutela puellae  
nec grauis austeri poena canenda iuri.  
nullo praemisso de rebns tute loquaris  
ipse tuis: longae nulla repulsa morae.  
non Tyriae uestes errantia limina fallunt,  
est neque odoratae cura molesta comae,  
at nostra ingenti uadit circumdata turba,  
nec digitum angusta est inseruisse uia,

XII 29 *Lampathic sithicis* N nec meliora cett. (*scythicis* Δ). 30 spirum censet Palm. et desiderat Aeoli mentionem. quod si uerum est, amissus u. sic refingi poterit *inclusisse Notus utribus Acolios* coll. [Tib. Pan. Mess. 58 et Ou. Am. III 12. 29]. 32 *notasse* O. 34 *Sirenium* Ω, corr. nos. *latus* F<sup>1</sup> Broukh., *latus* L, *latus* cett. 35 *artus* Δ F. *lecto* Ω. 38 *uinct* τ. *Penelope* (h) *delia* Ω (*delia* μ), corr. v et (*Aelia*) Pass. XIII 2 *uenerem* Ω, corr. Itali. 3 *ruinas* Ω, corr. Palm. 6 *Erythraea* Beroaldus, fort. *Aracina*. 8 *pastor* corruptum uid., *coston* Guyetus, fort. *carptor*. 9 *nifcas* supra *clausas* scr. in N. *puellas* Markland, *puellas* Ω. 10 *gerunt* Scioppius et Guyetus, *terunt* Ω, *iterant* Heins. *icariote* (re φ) Ω, corr. v. 19 *lacti* D N, *lactum*—*conuicti* (20) Housm. quod placet. 21 *ardent* Ω, *gaudent* H. Stephanus. 23 *hic nulla* N V in ras., *inuupta* D L, *uupta* F. 25 *pacata* suspectum. 26 *quarum* O. 27 *illius* D. *uinnus* om. F. *erat* V (?) in ras., *erant* N, om. φ D. 30 *uimineos* codd. ap. Pass. (?) Fruterius, *uirgineos* Ω, *uirgatos* codd. ap. Pass. 32 *uiricoloris* φ N. 35 *atque* *hiuili* (*humili* φ) Ω, corr. Scal. *positos* Heins., *lotos* Ω, *stratos* Baehr. 37 *lentus* Δ L N, *latus* F, corr. Baehr. 39 *corniger* atque Ω, corr. nos coll. Tib. II 3. 11 seq. 42 *uestris* Ω, *iustus* Baehr. 43-46 hic alienos esse censet Housm. 43 *at* Δ L. *ueneraberis* O. 47 *et* O. 51 *luuina* O. 53 *mons* N v. *aurigero* φ N. *durus* O. 54 *parnas* (s) D F, *paruas* L. 55 *et* Ω. 56 *pio* N f, *tuo* O. 58 *delapsis* cod. Bernensis, *dilapsis* (us Δ L) Ω. *numquam* φ D, *nunc* V. 59 *uirus* Ω, corr. v mg. 62 *Phoebus* cod. Pass. unde *Phoebus* ipse, aut *habere* scribe aut in 61 *tibi* pro *haec*. 65 *fuit* *utilis* Ω, corr. Baehr. XIV priori continuat N<sup>1</sup>. 3 *laudes* Ω, corr. Auratus. 9 *caudentia* Gruterus. 15, 16 post 10 posuit Housm. sed locus ne sic epidem sanus est. 14 *Thermodontiacis* Δ N, *Thermodontis* φ. *lauatur* F N, *uagatur* Heins. 17 *arcus* Volseus, *habentis* N, *athenis* O. 19 *capere* arma. arma L, *armata* Δ, *est* *armata* F. *capillis* O. 28 *comae* Canteus, *domi* Ω. 30 *uic* v N, *tua* D V (?), *tra* L, *uea* F.

nec quae sit facies nec quae sint uerba rogandi,  
inuenias: caecum uersat amator iter.  
quod si iura fores pugnasque imitata Laconum,  
carior hoc esses tu mihi, Roma, bono.

## XV [XIV]

Sic ego non ullos iam norim in amore tumultus,  
nec ueniat sine te nox uigilanda mihi:  
fabula nulla tuas de nobis concitet aures: 45  
te solam et lignis funeris ustus amem. 46  
ut mihi praetexti pudor est sublatus amictus 3  
et data libertas noscere amoris iter,  
illa rudes animos per noctes conscia primas 5  
inbuit heu nullis capta Lycinna datis.  
tertius, haud multo minus est, iam ducitur annus:  
uix memini nobis uerba coisse decem.  
cuncta tuis sepeliuit amor, nec femina post te  
ulla dedit culci dulcia uinea meo. 10  
at tu non meritam parcas uexare Lycinnam:  
nescit nestra ruens ira referre pedem. 43  
44  
testis erit Dirce tam uano crimine sacua, 11  
Nycteos Antiope accubuisse Lyco.  
a quotiens pulchres uulsit regina capillos,  
molliaque immites fixit in ora manus!  
a quotiens famulam pensis onerauit iniquis, 15  
et caput in dura ponere iussit humo!  
saepe illam inmundis passa est habitare tenebris;  
uilem ieiunae saepe negauit aquam.  
Iuppiter, Antiope nusquam succurris habenti  
tot mala? corrumpit dura catena manus. 20  
si deus es, tibi turpe tuam seruire puellam.  
inuocet Antiope quem nisi uicta Iouem?  
sola tamen, quaecumque aderant in corpore uires,  
regales manicas rupit utraque manu. 25  
inde Cithaeronis timido pede currit in arces.  
nox erat, et sparsa triste cubile gelu.  
saepe uago Asopi sonitu permota fluentis  
credebat dominae pone uenire pedes.  
et durum Zethum et lacrimis Amphiona mollem  
experta est stabulis mater abacta suis. 30  
ac ucluti, magnos cum ponunt aequora motus,  
Eurus ut aduerso desinit ire Notus,  
litore sic tacito sonitus rarescit harenae,  
sic cadit inflexo lapsa puella genu.  
sera tamen pietas natis et cognitus error. 35  
digne Iouis natos qui tuare senex,  
tu reddis pueris matrem, peruerque trahendam  
inxerunt Dircei sub truci ora bouis.  
Antiope, cognosce Iouem: tibi gloria Dirce  
ducitur in multis mortem habitura locis. 40  
prata cruentantur Zethi, uictorque canebat  
Paeana Amphion rupe, Aracynthe, tua.

## XVI [XV]

Nox media, et dominae mihi uenit epistula nostrae:  
Tibure me missa iussit adesse mora,  
candida qua geminas ostendunt culmina turres,  
et cadit in patulos lymphae Anicna lacus.

quid faciam? obductis committam mene tenebris, 5  
ut timeam audaces in mea membra manus?  
at si distulero haec nostro mandata timore,  
nocturno fletus saeuior hoste mihi.  
peccaram semel, et totum sum pulsus in annum:  
in me mansuetas non habet illa manus. 10  
nec tamen est quisquam, sacros qui laedat amantes:  
Scironis media sic licet ire uia.  
quisquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris:  
nemo adeo, ut noceat, barbarus esse uolet.  
sanguine tam paruo quis enim spargatur amantis 19  
improbus, et cuius sit comes ipsa Venus? 20  
luna ministrat iter, demonstrant astra salebras; 15  
ipse Amor accensas praecutit ante faces;  
saeua canum rabies morsus auertit hiantes:  
huic generi quouis tempore tuta uia est.  
quod si certa meos sequerentur funera cursus, 21  
talis mors pretio uel sit emenda mihi.  
adferet haec unguenta mihi sertisque sepulchrum  
ornabit custos ad mea busta sedens.  
di faciant, mea ne terra locet ossa frequenti, 25  
qua facit assiduo tramite uulgus iter.  
post mortem tumuli sic infamantur amantium:  
me tegat arborea deuia terra coma,  
aut humer ignotae cumulis uallatus harenae:  
non iuuat in media nomen habere uia. 30

## XVII [XVI]

Nunc, o Bacche, tuis humiles aduoluimur aris:  
da mihi placatus uela secunda, pater.  
tu potes insanae Veneris compescere fastus,  
curarumque tuo fit medicina mero.  
per te iunguntur, per te soluntur amantes: 5  
tu uitium ex animo dilue, Bacche, meo.  
te quoque enim non esse rudem testatur in astris  
lyncibus ad caelum uecta Ariadna tuis.  
hoc mihi, quod ueteres custodit in ossibus ignes,  
funera sanabant aut tua uina malum. 10  
semper enim uacuos nox sobria torquet amantes  
spesque timorque animo uersat utroque uago.  
quod si, Bacche, tuis per feruida tempora donis  
accersitus erit somnus in ossa mea,  
ipse seram uites pangamque ex ordine coles, 15  
quos carpant nullae me uigilante ferae.  
dum modo purpureo cumulem mihi dolia musto,  
et noua pressantis inquinet uua pedes,  
quod superest uitae, per te et tua cornua uiuam,  
uirtutisque tuae, Bacche, poeta ferar. 20  
dicam ego maternos Aetnaeo fulmine partus,  
Indica Nysaeis arma fugata choris,  
uesanumque noua neququam in uite Lycurgum,  
Pentheos in triplices funera rapta greges,  
curuaque Tyrrhenos delphinum corpora nautas 25  
in nada pampinea desiluisse rate,  
et tibi per Diae bene olentia flumina saxa,  
unde tuum potant Naxia turba merum.  
candida laxatis onerato colla corymbis  
cinget Bassaricas Lydia mitra comas; 30  
leuis odorato ceruix manabit oliuo,  
et feries nudos ueste fluente pedes.

XIV 31 sit v, sint  $\Omega$ . faciles 'Commelini liber.' 33 luctasque Fontaine. XV 1 nullos DF V<sup>1</sup> (?). 3 praetexta O. uelatus  $\Omega$ , reueatus Fontaine. amictus FN. 5 fort. Cynthia, pr. cf. I 12. 2. 7 iam nos, cum  $\Omega$ . 11 nou. el. in  $\Omega$ . uano R. Franz, uero  $\Omega$ . 13 uulsit Rob. Titius, ussit  $\Omega$ . 14 inmittens  $\phi$  N. 15 imp(imp)ensis O. 21 est  $\Omega$ . 22 uicta  $\Omega$ . 27 (aesopi)  $\phi$  N. 30 tabulis  $\Omega$ . 31 at  $\phi$ . 32 ut Jacob (ubi Lach.), in O, sub N. aduersos—notos O, fort. aduersus. 34 si O. 35 est  $\Omega$ , fort. motast (uel ortast) et. ordo D. 41 parta  $\Omega$ . Zetho uel Zethus =, Zaeac Palm. 43, 44 post 10 transp. Volpi. 45, 46 post 2 transp. Otto. 45 conciet  $\Delta$ . XVI 4 nymphu  $\Omega$ , corr. f. 7 haec dist. O. 9 portus N. 11 laedit O. si l. O. scilicet N. 13, 14 habet inscr. Pomp. C. I. L. IV n. 1950. Scythiae inscr. P. ambulet inscr. P. v, ambulat  $\Omega$ . 14 adeo inscr. P., deo  $\Omega$ . ut feriat inscr. P. 16 praec. Guyetus, perc.  $\Omega$ , fort. conc. cf. Ou. Am. I 2. 11. 19, 20 post 14 transp. Struchtmeier. 20 et cuius sit Palm., exclusis fit  $\Omega$ , ecce suis it W. Fischer. 21 casus  $\Omega$ , corr. Markland. 23 haec Guyetus, huc  $\Omega$ . 25 nec  $\phi$  N V. 29 aut  $\Omega$ . humeri N, humor L et (post ign.)  $\Delta$ . cumulus F V, tumulis L. 30 non N, me O. XVII 2 placatus nos, coll. Ou. F. III 789 sq., paeato  $\Omega$ . 3 aut infensae aut fluctus cum cod. Pass. legendum uid. 12 uago pro modo  $\Omega$  scripsimus, pro animo  $\Omega$  (-um v) animae Housm., alii alia. 15 coles (caules) Burm., colles  $\Omega$ . 17 cumulem nos, coll. Ou. Tr. III 10. 72, numen  $\Delta$  N, nūc F, numerē L, spument = uulg. 21 flumine  $\Delta$  F. 24 grata  $\Omega$ , corr. Pass. 27 Diae—saxa nos, post Palm. qui Diam—saxis (possis etiam saxeam) inuenit (nasci Baehr.), mediam—Naxon  $\Omega$ . 30 cingit  $\Omega$ , corr. v.





ipse alimenta sibi maxima praebet amor.  
 bis tamen aut semel admittit, cum saepe negavit : 7  
 seu uenit, extremo dormit amicta toro. 8  
 omnia sunt temptata mihi, quaecumque fugari 5  
 possit, at ex omni me premit ille deus. 6  
 unum erit auxilium : mutatis Cynthia terris 9  
 quantum oculis, animo tam procul ibit amor. 10  
 nunc agite, o socii, propellite in aequora nauem,  
 remorumque pares ducite sorte uices,  
 iungiteque extremo felicia linteata malo :  
 iam liquidum nautis aura secundat iter.  
 Romanae turres et uos ualeatis amici, 15  
 qualiscumque mihi tuque puella uale.  
 ergo ego nunc rudis Hadriaci uelut aequoris hospes,  
 cogar et undisonos nunc prece adire deos.  
 deinde per Ionium uectus cum fessa Lechaica  
 sedarit placida uela phaselus aqua, 20  
 quod superest, sufferre, pedes, properate laborem,  
 Isthmos qua terris arceat utrumque mare.  
 inde ubi Piraei capient ne litora portus,  
 scandam ego Theseae brachia longa uiae.  
 illic aut stadiis animum emendare Platonis 25  
 incipiam aut hortis, docte Epicure, tuis,  
 persequam aut studium linguae, Demosthenis arma,  
 flibrorumque tuos, docte Menandre, sales ;  
 aut certe tabulae capient mea lumina pictae  
 siue ebore exactae seu magis aere manus. 30  
 et spatia annorum aut longa interualla profundi  
 lenibunt tacito uulnera nostra sinu :  
 seu moriar, fato, non turpi fractus amore ;  
 atque erit illa mihi mortis honesta dies.

## XXII

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,  
 Tulle, Propontiaqua qua fluit Isthmos aqua,  
 Dindymis et sacra fabricata † inuenta Cybebe,  
 raptorisque tulit qua uia Ditis equos ?  
 si te forte iuuant Helles Athamantidos urbes, 5  
 nec desiderio, Tulle, mouere meo,  
 tu licet aspicias caelum omne Atlanta gerentem,  
 sectaque Persea Phorcidos ora manu,  
 Geryonis stabula et luctantum in puluere signa  
 Herculis Antaeique Hesperidumque choros, 10  
 tuque tuo Colchum propellas remige Phasim,  
 Peliacaeque trabis totum iter ipse legas,  
 qua rudis Argoa natat inter saxa columba  
 in faciem prorae pinus adacta nouae,  
 et siqua Ortygii uisenda est ora Caystri, 15  
 et quae septenas temperat uia uias ;  
 omnia Romanae cedent miracula terrae ;  
 natura hic posuit, quicquid ubique fuit.  
 armis apta magis tellus, quam comoda noxae :  
 famam, Roma, tuae non pudet historiae. 20  
 nam quantum ferro, tantum pietate potentes  
 stamus ; uictrices temperat illa manus.  
 hic Anio Tiburne fluis, Clitumnus ab Umbro  
 tramite, et aeternum Marcus umor opus,  
 Albanus lacus et foliis Nemorensis abundans, 25  
 potaque Pollucis lympha salubris equo.  
 at non squamoso labuntur uentre cerastae,  
 Itala portantis nec furit unda nouis ;

XXI 6 ipse φ N. 7, 8 ante 5 transp. nos. 7 bis Cornelissen, uix Ω. negarit φ N. 8 amica Ω, corr. Scal. 9 (a)equore Δ L.N. 19 Lechaica nos (o uulg.), licheo peiora Ω. 21 sufferte = uulg. 25 aut Muell., uel Ω. stadiis (uel spatii) Broukh., studiis Ω. 28 libaboque G. T. Suringar, ludorumque Heins. alia alii. culte Heins., compte D'Orville, munde Kuinoel. 31 et Baehr., aut Ω. 33 sic Guyetus. XXII 1 annos fl, annus O. 2 quae φ N. equos? interpunxit Carutti. 3 Dindimus Ω, corr. Palm. iuuenta Δ F, e uite Haupt coll. Ap. Rhod. I 1117 sqq. unde etiam in caute Houism., seto uel saero—(Ellis in)dente Barton coll. Pausan. VIII 46. 6 et Ω. 13 argea Δ F. 15, 16 post 10 aptius posueris (post 6 Houism.). 15 at siqua O, siqua et Heins. Ortygii Is. Voss., orige Ω, odorigeri Itali, Ortygia et Haupt. 16 quae Palm., qua Ω. 19-22 ante 39 transponebat Baehr. 22 ira Ω. 28 almo D. fluis Ω. 24 martius Ω. 25 foliis Houism., sotiis Δ, socii(ti) φ N. ab unda Ω, corr. idem. 26 nymphae Ω. 27 lambuntur O. 28 fuit Ω. una Ω. 37 Scinis Beroaldus, senis (in N cinis supra scr.) Ω. et non om. F. 37, 38 post 30 transponebat Hertzsb., bene si nescis et inhospita legas. 42 melius esset uenturus. XXIII 11 fuerunt nescioquis, fuerant O, fuerint N. 14 bene =. 15 dici Ω. cessauimus Ω. 16 parauit Ω, corr. Heins. 17 uolens nescioquis, dolens Ω. 18 garrula, interpunxit Houism. ducitur Ω. 19 auari Ω. 20 diras N. 22 signa Ω, corr. Beroaldus. XXIV 2 elegis Schrader. 6 essem F, cset Δ. esse N, saepe O. 9, 10 ante 13 ponit Houism.

non hic Andromedae resonant pro matre catenae,  
 nec tremis Ausonias, Phoebe fugate, dapes ; 30  
 nec cuiquam absentes arserunt in caput ignes,  
 exitium nato matre mouente suo ;  
 Penthea non saeuae uenantur in arbore Bacchae,  
 nec soluit Danaas subdita cerua rates ;  
 cornua nec ualuit curuare in paelice Iuno 35  
 aut faciem turpi dedecorare boue.  
 (arboreasque cruces Sinis et non hospita Grais  
 saxa et curuatas in sua fata trabes.)  
 haec tibi, Tulle, parens, haec est pulcherrima sedes ;  
 hic tibi pro digna gente petendus honos ; 40  
 hic tibi ad eloquium ciues, hic ampla nepotum  
 spes et uenturae coniugis aptus amor.

## XXIII

Ergo tam doctae nobis periere tabellae,  
 scripta quibus pariter tot periere bona.  
 has quondam nostris manibus detruerat usus,  
 qui non signatas iussit habere fidem,  
 illae iam sine me norant placare puellas 5  
 et quaedam sine me uerba diserta loqui.  
 non illas fixum caras effecerat aurum :  
 uulgari buxo sordida cera fuit.  
 qualescumque mihi semper mansere fideles,  
 semper et effectus promeruere bonos. 10  
 forsitan haec illis fuerunt mandata tabellis :  
 ' irascor, quoniam es, lente, moratus heri.  
 an tibi nescioquae uisa est formosior ? an tu  
 non bona de nobis crimina ficta iacis ?'  
 aut dixit ' uenies hodie, cessabimus una : 15  
 hospitium tota nocte parabit Amor'  
 et quaecumque uolens reperit non stulta puella  
 garrula, cum blandis dicitur hora dolis.  
 me miserum, his aliquid rationem scribit auarus  
 et ponit duras inter ephemeras. 20  
 quas siquis mihi rettulerit, donabitur auro.  
 quis pro diuitiis ligna retenta uelit ?  
 i puer, et citus haec aliqua propone columna,  
 et dominum Esquiliis scribe habitare tuum.

## XXIV

Falsa est ista tuae, mulier, fiducia formae,  
 olim oculis nimium facta superba meis.  
 noster amor tales tribuit tibi, Cynthia, laudes :  
 uersibus insignem te pudet esse meis.  
 mixtam te uaria laudauis saepe figura, 5  
 ut, quod non esses, esse putaret amor ;  
 et color est totiens roseo collatus Eoo,  
 cum tibi quaesitus candor in ore foret.  
 quod mihi non patrii poterant auertere amici,  
 eluere aut uasto Thessala saga mari, 10  
 haec ego, non ferro, non igne coactus, et ipsa  
 naufragus Aegaea uerba fatebor aqua.  
 correptus saeuo Veneris torrebatur aheni ;  
 unctus eram uersas in mea terga manus.  
 ecce coronatae portum tetigere carinae, 15  
 traiectae Syrtes, ancora iacta mihi est.  
 nunc demum uasto fessi respiscimus aestu,

vulneraque ad sanum nunc coiere mea.  
Mens Bona, si qua dea es, tua me in sacraria dono :  
exciderunt surdo tot mea vota Ioui. 20

## XXV

Risus eram positus inter conuiuia mensis,  
et de me poterat quilibet esse loquax.  
quinque tibi potui seruire fideliter annos :  
ungue meum morso saepe querere fidem.  
nil moueor laerimis : ista sum captus ab arte ; 5  
semper ab insidiis, Cynthia, flere soles.

flebo ego discedens, sed fletum iniuria uincet :  
tu bene conueniens non sinis ire iugum.  
limina iam no-tris ualeant lacrimantia uerbis,  
nec tamen irata ianna fracta manu. 10  
at te celatis aetas grauis urgeat anuis,  
et ueniat formae ruga sinistra tuae.  
uellere tum cupias albos a stirpe capillos,  
a, speculo rugas increpitante tibi,  
exclusa inque uicem fastus patiare superbos, 15  
et quae fecisti facta queraris annus.  
has tibi fatalis cecinit mea pagina diras.  
euentum formae disce timere tuae.

## LIBER QVARTVS [VEL QVINTVS]

## I

Hoc quodcumque uides, hospes, qua maxima Ro-  
ma est,  
ante Phrygem Aeneam collis et herba fuit :  
atque ubi Nauai stant sacra Palatia Phoebos,  
Euandri profugae concubnere boues.  
fictilibus creuere deis haec aetere templa, 5  
nec fuit obprobrio facta sine arte casa,  
Tarpeiusque pater nuda de rupe tonabat,  
nec Tiberis rostris aduena tutus erat.  
qua gradibus domus ista Remi se sustulit, olim  
unus erat fratrum maxima regna focus. 10  
optima nutricum nostris lupa Martia rebus,  
qualia creuerunt moenia lacte tuo ! 50  
nil patrum nisi nomen habet Romanus alumnus : 37  
sanguinis altricem non putet esse lupam. 38  
curia, praetexto quae nunc nitet alta senatu, 11  
pellitus habuit, rustica corda, patres.  
lucina cogebat priscae ad herba Cynrites :  
centum illi in prato saepe senatus erat.  
nec sinuosa cauo pendebant uela theatro ; 15  
pulpita sollemnis non oliere crocos.  
nulli cura fuit externos quaerere diuos,  
cum tremeret patrio pendula turba sacro ;  
annuae accenso celebrante Parilia faeno,  
qualia nunc curto lustra nonantur equo, 20  
Vesta coronatis pauper gaudebat asellis,  
ducebant macrae uilia sacra boues.  
parua saginati lustrabant compita porci,  
pastor et ad calamos exta litabat onis.  
uerbera pellitus saetosa mouebat arator, 25  
unde licens Fabius sacra Lupercus habet.  
nec rudis infestis miles radiabat in armis ;  
miscabant uasta proelia nuda sude.  
prima galeritus posuit praetoria Lyemon,  
magnaue pars Tatio rerum erat inter oues. 30  
(quippe suburbanae parua nimis urbe Bouillae  
et, qui nunc nulli, maxima turba Gabi. 33

et stetit Alba potens, albae snis omine nata, 35  
haec ubi Fidenas longa erat isse uia.) 36  
Eunius hirsuta cingat sua dicta corona : 61  
ni folia ex hederâ porrige, Bacche, tua,  
ut nostris tumefacta superbiat Umbria libris,  
Umbria Romani patria Callimachi ;  
scandentes quis qui cernit de uallibus arces, 65  
ingenio muros aestimet ille meo.  
Roma, faue, tibi surgit opus ; date candida ciues  
omina, et inceptis dextera cantet auis. 68  
munera namque pio conor disponere uersu : 57  
ei mihi, quod nostro est paruus in ore sonus.  
sed tamen exiguo quodcumque e pectore riuu  
fluxerit, hoc patriae seruiet omne meae. 60  
sacra diesque canam et cognomina prisca locorum : 69  
has meus ad metas sudet oportet equus. 70  
dicam 'Troia cades, et Troica Roma resurges, 87  
et maris et terrae longa pericla canam. 88  
huc melius profugos misisti, Troia, Penates ; 39  
huc quali neeta est Dardana puppis anc, 40  
arma resurgentis portans uictricia Troiae ! 47  
felix terra tuos cepit, Iule, deos ;  
si modo Auenalis tremulae cortina Sibyllae  
dixit Auentino rura pianda Remo, 50  
aut si Pergamene sero rata carmina natis  
longaeum ad Priami uera fuere caput :  
'nerite equum, Danae ! male nincitis : Iliâ tellus  
minct, et huic cineri Iuppiter arma dabit.' 54  
iam bene spondebant tunc omnia, quod nihil illos 41  
haeserat abiegni uenter apertus equi,  
cum pater in nati trepidus cernice pendit,  
et uerita est unquos urere flamma pios. 44  
hinc Titius Ramnesque uiri Luceresque coloni, 31  
quattuor hinc albos Romulus egit equos. 32  
hinc animi uenere Deci Brutique secures, 45  
auxit et ipsa sui Caesaris arma Venus.' 46  
'quo mis imprudens, uage, dicere fata, Properti ? 71  
non sunt, a, dextro condita fila colo.

XXIV 19 deo est  $\Omega$ , dea es Itali, adeo es Housm. 20 exciderant  $\Omega$ . XXV priori continuat O, fort. melius. 5 cautus Heimreich al. 7 uincit  $\Omega$ . 8 ire N, esse O. 9 iunina V, capus FN. 15 patere  $\Delta$ . 16 ut D. quereris V. 18 formae NV in ras., dominac  $\Phi$  D. latere aliquid uidetur, fort. *Veneris*, cf. Hor. Carm. I 13. 17. IV I huius el. uu. 1 70 cum 87-88 sic ordinandi sunt 1-10, 55-56, 37-38 (37-38, 55-56 L. Lange), 11-30 (33-36), tum 61-68, 57-60, 69-70 (61-64, 57-60, 67-70 Housm.), 87-88 (Seal.), 39-40, 47-54 (47-52 Housm.), 41-44 (post 54 Housm.), 31-32, 45-46. 1 qua Scioppius al., quam  $\Omega$ . 6 non O. 7 Tarpeius ex  $\mu$ . 8 nec—rostris nos, et—nostris  $\Omega$ . tutus O, fort. tortus, tubus N ex 4. 9 quo O, quod N. 15 cauo N, suo  $\Delta$ , om.  $\Phi$ . 19 celebrante Housm., celebrate D, celebrare cett. quo seruato annua at Lach. palilia  $\Delta$ . 20 equo, interpunximus. 21 Vestra  $\Phi$  N. 28 nuda N, facta O. 29 Ly(i) Olymon  $\Omega$ . 31 soloni N, seloni  $\mu$  v, unde seueri Housm. fort. recte. 33-36 hic alienos post 10. 26 transp. Housm. 33 nimis nos, minus  $\Omega$ . uiol(a)  $\Omega$ . 36 hac ubi  $\Omega$  corruptum ut uid., ac tibi Baehr. fort. hinc ubi. longe  $\Omega$ . ire O. uias  $\Omega$ , fort. fuga, cf. Ou. ex Pont. I 3. 81, 82. 38 putet  $\Omega$ , pudet  $\tau$  uulg. 40 huc Baehr., heu  $\Omega$ . 41 omnia L, omnia  $\Delta$  F, quo seruato spondebat conicias, illam  $\Omega$ , corr. Schrader. 45 hinc Heins., tunc  $\Omega$ . 46 auxit Muell., uicit  $\Omega$ . 50 rura corruptum, fort. erura. 57 munera nos, cf. Lucr. I 47, moenia  $\Omega$ , munere—uersus Muell. conor  $\tau$ , coner  $\Omega$ . 59 riuu  $\Omega$ , uiuu nos conii. coll. Ou. ex P. IV 8. 65 sq. 61 sqq. a prioribus separauit Housm. 65 cf. ad I 22. 8. quis(queis) qui nos, quisquis  $\Delta$  N, quasuis  $\Phi$ . cernit F, cernit  $\Delta$  L N. 66 ext.  $\Delta$  F. 68 omnia L, omnia D. incertis F, in tectis  $\Delta$  L. 71 sqq. a prioribus separauit Lach. uaga  $\tau$ .

accersis lacrimas cantans, auersus Apollo :  
 poscis ab inuita uerba pigenda lyra.  
 certa feram certis auctoribus, aut ego uates 75  
 nescius aerata signa mouere pila.  
 me creat Archytas suboles Babylonis Horops  
 Horon, et a proauo ducta Conone domns.  
 di mihi sunt testes non degenerasse propinquos,  
 inque meis libris nil prius esse fide. 80  
 nunc pretium fecere deos et fallinus auro  
 (Iuppiter !) obliquae signa iterata rotae,  
 felicesque Iouis stellas Martisque rapacis  
 et graue Saturni sidus in omne caput,  
 (quid moneant Pisces animosaque signa Leonis, 85  
 lotus et Hesperia quid Capricornus aqua.)  
 dixi ego, cum geminos produceret Arria natos 86  
 (illa dabat natis arma uetante deo), 89  
 non posse ad patrios sua pila referre Penates :  
 nempe meam firmant nunc duo busta fidem.  
 quippe Lupercus, aui dum saucia protegit ora,  
 heu sibi prolapsus non bene cauit equo :  
 Gallus at, in castris dum credita signa tnetur, 95  
 concidit ante aquilae rostra cruenta suae.  
 fatales pueri, duo funera matris auaratae,  
 uera, sed inuito, contigit ista fides.  
 idem ego, cum Cinarae traheret Lucina dolores  
 et facerent uteri pondera lenta moram, 100  
 'Iunonis facito uotum impetrabile' dixi :  
 illa parit : libris est data palma meis.  
 hoc neque harenosum Libyae Iouis explicat antrum  
 aut sibi commissos fibra locuta deos, 105  
 aut siquis motas cornicis senserit alas,  
 umbraeque quae magicis mortua prodit aquis.  
 aspicienda uia est caeli uerusque per astra  
 trames et ab zonis quinque petunda fides.  
 exemplum graue erit Calchas ; namque Aulide soluit  
 ille bene haerentes ad pia saxa rates : 110  
 idem Agamemnoniae ferrum ceruice puellae  
 tinxit ; et Atrides uela cruenta dedit :  
 nec rediere tamen Danaï. tu diruta fletum  
 supprime et Euboicos respice, Troia, sinus.  
 Nauplius uitores sub noctem porrigit ignes, 115  
 et natat exuuiis Graecia pressa suis.  
 uictor Oiliade, rape nunc et dilige uatem,  
 quam uetat auelli ueste Minerua sua.  
 hactenus historiae : nunc ad tua deubar astra ;  
 incipe miraculis aequus adesse nouis. 120  
 Vmbria te notis antiqua Penatibus edit,  
 (mentior ? an patriae tangitur ora tuae ?)  
 qua nebulosa caelo rotat Meuania campo,  
 et lacus aestiuus non tepet Umber aquis,  
 scandentisque Asis consurgit uertice murus, 125  
 murus ab ingenio notior ille tuo.  
 ossaque legisti non illa aetate legenda  
 patris et in tenues cogeries ipse Lares :  
 nam tua cum multi uersarent rura inuenci,  
 abstulit excultas peticia tristis opes. 130  
 mox ubi bulla rudi dimissa est aurea collo,  
 matris et ante deos libera sumpta toga,  
 tum tibi pauca suo de carmine dictat Apollo  
 et uetat insano uerba tonare foro :  
 'at tu finge elegos, pellax opus, haec tua castra, 135  
 scribat ut exemplo cetera turba tuo.

militiam Veneris blandis patiere sub armis  
 et Veneris pueris utilis hostis eris.  
 nam tibi uictrices quascumque labore parasti,  
 eludet palmas una puella tuas : 140  
 illius arbitrio noctem luemque uidebis : 143  
 gutta quoque ex oculis non nisi iussa cadet. 144  
 et bene cum fixum mento decusseris uncum, 141  
 nil erit hoc, rostro te premet ansa suo. 142  
 nec mille persuasae nec te signata iuuabunt 145  
 limina : peruersae fallere rima sat est.  
 nunc tua nel mediis puppis luctetur in undis,  
 uel licet armatis hostis inernis eas,  
 uel tremefacta cauom tellus diducat hiatum,  
 octipedis Cancri terga sinistra time.' 150

## II

Qui mirare meas tot in uno corpore formas,  
 accipe Vertumini regna paterna dei.  
 Tuscus ego et Tuscis orior, nec paenitet inter  
 proelia Volsinios deseruisse focos,  
 tempore quo sociis uenit Lycomedis armis 51  
 atque Sabina feri contudit arma Tati.  
 uidi ego labentes acies et tela caduca,  
 atque hostes turpi terga dedisse fugae. 54  
 et tu, Roma, meis tribuisti praemia Tuscis, 49  
 unde hodie uicis nomina Tuscus habet. 50  
 sed facias, diuum sator, ut Romana per aeuum 55  
 transeat ante meos turba togata pedes. 56  
 haec me turba iuuat, nec templo laetor eburno : 5  
 Romanum satis est posse uidere forum.  
 hac quondam Tiberinus iter faciebat, et aiunt  
 remorum auditos per uada pulsa sonos :  
 at postquam ille suis tantum concessit alumnis,  
 Vertumnus uerso dicor ab amne deus. 10  
 seu, quia uertentis fructum praecerpimus anni,  
 Vertumini rursus credis id esse sacrum.  
 prima mihi uariat liuentibus uera racemis,  
 et coma lactenti spicea fruge tumet. 15  
 hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna  
 cernis et aestiuo mora rubere die.  
 insitor hic soluit pomosa nota corona,  
 cum pirus inuito stipite mala tulit.  
 nam quid ego adiciam, de quo mihi maxima fama  
 est, 41  
 hortorum in manibus dona probata meis ?  
 caeruleus cucumis tumidoque cucurbita uentre  
 me notat et iunco brassica uincta leui ;  
 nec flos ullus hiat pratibus, quin ille decenter 45  
 inpositus fronti langueat ante meae. 46  
 mendax fama, uoces : alius mihi nominis index : 19  
 de se narranti tu modo crede deo. 20  
 opportuna mea est cunctis natura figuris :  
 in quacumque uoles uerte, decorus ero.  
 indue me Cois, fiam non dura puella :  
 meque uirum sumpta quis neget esse toga ?  
 da falcem et torto frontem mihi comprime faeno : 25  
 iurabis nostra gramina secta manu.  
 arma tuli quondam et, meminì, laudabar in illis :  
 corbis in inposito pondere messor eram.  
 sobrius ad lites : at cum est inposta corona,

I 73 cantans Baehr., cantas Ω. aduersus Δ F. 75 haud τ. 81 nunc N L V (?), in D F. deis Luetjohann. falli-  
 nus Housm., fallitur Ω. 83 rapaces nauit Luineius. 85 moueant φ N. 86 letus F. 85, 86 post 108 ponit Housm.  
 praeunte Scal. aptius post II 27. 4 posteris. 88 pericla ε, sepulchra Ω, regna superba Housm. 89 accio Δ.  
 93 aui nos, equi Ω. 95 et Δ. 98 in uno φ D V (?). 101 facito u. Lach., u. facito Burm., facite u. Ω. 103 Libyici  
 τ. 104 at O. 106 umbrane quae N, umbraeque ne O, corr. Turnebus. 108 petenda L N V (?). 120 miraculis Housm.,  
 tu lacrimis Ω. 123 quam Ω. 124 intepet Ω, corr. Housm. 125 axis Δ, Asisi Lach. 129 cum φ N, non Δ. 135  
 ac Δ, et F. pellax Heins., fallax Ω. Apollinis uerbis finem 146 constituit Heimreich, 138 Luetjohann. 140 eludit O.  
 141 cum f. μ, conf. Ω. merito O. dec. Broukh., discussit (-is ε) Ω. 142 erit N, premit O. premat (-it F) Ω. nostros-  
 aua Ω, corr. Calderinus. 143, 144 post 140 transp. Housm. 144 quidem ex O. 146 lumina Ω, corr. v mg. prima Ω  
 (om. F), corr. Beroaldus. 149 cauum f, cauom Baehr., cauo Ω. ded. O. II huius el. uersus ita ordinandi sunt 1-4,  
 51-54 (Housm.), 49-50 (id.), 55-56 (id.), 5-18, 41-46 (Schradler), 19-40, 47-48, 57-fin. 2 regna Housm., signa Ω.  
 petenda O. 3 et om. Ω. 4 uolsinios (i. om. F) os Ω, e uolsinios ut uidetur genitum. 5 nec Δ. mea φ N. 7 et. ut L. 9  
 campum Heins. 10 Vertumnus Paley, idem in 12 Vertanni, fort. recte. 11 praecipimus Δ N, percipimus φ, corr. Fea.  
 12 ercidit Ω, corr. nos. 19 uoces φ (= uoces Δ), nocens N. 22 quacumque O. 25 facta O. 28 in N, om. φ, ab Δ, fort.  
 inposito corbis. 29 ac O. 44 necat O. 49 at tu O. 52 contulit Δ.

clamabis capiti uina subisse meo. 30  
cinge caput mitra, speciem furabor Iaceli:  
furabor Phoebi, si modo plectra dalis.  
cassibus inpositis uenor: sed harundine sumpta  
fautor plumoso sum deus anepio.  
est etiam anrigae species Vertumnus et eius, 35  
traiecit alterno qui leue pondus equo.  
suppetat, hoc piseas calamo praedabor, et ibo  
mundus demissis institor in tunicis.  
pastor ouem ad baeulum possum curare, uel idem  
sirpiculis medio puluere ferre rosam. 40  
at mihi, quod formas unus uertebrae in omnes,  
nomen ab euentu patria lingua dedit. 48  
sex superant uersus: te, qui ad uadimoniam curris, 57  
non moror: haec spatibus ultima creta meis.  
stipes acernus eram, properanti falee dolatus,  
ante Numami grata pauper in urbe deus.  
at tibi, Mamurri, formae caelator athenae,  
tellus artileces ne terat Osea manus,  
qui me tam docilis potuisti fundere in usus.  
unum opus est, operi non datur unus honos.

## III

Haec Arethusa suo mittit mandata Lycotae,  
eum totiens absis si potes esse mens.  
siqua tamen tibi lecturo pars oblita deerit,  
haec erit et laerimis facta litura meis:  
ac siqua incerto fallet te littera traetu, 5  
signa meae dextrae iam morientis erunt.  
te modo uiderunt † iteratos Baetra per ortus,  
te modo munito Sericus hostis equo,  
hibernique Getae, pectore Britannia eurru,  
tursus et Eoa decolor Indus aqua. 10  
haecene marita fides? paeta haec mihi praemia  
noctis,  
eum rudis urgenti brachia uicta dedi?  
quae mihi delnetae fax onem praetulit, illa  
traxit ab euerso lumina nigra rogo;  
et Stygio sum sparsa laeu, nec recta epapillis 15  
mitta data est: nupsi non comitante deo.  
omnibus heu portis pendent mea noxia nota:  
textitur haec castris quarta laerna tuis.  
occidat, inmerita qui carpsit ab arlore uallum  
et struxit querulas ranca per ossa tubas, 20  
dignior obliquo finem qui torqueat Oena,  
aeternusque tuam pascet, aselle, famem.  
dic mihi, num teneros nrit lorica laertos?  
num grauis inbelles atterit hasta manus?  
haec noceant potius, quam dentibus ulla puella 25  
det mihi plorandas per tua colla notas.  
diceris et maeie uultum tenuisse: sed apto,  
e desiderio sit eolor iste meo.  
at mihi eum noctes induxit Vesper amaras,  
siqua relicta iacent, osoner arma tua. 30  
tum queror in toto non sidere pallia lecto,  
lucis et auctores non dare carmen aues.

Craugidos et eatulae nox est mihi grata quereotis: 55  
illa tui partem uindicat una toro. 59  
noctibus hibernis eastrensia pensa laboro 33  
et Tyria in gladios nellera seeta suos; 34  
cogor et e tabula pietos ediscere mundos, 37  
qualis et haec docti sit positura dei, 38  
et diseo, qua parte uult uincendus Araxes, 35  
quot sine aqua Parthus milia eurrat equos,  
quae tellus sit lenta geli, quae putris ab aestu, 39  
uentus in Italiam qui bene nela ferat. 40  
adsidet una soror, euris et pallida nutrix  
peierat hiberni tempore esse moras.  
felix Hippolyte! mda tulit arma papilla  
et textit galea barbara molle caput.  
Romanis utinam patuissent castra puellis! 45  
essem militiae sarcina fida tuae;  
nec me tardarent Seythiae iuga, eum Pater altas  
aeris in glaciem frigore nectit aquas.  
omnis amor magnus, sed rapto in coniuge maior:  
hanc Vennis, ut uuat, uentilat ipsa faem. 50  
nam mihi quo Poenis nunc purpura fulgeat ostris  
crystalisque meas ornet aquosa manus?  
omnia surda tacent, rarisque ad-sueta Kalendis  
uix aperit elansos una puella Lares.  
siue in limitimo genuit stans noctua tigno, 59  
seu uoluit tangi pareat luerna mero, 60  
illa dies horis aedem denuntiat agnis,  
suecinetique caleat ad nona luera popae.  
llore sacella tego, uerbenis compita uelo, 57  
et erepat ad neteros herba Sabina faeos. 58  
ne, preeor, ascensis tanti sit gloria Baetris, 63  
raptane odorato earbas lina duci,  
plumbea enim tortae sparguntur pondera fundae, 65  
subdolos et uersis increpat arens equis.  
sed (tua sic donitis Parthae telluris alumnis  
pura triumphantes hasta sequatur equos)  
incorrupta mei conserua foedera lecti:  
hac ego te sola lege redisse nelim: 70  
armaque eum tulero portae uotina Capenae,  
subseribam SALVO GRATA PVELLA VIRG.

## IV

Tarpeium nemus et Tarpeiae turpe sepulchrum  
fabor et antiqui limina capta lonis.  
quid tum Roma fuit, tubicen uicina Curitis 9  
cum quateret lento murmure saxa Ionis? 10  
murus erant montes: ubi nunc est curia saepta, 13  
belliens exili fonte bibebat equos. 14  
hinc Tatius frontem uallo praecingit acerno, 7  
fidaque suggesta castra coronat humo; 8  
atque ubi nunc terris dieuntur ira subactis, 11  
stabant Romano pila Sabina foro. 12  
luens erat felix hederoso conditus antro, 3  
multaque uatibus obstrepit arbor aquis,  
Siluani ramosa domus, quo dulcis ab aestu 5  
fistula poturas ire inebat oues.

IV 31 *achei* Ω, corr. Itali. 34 *fauor* N, *fannor* φ, *fauuus* Δ, corr. Rossberg. 35 *est etiam. mentiar* Housm., fort. *asciscum*. *Vertumnus* suspectum, fort. *eum uerbero, et elus* Ω. 39 *pastor ouem* Huleatt, *pastorem* Ω, *pastor me—curuore* (hoc τ) Ayrmani, alia alii. 47 *at Ω, sic ed.* Annii Viterbiensis, fort. *et*. 48 *nomina Vertumna* Schrader, sed distichon Guyeto non iniuria suspectum. 61 *mamurri* Δ. 62 *me* O. 63 *quod* Δ I, *quot* Baehr. (*tot*) *docilem* Hertz., cf. Stat. Silu. II 2. 53. 64 *opus* N, *opus* O. III 1 *Areth(h)usa* φ N om. *Haec*, 5 *at φ, aut* N V in ras. 7 *Baetra* (baetro O) p. o. om. N. 8 *munus* Ω, corr. Beroaldus. *Sericus* id., *hericus* φ N, *heoricus* V, *hericus* I), *Neuricus* Jacob. 9 *Hyreantia* Housm. *uultu* Schrader, fort. *pectaq.—uirgo*. 10 *tubicen* Housm., *ustus* Ω. *Eoa* equo Gruterus. *dec.* Pass., *dise* Ω. 11 *ita nos praecente* Housm. qui *et primos praemia n. conit, et parca* ana N, *et pacatae mihi* φ, *haec sunt pectae mihi* Δ. (*quandis*) *noctis* Muell., *noctes* Ω. 16 *uita* O. 21 *oeno* O. 23 *num v. dum* Ω. uu. 29 sqq. ordo perturbatus est. 37 38 ante 35 transp. Bronkh., 55-56 ante 33 Housm., 57-58 post 62 Housm. 34 *radios* τ, *clauos* (=tuos) cod. Pass. fort. uere si suo pro *smos* legeris quod conit. Rossberg. 37 *conor* Bronkh. 38 *educti* s. p. *Dai* (debut *Dahi*) Ellis, *Dahac* iam Hoenuff, *Arctoi* s. p. *soli* Fontaine. 48 *acrius* dedimus pro *Af(ricus)* Ω, sed fort. scripsit Prop. *athrius* (uel *aethriens*) graecissans, *uetheris* Muell., *caelicus* Housm. 49 *raptu* in Schippers, *aperto* in Ω, in *apto* cod. Pass. 51 *uue* Housm., *te* N, *tib* O. 52 *tnas* o. O. 53 *que* om. O. 55 *Craugidos* Bergk, *Graveidos* L N, *Gracidos* Δ F. 59 *furtino* Δ F. 60 *tingi* Itali. 61 *ornis* c. φ N. 62 *suecin(c)u(a)que* Ω corr. Itali. 63 *accensis* ed. Brixiensis. 67 *sit* O (*sint* F). IV 1-14 *ita ordinauimus* 1, 2; 9, 10; 13, 14; 7, 8; 11, 12; 3-6 (Baehr.). 1 *Tarpeiae* Housm., *tarpeiae* F, *tarpele* N, *tarpeiae* cett. nec multo aliter in 16. 3 *con-situs* τ. 7 *huc* nos, *hunc* Ω. *frontem* Palm. sed male de 'monte' intellegens, *fontem* Ω. 9 *eum* O. *Curitis* Bergk, *Curitis* Ω. 10 *foctu* I. O. 12 *foro* f v, *foco* Ω. 14 *exili* nos, *ex illo* Ω.

hinc Tarpeia deae fontem libavit : at illi	15	cum pagana madent fercula deliciis,
urbebat medium fitilis urna caput.		enimque super raros faeni flammantis aceruos
uidit Aerenosis Tatium proludere caupis		traicit immundos ebria turba pedes.
pictaque per flauas arma leuare iubas :	20	Romulus excubias decreuit in otia solui
obstupuit regis facie et regalibus armis,		atque intermissa castra silere tuba.
interque oblitus excidit urna manus.		hoc Tarpeia suum tempus rata conuenit hostem :
saepe illa inmeritae causata est omina lunae,		pacta ligat, pactis ipsa futura comes.
sibi tinguendas dixit in amne comas :		mons erat ascensu dubius . . . . .
saepe tulit blandis argentea lilia Nymphis,	25	. . . . . festoque remissis :
Romula ne faciem laederet hasta Tati :		nec mora, uocales occupat ense canes.
dumque subit primo Capitolia nubila fumo,		omnia praebent somnos : sed Iuppiter unus
rettulit hirsutis brachia secta rubis ;		decreuit poenis inuigilare suis.
et sua Tarpeia residens ita fleuit ab aere		prodiderat portaeque fidem patriamque iacentem,
uulnera, uicino non patienda Ioui :	30	nubendique petit quem uelit ipsa diem.
'ignes castrorum et Tatiæ praetoria turmae		at Tatius (neque enim scelere dedit hostis honorem)
et formosa oculis arma Sabina meis,		'nube' ait 'et regni scande cubile mei.'
o utinam ad uestros sedeam captiua Penates,		dixit, et ingestis comitum super obruit armis.
dum captiua mei conspicer esse Tati.		haec, uirgo, officiis dos erat apta tuis.
Romani montes et montibus addita Roma	35	nec satis una malae potuit mors esse puellae,
et ualeat probro Vesta pudenda meo.		quae uoluit flammam fallere, Vesta, tuas.
ille equus, ille meos in castra reportet amores,		a duce Tarpeia mons est cognomen adeptus :
cui Tatius dextras collocat ipse iubas.		o uigil, iniuste praemia sortis habes.
quid mirum in patrios Scyllam saenisse capillos,		
candidaque in foedos inguina nersa canes ?	40	
prodita quid mirum fraterni cornua monstri,		
cum patuit lecto stamine torta uia ?		
quantum ego sum Ausoniis crimen factura puellis,		
inproba uirgineo lecta ministra foco !		
Pallados extinctos siquis mirabitur ignes,	45	
ignoscat : lacrimis spargitur ara meis.		
cras, ut rumor ait, tota purgabitur urbe :		
tu cape spinos rorida terga iugi.		
lubrica tota uia est et perfida : quippe tacentes		
fallaci celat limite semper aquas.	50	
o utinam magicæ nossem cantamina Musæ !		
hanc quoque formoso lingua tulisset opem.		
te toga picta decet, non quem sine matris honore		
nutrit inhumanae dura papilla lupae.		
sic, hospes, spatierne tua regina sub aula ?	55	
dos tibi non humilis prodita Roma uenit.		
si minus, at raptæ ne sint inpune Sabinæ,		
me rape et alterna lege repende nices.		
commissas acies ego possum soluere nupta ;		
nos media palla foedus inite mea.	60	
adde, Hymenææ, modos ; tubicen, fera murmura		
conde :		
credite, nestra meus molliet arma torus.		
at iam quarta canit uenturam bucina lucem,		
ipsaque in Oceanum sidera lapsa cadunt.		
experiar somnum, de te mili somnia quaeram :	65	
fac uenias oculis umbra benigna meis.'		
dixit, et incerto permisit brachia somno,		
nescia se furiis accubuisse nouis.		
nam Vesta, Iliacæ felix tutela fauillæ,		
culpam alit et plures condit in ossa faces.	70	
illa ruit, qualis celerem prope Thermodonta		
Strymonis abscisso pectus aperta sinu.		
urbi festus erat (dixere Parilia patres,		
hic primus coepit moenibus esse) dies,		
annua pastorum conuiuia, lusus in urbe,	75	

## V

Terra tuum spinis obducat, lena, sepulchrum,	
et tua, quod non uis, sentiat umbra sitim ;	
nec sedeant cineri Manes, et Cerberus ultor	
turpia ieiuno terreat ossa sono.	
docta uel Hippolytum Veneri mollire negantem,	5
concordique toro pessima semper auis,	
Penelopen quoque neglecto rumore mariti	
nubere lasciuo cogeret Antinoo.	
illa uelit, poterat magnæ non ducere ferrum	
et uolueris nidis esse nouerca suis.	10
quippe et, Collinas ad fossam mouerit herbas,	
stantia currenti diluerentur aqua.	
audax cantatae leges inponere lunæ	
et sua nocturno fallere terga lupo,	
posset ut intentos astu caecare maritos,	15
cornicum inmeritas eruit ungue genas ;	
consulitque striges nostro de sanguine et in me	
hippomanes fetæ semina legit equæ.	
exorabat opus nerbis, heu, blanda, perinde	
saxosam atque forat sedula talpa niam :	20
'si te Eoa Dorozantium inuat aurea ripa,	
et quæ sub Tyria concha superbit aqua,	
Eurypylis placet Coae textura Mineruæ	
sectaque ab Attalidis patria signa toris,	25
seu quæ palmiferae mittunt uenalia Thebæ,	
murraeque in Parthis pocula cocta focis,	
sperne fidem, pronolue deos, mendacia uincant,	
frange et damnosæ iura pudicitia.	28
dum uernat sanguis, dum rugis integer annus,	59
utere, ne quid cras libet ab ore dies.	60
nidi ego odoratum uictura rosaria Paestum	
sub matutino cocta iacere Nota.	62

IV 15 hic τ. 16 fitilis L. 17, 18 post 92 transp. Broukh. 17 nec nos, et Ω. 20 acra Heins., frena Palm. 23 omnia Δ F. 30 compatienda O. 32 famosa φ N. 37 reportet cod. Pass., reponet Ω. 40 foedos Heins., s(a)euos Ω. 42 stramine Δ F (?). 45 Palladis Δ L. 47 purgabitur Huleatt, pugabitur Ω, potabitur Palm. qui et cessabitur. 48 tum nescioquis. 50 semper suspectum, sup(er) Rossberg, fort. uepris. 52 hanc Baehr., h(a)cc Ω. 55 spatierne Housm. post spatiorne Heins., patiære Δ, patrianue F, patr(r) in ras.)are L, pariænne N. 57 at F, ait N, ae Δ L. ne L N, non O. 59 nupt(a)e Ω, corr. Luetjohann. 60 media Baehr., medium Ω. 63 at Fontaine, et Ω, set Luetjohann. 66 oculis uenias O. 68 se furiis Liuieneus, nefariis Ω, uae fur. Jacob. 71 furit Baehr. distichon hoc post 8. 52 reicit Housm. th(t) Oermoodonta Ω, corr. v. 72 abseiso φ N. pectus Hertzberg, fertur Ω. 73 palidia Δ. 74 ire Heins. 75 urbi N, fort. et urui, aruis Baehr. 76 delitit v mg., diuitit Ω. 78 immundas—daps Ω, corr. Itali. 82 coepit Housm. fort. recte. 83 ascensum monstrat dubio Housm., lacunam indicauit Baehr., remissus N edd. plurimi, ascensus dapis f. remissus Jacob. 85 somni Lach., somno et se pro sed Rossberg. 86 tuis Ω. 88 ipse v edd. multi. 93 tarpeio Ω, Tarpetum Palm., a nece Tarpeiae Bassanus. 94 iniuste N. sortis corruptum, fontis Ribbeck, fort. fortis (h. e. 'strenuae'). V 5 noet(o) F) O. 9 poterit O, corr. Fontaine. 12 diruerentur Burm. 15 et i. Ω. 19 exercebat Housm. malim exterebrabat, cf. Plaut. Bacch. 1199. heu Housm., cu Ω, perinde idem, perure Ω. 20 atque idem, -que Ω. forat Rossberg, ferat Ω. talpa v, culpa Ω, gutta Jacob. 21 dorozantium N, decorantium O, Topazitum nos post Housm. qui topazorum conii, alia alii. rica Heins. 23 Eurypiliq. Ω, corr. Heins. 24 sextaq. O. 25 quem Δ F, q L. 28 frangit Ω. post hunc u. 59-62 transp. Luetjohann. 61 odorati—pacti Ω, corr. Schippers (et nos).

ianitor ad dantis uigilet : si pulsat inanis, 47  
 surdus in obductam somniet usque scram.  
 nec tibi displiceat miles non factus amori,  
 nauta nec attrita si ferat aera manu, 50  
 aut quorum titulus per barbara colla pependit,  
 eretati medio cum saluere foro.  
 aurum spectato, non quae manus adferat aurum.  
 uersibus auditis quid nisi uerba feres?  
 [quid inuadit ornato procedere, uita, capillo 55  
 et tenues Coa ueste mouere sinus?]  
 qui uersus, Coae dederit nec munera uestis,  
 istius tibi sit surda sine arte lyra. 58  
 nec te Medae delectent probra sequacis  
 (nempe tulit fastus, ausa rogare prior), 41  
 sed potius mundi Thais pretiosa Menandri,  
 cum ferit astutos comica moecha Getas.  
 in mores te uerte uiri : si cantica iactat, 45  
 i comes et noces ebria iunge tuas.  
 si tibi forte comas uexauerit, utilis ira ;  
 postmodo mercata pace premendus erit. 31  
 ingerat Apriles Iole tibi, tundat Omicthe 32  
 natalem Maiis Idibus esse tuum. 35  
 supplex ille sedet : posita tu scribe cathedra  
 quidlibet : has artes si patet ille, tencs.  
 semper habe morsus circa tua colla recentes,  
 litibus alternis quos putet esse datos. 40  
 denique ubi amplexu Venerem promiseris empto, 33  
 fac pueros similes Isidis esse dies. 34  
 et simulare uirum pretium facit : utere causis : 29  
 maior dilata nocte recurret amor.' 30  
 his animum nostrae dum uersat Acanthis amicae, 63  
 per tenues ossa has sunt numerata cutes.  
 sed cape torquatae, Venus o regina, columbae 65  
 ob meritum ante tuos guttura seeta focos.  
 uidi ego rugoso tussim conerescere collo,  
 sputaque per dentes ire eruenta canos,  
 atque animam in tegetes putrem expirare paternas :  
 horruit argenti pergula curta foco. 70  
 exequiae fuerunt rari furtiua capilli  
 uincula et immundo pallida mitra situ,  
 et canis in nostros nimis experecta dolores,  
 cum fallenda meo pollice clatra forent.  
 sit tumulus lenae curto uetus amphora collo : 75  
 urgeat hunc supra nis, caprilice, tua.  
 quisquis amas, seabris hoc bustum caedite saxis,  
 mixtaque cum saxis addite uerba mala.

## VI

Sacra facit nates : sint ora fauentia sacris,  
 et cadat ante meos icta inuena focos.  
 serua Philetacis certet Romana corymbis,  
 et Cyrenacas urna ministret aquas.  
 costum molle date et blandi mibi turis honores, 5  
 terque focum circa laueus orbis eat.  
 spargite me lymphis, carmenque recentibus aris  
 tibia Mygdoniis libet eburna cadis.  
 ite procul fraudes, alio sint aere noxae :  
 pura nomini nati laurea mollit iter. 10  
 Musa, Palatini referemus Apollinis aedem :  
 res est, Calliope, digna fauore tuo.

Caesaris in nomen ducuntur earmina : Caesar  
 dum canitur, quaeso, Iuppiter ipse uaces.  
 est, Phoebi fugiens Athamania ad litora portus, 15  
 qua sinus Ioniae murmurina eondita aquae,  
 Actia Iuleae pelagus monimenta carinae,  
 nautarum uotis non operosa uia.  
 huc mundi coiere manus : stetit aequare moles  
 pinea, nec remis aequa faebat auis. 20  
 altera classis erat Teucro damnata Quirino,  
 pilaque femineae turpiter apta manu :  
 hinc Augusta ratis plenis Ionis omine uelis  
 signaque iam patriae uacere docta suae.  
 tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus, 25  
 armorum et radiis picta tremebat aqua,  
 cum Phoebus linqueus stantem se uindice Delon  
 (nam tulit iratos mobilis ante Notos)  
 astitit Augusti puppim super, et noua flamma  
 luxit in obliquam ter sinuata faem. 30  
 non ille attulerat crines in colla solutos  
 aut testudineae carmen inerme lyrae,  
 sed quali aspexit Pelopeum Agamemnona multo  
 egressitque audis Dorica castra rogis,  
 aut quali flexos soluit Pythona per orbis 35  
 serpentem, inbelles quem timuere deae.  
 mox ait 'o longa mundi seruator ab Alba,  
 Auguste, Hectoreis cognite maior auis,  
 uince mari : iam terra tua est : tibi militat arcus,  
 et fauet ex uomeris hoc onus omne meis. 40  
 solue metu patriam, quae nunc te uindice freta  
 inposuit priorae publica nota tuae.  
 quam nisi defendes, murorum Romulus augur  
 ire Palatinas non bene nudit aues.  
 et nimium remis audent ; pro, turpe Latinos 45  
 principe te fluctus regia uela pati !  
 nec te, quod classis centenis reniget alis,  
 terreat : innito labitur illa mari :  
 quodque nelunt prorae Centaurica saxa minantis,  
 tigna caua et pietos experire metus. 50  
 frangit et attollit uires in milite causa ;  
 quae nisi iusta subest, excutit arma pudor.  
 tempus adest, committe rates : ego temporis auctor  
 ducaui laurigeram Iulia rostra manu.'  
 dixerat, et pharetrae pondus consumit in arcus : 55  
 proxima post arcus Caesaris hasta fuit.  
 uincit Roma fide Phoebi : dat feminam pocuas :  
 scepra per Ionias fracta neluntur aquas.  
 at pater Idalio miratur Caesar ab astro :  
 'tu meus, et nostri sanguinis ista fides.' 60  
 prosequitur cantu Triton, omnesque marinae  
 plauserunt circa libera signa deae.  
 illa petit Nilum cymba male mixta fugaci,  
 hoc nunc, inisso non moritura die.  
 di melius ! quantus mulier foret una triumphus, 65  
 ductus erat per quas ante Iugurtha nias !  
 Actius hinc traxit Phoebus monimenta, quod eius  
 una decem uicis missa sagitta rates.  
 bella satis cecini : citharam iam poscit Apollo  
 uictor et ad placidos exiit arma choros. 70  
 candida nunc molli subeant conuicia leuco,  
 blanditiaque luant per mea colla rosae,  
 minaque fundantur prelis elisa Falernis,  
 terque lauet nostras spica Cilissa comas.

V 29-58 sic ordinauimus : 47 58, 41 46, 31-32 (Housm.), 35 40, 33 34, 29 30. 29 et. fort. haec, exstimulare Heins., et stimulare Otto. 34 similes N V (in ras.), om. φ et D spatio post pueros relicto unde pueros similes Baehr., sim. pueros N uulg. Isidis Beroaldus, sideris Ω. deos I D V (?). 35 tibi tondat Δ L, circumdat F. omicla Ω (aw. N, nm. i. ras. V), corr. Palm. 36 malis φ N V. 38 quilibet O. 40 alterius φ D. putat L F<sup>1</sup>. 41 non Δ L. 44 comas amica Guyetus. gets N. 47, 48 habet inser. Pomp. C. I. L. IV n. 1894. dantis inser. P., dantes Ω. pulsat inser. P., pulset Ω. 52 celati Ω, corr. Pass. saliere Δ F. 55, 56 = I 2. 1, 2 (cf. 57) del. Scal. 57 quid O. 58 ipius Ω. aere N. 63 animus L N V supra scr., animis F D V. achantis Ω, corr. v. 64 has om. Ω, add. Hertz. 67 crebescere Housm. 70 percula Δ L N (parula F), corr. Scal. curua Ω. 71 faciant Ω, corr. Pass. 73 exporrecta L N. 74 caltra Ω, corr. Beroaldus. 77 caedito Ω, corr. Luineius. VI priori continuatum in Ω sep. n. v. 2 calet O. 3 cera Ω, corr. Scal. philippis Ω, corr. Beroaldus. 8 Cadis nonnulli edd. 11 noua elegia in O μ et n mg. referamus V uide reseramus Schippers (praestet reseremus). 17 A. I. Leucus Markland. 21 tenero V. 22 femuca Ω, corr. Markland. acta Δ. 25 ueium Ω. neruis O. linarat Δ N, liniarat L. 28 ante Lipsius, unda a. u. 30 simulata V. 34 cyissety. Ω, corr. v. 35 quali Rossberg, qualis Ω. 36 deae ed. Etonensis, lyrae Ω, ferac Sterke. 45 et nll F)uicm O. prap Ω. latinis Ω, corr. Markland. 49 quotque Housm. 50 experire (expirare F) O. 60 tu meus Baehr., sum deus Ω. et D, est cett., en Markland. 63 ille O. 72 blanditaeque Scal., post blanditaeque interpungit Muell. 74 perque Ω, corr. v.

ingenium potis irritat Musa poetis : 75  
 Bacche, soles Phoebo fertilis esse tuo.  
 ille paldosus memoret seruire Sugambros,  
 Cephæan hic Meroen fuscaque regna canat,  
 hic referat sero confessum foedere Parthum :  
 'reddat signa Remi, mox dabit ipse sua :  
 siue aliquid pharetris Augustus parceret Eois,  
 differat in pueros ista tropæa suos.  
 gaude, Crasse, nigras siquid sapis inter harenas :  
 ire per Euphraten ad tua busta licet.'  
 sic noctem patera, sic ducam carmine, donec 85  
 iniciat radios in mea uina dies.

## VII

Sunt aliquid Manes : letum non omnia finit,  
 luridaque extinctos effugit umbra rogos.  
 Cynthia namque meo uisa est incumbere fulcro,  
 murmur ad extremæ nuper humata niae,  
 pomosis Anio qua spumifer incubat aruis, 81  
 et numquam Herculeo numine pallet ebur, 82  
 cum mihi somnus ab exequiis penderet amarus, 5  
 et quererer lecti frigida regna mci.  
 eosdem habuit secum, quibus est elata, capillos,  
 eosdem oculos : lateri uestis adusta fuit,  
 et solitum digito beryllon adederat ignis,  
 summaque Lethæus triuerat ora liquor. 10  
 spirantisque animos et uocem misit, et illi  
 pollicibus fragiles increpuere manus :  
 'perfide nec cuiquam melior sperande puellæ,  
 in te iam uires somnus habere potest ?  
 iamne tibi excederunt uigilacis furta Suburæ 15  
 et mea nocturnis trita fenestra dolis ?  
 per quam demisso quotiens tibi fune pependi,  
 alterna ueniens in tua colla manu !  
 saepe Venus triuio commissa, et pectore mixto  
 fecerunt tepidas pallia nostra uias. 20  
 foederis heu taciti, cuius fallacia uerba  
 non audituri diripere Noti !  
 at mihi non oculos quisquam inclamauit cunctis :  
 unum impetrassem te reuocante diem :  
 nec crepuit fissa me propter harundine custos, 25  
 laesit et obiectum tegula curta caput.  
 denique quis nostro curuum te funere uidit,  
 atram quis lacrimis incaluisse togam ?  
 si piguit portas ultra procedere, at illuc  
 iussisses lectum lentius ire meum. 30  
 cur uentos non ipse rogis, ingrâte, petisti ?  
 cur nardo flammæ non oluere meae ?  
 hoc etiam graue erat, nulla mercede hyacinthos  
 inicere et fracto busta piare cado.  
 quæ modo per uiles inspecta est publica noctes, 39  
 hæc nunc aurata cyclade signat humum ; 40  
 te patiente meae conflauit imaginis aurum, 47  
 ardenti e nostro dotem habitura rogo : 48  
 et grauiora rependit iniquis pensa quasillis, 41  
 garrula de facie siqua locuta mea est :  
 nostraque quod Petale tulit ad monumenta coronas,  
 codicis immundi uincula sentit anus :  
 caeditur et Lalage tortis suspensa capillis, 45

per nomen quoniam est ausa rogare meum.  
 non tamen insector, quamuis mereare, Properti : 49  
 longa mea in libris regna fuere tuis. 50  
 iuro ego Fatorum nulli reuolubile carmen,  
 tergeminusque canis sic mihi molle sonet,  
 me seruasæ fidem. si fallo, uipera nostris  
 sibilet in tumulis et super ossa cubet.  
 nam gemina est sedes tristem sortita per amnem, 55  
 turbaque diuersa remigat omnis aqua.  
 una Clytæmestrate stuprum uel adultera Cressæ  
 portat mentitæ lignæ monstra bonis.  
 ecce coronato pars altera pulsa phaselo,  
 mulcet ubi Elysias aura beata rosas, 60  
 qua numerosa fides quæque aera rutunda Cybebes  
 mitratisque sonant Lydia plectra choris.  
 Andromedæque et Hypermestres sine fraude marita  
 narrant historiae nota pericula suæ :  
 hæc sua maternis queritur liuere catenis 65  
 brachia nec meritas frigida saxa manus :  
 narrat Hypermestres magnum ausas esse sorores,  
 in scelus hoc animum non ualuisse suum.  
 sic mortis lacrimis uitæ sanamus amores :  
 celo ego perfidiæ erimina multa tnae, 70  
 sed tibi nunc mandata damus, si forte moueris,  
 si te non totum Chloridos herba tenet.  
 Lygdamus uratur, candescat lamina uernæ : 35  
 sensi ego cum insidiis pallida uina bibi.  
 et Nomas arcanas tollat uersuta saluas :  
 dicit damnatas ignea testa manus. 38  
 nutrix in tremulis nequid desideret annis 73  
 Parthenie : potuit nec tibi auara fuit.  
 deliciaeque meae Latris, cui nomen ab usu est, 75  
 ne speculum dominae porrigit illa noxae.  
 et quocumque meo fecisti nomine uersus,  
 ure mihi : laudes desine habere meas.  
 pellehederam tunulo, mihi quæque praegnante corymbo  
 mollia contortis alligat ossa comis. 80  
 hic carmen media dignum me scribe columna, 83  
 sed brene, quod currens uector ab urbe legat : 84  
 HIC TIBURNE TVA IACET AVREA CYNTHIA TERRA.  
 ACCESSIT RIPAE LAVS ANIENE TVAE. 86  
 nec tu sperne piis ueniencia somnia portis :  
 cum pia uenerunt somnia, pondus habent.  
 nocte uagæ ferimur, nox clausas liberat umbras,  
 errat et abiecta Cerberus ipse sera. 90  
 luce iubent leges Lethææ ad stagna reuerti.  
 nos uehimur, uectum nauta recenset onus.  
 nunc te possideant aliae : mox sola tenebo :  
 mecum eris, et mixtis ossibus ossa teram.  
 hæc postquam querula mecum sub lite peregit, 95  
 inter complexus excidit umbra meos.

## VIII

Disce, quid Esquilias hac nocte fugarit aquosas,  
 cum uicina nouis turba cucurrit agris,  
 turpis in arcana sonuit cum rixa taberna, 19  
 si sine me, famæ non sine labe meae. 20  
 Lanunium annosi uetus est tutela draconis, 3  
 hic tibi tam raræ non perit hora moræ,

VI 75 *positis* φ N. *irritet* Ω, corr. Scal. 79 *haec* F, *hoc* D. *ferro* Δ F. 81 *aliquis* Ω. 85 *uocem* φ D. VII 2  
*extinctos* Pass., *euinctos* O, *euictos* τ. post 4 nos 81, 82 transp. 5 *amores* N, *amoris* O, corr. Liuineius. 7 *hosdem*  
 Ω. 8 *hosdem* O. 9 *ademerat* Δ. 10 *tinxerat* Schrader, fort. *strinxerat*. 11 *et* Heins., *at* Ω. 15 *excederant* Ω, corr.  
 Scal. *tecta* S. O. 19 *commixta* Ω. *et* Heins., *est* Ω. 20 *pectora* n. O, *proelia* n. nescioquis. 21 *paeti* Palm., fort  
*teeti*. 23 *eunti* Heins., fort. recte. 25 *fixa* F. 30 *letum* Δ. 33 *erit* O. 35-38 post 72 transp. nos, post 76 Schrader.  
 36 fort. *arsi* ego. 37 *et* nos, *aut* Ω. *salinas* Ω. 41 *rependit* N, *fundit* O. 47, 48 post 40 transp. Schrader. 48 *ardenti*  
 (uel -e) τ, *ardent* Ω. 51 *carmen* om. L, *stamen* τ, fort. *nemen*. 55 *tristem* Burm., *turpem* Ω. 57 *Clytæmestrate* Δ.  
*uehit* altera Ω, corr. Ellis. *Cressam* p. *mentitam* Haupt, fort. in 58 *bonem*. 59 *pulsa* nos cf. Enn. A. 411, *parta* Ω, *ucta* τ.  
 61 *qua* *quaerar*(N, *qu(a)erata* O) *ut unda* Ω, corr. Turnebus (*rut.* Pass.). 63 *maritæ* Ω, corr. Rossberg. 64 *nota* *pericla*  
 Heimreich, *pectora* *nota* Ω, quo seruato *historias*—*suas* Markland. 65 *suma* *eternis* L, *summa* *acternis* (ect. F) cett.,  
 corr. μ mg. τ. 69 *mortis* corruptum, *maestis* Burm., fort. *memoris*. *saceramus* Baehr., *solamur* Pass. 72 *cloridos*  
 Δ F, chor. L. 78 *ure* : m. l. *me sine* Baehr. 79 *praegnante* Cornelissen, *pugnante* Ω. 80 *mollis* Ω. 81 *pomosis*  
 Broukh., *ramosis* Ω, *lamosis* Ellis. (*h)amo* O. *pomifer* Ω, corr. Broukh. 83 *hoe* O. 84 *uictor* O. 85 *hic*. *sed* Ω.  
*Tiburne* tua nos, *tiburtina* F uulg., *tiburna* D N, *tribuna* L, eras. V. *iactet* hic Ω. 86 *aniene* Ω. 93 *nec* O. 95 *sub*  
 num sanum ? VIII 19, 20 post 2 transp. Luetjohann. 3 *Lan.* ann. om. F. 4 *ubi* Ω, seruandum si *huc* scripseris,  
 cf. 15 (*huc* mea iam Jacob).



qua saccer abripitur eaeo descensus hiatu	5	atque ubi iam nostris lassauit braecchia plagis,
(quae penetras uirgo tale iter, onne eane),		Lygdamus ad plutei fulera sinistra latens
ieiuini serpentis honos cum pabula poscit		eruitur, geniumque meum protractos adorat.
anna et ex ima sibila torquet humo.		Lygdame, nil potui : tecum ego captus eram.
ille sibi adnotas a uirgine corripit cresas :	11	supplicibus palmis tum denum ad foedera ueni,
uirginis in palmis ipsa canistra tremunt.	12	cui nix tangendos praebuit illa pedes,
talia demissae pallent ad sacra puellae,	9	atque ait ' admissae si uis me ignoscere culpae,
cum tenere anguino creditur ore manus.	10	accipe, quae nostrae formula legis erit.
si fuerint eastae, redeunt in eolla parentum,	13	tu neque Pompeia spatia bere cultus in umbra,
clamantque agricolae ' fertilis annus erit.'		nee cum lasciuum sternet harena forum.
huc mea detonsis auecta est Cynthia mannis :	15	colla eane inflectas ad summum obliqua theatrum
causa fuit Iuno, sed magis causa Venus.		aut lectica tuae se det aperta morae.
Appia die, quaeso, quantum te teste triumphum		Lygdamus in primis, omnis mihi causa querele,
egerit effusus per tua saxa rotis.		nenecat et pedibus uincula bina trahat.
spectaculum ipsa sedens primo temone pendit,	21	indixit legem : respondi ego ' legibus utar.'
ansa per inpuros frenas mouere loeos.		riserat imperio facta superba dato.
Serica nam taceo uolsi carpenta nepotis		dein quemcumque locum externae tetigere puellae,
atque armillatos eolla Molossa enas ;		sullit ac pura limina tergit aqua,
qui dabit inmundae uenalia fata saginae,	25	imperat et totas iterum mutare lacernas,
uinct ubi eras barba pudenda genas.		terque meum tetigit sulphuris igne caput.
eum feret nostro totiens iniuria lecto,		atque ita mutato per singula pallia lecto
mutato uolui castra mouere toro.		† respondi, et noto soluimus arma toro.
Phyllis Auentinae quaedam est uicina Dianae,		
sobria grata parum : cum bibit, onne deest.	30	
altera Tarpeios est inter Teia lucos,		
candida, sed potae non satis unus erit.		
his ego constitui noctem lenire uocatis,		
et Venere ignota furta nouare mea.		
unus erat tribus in scereta lectulus herba.	35	
quaeris <i>discubitus</i> ? inter utranque fui.		
Lygdamus ad cyathos utriusque aestiua supplex		
et Methymnaci Graia salua meri.		
Nile, tuus tibicen erat, crotalistris Phyllis,		
et facilis spargi munda sine arte rosa ;	40	
nanus et ipse suos breuiter conerctus in artus		
inactabat truncas ad eana buxa manus.		
sed neque suppletis constabat flamma lucernis,		
recedit inque suos mensa supina pedes.		
me quoque per talos Venerem quaerente secundo	46	
semper damnosi subsilure eanes.		
eantabant surdo, midabant pectora caeco :		
Lanuuu ad portas, ei mihi, totus eram ;		
cum subito rauci sonnerunt eardine postes,		
et leuia ad primos murmura facta lares.	50	
nee mora, cum totas resupinat Cynthia ualuas,		
non operosa comis, sed furibunda decens.		
poecula mi digitos inter eecidere remissos,		
pallueruntque ipso libra soluta uero.		
fulminat illa oculis et quantum femina saeuit,	55	
spectaculum capta nec minus urbe fuit.		
Phyllidis iratos in uultum conicit unguis :		
terrata uicinas Teia elamat aquas.		
lumina sopitos turbant elata Quirites,		
omnis et insana semita uoce sonat.	60	
illas direptisque comis tunicisque solutis		
excipit obscurae prima taberna uiae.		
Cynthia gaudet in exuuiis uictrixque recurrit		
et mea peruersa sauciat ora manu		
inponitque notam collo morsuque eruentat,	65	
praecepitque oculos, qui meruere, ferit.		

## IX

Amphitryoniades qua tempestate iuuenes  
egerat a stabulis, o Erythea, tuis,  
nenit ad intactos peccora Palatia montes,  
et statuit fessos fessus et ipse boues,  
qua Velabra suo stagnabant flumine quaque  
nauta per urbanas uelificabat aquas,  
sed non infido manserunt hospite Caeco  
incolumes : furto polluit ille locum.  
aecola Caesus erat, metiendo raptor ab antro,  
per tria partitos qui dabat ora sonos,  
hic, ne certa forent manifestae signa rapinae,  
aeros cauda traxit in antra boues ;  
nee sine teste deo : furum conuere iuuenes,  
furis et inplacidas dirui ira fores.  
Maenalis iacuit pulsus tria tempora ramo  
Caeus, et Alcides sic ait : ' ite boues,  
Herculis ite boues, nostrae labor ultime clauae,  
his mihi quaesitae, his mea praeda, boues,  
aruaque mugitu sancite bouaria longo :  
nobile erit Romae pascua uestra forum.'  
dixerat, at sicco torquet sitis ora palato,  
terraque non ullas feta ministrat aquas.  
sed procul inclusas audit ridere puellas,  
lucus ubi umbroso fecerat orbe nemus,  
femineae loca clausa deae fontesque piandos,  
inipue et nullis sacra resecta uiris.  
deuia puniceae uelabant limina nittae ;  
turis odorato luxerat igne casa ;  
populus et longis ornabat frondibus aedem,  
multaque cantantes umbra tegobat aues.  
huc ruit in siccam congesta puluere barbam  
et iacit ante fores uerba minorae deo :  
' uos precor, o luci sacro quae luditis antro,  
pandite defessis hospita fana uiris.

VIII 6 qua penetrat  $\Omega$ , corr. Pass. 7 punctum post *hon.* del. edd. uett. 8 *ex una*  $\Omega$ . 9, 10 post 12 *trausp* Housm. 11 *colligit* O. 15 *mannis* Beroaldus, *ab annis*  $\Omega$ . 21 (et 56) *spectaculum*  $\mu$  (et in 56 l), *spectaculum* L N, *spectandum*  $\Delta$  F. 23 *Si rigle Vnamum lacto*  $\Omega$ , corr. Beroaldus, *nepoti*  $\Omega$ . 24 *uola* N) *losa*  $\Phi$  N. 28 *mid(c)ato*  $\Omega$ , *noluit*  $\Omega$ , corr. Beroaldus. 29 *noua* cl. in  $\Omega$ . 34 *notare* O. 35 *umbra* Heius. 36 *disc.* Palm., *conc.*  $\Omega$ . 37 *utrique* N, *utroque* O, corr. Scal. 38 *Graia* Palmerius, *grata*  $\Delta$  (fort. recte), *gracca*  $\Phi$  N ;  $\Gamma\alpha\kappa$  Lesbi conditor. 39 *Nilotes* Scal., *unquentum* Housm. *coralistris*  $\Delta$  L, *colistris* F, *coralistris* N, corr. Turuebus. *Byblis* Palm., *phimus* Housm. 40 *et*  $\Omega$ , *haec* Baehr. 41 *magnus*  $\Omega$ , corr. Beroaldus. 44 *recedit*  $\Phi$ , *decidit*  $\Delta$ . 45 *secundo*  $\Phi$  N, *secundum* Palm. 48 *hei* F, *heu*  $\Delta$  L. *totus* Cuypers, *solus*  $\Omega$ . 50 *ne* l.  $\tau$ . 54 *pallueruntque*  $\Omega$ , corr. Liuiueius. 58 *elamat.* *petebat* D. 60 *nocte*  $\Omega$ , corr. Fruterius. 68 *fulera*  $\mu$  mg. Beroaldus, *fusca*  $\Omega$ . 69 *prostratus*  $\tau$ . 71 *uenit*  $\Omega$ . 72 *eur* F, *cum* N. 73 *se* *det* Gruterus et Heiusius, *sudet*  $\Omega$ , *sudat* Palm., *n* eras. in V. *feta.* fort. *cacca*, coll. Ou. ex P. IV 2. 17 sq., sed cf. Anth. L. 666, 5 sq. (Riese), *ministret*  $\Omega$ , corr. v. 24 *ubi* Heius., *ab*  $\Omega$ . 27 *lumina* O. 28 *turis* Heius., *putris*  $\Omega$ . 29 *largis* Baehr., *glancis* Housm. 33 *lucis*  $\Omega$ , corr. Scal. 34 *nana*  $\Omega$ . *utis*  $\Omega$ .

fontis egens erro circaque sonantia lymphis, et caua suscepto flumine palma sat est. audistisne aliquem, tergo qui sustulit orbem? ille ego sum: Alciden terra recepta uocat. quis facta Herculeae non audit fortia clauae et nunquam ad uastas irrita tela feras, atque uni Stygias homini luxisse tenebras?	35 40	uouerat, et spoliū corruit ille Ioui. urbis uirtutumque parens sic uincere sueuit, qui tulit a parco frigida castra Lare. idem eques, e frenis idem fuit aptus aratris, nec galea hirsuta compta lupina iuba. picta neque inducto fulgebat parma pyropo: praebebant caesi baltea lenta boues. necdum ultra Tiberim belli sonus; ultima praeda Nomentum et captae iugera terna Corae. Cossus at insequitur Veientis caede Tolumni, uincere cum Veios posse laboris erat. heu, Vei ueteres, et uos tum regna fuistis, et uestro posita est aurea sella foro: nunc intra muros pastoris bucina lenti cantat, et in uestris ossibus arua metunt. forte super portae dux Veius astitit arcem colloquique sua fretus ab urbe dedit: dumque aries murum cornu pelesabat atheno, uinea quae ductum longa tegebat opus, Cossus ait 'forti melius concurrere campo.' nec mora fit, plano sistit uterque gradum. di Latias iuere manus, desecta Tolumni ceruix Romanos sanguine lauit equos. Claudius a Rheno traiectos arceuit hostes, Belgica cui uasti parma relata ducis Virdomari. genus hic Rheno iactabat ab ipso, mobilis et rectis fundere gaesa rotis. illi, ut uirgatis iaculans it ab agmine braxis, torquis ab incisa decidit uinea gula. haec spolia in templo tria condita: causa Feretri, omine quod certo tua ferit ense duce; se seu quia uicta suis umeris huc arma ferebant, hinc Feretri dicta est ara superba Iouis.	16 20 25 26 23 24 27 30 35 40 46
angulus hic mundi nunc me meā fata trahentem accipit: haec fesso uix mihi terra patet. quod si Iunoni sacrum faceretis amarae, non clausisset aquas ipsa nouerca suas. sin aliquam uultusque meus saetaeque leonis terrent et Libyco sole perusta comā, idem ego Sidonia feci serullia palla officia et Lydo pensa diurna colo; mollis et hirsutum cepit mihi fascia pectus, et manibus duris apta puella fui. talibus Alcides; at talibus alma sacerdos, puniceo canas stamine uincta comas: 'parce oculis, hospes, lucoque abscede uerendo: cede aegedum et tuta limina linque fuga interdicta uiris. metuenda lege piatur, quae se summota uindicat ara casa. magno Tiresias aspexit Pallada uates, fortia dum posita Gorgone membra lauat. di tibi dent alios fontes: haec lympha puellis auiā secreti limitis una fuit. sic anus: ille umeris postes concussit opacos, nec tulit iratam ianua clausa sitim. at postquam exhausto iam flumine uicerat aestum, ponit uix siccis tristia iura labris: 'maxima quae gregibus deuota est ara repertis, ara per has' inquit 'maxima facta manus, haec nullis umquam pateat ueneranda puellis, Herculis aeternum nec sit inulta sitis.' hunc, quoniam manibus purgatum sanxerat orbem, sic Sanctum Tatiae composuere Cures. Sancte pater salue, cui iam fauet aspera Iuno: Sancte, uelis libro dexter inesse meo.	65 66 43 45 50 55 60 67 70 73 74 71 72		

## X

Nunc Iouis incipiam causas aperire Feretri armaque de ducibus trina recepta tribus. magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria uires: non inuāt e facili lecta corona iugo. inibus exemplum primae tu, Romule, palmae huius, et exuuiō plenus ab hoste redis, tempore quo portas Caeninum Acrona petentem uictor in euersum cuspidē fundis equum. Acron Hercules Caenina ductor ab arce, Roma, tuis quondam finibus horror erat. hic spolia ex umeris ausus sperare Quirini ipse dedit, sed non sanguine sicca suo. hunc uidet ante cauas librantem spicula turres Romulus et uotis occupat ante ratis: 'Iuppiter, haec hodie tibi uictima corruet Acron.'	5 5 10	Desine, Paule, meum lacrimis urgere sepulchrum: panditur ad nullas ianua nigra preces. cum semel infernas intrarunt funera leges, obserat umbrosos lurida porta locos. uota mouent superos: nbi portitor aera recepit, nempe tuas lacrimas litora surda bibent. te licet orantem fuscae deus audiat aulae, non exorato stant adamante uiae. sic maestae cecinerē tubae, cum subdita nostrum detraheret lecto fax inimica caput. quid mihi coniugium Pauli, quid currus auorum profiut aut famae pignora tanta meae? num minus inmites habuit Cornelia Parcas, et sum, quod digitis quinque leuatur, onus? damnatae testes et uos uada lenta paludes, et quaecumque meos implicat unda pedes, immatura licet, tamen huc non noxia ueni: turpior assessu non erit ulla meo, uel tu, quae tardam mouisti fune Cybeben, Claudia, turritae rara sinistra deae, uel cui, sacra suos cum Vesta reposeret ignes, exhibuit uiuos carbasus alba focos.	3 8 7 6 5 4 9 10 15 17 50 54
--	--------------	---	---

## XI

IX 40 uastas τ, natas φ, uatas N, uacuas Δ unde Santen male nocuas. 42 (= 66 nisi quod hic O) expulerunt Itali. post h. u. 65, 66 transp. Jacob. 43 quid Δ. 45 aliquem Δ L.N. 52 inuncta Δ L.N. 54 lumina O. 55 uiris. interp. Schippers, post fuga uulg. 57 magnum Ω, corr. Pass. 60 fuit Ω, corr. Fruterius. 70 ita Heius. (Herc. extremum Par. 7989), Hercule (u. eras. L) exterminium Ω. nec sit Houism., nescit Ω. 71, 72 post 74 transp. Schneidewin. 72 adesse Par. 7989. 74 Sanctum Heins. X priori continuat N. 5 imb. nos, imb. N, ind. O. 6 extimo F, exuuiō N, malim exuto. 7 Acrona Itali, acrona Ω. 8 nec uersum Ω, corr. v. 14 rates Ω. 17 uirtutemq. φ, -isq. N. 18 parco Jacob, porco Ω. 19 e (uel a) nos, et Ω. 20 nec Houism., et Ω. 25, 26 ante 23 transp. Pass., cf. ad l. 33-38. 26 capta F.N. terra Ω. 27 heu Luetjohann, e N, e F<sup>1</sup>, et Δ. 34 regebat Δ F. 35 fortis Markland. 36 gradu Ω. 37 Romuleas F mire nisi forte Romulcos in 38 fuisse credideris. 39 fort. Rhodano, cf. Polyb. II 34. 2 (Eridanum Guyetus). 40 cui Guyetus, cum Ω. 41 Virtomani ab Ω, ut uid., traditum corr. Itali. Brenno τ. 42 nobilis τ uulg. sed cf. Heins. Aduers. p. 28. e rectis Pass., recti N, effecti O, fort. e flexis. 43 ut add. nos. iaculantis Ω, corr. nos (iaculantis ut Lach.). 45 haec D (? V<sup>1</sup>), nec φ, nunc N. 46 crimine O. 47 huc Broukh., haec Ω. XI continuat priori N. 3, 8; 5, 4 (hoc Peerlkamp); 7, 6 ordinauit Ribbeck. 8 herbosus φ N. locos Markland, rogos Ω. 13 nun V, non D.N. 14 en τ. legatur Ω. 15 testes Houism., noctes Ω. ad uu. 17-76, deperditos in N, adhibemus μ v (Ω = Δ φ μ v). 17-100 sic ordinauimus 17, 50-54, 19, 20, 49, 18 (47-54 post 18 transp. Houism.), 21-32, 43-44 (Peerlkamp), 33-42, 47-48 (Peerlk.), 45-46, 55-62, 97-98 (Carutti), 65-66 (Houism.), 99-100 (id.), 73-74 (Peerlk.), 63-64 (Houism.), 75-96, 69-70, 67-68, 71-72 (Baehr.). 50 a(s)sensu Ω. 52 Gaudia O μ. 53 uel cuius rasos (iasos μ v) Ω, corr. Baehr.

aut siquis posita iudex sedet Aeacus urna,	19	nee mea de sterili facta rapina domo.	
in mea sortita uindictae ossa pila :	20	et bene habet : numquam matri lugubria sumpta :	97
quaelibet austeras de me ferat urna tabellas :	49	uenit in exequias tota enterua meas.	93
deprecor hic umbrae mollia iura meae.	18	uidimus et fratrem sellam genuinasse curulem ;	65
assident fratres, iuxta Minoida sellam	21	consule quo festo tempore rapta soror.	66
Eumenidum intento turba seuera foro.		causa perorata est. flentes me surgite, testes,	99
Sisyphæ, mole uacces ; taceant Ixionis orbis ;		dum pretium uitæ grata rependit Humus.	100
fallax Tantaleo corripere ore liquor ;		nunc tibi commendo communia pignora natos	73
Cerberus et nullas hodie petat improbus umbras,	25	(hæc cura et cineri spirat inusta meo)	74
et iaceat tacita laxa catena sera.		te, Lepide, et te, Paule, meum post fata lenamen ;	63
ipsa loquar pro me : si fallo, poena sororum		condita sunt uestro lumina nostra sinu.	64
infelix uiceros urgeat urna meos.		fungere maternis uicibus, pater : illa meorum	75
sicui fama fuit per auita tropæea deeorî,		omnis erit collo turba ferenda tuo.	
Afra Numantinos regna locuntur auos :	30	oscula cum dederis tua flentibus, adice matris :	
altera maternos exaequat turba Libones,		tota domus coepit nunc onus esse tunni.	
et domus est titulus utraque fulta suis.		et siquid doliturnis cris, sine testibus illis ;	
non fuit exuniis tantis Cornelia damnum :	43	eum uenient, sicis oscula falle genis.	80
quin et erat magnæ pars imitanda domus.	44	sat tibi sint noctes, quas de me, Paule, fatiges,	
mox, ubi iam facibus cessit praetexta maritis,	33	somniaque in faciem credita saepe meam :	
mixxit et acceptas altera uitta comas,		atque ubi secreto nostra ad simulacra loqueris,	
inngor, Paule, tunc sic discessura enbili,	35	ut responsurae singula uerba iace.	
ut lapide hoc uni nupta fuisse legar.		seu tamen aduersum unutarit ianna lectum,	85
testor maiorum cineres tibi, Roma, colendos,		sederit et nostro cauta nonera toro,	
sub quorum titulis, Africa, tunc iaces,		coningium, pueri, laudate et ferte paternum :	
. . . . .		capta dabit nestris moribus illa manus.	
et Persen proauo stimulantem pectus Achille		nee matrem laudate nimis : eonlata priori	
quique tuas proauos fregit, Auerne, domos,	40	nertet in offensas libera uerba suas.	90
me neque censurae legem mollisse nec ulla		seu memor ille mea contentus manserit umbra	
labe mea nostros erubuisse focos.		et tanti cineres duxerit esse meos,	
mi natura dedit leges a sanguine duetas,	47	diseite nenturam iam nunc lenire senectam,	
ne posseu melior iudicis esse metu.	48	caelibus ad curas nec nacet ulla uia.	
nec mea mutata est aetas, sine crimine tota est :	45	quod mihi detractum est, nestros accedat ad annos :	
uiximus insignes inter utranque facem.	46	prole mea Paulum sic iunet esse senem.	96
nec te, dulce caput, mater Scribonia, laesi :	55	et serie fulcite genus : mihi cymba nolenti	69
in me mutatum quid nisi fata nelis ?		soluitur aucturis tot mea fata meis.	70
maternis laudor lacrimis urbisque querelis,		filia, tu specimen censurae nata paternae,	67
defensa et genuit Caesaris ossa mea.		fac teneas unum nos imitata nimum.	68
ille sua nata dignam uixisse sororem		haec est femineæ merces extrema triumphî,	71
inrepat, et lacrimas uidimus ire deo.	60	laudat ubi emeritum libera fama torum.	72
et tamen emerui generosos nestis honores,		moribus et caelum patuit : sis digna merendo,	101
		euius honoratis ossa uehantur auis.	

XI 18 *deprecor* Koppiers, *del pater* Ω. 19 *at* Nestor. 20 *is* Heins. *iudicet* Δ μ υ. 21 *iuxta* et Itali. *minoia* Ω. *sella* et V μ υ, *sella* φ D. 24 *corripere* l. Ω, corr. Auratus. 26 *lapsa* F v. 27 *loquor* Ω. *fallor* Ω. 29 *tropæea* (ca v) *decori* μ υ, *decora tropæi* O. 30 *om.* F. *Afra* Scal., *era* μ, *era* υ (h. e. *æra*), et Δ l. *nostra* N, *signa* Baehr., *æra* N. *nostra* Palm. 31 *uirga* Peerlkamp. *lyones* Ω. 34 *adpersus* Itali, fort. *accipit* et *unctas*. 36 *ut* Graevius, *in* Ω. 39 *duos* uersus periisse uidit Munro. *persen* O. *proauo*—Achille Lipsius, *proauo*—Achille Ω uulg. *simulantem* υ uulg. 40 *proauos* μ (-us υ), *proauo* O. *Auerne* Munro, *Achille* Ω. 43 *non* f. μ υ, *condon* φ sicut O. 46 *insignes* O, *insontes* Burm. 48 *possis* Ω. 49 *quantibus* Liuiens. *umbra* Eldick. 63 *tu—tu* τ uulg. 66 *festo* Koppiers, *facto* Ω. 67 *speciem* φ D. 70 *uncturis* Δ l. μ υ, *nupturis* F, *soluit* (-) *lucturis* ed. Eton., fort. *soluere*, *lucturis*. *facta* τ, *uabis* Ω, corr. Palmerius. 72 *rogum* Ω, corr. Schrader. 76 *foeuda* Muell. 77 *uater* Ω. 79 *si quis* Ω, corr. v. *erit* Ω. 81 *sunt* O. 82 *reddita* Graevius. 84 *tace* Ω. 87 *durate* Housm. 92 *dicerit* Δ. 93 *sentire* Ω, corr. Schrader. 97 *matri* Baehr., *mater* Ω uulg. *lubrigia* N, *lubrica* O. *sumptum* Ω, corr. Baehr. (*sumpsi* τ uulg.). 101 *sis* nos, *sim* Ω, *sum* nescioquis ap. Burm. 102 *uehantur* O. *anis* Heins., *aquis* φ N, *equis* Δ.

P. OVIDI NASONIS  
HEROIDES

I

PENELOPE VLIXI

**H**ANC tua Penelope lento tibi mittit, Vlixē.  
nil mihi rescribas tu tamen : ipse ueni.  
Troia iacet certe, Danais inuisa puellis.  
uix Priamus tanti totaque Troia fuit.  
o utinam tum, cum Lacedaemona classe petebat, 5  
obrutus insanis esset adulter aquis !  
non ego deserto iacuissem frigida lecto,  
non quererer tardos ire relicta dies :  
nec mihi quaerenti spatiosam fallere noctem  
lassaret uiduas pendula tela manus. 10  
quando ego non timui grauiora pericula ueris ?  
res est solliciti plena timoris amor.  
in te fingebam uiolentos Troas ituros.  
nomine in Hectoreo pallida semper eram.  
sive quis Antilochum narrabat ab Hectore uictum,  
Antilochus nostri causa timoris erat : 16  
sive Menoetiaden falsis cecidisse sub armis,  
flebam successu posse carere dolos.  
sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastam,  
Tlepolemi leto cura nouata mea est. 20  
denique, quisquis erat castris ingulatus Achiuis,  
frigidius glacie pectus amantis erat.  
sed bene consuluit casto deus aequus amori.  
uersa est in cineres sospite Troia uiro.  
Argolici rediere duces. altaria fumant : 25  
ponitur ad patrios barbara praeda deos.  
grata ferunt nymphae pro saluis dona maritis :  
illi uicta suis Troica fata canunt.  
mirantur iustique senes trepidaeque puellae ;  
narrantis coniunx pendet ab ore uiri. 30  
atque aliquis posita monstrat fera praelia mensa,  
pingit et exiguo Pergama tota mero :  
'hac ibat Simois, haec est Sigeia tellus,  
hic steterat Priami regia celsa senis :  
illic Aeacides, illic tendebat Vlixes : 35  
hic lacer admissos terruit Hector equos.'  
omnia namque tuo senior, te quaerere misso,  
rettulerat gnato Nestor, at ille mihi.  
rettulit et ferro Rhesumque Dolonaque caesos,  
utque sit hic somno proditus, ille dolo. 40  
ausus es, o nimium nimiumque oblite tuorum,  
Thracia nocturno tangere castra dolo,  
totque simul mactare uiros, adiutus ab uno !  
at bene cantus eras et memor ante mei.  
usque metu micuere sinus, dum uictor amicum 45  
dictus es Ismariis isse per agmen equis.  
sed mihi quid prodest uestris disiecta lacertis  
Ilios, et murus quod fuit, esse solum,  
si maneo qualis Troia durante manebam,

uirque mihi dempto fine carendus abest ? 50  
diruta sunt aliis, uni mihi Pergama restant,  
incola captiuo quae boue uictor arat.  
iam seges est, ubi Troia fuit, resecandaque falce  
luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus :  
semisepulta uirum curuis feriuntur aratris 55  
ossa; ruinosas occulit herba domos.  
uictor abes, nec scire mihi, quae causa morandi,  
aut in quo lateas ferreus orbe, licet.  
quisquis ad haec uertit peregrinam litora puppim,  
ille mihi de te multa rogatus abit : 60  
quamque tibi reddat, si te modo uiderit usquam,  
traditur huic digitis charta notata meis.  
nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arua,  
misimus : incerta est fama remissa Pylo.  
misimus et Sparten : Sparte quoque nescia ueri. 65  
quas habitas terras, aut ubi lentus abes ?  
utilius starent etiam nunc moenia Phoebi.  
irascor uotis heu leuis ipsa meis !  
scirem ubi pugnares, et tantum bella timerem,  
et mea cum multis iuncta querela foret. 70  
quid timeam, ignoro : timeo tamen omnia demens,  
et patet in curas area lata meas.  
quaecumque aequor habet, quaecumque pericula  
tellus,  
tam longae causas suspicor esse morae.  
haec ego dum stulte metuo, quae uestra libido est, 75  
esse peregrino captus amore potes.  
forsitan et narres, quam sit tibi rustica coniunx,  
quae tantum lanas non sinat esse rudes.  
fallar, et hoc crimen tenues uanescat in auras,  
neue, reuertendi liber, abesse uelis ! 80  
me pater Icarus uiduo discedere lecto  
cogit, et immensas increpat usque moras.  
increpet usque licet : tua sum, tua dicar oportet ;  
Penelope coniunx semper Vlixis ero.  
ille tamen pietate mea precibusque pudicis 85  
frangitur, et uires temperat ipse suas.  
Dulichii Samiique et quos tulit alta Zacynthos,  
turba ruunt in me luxuriosa proci :  
inque tua regnant, nullis prohibentibus, aula :  
uiscera nostra, tuae dilacerantur opes. 90  
quid tibi Pisandrum Polybunque Medontaque dirum  
Eurymachique aidas Antinoique manus,  
atque alios referam, quos omnis turpiter absens  
ipse tuo partis sanguine rebus alis ?  
Irus egens pecorisque Melanthius actor edendi 95  
ultimus accedunt in tua damna pudor.  
tres sumus inbelles numero, sine uiribus uxor,  
Laertesque senex, Telemachusque puer.  
ille per insidias paene est mihi nuper ademptus,  
dum parat inuitis omnibus ire Pylon. 100  
di, precor, hoc iubeant, ut euntibus ordine fatis

I hanc codd., haec malim, cf. X 3. 2 tu tamen Bentr., at tamen G, ut tamen : ipse Gronov., attamen : ipse  
= Heins. 10 lassasset G Merk(ell). 31 iamque G. 33 hac est G. 36 lacer admissos =, alacer missos G ω, cf. Consol.  
ad Liu. 320. 40 dolo codd., uigil editor Etonensis. 42 castra gradu Baehrens. 43 Ilion =, esse G, Plan(udes) ut uid.,  
ante =. 52 accola Heins. 62 nouata G<sup>1</sup> Merk. 65 uestri Bentr. 66 habitas—agas Bentr. 74 longe G. 75 metuo G,  
meditor E ω. 82 inuisas Bentr. coll. xix 210. 83 sim G<sup>2</sup> Bentr. 86 e|||||res G, et uires ω, τὴν οὐκίαν ἀστρηίαν Plan.,  
et uoces Francius. ira suas Heins., atque iras Reise. ille ω. 90 dilantantur =. 91 dium uel dicam Bentr. 95  
auctor ω. 99, 100 spurios ducebat Bentr. 101 haec =, ho E, o Heins.

ille meos oculos comprinat, ille tuos.  
 hae faciunt custosque bonum longaeuaque nutrix,  
 tertius immundae cura fidelis harae.  
 sed neque Laertes, ut qui sit inutilis armis, 105  
 hostibus in mediis regna tenere potest.  
 Telemacho ueniet, uiuat modo, fortior aetas :  
 nunc erat auxiliis illa tuenda patris.  
 nec mihi sunt nires inimicos pellere teetis.  
 tu citius uenias, portus et ara tuis. 110  
 est tibi, sitque, precor, gnatus, qui mollibus annis  
 in patrias artes erudiendus erat.  
 respice Laerten : ut iam sua lumina condas,  
 extremum fati sustinet ille diem.  
 certe ego, quae fueram te discedente puella, 115  
 protinus ut uenias, facta uidebor anus.

## II

## PHYLLIS DEMOPHOONTI

Hospita, Demophoon, tua te Rhodopeia Phyllis  
 ultra promissum tempus abesse queris.  
 cornua cum lunae pleno semel orbe coissent,  
 litoribus nostris ancora paeta tua est.  
 luna quater lauit, toto quater orbe recreuit ; 5  
 nec uelit Aetaeas Sithonis mnda rates.  
 tempora si numeres, bene quae numeramus amantes,  
 non uenit ante suam nostra querae laedunt,  
 spes quoque lenta fuit. tarde, quae eredita laedunt,  
 ereditimus. immo nunc et amore nocens. 10  
 saepe fui mendax pro te mihi ; saepe putauit  
 alba procellosos uela referre notos.  
 Thesea deuoni, quia te dimittere nollet :  
 nec tenuit cursus forsitan ille tuos.  
 interdum timui, ne, dum uada tendis ad Hebri, 15  
 mersa foret cana naufraga puppis aqua.  
 saepe deo supplex, ut tu, scelerate, ualeres,  
 ipsa mihi dixi ' si nalet ille, uenit.' 20  
 denique fidus amor quidquid propraerantibus obstat,  
 fluxit, et ad causas ingeniosa fui.  
 at tu lentus abes, nec te iurata redneunt  
 munina, nec nostro motus amore redis.  
 Demophoon, uentis et uerba et uela dedisti : 25  
 uela queror reditu, uerba carere fide.  
 die mihi, quid feci, nisi non sapienter amari ?  
 crimine te potui demeruisse meo.  
 unum in me scelus est, quod te, scelerate, recepi.  
 sed scelus hoc meriti pondus et instar habet. 30  
 iura, fides ubi nunc, commissaque dextera dextrae,  
 quique erat in falso plurimus ore dens ?  
 promissum socios ubi nunc Hymenaeus in annos,  
 qui mihi coniugii sponsor et obses erat ?  
 per mare, quod totum uentis agitatur et undis, 35  
 per quod saepe ieras, per quod iturus cras,  
 perque tuum mihi iurasti, nisi fictus et ille est,  
 conceita qui uentis aequora mulect, amum,  
 per Venerem niuiumque mihi faecientia tela,  
 altera tela areus, altera tela faeces, 40  
 lunonemque, toris quae praesidet alma maritis,  
 et per taediferae mystica sacra deae.  
 si de tot laesis sura munina quisque deorum  
 uindiceet, in poenans non satis unus oris.  
 at laeceras etiam puppes furiosas refecei, 45

ut, qua desererer, firma carina foret ;  
 renigiumque dedi, quod me fugituro haberes.  
 heu, patior telis uulnera facta meis !  
 ereditimus blandis, quorum tibi copia, uerbis ;  
 ereditimus generi nominibusque tuis ; 50  
 ereditimus lacrimis : an et hae simulare doentur ?  
 hae quoque habent artes, quaque iubentur, eunt ?  
 dis quoque ereditimus. quo iam tot pignora nobis ?  
 parte satis potui qualibet inde capi.  
 nec moueor, quod te iuui portuque loeoque. 55  
 debuit haec meriti summa fuisse mei.  
 turpiter hospitium lecto cumulasse iugali  
 paenitet, et lateri conseruisse latus.  
 quae fuit ante illam, mallei suprema fuisset  
 nox mihi, dum potui Phyllis honesta mori. 60  
 speraui melius, quia me meruisse putauit.  
 quaecumque ex merito spes uenit, aequa uenit.  
 fallere eredentem non est operosa puellam  
 gloria. simplicitas digna fanore fuit.  
 sum decepta tuis et amans et femina uerbis. 65  
 di faciant, laudis summa sit ista tuae.  
 inter et Aegidas media statuaris in urbe :  
 magnificens titulis stet pater ante suis :  
 cum fuerit Sciron lectus torusque Proerustes  
 et Sinis, et tauri mixtaeque forua uiri, 70  
 et domitiae bello Thebae, fusique bimembres  
 et pulsata nigri regia caeca dei,  
 hoc tua post illos titulo signetur imago,  
 HIC EST, CUIUS AMANS HOSPITA CAPTA DOLO  
 EST.  
 de tanta rerum turba factisque parentis 75  
 sedit in ingenio Cressa relicta tuo.  
 quod solum exensat, solum miraris in illo.  
 haeredem patriae, perfide, fraudis agis.  
 illa, nec inuideo, fruitur meliore marito,  
 inque capistratis tigribus alta sedet. 80  
 at mea despecti fugiant conubia Thraces,  
 quod ferar externum praeposuisse meis.  
 atque aliquis ' iam nunc doctas eat ' inquit ' Athenas :  
 armiferam Thraecen qui regat, alter erit.  
 exitus acta probat. ' careat successibus, opto, 85  
 quisquis ab euentu facta notanda putat.  
 at si nostra tuo spumescant aequora remo,  
 iam mihi, iam dicar consuluisse meis.  
 sed neque consului, nec te mea regia tanget,  
 fessaque Bistonis membra lauabis aqua. 90  
 illa meis oculis species abeuntis inlaeret,  
 cum premeret portus classis itura meos.  
 ausus es amplecti, colloque infusus amantis  
 oscula per longas iungere pressa moras,  
 cumque tuis lacrimis lacrimas confundere nostras, 95  
 quodque foret nelis aura secunda, queri,  
 et mihi discedens suprema dicere uoce  
 ' Phylli, fae expectes Demophoonta tuum. '  
 expectem, qui me nunquam uisurus abisti ?  
 expectem pelago uela negata meo ? 100  
 et tamen expecto. redens modo serus amanti,  
 ut tua sit solo tempore lapsa fides.  
 quid precor infelix ? te iam tenet altera coniunx  
 forsitan et nobis qui male fauit, auor :  
 utque tibi excidimus, nullam, puto, Phyllida nosti.  
 ei mihi, si, quae sim Phyllis et uide, rogas. 106  
 quae tibi, Demophoon, longis erroribus acto

I 103 hac Tyrrell, hae G, hoc τ, huc Van Lennep, hinc Merk. 105 armis τ (G<sup>1</sup> ?), annis E ω Bentl. 107, 108 damnat Schenkl, 111, 112 ego, 111-114 Bentl. 110 ara G<sup>2</sup> τ Helms., aura G<sup>1</sup> ω. 113 ut tu Bentl. claudas G<sup>2</sup> τ. 116 uenies G<sup>2</sup>, redas E ω. II 3 quater τ Burm. 6 Bistonis Bentl. 7 bene quae E ω, quae nos G τ. 10 ita G, inuita n. et amante nocent ω (nocens E), inuito n. es amore nocens Merk. 11 putauit ω, notauit G. 14 ab hoc u. incipit P. 17 deo ego, deos P G ω, diis E, deis Hubertinus, Leo. post h. u. in Gissensi solo codicum hodie notorum sequuntur hi duo : cum (sum edd.) pree turmonis sum uenerata foies (turiferis deuenerata ex duobus codd. Burm. et Ald.) saepe uidens uentos caelo pelagoque fauentes quos sede mouere tempus erat, multis iam suspectos. 29, 30 deleuit Lenz. 35 et auris G τ. 36 nempe Bentl. 45 Ha G τ, Ah τ. 47 quod—haberes P G, quo—abires ω. 50 nominibusque Hubertinus, Plan., numinibusque P G ω. 51 similare P supra ser. u. 53 quo Helms., quod P<sup>1</sup>, quid P<sup>2</sup> ω. 61 quia me G τ, quia te P. demeruisse Casaubon. 62 de (ex P<sup>2</sup>) merito P, ita recte Keil, fallitur Sedl. ex G ω. 73 titulos P. 82 feror ω. 84 sic P, armigeram G τ. 89 tangit ω. 90 fessaque Micyllus. 98 faec ω. 100 negata meo G ω. P exhibet uelant gata meo : sed tertia a ex e facta uidetur : et meo parum lucide scriptum ita ut men fuisse suspiceris : unde mihi in mentem uenit negante tamcn. olim dedi negante data : et negante ab Ouidio scriptum esse nullus dubito : cf. 13. 128. 7. 55. 102 et G τ. 105 utque P (sic) codl., atque Madv., usque nescio quis.

Threicio portus hospitiumque dedi,  
 cuius opes auxere meae, cui diues egenti  
 munera multa dedi, multa data fuit : 110  
 quae tibi subiecta latissima regna Lycurgi,  
 nomine femineo uix satis apta regi,  
 qua patet umbrosus Rhodope glacialis ad Haemum,  
 et sacer admissas exigit Hebrus aquas :  
 cui mea uirginitas auibis libata sinistris, 115  
 castaque fallaci zona recincta manu.  
 pronuba Tisiphone thalamis ululauit in illis,  
 et cecinit maestum deua carmen auis.  
 adfuit Allecto breuibus torquata colubris,  
 suntque sepulchrali lumina mota face. 120  
 maesta tamen scopulos fruticosaque litora calco,  
 quaque patent oculis *aequora* lata meis.  
 siue die laxatur humus, seu frigida lucent  
 sidera, prospicio, quis freta uentus agat.  
 et quaecumque procul uenientia lineata uidi, 125  
 proquius illa meos auguror esse deos.  
 in freta procurro, uix me retinentibus undis,  
 mobile qua primas porrigit aequor aquas.  
 quo magis accedunt, minus et minus utilis adsto :  
 linquor, et ancillis excipienda cado. 130  
 est sinus, adductos modice falcatus in arcus :  
 ultima praerupta cornua mole rigent.  
 hinc mihi suppositas inmittere corpus in undas  
 mens fuit ; et, quoniam fallere pergis, erit.  
 ad tua me fluctus proiectam litora portant, 135  
 occurramque oculis intumulata tuis.  
 duritia ferrum ut superes adamantaque teque,  
 ' non tibi sic ' dices ' Phylli, sequendus eran. '  
 saepe uenenorum sitis est mihi : saepe cruenta  
 traiectam gladio morte perire iuvat. 140  
 colla quoque, infidis quia se necenda lacertis  
 praebuerunt, laqueis implicuisse lubet.  
 stat nece matura tenerum pensare pudorem.  
 in necis electu parua futura mora est.  
 inscribere meo causa inuidiosa sepulchro ; 145  
 aut hoc aut simili carmine notus eris :  
 PHYLLIDA DEMOPHOON LETO DEDIT, IOSPES  
 AMANTEM :  
 ILLE NECIS CAUSAM PRAEBVIT, IPSA MANVM.

## III

## BRISEIS ACHILLI

Quam legis, a rapta Briseide littera uenit,  
 uix bene barbarica Graeca notata manu.  
 quascumque aspicias, lacrimae fecere lituras.  
 sed tamen et lacrimae pondera uocis habent.  
 si mihi pauca queri de te dominoque uiroque 5  
 fas est, de domino pauca uiroque querar.  
 non, ego poscenti quod sum cito tradita regi,  
 culpa tua est : quamuis haec quoque culpa tua est.  
 nam simul Eurybates me Talthybique uocauerunt,  
 Eurybati data sum Talthybioque comes. 10  
 alter in alterius iactantes lumina uoltum  
 quaerebant taciti, noster ubi esset amor.  
 differri potui : poenae mora grata fuisset.  
 ei mihi, discedens oscula nulla dedi.  
 at lacrimas sine fine dedi, rupique capillos : 15  
 infelix iterum sum mihi uisa capi.  
 saepe ego decepto uolui custode reuerti :  
 sed me qui timidam prenderet, hostis erat.

si progressa forem, caperer ne nocte timebam,  
 quamlibet ad Priami munus itura nurum. 20  
 sed data sim, quia danda fui. tot noctibus absum,  
 nec repetor. cessas, iraque lenta tua est.  
 ipse Menoetiades tum, cum tradebar, in aurem  
 ' quid fles ? hic paruo tempore ' dixit ' cris. '  
 nec repetisae parum : pugnas, ne reddar, Achille.  
 i nunc, et cupidi nomen amantis habe. 26  
 uenerunt ad te Telamone et Amyntore nati,  
 ille gradu propior sanguinis, ille comes,  
 Laertaque satus, per quos comitata redirem :  
 auerunt blandae grandia dona preces, 30  
 uiginti fuluos operoso ex aere lebetas,  
 et tripodas septem pondere et arte pares :  
 addita sunt illis auri bis quinque talenta,  
 bis sex adsueti uincere semper equi,  
 quodque superuacuum est, forma praestante puellae  
 Lesbides, euersa corpora capta domo : 36  
 cumque tot his, sed non opus est tibi coniuge, coniunx  
 ex Agamemnoniis una puella tribus.  
 si tibi ab Atride pretio redimenda fuisset,  
 quae dare debueras, accipere illa negas ? 40  
 qua merui culpa fieri tibi uilis, Achille ?  
 quo leuis a nobis tam cito fugit amor ?  
 an miseros tristis fortuna tenaciter urget,  
 nec uenit inceptis mollior hora malis ?  
 diruta marte tuo Lynnesia moenia uidi, 45  
 et fueram patriac pars ego magna meae.  
 uidi consortes pariter generisque necisque  
 tres cecidisse : tribus, quae mihi, mater erat.  
 uidi, quantum erat, fusum tellure cruenta,  
 pectora iactantem sanguinolenta uirum. 50  
 tot tamen amissis te compensauimus unum :  
 tu dominus, tu uir, tu mihi frater eras.  
 tu mihi, iuratus per numina matris aquosae,  
 utile dicebas ipse fuisse capi.  
 scilicet ut, quamuis ueniam dotata, repellas, 55  
 et mecum fugas quae tibi dantur, opes.  
 quin etiam fama est, cum crastina fulserit eos,  
 te dare nubiferis lineata uelle notis.  
 quod scelus ut pauidas miserae mihi contigit aures,  
 sanguinis atque animi pectus inane fuit. 60  
 ibis, et, o miseram, cui me, uiolente, relinquis ?  
 quis mihi desertae mite leuamen erit ?  
 deuorer ante, precor, subito telluris hiatu,  
 aut rutilo missi fulminis igne cremer,  
 quam sine me Phthiis canescant aequora remis, 65  
 et uideam puppes ire relicta tuas.  
 si tibi iam reditusque placent patriique penates,  
 non ego sum classi sarcina magna tuae.  
 uictorem captiua sequar, non nupta maritum :  
 est mihi, quae lanas molliat, apta manus. 70  
 inter Achaeiadas longe pulcherrima matres  
 in thalamos coniunx ibit eatque tuos,  
 digna nurus socero, Iouis Aeginaeque nepote,  
 cuique senex Nereus pro socer esse uelit.  
 nos humiles famulaeque tuae data pensa trahemus,  
 et minuent plenas stamina nostra colos. 76  
 exagitet ne me tantum tua, deprecor, uxor,  
 quae mihi nescioquo non erit aequa modo,  
 neue meos coram scindi patiare capillos,  
 et leuiter dicas ' haec quoque nostra fuit. ' 80  
 uel patiare licet, dum ne contempta relinquar :  
 hic mihi uae miserae concutit ossa metus.  
 quid tamen expectas ? Agamemnona paenitet irae,

II 109, 110 hoc distichon post 114 collocauerunt Suringar Madv., hic notam interrogationis post 110, 116 posuit.  
 111 *lctissima* P corr. m<sup>1</sup>. 114 *cxiii* P m<sup>1</sup>. 120 *luminata* P, fortasse *lumina nata*. 121 *culmina* Burmannus. 122  
*quaeque* P, *litora* codd. corr. Aldus. 142 *praebuerant* P<sup>2</sup> G ω. *lubet* τ Heins., *iuuat* P G. 148 *illa* P mg. m<sup>1</sup> ω. III  
 6 *uiroque* (supra scr. e) *queri* P, *queror* τ, *queri* Riese in 5 *sit* pro *si* scribens. 12 *uester* Heins. 14 *dedit* P τ. 18 *redderet*  
 Ehwald. 19 post *ne* dist. Madv. 20 *nuru* /// P. 21 *sum* G ω. 25 *nec* P, non G ω. *parum est* ω. 29 *Laerteque* G ω.  
 30 *blandae* cod. Gissensis, *blandas* P G ω. 31 *fului*—*lebetes* Madv., *blandas* in 30 *tutans*. fortasse *fului pretioso*—  
*lebetes*. 32 *tripodes* τ. 39 *hoc uel sic* Bentl. *Atrida* ω. 43 *miser* P. 44 *aura* ω. *malis* K. Lehrs, *meis* codd.  
 46 *par* P. 48 *quibus* Bentl. *mihi* (sic) P. 51 *amissos*—*uno* Heins. 55 *repellar* G ω. 57 *fuls* tum rasura, supra scr. t *hora*  
 supra ras. P<sup>2</sup>. *eos* Plan. τ. *hora* G ω. 58 *linea* ω. *uela* P G ω, *plena* τ Sedlm. coll. Rem. 266, *uella* τ, unde *uelle*  
 Micyllus. 60 *animae* Bentl. 61 *relinquis* P ω, *relinques* G τ. 71 *achaiadas* P, *achaidas* P<sup>2</sup> G. 73 *nepoti* P. 76 *plenos*  
 P ut uid. ante ras. τ Ehwald. 78 *nescio* P, quo om. 80 *sed* Bentl. 81 *dum* non G τ, *dum nec* τ.

et iacet ante tuos Graecia maesta pedes.  
 uince animos iramque tuam, qui cetera uincis. 85  
 quid lacerat Danaos impiger Hector opes?  
 arma cape, Aecaeide, sed me tamen ante recepta,  
 et preme turbatos Marte fauente uiros.  
 propter me mota est, propter me desinat ira :  
 sinque ego tristitiae causa modulusque tuae. 90  
 nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris.  
 coniugis Oenides uersus in arma prece est.  
 res audita mihi, nota est tibi. fratribus orba  
 deuouit nati spemque caputque parens.  
 bellum erat : ille ferox positus secessit ab armis, 95  
 et patriae rigida mente negauit opem.  
 sola uirum coniunx flexit. felicitur illa !  
 at mea pro nullo pondere uerba eadunt.  
 nec tamen indignor ; nec me pro coninge gessi  
 saepius in domini serua uocata torum. 100  
 me quaedam, memini, dominam captiua uocabat :  
 'seruitio' dixi 'nominis addis onus.'  
 per tamen ossa uiri subito male tecta sepulchro,  
 semper iudiciis ossa uerenda meis,  
 perque trium fortes animas, mea numina, fratrum,  
 qui bene pro patria cum patriaque iacent, 106  
 perque tuum nostrumque caput, quae inximus una,  
 perque tuos enses, cognita tela meis,  
 nulla Mycenaem sociasse cubilia necum  
 iuro : fallentem deseruisse uelis. 110  
 si tibi nunc dicam 'fortissime, tu quoque iura  
 nulla tibi sine me gaudia facta,' neges.  
 at Danaï maerere putant. tibi pleetra mouentur,  
 te tenet in tepido mollis amica sinu.  
 et quisquam quaerit, quare pugnare recuses ? 115  
 pugna nocet ; citharae noxque Venusque iuuant.  
 tutius est iacuisse toro, tenuisse puellam,  
 Threiciam digitis increpuisse lyram,  
 quam manibus clipeos et acutae cuspidis hastam,  
 et galeam pressa sustinuisse comā. 120  
 sed tibi pro tutis insignia facta placebant,  
 partaque bellando gloria dulcis erat.  
 an tantum, dum me caperes, fera bella probabas,  
 cumque mea patria lans tua uicta iacet ?  
 di melius ! ualidoque, precor, nibrata lacerto 125  
 transeat Hectoreum Pelias hasta latus !  
 mitte me, Danaï, dominum legata rogabo,  
 multaque mandatis oscula mixta feram.  
 plus ego quam Phoenix, plus quam faecundus Vlixes,  
 plus ego quam Teneri, credite, frater agam. 130  
 est aliquid, collum solitis tetigisse lacertis,  
 praesentisque oculos admonuisse simi.  
 sis licet immitis, matrisque ferocior undis,  
 ut taceam, lacrimis comminuere meis.  
 nunc quoque, (sic omnes Pelens pater impleat annos,  
 sic eat auspiciis Pyrrhus ad arma tuus !) 136  
 respice sollicitam Briseida, fortis Achille,  
 nec miseram lenta ferrens ire mora.  
 aut, si uersus amor tuus est in taedia nostri,  
 quam sine te cogis uiuere, coge mori. 140  
 utque facis, coges. abiit corpusque colorque :  
 sustinet hoc animae spes tamen una tui :  
 qua si destitutor, repetam fratresque uirumque :  
 nec tibi magnificum femina iussa mori.  
 cur autem iubeas ? stricto pete corpora ferro : 145  
 est mihi qui fosso pectore sanguis eat.  
 me petat ille tuus qui, si dea passa fuisset,  
 ensis in Atridae pectus iturus erat.

a, potius serues nostram, tua munera, uitam.  
 quod dederas hosti uictor, amica rogo. 150  
 perdere quos melius possis, Neptunia praebent  
 Pergama : materiam caedis ab hoste pete.  
 me modo, siue paras impellere remige classem,  
 siue manes, domini iure uenire iube.

## IV

## PHAEDRA HIPPOLYTO

Qua, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem,  
 mittit Amazonio Cressa puella uiro.  
 perlege quodcumque est. quide epistola lecta nocet ?  
 te quoque in hac aliquid quod iuuet, esse potest.  
 his arcana notis terra pelagoque feruntur : 5  
 inspicit acceptas hostis ab hoste notas.  
 ter tecum conata loqui ter inutilis haesit  
 lingua, ter in primo destitit ore sonus.  
 qua licet et sequitur, pudor est miscendus amor :  
 dicere quae puduit, scribere iussit amor. 10  
 quidquid amor iussit, non est contemnere tutum :  
 regnat et in dominos ius habet ille deos.  
 ille mihi primo dubitanti scribere dixit  
 'scribe : dabit uictas feruus ille manus.'  
 adsit, et, ut nostras audio foetis igne medullas, 15  
 figat sic animos in mea nota tuos.  
 non ego nequitia socialia foedera rumpam :  
 fama (uelum quaeras) crimine nostra uacat.  
 uenit amor grauius, quo serius, urimur intus ;  
 urimur, et caecum pectora uulnus habent. 20  
 scilicet ut teneros laedunt inga prima iuuenicos,  
 frenaque nix patitur de grege captus equus,  
 sic male nixque subit primos rude pectus amores,  
 sarcinaque haec animo non sedet apta meo.  
 ars fit, ubi a teneris crimen condiscitur annis : 25  
 quae uenit exacto tempore, peius amat.  
 tu noua seruatae capies filamina famae :  
 et pariter nostrum fiet uterque nocens.  
 est aliquid, plenis pomaria carpere ramis,  
 et tenui primam delegere ungue rosam. 30  
 si tamen ille prior, quo me sine crimine gessi,  
 candor ab insolita labe notandus erat,  
 at bene successit, digno quod adrimur igni.  
 peius adulterio turpis adulter obest.  
 si mihi concedat Inno fratremque uirumque, 35  
 Hippolytum nideor praepositura Ioui.  
 iam quoque, uix credes, ignotas uincitor in artes :  
 est mihi per saeuas impetus ire feras.  
 iam mihi prima dea est arcu praesignis adinco  
 Delia. iudicium subsequor ipsa tnum. 40  
 in nemus ire libet, pressisque in retia ceruis  
 hortari celeris per inga summa canes,  
 aut tremulum excusso iaculum nibrare lacerto,  
 aut in graminea ponere corpus humo.  
 saepe iunat nersare leues in puluere currus, 45  
 torquentem frenis ora fugacis equi.  
 nunc feror, ut Bacchi furis Eleleides actae,  
 quaeque sub Idaeo tympana colle mouent,  
 aut quas semideae Dryades Faunisque bicornes  
 numine contactas attonere suo. 50  
 namque mihi referunt, cum se furor ille remisit,  
 omnia : me tacitum conscens urit amor,  
 forsitan hunc generis fato reddamus amorem,

III 86 *integer* Hoocftius. 87 *accidens* et P. 90 *sumque—tristiae* P. 95 *lullo* P<sup>2</sup> G. w. *secesserat armis* Bentl. 97 *flexit. felix* P, *flexit* in marg. 98 *ad P.* pro I Gruter aliique, non recte. 112 *capta* Bentl. 115 *et* G E w, *si* (post ras.) P. *quisquam* P (*quisquis* fuisse suspiceris) G, *quisque* E, *si quis* x. *quaerit* codd. (? *quaeret* P), *si quis nunc* (iam ego olim) *quaerat* Bentl. 132 *praesentisque* P G. *sinu* m (eg.) *suis* P omnia m<sup>1</sup>, *sinu* G w (cf. Ar. Lys. 155), *sui* Slichtenhorst, Heins. Madv., *suis* tutatur Sedlm. 136 *tuis* G w, *tuus* (alterum u in *tuus* ex alia litt. corr.) P, ita Sedl. mihi quidem P uisus est exhibere *tu par uel per, patris* P m<sup>2</sup> mg. Madv. *an suis* (i.e. secundis), uel *puer.* 145 *pectora* τ, fortasse recte. 149 *at* G w. 154 *more* G w. IV 1 *qua* P eum uisus litterae spatium in quo scriptura emanuit, *quam* τ. *solutem* G w, edd. nett., *salute*!!!! P. 9 *quitor* Birt, Sedlm. 19 *urit* τ. *grauior* G τ. *serior* E. 26 *cui* Faber, *calet* Werfer, fortasse *quae uelit* se. sarcinam amoris. 27 *capies* τ Heins., *carpis* P G, *carpes* τ. 30 *delegere* P, *deligere* G. 31 *si* τ, *sic* P τ, et G. 33 *sue sit* (supra ser. *cees* a m<sup>2</sup>) P. 34 *abest* τ Heins. 37 *uincitor* P G, *uincitor* τ edd. nett. cf. Met. 8. 188. 38 *par* P. 46 *sequacis* P<sup>2</sup> τ. 47 *elelegides* P. 48-103 folium ex P interdidit. 48 *quique* Micyllus.

et Venus ex tota gente tributa petat.		nec tanto mater pignore tuta fuit.	120
Iuppiter Europen (prima est ea gentis origo)	55	at ne nupta quidem taedaque accepta iugali.	
dilexit, tauro dissimulante deum.		cur, nisi ne caperes regna paterna nothus?	
Pasiphae mater, decepto subdita tauro,		addidit et fratres ex me tibi, quos tamen omnis	
enixa est utero crimen onusque suo.		non ego tollendi causa, sed ille fuit.	
perfidus Aegides, ducentia fila secutus,		o utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum,	125
curia meae fugit tecta sororis ope.	60	in medio nisu uiscera rupta forent!	
en ego nunc, ne forte parum Minoia credar,		i nunc, sic meriti lectum reuerere parentis:	
in socias leges ultima gentis eo.		quem fugit et factis abdicat ille suis.	
hoc quoque fatale est: placuit domus una duabus.		nec, quia priuigno uidear coitura nouerca,	
me tua forma capit: capta parente soror.		terruerint animos nomina uana tuos.	130
Thesides Thesensque duas rapuere sorores.	65	ista uetus pietas, aeo moritura futuro,	
ponite de nostra bina tropaea domo.		rustica Saturno regna tenente fuit.	
tempore quo nobis inita est Cerealis Eleusin,		Iuppiter esse pium statuit, quodcumque iuuaret:	
Gnosia me uellem detinuisset humus.		et fas omne facit fratre marita soror.	
tunc mihi praecipue, nec non tamen ante placebas:		illa coit firma generis iunctura catena,	135
acer in extremis ossibus haesit amor.	70	imposuit nodos cui Venus ipsa suos.	
candida uestis erat, praecineti flore capilli;		nec labor est. celare licet. †pete munus ab illa.	
flaua uerecundus tinxerat ora rubor:		cognato poterit nomine culpa tegi.	
quemque uocant aliae uultum rigidumque trucemque,		uiderit amplexus aliquis, laudabimur ambo:	
pro rigido, Phaedra iudice, fortis erat.		dicar priuigno fida nouerca meo.	140
sint procul a nobis iuuenes ut femina compta:	75	non tibi per tenebras duri reseranda mariti	
fine coli modico forma uirilil amat.		ianua, non custos decipiendus erit.	
te tuus iste rigor, positique sine arte capilli,		ut tenuit domus una duos, domus una tenebit.	
et leuis egregio puluis in ore decet.		oscula aperta dabis, oscula aperta dabis.	
sine ferocis equi luctantia colla recuruas,		tutus eris mecum laudemque merebere culpa,	145
exiguo flexos miror in orbe pedes:	80	tu licet in lecto conspiciare meo.	
seu lentum ualido torques hastile lacerto,		tolle moras tantum, properataque foedera iunge!	
ora ferox in se uersa lacertus habet:		qui mihi nunc saeuit, sic tibi parcat amor.	
sine tenes lato uenabula cornea ferro:		non ego dedignor supplex humilisque precari.	
denique nostra iuuas lumina, quidquid agas.		heu, ubi nunc fastus altae uerba iacent?	150
tu modo duritiam siluis deponere iugosis.	85	et pugnare diu nec me summittere culpae	
non sum <i>militia</i> digna perire tua.		certa fui, certi siquid haberet amor.	
quid iuuat incinctae studia exercere Dianae,		uicta precor, genibusque tuis regalia tendo	
et Veneri numeros eripuisse suos?		brachia. quid deceat, non uidet ullus amans.	
quod caret alterna requie, durabile non est:		depudit, profugusque pudor sua signa reliquit.	155
haec reparat uires fessaque membra nouat.	90	da ueniam fassae, duraque corda doma!	
arcus, et arma tuae tibi sunt imitanda Dianae,		quod mihi sit genitor, qui possidet aequora, Minos,	
si numquam cesses tendere, mollis erit.		quod ueniant proau fulmina torta manu,	
clarus erat siluis Cephalus, multaque per herbas		quod sit ausus radiis frontem uallatus acutis,	
concederant illo percutiente ferae:		purpureo tepidum qui mouet axe diem—	160
nec tamen Aurorae male se praebebat amandum.	95	nobilitas sub amore iacet. miserere priorum,	
ibat ad hunc sapiens a sena diua uiro.		et mihi si non uis parcere, parce meis!	
saepe sub illicibus Venerem Cinyraque creatum		est mihi dotalis tellus Iouis insula, Crete.	
sustinuit positos quaelibet herba duos.		seruiat Hippolyto regia tota meo.	
arsit et Oenides in Maenalia Atalanta:		flecte feros animos! potuit corrumperc taurum	165
illa ferae spoliū pignus amoris habet.	100	mater. eris tauro saeuior ipse truci?	
nos quoque iam primum turba numerumur in ista.		per Venerem, parcas, oro, quae plurima mecum est.	
si Venerem tollas, rustica silua tua est.		sic numquam quae te spernere possit, ames:	
ipsa comes ueniam, nec me latebrosa mouebunt		sic tibi secretis agilis dea saltibus adsit,	
saxa, neque obliquo dente timendus aper.		siluaque perdandas praebat alta feras:	170
aequora bina suis obpugnant fluctibus Isthmon,		sic faueant Satyri montanaeque numina Panes,	
et tenuis tellus audit utrumque mare.	106	et cadat aduersa cuspidis fossus aper.	
hic tecum Troezena colam, Pittheia regna:		sic tibi dent Nymphae, quamuis odisse puellas	
iam nunc est patria gratior illa mea.		diceris, arentem quae leuet unda sitim.	
tempore abest, aberitque diu Neptunius heros:		addimus his precibus lacrimas quoque. uerba pre-	
illum Pirithoi detinet ora sui.	110	cantis	175
praeposuit Theseus, nisi si manifesta negamus,		perlegis, et lacrimas finge uidere meas.	
Pirithoum Phaedrae Pirithoumque tibi.			
sola nec haec ad nos iniuria uenit ab illo.			
in magnis laesi rebus uterque sumus.			
ossa mei fratris claua perfracta trinodi	115		
sparsit humi: soror est praeda relicta feris.			
prima securigeras inter uirtute puellas			
te perarit, nati digna uigore parens.			
si quaeras, ubi sit, Theseus latus ense peregit:			

## V

## OENONE PARIDI

Perlegis, an coniunx prohibet noua? perlege: non est ista Mycenaea littera facta manu.  
Pegasis Oenone, Phrygiis celeberrima siluis,

IV 56 *delusit* uel *elusus* Markland. fort. *pellexit*. 65 *Thesides* = uelgo, *Theseydes* G, *Theseydes* ω. 67 *eleusin* F, Priscian. 1. 544 (K), *eleusis* G ω. 74 *erit* E τ. 84 *iuuat* ω. *agis* ω. sed 82, 83 spurii uidentur. 86 *militia* ego, cf. Am. 2. 14, 6, Hor. S. 2. 2, 11, Ep. 1. 2, 67, *materia* codd. uulgo inepte, *materies* d. *uigore* tuo Bentl. (n. s. *materies* d. p.) *tuam* Munro litteris ad me datis. 93 *herbam* τ. 101 *quam primum* Francius, cf. u. 147, *iam pridem* Bentl. 103 *salebrosa* τ. 108 *carior* P m<sup>1</sup> mg. G ω. 110 *Pirithoi* P G τ Merk. 111 *si* om. P. add. Heins., *nisi nos* G ω. *negemus* G τ. 127 *si* P G, *sic* τ, et τ. 137 *ita* codd., *celare*, *licet* *peccemus*, *anorem* A. Palmer, Sedlm. cf. Tib. 1. 9. 23, 16. 295. 139 *amplexos* P. 141 *reserenda* P. *manti* P, a scripto super m m<sup>2</sup> ut uid. 141-144 delet Peters. 149 *uocari* Bentl. 150 *uerba* ? *iacent* Sedlm. cum Slichtenhorst. 151 at Bentl. 155 *rubor* Heins. *relinquit* P τ. 160 *purpureum* *rapido* Bentl. ex F. 3. 518. 165 *ferox* P<sup>1</sup> τ, Ehwald qui confert 19. 141. 176 *perlege* et G τ, *perleze* sed Bentl., *perlegis* at Burmann. V in ε praemittitur distichon: *nympha suo Paridi, quamuis suus esse recuset, mittit ab Idaeis uerba legenda iugis.* 3 *Pegasis* P, *Pelasis* Micyllus, *perlegis* Birt.



- laesa queror de te, si siuis, ipsa meo.  
quis deus opposuit nostris sua numina uotis? 5  
ne tua permaneam, quod mihi crimen obest?  
leniter, ex merito quicquid patiari, ferendum est :  
quae uenit indigno poena, dolenda uenit.  
nondum tantus eras, cum te contenta marito  
edita de magno lumine nympha fui. 10  
qui nunc Priamides (absit reuerentia uero)  
seruus eras : seruo nubere nympha tuli.  
saepe greges inter requicimus arbore tecti,  
mixtaque cum foliis praebuit herba torum.  
saepe super stramen fenoque iacentibus alto 15  
defensa est humili cana pruina casa.  
quis tibi monstrabat saltus uenatibus aptos,  
et tegeter catulos qua fera rupe suos?  
retia saepe comes maeculis distincta tendi ;  
saepe citos egi per iuga longa canes. 20  
incisae seruant a te mea nomina fagi,  
et legor Oenone faleae notata tua :  
et quantum trunci, tantum mea nomina crescunt :  
crescite, et in titulos surgite recta meos.  
popule, uine, precor, quae consita margine ripae 27  
hoc in rugoso cortice carmen habes :  
CVM PARIS OENONE POTERIT SPIRARE RELICTA,  
AD FONTEM XANTHII VERSA RECVRET AQVA. 30  
Xanthie, retro propera, uersaeque recurrite lymphae:  
sustinet Oenonen desernisse Paris.  
illa dies fatum miserac mihi dixit, ab illa  
pessima mutati coepit amoris hiemps,  
qua Venus et Inno sumptisque decentior armis 35  
uenit in arbitrium nuda Minerva tumm.  
attoniti micuere sinus, gelidusque ecurrit,  
ut mihi narraști, dura per ossa tremor.  
consulni, neque enim modice terrebar, aususque  
longaeuosque senes. constitit esse nefas. 40  
caesa abies, sectaeque trabes ; et classe parata  
caerula ceratas accipit unda rates.  
flesti discedens : hoc saltim parce negare :  
[praeterito magis est iste pendendus amor.  
et flesti, et nostros uidisti flentis oculos :]  
miscuimus lacrimas maestus uterque suas. 45  
non sic adpositis uincitur nitibus ulmus,  
ut tua sunt collo brachia nexa meo.  
a quotiens, cum te uento quererere teneri,  
riserunt comites : ille secundus erat.  
ocula dimissae quotiens repetita dedisti :  
quam uix sustinuit dicere lingua 'uale.' 50  
aura lenis rigido pendencia lineata malo  
susceit, et remis eruta canet aqua.  
prosequor infelix oculis abeuntia uela,  
qua licet, et lacrimis umet arena meis. 55  
utque celer uenias, uirides Nereidas oro :  
scilicet ut uenias in mea dauna celer.  
uotis ergo meis alii redidite redisti?  
ei mihi, pro dira paelice blanda fui ! 60  
aspicet inmensum moles natina profundum :  
mons fuit. aequoreis illa resistit aquis.  
hinc ego uela tuae cognoui prima carinae,  
et mihi per fluctus impetus ire fuit.  
dum moror, in summa fuisit mihi purpura proa. 65  
pertimui. cultus non erat ille tuus.  
fit propior terrasque cita ratis attigit aura :  
femineas uidi corde tremente genas.
- non satis id fuerat ; quid enim furiosa morabar ?  
haerebat gremio turpis amica tuo. 70  
tunc uero rupique sinus et pectora planxi,  
et secui inadidas ungue rigente genas,  
impleuque sacram querulis ululatibus Iden.  
illuc has lacrimas in mea saxa tuli.  
sic Helene doleat, desertaque conginge plore, 75  
quaeque prior nobis intulit, ipsa ferat.  
nunc tibi conueniunt quae te per aperta sequantur  
aequora, legitimos destituantque niros.  
at cum pauper eras armentaue pastor agebas,  
nulla nisi Oenone pauperis uxor erat. 80  
non ego miror opes, nec me tua regia tangit,  
nec de tot Priami dicat ut una nurus.  
non tamen ut Priamus nymphae soerer esse recuset,  
aut Hecubae fuerim dissimulanda nurus.  
dignaque sum et cupio lieri matrona potentis : 85  
sunt mihi, quas possint sceptrata decere, manus.  
nec me, faginea quod tecum fronde iacebam,  
despice ; purpureo sum magis apta toro.  
denique tutus amor meus est tibi. nulla parantur  
bella, nec ultrices aduchit unda rates. 90  
Tyndaris infestis fugitiua repositur armis :  
hac uenit in thalamos dote : iporta tuos.  
quae si sit Danais reddenda, uel Hectora fratrem,  
uel cum Deiphobo Polydamanta roga.  
quid grauis Antenor, Priamus quid suadeat ipse, 95  
consule, quis aetas longa magistra fuit.  
turpe rudimentum, patriae praepone raptam.  
causa pudenda tua est : in-sta uir arma mouet.  
nec tibi, si sapias, fidam promitte Laecanum,  
quae sit in amplexus tam cito uersa tuos. 100  
ut minor Atrides temerati foedera lecti  
clamat, et externo laesus amore dolet,  
tu quoque clamabis. nulla reparabilis arte  
laesa pudicitia est : deperit illa semel.  
ardet amore tui ? sic et Menelaon amauit. 105  
nunc iacet in uiduo credulus ille toro.  
felix Andromache, certo bene nupta marito.  
uor ad exemplum fratris habenda fui.  
tu leuior foliis, tum cum sine pondere suci  
mobilibus uentis arida facta uolant. 110  
et minus est in te quam summa pondus arista,  
quae lenis assiduis solibus usta riget.  
hoc tua, nam recolo, quondam germana canebat,  
sic mihi dillulis natiuata comis :  
'quid facis, Oenone ? quid habenaee semina mandas ?  
non profecturis litora uetus aras. 116  
Graia iuuenca uenit, quae te patiamque domumque  
perdat ! io prohibe ! Graia iuuenca uenit !  
dum licet, obscenam ponto demergite puppim !  
hen, quantum Phrygii sanguinis illa nehit !' 120  
dixerat : in eursu famulae rapuerunt furentem.  
at mihi flauentes diriguere comae.  
a nimium miserae uates mihi uera fuisti.  
possidet, en saltus illa iuuenca meos !  
sit facie quamuis insignis, adultera certe est. 125  
deseruit socios hospite capta deos.  
illam de patria Thesens, nisi nomine fallor,—  
nescio quis Theseus abstulit ante sua.  
a iuene et cupido credatur reddita uirgo ?  
unde hoc conpererim tam bene, quaeris ? amo. 130  
uim licet appelles, et culpam nomine uelēs :

V 4 ipse G ω Plan. 5 appositus P. 8 cui Bentl. indigne G ω, indignae Heins. 11 absit P G Plan., absit τ. 16 depressa P, depressa G, corr. Parrhasius. 24 recta P G Plan. ἰστροῖς uertens, rite τ. post h. u. in E et codd. rec. sequitur distichou populus est memini fluminali consita riuo (al. ripa) est in qua nostri littera scripta memor. alii ante u. 23 alii ante 29 ponunt. spurium esse apertum est. 28 nomen ε. 31 nymphae P Heins. 33 dixit E τ, Plan. 38 dixit olim Sedlmayero probaueram, sed cf. Aeu. 6. 54. 40 Iouyeusque senes P. 44, 45 damnauit Merkelius. 45 praesit Bentl. melius esset truisit, cf. Catull. 66. 30. 48 brachia P. 56 umet P<sup>1</sup>, humet G. 65 purpur ω P. proa om. P. 68 greges uel gregem Bentl. comas cont. Sedlm. quod placet. 69 fuerat J. F. Heusinger, Ehwald. morabor τ Heins. 74 illuc P G, illuc E τ Plan. 75 sic bene P<sup>1</sup> (sic de te P<sup>2</sup>). defectaque P. 77 tecum uenit P<sup>2</sup> G τ. 81 tangit corr. ex tangit P. 83 aut Riiese. 84 an dissimulanda nimis. sed 84, 85 fortasse spurii sunt. 86 qua (supra ser. s) P, quae τ. 87 mea P<sup>1</sup>. 89 ibi Bentl. 95 censet τ. 96 post h. u. duo folia 5. 97 usque ad 6. 49 ex P deperdit a sunt. 108 fuit E. 109 σὺν γόνοις γάμον σὺ Plan. 113 haec τ Plan. (τὰυτα). 116 nil τ Plan. (οὐδεῖς ἐπιφέλισσα). 118 perdit ε Plan. 119 dimergite ε, di mergite E τ Heins. contra Plan. et dum licet nou nisi merdilibus conuenit. 121 incurra τ, fortasse Plan. (ἐκτρέχων). famula G. 124 illa ω Plan. Graia G τ. 128 ante G ex arte corr., arte ω Plan., arce τ. 130 haec E τ, τὰυτα Plan., sed 129, 130 spurii uidentur.

quae totiens rapta est, praebuit ipsa rapi.  
 at manet Oenone fallenti casta marito :  
 et poterat falli legibus ipse tuus.  
 me Satyri celeres, siluis ego tecta latebam, 135  
 quaesierunt rapido, turba proterua, pede,  
 cornigerunq; caput pinu praecinctus acuta  
 Faunus, in immensis qua tumet Ida iugis.  
 me fide conspicuus Troiae munitor amavit ;  
 [ille meae spoliū uirginitatis habet, 140  
 id quoque luctando. rupi tamen ungue capillos,  
 oraque sunt digitis aspera facta meis.  
 nec pretium stupri gemmas aurumque poposci ;  
 turpiter ingenuum munera corpus emunt.  
 ipse, ratus dignam, medicas mihi tradidit artes] 145  
 admisitque meas ad sua dona manus.  
 quaecumque herba potens ad opem radixque medenti  
 utilis in toto nascitur orbe, mea est.  
 me miseram, quod amor non est medicabilis herbis !  
 deficior prudens artis ab arte mea. 150  
 [ipse repertor opis uaccas panisse Pheraeas  
 fertur, et a nostro saucius igne fuit.]  
 quod nec graminibus tellus fecunda creandis  
 nec deus, auxilium tu mihi ferre potes.  
 et potes, et merui. dignae miserere puellae : 155  
 non ego cum Danaïs arma cruenta fero.  
 sed tua sum tecumque fui puerilibus annis,  
 et tua, quod superest temporis, esse precor.

## VI

## HYPsipyle IASONI

Litora Thessaliae reduci tetigisse carina  
 diceris auratae uellere diues ouis.  
 gratulor incolū, quantum sinis. hoc tamen ipsum  
 debuerat scripto certius esse tuo.  
 nam ne pacta tibi praeter mea regna redires, 5  
 cum cuperes, uentos non habuisses potes.  
 quamlibet aduerso signatur epistula uento.  
 Hypsipyle missa digna salute fui.  
 cur mihi fama prior quam nuntia litera uenit ?  
 isse sacros Martis sub iuga panda boues, 10  
 seminibus iactis segetes adolesse uirorum,  
 inque necem dextra non eguisse tua :  
 perugilem spoliū pecudis seruasse draconem,  
 rapta tamen forti uellera fulua manu.  
 haec ego si possem timide credentibus 'ista 15  
 ipse mihi scripsit' dicere, quanta forem !  
 quid queror officium lenti cessasse mariti ?  
 obsequium, maneo si tua, grande tuli.  
 barbara narratur uenisse uenefica tecum,  
 in mihi promissi parte recepta tori. 20  
 credula res amor est. utinam temeraria dicar  
 criminibus falsis insimulasse uirum.  
 nuper ab Haemoniis hospes mihi Thessalus oris  
 uenerat : et tactum uix bene limen erat,  
 'Aesonides' dixi 'quid agit meus ?' ille pudore 25

haesit, in opposita lumina fixus humo.  
 protinus exiliū, tunicisque a pectore ruptis  
 'uiuūt, an' exclamo 'me quoque fata uocant ?'  
 'uiuūt' ait *timidus*. timidum irare coegi.  
 uix mihi teste deo credita uita tua est. 30  
 [ut rediit animus, tua facta requirere coepi.  
 narrat acnipedes Martis arasse boues,  
 uipereos dentes in humum pro semine iactos,  
 et subito natos arma tulisse uiros :  
 terrigenas populos ciuili Marte peremptos 35  
 inplesse aetatis fata diurna suae.  
 deuictus serpens. iterum, si uiuat Iason,  
 quaerimus. alternant spesque timorque fidem.]  
 singula dum narrat, studio cursuque loquendi  
 detegit ingenio uulnera nostra suo. 40  
 heu, ubi pacta fides ? ubi nubialia iura,  
 faxque, sub arsuros dignior ire rogos ?  
 non ego sum furto tibi cognita. pronuba Iuno  
 affluit et sertis tempora uinctus Hymen.  
 at mihi nec Iuno nec Hymen, sed tristes Erinys 45  
 praetulit infaustas sanguinolenta faces.  
 quid mihi cum Minyis, quid cum Dodonide pinu ?  
 quid tibi cum patria, nauita Tiphy, mea ?  
 non erat hic aries uillo spectabilis aureo,  
 nec senis Aetae regia Lemnos erat. 50  
 certa fui primo ; sed me mea fata trahebant,  
 hospita feminea pellere castra manu.  
 Lemniadesque uiros, nimium quoque, uincere norunt.  
 milite tam forti causa tuenda fuit.  
 urbe uirum iuui, tectoque animoque recepi. 55  
 hic tibi bisque aetas bisque ecurrit hiemps.  
 tertia messis erat, cum tu dare uela coactus  
 implesti lacrimis talia uerba tuis :  
 'abstrahor, Hypsipyle. sed dent modo fata recursus,  
 uir tuus hinc abeo, uir tibi semper ero. 60  
 quod tamen e nobis grauida celatur in aluo,  
 uiuat, et eiusdem sinus uterque parens.  
 haec tamen e nobis grauida celatur in aluo,  
 cetera te meminisse non potuisses loqui.  
 ultimus e sociis sacram conscendis in Argon. 65  
 illa uolat ; uentus concava uela tenet.  
 caerulea propulsae subdeicitur unda carinae :  
 terra tibi, nobis aspicitur aquae.  
 in latus omne patens turris circumspicit undas :  
 huc feror, et lacrimis oaque sinusque madent. 70  
 per lacrimas spectro, cupidaesque fauentia menti  
 longius adsueto lumina nostra uident.  
 adde preces castas, inmixtaque nota timori,  
 nunc quoque te saluo persoluenda mihi.  
 uota ego persoluam ? notis Medea fruetur ? 75  
 cor dolet, atque ira mixtus abundat amor.  
 dona feram templis, uiuum quod Iasona perdo ?  
 hostia pro damnis concedat icta meis ?  
 non equidem secuta fui ; semperque uerebar,  
 ne pater Argolica sumeret urbe nurum. 80  
 Argolidas timui : nocuit mihi barbara paelix.  
 non expectata uulnus ab hoste tuli.  
 nec facie meritisque placet ; sed carmina nouit,

V 136 *quaesierant* G E ω, *quaesierunt* recte Sedlm. cum τ. ita P 2. 142, 7. 166, 12. 71, 14. 72 semper prima manu perfectum exhibet. 140-145 uersus molestos totamque sententiam euertentes in dubium uocauit Merkel. seruat Plan. 147 *medendi* codd. corr. Heins. 151, 152 merito damnauit Merkelius. 152 e G si Loersio fides, τ. 153 *creatis* E ω. VI in ε praefiguitur distichon : *Lemniās Hypsipyle, Bacchi genus, Aesonē nato Dicit et in uerbis pars quota mentis erat. 3, 4 ipsum debuerat—certius scribo, ipso debueram—certior* G ω. *ipse τ, ipsum* Doussa Heins. qui *ipsa* quoque protulit. 6 *dum* G. 7 *quē libet* G, *quolibet* E ω. *signatur τ, signetur* G. 9 *quam littera nuntia* E ω, Plan. uel *nuntia littera, de te quam littera* G τ. 15 hoc G τ. o ego Heins. perbene. *ipse* Burm. Bentl. 17 *cur* G. 18 *officium* Bentl. Planudem ante oculos et in 17 et 18 *obsequium* habuisse, per eandem uocem (χαίρος—χαίρω) conuertentem confirmat Gudeman. 20 *utura* E pr. ω. 28 *trahunt* E τ. 29 *timidus timidum* Heins., *timidumque mihi* G τ, *timidum quod amat* E τ, *timide quod ait* τ. codd. discrepantes mancum archetypi uersum argunt. fortasse, 'uiuūt' ait *timidus* ; 'iura' ; *irare coegi*. 31 *ut rediit* a. τ, cf. 13. 29 (Art. 3. 707, Fast. 3. 333, 5. 515), *utque a. r. G ω*. 31-38 Merkeliō iure suspecti. 32 *acnipedes* Heins., *acripedes* G, et *acripedes* E τ. 37 *deuictio serpente τ, 'deuictus serpens'* Owen, *ut dictus* (uel *d. ut est*) *serpens, iterum* Postgate. 38 *uicem* Bentl. 41 *heu ω, heus* G E, cf. Fast. 3. 485. 45, 46 spurii uidentur. 47 *Dodonide* Plan. quod uerum esse eucit Gudeman p. 65, coll. Ap. Rhod. 1. 527, 4. 583 et Apoll. 1. 9, 16, *Tritonide* codd. 49 *aureo τ, auro* G E ω. 50 *redit* P ; u. ad 5. 96. 51 *mall* G τ. 54 *forti causa* Merkel, *fortuna* P<sup>1</sup>, *forti uita* P<sup>2</sup> G ω, *f. ripa τ, f. uitta* Sedlm., *f. pinna* quoque Merkel, *f. nauita, tuenda fui* ego olim. 55 *uiuūt* ego, *uidi* codd., cf. 2. 55, Met. 11. 282, Iuu. 3. 211. 58 *suis* Heins., Bentl. 65 *concedis* G<sup>1</sup> Merkel. *argon* G ω Merkel, cf. quae in praefatione dicta sunt. 66 *uento* (malim *uentis*)—*tument* Francius. 71 *amanti* E, *Volscus*. 76, 77 spurii ? 77 *perdam* G ω. 78 *concidet* G ω, *expectato* P post ras. G ω, a sub ras. P. 83 *meritis* (ue<sup>2</sup>) P. *carmine* G ω, *nouit* E pr. τ, *mouit* G ω, P ex *mouit* corr.

diraque cantata pabula falce metit.  
 illa reluctantem curru deducere lunam 85  
 nititur, et tenebris abdere solis equos.  
 illa refrenat aquas, obliquaque flumina sistit :  
 illa loco silvas uivaeque saxa mouet.  
 per tumulos errat passis discincta capillis,  
 eertaque de tepidis colligit ossa rogis. 90  
 deuouet absentis, simulacraque cerea fingit,  
 et miserum tenuis in iccur urget aeus,  
 et quae nescierim melius. male quaeritur herbis  
 moribus et forma conciliandus amor.  
 hanc potes amplecti, thalamoque relictus in uno 95  
 seilicet ut tauros, ita te iuga ferre coeget :  
 quaque ferus anguis, te quoque mulet ope.  
 adde, quod adseribi factis procerumque tuisque  
 se fauet, et titulo coniugis uxor obest. 100  
 atque aliquis Peliae de partibus acta uenenis  
 imputat, et populum, qui sibi eredit, habet.  
 'non haec Aesonides, sed Phasias Aetivae  
 aurea Phrixiae terga reuellit ouis.'  
 non probat Alcimede mater tua (consule matrem)  
 non pater, a gelido cui uenit axe nurus. 106  
 illa sibi a Tanai Seythiaeque paludibus ndae  
 quaerat et a patria Phasidis usque uirum.  
 mobilis Aesonide, uerinaque incertior aura,  
 eur tua polliciti pondere uerba earent ? 110  
 uir meus liue ieras ; uir non meus inde redisti.  
 sim reducis coniunx, sicut entis eram !  
 si te nobilitas generosaque nomina tangunt,  
 en ego Minoo nata Thoante feror.  
 Baechus auus : Baechi coniunx redimita corona 115  
 praeradiat stellis signa minoris suis.  
 dos tibi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti.  
 me quoque dotalis inter habere potes.  
 nunc etiam peperi. gratare ambobus, Iason.  
 dulce mihi grauidae fecerat anetor onus. 120  
 felix in numero quoque sum, prolemque gemellam  
 pignora Laciina bina fauente dedi.  
 si quaeris, cui sint similes ? cognosceris illis.  
 fallere non norunt : cetera patris habent.  
 legatos quos paene dedi pro matre ferendos. 125  
 sed tenuit coeptas saeuia nouerca uias.  
 Medean timui. plus est Medea nouerca :  
 Medae faciunt ad scelus omne manus.  
 spargere quae fratris potuit laerata per agros  
 corpora, pignoribus parceret illa meis ? 130  
 hanc hanc, o demens Colchisque ablata uenenis,  
 diceris Hypsipyles praeposuisse toro !  
 turpiter illa uirum cognouit adultera uirgo :  
 me tibi teque mihi taeda pudica dedit.  
 prodidit illa patrem : rapui de clade Thoanta. 135  
 deseruit Colchos : me mea Lemnos habet.  
 quid refert, seclerata piam si uiuicet, et ipso  
 erimine dotata est emeruitque uirum ?  
 Lemniadum faeinus enlpo, non miror, Iason.  
 quamlibet infirmis ipse dat arma dolor. 140  
 die age, si uentis, tu oportuit, aetus iniquis  
 intrasse portus tuque omesque meos,

obuiaque exissem fetu coiuitante gemello ?  
 hiscere nempe tibi terra roganda fuit !  
 quo uultu natos, quo me, seclerate, uideres ? 145  
 perfidiae pretio qua nece dignus eras ?  
 ipse quidem per me tutus sospesque fuisses :  
 non quia tu dignus, sed quia mitis ego.  
 paelicis ipsa meos implessem sanguine uultus,  
 quosque ueneficiis abstulit illa suis. 150  
 Medae Medea forem. quod siquid ab alto  
 iustus adest notis Iuppiter ipse meis,  
 quod gemit Hypsipyle, lecti quoque subnuba nostri  
 maereat, et leges sentiat ipsa suas.  
 utque ego destitutor coniunx materque duorum, 155  
 a totidem natis orba sit illa niro.  
 nec male parta diu teneat, peiusque relinquat :  
 exulet, et toto quaerat in orbe Iugan.  
 quam fratri germana fuit miseroque parenti  
 filia, tam natis, tam sit acriba uiro. 160  
 cum mare, cum terras consumpserit, aera temptet :  
 erret inops, exspes, caede eruenta sua.  
 haec ego coniugio fraudata Thoantias oro  
 uiuute deuoto nuptaque uirque toro !

VII

DIDO AENEAEE

Sic ubi fata uocant, udis abiectus in herbis  
 ad uada Maeandri concinit albus olor.  
 nec quia te nostra sperem prece posse moueri,  
 adloquor ; aduerso monimus ista deo.  
 sed merita et famam corpusque animique pudicum  
 cum male perdidimus, perdere uerba leue est. 6  
 certus es ire tamen miseramque relinquere Didon,  
 atque idem uenti uela fideinque ferent ?  
 certus es, Aenea, cum foedere soliere manes,  
 quaeque ubi sint nescis, Itala regna sequi, 10  
 nec noua Carthago, nec te crescentia tangunt  
 moenia, nec sceptro tradita summa tuo ?  
 facta fugis, facienda petis. quaerenda per orbem  
 altera, quaesita est altera terra tibi.  
 ut terram inuenias, quis eam tibi tradet habendam ?  
 quis sua non notis arua tenenda dabit ? 16  
 alter habendus amor tibi restat et altera Dido :  
 quamque iterum fallas, altera danda fides.  
 quando crit, ut condas instar Carthaginiis urbem,  
 et uideas populos altus ab arce tuos ? 20  
 omnia ut enentiant, nec di tua uota morentur,  
 unde tibi, quae te sic amet, uxor erit ?  
 uror, ut inducto ceratae sulphure taedae.  
 Aenean animo noxae diuque refert. 26  
 ille quidem male gratis et ad mea munera surdus,  
 et quo, si non sim stulta, carere nelim :  
 non tamen Aenean, quantum male cogitat, odi :  
 sed queror inlidum, quaeque peius amo. 30  
 paree, Venus, nurui, durumque amplectere fratrem.  
 frater Amor ; castris militet ille tuis.

VI 84 face P pr. 85 curru τ Heins. cf. Tib. 1. 8, 21, Met. 15. 790, Verg. Aen. 10. 215, cursu P G ω uulgo. 90 colligat P. 91 fugit P, Sedlm. 93 male τ, uage P G E. 94 moribus P Plan., nobilis E G (ex nobilis m² corr.) 100 fauet P, supra scr. faeit m¹ ut uid., fauet G¹, uolet G (? m²), faeit E τ, se cauet ego, sese auot Madvig, S. Allen, se cubet Kock., se pauet Birt., se uetat Sedlm., se cauet etiam uene uerum esse iudico, sed fauet quomodo modo defendit Emilius n. 406. 103 sed fil ||||| tum post ras. (in marg.) phasias (sic) aetae P et sic fere G ω. Phasias Aetivae Heins. alii. ½ Φαίδας Αἰτῖου θυγάτηρ Plan. 107 Tanais P G ω, a Tanais edd. uett., a Tanais τ, nudae P, unde G, corr. Heins. 110 pollicito E τ. 111 cur non ω Bentl. quod placet. 118 quoque ||||| P sed l et s dispiciuntur, quod tales G, corr. Salmasius, male tamen dotatae interpretans, res tales τ. 131 hanc hanc ego, hanc P, cf. Hor. Epod. 4. 20, hanc o tu P m², hanc tamen G ω. 133 furto Bentl. 135 caede E τ. 137 referā ||||| P fuit fortasse referat. uincit τ. 140 q. ipse P¹, quomlibet iratis i. P², quod libet ad faeinus G τ, quamlibet infirmis J. F. Heusinger, q. inuitis C. Heusinger. 146 perfide quo G τ. 147 te P¹. 150 ueneficiis P. 152 ille coni. Heins. Bentl. quod placet. 153 succuba τ. 155 mater materque P¹. 156 ita P G, cf. Madv., Aduersaria ii 72. 157 mala P τ. 162 inobis P. expers P. VII in τ praemittuntur : Accipe, Dardanide, moriturus carmen Elissae : quae legis, a nobis ultima uerba legis. 3 non τ. 4 nonim P τ, uouimus Heins. 5 merita et f. Heins., merus uel merite f. P¹, merui uel ueriti f. P² an meritum f., meriti f. G ω. 8 uerba P τ. 13 fugienda P¹ τ. 16 tereuda G¹ Merkel. 17, 18 spurii ? 17 ita τ, alter amor tibi est habendus et P, a. a. l. et cstat G E τ (habenda et G), a. a. l. restat habendus et τ uulgo, a. a. tibi restat? habendat altera Dido Birt, Ehwald. 19 erat P τ. 21 ut eueniant E τ Merkel., si ueniunt G P (si m² supra ras.) ω. de Lemnep. coll. 18. 5, 19. 95, Met. 8. 71. te eodd. 25 post h. u. duo spurii uersus in τ. 29 cogitit ω.

aut ego quem coepi, neque enim dedignor, amare,  
materiam curae praebat ille meae.  
fallor, et ista mihi falso iactatur imago. 35  
matris ab ingenio dissidet ille suae.  
te lapis et montes innataque rupibus altis  
robora, te saevae progenuere ferae,  
aut mare, quale uides agitari nunc quoque uentis :  
quo tamen aduersis fluctibus ire paras. 40  
quo fugis ? obstat hiemps. hiemis mihi gratia prosit.  
aspice, ut euersas concitet Eurus aquas.  
quod tibi malueram, sine me debere procellis :  
iustior est animo uentus et unda tuo.  
non ego sum tanti—quid non censeris inique ? 45  
ut pereas, dum me per freta longa fugis.  
exeres pretiosa odia et constantia magno,  
si, dum me careas, est tibi uile mori.  
iam uenti ponent, strataque aequaliter unda  
caeruleis Triton per mare curret equis. 50  
tu quoque cum uentis utinam mutabilis esses ;  
et nisi duritia robora uincis, eris.  
quid, si nescires, insana quid aequora possunt ?  
expertae totiens quam male credis aquae !  
ut pelago suadente etiam retinacula soluas, 55  
multa tamen latus tristia pontus habet.  
nec uiolasse fidem temptantibus aequora prodest :  
perfidiae poenas exigit ille locus,  
praecipue cum laesus amor ; quia mater Amorum  
nuda Cytheriacis edita fertur aquis. 60  
perdita ne perdam, timeo, noceamue nocenti,  
neu bibat aequoreas naufragus hostis aquas.  
uiue, precor. sic te melius, quam funere perdam.  
tu potius leti causa ferere mei.  
finge, age, te rapido (nullum sit in omine pondus)  
turbine deprendi : quid tibi mentis erit ? 66  
protinus occurrent falsae periuria linguae,  
et Phrygia Dido fraude coacta mori :  
coniugis ante oculos deceptae stabit imago  
tristis et effusus sanguinolenta comis. 70  
quid tanti est ut tum 'merui, concede,' dicas  
quaeque cadent, in te fulmina missa putes ?  
da breue saeuitiae spatium pelagique tuaeque :  
grande morae pretium tuta futura uia est.  
nec mihi tu curae : puero parcatur Iulo. 75  
te satis est titulum mortis habere meae.  
quid puer Ascanius, quid commeruere Penates ?  
ignibus ereptos obruet unda deos ?  
sed neque fers tecum, nec, quae mihi, perfide, iactas,  
presserunt ueros sacra paterque tuos. 80  
omnia mentiris. nec enim tua fallere lingua  
incipit a nobis primaque plector ego.  
si quaeras, ubi sit formosi mater Iuli,  
occidit a duro sola relicta uiro.  
haec mihi narraras. at me mouere ! merentem 85  
ure : minor culpa poena futura mea est.  
nec mihi mens dubia est, quin te tua numina damnent :  
per mare, per terras septima iactat hiemps.  
fluctibus eiectum tuta statione recepi,  
uixque bene audito nomine regna dedi. 90  
his tamen officiis utinam contenta fuisset,  
et mihi concubitus fama sepulta foret !  
illa dies nocent, qua nos decliue sub antrum  
caeruleus subitis compulsi imber aquis.

audieram uocem : nymphas ululasse putauit : 95  
Eumenides fatis signa dedere meis.  
exige, laese pudor, poenas, uiolate Sychaei  
ad quas, me miseram, plena pudoris eo.  
est mihi marmorea sacratum in aede Sychaeus :  
oppositae frondes uelleraque alba tegunt. 100  
hinc ego me sensi noto quatuor ore citari :  
ipse sono tenui dixit 'Elissa, ueni !'  
nulla mora est, uenio : uenio tibi debita coniunx.  
sum tamen admissi tarda pudore mei.  
da ueniam culpae : decepti idoneus auctor. 105  
inuidiam noxae detrahit ille meae.  
diua parens seniorque pater, pia sarcina nati,  
spem mihi mansuri rite dedere tori.  
si fuit errandum, causas habet error honestas.  
adde fidem, nulla parte pigendus erit. 110  
durat in extremum, uitaeque nouissima nostrae  
prosequitur, fati qui fuit ante, tenor.  
occidit internas coniunx mactatus ad aras,  
et sceleris tanti praemia frater habet.  
exul agor, cineresque uiri patriamque relinquo, 115  
et feror in dubias hoste sequente uias :  
adplicor ignotis, fratrique elapsa fretoque  
quod tibi donauit, perfide, litus emo.  
urbem constitui, lateque potentia fixi  
moenia finitimus inuidiosus locis. 120  
bella tument, bellis peregrina et femina temptor,  
uixque rudis portas urbis et arma parato.  
mille proci placui, qui me coiere querentes  
nescio quem thalamis praeposuisse suis.  
quid dubitas uinctam Gaetula tradere Iarbae ? 125  
praebuerim sceleris braccilia nostra tuo.  
est etiam frater, cuius manus impia possit  
respergi nostro, sparsa cruore uiri.  
pone deos et quae tangendo sacra profanas :  
non bene caelestis impia dextra colit. 130  
si tu cultor eras elapsis igne futurus,  
paenitent elapsos ignibus esse deos.  
forsitan et grauidam Didon, scelerate, relinquant,  
parsque tui lateat corpore clausa meo.  
accedet fatis matris miserabilis infans, 135  
et nondum nati funeris auctor eris :  
cumque parente sua frater morietur Iuli,  
poenaque conexos auferet una duos.  
sed iubet ire deus. uellem, uetuisset adire,  
Punica nec Teucris pressa fuisset humus. 140  
hoc duce nempe deo uentis agitatis iniquis,  
et teris in rapido tempora longa freto ?  
Pergama uix tanto tibi erant repetenda labore,  
Hectore si uiuo quanta fuere, forent.  
non patrium Simoenta petis, sed Thybridis undas ;  
nempe, ut peruenias quo cupis, hospes eris. 146  
utque latet uitatque tuas abstrusa carinas,  
uix tibi continget terra petita seni.  
hos potius populus in dotem, ambage remissa,  
accipe et aductas Pygmalionis opes. 150  
Ilion in Tyriam transfer felicius urbem,  
resque loco regis sceptraque sacra tene.  
si tibi mens auida est belli, si quaerit Iulus,  
unde suo partus inarte triumphus eat,  
quem superet, nequid desit, praebebimus hostem.

VII 33 aut ego supra scr. et P, A ||| ego G, atque ego E τ. quem w edd. uett., quae P G E. amorem Madv. 36 suo P<sup>1</sup>. 37 montis P. 40 quod τ. flatus Bentl. 43 debueram G τ. 45 de hoc u. uide quae in praefatione dicta sunt. 60 uia Bentl. 62 hodos Riese quod placet, cf. Aen. 4. 323. 71 ut tum Madvig, ego, tutum (o scripta supra priorem u) P, totum G ω. 75 tu parcas τ Plan., parcatur τ. 77 quid commeruere ego, quid meruere P, ii add. ma. rec., quid di m. G ω. di Penates nusquam apud Ouidium, et deos mox sequitur, cf. Fast. 1. 362. 82 primaue Bentl. plector G ω. 85 hoc P, haec G. narrabas ω. nec me Madv., haec me Sedlm. nouere P<sup>1</sup> τ. 87 te te numeru P<sup>1</sup>, an funera ? 92 nec—concubitu Werfer. 96 fati—mei Lenep. coll. Cons. ad Liu. 401. 97 siceo ut uid. P<sup>1</sup>, sycheu P<sup>2</sup>, sychei G. ante Sychaei uidentur excidisse quaedam, quam lacunam τ exhibent : uiolat [aque lecti iura nec ad cineres fama retenta meos uosque mei manes animaque cinisque (umbracque Bentl.)] Sychaei. 103 dedita P. 104 amissi P, amisso—meo G τ. 108 uiri P. 113 internas τ, interras P, in terras G τ, Herceas Heins. 116 dubias τ, cf. 16. 21, duras P G. 119 finxi P<sup>1</sup> ut uid., feci τ. 127 possit w edd. uett. 133 Dido P<sup>1</sup>. 136 nato Heins. 139 uellem u. adire om. P<sup>1</sup>. 145 thybridas P<sup>1</sup>. 152 resque ego, cf. Fast. 5. 125, Met. 6. 677, ras. in P ita tamen ut loco clare legi possit, et uestigia appareant primae uersus litterae, quae facile R nullo modo M nec S esse potuit, inque loco P<sup>2</sup> G, sisque loco Shuckburgh, haneque loco uel hieque locum τ, iamque locum ego olim. 155 quod superest P, quod superet E, qui ab hoc u. deficit.

hic pacis leges, hic locus arma capit. 156  
 tu modo, per matrem fraternaue tela, sagittas,  
 perque fugae comites, Dardana sacra, deos!  
 sic superent, quoscumque tua de gente reportas,  
 Mars ferus et damni sit modus ille tui, 160  
 Asceniusque suos feliciter impleat annos,  
 et senis Anchisae molliter ossa cubent!  
 parce, precor, domui, quae se tibi tradit habendam;  
 quod crimen dicis praeter amasse meum?  
 non ego sum Phthias magnisue oriunda Mycenis,  
 nec steterunt in te uirque paterque meus. 166  
 si pudet uxoris, non nupta, sed hospita deiar.  
 dum tua sit Dido, quidlibet esse feret.  
 nota mihi freta sunt Afrum frangentia litus;  
 temporibus certis dantque negantque niam. 170  
 cum dabit aura uiam, praebebis carbasa uentis;  
 nunc leuis ciecetam continet alga ratem.  
 tempus ut obseruem, manda mihi. serius ibis,  
 nec te, si cupies, ipsa manere sinam.  
 et socii requiem poscunt, lanataque classis 175  
 postulat exiguas semirefecta moras.  
 pro meritis et si qua tibi debebimus, ultro,  
 pro spe coniugii tempora parua peto:  
 dum freta mitescunt et amor, dum tempore et usu  
 fortiter edisco tristitia posse pati. 180  
 si minus, est animus nobis effundere uitam:  
 in me crudelis non potes esse diu.  
 aspicias utinam, quae sit scribentis imago.  
 scribimus, et gremio Troicus ensis adest:  
 perque genas lacrimae strictum labuntur in ensem,  
 qui iam pro lacrimis sanguine tinctus erit. 186  
 quam bene conueniunt fato tua munera nostro!  
 instruis impensa nostra sepulchra breui.  
 nec mea nunc primum feriuntur pectora telo:  
 ille locus saeni uulnus amoris habet. 190  
 Anna soror, soror Anna, meae male conscia culpae,  
 iam dabis in cineres ultima dona meos.  
 nec consumpta rogis inseribar ELISSA SYCHAEI,  
 hoc tamen in tumuli marmore armen:  
 'praebuit Aeneas et causam mortis et ensem. 195  
 ipsa sua Dido concidit usa manu.'

## VIII

## HERMIONE ORESTAE

Pyrrhus Achillides, animosus imagine patris,  
 inclusam contra iusque pinique tenet.  
 quod potui, reui, ne non inuita teneret. 5  
 cetera femineae non ualere manus.  
 'quid facis, Aeacide? non sum sine uindicta' dixi:  
 'haec tibi sub domino est, Pyrrhe, puella suo.'  
 surdior ille freto clamantem nomen Orestis  
 traxit inornatis in sua tecta comis. 10  
 quid grauius capta Laedaemone serua tulissem,  
 si raperet Graias barbara turba nurus?  
 pareius Andromachen uexauit Achaia uictrix,  
 cum Danaus Phrygias ureret ignis opes.  
 at tu, eura mei si te pia tangit, Oreste, 15  
 inice non timidas in tua iura manus.  
 an siquis rapiat stabulis armena reclusis,

arma feras, rapta coniuge lentus eris?  
 sit socer exempto nuptae repetitor ademptae,  
 \*  
 nupta foret Paridi mater, ut ante fuit. 22  
 nec tu mille rates siuuoasaue uela pararis,  
 nec numeros Danai militis: ipse ueni.  
 sic quoque eram repetenda tamen; nec turpe marito,  
 aspera pro caro bella tulisse toro. 26  
 quid, quod auus nobis idem Pelopeius Atreus,  
 et, si non esses uir mihi, frater eras?  
 uir, precor, uxori, frater succurre sorori:  
 instant officio nomina bina tuo. 30  
 me tibi Tyndareus, uita grauis auctor et annis,  
 tradidit; arbitrium neptis habebat auus.  
 at pater Aeacio promiserat, insecus acti;  
 plus quo, quo prior est ordine, possit auus.  
 eum tibi nubebam, nulli mea taeda nocebat: 35  
 si iungar Pyrrho, tu mihi laesus eris.  
 et pater ignosceat nostro Menelaus amori:  
 succubuit telis praepetis ipse dei.  
 quem sibi permisit, genero concedet amorem.  
 proderit exemplo mater amata suo. 40  
 tu mihi, quod matri pater est: quas egerat olim  
 Dardanius partis aduena, Pyrrhus agit.  
 ille licet patris sine fine superbiat actis,  
 et tu quae referas facta parentis, habes.  
 Tantalides omnis ipsunque regelbat Achillem. 45  
 hic pars militiae, dux erat ille ducum.  
 tu quoque habes proanum Pelopem Pelopisque  
 parentem.  
 si melius numeres, a loue quintus eris.  
 nec uirtute cares. arma inuidiosa tulisti:  
 sed tu quid faceres? induit illa pater. 50  
 materia uellem fortis meliore fuisses.  
 non lecta est operi sed data causa tuo.  
 hanc tamen impletis; iuguloque Aegisthus aperto  
 tecta cruentauit, quae pater ante tuus.  
 increpat Aeacides, laudemque in crimina uertit: 55  
 et tamen aspectus sustinet ille meos.  
 rumpor, et ora mihi pariter cum mente tumescunt,  
 pectoraque inclusis ignibus usta dolent.  
 Hermione coram quisquamne obiecit Oresti,  
 nec mihi sunt uires nec ferus ensis adest? 60  
 flere licet certe. flendo defundimus iram,  
 perque sinum lacrimae fluminis instar emnt.  
 has solas habeo semper semperque profundo;  
 inuent inculatae fonte perenne genae.  
 num generis fato, quod nostros errat in amos, 65  
 Tantalides matres apta rapina summs?  
 non ego flumine referam mendacia cygni,  
 nec querar in plumis delituisse Ionem.  
 qua duo porreetus longe freta distinct Isthmos,  
 uecta peregrinis Hippodamiae rotis. 70  
 [Castori Amyclaeo et Amyclaeo Polluci  
 reddita Mopsopia Taenaris urbe soror]  
 Taenaris Idaeo trans aequora ab hospite rapta  
 Argolicas pro se uertit in arma manus.  
 uix equidem memini, memini tamen. omnia luctus,  
 omnia solliciti plena timoris erant. 76  
 flebat auus Phoebeque soror fratresque gemelli,  
 orabat superos Leda summeque Ionem.  
 ipsa ego, non longos etiam tunc scissa capillos,

VII 157 *patrem* P ω. 159 *reportat* Madv. 165 *Phthias* Heins., *phthias* P sed s m<sup>2</sup> ut uid., *Phthia* uulgo. *mag-*  
*nise* Burnaimus, *magnisque* eodd. 168 *quodlibet* P, *quae* libet G<sup>1</sup>. 172 s/|| *leuis* sciecetam P. *nunc* supra ras. P<sup>2</sup>. *ciecetam*  
 Madv., *cieceta* leuem Merkel. 173 *certis* τ, *tantus* τ. 177 *praebebimus* τ. *ultro* P (sic) reete, *ultra* ω. 179 *mitescunt* P,  
*mitescant* G ω. *tempore et usu* Salmasius, *temporet* P, *usum* supra ser. m<sup>2</sup>, et *amorem* *temporet* usus Shuckburgh.  
 187 *fato* τ, *facto* P G. 191 *culpa* P m<sup>2</sup> ap. Sedlm. 193 et Bentl. 194 in. e P<sup>1</sup>. *uurgine* Bentl. VIII in τ praemittitur  
 distichon: *alloquor Hermione naper fratremque uirumque, nunc fratrem; nouum coniugis alter habet.* 5 *reui* supra  
 ras. in P, *fecit* τ. 21 post h. u. aut intereidit distichon aut quod uerius, u. 22 spurius est et unus pentameter tantum  
 deest. lacunam ita explent τ, *cui pia militiae causa puella fuit. si socer igniuis uacua stertisset in aula (sedisset*  
 *marg. edd. uett.), si* Burn. Merk., sine lacunae nota. 24 *numerum* P<sup>2</sup> G. 33 *Aeacio* Riese, *Aeacio* P, *Aeacidae* ω.  
 34 *plus quo, quo ego, plus quoque* P<sup>1</sup>, *plius quoque* qui P<sup>2</sup> G uulg., cf. 19. 76. *possit* τ, *possit* P G. 39 *concedit* P<sup>1</sup> G<sup>1</sup>,  
 Merkel. 45 *petebat* P, *an premebat*? 47 *habes* om. P, *qui supra quoque* m<sup>2</sup> ut uid. 48 *medios* Nodellius, quod placet. ab  
 Heins. 50 tu om. P<sup>1</sup>. *pater* P<sup>1</sup>, *patrem* P<sup>2</sup> G ω. 61 *disargimus* G<sup>1</sup>, *diffundimus* ω. 63 *semper habeo* P, *habeo semper*  
 *solasque* G. 65-82 aut spurii aut interpolati. 65 n/|| P<sup>1</sup>, *hoc* P<sup>2</sup> G. *hoc=fatum* τ. *eraluannos* (t supra ser.) P, *errat*  
 *in annos* G ω. *darat* Heins. 69 *destinat* P G. *hemos* P<sup>1</sup>. 71, 72 certe spurii. 72 *Tenari* P<sup>1</sup>, *Tendaris* P<sup>2</sup>. 73 *Tenaris*  
 P<sup>1</sup>, *Tyndaris* P<sup>2</sup>. 77 *Phoebeque* Meziriacus, *phoebeque* P τ. *flebatque* G ω Plan.

clamabam 'sine me, me sine, mater, abis?' 80  
 nam coniunx aberat. ne non Pelopeia credar,  
 ecce Neoptolemo praeda parata fuit.  
 Pelides utinam uitasset Apollinis arcus!  
 damnaret nati facta proferua pater.  
 nec quondam placuit, nec nunc placuisset Achilli,  
 abducta uiduum coniuge flere uirum. 86  
 quae mea caelestis iniuria fecit iniquos?  
 quodue mihi miseræ sidus obesse querar?  
 parua mea sine matre fui; pater arma ferebat:  
 et duo cum uiuant, orba duobus eram. 90  
 non tibi blanditias primis, mea mater, in annis  
 incerto dictas ore puella tuli:  
 non ego captui breuius tua colla lacertis,  
 nec gremio sedi sarcina grata tuo:  
 non cultus tibi cura mei: nec pacta marito  
 intraui thalamos matre parante nouos. 95  
 obuia prodieram reduci tibi (uera fatebor)  
 nec facies nobis nota parentis erat.  
 te tamen esse Helenen, quod eras pulcherrima, sensi;  
 ipsa requirebas, quae tua nata foret. 100  
 pars haec una mihi, coniunx bene cessit Orestes:  
 is quoque, ni pro se pugnat, adeptus erit.  
 Pyrrhus habet captam reduce et uictore parente.  
 hoc munus nobis diruta Troia tulit.  
 cum tamen altus equis Titan radiantibus instat,  
 perfruo infelix liberiore malo. 106  
 nox ubi me thalamis ululantum et acerba gementem  
 condidit, in maesto procubuique toro,  
 pro somno lacrimis oculi funguntur obortis,  
 quaque licet fugio sicut ab hoste uiro. 110  
 saepe malis stupeo; rerumque oblita locique  
 ignara tetigi Scyria membra manu:  
 utque nefas sensi, male corpora tacta relinquo  
 et mihi pollutas credor habere manus.  
 saepe Neoptolemi pro nomine nomen Orestis 115  
 exit; et errorem uocis ui omen amo.  
 per genus infelix iuro generisque parentem,  
 qui freta, qui terras et sua regna quatit:  
 per patris ossa tui, patrii mihi, quae tibi debent,  
 quod se sub tumulo fortiter ulsa iacent: 120  
 aut ego praemoriar primoque exstinguar in aeuo,  
 aut ego Tantalidae Tantalus uxor ero.

## IX

## DEIANIRA HERCVLI

Gratulor Oechaliam titulis accedere nostris:  
 uictorem uictae subcubuisse queror.  
 fama Pelasgiadas subito peruenit in urbes  
 decolor et factis infitianda tuis,  
 quem numquam Iuno seriesque inmensa laborum 5  
 fregerit, huic Iolen inposuisse iugum.  
 hoc uelit Eurystheus, uelit hoc germana Tonantis,  
 laetaque sit uitae labe nouerca tuae.  
 at non ille uelit, cui nox, sic creditur, una  
 non tanta, ut tantus conciperere, fuit. 10  
 plus tibi quam Iuno, nocuit Venus. illa premendo  
 sustulit, haec humilis sub pede colla tenet.  
 respice iudicibus pacatum uiribus orbem,  
 qua latam Nereus caeruleus ambit humum.  
 se tibi pax terrae, tibi se tuta aequora debent: 15

implesti meritis solis utramque domum.  
 quod te laturum est, caelum prius ipse tulisti:  
 Hercule subposito sidera fulsit Atlans.  
 quid nisi notitia est misero quaesita pudori,  
 si cumulus turpis facta priora notat? 20  
 tene ferunt geminos pressissime tenaciter angues,  
 cum tener in cunis iam Ioue dignus eras?  
 coepisti melius quam desinis; ultima primis  
 cedunt. dissimiles hic uir et ille puer.  
 quem non mille ferae, quem non Stheneleius hostis,  
 non potuit Iuno uincere, uincit amor. 26  
 at bene nupta feror, quia nominor Herculis uxor,  
 sitque socer rapidis qui tonat altus equis.  
 quam male inaequales ueniunt ad aratra iuuenti,  
 tam premitur magno coniuge nupta minor. 30  
 non honor est sed onus species laesura ferentis.  
 siqua uoles apte nubere, nube pari.  
 uir mihi semper abest, et coniuge notior hospes,  
 monstraque terribiles persequiturque feras. 35  
 ipsa domo uidua, uotis operata pudicis,  
 torqueor, infesto ne uir ab hoste cadat.  
 inter serpentes aprosque audiosque leones  
 iactor, et haesuros terna per ora canes.  
 me pecudum fibrae simulacraque inania somni  
 ominaque arcana nocte petita mouent. 40  
 aucupor infelix incertae nurmura famae,  
 speque timor dubia, spesque timore cadit.  
 mater abest queriturque deo placuisse potenti:  
 nec pater Amplitrion nec puer Hyllus adest.  
 arbiter Eurystheus irae Iunonis iniquae 45  
 sentitur nobis, iraque longa deae.  
 haec mihi ferre parum? peregrinos addis amores,  
 et mater de te quaelibet esse potest.  
 non ego Partheniis temeratam uallibus Augem,  
 nec referam partus, Ormeni nympha, tuos: 50  
 non tibi crimen erunt, Teuthrantia turba, sorores,  
 quarum de populo nulla relicta tibi est.  
 una, recens crimen, defertur adultera nobis,  
 unde ego sum Lydo facta nouerca Lamo.  
 Maeandros, terris totiens error in isdem, 55  
 qui lassas in se saepe retorquet aquas,  
 uidit in Herculeo suspensa monilia collo  
 illo, cui caelum sarcina parua fuit.  
 non puduit fortis auro cohobere lacertos,  
 et solidis gemmas opposuisse toris. 60  
 nempe sub his animam pestis Nemeaea lacertis  
 edidit, unde unerus tegmina laeuis habet.  
 ausus es hirsutos mitra redimire capillos.  
 aptior Herculeae populus alba comae.  
 nec te Maeonia lasciuiae more puellae 65  
 incingi zona dedecuisse patet?  
 non tibi succurrit crudi Diomedis imago,  
 efferus humana qui dape pauit equas?  
 si te uidisset cultu Busiris in isto,  
 uictori uicto nempe pudendum erat. 70  
 detrahat Antaenus duro redimicula collo,  
 ne pigeat molli subcubuisse uiro.  
 inter Ioniacas calathum tenuisse puellas  
 diceris, et dominae pertimuisse minas.  
 non fugis, Alcide, uetricem mille laborum 75  
 rasilibus calathis inposuisse manum,  
 crassaque robusto deducis pollice fila,  
 aequaque formosae pensa rependis erae?  
 a quotiens, digitis dum torques stamina duris,

VIII 88 quod mihi uae ω, edd. uett., cf. 3. 82 al., Ib. 207. quidni quod, uae mi miseræ. 102 me malim. pugnet G. 104 hoc munus G = quod uereor ne sit a correctore. et minus a P, munus et hoc = Plan., fortasse miq̄ue onus, a. P saepe que omittit, mox mi onus in minus corruptum et necessario in uersum traxit. 111 stuco nerusque P. 120 sic τ. 121 primoque prio// P1, primo P2. exuar P. IX in τ praemittitur distichon: mittor ad Alciden a coniuge conseia mentis littera si coniunx Deianira tua est. 1 uestris Heins. 3 Palasgiadas P1, Pelasgiacas Bentl. τ. 4 discolor τ. 9 uelit τ, uenis P G. si P2 G ω. 10 tanta τ, tanti P G. 12 humilis P G. 15 tuta Heins., tota P G. 18 Atlans P1. 20 cumulus P1, cumulas P2 ω. turpis ego, stupri P G ω, strupi τ, turpi Heins. notat τ, J. Dousa, nota P G ω, notas τ. 27 nominor P G ω, nominor τ. 38 esuros τ, hausuros Postgate coll. Lucr. 5. 991. terno P2, cerno G Plan. ora G1 Plan., ossa P G2 ω. 40 omniaque P G. 44 illus P, ilus G. 49 Augem = Plan., aug// P1, anqem P2, anqum ω. 52 tuo P1. 53 defertur edd. uett. quaedam, referentur P1, narratur P2, referetur G ω uulgo. 55 erratur P. 56 lapsas τ. 58 collo = Bentl. 63, 64 om. P1. 66 patet ego, pudet P G, putas uel putes Heins. uulgo, cf. 17. 32. 70 uictori ego, hic// (in huic corr. m2) uictor P, //uic uictor G, huic uictor uulgo, sic uictor = Sedlm. erat P2, eras P G ω. 78 pensa corr. P1. famosae τ, fort. recte.

praevalidae fusos comminere mamis. 80  
 [crederis infelix senticae tremefactus habenis]  
 ante pedes dominae [pertimuisse minas,]  
 [eximius pompis inmania semina laudum]  
 factaque barrabas dissimulanda tibi :  
 scilicet immanes elisis faucibus hydros 85  
 infantem caudis inuoluisse manum :  
 ut Tegeaeus aper epressifero Erymantho  
 incubat, et uasto pondere laedit humum.  
 non tibi Threiciis adfixa penatibus ora,  
 non hominum pingues caede tacentur equae : 90  
 prodigiumque triplex, armentis diues Hiberi  
 Geryones, quamuis in tribus unus erit :  
 inque canes totidem trunco digestus ab uno  
 Cerberos implicitis angue mirante comis :  
 quaeque redundabat fecundo uulnere serpens 95  
 fertilis et daunus diues ab ipsa suis,  
 quique inter laenuque latus laenuque lacertum  
 praegraua compressa fance pependit onus :  
 et uale confusum pedibus formaque bimembri  
 pulsum Thessaheis agmen equestre ingis. 100  
 haec tu Sidonio potes insignitum amictu  
 dicere ? non cultu lingua retenta silet ?  
 se quoque nympha tuis ornauit Iardanis armis,  
 et tulit e capto nota tropaea uiro.  
 i nunc, tolle animos et fortia gesta recense ! 105  
 quo tu non esses iure nix illa fuit.  
 qua tanto minor es, quanto te, maxime rerum,  
 quam quos uicisti, uincere maius erat.  
 illi procedit rerum mensura tuarum.  
 cede bonis : heres laudis amica tuae. 110  
 o pudor, hirsuti costis exuta leonis  
 aspera texerunt nelleria molle latus.  
 falleris et nescis. non sunt spolia illa leonis,  
 sed tua ; tuque feri uictor es, illa tui.  
 femina tela tulit Lernaeis atra nenemis, 115  
 ferre grauem lana uix satis apta colum,  
 instruxitque manum claua domitricae ferarum,  
 uidit et in speculo coniugis arma sui.  
 haec tamen audieram. licuit non credere famae,  
 et uenit ad scensus mollis ab aere dolor. 120  
 ante meos oculos adducitur aduena paelex,  
 nec mihi, quae patior, dissimulare licet.  
 non sinis auerti : mediam captiua per urbem  
 inuitis oculis aspicienda uenit.  
 uoc uenit incultis captarum more capillis, 125  
 fortunam multo fassa decente suam.  
 ingreditur late lato spectabilis auro,  
 qualiter in Phrygia tu quoque cultus eras.  
 dat multum populo, sublimis ut Hercule uictio :  
 Oechaliai nino stare parente putes. 130  
 forsitan et pulsa Aetolide Deianira  
 nomine deposito paelicis uxor erit :  
 Eurytidosque Ioles et † insanii Alcidea  
 turpia famosus corpora iunget Hymen.  
 mens fugit admonitu, frigusque perambulabat artus,  
 et iacet in gremio languida facta manus. 136  
 me quoque cum multis, sed me sine erimine auasti.  
 ne pigeat, pugnae bis tibi causa fuit.  
 cornua flens legit ripis Achelous in udis,  
 truncaque limosa tempora mersit aqua. 140  
 semiuir ocebuit in lotifero Eueno

Nessus, et infecit sanguis equinus aquas.—  
 sed quid ego haec refero ? scribenti nuntia uenit  
 fama, uirum tunicae tabe perire meae.  
 ei mihi, quid feci ? quo me furor egit amantem ?  
 impia quid dubitas Deianira mori ? 146  
 an tuus in media coniunx lacerabitur Oeta,  
 tu sceleris tanti causa superstes eris ?  
 siquid adhuc habeo facti, cur Heracles uxor  
 credar, coniugii mors mea pignus erit. 150  
 tu quoque cognosces in me, Meleagre, sororem.  
 impia quid dubitas Deianira mori ?  
 heu deuota domus ! solio sedet Agrios alto ;  
 Oenea desertum nuda senecta premit :  
 exulat ignotis Tydeus germanus in oris ; 155  
 alter fatali uiuus in igne fuit :  
 exegit ferrum sua per praecordia mater.  
 impia quid dubitas Deianira mori ?  
 deprecor hoc unum per iura sacerrima lecti,  
 ne uidear fatis insidiata tuis. 160  
 Nessus ut est audum perensus arundine pectus,  
 ' hic ' dixit ' uires sanguis amoris habet.  
 inlita Nesseo misi tibi texta ueneno.  
 impia quid dubitas Deianira mori ?  
 iamque uale, seniorque pater germanaque Gorge,  
 et patria et patriae frater adempte tuae, 166  
 et tu lux oculis hodierna nouissima nostris,  
 uirque, sed o possis, et puer Hylle, uale.

X

ARIADNE THESEO

Mitius inueni quam te genus omne ferarum.  
 credita non ulli quam tibi peius erant.  
 quae legis, ex illo, Theseu, tibi litore mitto,  
 unde tuam sine me uela tulere ratem :  
 in quo me somnusus meus male prodidit et tu, 5  
 per facinus somnis insidiata meis.  
 tempus erat, nitrea quo primum terra pruina  
 spargitur et tectae fronde queruntur aues :  
 incertum uigilans, a somno languida, moui  
 Thesea prensuras semisupina manus. 10  
 nullus erat : referoque manus, iterumque retempto,  
 perque torum moneo brachia : nullus erat.  
 excussere metus somnum ; conterrita surgo,  
 membraque sunt uiduo praecipitata toro.  
 protinus adductis somnerunt pectora palmis, 15  
 utque erat e somno turbida, rapti coma est.  
 luna fuit. specto, siquid nisi litora cernam.  
 quod uideant oculi, nil nisi litus habent.  
 nunc huc, nunc illuc, et utroque sine ordine curro.  
 alta puellares tardat barona pedes. 20  
 interea toto clamanti litore ' Theseu ! '  
 reddebant nomen concaua saxa tunni,  
 et quotiens ego te, totiens locus ipse uocabat.  
 ipse locus miserae ferre uolebat open.  
 mons fuit : apparent frutices in uertice rari ; 25  
 nunc scopulus raucis pendet adesus aquis.  
 ascendo, uires animus dabat, atque ita late  
 aequora prospectu metior alta meo.  
 inde ego, nam uentis quoque sum crudelibus usa,

IX 81 om. P<sup>1</sup> add. mg. m<sup>2</sup>. 82 uide Praefationem. 83 om. P<sup>1</sup> add. m<sup>2</sup> marg. uarie scribunt τ. 85 elisis ε, eliso P<sup>2</sup> G, diso P<sup>1</sup>. 86 cuius τ, nodis Homs. 87 Utegens P<sup>1</sup>, ut Phegeus Vnger. in epressifero P G w. 88 ultima syllaba in incubat et laedit incerta in P<sup>1</sup>, incubat—lacsit P<sup>2</sup>. 95 redulabat aut simile quid P<sup>1</sup>. 101 insignis P<sup>1</sup>. 103 onerant τ. Dardanis P G, corr. Ant. Volscus. 106 quo scripsi, quem P<sup>1</sup>, quod P<sup>2</sup> G α, quom Madv. 109 procedit (supra ser. h) P. 111 costis α Madv., costas P G. 126 decerite Leuep, tegeute P, tegeudo G Plan., tegeusc Bentl., sua P, ultima litt. ex alia mutata m<sup>2</sup>. uultum f. tegeute manu τ, coma Homsman. 128 cu G<sup>1</sup> Plan. 129 sublimis ut τ Plan., sublime sub P G α, sublimis ab τ. 133 insanii P, insanii G, atque Inachii Bentl., Aonii idem, Merkel, Iemeri Riese, totum distichon suspectum. 139 in imis P supra ras. ut uid. 141 semifer Heins. l. p. fero ueneno P, ani supra ras. m<sup>2</sup> et q; post fero m<sup>2</sup>, letiferoque ueneno G, lerni supra ser. m<sup>2</sup>, lotifero Bentl., letifero Madv., Eueno Heins. 143 scribendi P<sup>1</sup>. 149 P? et quid w, eequid Elwald. 150 mea P, mihi G. 153 Agrios Plan. Micylus, aerios (uel acrior) P, acrior G w. 159 hoc om. P<sup>1</sup>. 160 fatius w. cat P<sup>1</sup>, titulis P<sup>2</sup> G, thalamis τ. X in τ praemittitur distichon : illa relicta feris etiam nunc improbe Theseu uiuit et haec aequa mente tulisse uelis. 1, 2 in G<sup>1</sup> post 6 sequuntur, spurii multis uisi. 3 quam τ. 6 pro τ. 9 languentia P<sup>1</sup>. 10 precursans (u supra ser.) P, press iras G α, prensuras Plan. τ. semisopita codd. corr. Heins. 16 a G w, hic incipit V. 21 clamanti τ Plan. P<sup>2</sup>, clamaui G α, ras. in P ad clamatum potius quam clamauit ducit. 26 nunc P V, hinc G, hic τ. 27, 28 spurii?

uidi praecipiti carbasa tenta noto.	30	caelum restabat; timeo simulacra deorum.	95
aut uidi, aut † tamquam quae me uidisse putarem,		destituit rapidis praeda cibusque feris.	
frigidior glacie senianimisque fui.		siue colunt habitantque uiri, diffidimus illis:	
nec languere diu patitur dolor. excitator illo,		externos didici laesa timere uiros.	
excitor et summa Thesea uoce uoco.		uiuere Androgeos utinam, nec facta luisses	
'quo fugis?' exclamo 'scelerate reuertere Theseu,		impia fueribus, Cecropi terra, tuis:	100
flexte ratem! numerum non habet illa suum.'	36	nec tua mactasset nodoso stipite, Theseu,	
haec ego. quod uoci deerat, plangere replebam:		ardua parte uirum dextera, parte bouem:	
uerbera cum uerbis mixta fuere meis.		nec tibi quae reditus monstrarent, fila dedissem,	
si non audires, ut saltem cernere posses,		fila per adductas saepe recepta manus.	
laetatae late signa dedere manus.	40	non equidem miror, si stat uictoria tecum,	105
candidaque inposui longae nelamina uirgae,		strataque Cretaeam belua planxit humum.	
scilicet obliuos admonitura mei.		non poterant figi praecordia ferrea cornu:	
iamque oculis ereptus eras. tum denique fleui:		ut te non tegetes, pectore tutus eras.	
torpuerant molles ante dolore genae.		illic tu silices, illic adamanta tulisti;	
quid potius facerent quam me mea lumina flerent,		illic qui silices, Thesea, uincat, habes.	110
postquam desiderant uela uidere tua?	46	crudeles somni, quid me tenuistis inertem?	
aut ego diffusis erraui sola capillis,		aut semel aeterna nocte premeunda fui.	
qualis ab Ogygio concita Baccha deo:		uos quoque crudeles, uenti, nimiumque parati,	
aut mare prospiciens in saxo frigida sedi,		flaminaeque in lacrimas officiosa meas.	
quamque lapis sedes, tam lapis ipsa fui.	50	dextera crudelis, quae me fratremque necauit,	115
saepae torum repeto, qui nos acceperat ambos,		et data poscenti, nomen inane, fides.	
sed non acceptos exhibiturus erat,		in me iuratur somnus uentusque fidesque:	
et tua, quae possum pro te, uestigia tango,		probita sum causis una puella tribus.	
strataque quae membris intepuere tuis.		ergo ego nec lacrimas matris moritura uidebo,	
incumbo, lacrimisque toro manante profusis	55	nec mea qui digitis lumina condant, erit?	120
'pressimus' exclamo 'te duo: redde duos.		spiritus infelix peregrinas ibit in auras,	
uenimus huc ambo: cur non discedimus ambo?		nec positos artus unguet amica manus?	
perfide, pars nostri, lectule, maior ubi est?'		ossa superstant uolucres inhumata marinae?	
quid faciam? quo sola ferat? uacat insula cultu;		haec sunt officii digna sepulchra meis?	
non hominum uideo, non ego facta bouum.	60	ibis Cecropios portus, patriaque receptus	125
omne latus terrae cingit mare. nauita nusquam,		cum steteris urbis celsus in arce tuae,	
nulla per ambiguas puppis itura uias.		et bene narraris letum taurique uirique	
finde dari comitesque mihi nentosque ratemque,		sectaque per dubias saxea tecta uias,	
quid sequar? accessus terra paterna negat.		me quoque narrato sola tellure relictam:	
ut rate felici pacata per aequora labar,	65	non ego sum titulus subripienda tuis.	130
temperet ut uentos Aeolus, exul ero.		nec pater est Aegeus, nec tu Pittheidos Aethrae	
non ego te, Crete centum digesta per urbes,		filius: auctores saxa fretumque tui,	
aspiciam, puero cognita terra Ioui.		di facerent, ut me summa de puppe uideres:	
at pater et tellus iusto regnata parenti		mouisset uultus maesta figura fuos.	
probita sunt facta, nomina cara, meo,	70	nunc quoque non oculis, sed qua potes, aspice mente	
cum tibi, ne uictor tecto morerere recurro,		haerentem scopulo, quem uaga pulsata aqua:	136
quae regerent passus, pro duce fila dedi:		aspice demissos lugentis more capillos	
cum mihi dicebas 'per ego ipsa pericula iuro,		et tunicas lacrimis sicut ab imbre grauis.	
te fore, dum nostrum uiuet uterque, meam.'		corpus ut impulsae segetes aquilonibus horret,	
uiuimus, et non sum, Theseu, tua: si modo uiuit		litteraque articulo pressa tremente labat.	140
femina periuri fraude sepulta uiri.	76	non te per meritum, quoniam male cessit, adoro:	
me quoque qua fratrem, mactasses, improbe, elaua:		debita sit facta gratia nulla meo:	
esset quam dederas, morte soluta fides.		sed nec poena quidem. si non ego causa salutis,	
nunc ego non tantum quae sum passura, recordor,		non tamen est, cur sis tu mihi causa necis.	
sed quaecumque potest uilla relicta pati.	80	has tibi plangendo lugubria pectora lassas	145
occurrunt animo pereundi mille figurae:		infelix tendo trans freta longa manus:	
morsque minus poenae quam mora mortis habet.		hos tibi, qui superant, ostendo maesta capillos:	
iam iam uenturos aut hac aut suspicor illae,		per lacrimas oro, quas tua facta mouent:	
qui lanient auido uiscera dente, lupos.		flecte ratem, Theseu, uersoque relabere nelo!	
forsitan et fuluos tellus alat ista leones.	85	si prius occidero, tu tamen ossa feres.	150
quis scit, an et saeuam tigrida Dia ferat?			
et freta dicuntur magnas expellere phocas.			
quis uetat et gladios per latus ire meum?			
tantum ne religer dura captiua catena,			
neue traham serua grandia pensa manu:	90		
cui pater est Minos, cui mater filia Phoebi,			
quodque magis memini, quae tibi pacta fui.			
si mare, si terras porrectaque litora nidi,			
multa mihi terrae, multa minantur aquae.			

## XI

## CANACE MACAREO

Siqua tamen caecis errabant scripta lituris,  
oblitus a dominae caede libellus erit.  
dextra tenet calamus, strictum tenet altera ferrum,  
et iacet in gremio charta soluta meo.

X 31 aut uidi a||| uam (supra ser. etiam m<sup>2</sup>) quae (supra ser. eum m<sup>2</sup>) me P, a. u. aut tamquam quae me G, aut fuerant quae me V, aut etiam Plan., putavi G. uersus depositus. aut certe eum  $\tau$ , ut uidi aut etiam cum Heusinger, aut uidi aut tantum quia me uidisse putavi Madv. putavam Postgate, cetera ut Madv. 40 alte laetatae scripserim. 46 desiderant  $\zeta$  Plan., desideram P  $\omega$ , desiderat G. 69 a Ehwald. 71 uictus P<sup>2</sup>  $\omega$ . 75 uiuit  $\tau$ , uiuis P G  $\omega$ , uiuo Benti. 77-80 spurii? 86 ita editor Eton. duce Heinsio qui proposuerat saeuia tigride Dia uacet. qui scit an et haec tigrides insula habent P, quis scit an haec (et Plan.) saeuas tigridas insula habet G  $\omega$  Plan., an et s. l. intus alat edit. Eton. hodie. uulgatam damnat elisio insula habet. sed fortasse spurii aut 85, 86 aut 86, 87. 87 magnos G  $\tau$ . 99 luisset P<sup>1</sup>, tulisset P<sup>2</sup>. 104 relecta Heins. 106 planxit Benti. cf. 16, 334 al., strauit P (str. certe m<sup>1</sup>) G<sup>2</sup> Plan., texit G<sup>1</sup>, pressit  $\tau$ . 112 at G  $\omega$ . 114, 115 suspecti. 126 urbis P<sup>2</sup>  $\tau$ , urbes P<sup>1</sup>, turbes P<sup>3</sup>, turbae G  $\omega$ . in aure P<sup>1</sup>, in arce P<sup>2</sup> V  $\tau$ , in ore G<sup>1</sup>, honore G<sup>2</sup> Plan., in orbe  $\tau$  Birt. 129 sola Micyllus, solam eodd. 139 horrent P G. 143 ne P V. 149 uelo  $\tau$ , uento P G  $\omega$ . XI in  $\tau$  praemittitur distichon: Acolis Acolidae quam non habet ipsa salutem mittit et armata uerba notata manu.



haec est Aeolidos fratri scribentis imago : 5  
 sic uideor duro posse placere patri.  
 ipse necis euperem nostrae spectator addeset,  
 auctorisque oculis exigeretur opus.  
 ut ferus est multoque suis truculentior Euris,  
 spectasset scicis uulnera nostra genis. 10  
 scilicet est aliquid, cum saeuus uiuere uentis.  
 ingenio populi conuenit ille sui.  
 ille Noto Zephyroque et Sithonio Aquiloni  
 imperat, et piuius, Eure proterue, tuis.  
 imperat, heu, uentis, tumidae non imperat irae ; 15  
 possidet et uitis regna minora suis.  
 quid inuadit admotam per aurorum nomina caelo  
 inter cognatos posse referre louem ?  
 aum minus infestum, funebria munera, ferrum  
 feminea tenco, non mea tela, manu ? 20  
 o utinam, Macareu, quae nos commisit in munus,  
 nensisset leto scrior hora meo !  
 cur unquam plus me, frater, quam frater, amasti,  
 et tibi non debet quod soror esse, fui ?  
 ipsa quoque incalui ; qualemque audire solebam, 25  
 nescio quem sensi corde tepente deum.  
 fugerat ore color ; macies adhaerax artus :  
 sumebant minimos ora coacta cibos ;  
 nec somni faciles, et nox erat annua nobis,  
 et gemitum nullo laesa dolore dabam. 30  
 nec, cur haec facerem, poteram mihi reddere  
 causam ;  
 nec noram quid amans esset : at illud eram.  
 prima malum nutrix animo praesens sit auili,  
 prima mihi nutrix 'Aeoli, dixit 'amas,'  
 erubui, grenioque pudor deiecit oculos : 35  
 haec satis in tacita signa fatentis erant.  
 iamque tumescebant uitati pondera nentris,  
 aegraque furtiuum membra granabat onus.  
 quas mihi non herbas, quae non medicamina nutrix  
 attulit audaci supponitque manu, 40  
 ut penitus nostris (hoc te clauimus unum)  
 uisceribus creseens excuteretur onus !  
 a, nimium uiuax admotis restitit infans  
 artibus, et tecto tutus ab hoste fuit.  
 iam nouiens erat orta soror pulcherrima Phoebi, 45  
 denique luciferos Luna mouebat equos :  
 nescia, quae faceret subitos mihi causa dolores,  
 et rudis ad partus et noua miles eram.  
 nec tenui uocem. 'quid' ait 'tua crimina prodis ?'  
 oraque clamantis conscia pressit anus. 50  
 quid faciam infelix ? gemitus dolor edere cogit,  
 sed timor et nutrix et pudor ipse uentat.  
 contingo gemitus elapsaque uerba rependo,  
 et egor lacrimas conbibere ipsa meas.  
 mors erat ante oculos ; et opem Lucina negabat : 55  
 et graue, si morerer, mors quoque crimen erat :  
 cum super incumbens scissa tunicaeque eomaque  
 pressa refouisti pectora nostra tuis,  
 et mihi ' uiue, soror, soror o curissima, ' aisti,  
 ' uiue, nec unius corpore perde duos ! 60  
 spes bona det uires ; fratri nam nupta futura es.  
 illius, de quo mater, et uxor eris.'  
 mortua, crede mihi, tamen ad tua uerba renixi :  
 et positum est nteri crimen onusque uici.  
 quid tibi grataris ? media sedet Aeolus aula : 65  
 crimina smnt oculis subripienda patris.  
 frugibus infantem ramisque albensis oliuae  
 et leuibis nittis sedula celat anus,  
 fictaque sacra facit, dicitque precantia uerba :  
 dat populus saeris, dat pater ipse uiam. 70

iam prope limen erat. patrias uagitus ad auris  
 uenit, et indicio proditur ille suo.  
 eripit infantem mentitaque sacra reuelat  
 Aeolus : insana regia noce sonat.  
 ut inare fit tremulum, tenui cum stringitur aura,  
 ut quatitur tepido fraxina uirga Noto, 76  
 sic mea uibrari pallentia membra uideres :  
 quassus ab imposito corpore lectus erat.  
 inruit et nostrum uulgat clamore pudorem,  
 et uix a misero continet ore manus. 80  
 ipsa nihil praeter lacrimas pudibunda profudi.  
 torpuerat gelido lingua retenta metu.  
 iamque dari paruum canibusque anibusque nepotem  
 iusserat, in solus destituitque locis.  
 uagitus dedit ille miser (sensisse putares) 85  
 quaque suum poterat noce rogabat auum.  
 quid mihi tunc animi credis, germane, fuisse,  
 nam potes ex animo colligere ipse tuo,  
 cum mea me coram siluas inimicus in altis  
 niscera montanis ferret edenda lupis ? 90  
 exierat thalamo. tunc demum pectora plangi  
 contigit inque meas unguibus ire genas.  
 interea patrius uultu maerente satelles  
 uenit, et indignos edidit ore sonos  
 'Aeolus hunc ense mittit tibi' tradidit ense 95  
 'et iubet ex merito scire, quid iste uelit.'  
 scimus ; et utemur uiolento fortiter ense :  
 pectoribus condam dona paterna meis.  
 his mea muneribus, genitor, contulit donas ?  
 hac tua dote, pater, filia diues erit ? 100  
 tolle procul decepte faces, Hymenaeae, maritas,  
 et fuge turbato tecta nefanda pede.  
 ferte faces in me, quas fertis, Erinyes atrae,  
 ac mens ex isto luceat igne rognis.  
 nubite felices Parca meliore sorores, 105  
 amissae memores sed tamen este uici.  
 quid puer admisit tam paucis editis horis ?  
 quo laesit facto nix bene natus auum ?  
 si potnit memisse necem, ueruisse putetur :  
 a miser, admissio plectitur ille meo ! 110  
 nate, dolor matris, rapidarum praeda ferarum,  
 ei mihi, natali dilacerate tuo :  
 nate, parum fausti miserabile pigmus amoris :  
 haec tibi prima dies, haec tibi summa fuit.  
 non mihi te lenit lacrimis perfluere iustis, 115  
 in tua non tonsas ferre sepulchra comas :  
 non super incului, non oscula frigida carpsi.  
 diripiunt auidae uiscera nostra ferae.  
 ipsa quoque infantis cum uulnere prosequa, umbras,  
 nec mater fuero dicta nec orba diu. 120  
 tu tamen, o frustra miserae sperate sorori,  
 sparsa, precor, nati collige uembra tui,  
 et refer ad matrem socioque impone sepulchro,  
 urnaque nos habeat quamlibet arda duos.  
 uiue memor nostri, lacrimasque in uulnera funde,  
 neue reformida corpus uantis amans. 126  
 [tu, rogo, dilectae nimium mundata sororis  
 perfer. mandatam persequar ipsa patris.]

## XII

## MEDEA IASONI

At tibi Colethorum, memini, regina naeani,  
 ars mea, cum peteres, ut tibi ferret opem.  
 tunc quae dispensans mortalia fila sorores  
 debuerant fusos euoluisse meos.

XI 19 non minus u. 27 ora V. 28 animos P<sup>1</sup>. 42 exueret  $\tau$ . 44 lectis G. 45 aucta malim. 46 uonaque P  $\tau$ . 49 agit P<sup>1</sup>, agis  $\tau$ . 53 contingo  $\tau$  Heins., continuo P G  $\omega$ . 56 si morerer  $\tau$ , sinior P<sup>1</sup>, si uiorior P<sup>2</sup>. erat quod supra adscriptum est glossema non lectio est. si morior G<sup>1</sup>, si morur G<sup>2</sup>. 59 dixi  $\tau$  Riese. 61 ita G  $\omega$ , fratri ex u. n. f. P<sup>2</sup> in marg., P<sup>1</sup> in ras., germani n. f. c. Bentl., germauo n. f. c. Elhw. 67 frandibus G V Plan. 72 ipse G  $\tau$ . 76 fraxiuces (a<sup>2</sup>) P quinque ultimis litteris expunetis. fraxinus icla scripserim. 82 gelida lingua retenta manu P. 91 plani P<sup>1</sup> G  $\omega$ . 92 meas. in ras P, genas P<sup>2</sup>, P<sup>1</sup> in ras. 104 ue Merkel, at P, et G, ut  $\tau$ . 106 amissae P G, admissi  $\omega$ . 125 uulnera P, fulure G, funere  $\tau$ , quod non speruendum. 127, 128 spuri, ut Heinsio uisum. tu rogo prouectae P<sup>2</sup> in marg. prima scriptura erasa, teste Sedlm. utiniam P<sup>1</sup>, soriras P<sup>2</sup>, mandatum P<sup>2</sup>, uandatis P G  $\omega$ , persequar P, perfruar G  $\omega$ . XII in  $\tau$  praemittitur hoc distichon : erant inops contemptu noua Medea marito dicit. an a uentis tempora nulla uent. 1 ut G  $\tau$ . 3 jila  $\tau$  Heins., facta P, fata G, cf. Am. 3. 1. 17.

tum potui Medea mori bene. quidquid ab illo produxi uitae tempore, poena fuit.	5	sunt in eo, fuerant certe, delubra Dianae : aurea barbarica stat dea facta manu.	70
ei mihi, cur umquam iuuenalibus acta lacertis Phrixeam petiit Pelias arbor ouem ?		noscis, an exciderunt mecum loca ? uenimus illuc : orsus es infido sic prior ore loqui :	
cur umquam Colchi Magnetida uidimus Argon, turbaque Phasiacam Graia bibistis aquam ?	10	' ius tibi et arbitrium nostrae fortuna salutis tradidit, inque tua est uitae morsque manu. perdere posse sat est, siquem iuuet ipsa potestas : sed tibi seruatus gloria maior ero.	76
cur mihi plus aequo flauii placuere capilli et decor et linguae gratia ficta tuae ?		per mala nostra precor, quorum potes esse leuamen, per genus et numen cuncta uidentis aui, per triplicis uultus arcanaque sacra Dianae, et si forte aliquos gens habet ista deos :	80
aut semel in nostras quoniam noua puppis harenas uenerat, audacis attuleratque uiros,	15	o uirgo, miserere mei, miserere meorum : effice me meritis tempus in omne tuum ! quod si forte uirum non dedignare Pelasguum,— sed mihi tam faciles unde meosque deos ?—	
isset anhelatos non praemedicatus in ignes immemor Aesonides oraue adusta boum, semina senissset, totidem quot semina et hostes, et caderet cultu cultor ab ipse suo.	20	spiritus ante meus tenues nanescent in auras, quam thalamo, nisi tu, nupta sit ulla meo : conscia sit luno, sacris praefecta maritis, et dea, marmorea cuius in aede sumus !'	85
quantum perfidiae tecum, scelerate, perisset, dempta forent capiti quam mala multa meo !		haecanimum(et quota pars haec sunt?) mouere puellae simplicis, et dextrae dextera iuncta meae.	90
est aliqua ingrato meritum exprobrare uoluptas. hac fruar ; haec de te gaudia sola feram.	25	uidi etiam lacrimas. an pars est fraudis in illis ? sic cito sum uerbis capta puella tuis. iungis et acripedes inadusto corpore tauros et solidam iusso uomere findis humum.	95
iussus inexpertam Colchos aduertere puppim, intrasti patriae regna beata meae.		arua uenenatis pro semine dentibus imple : nascitur et gladios scutaque iniles habet.	
hoc illic Medea fui, noua nupta quod hic est : quam pater est illi, tam mihi diues erat.	30	ipsa ego, quae dederam medicamina, pallida sedi, cum uidi subitis arma tenere uiros : donec terrigenae, facinus mirabile, fratres inter se strictas conseruere manus.	100
hic Ephyren bimarem, Scythia tenuis ille niuosa omne tenet, Ponti qua plaga laeua iacet.	35	peruigil ecce draco squamis crepitantibus horrens sibilat, et torto pectore uerrit humum. dotis opes ubi erant ? ubi erat tibi regia coniunx, quique maris gemini distinet Isthmos aquas ?	
accipit hospitio iuuenes Aeeta Pelasgos, et premitis pictos corpora Graia toros.	40	illa ego, quae tibi sum nunc denique barbara facta, nunc tibi sum pauper, nunc tibi uisa nocens, flammea subdixi medicato lumina somno, et tibi, quae raperes, uellera tuta dedi.	106
tunc ego te uidi, tunc coepi scire, quis esses. illa fuit mentis prima ruina meae.		proditus est genitor, regnum patriamque reliqui ; munus in exilio quodlibet esse tuli.	110
et uidi et perii ; nec notis ignibus arsi, ardet ut ad magnos pinea taeda deos.	45	uirginitas facta est peregrini praeda latronis ; optima cum cara matre relicta soror. at non te fugiens sine me, germane, reliqui. deficit hoc uno littera nostra loco.	
et formosus eras, et me mea fata trahebant : abstulerant oculi lumina nostra tui.	50	quod facere ausa mea est, non audeo scribere dextra. sic ego, sed tecum, dilaceranda fui.	116
perfide, sensisti. quis enim bene celat amorem ? eminet indicio prodita flamma suo.		nec tamen extimui, (quid enim post illa timerem ?) credere me pelago femina, iamque nocens, numen ubi est ? ubi di ? meritas subeamus in alto, tu fraudis poenas, credulitatis ego.	120
dicitur iterea tibi lex, ut dura ferorum insolito premeres uomere colla boum.	55	compressos utinam Symplegades elisissent, nostraque adhaerent ossibus ossa tuis, aut nos Scylla rapax canibus mersisset edendos debuit ingratis Scylla nocere uiris.	
Martis erant tauri plus quam per cornua saeui, quorum terribilis spiritus ignis erat :		quaeque uomit totidem fluctus totidemque resorbet, nos quoque Trinacriae subposuisset aquae !	126
aere pedes solidi, praetentaque naribus aera, nigra per adflatus haec quoque facta suos.	60	sospes ad Haemonias uictorque reuerteris urbes : ponitur ad patrios aurea lana deos. quid referam Peliae natas pietate nocentes caesaque uirginea membra paterna manu ?	130
semina praeterea populos genitura iuberis spargere deuota lata per arua manu,		ut culpent alii, tibi me laudare necesse est, pro quo sum totiens esse coacta nocens, ausus es, o iusto desunt sua uerba dolori,	
qui peterent natis secum tua corpora telis : illa est agricolae messis iniqua suo.	65		
lumina custodis, succumbere nescia somno, ultimius est aliqua decipere arte labor.			
dixerat Aeetes. maesti consurgitis omnes, mensaque purpureos deserit alta toros.			
quam tibi tunc longe regnum dotale Creusae et socer et magni nata Creontis erant ?			
tristis abis. oculis abeuntem prosequor udis, et dixit tenui murnure lingua ' uale !'			
ut positum tetigi thalamo male saucia lectum, acta est per lacrimas nox mihi, quanta fuit.			
ante oculos taurique meos segetesque nefandae, ante meos oculos peruigil anguis erat.			
hinc amor, hinc timor est ; ipsum timor auget amorem.			
mane erat, et thalamo cara recepta soror disiectamque comas aduersaque in ora iacentem inuenit, et lacrimis omnia plena meis.			
orat opem Minyis. alter petit, alter habebit : Aesonio iuueni quod rogat illa, damus.			
est nemus et piceis et frondibus ilicis atrum : uix illuc radiis solis adire licet.			

XII 6 uitae = Heins., uitam P G ω. 9 Argo P, uide ad 6. 65. 15 praemeditatus P ω Plan. 16 adusta ζ, aduena G P<sup>2</sup> ω, P<sup>1</sup> in ras. 17 icisset G P<sup>1</sup> in ras. sensisset P<sup>2</sup>. totidem quot semina et = Madv., totidemque et semina et P, totidem quod seminat hostes G<sup>1</sup>, t. sumpsisset et G<sup>2</sup> ω, t. sensisset et ζ, icisset totidem seuisset et Shuckburgh, Plan. 18 ut P ω. 25 fuit P G, fui ζ Heins. 30 grata P V. 31 quis P G, quid ζ Burm., cf. Pont. 1. 7. 33 ut—ut Egnatius. 39 dixerat P<sup>2</sup> G ω. rex P G ω, corr. Heins. 56 erat P. 62 ct. est malim. 63 uersa V τ. 65 ita P<sup>1</sup> cum quo facit Plan. Birt, Sedlm. petit altera et altera habebit P<sup>2</sup> G, habebat G<sup>2</sup>, alter petit /// altera habebit V. 71 noscis G V, nescio P sed o m<sup>2</sup> supra ras. exciderant P<sup>2</sup> G. mecum. animo G Plan. 80 aliquos P G ω, aequos ego, alios ζ, cf. Fast. 6. 766. 91 an et ars Sedlm. 93 excidit fortasse distichon. et om. G τ, unde acripedes coni. Heins. 99 miserabile G ω. 100 inter constrictas P. 101 peruigil ecce draco P<sup>2</sup> τ, insopor ecce uigil P<sup>1</sup> ω, insuper ecce uigil Heinsius. 103, 104 exulare iubet Ehwald. 110 quodlibet P, quolibet = Burm., quod licet G ω. nomen pro minus Bentl. 118 tanque τ. 123 mersisset ego, misisset codd. cf. Met. 14. 72.

ausus es 'Aesoniam' dicere 'cede domo!'  
 iussa domo cessi, natis comitata duobus 135  
 et, qui me sequitur semper, amore tui  
 ut subito nostras Hymen cantatus ad aures  
 venit, et accenso lampades igne micant,  
 tibiaeque effundit socialia carmina uobis,  
 at mihi funerea flebiliora tuba, 140  
 pertinui; nec adhuc tantum scelus esse putabam:  
 sed tamen in toto pectore frigus erat.  
 turba ruunt, et 'Hymen' clamant, 'Hymenaeae' fre-  
 quenter.  
 quo propior uox haec, hoc mihi peius erat.  
 diuersi flebant serui, lacrimasque tegebant. 145  
 quis uellet tanti nuntius esse mali?  
 me quoque, quidquid erat, potius nescire iuabat:  
 sed tanquam scirem, mens mea tristis erat.  
 † cum minor e pueris, iussus studioque uidendi,  
 constitit ad geminae limina prima foris. 150  
 'hinc mihi, mater, abi! potnam pater' inquit 'Iason  
 ducit, et adiunctos aureus urget equos.'  
 protinus abscessa planxi mea pectora ueste,  
 tuta nec a digitis ora fuere meis.  
 ire animus mediae suadebat in agmina turbae, 155  
 sartaque compositis demere rapta comis.  
 uix me continui, quin sic lanata capillos  
 clamarem 'meus est' iniceremque manus.  
 laese pater, gaude; Colchii gaudente relicti:  
 inferias mibrae fratris habete mei. 160  
 deseror, amissis regno patriaque domoque,  
 coniuge, qui nobis omnia solus erat.  
 serpentis igitur potui taurosque furentes,  
 unum non potui perdimissem uirum.  
 quaeque feros pepuli doctis medicatibus ignes, 165  
 non ualeo flammam effugere ipsa meas.  
 ipsi me cantus herbaeque artesque relinunt;  
 nil dea, nil llaecates sacra potentis agunt.  
 non mihi grata dies; noctes uigilantur amarae,  
 et tener a misero pectore somnus abit. 170  
 quae me non possum, potui sopire draconem.  
 utilior cuius quam mihi cura mea est.  
 quos ego seruauit, paterplex amplectitur artus,  
 et nostri fructus illa laboris habet.  
 forsitan et, stupidae dum te iactare maritae 175  
 quaeris et iniustus auribus apta loqui,  
 in faciem moresque meos noua crimina lingas:  
 rideat et uitis laeta sit illa meis.  
 rideat, et Tyrio iaceat sublimis in ostro:  
 flebit, et ardore uinct adusta meos! 180  
 dum ferrum flammamque aderunt uiscusque ueneni,  
 hostis Medae nullus inultus erit.  
 quod si forte preces praecordica ferrea tangunt,  
 nunc animis audi uerba minima meis.  
 tam tibi sum supplex quam tu mihi saepe fuisti;  
 nec moror ante tuos proeubuisse pedes. 186  
 si tibi sum uilis, communis respice natos:  
 saeuient in partus dira nocera meos.  
 et nimium similes tibi sunt, et imagine tangor,  
 et, quotiens uideo, lumina nostra madent. 190  
 per superos oro, per anitae lumina flammae,  
 per meritum et natos, pignora nostra, duos:  
 redde torum, pro quo tot res insana reliqui:  
 adde fidem dietis, auxiliumque refer.  
 non ego te imploro contra taurosque uirosque, 195  
 utque tua serpens uicta quiescat ope.  
 te peto, quem merui, quem nobis ipse dedisti,  
 cum quo sum pariter facta parente parens.

dos ubi sit, quaeris? campo numerauimus illo,  
 qui tibi laturo uellus arandus erat. 200  
 aureus ille aries uillo spectabilis alto  
 dos mea; quam dicam si tibi 'redde,' neges.  
 dos mea tu sospes; dos est mea Graia iuuentus:  
 i nunc, Sisyphias, improbe, confer opes. 204  
 quod uiuis, quod habes nuptam soeuerumque potentis,  
 hoc ipsum, ingratus quod potes esse, meum est.  
 quos equidem actutum—sed quid praediciere poemam  
 attinet? ingentis parturit ira minas.  
 quo fert ira, sequar: facti fortasse pigebit;  
 et piget infido consuliisse uiro. 210  
 uiderit ista deus, qui nunc mea pectora uersat.  
 nescio quid certe mens mea maius agit.

## XIII

## LAODAMIA PROTESILAEO

Mittit, et optat amans, quo mittitur, ire salutem,  
 Haemonis Haemoneio Laodamia uiro.  
 Aulide te fama est uento retinente morari?  
 a, me cum fugeres, hic ubi uentus erat?  
 tum freta debuerant uestris obsistere remis; 5  
 illud erat saeuus utile tempus aquis.  
 oseula plura uiro mandataque plura dedissem:  
 et sunt quae uolui dicere multa tibi.  
 raptus es hinc praecipit, et qui tua uela uocaret,  
 quem cuperent nautae, non ego, uentus erat. 10  
 uentus erat nautis aptus, non aptus amanti:  
 solnor ab amplexu, Protesilaee, tuo,  
 linguaque mandantis uerba imperfecta reliquit:  
 uix illud potui dicere triste 'uale.'  
 ineubuit Boreas, abreptaque uela tetendit: 15  
 iamque mens longe Protesilaus erat.  
 dum potui spectare uirum, spectare iuabat:  
 sumque tuos oculos usque secuta meis.  
 ut te non poteram, poteram tua uela uidere,  
 uela diu uultus detinere meos. 20  
 at postquam nec te nec uela fugacia uidi,  
 et, quod spectarem, nil nisi pontus erat,  
 lux quoque tecum abiit, tenebrisque exanguis obortis  
 succiduo dicor proeubuisse genu.  
 uix soeer Iphiclus, uix me grandaeuus Acastus, 25  
 uix mater gelida maesta refecit aqua.  
 officium fecere plum, sed inutile nobis.  
 indignor miserae non licuisse mori.  
 ut rediit animus, pariter rediere dolores.  
 pectora legitimus casta momordit amor. 30  
 nec mihi pectendos cura est praebere capillos,  
 nec libet aurata corpora ueste tegi.  
 ut quas pampinea tetigisse Bicoringer hasta  
 creditur, huc illuc, qua furor egit, eo.  
 conueniant matres Phylaeides, et mihi clamant 35  
 'indue regales, Laodamia, sinus.'  
 scilicet ipsa geram saturatas murice uestes,  
 bella sub flacis moenibus ille gerat?  
 ipsa comas pectat, galea caput ille prematur:  
 ipsa nouas uestes, dura uir arma ferat? 40  
 qua possum, squalore tuos imitata labores  
 dicar; et haec belli tempora tristis agam.  
 Dyspari Priamide, damno formose tuorum,  
 tam sis hostis iners quam malus hospes eras.  
 aut te Taenariae faciem enlapse maritae, 45  
 aut illi uellem displicuisse tuam.

XII 140 at. ci P. 141 putabat P teste Sedlm., patebat Heins. 143 Hymenaeae f. P (que<sup>2</sup>), hymenae G. frequenter P, frequentant G w. 149 ita P G. clamore Pheres coni. ego, melius rauore Housman, Phaece non improban. τ habent iussus, iussu, uisu, uisu, iussu, iussu, iussu, iussu. iussu Merkel, iussus malim. 151 huc τ, huc uel huc malim, hinc—abis? uel huc—adi Postgate. 165 pepuli τ, repudi (l supra scr.) P, repuli G, an fudi? 170 uoc codd., et scripsi. teneor a misero P<sup>1</sup> ut uid., teneam misero G w. habet codd., abt scripsi. cf. Trist. 4. 3. 22, Art. 2. 546, abst ci. Postgate. 185 tam τ, tam P G w. quam, quod P<sup>2</sup> G w. 201 atto P<sup>1</sup> Sedlm. Ehwald, qui confert Ap. Rhod. 4. 177, auro P<sup>2</sup> G, auro w. 203 geata P. 205 potentem P<sup>2</sup> G w. 209 fert ego, fert P, sed t m<sup>2</sup> w. 211 uidecis P<sup>1</sup>. deos P<sup>1</sup>. XIII 7 plura τ. 13 mandatis P G w. 29 utque u. uedit G. 34 quo τ. 35 Phylaeides G w uulgo, Phylaeides P<sup>1</sup>, Phylaeides P<sup>2</sup>, Phylaeides Heins. 37-40 ex P abscessi, praeter s in scilicet et uiscus, luras τ. 38 gret G w. 39 pectat V τ, pectam w. 40 fert G V. 41 quo P<sup>2</sup> τ. 43 Dyspari Hubertinus, coll. Il. 3. 39, dux Paci codd.

tu, qui pro rapta nimum, Menelae, laboras,  
 ei mihi, quam multis flebilis ultor eris!  
 di, precor, a nobis omen remouete sinistrum,  
 et sua det reduci uir meus arma Ioui. 50  
 sed timeo, quotiens subiit miserabile bellum:  
 more nuius lacrimae sole madentis eunt.  
 Ilion et Tenedos Simoisque et Xanthus et Ide  
 nomina sunt ipso paene timenda sono.  
 nec rapere ausurus, nisi se defendere posset, 55  
 hospes erat: uires nouerat ille suas.  
 uenerat, ut fama est, multo spectabilis auro,  
 quique suo Phrygias corpore ferret opes,  
 classe uirisque potens, per quae fera bella geruntur;  
 et sequitur regni pars quotacumque sui? 60  
 his ego te uictam, consors Ledaeva gemellis,  
 suspicor: haec Danaïs posse nocere puto.  
 [Hectora nescio quem timico: Paris Hectora dixit  
 ferrea sanguinea bella mouere manu.]  
 Hectora, quisquis is est, si sum tibi cara, caueo;  
 signatum memori pectore nomen habe. 66  
 hunc ubi uitaris, alios uitare memento,  
 et multos illic Hectoras esse puta:  
 et facito ut dicas, quotiens pugnare parabis,  
 'parcere me iussit Laodamia sibi.' 70  
 si cadere Argolico fas est sub milite Troiam,  
 te quoque non ullum uulnus habente cadat.  
 pugnet et aduersos tendat Menelaus in hostis: 73  
 hostibus e mediis nupta petenda uiro est. 76  
 causa tua est dispar: tu tantum uiuere pugna,  
 inque pios dominae posse redire sinus.  
 parcite, Dardanidae, de tot, precor, hostibus uni,  
 ne meus ex illo corpore sanguis eat. 80  
 non est, quem deceat nudo concurrere ferro,  
 saenaque in obpositos pectora ferre uiros.  
 fortius ille potest multo, quam pugnat, amare.  
 bella gerant alii: Protesilaus amet. 85  
 nunc fateor, uolui renouare animusque ferebat.  
 substitit auspicii lingua timore mali.  
 cum foribus uelles ad Troiam exire paternis,  
 pes tuus offenso limine signa dedit.  
 ut uidi, ingemui tacitoque in pectore dixi  
 'signa reuersuri sint, precor, ista uiri!' 90  
 haec tibi nunc refero, ne sis animosus in armis.  
 fac meus in uentos hic timor omnis eat.  
 sors quoque nescioquem fato designat iniquo,  
 qui primus Danaum Troada tangat humum.  
 infelix, quae prima uirum lugebit ademptum!  
 di faciant, ne tu strenuus esse uelis! 95  
 inter mille rates tua sit millensima puppis,  
 iamque fatigatas ultima uerset aquas.  
 hoc quoque praemoneo, de naue nouissimus exi;  
 non est, quo properas, terra paterna tibi. 100  
 cum uenies, remoque moue ueloque carinam,  
 inque tuo celerem litore siste gradum.  
 siue latet Phocbus, seu terris altior exstat,  
 tu mihi luce dolor, tu mihi nocte uenis:  
 nocte tamen quam luce magis. nox grata puellis,  
 quarum subpositus colla lacertus habet. 106  
 aucupor in lecto mendaces caelibe somnos.  
 dum careo ueris, gaudia falsa iuuant.  
 sed tua cur nobis pallens occurrit imago?  
 cur uenit, a, uerbis multa querela tuis? 110  
 excutior somno, simulacraque noctis adoro:  
 nulla caret fumo Thessalis ara meo:

tura damus, lacrimamque super, qua sparsa reluet,  
 ut solet affuso surgere flamma mero.  
 quando ego te reducem cupidis amplexa lacertis  
 languida laetitia soluar ab ipsa mea? 116  
 quando erit, ut lecto mecum bene iunctus in uno  
 militiae referas splendida facta tuae?  
 quae mihi dum referes, quamuis audire iuuabit,  
 multa tamen rapies oscula, multa dabis. 120  
 semper in his apte narrantia uerba resistent:  
 promptior est dulci lingua relecta mora.  
 sed cum Troia subit, subeunt uentique fretumque;  
 spes bona sollicito uicta timore cadit.  
 hoc quoque, quod uenti prohibent exire carinas, 125  
 me mouet: inuitis ire paratis aquis.  
 quis uelit in patriam reno prohibente reuerti?  
 a patria pelago uela uetante datis.  
 ipse suam non praebet iter Neptunus ad urbem;  
 quo ruitis? uestras quisque redite domos! 130  
 quo ruitis, Danaï? uentos audite uentantis!  
 non subiti casus, numinis ista mora est.  
 quid petitur tanto nisi turpis adultera bello?  
 dum licet, Inachiae uertite uela rates.  
 sed quid ago? reuoco? reuocaminis omen abesto,  
 blandaque compositas aura secundet aquas. 136  
 Troas in inuideo, quae sic lacrimosa suorum  
 funera conspiciet, nec procul hostis erit.  
 ipsa suis manibus forti noua nupta marito  
 imponet galeam Dardanaeque arma dabit. 140  
 arma dabit, dumque arma dabit, simul oscula sumet  
 (hoc genus officii dulce duobus erit),  
 producetque uirum, dabit et mandata reuerti,  
 et dicet 'referas ista fac arma Ioui!'  
 ille, ferens dominae mandata recentia secum 145  
 pugnabit caute, respicietque domum.  
 exuet haec reduci clipeum, galeamque resoluat,  
 excipietque suo corpora lassa sinu.  
 nos sumus incertae; nos anxius omnia cogit,  
 quae possunt fieri, facta putare timor. 150  
 dum tamen arma geres diuerso miles in orbe,  
 quae referat uultus est mihi cera tuos.  
 illi blanditias, illi tibi debita uerba  
 dicimus, amplexus accipit illa meos.  
 crede mihi, plus est, quam quod uideatur, imago:  
 adde sonum ceriae, Protesilaus erit. 156  
 hanc specio, teneoque sinu pro coniuge uero,  
 et, tamquam possit uerba referre, queror.  
 per reditus corpusque tuum, mea numina, iuro,  
 perque pares animi coniugique faces, 160  
 [perque, quod ut uideam canis albere capillis,  
 quod tecum possis ipse ferre, caput,]  
 me tibi uenturam comitem, quocumque uocaris,  
 siue — quod heu timeo, siue superstes eris.  
 ultima mandato claudetur epistula paruo: 165  
 sit tibi cura mei, sit tibi cura tui!

## XIV

## HYPERMNESTRA LYNCEO

Mittit Hypermnestra de tot modo fratribus uni:  
 cetera nuptarum crinine turba iacet.  
 clausa domo teneor grauiusque coercita uinclis:  
 est mihi supplicii causa fuisse piam.

XIII 53 *xantus* P G. 55 *nisi si* Burn. 60 *quotacumque* P<sup>2</sup> Heins. Bentl. cf. Tib. 2. 6. 54, *quotaque* P<sup>1</sup>, *quotaque* G. 63, 64 sine dubio eiciendi. 73 post h. u. in codd. recentioribus cum Plan. leguntur: *ut rapiat Paridi quam Paris ante sibi irruat et causa quem uincit uincat et armis*. 77 *uoluo* P<sup>1</sup>. 83 *amore* P<sup>2</sup> ω Plan. sed 82, 83 ab Ouidio abiudicandi. 87 *laribus* Bentl. 100 *properas* = Franc., *properes* P G ω. 110 *a!* Madv., *a* uulgo. *tuis*. *tens* P unde suspicaris *latens* in archetypo fuisse. olim edidi *a u. multa, q. latens*. *labris* pro *uerbis* Jackson, Birt, Sedlm. an *uobis*—*latens*. 113 *lacrimasque* τ. *qua* (quae G) *sparsa reluet* τ, *quae sarcluet* P, *ara* mg. m<sup>1</sup> ut mihi quidem uisum, *i* supra *quae* scripto. 114 *afuso* G, *a fuso* τ. 120 *multata* *merapites* P<sup>1</sup>. *repetes* Rappold, *capies* = Plan. 122 *relecta* Francius, alii cf. Fast. 4. 610, *refere* P, *referre* G ω, *retenta* τ. 124 *solliciti* P, om. Plan. 135 *sed* (nisi si uerius) *quid ego reuoco* quattuor ultimis litteris inculcatis: tum rasura, supra quam *reuocantis* et scriptum est m<sup>2</sup> P, *sed quid ago reuocans? omen reuocantis abesto* G, *reuocaminis omen* Heins. Bentl. Merki., mira uarietas in τ. 137 *Troas* P, *Troadas* G V ω, corr. Salmasius. *qui* P V. 140 *barbaraque* ω. 141, 142 spurii uidentur. 144 *ara fac ista* G ω. 152 *certa* P<sup>1</sup> G<sup>1</sup>. 154 *tuos* V. 161, 162 furca expellendi. 161 ut m<sup>2</sup> P. 165, 166 spurii, ut Sedlmayero uidentur. 166 *si tibi* τ, P (?). XIV 1, 2 suspecti.

quod manus extimuit iugulo demittere ferrum, sum rea : laudarer, si scelus ausa forem.	5	haec ego. dumque queror, lacrimae sua uerba se- quuntur, deque meis oculis in tua membra cadunt.
esse ream praestant quam sic placuisse parenti ; me pater igne licet, quem non uiolauimus, urat, quaeque aderant saceris, tendat in ore faeces :	10	dum petis amplexus sopitaque brachia iactas, paene manus telo saucia facta tua est.
aut illo iugulet, quem non bene tradidit, ense, uir, qua non eecidit ut nece, nupta cadam : non tamen, ut dicant morientia 'paenitet' ora, efficiat : non est, quam piget esse piam.	15	territis exurgis : fugit omnis inertia somni : aspicis in timida fortia tela manu.
paeniteat secleris Danaum saeuasque sorores. hic solet euentus facta nefanda sequi. cor paret admonitu temeratae sanguine noctis, et subitus dextrae praepedit ossa tremor.	20	quaerenti causam 'dum nox sinit, effuge' dixi : 'dum nox atra sinit,' tu fugis, ipsa moror.
quam tu caede putes fungi potuisse mariti, scribere de facta non sibi caede timet.	25	mane erat, et Danaus generos ex caede iacentis dinumerat ; summae criminis unus abes.
sed tamen experiar. modo facta crepuscula terris, ultima pars lucis primaque noctis erat : ducimur Inachides magni sub tecta Pelasgi, et socer armatas accipit ipse nurus.	30	fert male cognatae iacturam mortis in uno, et queritur factum sanguinis esse parum.
undique conlucent praecipitae lanapades auro : dantur in inuitos impia turpa foecis :	35	abstrahor a patriis pedibus, raptaque capillis, (haec meruit pietas praemia) carere habet.
uulgus 'Hymen, Hymenae' uocant ; fugit ille uocantis :	40	scilicet ex illo lunonia permanet ira, cum bos ex homine est, ex bone facta dea.
ipsa Iouis coniunx cessit ab urbe sua. ecce mero dubii, comitum clamore frequentes, illor nouo madidas impediante comas,	45	at satis est poenae teneram mugisse puellam, nee, modo formosam, posse placere Ioni.
in thalamos lacti, thalamos, sua busta, feruntur, strataque corporibus, funere digna, premunt, iamque cibo uinoque graues somnoque iacebant, securumque quies alta per Argos erat :	50	adstitit in ripa liquidi noua naeua parentis, cornuaque in patriis non sua uidit aquis :
circum me gemitus morientum audire uidebar, et tamen audieram, quodque nerebar, erat.	55	conatoque queri mugitus edidit ore, territaque est forma, territa uoce sua.
sanguis abit, mentemque calor corpusque relinquit, inque nouo iacui frigida facta toro.	60	quid furis, infelix ? quid te miraris in umbra ? quid numeras factos ad noua membra pedes ?
ut leni zephyro graciles uibrantur aristae, frigida populeas ut quatit aura comas, aut sic aut etiam tremi magis. ipse iacebas, quaeque tibi dederam nina sororis erant.	65	illa Iouis magni paelex metuenda sorori, fronde lenas nimiam enespitibusque famem :
excussere metum uiolenti iussa parentis : erigor, et capio tela tremente manu.	70	fonte bibis, speetasque tuam stupetacta figuram, et, te ne feriant quae geris arma, times.
non ego falsa loquar : ter acutum sustulit ense, ter male sublato reecidit ense manus.	75	quaeque modo, ut posses etiam Ioue digna uideri, diues eras, nuda nuda recumbis humo.
ad moui iugulo—sine me tibi uera fateri— ad moui iugulo tela paterna tuo :	80	per mare, per terras cognatae illumina curris : dat mare, dant amnes, dat tibi terra uiam.
sed timor et pietas crudelibus obstilit ausis, castaque mandatam dextra refugit opus.	85	quae tibi causa fugae ? quid, Ioue, freta longa pererras ? non poteris uultus effugere ipsa tuos.
purpureos laniata sinus, laniata capillos exiguo dixi talia uerba sono :	90	Inachi, quo properas ? eadem sequerisque fugisque : tu tibi dux comiti, tu comes ipsa duci.
'sacens, Hypermnestra, pater est tibi ; iussa parentis effice : germanis sit comes iste snis.	95	per septem Nilus portus emissus in aequor exiit insana paelcis ora boue, ultima quid referam, quorum mihi cana senectus auctor ? dant anni, quod querar, ecce mei.
femina sum et uirgo, natura mitis et annis : non facimur molles ad fera tela manus.	100	bella pater patruusque gerunt ; regnoque domoque pellimur. cinctos uulnus orbis habet.
quin age, dumque iacet, fortis imitare sorores : credibile est caesos omnibus esse uiros.	105	[ille ferox solus solio sceptroque potitur : cum sene nos inopi turba uagumur inops.]
si manus haec aliquam posset committere caedem, morte foret dominae sanguinolenta suae.	110	de fratrum populo pars exiguissima restat.
an meruere necem patrnelia regna petendo quae tamen externis praecidia danda forent ?	115	quique dati leto, quaeque dedere, deo.
finge uiros meruisse mori. quid fecimus ipsae ? quo mihi commissio non licet esse piae ?	120	nam mihi quot fratres, totidem perire sorores : accipiat lacrimas utraque turba meas.
quid mihi cum ferro ? quo bellicia tela puellae ? aptior est digitis lana colusque meis.'	125	eu ego, quod uiuis, poenae crucianda reseruo : quid licet sonti, cum rea laudis agar,

XIV 5 *dimittere* P. ω. 11 *ense* ω, *ensem* P. G. 14 *pia* Benth. Madv. 18 *orsa* Naugerius edd. nett. cf. 10. 140. 22 *noctis primaque lucis* P. 23 *tyranni* τ Heins. 24 *nec socer* Birt. 27 *uocat* G τ. 34 *agmen* V, *agros* τ. 36 *audieram* τ Benth. 42 *dederant* τ. uina codd., *plena* ego, *quumque t. dederant* u., *soporis cras* Postgate. 46 *reecidit* V, *deccidit* P<sup>2</sup> G<sup>2</sup>, *|||||tendit* P<sup>1</sup>, *reecidit* G<sup>1</sup> ut uid. 47 *et rursus monitis iussisque coacta parentis* ω, *tandem nicta mei saeuia formidine patris* τ, scilicet exciderat hexameter in aliquo cod. 61 *an* τ, *aut* P<sup>1</sup>, *haud* P<sup>2</sup>, i G), non G<sup>2</sup>, *at* Biese. *petendo* scripsi, *tinendo* P<sup>1</sup>, *tenendo* P<sup>2</sup>, *timendo* G V. 62 in P *crasus*, *quae tamen externis* *|||||adan* *|||||m<sup>2</sup>*. in G post u. 61 sequitur 114, dein *quae tamen externis danda forent generis* et ita ω, *regna tenenda forent* τ, scripsi *praecidia danda forent*. 64 *piam* G ω. 80 *habes* P<sup>1</sup> G<sup>1</sup>. 82 *factum* τ, *facti* P ω, *fusi* G. 85-118 Scaligero suspecti. 86 *quom* Madv., quo codd. 91 *et conata* P<sup>2</sup> ω. *queri* G V ω, cf. Met. 1. 637, *loqui* P. 93 *furis* τ, *unda* P<sup>2</sup> ω. 95 *ipsa* u. 96 *fonte* V. *leuat* G. 99 *posses* G, *possis* P. 100 *uda nuda* G. 103 *quid* ω P, *frustra* ego. pro *Io* coni. Ehwald tu. 108 *insana—boue* ed. Eton., *insanae—bouis* codd. cf. Met. 4. 590. 109 *actustus* Benth. distichon idem cum Heinsio ab Ouidio abiudicat. 113, 114 desunt in P<sup>1</sup> τ. 115 *restas* τ. 123 *Lyncu* Plin. Heins. P<sup>1</sup> in ras., supra ras. P<sup>2</sup> habet *remant* ap. Ehwald, *tenent* ap. Sedlm. *line* est G ω.

'exul Hypermnestra, pretium pietatis iniquum  
quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.' 130  
scribere plura libet: sed pondere lapsa catenae  
est manus, et uires subtrahit ipse timor.

## XV

## SAPPHO PHAONI

Equid, ut adspecta est studiosae littera dextrae,  
protinus est oculis cognita nostra tuis,  
an, nisi legisses auctoris nomina Sapphus,  
hoc breue nescires unde mouetur opus?  
forsitan et, quare mea sint alterna, requiris, 5  
carmina, cum lyricis sim magis apta modis.  
flendus auior meus est. elegiae flebile carmen:  
non facit ad lacrimas barbitos ulla meas.  
uror, ut indomitis ignem exercentibus euris 10  
fertilis alicens messibus ardet ager.  
arua Phaon celebrat diuersa Typhoidos Aetnae:  
me calor Aetnaeo non minor igne tenet.  
nec mihi, dispositis quae iungam carmina neruis,  
proueniunt. uacuae carmina mentis opus.  
nec me Pyrrhiades Methymniadesue puellae, 15  
nec me Lesbiadam cetera turba iuuant.  
uillis Anaactorie, nilis mihi candida Cydno:  
non oculis grata est Atthis, ut ante, meis,  
atque aliae centum, quas non sine crimine amaui.  
improbe, multarum quod fuit, unus habes. 20  
est in te facies, sunt apti lusibus anni:  
o facies oculis insidiosa meis!  
sume fidem et pharetram, fies manifestus Apollo:  
accedant capiti cornua, Bacchus eris.  
et Phoebus Daphnen, et Gnosida Bacechus amaui,  
nec norat lyricos illa uel illa modos. 26  
at mihi Pegasides blandissima carmina dietant:  
iam canitur toto nomen in orbe meum:  
nec plus Alcaeus, consors patriaeque lyraeque,  
laudis habet, quamuis grandius ille sonet. 30  
si mihi difficilis formam natura negauit,  
ingenio formae damna repende meae.  
sum breuis: at nomen, quod terras impleat omnes,  
est mihi. mensuram nominis ipsa fero.  
candida si non sum, placuit Cepheia Perseo 35  
Andromede, patriae fusca colore suae.  
et uariis albae iunguntur saepe columbae,  
et niger a uiridi turtur amatur aue.  
si, nisi quae facie poterit te digna uideri,  
nulla futura tua est, nulla futura tua est. 40  
at mea cum legeres, etiam formosa uidebar:  
unam iurabas usque decere loqui.  
cantabam, memini, meminerunt omnia amantes;  
oscula cantanti tu mihi rapta dabas.  
haec quoque laudabas, omnique a parte placebam,  
sed tum praecipue cum fit amoris opus. 46  
tunc te plus solito lasciua nostra iuuabat,  
crebraque mobilitas aptaque uerba ioco,  
et quod, ubi amorum fuerat confusa nolutas,  
plurimus in lasso corpore languor erat. 50  
nunc tibi Sicelides ueniunt noua praeda puellae.  
quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse nolo.  
o uos erronem tellure remittite nostrum,  
Nisiades matres Nisiadesque nurus,

nec uos decipiant blandae mendacia linguae. 55  
quae dicit nobis, dixerat ante mihi.  
tu quoque, quae montes celebras, Erycina, Sicanos,  
nam tua sum, uati consule, diua, tuae.  
an grauis inceptum peragit fortuna tenorem,  
et manet in cursu semper acerba suo? 60  
sex mihi natales ierant, cum lecta parentis  
ante diem lacrimas ossa bibere meas.  
arsit iners frater uictus meretricis amore,  
mixtaque cum turpi damna pudore tulit.  
factus inops agili peragit freta caerulea remo, 65  
quasque male amisit, nunc male quaerit opes.  
me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit.  
hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.  
et tamquam desit quae me hac sine cura fatiget,  
accumulat curas filia parua meas. 70  
ultima tu nostris accedis causa querelis.  
non agitur uento nostra carina suo.  
ecce, iacent collo sparsi sine lege capilli,  
nec premit articulos lucida gemma meos.  
ueste tegor uili: nullum est in crinibus aurum; 75  
non Arabum noster dona capillus olet.  
nec colar infelix, aut cui placuisse laborem?  
ille mei cultus unicus auctor abest.  
molle meum lenibusque cor est uiolabile telis,  
et semper causa est, cur ego semper amem; 80  
siue ita nascenti legem dixere sorores,  
nec data sunt uitae fila seuera meae,  
siue abeunt studia in mores artisque magistra  
ingenium nobis molle Thalia facit.  
quid mirum, si me primae lanuginis aetas 85  
abstulit atque anni quos uir amare potest?  
hunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, timebam:  
et faceres, sed te prima rapina tenet.  
hunc si conspiciat, quae conspiciet omnia, Phoebe,  
iussus erit somnos continuare Phaon. 90  
hunc Venus in caelum currum uexisset eburno,  
sed uidet et Marti posse placere suo.  
o nec adluce iuuenis nec iam puer, utilis aetas,  
o decus atque aevi gloria magna tui,  
huc ades, inque sinus, formose, relabere nostros: 95  
non ut ames oro, uerum ut amere sinas.  
scribimus, et lacrimis oculi rorantur abortis:  
adspecte, quam sit in hoc multa litura loco.  
si tani certus eras hinc ire, modestius isses,  
et mihi dixisses 'Lesbi puella, uale.' 100  
non tecum lacrimas, non oscula nostra tulisti:  
denique non timui, quod dolitura fui.  
nil de te mecum est, nisi tantum iniuria; nec tu  
admoneat quod te, pignus amantis habes.  
non mandata dedi. neque enim mandata dedissem  
ulla, nisi ut nolles immemore esse mei. 106  
per tibi, qui nunquam longe discedat, amorem,  
perque nonem iuro, numina nostra, deas,  
cum mihi nescio quis 'fugiuisti tua gaudia' dixit,  
nec me flere diu nec potuisse loqui. 110  
et lacrimae deerant oculis et uerba palato;  
adstrictum gelido frigore pectus erat.  
postquam se dolor inuenit, nec pectora plangi  
nec puduit scissis exulnare comis,  
non aliter, quam si nati pia mater adempti 115  
portet ad exstructos corpus inane rogos.  
gaudet et e nostro crescit maerore Charaxus  
frater, et ante oculos itque reditque meos.

XIV 131 *pondera* P<sup>1</sup>. *lapsa* P<sup>1</sup>, *lassa* P<sup>2</sup> G<sup>2</sup>, *pressa* G<sup>1</sup>. XV de hac Epistula uide quae in Praefatione dicta sunt. 1 *numquid ubi* τ. 4 *mouetur* ω, *ueuirt* F. 7 *elegiae* ego, *elegia* τ, *elegi* ω, *elegi* quoque F, *elegis*: hoc De Vries, *elegi* sunt Baehrens. 15 *Pierides* subeunt, uel *subeunt Naiadesque*, uel *Dryadesque* τ. 16 *iuuat* τ. 19 *non* F, *hic* ω. 32 *rependo* codd. corr. Bentl. 33, 34 codd. praeter F, et Excerpt. Par.: *nec me despicias si sim tibi corpore parua mensuramque breuis nominis ipsa fero*. codex Harleianus utrumque distichon exhibet. 45 *omniue a* ω, *omni tibi* F. 48 sono F. 49 et quod Naugerius, *equid* F. 53 *nec uos* τ, *at uos* τ, *aut uos* Bentl. *errorem* ω. *admitte* τ, *amittite* τ. *uestrum* τ, *uestra* Micyllus. 57 *quae inmites* ω. 63 *iners* Oudendorp, *inops* codd. 69 *desint quae me sine fine fatigent* ω. 76 ita F, *Arabo—rorc—olet* ω. 78 *abes* Heins. 79 *lenibusque* F, *que om.* ω. *eor om.* F. 82 et τ. 83 *artesque magistras* F, *artesque magistrae* Excerpt. Par. corr. Heins. 84 *dedit* ω. 85 *miseram* F. 96 *amere* ego, *amare* F ω, *ameres* τ (*serus: amere* De Vries). 100 *et michi* F, *et modo* ω, *si modo* τ. 101 *summa* ω. 103 *tu* Burm., *te* codd. 104 *admonuit* ω. *tu* F ω. 106 *issc* F. 111 *lingua* τ. 113 *imminuit* τ. *mea* p. *planti* τ.

utque pudenda mei uideatur causa doloris,  
 'quid dolet haec? certe filia uiuit' ait. 120  
 non ueniunt inideum pudor atque amor. omne uidebat  
 uulnus: eram laeero pectus aperta sinu.  
 tu mihi cura, Phaon; te somnia nostra reducunt,  
 somnia formoso eandiora die.  
 illie te inuenio, quantum regionibus absis: 125  
 sed non longa satis gaudia somnus habet.  
 saepe tuos nostra ceruice onerare laertos,  
 saepe tuae uideor supposuisse meos.  
 oscula cognosco, quae tu committere linguae  
 aptaque consueras accipere, apta dare. 130  
 blandior interdum, uerisque simillima uerba  
 eloquor, et uigilant sensibus ora meis:  
 ulteriora pudet narrare, sed omnia fiunt,  
 et iuuat, et siccae non licet esse mihi.  
 at cum se Titan ostendit et omnia secum, 135  
 tam cito me somnos destituisse queror.  
 antra uenuscus peto, tanquam nemus antraque  
 prosint:  
 conscia deliciis illa fuere meis.  
 illue mentis inops, ut quam furialis Enyo  
 attigit, in collo crine iacente feror. 140  
 antra uident oculi scabro pendentia tofo,  
 quae mihi Mygdonii marmoris iustar erant:  
 inuenio siluam, quae saepe cubilia nobis  
 praebuit et multa texit opaea coma.  
 sed non inuenio dominum silnaeque meumque. 145  
 uile solum locus est: dos erat ille loci.  
 cognoni pressas noti mihi caespitis herbas:  
 de nostro curum pondere gramen erat.  
 incubui tetigique locum, qua parte fuisti:  
 grata prius, lacrimas combibit herba meas. 150  
 quin etiam rami positos ligere uidentur  
 frondibus, et nullae dulce queruntur aues.  
 sola uirum non ulta pie maestissima mater  
 concinit Ismarium Daulias ales Ityn.  
 ales Ityn, Sappho desertos cantat amores; 155  
 haecenus; ut media cetera nocte silent.  
 est nitidus utroque magis perlucidus omni  
 fons sacer: hunc multi nomen habere putant:  
 quem supra ramos expandit aquatiae lotos,  
 una nemus; tenero caespite terra uiret. 160  
 hic ego cum lassos posuissem flebilis artus,  
 constitit ante oculos Naias una meos:  
 constitit, et dixit 'quoniam non igitibus aquis  
 ureris, Ambracia est terra petenda tibi.  
 Phoebus ab excelso, quantum patet, adspicit aequor:  
 Actaeum populi Leucadiumque uocant: 166  
 hinc se Deucalion Pyrrhae succensus amore  
 misit, et illaeso corpore pressit aquas:  
 nec mora, uersus amor fugit lentissima mersi  
 pectora, Deucalion igne leuatus erat. 170  
 hanc legem locus ille tenet. pete protinus altum  
 Leucada, nec saxo desiluisse time.  
 ut monuit, cum uoce abiit. ego frigida surgo,  
 nec lacrimas oculi continere mei.  
 ibimus, o nymphae, monstrataque saxa petemus.  
 sit procul insano uictus amore timor. 176  
 quicquid erit, melius, quam nunc, erit. aura, subito:  
 et mea non magni corpora pondus habent.  
 tu quoque, uollis Amor, pennas suppone cadenti,  
 ne siu Leucadiae mortua crimen aquae. 180  
 inde chelym Phoebus, communiu munera, ponam,  
 et sub ea uersus unus et alter erunt:  
 GRATA LYRAM POSVI TIBI, PHOEBE, POETRIA  
 SAPHO:

CONVENIT ILLA MIHI, CONVENIT ILLA TIBI.  
 eni tamen Actiacas miseram me mittis ad oras, 185  
 cum profugum possis ipse referre pedem?  
 tu mihi Leucadia potes esse salubrior unda;  
 et forma et meritis tu mihi Phoebus eris.  
 an potes, o seopulis undaque ferocior omni,  
 si moriar, titulum mortis habere meae? 190  
 at quanto melius iungi mea pectora tecum  
 quam saxis poterant praecipitanda dari!  
 haec sunt illa, Phaon, quae tu laudare solebas,  
 uisaeque sunt totiens ingeniosa tibi.  
 nunc uellem facunda forem. dolor artibus obstat,  
 ingeniumque meis substituit omne uialis. 196  
 non mihi respondent ueteres in carmina uires:  
 plectra dolore tacent, muta dolore lyra est.  
 Lesbides aequoreae, nupturaeque nuptaque proles,  
 Lesbides, Aeolia nomina dicta lyra, 200  
 Lesbides, infamem quae me fecistis amatae,  
 desinite ad citharas turba uenire meas.  
 abstulit omne Phaon, quod nobis ante placebat,  
 me miseram, dixi quam modo paene 'meus!'  
 efflicite ut redeat; uates quoque uestra redibit. 205  
 ingenio uires ille dat, ille rapit.  
 eequid ago precibus, pectusque agreste mouetur?  
 an riget, et Zephyri uerba caduca ferunt?  
 qui mea uerba ferunt, uellem tua uela referrent:  
 hoc te, si saperes, lente, decebat opus. 210  
 siue redis, puppique tuae uotina paramus  
 munera, quid laeeras pectora nostra mora?  
 solve ratem! Venusorta mari mare praestat amanti.  
 aura dabit cursum, tu modo solve ratem.  
 ipse gubernabit residens in puppe Cupido: 215  
 ipse dabit tenera uela legetque manum.  
 siue iuuat longe fugisse Pelasgida Sappho—  
 non tamen iuuenies eur ego digna fugi—  
 hoc saltem miserae crudelis epistula dicat,  
 ut mihi Leucadiae fata petantur aquae. 220

## XVI

## PARIS HELENAE

Hanc tibi Priamides mitto, Ledaea, salutem,  
 quae tribui sola te mihi dante potest.  
 eloquar, an flammæ non est opus indice notae,  
 et plus quam uellem, iam meus extat amor?  
 ille quidem lateat malum, dum tempora deuter 5  
 lactitiae mixtos non habitara metus.  
 sed male dissimulo. quis enim celauerit ignem,  
 lumine qui semper proditor ipse suo?  
 si tamen expectas, uocem quoque rebus ut addam,  
 uror. habes animi nuntia uerba mei. 10  
 parce, precor, fasso; nec uultu cetera duro  
 perlege, sed formae conueniente tuae.  
 iam dudum gratum est, quod epistula nostra recepta  
 speciem facit, hoc recipi me quoque posse modo,  
 quae rata sit, nec te frustra promiserit, opto, 15  
 hoc mihi quae suasit mater Amoris iter.  
 namque ego diuino monitu, ne nescia pecces,  
 aduehor, et coepto non lene nomen adest.  
 praenunia magna quidem, sed non indelita posco:  
 pollicita est thalamo te Cytherea meo. 20  
 hac duce Sigeo dubias a litore feci  
 longa Phereclea per freta puppe uias.  
 illa dedit faciles anras nentosque secundos:  
 in mare nimirum ius habet orta mari.

XV 124 formosum malim. 125 absit F. 133 ulterius pudet hic ω. 134 sicca F, sine te reliqui. libet ω. 138 meis ω. 139 ferulis De Vries. coll. Petron. 120. G. Enyo F, Erietho ω, uulgo. 140 impulit τ. 142 habent τ. 144 texit ω, pressit F. 147 agnosci τ. 153 prius ω. 156 interpuncti et ante et post haecenus. cf. G. 63. ut ω, in F, et τ. 157 ita Heins., utroque—ammi F. 159 extendit τ. 161 fletibus τ. 162 ita F, formosus puer est uisus adesse mihi reliqui. uita Bentl. 165 quando V F. 169 ita F, uisus ω, amans τ. fugit F, fugit τ, tetigit ω Heins. mersi F τ, Pyrrhae τ Heins. 170 erat F ω, abit τ. 173 territa τ. 174 nec l. grauidae c. genae ω. 175 nymphae τ, nympha F ω. 183 posuit ω. poetria Egnatius, poetica codd. 188 et formae meritis codd., corr. Heins. 194 sum ω. 199 aequales Baehrens. 201 amare ω, amore Baehrens. 211 parantur τ, paranda Elwald. 212 laeeras ω. mora tuis F. 213 cuncti ω. 215 gubernator F. 217 saphon F. 218 non ω. fugi τ, De Vries, fuga ω. XVI 1 Ledaici Heins. 13 recepta est G V ω. 15 sint P<sup>1</sup>. 18 nomen P. 22 feratlea P G, corr. Heins.

perstet et, ut pelagi, sic pectoris adiuuet aestum ; deferat in portus et mea nota suos. 26	multarum uotum sola tenere potes.
attulimus flammam, non hic inuenimus illas. hae mihi tam longae causa fuere niae.	nec tantum regum natae petiere ducumque, sed Nymphis etiam curaque amorque fui. 95
namneque tristis hiemps neque nos huc appulit error. Taenaris est classi terra petita meae. 30	† quas super Oenonem facies mutarer in orbem, 96a nec Priamo est ate dignior ulla nurus. 96b
nec me crede fretum merces portante carina findere. quas habeo, di taeantur opes. nec uenio Graias ueluti spectator ad urbes : oppida sunt regni diuinitiora mei.	sed mihi cunctarum subeunt fastidia, postquam coniugii spes est, Tyndari, facta tui. te uigilans oculis, animo te nocte uidebam, lumina cum placido uicta sopore iacent. 100
te peto, quam pepigit lecto Venus aurea nostro. 35 te prius optaui, quam mihi nota fores. ante tuos animo uidi, quam lumine, uultus : prima fuit uultus nuntia fama tui.	quid facies praesens, quae nondum uisa placebas ? ardebam, quamuis hic procul ignis erat ; nec potui debere mihi spem longius istam, caerulea peterem quin mea uota uia.
[nec tamen est mirum, si, sicut oportuit, arcu missilibus telis eminus ictus amo : 40 sic placuit fati ; quae ne conuellerent temptes, accipe cum uera dicta relata fide. matris adhuc utero partu remorante tenebar ; iam grauidus iusto pondere uenter erat : illa sibi ingentem uisa est sub imagine somni 45 flammiiferam pleno reddere uentre facem. terrata consurgit metuendaque noctis opacae uisa seni Priamo, uatibus ille refert. arsurum Paridis uates canit Ilion igni. pectoris, ut nunc est, fax fuit illa mei. 50	Troia caeduntur Phrygia pineta securi, 105 quaeque erat aequoreis utilis arbor aquis ; ardua proceris spoliantur Gargara siluis, innumerasque mihi longa dat Ida trabes. fundatura citas flectuntur robora naues, textitur et costis panda carina suis. 110 addimus antennis et uela sequentia malo ; accipit et pictos puppis adunca deos : qua tamen ipse uehor, conitata Cupidine paruo sponsor coniugii stat dea picta sui. imposita est factae postquam manus ultima classi, protinus Aegaeis ire lubebat aquis. 116
forma uigorque animi, quamuis de plebe uidebar, iudicium tectae nobilitatis erat. est locus in mediae nemorosus uallibus Idae, deuius et piccis illicibusque frequens, qui nec ouis placidae nec amantis saxa capellae 55 nec patulo tardae carpitur ore bouis ; hinc ego Dardaniae muros excelsaque tecta et freta prospiciens arbore nixus eram. ecce, pedum pulsu uisa est mihi terra moueri (uera loquar, ueri uix habitura fidem) 60 constitit ante oculos actus uelocibus alis Atlantis magni Pleionesque nepos (fas uidisse fuit, fas sit mihi uisa referre) inque dei digitis aurea uirga fuit. tresque simul diuae, Venus et cum Pallade Iuno, 65 graminibus teneros imposuere pedes. obstupni, gelidusque comas exexerat horror, cum mihi 'pone metum' nuntius ales ait : 'arbiter es formae ; certamina siste dearum, uincere quae forma digna sit una duas.' 70 neue recusarem, uerbis Iouis imperat et se protinus aetheria tollit in astra uia. mens mea conualuit, subitoque audacia uenit, nec timui uultu quamque notare meo. uincere erant omnes dignae, iudexque querebar, 75 non omnes causam uincere posse suam. sed tamen ex illis iam tunc magis una placebat : hanc esse ut scires, unde mouetur amor. tantaque uincendi cura est : ingentibus ardent iudicium donis sollicitare meum. 80 regna Iouis coniunx, uirtutem filia iactat ; ipse potens dubito fortis an esse uelim. dulce Venus risit ; 'ne te, Pari, munera tangant utraque suspensi plena timoris' ait : 'nos dabimus quod ames, et pulchrae filia Ledae 85 ibit in amplexus, pulchrior illa, tuos.' dixit. et ex aequo donis formaque probata uictorem caelo rettulit illa pedem. interea, credo, uersis ad prospera fati regius agnoscor per rata signa puer. 90 laeta domus nato per tempora longa recepta est, addit et ad festos hunc quoque Troia diem. utque ego te cupio, sic me cupiere puellae :	et pater et genitrix inhihent mea uota rogando, propositumque pia uoce morantur iter. et soror effusis, ut erat, Cassandra capillis, cum uellent nostrae iam dare uela rates, 120 'quo ruis ?' exclamat ; 'referes incendia tecum : quanta per has, nescis, flamma petatur aquas.' uera fuit uates ; dictos inuenimus ignes, et ferus in molli pectore flagrat amor. portubus egredior uentisque ferentibus usus 125 applicor in terras, Oebali nympha, tuas. excipit hospitio uir me tuus : hoc quoque factum non sine consilio numinibusque deum. ille quidem ostendit, quicquid Lacedaemone tota ostendi dignum conspicuumque fuit ; 130 sed mihi laudatam cupientium cernere formam, lumina nil aliud quo caperentur erat. ut uidi, obstupui praecordiaque intima sensi attonitus curis intumuisse nouis ; his similes uultus, quantum reminiscor, habebat, uenit in arbitrium cum Cytherea meum. 136 si tu uenisses pariter certamen in illud, in dubium Veneris palma futura fuit. magna quidem de te rumor praeconia fecit, nullaque de facie nescia terra tua est ; 140 nec tibi par usquam Phrygia, nec solis ab ortu inter formosas altera nomen habet ;] credis et hoc nobis ? minor est tua gloria uero, famaque de forma paene maligna fuit. plus hic inuenio, quam quod promiserat illa, 145 et tua materia gloria uicta sua est. ergo arsit merito, qui nouerat omnia, Theseus, et uisa es tanto digna rapina niro, more tuae gentis nitida dum nuda palaestra ludis et es nudis femina mixta uiris. 150 quod rapuit, laudo. miror, quod reddidit unquam. tam bona constanter praeda tenenda fuit. ante recessisset caput hoc ceruice cruenta, quam tu de thalamis abstraherere meis. tene manus unquam nostrae dimittere uellent ? 155 tene meo pateris uiuus abire sinu ? si reddenda fores, aliquid tamen ante tulissem, nec Venus ex toto nostra fuisset iners, uel mihi uirginitas esset libata, uel illud, quod poterat salua uirginitate rapi. 160

XVI 33 ueluti. lentus Bentr. 39-142 de his nu. uide quae in Praefatione dicta sunt. 38 pr. mihi u. V, an pr. mihi uulnus-tulit. 39 oportuit Micyllus, oporteat codd., oportet ab Heins. 51 Dardanide Fr. Paul. 60 ueri Heins., uero codd. 68 tum Fr. Paul. 75 querebar Heins., uerebar codd. 83 ne Schroeder, nec codd. 85 dos codd. 87 probatis Heins. 91 post Heins. 96a ita codd., Oenones faciem mirabar : in orbe Ehwald. post Aldum distichon uulgo omittitur. 96b a te Heins., ad te codd. 105 Troiaque codd. 111 malo ego, malos codd., malis Ehwald. 116 lubebat Heins., lubebat Fr. Paul. lubebat uulg. 117 at Bentr. 118 pia Heins., uiae codd. 134 intumuisse codd., corr. Burm. 143 crede sed Gruter 144 tum est P<sup>2</sup> fuit G τ.



da modo te, quae sit Paridis constantia, noseces :  
 flamma rogi flammam liniet una meas.  
 praeposui regnis ego te, quae maxima quondam  
 pollicita est nobis nupta sororque Ionis.  
 dumque tuo possem circumdare braecchia collo, 165  
 contenta est uirtus Pallade dante mihi.  
 nec piget, aut umquam stulte legisse uidebor.  
 permanet in uoto mens mea firma suo.  
 spem modo ne nostram fieri patiarc cadueam,  
 deprecor, o tanto digna labore peti ! 170  
 non ego coniugium generosae degener opto :  
 nec mea, crede mihi, turpiter uxor eris.  
 Pliada, si quaeres, in nostra gente Iouemque  
 inuenies, medios ut taceamus anos.  
 sceptru parens Asiae, qua nulla beatorum ora est, 175  
 limibus immensis nix obenunda tenet.  
 innumeras urbes atque aurea tecta uidebis,  
 quaeque suos dicas templa decere deos.  
 Hion aspicias firmataque turribus altis  
 moena, Phoebeae structa canore lyrae. 180  
 quid tibi de turba narrem numeroque uirorum ?  
 nix populum tellus sustinet illa suum.  
 occurrunt denso tibi Troades agmine matres,  
 nec capient Phrygias atria nostra nuris.  
 o quotiens dicas 'quam pauper Achaia nostra est !'  
 una domus quaeuis nrhis habebit opes. 185  
 nec mihi fas fuerit Sparten contemnere nestram :  
 in qua tu nata es, terra beata mihi est.  
 parens sed est Sparte, tu cultu diuite digna.  
 ad talem formam non facit iste locus. 190  
 hanc faciem largis sine fine paratibus uti  
 deliciisque decet luxuriare nouis.  
 cum nideas cultus nostra de gente uirorum,  
 qualem Dardanium credis habere nuris ?  
 da modo te faciem, nec dedignare maritum, 195  
 rure Therapnaeo nata puella, Phrygem.  
 Phryx erat et nostro genitus de sanguine, qui nunc  
 eum dis potando nectare miscet aquas.  
 Phryx erat Aurorae coniux : tamen abstulit illum  
 extremum noctis quae dea finit iter. 200  
 Phryx etiam Anchises, uoluerum cui mater Amorum  
 gaudet in Idaeis concluisse ingis.  
 nec, puto, conlatis forma Menclaus et annis  
 iudice te nobis antefendus erit.  
 non dabimus certe socerum tibi clara fugantem 205  
 lumina, qui trepidos a dape nertat equos :  
 nec Priamo pater est soceri de caede eruentis,  
 et qui Myrtoas crimine signat aquas :  
 nec proauo Stygia nostro captantur in unda  
 poma, nec in medijs quaeritur amor aquis. 210  
 quid tamen hoc refert, si te tenet ortus ab illis ?  
 cogitur huic domui Iuppiter esse socer.  
 hen facinus ! totis indignus noctibus ille  
 te tenet, amplexu perfruiturque tuo.  
 at mihi conspiceris posita nix denique mensa : 215  
 multaque, quae laedant, hoc quoque tempus habet.  
 hostibus eniant conuicia talia nostris,  
 experior posito qualia saepe mero.  
 paenitet hospiti, cum me spectante lacertos  
 imponit collo rusticus iste tua. 220  
 rumpor et inuideo, quidni tamen omnia narrem ?  
 membra superiecta cum tua neste fonet.  
 oscula cum uero coram non durra darcitis,  
 ante oculos posui poenula sumpta meos.  
 lumina demitto, cum te tenet artus ille, 225  
 crescit et imito lentus in ore cibis.  
 saepe dedi genitus : et te, laeuiua, notauit  
 in gemitu risum non tenuisse meo.  
 saepe uero uolui flammam compeocere : at illa  
 ereuit, et ebrietas ignis in igne fuit. 230  
 multaue ne nideam, uersa ceruice recumbo :  
 sed reuocas oculos protinus ipsa meos.  
 quid faciam, dubito. dolor est meus illa uidere ;  
 sed dolor a facie maior abesse tua.  
 qua licet et possuni, luctor celare furorem. 235  
 sed tamen apparet dissimulatus amor.  
 nec tibi nerba damns. sentis mea uulnera, sentis.  
 atque utinam soli sint ea nota tibi !  
 a quotiens lacrimis nenientibus ora reflexi,  
 ne causam letus quaereret ille mei. 240  
 a quotiens aliquem narraui potus amorem,  
 ad uultus referens singula uerba tuos,  
 indiciumque mei lieto sub nomine feci :  
 ille ego, si nescis, ueris amator eram.  
 quin etiam, ut possem uerbis petulantius uti, 245  
 non semel ebrietas est simulata mihi.  
 prodita sunt, memini, tunica tua pectora laxa,  
 atque oculis aditum nulla dedere meis,  
 pectora uel puris niuibus, nel laete tuamque  
 complexo matrem candidiora Ioue. 250  
 dum stupeo nisis, nam poenula forte tenebam,  
 tortilis e digitis excidit ansa meis.  
 oscula si natae dederas, ego protinus illa  
 Hernionem tenero laetus ab ore tuli.  
 et modo cantabam neteres resupinus amores : 255  
 et modo per nutum signa tegenda dabam.  
 et comitum primas, Clymenae Aethraemque, tuarum  
 ausus sum blandis nuper adire sonis :  
 quae mihi non aliud, quam formidare, locutae,  
 orantis medias deseruere preces. 260  
 di facerent, pretium magni certaminis esses,  
 teque suo posset uictor habere toro :  
 ut tulit Hippomenes Sclioenida praemia cursus,  
 nenit ut in Phrygios Hippodamia sinus,  
 ut ferns Aleides Acheloia cornua fregit, 265  
 dum petit amplexus, Deianira, tuos.  
 nostra per has leges audacia fortiter isset,  
 teque mei scires esse laboris opus.  
 nunc mihi nil superest, nisi te, formosa, precari,  
 amplectique tuos, si patiarc, pedes. 270  
 o dectus, o praesens geminorum gloria fratrum,  
 o Ioue digna uiro, ni Ioue nata fores,  
 aut ego Sigeos repetam te coniuge portus,  
 aut hic Taenaria contegar exil humo.  
 non mea sunt summa leniter districta sagitta 275  
 pectora. descendit mrlms ad ossa memi.  
 hoc mihi, nam repeto, fore, ut a caeleste sagitta  
 ligar, erat nerax naticinata soror.  
 paree datum fati, Helene, contemnere amorem :  
 sic habeas faciles in tua nota deos. 280  
 multa quidem subeunt ; sed coram ut plura loquamur,  
 excipe me lecto nocte silente tuo.  
 an pudet et metnis Venerem temerare maritam,  
 castaque legitimi fallere iura tori ?  
 a, nimum simplex Helene, ne rustica dicam : 285  
 hanc faciem culpa posse erere putas ?  
 aut faciem mntes, aut sis non dura necesse est :  
 his est cum forma magna pudicitiae.  
 Iuppiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis.  
 haec tibi nempe patrem furta dedere Iouem. 290  
 uix heri, si sunt nires in semine mornm,  
 et Iouis et Ledaee filia, casta potes.  
 casta tamen tum sis, cum te mea Troia tenebit,  
 et tua sim, quaeso, crimina solus ego.  
 nunc ea peccemus, quae corriget hora ingalis, 295  
 si modo promisit non mihi nana Venus.  
 sed tibi et hoc snadet rebus, non uoce, maritus.  
 neue sui furtis hospitii obstet, abest.

XVI 161 *Paridi* τ. 164 aut hic aut post 166 uarie interpolatur in τ. 167 *legisse* G. *fatbor* Heins. 175 *sceptru*, *regna* Housan. 178 *dicare* ex *dicere* imitatur P. 194 *quoles* ω. 198 *disputando* P<sup>1</sup>, *dis potandas* G τ. *nulcet* V. 201 *erat* ω. 203 *collatus* τ. *et armis* G ω. 205 *tibi clara*. *Titana* Bentl. 206 *nunqua qui trepidus—quis* Bentl. 220 *ille* G ω. 221 *quidni* V. *Plan.*, *quidnam*, nam post ras. P. *quid ne* G τ. 241 *aliquem* P sed in mg. m<sup>1</sup> l. *inuencom* et hoc V τ. an *uicium*. 252 e om. P. add. Heins., a ω. 258 *eum* τ. 259 *nil* G. post 263 duo uo. in τ interpolati. 267 *uictoria* G. *protinus* Bentl. *esset* P. 277 *recolo* τ. 278 *figerer, est u.* Heins. 291 *sint* G ω. *morum* Merck., *anorum* P G V. *anorum* τ. 297 et om. P. an *sed tibi consuadet*.



- et genus et proavos et regia nomina iactas.  
 clara satis donus haec nobilitate sua est.  
 Iuppiter ut soceri proavus taceatur et omne  
 Tantalidae Pelopis Tyndareique decus,  
 dat mihi Leda Iouem cygno decepta parentem, 55  
 quae falsam gremio credula fonit anem.  
 i nunc, et Phrygiae late primordia gentis,  
 cumque suo Priamum Laomedonte refer.  
 quos ego suspicio. sed qui tibi gloria magna est  
 quintus, is a nostro nomine primus erit. 60  
 sceptrā tuae quamvis rear esse potentia Troiae,  
 non tamen haec illis esse minora puto.  
 si iam diuitiis locus hic numeroque nitorum  
 nincitur, at certe barbara terra tua est.  
 munera tanta quidem promittit epistola diues, 65  
 ut possint ipsas illa monere deas.  
 sed si iam vellem lines transire pudoris,  
 tu melior culpa causa futurus eras.  
 aut ego perpetuo famam sine labe tenebo,  
 aut ego te potius quam tu dona sequar. 70  
 utque ea non sperno, sic acceptissima semper  
 munera sunt, auctor quae pretiosa facit.  
 plus multo est quod amas, quod sum tibi causa  
 laboris,  
 quod tam per longas spes tua venit aquas.  
 illa quoque, adposita quae nunc facis, improbe,  
 mensa, 75  
 quamvis experiar dissimulare, noto :  
 cum modo me spectas oculis, lascine, protervis,  
 quos nix instantes lumina nostra ferunt,  
 et modo suspiras, modo pocula proxima nobis  
 sumis, quaque bibi, tu quoque parte bibis. 80  
 a, quotiens digitis, quotiens ego teota notavi  
 signa supercilio paene loquente dari.  
 et saepe extimui, ne nix meus illa uideret,  
 non satis occultis erubescit notis.  
 saepe uel exiguo uel nullo murmure dixi 85  
 'nil pudet hunc' : nec nox haec mea falsa fuit.  
 orbe quod in mensae legi sub nomine nostro,  
 quod deducta mero littera fecit, AMO.  
 credere me tamen hoc oculo remente negavi.  
 ei mihi, iam didici sic ego posse loqui. 90  
 his ego blanditiis, si peccatura fuisset,  
 illecester; his poterant pectora nostra capi.  
 est quoque, confiteor, facies tibi rara, potestque  
 uelle sub amplexus ire puella tnos.  
 altera sed potius felix sine crimine fiat, 95  
 quam eadat externo noster amore pudor !  
 disce meo exemplo formosis posse carere.  
 est nris placitis abstinuisse bonis.  
 quam multos credis iuuenes optare, quod optas,  
 qui sapiant? oculos an Paris unus habes? 100  
 non tu plus cernis, sed plus temerarius audes :  
 nec tibi plus cordis, sed minus oris adest.  
 tunc ego te uellem celeri uenisse carina,  
 cum mea uirginitas mille petita precis :  
 si te uidissem, primus de mille fuisses. 105  
 iudicio ueniam uir dabit ipse meo.  
 ad possessa uenis praeceptaque gaudia seruis.  
 spes tua lenta fuit : quod petis, alter habet.  
 ut tamen optarem fieri tua Troica coninx,  
 imitauit sic me uel Menelaus habet. 110  
 desine molle, precor, uerbis conuellere pectus,  
 nene mihi, quam te dicis amare, nocet :  
 sed sine, quam tribuit sortem fortuna, tueri,  
 nec spolium nostri turpe pudoris aue.  
 at Venus hoc pacta est : et in altae nallibus Idaeo  
 tres tibi se nudas exhibuere deae : 116  
 unaque cum regnum, belli daret altera laudem,
- 'Tyndaridis coniux' tertia dixit 'eris.'  
 credere nix equidem caelestia corpora possum  
 arbitrio formam subposuisse tno. 120  
 utque sit hoc uerum, certe pars altera ficta est,  
 iudicii pretium qua data dicor ego.  
 non est tanta mihi fiducia corporis, ut me  
 maxima teste dea dona fuisse ptem.  
 contenta est oculis hominum mea forma probari.  
 laudatrix Venus est inuidiosa mihi. 125  
 sed nihil infirmo : fauco quoque landibus istis ;  
 nam mea uox quare, quod cupit, esse neget ?  
 nec tu susceuse, nimium mihi creditus aegre.  
 tarda solet magnis rebus inesse fides. 130  
 prima mea est igitur Veneri placuisse uoluptas ;  
 proxima, me uisam praecunia summa tibi,  
 nec te Palladios nec te lunonis honores  
 auditis Helenae praeposuisse bonis.  
 ergo ego sum nirtus, hoc sum tibi nobile regnum ?  
 ferrea sim, si non hoc ego pectus amem. 136  
 ferrea, crede mihi, non sum ; sed amare repugno  
 illum quem fieri uix tu potes memi.  
 quid bibulum curuo proscindere litus aratro,  
 spemque sequi coner, quam locus ipse negat ? 140  
 sum rudis ad Veneris furtum, nullaque fidem  
 (di mihi sunt testes) lusimus arte uirum.  
 nunc quoque, quod tacito mando mea uerba libello,  
 fugitur officio littera nostra nouo.  
 felices, quibus usus adest ! ego nescia rerum 145  
 diticilem culpae suspicor esse niam.  
 ipse malo metus est. iam nunc confundor, et omnes  
 in nostris oculos multibus esse reor.  
 nec reor hoc falso : sensi mala murmura uulgi ;  
 et quasdam nocet rettulit Aethra mihi. 150  
 at tu dissimula, nisi si desistere mauis,  
 sed cur desistas ? dissimulare potes.  
 inde, sed occulte. maior, non maxima, nobis  
 est data libertas, quod Menelaus abest.  
 ille quidem procul est, ita te cogente, profectus. 155  
 magna fuit subitae instaere causa uiae.  
 aut mihi sic uisum est. ego, cum dubitaret an iret,  
 'quam primum' dixi 'fac rediturus eas.'  
 omine laetatus dedit oscula, 'res' que 'domusque  
 et tibi sit curae Troiens hospes' ait. 160  
 nix tenui risum ; quem dum compescere lictor,  
 nil illi potui dicere praeter 'erit.'  
 uela quidem Creten uentis dedit ille secundis :  
 sed tu non adeo cuncta licere pata.  
 sic mens hinc uir abest, ut me custodiat absens. 165  
 an nescis longas regionibus esse manis ?  
 fama quoque est oneri. nam quo constantius ore  
 laudamur nestro, iustius ille timet.  
 quae inuait, ut nunc est, eadem mihi gloria damnoest,  
 et melius famae uerba dedisse fuit. 170  
 nec, quod abest, hic me tecum mirare relictam.  
 moribus et nitae ereditit ille meae.  
 de facie metuit, uitae confidit ; et illum  
 securum probitas, forma timere facit.  
 tempora ne pereant ultra data, praecipis, utque 175  
 simplicis ntamur commoditate uiri.  
 et libet et timeo ; nec adhuc exacta uoluntas  
 est satis ; in dubio pectora nostra labant.  
 et nix abest nobis, et tu sine coninge dormis :  
 inque uicem tua me, te mea forma capit : 180  
 et longae noctes, et iam sermone coimus :  
 et tu, me miseram, blandus, et uia donus :  
 et peream, si non imitauit omnia culpam.  
 nescio quo tardor sed tamen ipsa metu.  
 quod male persuades, nrtam bene cogere posses '  
 ui mea rusticitas excutienda fuit. 186

XVII 51 ea genus P<sup>1</sup>, quod genus  $\pi$ , aliud latet. 54 genus l. decus P<sup>1</sup> m<sup>1</sup>. 57 late suspectum, an iacta. 61 terrae l. Troiae P, terrae G<sup>o</sup>, cf. 210. 73 la in laboris m<sup>2</sup> P, doloris V, Bentl., scribe caloris. 74 per tam G<sup>o</sup>. 79 nobis l. nostris P, nostris G. 80 libo G. 95 uel potius P. 97 meo exemplo suspectum, an ex exemplo, formosis P. 100 sapient u. 102 minus P G, magis  $\pi$ , fortasse crede, sed oris. uicinis Riese. 113 fortuna l. natura P m<sup>1</sup>, in G ras. l. fortuna fortasse incerto notaro. 114 aue ego, hobe eodd. 122 dicar u. 148 nostros P. 164 idem u. 168 fortius G. 171 relictā P. 177 uoluntas  $\pi$ , uoluptas P G. 185 mala P, bon Bentl., haud bene. 186 foret G<sup>o</sup>.

- utilis interdum est ipsis iniuria passis :  
sic certe felix esse coacta forem.  
dum nouus est, potius cepto pugnemus amori.  
flamma recens parua sparsa resedit aqua. 190  
certus in hospitibus non est amor. errat ut ipsi ;  
cumque nihil speres firmius esse, fuit.  
Hypsipyle testis, testis Minoia uirgo est,  
in non exhibitis utraque lusa toris.  
tu quoque dilectam multos, infide, per annos 195  
diceris Oenonen destituisse tuam.  
nec tamen ipse negas : et nobis omnia de te  
quaerere, si nescis, maxima cura fuit.  
adde quod, ut cupias constans in amore manere,  
non potes : expediunt iam tua uela Phryges. 200  
dum loqueris mecum, dum nox sperata paratur,  
qui ferat in patriam, iam tibi uentus erit.  
cursibus in mediis nouitatis plena reliquis  
gaudia. cum uentis noster abibit amor.  
an sequar, ut suades, landataque Pergama uisam  
pronurus et magni Laumedontis ero? 206  
non ita contemno uolucris praeconia famae,  
ut probris terras impleat illa meis.  
quid de me poterit Sparte, quid Achaia tota,  
quid gentes aliae, quid tua Troia loqui? 210  
quid Priamus de me, Priami quid sentiet uxor,  
totque tui fratres Dardanidesque nurus?  
tu quoque, qui poteris fore me sperare fidelem,  
et non exemplis anxius esse tuis?  
quicumque Iliacos intrauerit aduena portus, 215  
is tibi solliciti causa timoris erit.  
ipse mihi quotiens iratus 'adultera' dices,  
oblitus nostro crimen inesse tuum?  
delicti fies idem reprehensor et auctor.  
terra, precor, uultus obruat ante meos! 220  
at fruar Iliacis opibus cultuque beato,  
donaque promissis uberiora feram.  
purpura nempe mihi pretiosaque texta dabuntur,  
congestoque auri pondere diues ero.  
da ueniam fassae: non sunt tua munera tanti. 225  
nescio quo tellus me tenet ipsa modo.  
quis mihi, si laedar, Phrygiis succurret in oris?  
unde petam fratres, unde parentis opem?  
omnia Medae fallax promisit Iason:  
pulsata Aesoniam num minus illa domo? 230  
non erat Aetes, ad quem despecta rediret,  
non Idyia parens Chalciopaeque soror.  
tale nihil timeo. sed nec Medea timebat.  
fallitur augurio spes bona saepe suo.  
omnibus inuenies, quae nunc iactantur in alto, 235  
nauibus a portu lene fuisse fretum.  
fax quoque me terret, quam se peperisse eruentam  
ante diem partus est tua uisa parens:  
et uatum timeo monitus, quos igne Pelasgo  
Ilion arsurum praemonuisse ferunt. 240  
utque fauet Cytherea tibi, quia uicet, habetque  
parta per arbitrium bina tropaea tuum,  
sic illas uereor, quae, si tua gloria uera est,  
iudice te causam non tenere duae.  
nec dubito quin, te si prosequar, arma parentur.  
ibit per gladios, ei mihi, noster amor. 246  
an fera Centauris indicere bella coegit  
Atracis Haemonios Hippodamia uiros,  
tu fore tam iusta lentum Menelaon in ira  
et geminos fratres Tyndareumque putas? 250
- quod bene te iactes et fortia facta loquaris,  
a uerbis facies dissidet ista tuis.  
apta magis Veneri quam sunt tua corpora Marti.  
bella gerant fortes; tu, Pari, semper ama.  
Hectora, quem laudas, pro te pugnare iubeto. 255  
militia est operis altera digna tuis.  
his ego, si saperem pauloque audacior essem,  
uterer. utetur, si qua puella sapit:  
aut ego deposito faciam fortasse pudore,  
et dabo cunctatas tempore uicta manus. 260  
quod petis, ut furtim praesentes ista loquamur,  
scimus quid captes conloquiumque uoces.  
sed nimium properas, et adhuc tua messis in herba  
est.  
haec mora sit uoto forsitan amica tuo.  
hactenus. arcanum furtiuae conscia mentis 265  
littera iam lassum pollice sistat opus.  
cetera per socias Clymenen Aethramque loquamur,  
quae mihi sunt comites consiliumque duae.

## XVIII

## LEANDRI HERONI

- [Mittit Abydenus, quam mallet ferre salutem,  
si cadat unda maris, Sesta puella, tibi.]  
Si mihi di faciles, si sunt in amore secundi,  
inuitis oculis haec mea uerba leges.  
sed non sunt faciles. nam cur mea uota morantur,  
currere me nota nec patiuntur aqua? 6  
ipsa uides caelum pice nigrius, et freta uentis  
turbida perque cauas uix adeunda rates.  
unus, et hic audax, a quo tibi littera nostra  
redditur, e portu nauita mouit iter. 10  
ascensurus eram, nisi quod cum uincula prorae  
solueret, in speculis omnis Abydos erat.  
non poteram celare meos, uelut ante, parentes:  
quemque tegi uolumus, non latuisset amor.  
protinus haec scribens 'felix, i, littera' dixi: 15  
'iam tibi formosas porriget illa manum.  
forsitan admotis etiam tangere labellis,  
rumpere dum niueo uincula dente uolet.'  
talibus exiguo dictis mihi murmure uerbis,  
caetera cum charta dextra locuta mea est. 20  
at quanto malle, quam scriberet, illa nataret,  
neque per adsuetas sedula ferret aquas.  
[aptior illa quidem placido dare uerbera ponto:  
est tamen et sensus apta ministra mei.]  
septima nox agit, spatium mihi longius anno, 25  
sollicitum rauceis ut mare feruet aquis.  
his ego si uidi mulcentem pectora somnum  
noctibus, insani sit mora longa freti.  
rupe sedens aliqua spectro tua litora tristic,  
et quo non possum corpore, mente feror. 30  
lumina quin etiam summa uigilantia turre  
aut uidet aut acies nostra uidere putat.  
ter mihi deposita est in sicca uestis harena:  
ter graue temptauit carpere nudus iter:  
obstitit inceptis tumidum iuuenalibus aequor, 35  
mersit et inuersis ora natantis aquis.  
at tu, de rapidis inmansuetissime uentis,  
quid mecum certa proelia mente geris?  
in me, si nescis, Borea, non aequora, sacuis.

XVII 188 uelim  $\tau$ . 190 residit Heins. 191 erat P. 192 fuit P, fugit G  $\omega$ . 194 lusa  $\tau$ , iusta P G, quæsta Heins. 197 neges  $\tau$ , quod placeat si ne legatur. 203 prima P<sup>2</sup>. relinques  $\tau$ . 204 an uelis. 210 Asiæ  $\tau$ . 214 nox P<sup>1</sup>, mox P<sup>2</sup>. 220 procul P. 226 ista  $\omega$ . 230 numinis P<sup>1</sup>. 232 idia P sub ras., in ipsea m<sup>2</sup> mutauit, corr. Delrius, erat ipsa G<sup>1</sup>, ipsea G<sup>2</sup>. Calciopæque P, Calliopæque G. 240 arsuram  $\tau$ . 244 deae  $\tau$ . 245 dubite P, dubitem Merk. persequar P<sup>1</sup> G  $\omega$ . 249 in ulta P<sup>1</sup>. 251 iactas P. 252 ipsa  $\tau$ . tuis G  $\omega$ , suis P. 254 fortes. alii  $\tau$ . 256 danda  $\tau$ . tui  $\omega$ . 259 sapiam  $\tau$ , faituam P, ut mihi usum est, sauitiam, s incertum, P secundum Keil ap. Elwald, faciam G  $\omega$ . pudorem P, fortasse depositum facium h. e. deponam ut missum facere est mittere. 260 cunctatas ego, cunctas P, coniunctas P<sup>2</sup>  $\tau$ , confessas Sedlm., cunctantes Birt. 261 plura  $\tau$ . 264 nec  $\tau$ , et Riese. fit  $\tau$  add. uett. 265 arcanæ furtiuum malim. XVIII 1, 2 in P ma. alia scripti sunt in uacuo spatio ante initium epistolæ, sic tamen ut non minus spatii relictum sit quam quod inter ceteras epistolas uacat. 2 Sesti Heins. 3 si ego, et P, tibi G V, uel  $\tau$ , ut  $\tau$ , qui  $\tau$ . sint G  $\tau$ . 6 nota  $\tau$ , non  $\tau$ . 8 obeunda  $\tau$ . 10 a  $\tau$ . soluit uel fecit  $\tau$ . 16 formosam P. 17 etiam. dominac  $\tau$ . 21 ah uel Ha G  $\tau$ . 23 24 o n. P<sup>1</sup>  $\tau$ , non Plan. 26 ut. quod  $\omega$ , quo  $\tau$ . 36 et ad inuersis P, et aduersis  $\omega$ . 38 tætra Housman, cf. Cat. 60. 3.

quid faeceres, esset ni tibi notus amor?	40	quodque mihi lumen per uada monstrat iter.	
tam gelidus quod sis, non te tamen, improbe, quon-		non magis illius numerari gaudia noctis,	
dam		Hellespontiaci quam maris alta potest.	
ignibus Actaeis inealuisse negas.		quo breuius spatium nobis ad furta dabatur,	
gaudia rapturo siquis tibi elaudere uellet		hoc magis est cautum, ne foret illud iners.	110
aerios aditus, quo paterere modo?		iamque fugatura Tithoni coninge noctem	
pare, preeor, facilemque moue moderatius auram:		praeuius Aurorae Lucifer ortus erat:	
imperet Hippotades sic tibi triste nihil.	46	oscula congerimus properata sine ordine raptim,	
uana peto, precibusque meis obmurmurat ipse,		et querimur paruas noctibus esse moras.	
quasque quatit, nulla parte coerct aquas.		atque ita eunctatus, mouit nutricis amaro	115
nunc daret audaces utinam mihi Daedalus alas:		frigida deserta litora turre petris.	
Icarium quamuis hinc prope litus abest.	50	digredimur flentes, repetoque ego Virginis aequor,	
quidquid erit, patiar: liceat modo corpus in auras		respicens dominam, dum licet, usque meam.	
toltere, quod dubia saepe pendit aqua.		siqua fides uero est, ueniens huc esse natator,	
interea, dum cuncta negant uentique fretumque,		cum redeo, uideor naufragus esse mihi.	120
mente agito furti tempora prima mei.		hoc quoque si credes, ad te uia prona uidetur:	
nox erat incipiens, namque est meminisse uoluptas,		a te eum redeo, cliuius inertis aquae.	
cum foribus patriis egrediebar amans.	56	inuitus repeto patriam; quis credere possit?	
nec mora, deposito pariter cum ueste timore		inuitus certe nunc moror urbe mea.	
iactabam liquido brachia lenta mari.		ci mihi, cur animis iuncti secerimur undis,	125
luna fere tremulum praebebat lumen cuncti,		unaque mens, tellus non habet una duos?	
ut comes in nostras olliciosa uias.	60	uel tua me Sestus uel te mea smnat Abydos:	
hanc ego suspiciens 'faucas, dea candida,' dixi		tam tua terra mihi quam tibi nostra placet.	
'et subeant animo Latmia saxa tuo.		cur ego confundor, quotiens confunditur aequor?	
non sinit Endymion te pectoris esse seueri.		cur mihi, causa leuis, uentus obesse potest?	130
llecte, preeor, uultus ad mea furta tuos.		iam nostros curui norunt delphines amores,	
tu, dea, mortalem caelo delapsa petebas:	65	ignotum nec me piscibus esse reor.	
(uera loqui liceat) quam sequor, ipsa dea est.		iam patet attritus solitarum limes aquarum,	
neu referam mores caelesti pectore dignos,		non aliter, multa quam uia pressa rota.	
forma nisi in ueras non cadit illa deas.		quod mihi non esset nisi sic iter, ante querebar.	135
a Veneris facie non est prior uita tuaque;		at nunc per uentos hoc quoque deesse queror.	
nunc meis credas uocibus, ipsa uide.	70	fluctibus immodicis Athamantidos aequora caenant,	
quantum, cum fulges radiis argentea puris,		uixque manet portu tuta carina suo.	
concedunt flammis sidera cuncta tuis,		hoc mare, cum primum de uirgine nomina mersa	
tanto formosius formosior omnibus illa est:		quae tenet, est nauctum, tale fuisse puto.	140
si dubitas, caecum, Cynthia, lumen habes.'		et satis amissa locus hic infamis ab Helle est,	
haec ego, uel certe non his diuersa locutus	75	utque mihi pareat, nomine crimen habet.	
per mihi cedentes nocte febrebar aquas.		inuideo Phrixo, quem per freta tristia tutum	
unda repercussae radiabat imagine lunae,		aurea lanigero nellerie uexit onis.	
et nitor in tacita nocte diurnus erat:		nec tamen ollicium peccoris nauis requiro,	145
nullaque uox usquam, nullum ueniebat ad aures		dummodo, quas findam corpore, dentur aquae.	
praeter dimotae corpore murmur aquae.	80	arte ego nulla. fiat modo copia nandi,	
Aleyones solae, memores Ceycis amati,		idem nauigium, nauita, uector ero.	
nescio quid uisae sunt mihi dulces queri.		nec sequor aut Helicen aut, qua Tyros utitur, Are-	
iamque fatigatis uero sub ntroque facertis		ton:	
fortiter in summam erigor atque aquas.		publica non curat sidera noster amor.	150
ut procul aspexi lumen, mens ignis in illo est:	85	Andromedan alius spectet clarumque Coronam,	
'illa meum' dixi 'litora lumen habent.'		quaeque meat gelido Parrhasis Vrsa polo.	
et subito lassis uires rediere laertis,		at mihi quod Persens et cum loue Liber amarunt,	
uisaque, quam fuerat, mollior unda mihi.		indicium dubiae non placet esse uiae.	
frigora ne possim gelidi sentire profundi,		est aliud lumen, multo mihi certius istis,	155
qui calet in cupido pectore, praestant amor.	90	non errat tenebris quo duce noster amor.	
quo magis accedo propioraque litora liunt,		hoc ego dum spectem, Colchos et in ultima Ponti,	
quoque minus restat, plus libet ire mihi.		quaque uiam fecit Thessala pinus, eam:	
cum uero possum eorni quoque, protinus addis		et inuenem possim superare Palaemona nando,	
spectatrix animos, ut ualeamque facis.		miraque quem subito reddidit herba deum.	160
nunc etiam nando dominae placuisse laboro,	95	saepe per adsiduos languent mea brachia motus,	
atque oculis iacto brachia nostra tuis.		uixque per inmensas fessa trahuntur aquas.	
te tua uix prohibet nutrix descendere in altum.		his ego eum dixi 'pretium non uile laboris	
hoc quoque enim uidi, nec mihi uerba dabis.		iam dominae nobis eolla tenenda dabo,'	
nec tamen effecit, quamuis retinebat euntem,		protinus illa ualent atque ad sua praenimia tendunt,	
ne fieret prima pes tuus undus aqua.	100	ut celer Eleo carcere missus equus.	166
excipis amplexu, feliciaeque oscula iungis,		ipse meos igitur seruo, quibus uxor, amores,	
oscula, di magni, trans mare digna peti!		teque, magis caelo digna puella, sequor.	
eque tuis demptos ueris mihi tradis amictus,		digna quidem caelo es, sed adhuc tellure morare,	
et madidam siccas aequoris imbre comam.		aut dic, ad superos et mihi qua sit iter.	170
caetera nox et nos et turris conscia nouit,	105	hic es, et exigue misero contingis amanti	

XVIII 41 quod, cum P<sup>2</sup> G ω, non P. 45 faedisque malim. moderantius ω. 50 hinc τ, hic P G. adest P<sup>2</sup> G ω edd. uett. 56 laribus Heins. 59 fere suspectum. mihi ω. 76 sponte Francius. 79 nostras ueniebat ω. 84 fortior τ. 86 lument P, nunc τ. 98 dabam Nodellius. 102 diis uaguis ω. 103 de edd. uett. 119 hinc Elwald. 121 credes ego, coll. 4. 37, credis P ω uulg., credas τ (G?). 125 sciungimur G. 131 delphes P G. 133 utritus P. miles P. 135 iter ante τ, iterare P (-re m<sup>2</sup>) G ω. 147 parte τ, parce τ, arce ed. princ. Argo—nulla Withhof. 148 rector τ. 156 errat tenebris τ, Bentl., erat t. P. crit in t. P<sup>2</sup> G ω. 159 possum ω. 160 morsaque Iortius, Bentl. coll. Met 13. 942. 167 amores. omnes P. 169 caelo es Merk., caes adhuc P. caelo sed huc P<sup>2</sup>, caelo sed adhuc G ω uulg. moraris P, moreis τ. 170 et. hinc P<sup>2</sup> ω. 171 hic τ exegue P, namque minus raro P, hic es et exiguam uel exiguo ω, exigam G. at Burn.

cumque mea fiunt turbida mente freta.  
 quid mihi, quod lato non separor aequore, prodest?  
 num minus haec nobis tam brevis obstat aqua?  
 an malim, dubito, toto procul orbe remotus 175  
 cum domina longe spem quoque habere meam.  
 quo propior nunc es, flamma propiore calesco,  
 et res non semper, spes mihi semper adest.  
 paene manu, quod amo, tanta est vicinia, tango:  
 saepe sed heu lacrimas hoc mihi 'paene' mouet. 180  
 uelle quid est aliud fugientia prendere poma,  
 spemque tuo refugi illuminis ore sequi?  
 ergo ego te nunquam, nisi cum uolet unda, tenebo,  
 et me felicem nulla uidebit hiemps?  
 cumque minus firmum nil sit quam uentus et unda,  
 in uentis et aqua spes mea semper erit? 186  
 acstus adhuc tamen est. quid, cum mihi laeserit  
 aequor  
 Plias et Arctophylax Oleniumque pecus?  
 aut ego non noui quam sim temerarius, aut me  
 in freta non cautus tum quoque mittet amor. 190  
 neue putes id me, quod abest, promittere tempus,  
 pignora polliciti non tibi tarda dabo.  
 sit tumidum paucis etiam nunc noctibus aequor,  
 ire per inuitas experiemur aquas.  
 aut mihi continget felix audacia saluo, 195  
 aut mors solliciti finis amoris erit.  
 optabo tamen, ut partis expellar in illas,  
 et teneant portus naufraga membra tuos.  
 flebis enim, tactuque meum dignabere corpus,  
 et 'mortis' dices 'huic ego causa fui.' 200  
 scilicet interitus offenderis omine nostri,  
 litteraque inuisa est hac mea parte tibi?  
 desino, parce queri. sed uti mare finiat iram,  
 accedant, quaeso, fac tua uota meis.  
 pace breui nobis opus est, dum transferor isto. 205  
 cum tua contigero litora, perstet hiemps.  
 istic est aptum nostrae nauale carinae,  
 et melius nulla stat mea puppis aqua.  
 illic me claudat Boreas, ubi dulce morari est:  
 tunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero: 210  
 nec faciam surdis conuicia fluctibus ulla,  
 triste nataturo nec querar esse fretum.  
 me pariter uenti teneant tenerique lacerti,  
 per causas istic impediaturque duas.  
 cum patietur hiemps, remis ego corporis utar. 215  
 lumen in aspectu tu modo semper habe.  
 interea pro me pernoctet epistula tecum,  
 quam precor ut minima prosequar ipse mora.

## XIX

## HERO LEANDRO

Quam mihi misisti uerbis, Leandre, salutem  
 ut possim missam rebus habere, ueni!  
 longa mora est nobis omnis, quae gaudia differt;  
 da ueniam fassae, non patienter amo.  
 urimur igne pari: sed sum tibi uiribus impar. 5  
 fortius ingenium suspicor esse uiris.  
 ut corpus, teneris ita mens infirma puellis.  
 deficiam, parui temporis adde moram.  
 uos modo uenando, modo rus geniale colendo  
 ponitis in uaria tempora longa mora. 10  
 aut fora uos retinent, aut unctae dona palaestrae,  
 flectitis aut freno colla sequacis equi:  
 nunc uolucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo:

diluitur posito serior hora mero.  
 his mihi summotae, uel si minus acriter urar, 15  
 quod faciam, superest praeter amare nihil.  
 quod superest, facio; teque, o mea sola noluptas,  
 plus quoque, quam reddi quod mihi possit, amo.  
 aut ego cum cara de te nutrice susurro,  
 quaeque tuum, miror, causa moretur iter: 20  
 aut mare prospiciens odioso conceita uento  
 corripio uerbis aequora paene tuis:  
 aut, ubi saecutiae paulum grauis unda remisit,  
 posse quidem sed te nolle uenire, queror,  
 dumque queror, lacrimae per amantia lumina ma-  
 nant, 25  
 pollice quas tremulo conscia siccata anus.  
 saepe tui, spectro, si sint in litore passus,  
 impositas tamquam seruet harena notas.  
 utque rogem de te, et scribam tibi, siquis Abydo  
 uenerit, aut, quaero, siquis Abydon eat. 30  
 quid referam, quotiens dein uestibus oscula, quas tu  
 Helleponticae ponis iturus amica?  
 sic ubi lux acta est et noctis amicior hora  
 exhibuit pulso sidera clara die,  
 protinus in summo uigilantia lumina tecto 35  
 ponimus, aduetae signa notamque uiae.  
 tortaque uersato ducentes stamina fuso  
 feminea tardas fallimus arte moras.  
 quid loquar interea tam longo tempore, quaeris?  
 nil nisi Leandri nomen in ore meo est. 40  
 'iamne putas exisse domo mea gaudia, nutrix,  
 an uigilant omnes et timet ille suos?  
 iamne suas umeris illum deponere uestes,  
 pallade iam pingui tingere membra putas?'  
 adnuit illa fere: non nostra quod oscula curet, 45  
 sed mouet obrepens somnus anile caput.  
 postque morae minimum 'iam certe nauigat,' inquam  
 'lentaque dimotis brachia iactata aquis.'  
 paucaque cum tacta perfecti stamina terra,  
 an medio possis, quaerimus, esse freta. 50  
 et modo prospicimus, timida modo uoce precamur,  
 ut tibi det faciles utilis aura uias.  
 auribus incertas uoces captamus, et omnem  
 aduentus strepitum credimus esse tui.  
 sic ubi deceptae pars est mihi maxima noctis 55  
 acta, subit furtim lumina fessa sopor.  
 forsitan inuitus mecum tamen, improbe, dormis:  
 et, quamquam non uis ipse uenire, uenis.  
 nam modo te uideor prope iam spectare natantem,  
 brachia nunc umeris umida ferre meis: 60  
 nunc dare, quae soleo, madidis uelamina membris,  
 pectora nunc iuncto nostra fouere sinu,  
 multaque praeterea lingua reficenda modesta,  
 quae fecisse iuuat, facta referre pudet.  
 me miseram breuis est haec et non uera uoluptas. 65  
 nam tu cum somno semper abire soles.  
 firmitus, o, cupidi tandem coeamus amantes,  
 nec careant uera gaudia nostra fide.  
 cur ego tot uiduas exegi frigida noctes?  
 cur totiens a me, lente natator, abes? 70  
 est mare, confiteor, nondum tractabile nanti.  
 nocte sed hesternae lenior aura fuit.  
 cur ea praeterita est? cur non uentura timebas?  
 tam bona cur perii, nec tibi rapta uia est?  
 protinus ut similis detur tibi copia cursus, 75  
 hoc melior certe, quo prior, illa fuit.—  
 ait cito mutata est iactati forma profundi.  
 tempore, cum properas, saepe minore uenis.  
 hic, puto, deprensus nil quod querereris haberes,

XVIII 174 non  $\omega$ . 175 an  $\tau$ , num P G  $\omega$ . 177 propius P G, corr.  $\omega$ . 190 cautum  $\omega$ . 191 in Dilthey. 197 tantum  $\tau$ . istas Postgate. 203 desino P G, desine G<sup>2</sup> V  $\tau$ . parte P  $\omega$ . uti ego, ut et P (?), ut hanc V, ut hoc G (?). 205 istie uel istuc uel illuc  $\tau$ . 218 prosequar P G, perssequar  $\tau$ . XIX 3 defert P. 5 urimor P. 12 fugacis  $\omega$ . 13 amo P, Sedlm. 15 summotis  $\omega$ . 16 quid G  $\omega$ . 18 eredi  $\omega$ . 21 freta  $\tau$ . 29, 30 eiecit Bentl. 31 do corr. ex de P, do  $\omega$ . 35 summa—turre P<sup>2</sup>. 36 signaque nota  $\tau$ . 42 homines Bentl., quod placet. 44 putes G  $\tau$ . 45 fore P V  $\omega$ . 47 nimium P  $\tau$ . 49 terra P recte, tela G  $\tau$ , male: Hero net, non textit. 58 quamuis  $\omega$ . 62 ita P, iuncta nostra G, iuncto uestra  $\tau$ , nostro iuncta Merk., aliud latere uidetur fort. iuncto tosta (frigore). 63 praeterco  $\tau$ . linguae—modestae V  $\tau$ , Merk. 65, 66 Heinsio suspecti: quare? 68 ne  $\tau$ . 70 morator P<sup>1</sup>  $\tau$ . 71 nondum in ras. P<sup>1</sup>, non nunc Bentl. 77 pacati Bentl.

meque tibi amplexo nulla noceret hiemps.	80	gloriaque est stagno quolibet ista minor.
certe ego tum ventos audirem laeta sonantis,		nobilis ille quidem est et clarus origine, sed non
et nunquam placidas esse precarer aquas.		a tibi suspecto ducit Vlixee genus.
quid tamen evenit, cur sis metuentior undae,		da veniam seruaque duos: natat ille; sed isdem
contempnuntque prius nunc uerere fretum?		corpus Leandri, spes mea, pendet aquis.
nam meminim, cum te saeuum ueniente minaxque	85	sternuit et lumen, posito nam scribimus illo,
non minus, aut multo non minus aequor erat:		sternuit, et nobis prospera signa dedit.
eum tibi clamabam 'sic tu temerarius esto,		cece, merum nutrit faustos instillat in ignes,
ne miserae nirtus sit tua flenda mihi.'		'eras' que 'erimus plures' inquit, et ipsa bibit.
unde nouus timor hie, quoque illa audacia fugit?		effice nos plures, enicta per aequora lapsus,
magnus ubi est spreus ille natator aquis?	90	o penitus toto corde recepte mihi!
sis tamen hoc potius, quam quod prius esse solebas;		in tua castra redi, socii desertor amoris:
et facias placidum per mare tutus iter:		ponuntur medio cur mea membra toro?
dummodo sis idem, dum sic, ut scribis, amemur,		quod timeas, non est. auso Venus ipsa fauebit,
flammaque non fiat frigidus illa cinis.		sternet et aequoreas aequore nata uias.
non ego tam uentos timeo mea uota morantes,	95	ire libet medias ipsi mihi saepe per undas:
quam similis uento ne tuus erret amor:		sed solet hoc maribus tutius esse fretum.
ne non sim tanti, superentque pericula causam,		nam cur hac necis Phrixo Phrixique sorore
et uidear merces esse labore minor.		sola dedit nastis femina nomen aquis?
interdum metuo, patria ne laedar, et inpar		forsitan ad reditum metnas ne tempora desint,
dicar Abydeno Thressa puella toro.	100	aut gemini nequeas ferre laboris onus.
ferre tamen possum patientius omnia, quam si		at nos diuersi medium coeamus in aequor,
otio nescioqna pacifice captus agris,		obuiaque in summis oscula demus aquis,
in tua si ueniunt alieni colla laerenti,		atque ita quisque suas iterum redeamus ad urbes:
fitque nouus nostri finis amoris amor.		exiguum, sed plus quam nihil illud erit.
a, potius peream, quam crimine uulnerer isto:	105	uel pudor hic utinam, qui nos clam cogit amare,
fataque sint culpa nostra priora tua.		uel timidis famae cedere nellet amor!
nec, quia uenturi dederis mihi signa doloris,		nunc male res iunctae, calor et reuerentia, pugnant.
haec loquor, aut fama sollicitata noua:		quid sequar in dubio est. haec decet, ille iuuat.
omnia sed uereor: quis enim securus amauit?		ut semel intrant Colehos Pagasus lasou,
cogit et absentes plura timere locus,	110	impositam celeri Phasida puppe tulit:
felices illas, sua quas praesentia nosse		ut semel Idaeus Laedaemona uenit adulter,
crinina uera iubet, falsa timere uetat.		cum praeda rediit protinus ille sua.
nos tam uana mouet, quam facta iniuria fallit,		tu quam saepe petis quod amas, tam saepe relin-
incitat et morsus error uterque pares.		quis,
o ufinam uenias! aut ut uentusue paterne,	115	et quotiens graue fit puppibus ire, natas.
causaque sit certe femina nulla morae!		sic tamen, o imenis, tumidarum metor aquarum,
quodsi quam sciero, moriar, mihi crede, dolendo;		sic facito spernas, ut necare, fretum.
iamdudum pecca, si mea fata petis.		arte laboratae merguntur ab aequore naues.
sed neque peccabis frustra ego terror istis:		tu tua plus remis brachia posse putas?
quoque minus uenias, inuida pugnat hiemps:	120	quod cupis, hoc nautae metunt, Leandre, natare:
me miseram! quanto planguntur litora fluctu,		exitus hic fractis puppibus esse solet.
et latet obscura condita nube dies.		me miseram! cupio non persuadere quod hortor,
forsitan ad pontum mater pia uenerit Helles,		sisque, precor, monitis fortior ipse meis:
mersaque roratis nata fleatur aquis.		dummodo peruenias, excussa saepe per undas
an mare ab inuiso prinigae nomine dictum	125	inicias inueris brachia lassa meis.
uexat in aequoream uersa nonera deam?		sed mihi, caeruleas quotiens obtortor ad undas,
non fauet, ut nunc est, teneris locus iste puellis.		nescioquae pavidum frigora pectus habet.
haec Helle periit, haec ego laedor aqua.		nec minus hesternae confundor imagine noctis,
at tibi flammurarum memori, Neptune, tuarum		quamuis est sacris illa piata meis.
nullus erat uentis impediendus amor:	130	namque sub aurora, iam dormitante lucerna,
si neque Anymone, nec laudatissima forma		somnia quo cerni tempore uera solent,
eriminis est Tyro fabula uana tui,		stamina de digitis cecidere sapore remissis,
lucidaque Aleyone t'Ceuceque et Aueone nata,		collaque puluino nostra ferenda dedi.
et nondum nexis angue Medusa comis,		hie ego uentosas nautem delphina per undas
flammae Laodice caeloque recepta Colacho,	135	cernere non dubia sum mihi uisa fide:
et quarum memini nomina lecta mihi.		quem postquam bibulis inlisis linctus harenis,
has certe pluresque canunt, Neptune, poetae		unda simul miserum nitaque desernit.
molle latus lateri composuisse tuo.		quidquid id est, timeo: nec tu mea somnia ride,
cur igitur, totiens nires expertus amoris,		nec nisi tranquillo brachia crede mari.
adsuetum nobis turbine claudis iter?	140	si tibi non pareas, dilectae parce puellae,
parce, ferox, latoque mari tua proclia misce.		quae nunquam nisi te sospite sospes ero.
seducit terras haec breuis unda dras.		spes tamen est fractis micinae pacis in undis:
te decet aut magnas magnum iactare cutimas,		tum placidas toto pectore lunde nias.
aut etiam totis classibus esse truncem.		interea, nauti quoniam freta pernia non sunt,
turpe deo pelagi inuenem terrere natantem:	145	leniat inuisas littera missa moras.

XIX 81 *laeta* (sic) P, *lenta* G, Merk. 92 *cautus* Francius. 100 *Sesta* V w, *uero* G. 102 *agas* G w. 108 *fama*, *uentura* P. 110 *multa* G, *ipse* G. 111 *nostra* P. 112 *subet* suspectum, *uaut* P w. 113 *uera*—*ficta* G. 117 *resciero* P<sup>2</sup> mg. 118 *peccos* eodd., corr. Hensinger. 127 *utrumque* est Dilthey. 131 *si* aut s; P. 133 *ceuceque* (sic) et *aucone* sed ras, inter q; et e P, *ceuceque* et *aucone* G. *Calycopa* *Hecatacone* Heins, ex Hyg. Fab. 157. *Civecque* et *Alymone* Ant. Volscus eod. nett. immensa uarietas in G. pro *ceuceque* possis aut *Leuce* aut *Glauce*. 147, 148 Bentleio suspecti. 163 *cece*, *cae* (supra scripto t) P, an *loeta*? 168 *uiduo* G. 163 *hae* P, *huc* G, *hoc* V w. 165 *metuis* w, *robora* w. 169 *uterque* Bentl. 171, 172 *ont*—*aut* malim. *anore* Bentl. an *corit*, *amori*. 192 *quae* G w, *quae* P. *frinora* V w, *frigore* P G. *habet* P, *habent* G w. 206 *erit* w. 207 *stratis* Bentl. coll. 7. 49 quod placet. 208 *lato* G G. 209 *nanti* G, *nandi* P G. 210 *inmensis* G.

## XX

## ACONTIVS CYDIPPÆ

Pone metum ; nihil hic iterum iurabis amanti :  
 promissam satis est te semel esse mihi.  
 perlege, discedat sic corpore languor ab isto,  
 quod meus est ulla parte dolere dolor.  
 quid pudor ante subit ? nam, sicut in aede Dianae,  
 suspicor ingenuas erubuisse genas. 6  
 coniugium pactamque fidem, non crimina posco.  
 debitus ut coniunx, non ut adulter amo.  
 uerba licet repetas, quae demptus ab arbore fetus  
 pertulit ad castas me iacientem manus. 10  
 inuenies illic id te spondere, quod opto  
 te potius, uirgo, quam meminisse deam.  
 nunc quoque idem timeo. sed idem tamen acrius  
 illud  
 adsumpsit uires, auctaque flamma mora est.  
 quique fuit numquam paruus, nunc tempore longo  
 et spe, quam dederas tu mihi, creuit amor. 16  
 spem mihi tu dederas. meus hic tibi creditur ardor :  
 non potes hoc factum teste negare dea.  
 adfuit, et praesens, ut erat, tua uerba notauit,  
 et uisa est mota dicta tulisse coma. 20  
 deceptam dicas nostra te fraude licebit,  
 dum fraudis nostrae causa feratur amor.  
 fraus mea quid petiit, nisi, uti tibi iungerer, unum ?  
 id me, quod quereris, conciliare potest.  
 non ego natura nec sum tam callidus usu. 25  
 solertem tu me, crede, puella, facis.  
 te mihi compositis, siquid tamen egimus, a me  
 adstrinxit uerbis ingeniosus Amor.  
 dictatis ab eo feci sponsalia uerbis,  
 consultoque fui iuris Amore uaffer. 30  
 sit fraus huic facto nomen, dicarque dolens :  
 si tamen est, quod ames uelle tenere, dolus.  
 en iterum scribo mittoque rogantia uerba.  
 altera fraus haec est ; quodque queraris, habes.  
 si noceo, quod amo, fateor, sine fine nocebo, 35  
 teque, peti canes tu licet, usque petam.  
 per gladios alii placitas rapuere puellas :  
 scripta mihi caute littera crimen erit ?  
 di faciant, possim plures inponere nodos,  
 ut tua sit nulla libera parte fides. 40  
 mille doli restant ; cliuio sudamus in imo :  
 ardor inexpertum nil sinet esse meus.  
 sit dubium, possisne capi ; captabere certe.  
 exitus in dis est ; sed capere tamen.  
 ut partem effugias, non omnia retia falles, 45  
 quae tibi, quam credis, plura tetendit Amor.  
 si non proficient artes, uenienus ad arma,  
 uique tui cupido rapta ferere sinu.  
 non sum, qui soleam Paridis reprehendere factum,  
 nec quemquam, qui, uir posset ut esse, fuit. 50  
 nos quoque—sed taceo. mors huius poena rapinae  
 ut sit, erit, quam te non habuisse, minor.  
 aut esses formosa minus ; peteret modeste :  
 audaces facie cogimur esse tua.  
 tu facis hoc oculique tui, quibus ignea cedunt 55  
 sidera, qui flammae causa fuere meae :  
 hoc faciunt flauis crines et eburnea cernix,  
 quaeque, precor, ueniant in mea colla manus,  
 et decor et uultus sine rusticitate pudentes,

et, Thetidis qualis uix rear esse, pedes. 60  
 cetera si possem laudare, beatiorem essem :  
 nec dubito, totum quin sibi par sit opus.  
 hac ego compulsus, non est mirabile, forma,  
 si pignus uolui uocis habere tuae.  
 denique, dum captam tu te cogere fateri, 65  
 insidiis esto capta puella meis.  
 inuidiam patiar : passo sua praemia dentur.  
 cur suus a tanto crimine fructus abest ?  
 Hesione Telamon, Briseida cepit Achilles :  
 utraque uictorem nempe secuta uirum. 70  
 quamlibet accuses et sis irata licebit,  
 irata liceat dum mihi posse frui.  
 idem, qui facimus, factam tenuabinus iram,  
 copia placandi sit modo parua tui.  
 ante tuos liceat flentem consistere uultus, 75  
 et liceat lacrimis addere uerba sua :  
 utque solent famuli, cum uerbera saeua uerentur,  
 tendere summissas ad tua crura manus.  
 ignoras tua iura : uoca. cur arguor absens ?  
 iam dudum dominae more uenire iube. 80  
 ipsa meos scindas licet imperiosa capillos,  
 oraque sint digitis liuida nostra tuis.  
 omnia pepetiar. tantum fortasse timebo,  
 corpore laedatur ne manus ista meo.  
 sed neque compedibus nec me compesce catenis. 85  
 seruabor firmo uinctus amore tui.  
 cum bene se, quantumque uolet, satiauerit ira,  
 ipsa tibi dices 'quam patienter amat !'  
 ipsa tibi dices, ubi uideris omnia ferre,  
 'tam bene qui seruit, seruiat iste mihi.' 90  
 nunc reus infelix absens agor ; et mea, cum sit  
 optima, non ullo causa tuente perit.  
 hoc quoque, quantumuis sit scriptum iniuria nos-  
 trum :  
 quod de me solo nempe queraris, habes.  
 non meruit falli necum quoque Delia : si non 95  
 uis mihi promissum reddere, redde deae.  
 adfuit et uidit, cum tu decepta rubebas,  
 et uocem memori condidit aure tuam.  
 omnia re careant ! nihil est uiolentius illa,  
 cum sua, quod nolim, numina laesa uidet. 100  
 testis erit Calydonis aper, sic saeuus, ut illo  
 sit magis in natum saeua reperta parens.  
 testis et Actaeon, quondam fera creditus illis,  
 ipse dedit leto cum quibus ante feras :  
 quaeque superba parens, saxo per corpus abortio  
 nunc quoque Mygdonia flebilis astat humo. 106  
 ei mihi, Cydippe, timeo tibi dicere uerum,  
 ne uidear causa falsa monere mea :  
 dicendum tamen est. hoc est, mihi crede, quod  
 aegra  
 ipso nubendi tempore saepe iaces. 110  
 consulit ipsa tibi, neu sis periura laborat ;  
 et saluam salua te cupit esse fide.  
 inde fit, ut, quotiens existere perfida temptas,  
 peccatum totiens corrigat illa tuum.  
 parce mouere feros animosae uirginis arcus : 115  
 mitis adhuc fieri, si patiare, potest.  
 parce, precor, teneros corrumpere febribus artus.  
 seruetur facies ista fruenda mihi.  
 seruentur uultus ad nostra incendia nati,  
 quique subest niueo lenis in ore rubor. 120  
 hostibus, et siquis, ne fias nostra, repugnat,  
 sic sit, ut inualida te solet esse mihi.

XX in  $\zeta$  praemittitur: *Accipe, Cydippe, despecti nomen Aeonti illius, in pomo qui tibi uerba dedit.* 4 quod Dilthey, qui P (post ras. et q minusculo) cett. dolente  $\zeta$ , quo—dolente Dilthey, nuper. 5 ante P G  $\omega$ , ora  $\tau$ . 13 teno Oudendorp, cupio Bentl. an spero. 15 nunc  $\zeta$ , nec P G. 16 ex spe G  $\zeta$ . erescit  $\zeta$ . 19 ut crātu P, uerantia Baehrens. 20 tulisse P G  $\omega$ , corrupte ut uid., probasse  $\zeta$ , Ehwald. 23, 24 Heinsio suspecti. uti  $\zeta$ , ut P. quod G. uni codd., unum scripsi, iungerer? unum Burin. 27 a me P, arte G  $\omega$ , ante  $\zeta$ . 30 consumptoque P<sup>1</sup> G. 36 peti  $\zeta$ , petam P G. usque  $\tau$ , ipse P, ipsa G. 37 placidas P G  $\omega$ . 48 uique scripsi, inque codd. cupidus P<sup>1</sup>, meo cupido P<sup>2</sup>, cupidus—sinus Sedlm. cf. Art. 1. 128. 55 hoc om. P. 59 motus Dilthey, quod placet. 62 ita  $\zeta$ . quin tua (tu P<sup>1</sup>). pars sit opus P G  $\omega$ . 69, 70 eiecit Dilthey. 75 flentis P. 76 sua ego, cf. 14. 67, sui P, suis G, meis  $\omega$ , tuis  $\zeta$ . 78 sed in ad corr. P, sub G  $\omega$ , uera  $\zeta$ . 82 aspera G. 89 ferri Dilthey. 93 quantumuis ego: quod ||||| iussit in ras. spatium circiter trium litterarum P, quod tu uis G, uulgo. 97, 98 sel. Dilthey. 98 ore suo G. 100 quae G. 101, 102 damnauit Heins., 101–106 Dilthey. 101 sic sacuus  $\zeta$  P<sup>2</sup> mg. ap. Ehwald, P<sup>1</sup> in ras., nam scimus P<sup>2</sup> G  $\omega$ , uulgo. 107 uerbum P<sup>2</sup>. 108 mouere G. 120 leuis  $\zeta$ .



torqueor ex aequo, uel te iubente, uel aegra,  
dicere nec possum quid minus ipse uelim.  
maecor interdum, quod sim tibi causa dolendi,  
teque mea laeli calliditate puto. 126  
in caput ut nostrum dominae periuria, quaeso,  
eueniant; poena tuta sit illa mea.  
ne tamen ignorem quid agas, ad limina erebro  
anxius huc illuc dissimulante eo. 130  
subsequor ancillam furtim famulumque, requirens,  
profuerint somni quid tibi, quidue cibi.  
me miserum, quod non medicorum iussa ministro,  
effingoque manus insideoque toro!  
et rursus miserum, quod me procul inde remoto,  
quem minime uellem, forsitan alter adest! 136  
ille manus istas effingit et adsidet aegrae,  
imius superis enim superisque mihi.  
dumque suo temptat salientem pollice uenam,  
eandem per causam brachia saepe tenet: 140  
contrectatque sinus et forsitan oesula inngit.  
officio neceres plenior ista suo est.  
quis tibi permisit nostras praecipere messes?  
ad spes alterius quis tibi fecit iter?  
iste sinus meus est; mea turpiter oesula sumis,  
a mihi promisso corpore tolle manus. 146  
improbe, tolle manus! quam tangis, nostra futura  
est.  
postmodo si facies istud, adulter eris.  
elige de uacuis quam non sibi iudicet alter.  
si neseis, dominum res habet ista suum. 150  
nec mihi erideris. recitetur formula pacti:  
neq. falsam dicas esse, fac ipsa legat.  
alterius thalamo, tibi nos, tibi dieimus, exi.  
quid facis hic? exi! non uacat iste torus.  
nam quod habes et tu gemini uerba altera pacti,  
non erit ideo par tua causa meae. 156  
haec mihi se pepigit, pater hanc tibi, primus ab  
illa:  
sed propior certe, quam pater, ipsa sibi est.  
promisit pater hanc; haec et iurauit amanti.  
ille homines, haec est testificata deam. 160  
ille timet mendax, haec et periuria uocari.  
num dubites, hic sit maior an ille metus?  
denique, ut amorum conferre pericula possis,  
respice ad euentus: haec cubat, ille ualet.  
nos quoque dissimili certamina mente subimus, 165  
nec spes par nobis nec timor aequus adest.  
tu petis ex tuto: granior mihi morte repulsa est,  
idque ego iam, quod tu forsitan anabis, amo.  
si tibi iustitiae, si recti enra fuisset,  
cedere debueras ignibus ipse meis. 170  
nunc quoniam ferus hic pro causa pugnat iniqua,  
ad quid, Cydippe, littera nostra redit?  
hic facit, ut laeas et sis suspecta Dianae;  
hinc tu, si sapias, limen adire uetes.  
hoc faciente subis tam saeua pericula uitae: 175  
atque utinam pro te, qui monet illa, cadat!  
quem si reppereris, nec, quem dea damnat, amaris,  
tu tuae continuo, certe ego saluus ero.  
siste metum, uirgo. stabili potiere salute,  
fac modo polliciti conscia templa colas. 180  
non boue maectato caelestia numina gaudent,  
sed, quae praestanda est et sine teste, fide.  
ut ualeant, aliae ferrum patiuntur et ignes:  
fert aliis tristem succus amarus opem.  
nil opus est istis. tantum perinria uita, 185

teque simul serua meque datamque fidem.  
praeteritae ueniam dabit ignorantia culpa;  
exciderant animo foedera lecta tuo.  
aduonita es modo uoce mea, modo casibus istis,  
quos, quotiens temptas fallere, ferre soles. 190  
his quoque uitatis in partu nempe rogabis,  
ut tibi luciferas adferat illa manus?  
audiet et, repetens quae sint audita, requiret  
ipsa, tibi de quo coninge partus eat.  
promittes uotum: scit te promittere falso. 195  
iurabis: scit te fallere posse deos.  
non agitur de me. cura maior laboro.  
anxia sunt uitae pectora nostra tinae.  
cur modo te dubiam pauidi llenere parentes,  
ignaros culpa ipsos facis esse tuae? 200  
et cur ignorent? matri licet omnia uarres.  
nil tua, Cydippe, facta rboris habent.  
ordine fac referas, ut sis mihi cognita primum,  
saetra pharetratae dum facit ipsa deae,  
ut te conspecta subito, si forte notasti, 205  
restiterim fixis in tua membra genis,  
et, te dum nimium miror, nota certa furoris,  
deciderint uero pallia lapsa meo:  
postmoda nescioqua uenisse uolubile malum,  
uerba ferens doctis insidiosa notis: 210  
quod quia sit lectum sancta praesente Diana,  
esse tuam uinctam uimine teste fidem.  
ne tamen ignoret scripti sententia quae sit,  
lecta tibi quondam nunc quoque uerba refer.  
'umbe, precor,' dicit 'eni te bona uimina iungunt.  
quem fore iurasti, sit genit ille mihi. 216  
quisquis is est, placeat, quoniam placet aute Dianae,  
talis erit mater, si modo mater erit.  
sed tamen ut quaerat, quis sim qualisque, uideto:  
inueniet nobis consuluisse deam. 220  
insula, Coryeis quondam celeberrima nymphis,  
cingitur Aegaeo, nomine Cea, mari:  
illa mihi patria est: nec, si generosa probatis  
nomina, despectis arguo ortus auis.  
sunt et opes nobis, sunt et sine crimine mores: 225  
amplius utque nihil, me tibi iungit amor.  
appeteres talem nel non iurata maritum.  
iuratae uel non talis habendus erat.  
haec tibi me in somnis iaculatrix scribere Phoebe,  
haec tibi me uigilem scribere iussit Amor: 230  
e quibus alterius mihi iam nocuere sagittae,  
alterius noceant ne tibi tela, cane.  
inneta salus uostra est: miserere meique tuique;  
quid dubitas unam ferre duobus opem?  
quod si contigerit, emi iam data signa sonabunt  
tinetaque notino sanguine Delos erit, 236  
aurea ponetur mali felicitis imago,  
causaque uersienlis scripta duobus erit:  
'elligie pomi testatur Acontius huius,  
quae fuerint in eo scripta, fuisse rata.' 240  
longior infirmum ne lasset epistola corpus,  
clausaque consueto sit tibi fine, uale!

## XXI

## CYDIPPE ACONTIO

Pertinui, scriptamque tuam sine murmure legi,  
iuraret nequos in seia lingua deos.  
et puto captasses iterum, nisi, ut ipse fateris,

XX 124 esse P<sup>2</sup> ω. 127 ut add. Elwald. inque caput G ω. 134 adsideoque Bentl. 135 remoni G ω. 136 uelim P. obest G. 144 spiss P ut saepe in talibus, spes G ω, saepe τ, edd. uett. quod non displicet. 147-154 uenies in cluist Dilthey. 155 gemini Merkel, humani ω, et P mg. ut referunt: equidem non potui legere, P<sup>2</sup> in ras., G euandium. 158 proprior P. 161 ita τ. hic metuit mendax P<sup>2</sup> (P<sup>1</sup> eas.) G ω. haec et τ, timet haec (supra ser. t) P, timet haec ω. 163, 164 seclisit Dilthey. 170 credere P. 172 ad te τ ed. princ. Rom. Elwald. 175 post h. u. deficit P. 178 tu tunc scripsi, et ut ω, et tunc τ. certe codd., post scripserim terque Gilbert, continuo per te tunc Housman. 189 modo, cum c. G τ. 193 et τ, ed. Rom. 117, haec G ω, heu Dilthey, an audierit. 194 iste tibi Dilthey. 197 meliore τ. 204 facit G τ, facis ω. 208 ueneris—meis τ (G?). 209 post ego G. 210 dictis G. 215 an proci? 219 ut ego, et coldi. si tamen et τ, qui τ Bentl. inbeto τ Hein. 221 Coricis G τ, Carthacia Buttman, coll. Met. 10. 109, 7. 368, Corinthis τ. 228 eram Bentl. 242 sibi Heins. ceterum 241, 242 eiecit Dilthey. XXI 1 in τ praemittuntur: Littera peruenit tua quo consuauit Acontii et pueri cecit oculis uisitata meis. 3 et G, ut τ at τ.

promissam scires me satis esse semel.  
 nec lectura fui. sed, si tibi dura fuisset, 5  
 aucta foret saeuae forsitan ira deae.  
 omnia cum faciam, eum dem pia tura Dianae,  
 illa tamen iusta plus tibi parte fauet,  
 utque cupis credi, memori te vindicet ira :  
 talis in Hippolyto uix fuit illa suo. 10  
 at melius uirgo fanisset uirginis amnis,  
 quos uereor paucos ne uelit esse mihi.  
 [languor enim causis non apparentibus haeret,  
 adinuor et nulla fessa medentis ope.  
 quam tibi nunc gracilem nix haec rescribere quamque  
 pallida uix cubito membra leuare putas ? 16  
 huc timor accedit, ne quis nisi conscia nutrix  
 colloqui nobis sentiat esse uices.  
 ante foresedet haec quid agamque rogantibus intus,  
 ut possim tuto scribere, ' dormit ' ait. 20  
 mox ubi, secreti longi causa optima, somnus  
 credibilis tarda desinit esse mora,  
 iamque uenire uidet, quos non admittere durum est,  
 exereat et ficta dat mihi signa nota :  
 sicut erant, properans uerba imperfecta relinquo 25  
 et tegitur trepido littera coepta sinu.  
 inde meos digitos iterum repetita fatigat :  
 quantus sit nobis aspicias ipse labor.  
 quo peream si dignus eras, ut uera loquamur :  
 sed melior iusto quamque mereris ego. 30  
 ergo te propter totiens incerta salutis  
 commentis poenas doque dedique tuis ?  
 haec nobis formae te laudatore superbae  
 contingit merces ? et placuisse nocet ?  
 si tibi deformis, quod mallet, uisa fuisset, 35  
 eulpatum nulla corpus egeret ope :  
 nunc laudata gemo, nunc me certamine uestro  
 perditis, et proprio uulneror ipsa bono.  
 dum neque tu cedis nec se putat ille secundum,  
 tu uotis obstas illius, ille tuis. 40  
 ipsa uelut nauis iactor, quam certus in altum  
 propellit Boreas, aestus et unda refert :  
 cumque dies caris optata parentibus instat,  
 immodicus pariter corporis ardor adest.  
 ei mihi, coniugii tempus crudelis ad ipsum 45  
 Persephone nostras pulsat acerba fores.  
 iam pudet, et timeo, quamuis mihi conscia non sim,  
 offensos uidear ne meruisse deos.  
 accidere hoc aliquis casu contendit, et alter  
 acceptum superis hunc negat esse uirum. 50  
 nene nihil credas in te quoque dicere famam,  
 facta ueneficis pars putat ista tuis.  
 causa latet, mala nostra patent : nos pace mouetis  
 aspera summota proelia, plector ego.  
 dic *mihi* nunc, solitoque tibi me decipe more : 55  
 quid facies odio, sic ubi amore nocet ?  
 si laedis quod amas, hostem sapienter amabis ;  
 me, precor, ut serues, perdere nelle melis.  
 aut tibi iam nulla est speratae cura puellae,  
 quam ferns indigna tate perire sinis, 60  
 aut, dea si frustra pro me tibi saeua rogatur,  
 quid mihi te iactas ? gratia nulla tua est.  
 elige quid fingas. non uis placare Dianam ;  
 immemor es nostri : non potes ; illa tui est.  
 uel numquam mallet, uel non mihi tempore in illo 65  
 esset in Aegaeis cognita Delos aquis.  
 tunc mea difficili deducta est aequore nauis,  
 et fuit ad coeptas hora sinistra uias.  
 quo pede processi ! quo me pede limine moui !  
 picta citac tetigi quo pede texta ratis ! 70

bis tamen aduerso redierunt carbasa uento—  
 mentior, a demens ! ille secundus erat.  
 ille secundus erat, qui me referebat euntem  
 quique parum felix impediendo iter.  
 atque utinam constans contra mea uela fuisset ! 75  
 sed stultum est uenti de leuitate queri.  
 mota loci fama properabam uisere Delon,  
 et facere ignaua puppe uidebar iter.  
 quam saepe, ut tardis, feci conuicia remis  
 quastaque sum uento lintea parca dari ! 80  
 et iam transieram Myconon, iam Tenon et Andron,  
 inque meis oculis candida Delos erat.  
 quam procul ut uidi ' quid me fugis, insula ? ' dixi,  
 ' laberis in magno nunquid, ut ante, mari ? '  
 institeram terrae, cum iam prope luce peracta 85  
 demere purpureis Sol iuga uellet equis.  
 quos idem solitos postquam reuocauit ad ortus,  
 comuntur nostrae matre iubente comae :  
 ipsa dedit gemmas digitis et crinibus aurum  
 et uestes umeris induit ipsa meis. 90  
 protinus egressae superis, quibus insula grata est,  
 flaua salutatis tura merumque damus.  
 dumque parens aras uotino sanguine tingit  
 festaque fumosis ingerit exta focis,  
 sedula me nutrix alias quoque ducit in aedes, 95  
 erramusque nago per loca sacra pede.  
 et modo porticibus spatior, modo munerera regum  
 miror et in cunctis stantia signa locis ;  
 miror et innumeris structam de cornibus aram  
 et de qua pariens arbore nixa dea est ; 100  
 et quae praeterea—(neque enim meminisse libetue,  
 quicquid ibi uidi, dicere)—Delos habet.  
 forsitan haec spectans a te spectabar, Aconti,  
 uisaeque simplicitas est mea posse capi.  
 in templum redeo gradibus sublime Dianae : 105  
 tutior hoc ecquus debuit esse locus ?  
 mittitur ante pedes malum cum carne tali—  
 ei mihi, iurauit nunc quoque paene tibi.  
 sustulit hoc nutrix miratae ' perlege ' dixit :  
 insidias legi, magne poetae, tuas. 110  
 nomine coniugii dicto confusa pudore  
 sensi me totis erubuisse genis ;  
 luminaeque in gremio ueluti defixa tenebam,  
 lumina propositi facta ministra tui.  
 improbe, quid gaudes, aut quae tibi gloria parta est,  
 quidue uir elusa uirgine laudis habes ? 116  
 non ego constiteram sumpta peltata securi,  
 qualis in Iliaco Penthesilea solo ;  
 nullus Amazonio caelatus baltens auro,  
 sicut ab Hippolyte, praeda relata tibi est. 120  
 uerba quid exultas tua si mihi uerba dederunt,  
 sumque parum prudens capta puella dolis ?  
 Cydippen pomum, pomum Schoeneida cepit :  
 tu nunc Hippomenes scilicet alter eris.  
 at fuerat melius, si te puer iste tenebat, 125  
 quem tu nescioquas dieis habere faces,  
 more bonis solito spem non corrumpere fraude :  
 exoranda tibi, non capienda fui.  
 cur, me cum peteres, ea non profitenda putabas,  
 propter quae nobis ipse petendus eras ? 130  
 cogere cur potius quam persuadere uolebas,  
 si poteram audita condicione capi ?  
 quid tibi nunc prodest iurandi formula irris  
 linguaque praesentem testificata deam ?  
 quae iurat, mens est : nil coniurauimus illa ; 135  
 illa fidem dictis addere sola potest.  
 consilium prudensque animi sententia iurat,

XXI 9, 10 seclisit Dilthey. 12 post h. u. desunt omnes boni codices et Planudis uersio. 'reliqui quicquid legitur adulterium est' Ant. Volscus in ed. Ven. 1487. uu. 13-144 leguntur in paucis codd. recentibus, uu. 145 ad fin. in solo Laurentiano (L) saec. xiv. 17 huc Heins., nunc codd. 21 longi L, longe edd. uett. 24 dicta Burm., pacta malim. 26 coepta Dilthey, cauta codd. 29 quo Heins., quae codd. 38 perditis τ, proditis ω. 44 adest τ, inest ω. 45 ei J. F. Heusinger, et L, nec τ, nunc τ. 49 at Bentl. 51 nihil ed. Rom., mihi codd. 52 tuis edd. uett., meis codd. 55 die mihi nunc Dilthey, dicam nunc codd., die iam nunc Crispinus, die aq. nunc Lennep. 60 tate Scipio Gentilis, labe codd. 77 Delum τ. 82 Phosphor erat ed. princ. Rom. 91 grata τ Bentl., sacra ω uulg. 95 alius codd., altus Wakefield. 100 de. an duo. 125 fortasse fouebat. 127 boni τ, edd. uett. corrumpere suspectum. 135, 136 seclisit Dilthey. nil nos iurauimus Bentl., n. cum iurauimus, illa, scil. iurauit, malim.

et nisi iudicii uincula nulla ualent.  
 si tibi coniugium uolui promittere nostrum,  
 exige pollicenti debita iura tui :  
 140 sed si nil dedimus praeter sine pectore uocem,  
 uerba suis frustra uiribus orba tenes.  
 non ego iuravi, legi iurantia uerba ;  
 uir mihi non isto more legendus eras.  
 decipe sic alias ; succedat epistula pomo ;  
 145 si ualet hoc, magnas diuitis aufer opes ;  
 fac iurent reges sua se tibi regna daturos,  
 sitque tuum, toto quicquid in orbe placet.  
 maior es hoc ipsa multo mihi crede, Diana,  
 si tua tam praesens littera numen habet.  
 150 cum tamen haec dixi, cum me tibi firma negaui,  
 eum bene promissi causa peracta mei est,  
 confiteor, timco saeuae Latoidos iram  
 et corpus laedi suspicor inde memi.  
 nam quare, quotiens socialia sacra parantur,  
 155 nupturae totiens languida membra cadunt ?  
 ter mihi iam ueniens positas Hymenaeus ad aras  
 fugit et e thalami limine terga dedit ;  
 nixque manu pigra totiens infusa resurgunt  
 lumina, uix moto corripit igne faeces.  
 160 saepe coronatis stillant unguenta capillis,  
 et trahitur multo splendida palla eroco.  
 cum tetigit lincen, lacrimas mortisque timorem  
 cernit et a cultu multa remota suo ;  
 proiecit ipse sua deductas fronte coronas  
 165 spissaque de nitidis tergit amonia comis ;  
 et pudet in tristi laetum consurgere turba,  
 quique erat in palla, transit in ora rubor.  
 at mihi, uae miserae, torrentur febribus artus,  
 et grauius iusto pallia pondus habent ;  
 170 nostraque plorantes uideo super ora parentes,  
 et face pro thalami fax mihi mortis adest.  
 paree laboranti, picta dea laeta pharetra,  
 daque salutiferam iam mihi fratris opem.  
 turpe tibi est, illum causas depellere leti,  
 175 te contra titulum mortis habere meae.  
 nunquid, in umbroso cum uelles fonte lauari,  
 imprudens multus ad tua labra tuli ?  
 praeteriitne tuas de tot caelestibus aras,  
 aequa tua est nostra sprete parente parens ?  
 180 nil ego peccaui, nisi quod periuria legi  
 inque parum fausto carmine docta fui.  
 tu quoque pro nobis, si non mentiris amorem,  
 tura feras ; prosint, quae nocere, mams.  
 cur, quae succenset, quod adhuc tibi pacta puella  
 non tua sit, heri ne tua possit, agit ?  
 186 omnia de uina tibi sunt speranda : quid aufert  
 saena mihi uitam, spem tibi diua mei ?  
 nec tu credideris illum, cui destinor uxor,  
 aegra superposita membra fonere manu.  
 190 assidet ille quidem, quantum permittitur ipsi ;  
 sed meminit nostrum uirginis esse torum.  
 iam quoque nescioquid de me sensisse nideat :

nam lacrimae causa saepe latente cadunt,  
 et minus audacter blanditur et oscula rara  
 195 accipit et timido me uocat ore suam.  
 nec miror sensisse, notis eum prodar apertis :  
 in dextrum uersor, cum uenit ille, latus,  
 nec loquor, et tecto simulatur lumine somnus,  
 captantem tactus reicioque manu.  
 200 ingenit et tacito suspirat pectore meque  
 offensam, quamuis non mereatur, habet.  
 ei mihi, quod gaudes et te iuuat ista uoluntas !  
 ei mihi, quod sensus sum tibi fassa meos !  
 si mens aequa foret, tu nostra iustius ira,  
 205 qui mihi tendebas retia, dignus eras.  
 scribis, ut inualidum liceat tibi uisere corpus :  
 es procul a nobis ; et tamen inde noces.  
 mirabar, quare tibi nomen Acontius esset :  
 quod faciat longe uulnus, acumen habes.  
 210 certe ego conualui nondum de uulnere tali,  
 ut iaculo scriptis eminus icta tuis.  
 quid tamen huc uenias ? sane miserabile corpus,  
 ingenii uideas magna tropaea tui.  
 concidimus macie ; color est sine sanguine, qualem  
 in pomo refero mente fuisse tuo ;  
 216 candida nec mixto sublucent ora rubore :  
 forma noui talis marmoris esse solet ;  
 argenti color est inter conuina talis,  
 quod taetum gelidae frigore pallet aquae.  
 220 si me nunc uideas, uisam prius esse negabis  
 'arte nec est' dices 'ista petenda me ;'  
 promissique fidem, ne sim tibi iuncta, remittes,  
 et cupies illud non meminisse deam.  
 forsitan et facies, iurem ut contraria rursus,  
 225 quaeque legam, mittes altera uerba mihi.  
 sed tamen aspiceres uellem, prout ipse rogabas,  
 et diseas sponsae languida membra tuae.  
 durius et ferro si sit tibi pectus, Aconti,  
 tu ueniam nostris uocibus ipse petas.  
 230 ne tamen ignores : ope qua reualescere possim,  
 quaeritur a Delphis fata canente deo.  
 is quoque nescioquam, nunc ut naga fama susurrat,  
 neglectam queritur testis habere fidem.  
 hoc deus, hoc nates, hoc et mea carmina dicunt :  
 235 at desunt uoto carmina nulla tui.  
 unde tibi fauor hic ? nisi quod noua forte reperta est,  
 quae capiat magnos littera lecta deos.  
 teque tenente deos, nimen sequor ipsa deorum  
 doque libens uictas in tua nota manus ;  
 240 fassaque sum matri deceptae foedera linguae,  
 lumina fixa tenens plena pudoris humo.  
 cetera cura tua est : plus hoc quoque uirgine factum,  
 non timuit tecum quod mea charta loqui.  
 iam satis inualidos ealano lassauimus artus  
 245 et manus officium longius aegra negat.  
 quid, nisi quod cupio me iam coniungere tecum,  
 restat, ut adscribat littera nostra VALE ?]

XXI 143-150 seclisit Dilthey. 145 *alios* L. 149 *hoc ipsa* Bentl., *haec dixi* L. *multo mihi crede Diana* edd. nett., *cum me tibi firma negaui* L. 157 *aras* ω Slichtenhorst, *auras* L. 159 *infusa resurgunt* L. *confusa resumit* Dilthey, *infusa resumit* F. Heusinger, *infusa resumit* Ehwald. 165 *sua deductas* Francius, Bentl., *suas deducto* L. 180 *aque* ed. Berstn., *atque* L. 186 *fit* Heins. fortasse recte. 193 *me* L. *te* Heins., *an re.* 196 *accipit* L. *admonet* Dilthey, *uolunt appetit.* 198 *uersor* Francius. 200 *reicioque* Heins., *reicioque* L. 203 *ei. si* L. corr. Gronouius ; ita in n. 204. *uoluntas* J. F. Heusinger, *uoluptas* L. 205 ita Lemep. *si mihi lingua foret* L. 211 *an mali.* 214 *maqua* Dilthey, *hina* L. ex A. 66, 17. 242 *irrepsisse* censens, *digna* Lemep. 227 *aspicias* Bentl. *prout, quod et* Bentl. 227 *aspicias* Bentl., *adspiceres* Ehwald. 229 *si sit* ego, *cum sit* L. *nisi si* Bentl., *ut ferro iam sit* Heins. 231 ita dist. Lemep. 234 *uocis* Bentl. 235 *hoc u.* Burm., *et u.* L. *cornua* L. *somnia* malim. 236 *at* L. a / Crispinus, *an* Lemep, *et* ego. *numina* Ehwald. 239 *nomen* L. edd. nett., *numen* unlg. *pueris* netus liber Heinsii, unde coniecit *partes*, quod suauit Bentl., recepit Ehwald ; *an omen. sequar* L. 242 *tenens* Heins., *tenet* L. *humo* L. *humi* Heins.

P. OVIDI NASONIS

A M O R V M

LIBER PRIMVS

EPIGRAMMA IPSIVS.

Qui modo Nasonis fueram quinque libelli,  
tres sumus. hoc illi praetulit auctor opus  
ut iam nulla tibi nos sit legisse uoluptas,  
at leuior demptis poena duobus erit.

I

**A** RMA graui numero uiolentaque bella para-  
bam  
edere, materia conueniente modis :  
par erat inferior uersus : risisse Cupido  
dicitur atque unum surripuisse pedem.  
'quis tibi, saeue puer, dedit hoc in carmina iuris? 5  
Pieridum uates, non tua turba sumus.  
quid, si praecripiat flauae Venus arma Mineruae,  
uentilet accensas flaua Minerua faces?  
quis probelet in siluis Cererem regnare iugosis,  
lege pharetratae uirginis arua coli? 10  
crinibus insignem quis acuta cuspide Phoebum  
instruat, Aoniam Marte mouente lyram?  
sunt tibi magna, puer, nimiumque potentia regna :  
cur opus adfectas, ambitiose, nouum?  
an, quod ubique, tuum est? tua sunt Heliconia  
Tempe? 15  
nix etiam Phoebos iam lyra tuta sua est?  
cum bene surrexit uersu noua pagina primo,  
attenuat neruos proximus ille meos;  
nec mihi materia est numeris leuioribus apta,  
aut puer, aut longas compta puella comas.' 20  
questus eram; pharetra cum protinus ille soluta  
legit in exitium spicula facta meum,  
lunauitque genu sinuosum fortiter arcum,  
'quod' que 'canas, uates, accipe, dixit, opus.'  
me miserum! certas habuit puer ille sagittas : 25  
uror, et in uacuo pectore regnat Amor.  
sex mihi surgat opus numeris, in quinque residat :  
ferrea cum uestris bella ualete modis.  
cingere litorea flauentia tempora myrto,  
Musa per undenos emodulanda pedes. 30

II

Esse quid hoc dicam, quod tam mihi dura uidentur  
strata, neque in lecto pallia nostra sedent,  
et uacuum somno noctem, quam longa, peregi,  
lassaque uersati corporis ossa dolent?  
nam, puto, sentirem, siquo temptarer amore : 5  
an subit et tecta callidus arte nocet?  
sic erit. haeserunt tenues in corde sagittae,

et possessa ferus pectora uersat Amor.  
cedimus, an subitum luctando accendimus ignem?  
cedamus : leue fit, quod bene fertur, onus. 10  
uidi ego iactatas mota face crescere flammam,  
et uidi nullo concutiente mori.  
uerbera plura ferunt, quam quos iuuat usus aratri,  
detractant pressi dum iuga prima boues.  
asper equus duris contunditur ora lupatis : 15  
frena minus sentit, quisquis ad arma facit.  
acrius inuitos multoque ferocius urget,  
quam qui seruitium ferre fatentur, Amor.  
en ego confiteor; tua sum noua praeda, Cupido;  
porrigimus uictas ad tua iura manus. 20  
nil opus est bello. ueniam paeceinque rogamus;  
nec tibi laus armis uictus inermis ero.  
necte comam myrto, maternas iunge columbas :  
qui deceat, currum uitricus ipse dabit;  
inque dato curru, populo clamante triumphum, 25  
stabis et adiunctas arte mouebis aues.  
ducentur capti iuuenes captaeque puellae :  
haec tibi magnificus pompa triumphus erit.  
ipse ego, praeda recens, factum modo uulnus habebam  
et noua captiua uincula mente feram. 30  
Mens Bona ducetur manibus post terga retortis  
et Pudor et castris quidquid Amoris obest.  
omnia te metuent : ad te sua brachia tendens  
uulgus 'io' magna uoce 'triumphe' canet.  
Blanditiae comites tibi erunt Errorque Furorque,  
adsidue partes turba secuta tuas. 36  
his tu militibus superas hominesque deosque.  
haec tibi si demas commoda, nudus eris.  
laeta triumphanti de summo mater Olympo  
plaudet et adpositas sparget in ora rosas. 40  
tu pinnas gemma, gemma uariante capillos  
ibis in auratis aureus ipse rotis.  
tunc quoque non paucos, si te bene nouimus, ures,  
tunc quoque praeteriens uulnera multa dabis.  
non possunt, licet ipse uelis, cessare sagittae; 45  
feruida uicino flamma uapore nocet.  
talis erat domita Bacchus Gangetide terra.  
tu grauis alitibus, tigribus ille fuit.  
ergo cum possim sacri pars esse triumphum,  
parce tuas in me perdere, uictor, opes. 50  
adspice cognati felicia Caesaris arma :  
qua uicit, uictos protegit ille manu.

I 7, 8 *rauae*—*rana* con. Bentl(ey). 15 *est* addidit Riese ex Parisino Regio qui continet l. 3—2. 49. II 14 *prenti* Markland, cf. Rem. 235. 19 ita interpunxerunt edd. uett. 49 *ergo cum uulg.*, *ergo ego cum* Burn(ann) ex codd.; cf. 4. 3. 51 hic incipit P(uteanus Parisinus 8242). 52 *uincit* codex Moreti.

## III

Iusta precor : quae me nuper praedata puella est,  
aut amet aut faciat cur ego semper amem.  
a, nimum nolui ! tantum patiatur amari ;  
andierit nostras tot Cytheraea preces.  
accipe, per longos tibi qui deseruiat annos ; 5  
accipe, qui pura norit amare fide.  
si me non ueterum commendant magna parentum  
nomina, si nostri sanguinis auctor eques,  
nec meus innumeris renouatur campus aratris,  
temperat et sumptus parcus uterque parens : 10  
at Phoebus comitesque nouem utisque repertor  
hac faciunt et, me qui tibi donat, Amor,  
et nulli cessura fides, sine erimine mores,  
nudaque simplicitas purpureusque pudor.  
non mihi mille plaent, non sum desultor amoris : 15  
tu mihi, si qua fides, enra perennis eris.  
tecum quos dederint annos mihi fila sororum,  
uiuere contingat, teque dolente mori.  
te mihi materiem felicem in carmina praebere :  
prouenient causa carmina digna sua. 20  
carmine nomen habent exterrita cornibus Io  
et quam fluminea lussit adulter ane,  
quaeque super pontum simulato neeta inuenco  
uirginea tenuit cornua uara manu.  
nos quoque per totum pariter cantabimur orbem, 25  
iunctaque semper erunt nomina nostra tuis.

## IV

Vir tuus est epulas nobis aditurus eandem.  
ultima cena tuo sit, precor, illa uirio.  
ergo ego dilectam tantum conuiuia puellam  
adspiciam ? tangi quem inuuet, alter erit ? 5  
alteriusque sinus apte subiecta fouebis ?  
incipit collo, cum uolet, ille manum ?  
desine mirari, posito quod candida uino  
Atracis ambiguos traxit in arma uiros.  
nec mihi silua domus, nec equo mea membra  
cohaerent ; 10  
nix a te uideo posse tenere manus.  
quae tibi sint facienda tamen, cognosce ; nec Euris  
da mea nec tepidis uerba ferenda Notis.  
ante ueni, quam uir : nec quid, si ueneris ante,  
possit agi uideo ; sed tamen ante ueni.  
cum premet ille torum, uultu comes ipsa modesto 15  
ibis, ut acumbas : clam mihi tange pedem.  
me specta mutusque meos uultumque loquacem ;  
excipe furtiuas et refer ipsa notas.  
uerba superciliis sine noce loquentia dicam :  
uerba leges digitis, uerba notata mero. 20  
cum tibi snecurrer Veneris lasciua nostrae,  
purpureas tenero pollice tange genas.  
siquid erit, de me tacita quod mente queraris,  
pendeat extrema mollis ab aure manus.  
cum tibi, quae faciam, mea lux, dicamue, placebunt,  
nersetur digitis aulus usque tuis. 26  
tange manu mensam, tangunt quo more preeantes,  
optabis merito cum mala multa uiro.  
quod tibi misererit, sapias, bibat ipse, inbeto :  
tu puerum leuiter posce, quod ipsa uoles. 30  
quae tu reddideris, ego primus poeula annam,  
et qua tu biberis, hac ego parte bibam.  
si tibi forte dabit quod pragustauerit ipse,  
reice libatos illius ore cibos.  
nec premat inpositis sinito tua colla lacertis, 35  
mite nec in rigido pectore pone caput,  
nec sinus admittat digitos habilesue papillae ;

oscula praecipue nulla dedisse uelis.  
oscula si dederis, fiam manifestus amator,  
et dicam ' mea sunt ' inuicemque manum. 40  
haec tamen adspiciam. sed quae bene pallia celant,  
illa mihi caeci eausa timoris erunt.  
nec femori committit femur nec crure cohaere  
nec tenerum duro cum pede iunge pedem.  
multa miser timeo, quia feci multa proterue, 45  
exemplique metu torqueor ipse mei.  
saepe mihi dominaeque meae properata uoluptas  
ueste sub injecta dulce peregit opus.  
hoc tu non facies : sed ne fecisse puteris,  
conscia de tergo pallia dene tuo. 50  
uir bibit usque roga ; precibus tamen oseula desint,  
dumque bibit, furtim, si potes, adde merum.  
si bene compositus somno uinoque iacebit,  
consilium nobis resque locusque dabunt.  
cum surges abitura domum, surgemus et omnes, 55  
in medium turbae fac memor agmen eas.  
agnine me inuenies aut inuenieris in illo :  
quidquid tibi poteris tangere, tange mei.  
me miserum ! monui, paucas quod prosit in horas :  
separor a domina nocte iubente mea. 60  
nocte uir includet : lacrimis ego maestus obortis,  
qua licet, ad saenas prosequar usque fores.  
oscula iam sumet : iam non tantum oscula sumet :  
quod mihi das furtim, iure coacta dabis.  
nerum inuita dato (potes hoc) similisque coactae ; 65  
blanditiae taceant, sitque maligna Venus.  
si mea nota ualent, illum quoque ne inuuet, opto ;  
si minus, at certe te inuuet inde nihil.  
sed quaecumque tamen noctem fortuna sequetur,  
cras mihi constanti noce dedisse nega. 70

## V

Aestus erat, medianique dies exegerat horam.  
adposui medio membra lenanda toro.  
pars adaperita fuit, pars altera clausa fenestrae,  
quale fere siluae humen habere solent,  
qualia sublucent fugiente crepuscula Phoebo, 5  
aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.  
illa uerecundis lux est praebenda puellis,  
qua timidus latebras speret habere pudor.  
ecce Corinna uenit, tunica uelata recineta,  
candida diuidua colla tegente coma : 10  
qualiter in thalamos famosa Semiramis isse  
dicitur et multis Lais amata uiris.  
deripui tunicam : nec uultum rara nocebat ;  
pugnabat tunica sed tamen illa tegi.  
quae eum ita pugnaret, tanquam quae uincere  
nollet, 15  
nicta est non aegre prodicione sua.  
ut stetit ante oculos posito uelamine nostros,  
in toto nusquam corpore menda fuit.  
quos uneros, quales uidi tetigisse lacertos !  
forma papillarum quam fuit apta premi ! 20  
quam castigato planus sub pectore uenerat !  
quantum et quale latus ! quam inueniat femur !  
singula quid referam ? nil non laudabile nidi,  
et nudam pressi corpus ad usque meum.  
cetera quis nescit ? lassus requieimus ambo. 25  
pronemiant medii sic mihi saepe dies.

## VI

Ianitor, indignum, dura religate catena,  
difficilem moto cardine pande forem.  
quod precor, exiguum est : aditu fac ianua paruo  
oblicum capiat seniadaperata latus.

III 11 *iurisque* codd., correxit Marius Niger. 12 *haec* Palmer coll. Her. I 103, *haec* P S (angaleusis), *hinc* Merk(ell). *et me* S, *ut me* P, *at me* Merk. 13 *et. at* Ehw(ald). IV 15 *premit* PS Heins. 20 *uerba leges* PS. 23 *loquaris* P, *queraris* Heins. ex codd. 43 *femor* P. 46 *ipse* S, *ecce* Heins., *esse* P. 50 *detecto-toro* Riese. 60 *separor* S uulg., *separer* P. 61 *obortis* S, *abortis* P. V 11 *famosa* Heins., *thalamosa* P, *formosa* S fortasse recte. VI 2 *motu* P. 4 *oblicum* P.

longus amor tales corpus tenuauit in usus,	5	
aptaque subducto corpore membra dedit.		
ille per excubias custodim leniter ire		VII
monstrat; inoffensos dirigit ille pedes.		
at quondam noctem simulacraque uana timebam:		Adde manus in uincla meas (meruere catenas),
mirabar, tenebris quisquis iturus erat.	10	dum furor omnis abit, siquis amicus ades.
risit, ut audirem, tenera cum matre Cupido,		nam furor in dominam temeraria brachia mouit;
et leuiter 'fies tu quoque fortis' ait.		flet mea uaesana laesa puella manu.
nec mora, uenit amor: non umbras nocte uolantis,		tunc ego uel caros potui uiolare parentes,
non timeo strictas in mea fata manus.		5 saeua uel in sanctos uerbera ferre deos.
te nimium lentum timeo; tibi blandior uni:	15	quid? non et clipei dominus septemplcis Aiax
tu, me quo possis perdere, fulmen habes.		strauit deprensos lata per arua greges,
adspice (et, ut uideas, inmitia claustra relaxa),		et uindex in matre patris, malus ultor, Orestes
uda sit ut lacrimis ianua facta meis.		ausus in arcanas poscere tula deas?
certe ego, cum posita stares ad uerbera ueste,		ergo ego digestos potui laniare capillos?
ad dominam pro te uerba tremente tuli.	20	nec dominam motae dedecere comae.
ergo quae ualuit pro te quoque gratia quondam,		sic formosa fuit; talem Schoenaida dicam
heu facinus! pro me nunc ualet illa parum?		Maenalias arcu sollicitasse feras.
redde uicem meritis. grato licet esse; quid opstas?		talis periuri promissaque uelaque Thesei
tempora noctis eunt: excute poste seram.		15 fleuit praecipites Cressa tulisse Notos.
excute. sic umquam longa releuere catena,	25	sic, nisi uittatis quod erat Cassandra capillis,
nec tibi perpetuo serua bibatur aqua.		procurbuit templo, casta Minerva, tuo.
ferreus orantem nequiquam, inanitor, audis.		quis mihi non 'demens,' quis non mihi 'barbare'
roboribus duris ianua fulta riget.		dixit?
urbibus obsessis clausae munimina portae		ipsa nihil: pauido est lingua retenta metu.
prosumt: in media pace quid arma times?	30	sed taciti fecere tamen conuicia uultus:
quid facies hosti, qui sic excludis amantem?		egit me lacrimis, ore silente, reum.
tempora noctis eunt: excute poste seram.		ante meos ueris uellem cecidisse lacertos:
non ego militibus uenio comitatus et armis:		utiliter potui parte carere mei.
solutus eram, si non saeuus adesset Amor.		in mea uaesanas habui dispendia uires
hunc ego, si cupiam, nusquam dimittere possum:		25 et ualui poenam fortis in ipse meam.
ante uel a membris diuidar ipse meis.	36	quid mihi uobiscum, caedis scelerumque ministrae?
ergo Amor et modicum circa mea tempora uinum		debita sacrilegae uincla subite manus.
meum est et madidis lapsa corona comis.		an, si pulsassem minimum de plebe Quiritem
arma quis haec timeat? quis non eat obuius illis?		30 plecterer, in dominam ius mihi maius erit?
tempora noctis eunt: excute poste seram.	40	pessima Tydides scelerum monumenta reliquit.
lentus es, an somnus, qui te male prodit, amantis		ille deam primum perculit, alter ego:
uerba dat in uentos auri te male repulsa tua?		et minus ille nocens. mihi, quam profitebar amare,
at, memini, primo, cum te celare uolebam,		laesa est: Tydides saeuus in hoste fuit.
peruigil in mediae sidera noctis eras.		i nunc, magnificos uictor molire triumphos,
forsitan et tecum tua nunc requiescit amica.	45	35 cinge comam lauro uotaque redde Ioui,
heu, melior quanto sors tua sorte mea!		quaqueque tuos currus comitatus turba sequetur,
dummodo sic, in me durae transite catenae.		clamet 'io forti uicta puella uiro est!'
tempora noctis eunt: excute poste seram.		ante eat effuso tristis captiua capillo,
fallimur, an uerso sonuerunt cardine postes,		si sinerent laesae, candida tota, genae.
raucaque concussae signa dedere fores?	50	40 aptius inpressis fuerat liuere labellis
fallimur; impulsus est animoso ianua uento.		et collo blandi tunc habere notam.
ei mihi, quam longe spem tulit aura meam!		denique si tumidi ritu torrentis agebar
si satis es raptae, Borea, memor Orithyiae,		caeaeque me praedam fecerat ira suam,
haec ades et surdas flamme tunde foris.		nonne satis fuerat timidae inelamasse puellae
urbe silent tota uitreoque madentia rore	55	45 nec nimium rigidas intonuisse minas?
tempora noctis eunt: excute poste seram.		aut tunicam summa deducere turpiter ora
aut ego iam ferroque ignique paratior ipse,		ad mediam? mediae zona tulisset opem.
quem face sustineo, tecta superba petam.		at nunc sustinui, raptis a fronte capillis,
noxa et Amor uinumque nihil moderabile suadent:		ferreus ingenuas ungue notare genas.
illa pudore uacat, Liber Amorque metu.	60	50 adstitit illa amens albo et sine sanguine uultu,
omnia consumpsi, nec te precibusque minisque		caeduntur Paris qualia saxa iugis.
mouimus, o foribus durior ipse tuis.		exanimis artus et membra trementia uidi,
non te formosae decuit seruare puellae		ut cum populeas uentilat aura comas;
limina; sollicito carcere dignus eras.		ut leni Zephyro gracilis uibratur harundo;
iamque pruinosis molitur Lucifer axes,	65	55 summae cum tepido stringitur unda Notos.
inque suum miseris excitat ales opus.		suspensaque diu lacrimae fluxere per ora,
at tu, non laetis detracta corona capillis,		qualiter abiecta de niue manat aqua.
dura super tota limina nocte iace.		tunc ego me primum coepi sentire nocentem.
tu dominae, cum te proiectam mane uidebit,		sanguinis erant lacrimae, quas dabat illa, meus.
temporis absumpti tam male testis eris.	70	60 ter tamen ante pedes uolui procumbere supplex:
qualiscumque, uale, sentique abeuntis honorem:		ter formidatas reppulit illa manus.
lente nec admissio turpis amante, uale,		at tu ne dubita (minuet uindicta dolorem)
uos quoque, crudeles rigido cum limine postes,		protinus in uultus unguibus ire meos.
duraque conseruae ligna, ualet, fores.		nec nostris oculis nec nostris parce capillis:
		65 quamlibet infirmas adiuvat ira manus;

VI 8 derigit Housman. 17 et ut uideas Gronouius ex codd., uti u. Ehw., et om. P S, inuideas S. 23 quod optas codd., quid obstas Heins. 41 te P S. prodit codd. dett., perdat P. amantis Heins., amanti P. se—praebet amanti uulg. 65 pruinosis P, pruinosis uulg. 72 lenta P. VII 4 uaesana P. 48 mediae uulg., media P. 58 abiecta codd., adfecta Madv., uincta Merk., aprica Palmer, obiecta uulg. 62 reppulit uulg., retulit P, rettudit Ehw. 66 adiubat P, adiubat uulg.

neue mei secleris tam tristia signa supersint,  
pone recompositas in statione comas.

## VIII

Est quaedam (quicumque uolet cognoscere lenam,  
audiat), est quaedam nomine Dipsas anus.  
ex re nomen habet. nigri non illa parentem  
Memnonis in roseis sobria nidit equis.  
illa magas artes Aeaeaque carmina nouit 5  
inque caput liquidas arte recuruat aquas.  
scit bene, quid gramen, quid torto concita rhombo  
licia, quid ualeat uirus amantis eque.  
cum uoluit, toto glomerantur nubila caelo;  
cum uoluit, puro fulget in orbe dies. 10  
sanguine, siqua fides, stillantia sidera nidi;  
purpureus Lunae sanguine uultus erat.  
hanc ego nocturnas uersam uolitare per umbras  
suscipior; et pluma corpus anile tegi.  
suscipior; et fama est. oculis quoque pupula duplex  
fulminat, et gemino lumen ab orbe uenit. 16  
euocat antiquis proanos atanosque sepulchris  
et solidam longo carmine ludit humum.  
haec sibi proposuit thalamos temerare pudicos.  
nec tamen eloquio lingua nocente caret. 20  
fors me sermoni testem dedit. illa nonebat  
talia (me duplices oculucere fores):  
'seis here te, mea lux, iuueni placuisse beato?  
haesit et in uultu constitit usque tuo.  
et cur non placeas? nulli tua forma secunda est. 25  
ne miseram! dignus corpore cultus abest.  
tam felix esses, quam formosissima, uellem:  
non ego, te facta diuine, pauper ero.  
stella tibi oppositi nocuit contraria Martis.  
Mars abiit; signo nunc Venus apta suo. 30  
prosit ut adueniens, en adspice! diues amator  
te cupiit. curae, quid tibi desit, habet.  
est etiam facies, quae se tibi conparet, illi:  
si te non emptam uellet, emendus erat.'  
erubuit. 'deceat alba quidem pudor ora. sed iste,  
si simules, prodest: uerus obesse solet. 36  
cum bene defectis gremium spectabis ocellis,  
quantum quisque ferat, respiciendus erit.  
forsitan immundae, Tatius regnante, Sabiniae  
noluerunt habiles pluribus esse uiris. 40  
nunc Mars externis animos exerceat in armis;  
at Venus Aeneae regnat in urbe sui.  
ludunt formosae. casta est, quam nemo rogauit;  
aut, si rusticitas non uetat, ipsa rogat.  
has quoque, quas frontis rugas in uertice portas,  
excute: de rugis crimina multa eadent. 46  
Penelope iuuenum uires temptabat in arcu:  
qui latus argueret, corneus arcus erat.  
labitur occulte fallitque uolubilis aetas,  
et celer admissis labitur annus equis. 50  
aera nitent usu. uestis bona quaerit haberi.  
canescunt turpi tecta reliata situ.  
forma, nisi admittas, nullo exercente senescit:  
nec satis effectus unus et alter habent. 55  
certior e multis nec iam inuidiosa rapina est.  
plena uenit canis de grege praeda lupis.  
ecce, quid iste tuus praeter noua carmina uates  
donat? amatoris milia multa leges.  
ipse deus uatum palla spectabilis aurea  
tractat inauratae consona fila lyrae. 60  
qui dabit, ille tibi magno sit maior Homero.  
crede mihi, res est ingeniosa dare.  
nec tu, siquis erit capitis mercede redemptus,

despice: gypsati crimen inane pedis.  
nec te decipiant ueteres circum atria ceruae. 65  
tolle tuos tecum, pauper amator, anos.  
quin, quia pulcher erit, poscet sine munere noctem;  
quod det, amatorem flagitet ante suum.  
parcius exigito pretium, dum retia tendis,  
ne fugiant: captos legibus ire tuis. 70  
nec nocuit simulatus amor. sine credat amari;  
et caue ne gratis hic tibi constet amor.  
saepe nega noctes. capitis modo finge dolorem,  
et modo quae causas praebat, Isis erit.  
mox recipe, ut nullum patiendi colligat usum, 75  
neue relentescat saepe repulsus amor.  
surda sit oranti tua ianua, laxa ferenti.  
audiat exclusi uerba receptus amans.  
et, quasi laesa prior, nonnumquam irascere laeso:  
uanescit culpa culpa repensa tua. 80  
sed numquam dederis spatiosum tempus in iram:  
saepe simultates ira morata facit.  
quin etiam discant oculi lacrimare coacti,  
et faciant udas ille uel ille genas. 85  
nec, siquem falles, tu periurare timeto:  
commodat in lusus numina surda Venus.  
seruus et ad partes sollers ancilla parentur,  
qui doceant, apto quid tibi possit emi;  
et sibi pauca rogent. multos si pauca rogabunt,  
postmodo de stipula grandis aceruus erit. 90  
et soror et mater nutrix quoque carpat amantem:  
fit cito per multas praeda petita manus.  
cum te deficient poscendi munera causae,  
natalem libo testificare tuum.  
ne securus amet nullo riuale, caneto: 95  
non bene, si tollas proelia, durat amor.  
ille uiri uideat toto uestigia lecto  
fataque lasciuus liuida colla notis.  
munera praecepit uideat quae miserit alter.  
si dederit nemo, Sacra roganda Via est. 100  
cum multa abstuleris, ut non tamen omnia donet,  
quod nunquam reddas, commodet, ipsa roga.  
lingua inuert mentemque tegat: blandire noceque;  
impia sub doli melle uenena latent.  
haec si praestiteris usu mihi cognita longo, 105  
nec tulerint noceas uentus et aura meas,  
saepe mihi dices niuae bene, saepe rogabis,  
ut mea defunctae molliter ossa cubent.  
uox erat in cursu, cum me mea prodidit umbra.  
at nostrae uix se continere manus, 110  
quin albam raramque comam lacrimosaque uino  
lumina rugosas distraherentque genas.  
di tibi dent nullosque lares inopemque senectam  
et longas hienes perpetuamque situm.

## IX

Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido:  
Attice, crede mihi, militat omnis amans.  
quae bello est habilis, Veneri quoque conuenit aetas.  
turpe senex miles, turpe senilis amor.  
quos petiere duces annos in milite forti, 5  
hos petit in socio bella puella uiro.  
pernigilant ambo. terra requiescit interque:  
ille fores dominae seruat, at ille duces.  
militis officium longa est uia. mitte puellam,  
strenuus exempto fine sequetur amans. 10  
ibit in aduersos montes duplicataque nimbo  
flumina; congestas exteret ille uines;  
nec freta pressurus tumidos causabitur Euros  
aptaque uerrendis sidera quaeret aquis.

VIII 11 *stillantia* uulg., *stellantia* P. 16 *uenit* P, *micat* P man. prim. pro uar. ser. Ehw. 18 *longo* suspectum. 30 *apta tuo* Heins. ex codd. 31, 32 ita interpunxit Madv. cum edd. uett. 37 *spectabilis* P, *spectabilis* Naugerius. 45 *quas—portas* codd., *quae—portant* Burm. 50 *et—annus* equis P, *ut—amnis* aquis Heins. ex cod. Sarrau. Merk. 55 *nec tam* S. 58 hunc u. corruptum esse censet Palmer. 65 *quinquatria* P uulg., *circum atria* Heins., *quanta atria* Palmer. 67 *quin* P, *qui* uulg. Merk., *quid* Burm. e cod. 72 *et* P, *at* uulg., *sed* ed. prin. 80 *uanescit* P, *uanescit* uulg. 100 *nemo* P man. prim. pro uar. ser., *nil* P, *sibi nil* S, *tibi nil* uulg., *nullus* Mueller. IX 5 *animos* Rautenberg. 6 *uero* P S al., *uero* Heins. Merk.

quis nisi uel miles uel amans et frigora noctis 15  
 et denso mixtas perferet imbre niues?  
 mittitur infestus alter speculator in hostes;  
 in riuale oculos alter, ut hoste, tenet.  
 ille graues urbes, hic duras limen amicae  
 obsidet. hic portas frangit, at ille fores. 20  
 saepe soporatos inuadere profuit hostes,  
 caedere et armata uulgus inermis manu.  
 sic fera Threicii ceciderunt agmina Rhesi,  
 et dominum capti deseruistis equi.  
 saepe maritorum somnis utuntur amantes, 25  
 et sua sopitis hostibus arma mouent.  
 custodum transire manus uigilumque cateruas  
 militis et miseri semper amanti opus.  
 Mars dubius; nec certa Venus. uictique resurgunt,  
 quosque neges umquam posse iacere, cadunt. 30  
 ergo desidiā quicumque uocabat anorem,  
 desinat. ingenii est experientis amor.  
 ardet in abducta Briseide magnus Achilles:  
 dum licet, Argiuas frangite, Troes, opes.  
 Hector ab Andromaches complexibus ibat ad arma,  
 et galeam capiti quae daret, uxor erat. 36  
 summa ducum, Atrides, uisa Priamēide fertur  
 Maenadis effusis obstipuisse comis.  
 Mars quoque deprensus fabrilia uincula sensit:  
 notior in caelo fabula nulla fuit. 40  
 ipse ego segnīs eram discinctaque in otia natus:  
 molliant animos lectus et umbra meos.  
 inpulit ignaui formosae cura puellae,  
 iussit et in castris aera merere suis.  
 inde uidēs agilem nocturnaue bella gerentem. 45  
 qui nolet fieri desidiosus, amet.

## X

Qualis ab Eurota Phrygiis auecta carinis  
 coniugibus belli causa duobus erat,  
 qualis erat Lede, quam plumis abditus albis  
 callidus in falsa lusit adulter aue,  
 qualis Amymone siccis errauit in agris, 5  
 cum premeret summi uerticis urna comas,  
 talis eras; aquilamque in te taurumque timebam,  
 et quicquid magno de Ioue fecit amor.  
 nunc timor omnis abest, animique resanuit error;  
 nec facies oculos iam capit ista meos. 10  
 cur sim mutatus, quaeris? quia munera poscis.  
 haec te non patitur causa placere mihi.  
 donec eras simplex, animum cum corpore anauī;  
 nunc mentis uitio laesa figura tua est.  
 et puer est et nudus Amor. sine sordibus annos 15  
 et nullas uestes, ut sit apertus, habet.  
 quid puerum Veneris pretio prostare iubetis?  
 quo pretium condat, non habet ille sinum.  
 nec Venus apta feris Veneris nec filius armis:  
 non deceat inbelles aera merere deos. 20  
 stat meretrix certo cuius mercabilis aere  
 et miseris iusso corpore quaerit opes.  
 deuouet imperium tamen haec lenonis auari,  
 et quod uos facitis sponte, coacta facit.  
 sumite in exemplum pecudes ratione carentes. 25  
 turpe erit, ingenium mitius esse feris.  
 non equa munus equum, non taurum uacca poposcit;  
 non aries placitam munere captat ouem.  
 sola uiro mulier spoliis exultat ademptis,  
 sola locat noctes, sola locanda uenit, 30  
 et uendit quod utrumque iuuat, quod uterque pete-  
 bat,  
 et pretium, quanti gaudeat ipsa, facit.  
 quae Venus ex aequo uentura est grata duobus,  
 altera cur illam uendit et alter emit?  
 cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa uoluptas, 35

quam socio motu femina uirque ferunt?  
 non bene conducti uendunt peruria testes,  
 non bene selecti iudicis arca patet.  
 turpe reos empta miseros defendere lingua;  
 quod faciat magnas, turpe tribunal, opes. 40  
 turpe tori reditu census augere paternos  
 et faciem luero prostituisse suam.  
 gratia pro rebus merito debetur inemptis;  
 pro male conducto gratia nulla toro.  
 omnia conductor soluit. mercede soluta 45  
 non manet officio debitor ille tuo.  
 pareite, formosae, pretium pro nocte pacisci;  
 non habet euentus sordida praeda bonos.  
 non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas,  
 ut premeret sacrae uirginis arma caput. 50  
 e quibus exierat, traiecit uiscera ferro  
 filius: et poenae causa monile fuit.  
 nec tamen indignum est a diuite praemia posci:  
 munera poscenti quo dare possit habet.  
 carpate de plenis pendentes uitibus uuas; 55  
 praebat Alcinoi poma benignus ager.  
 officium pauper numerat studiumque fidemque:  
 quod quis habet, dominae conferat omne suae.  
 est quoque carminibus meritas celebrare puellas  
 dos mea: quam uolui, nota fit arte mea. 60  
 scindentur uestes, gemmae frangentur et aurum:  
 carmina quam tribuent, fama perennis erit.  
 nec dare, sed pretium posci dedignor et odi.  
 quod nego poscenti, desine uelle, dabo

## XI

Colligere incertos et in ordine ponere crines  
 docta neque ancillas inter habenda Nape,  
 inque ministeriis furtiuae cognita noctis  
 utilis et dandis ingeniosa notis,  
 saepe uenire ad me dubitantem hortata Corinnam, 5  
 saepe laboranti fida reperta mihi,  
 accipe et ad dominam peraratas mane tabellas  
 perfer, et obstantes sedula pelle moras.  
 nec silicum uenae nec durum in pectore ferrum,  
 nec tibi simplicitas ordine maior adest. 10  
 credibile est et te sensisse Cupidinis arcus:  
 in me militiae signa tuere tuae.  
 si quaeris quid agam, spe noctis uiuere dices.  
 cetera fert blanda cera notata manu.  
 dum loquor, hora fugit. uacuae bene redde tabellas;  
 uerum continuo fac tamen illa legat. 16  
 adspicias oculos mando frontemque legentis:  
 e tacito uultu scire futura licet.  
 nec mora, perfectis rescribat multa iubeto:  
 odi cum late splendida cera uacat. 20  
 comprimat ordinibus uersus, oculosque moretur  
 margine in extremo littera rasa meos.  
 quid digitos opus est graphio lassare tenendo?  
 hoc habeat scriptum tota tabella, VENI.  
 non ego uictrices lauro redimire tabellas 25  
 nec Veneris media ponere in aede morer.  
 subscribam VENERI FIDAS SIBI NASO MINISTRAS  
 DEDICAT. at nuper uile fuistis acer.

## XII

Flete meos casus: tristes rediere tabellae.  
 infelix hodie littera posse negat.  
 omina sunt aliquid. modo cum discedere uellet,  
 ad limen digitos restitit ieta Nape.  
 missa foras iterum limen transire memento 5  
 cautius atque alte sobria ferre pedem.

IX 25 saepe Riese ex cod. Sarrau., nempe P.S. 34 argiuas S, argoas P.al. 41 natus uulg., nutus P, nudus S. 44 aera uulg., aere Merk. ex P(?). X 18 condāt uulg., condas P. 21 quouis P.S. 49 eligisse P, tetigisse S, corr. Marius, pepigisse sinistrae ed. princ. 54 quo Walker, quod codd. 57 numerat P Arund(elianus), numeret uulg.



ite hinc, difficiles, funebria ligna, tabellae,  
 tuque negaturis cera referta notis,  
 quam, puto, de longae collectam flore cicutae  
 melle sub infami Corsica misit apis.  
 at tamquam minio penitus medicata rubebas :  
 ille color vere sanguinolentus erat.  
 proiectae triuis iaceatis, inutile lignum,  
 uosque rotae fraugat praetereuntis onus.  
 illum etiam, qui uos ex arbore uertit in usum,  
 conuincam puras non habuisse manus.  
 praebuit illa arbor misero suspendia collo ;  
 carnifici diras praebuit illa cruceis ;  
 illa dedit turpes raris bubonibus umbras ;  
 uolturis in ramis et strigis oua tulit.  
 his ego commisi nostros insanus amores  
 molliaque ad dominam uerba ferenda dedi ?  
 aptius hae capiant uadimonia garrula cerae,  
 quas aliquis duro cognitor ore legat.  
 inter ephemeridas melius tabulasque iacerent,  
 in quibus absumptas fleret auarus opes.  
 ergo uos rebus duplices pro nomine sensi.  
 auspicii numerus non erat ipse boni.  
 quid precer iratus, nisi uos cariota senectus  
 rodât, et immundo cera sit alba situ ?

## XIII

Iam super oceanum uenit a seniore marito  
 flaua pruinosa quae uelut axe diem.  
 'quo properas, Aurora? mane; sic Memnonis umbris  
 annua sollemni caede parentet anis.  
 nunc inuat in teneris dominae iacuisse lacertis :  
 si quando, lateri nunc bene inuncta meo est,  
 nunc etiam somni pingues et frigidus aer,  
 et liquidum tenui guttore cantat auis.  
 quo properas, ingrata uiris, ingrata puellis ?  
 roseola purpurea supprime lora manu.  
 prima bidente uides oneratos arua colentes ;  
 prima uocas tardos sub iuga panda bones.  
 tu pueros somno fraudas tradisque magistris,  
 ut subeant tenerae uerbera saeuia manus.  
 ante tuos ortus melius sua sidera seruat  
 nauita, nec media nescius errat aqua.  
 te surgit quamuis lassus ueniente niator,  
 et miles saeuas aptat ad arma manus.  
 atque eadem sponsum eiues ante atria mittis,  
 unius ut uerbi grandia damna ferant.  
 nec tu consulto nec tu incunda deserto :  
 cogitur ad lites surgere uterque nouas.  
 tu, eum femine possint cessare labores,  
 lanificam reuocas ad sua pensa manum.  
 omnia perpeterer. sed surgere mane puellas,  
 quis, nisi cui non est ulla puella, ferat ?  
 optauit quotiens, ne nox tibi cedere uellet,  
 ne fugerent multus sidera mota tuos !  
 optauit quotiens, aut uidentis frangeret axem,  
 aut caderet spissa nube retentus equus !  
 inuida, quo properas ? quod erat tibi lilius ater,  
 materni fuerat pectoris ille color.  
 Tithono uellem de te narrare liceret :  
 femina non caelo turpior ulla foret.  
 illum dum refugis, longo quia grandior aeno,  
 surgis ad inmisas a sepe mane rotas.  
 at si, quem manis, Cephalum complexa teneres,  
 clamares 'lente currite, noctis equi.'  
 cur ego plectar amans, si uir tibi mareet ab annis ?

num me nupsisti conciliante seni ?  
 adspice, quot somnos iuueni donarit amato  
 Luna : neque illius forma secunda tuac.  
 ipse deum genitor, ne te tam saepe uideret,  
 commisit noctes in sua uota duas.  
 iurgia finieram. scires audisse : rubebat.  
 nec tamen adsueto tardius orta dies.

## XIV

Dicebam 'medicare tuos desiste capillos.'  
 tingere quam possis, iam tibi nulla coma est.  
 at si passa fores, quid erat spatiosius illis ?  
 contigerant inuim, qua patet usque, latus.  
 quid, quod erant tenues, et quos ornare timeres,  
 uela colorati qualia Seres habent,  
 uel pede quod gracili deducit aranea filum,  
 cum leue deserta sub trabe necit opus.  
 nec tamen ater erat, nec erat tamen aureus ille,  
 sed, quamuis neuter, mixtus uterque color ;  
 qualem cliosae malidis in uallibus Idae  
 ardua derepto cortice cedrus habet.  
 adde quod et dociles et centum flexibus apti  
 et tibi nullius causa doloris illos.  
 non acus abruptis, non uallum pectinis illos.  
 ornatrix tuto corpore semper erat.  
 ante meos saepe est oculos ornata, nec unquam  
 brachia derapta saucia fecit acu.  
 saepe etiam, nondum digestis mane capillis,  
 purpureo iacuit semisupina toro.  
 tum quoque erat neglecta decens, ut Thracia Bacche,  
 cum tenere in uiridi gramine lassa iacet.  
 eum graciles essent tamen et lanuginis instar,  
 heu, male nexatae quanta tulere comae !  
 quam se praebuissent ferro patienter et igni,  
 ut fieret torto nexilis orbe sinus !  
 clamabam 'seelus est istos, seelus urere crines.  
 sponte decent : capiti, ferrea, parce tuo.  
 uim procul hinc remoue. non est, qui debeat uri ;  
 erudit admotas ipse capillus acus.  
 formosae periere comae, quas uellet Apollo,  
 quas uellet capiti Baechus inesse suo.  
 illis contulerim, quas quondam nuda Dione  
 pingitur inuenti sustinuisse manu.  
 quid male dispositos quereris periisse capillos ?  
 quid speculum maesta ponis, incepta, manu ?  
 non bene consueta a te spectaris ocellis :  
 ut placeas, debes inmemor esse tui.  
 non te cantatae laeserunt paelicis herbae,  
 non anus Haemonia perdidit lauit aqua,  
 nec tibi uis morbi nocuit (procul omen abesto),  
 nec minuit densas inuida lingua comas :  
 facta manu culpaque tua dispendia sentis ;  
 ipsa dabas capiti mixta uenena tuo.  
 nunc tibi captiuos mittit Germania crines :  
 culta triumphatae inuere gentis eris.  
 o quam saepe comas aliquo mirante rubebis,  
 et dices 'empta nunc ego merce probor.  
 nescio quam pro me laudat nunc iste Sygambrau :  
 fama tamen memini eum fuit ista mea.'  
 me miserum ! lacrimas male continet, oraque dextra  
 protegit, ingenuas picta rubore genas.  
 sustinet antiquos gremio spectatque capillos,  
 ei mihi, non illo munera digna loco.  
 collige eum uultu mentem. reparabile damnum est.  
 postmodo natiua conspiciere coma.

XIII 11 at eodd., a Riese. 12 sanguinolentus P. 19 raris Hcius., rasis P, raris Arund., rancis uulg.  
 XIII 1 uenit a eodd. plerique, a om. P S Arund. 3 umbris P, umbra S eodd. uett. 15 18 om. P S, habent eodd.  
 reliqui post 10. 19 sponsum eiues Palmer, sponsum cultos P, sponsum consulti S, sponsum incautos Madv., atque  
 uides sponsum stultos Ehw.; sponsum uinctos Lachm. 23 tunc cum P S. post 32 quid si Cephalio nunquam flagraret  
 amore an putat ignotam nequitiam esse suam uulg., om. P S; quae spuria esse uidentur. 37 longo eodd., longe com.  
 Merk. mutata interpunctione. 39 maus Riese, malis Merk., magis P, mandus S uulg. XIV 21 neglecta P ut  
 ubique. 24 male P S, mala uulg. 26 nexilis uulg., textilis P, flexilis Burn. 39 paelicis P. 46 culta  
 uulg., tuta P S al. 63 spectatque S al., pectatque P.

## XV

Quid mihi, Liur edax, ignauos obicis annos,  
ingenique uocas carmen inertis opus?  
non me more patrum, dum strenua sustinet actas,  
praemia militiae puluerulenta sequi,  
nec me uerbosas leges ediscere, nec me  
ingrato uocem prostituisse foro?  
mortale est, quod quaeris, opus; mihi fama perennis  
quaeritur, in toto semper ut orbe canar.  
uiuēt Maconides, Tenedos dum stabit et Ide,  
dum rapidas Simois in mare uoluet aquas.  
uiuēt et Aseraeus, dum mustis uua tumēbit,  
dum cadet incurua falce resecta Ceres.  
Battiades semper toto cantabitur orbe:  
quamuis ingenio non ualet, arte ualet.  
nulla Sophocleo ueniet iactura cothurno.  
cum sole et luna semper Aratus erit.  
dum fallax seruus, durus pater, inproba lena  
uiuēt et meretrix blanda, Menandros erit.  
Ennius arte carens animosique Accius oris

casurum nullo tempore nomen habent. 20  
Varronem primamque ratem quae nesciet aetas  
aureaque Aesonio terga petita duci?  
carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,  
exitio terras cum dabit una dies.  
Tityrus et segetes Aeneiaque arma legentur, 25  
Roma triumphati dum caput orbis erit.  
donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma,  
discentur numeri, culte Tibulle, tui.  
Gallus et Hesperis et Gallus notus Eois  
et sua cum Gallo nota Lycoris erit. 30  
ergo cum silices, cum dens patientis aratri  
depereant aeuo, carmina morte carent.  
cedant carminibus reges regumque triumpho,  
cedat et auriferi ripa benigna Tagi.  
uilia miretur uulgus; mihi flauus Apollo 35  
pocula Castalia plena ministret aqua,  
sustineamque coma metuentem frigora myrtum;  
atque ita sollicito multus amante legar.  
pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit,  
cum suis ex merito quemque tuetur honos. 40  
ergo etiam cum me supremus adederit ignis,  
uiuam, parsque mei multa superstes erit.

## LIBER SECVNDVS

## I

Hoc quoque composui Paelignis natus aquosis  
ille ego nequitiae Naso poeta meae.  
hoc quoque iussit Amor. procul hinc, procul este,  
seuerae:  
non estis teneris apta theatra modis.  
me legat in sponsi facie non frigida uirgo 5  
et rudis ignoto tactus amore puer.  
atque aliquis iuuenum, quo nunc ego, saucius arcu  
agnoscat flammae conscia signa suae,  
miratusque diu 'quo' dicat 'ab indice doctus  
composuit casus iste poeta meos?' 10  
ausus eram, memini, caelestia dicere bella  
centimanumque Gygen (et satis oris erat),  
cum male se Tellus ulta est, ingestaque Olympo  
ardua deuexum Pelion Ossa tulit.  
in manibus nimbos et cum Ioue fulmen habebam, 15  
quod bene pro caelo mitteret ille suo.  
clausit amica fores. ego cum Ioue fulmen omisi  
excidit ingenio Iuppiter ipse meo.  
Iuppiter, ignoscas. nil me tua tela iuuant.  
clausa tuo maius ianua fulmen habet. 20  
blanditias elegosque leuis, mea tela, resumpsi:  
mollierunt duras lenia uerba fores.  
carmina sanguineae deducunt cornua Lunae  
et reuocant niueos Solis euntis equos,  
carmine dissiliunt abruptis faucibus angues, 25  
inque suos fontes uersa recurrit aqua.  
carminibus cessere fores, insertaque posti,  
quamuis robur erat, carmine uicta sera est.  
quid mihi profuerit uelox cantatus Achilles?  
quid pro me Atrides alter et alter agent, 30  
quique tot errando quot bello perdidit annos,  
raptus et Haemonis flebilis Hector equis?  
at facie tenerae laudata saepe puellae  
ad uatem, pretium carminis, ipsa uenit:  
magna datur merces. heroum clara ualete 35

nonina: non apta est gratia uestra mihi.  
ad mea formosos uultus adhibete, puellae,  
carmina, purpureus quae mihi dictat Amor.

## II

Quem penes est dominam seruandi cura, Bagoe,  
dum perago tecum pauca, sed apta, uaca.  
hesterna uidi spatiantem luce puellam  
illa quae Danaï porticus agmen habet.  
protinus, ut placuit, misi scriptoque rogavi. 5  
rescripsit trepida 'nou licet' illa manu.  
et, cur non liceat, quaerenti reddita causa est,  
quod nimium dominae cura molesta tua est.  
si sapis, o custos, odium, mihi crede, mereri  
desine: quem metuit quisque, perisse cupit. 10  
uir quoque non sapiens. quid enim seruare laboret,  
unde nihil, quamuis non tueare, perit?  
sed gerat ille suo morem furiosus amori,  
et castum, multis quod placet, esse putet:  
huic furtiua tuo libertas munere detur, 15  
quam dederis illi, reddat ut illa tibi.  
consciis esse uelis; domina est obnoxia seruo.  
consciis esse times; dissimulare licet.  
scripta leget secum: matrem misisse putato.  
uenerit ignotus; postmodo notus erit. 20  
ibit ad adfectam, quae non languebit, amieam  
uisere: iudiciis aegra sit illa tuis.  
si faciet tarde, ne te mora longa fatiget,  
inposita gremio sternere fronte potes.  
nec tu, limgeram fieri quid possit ad Isim, 25  
quaesieris, nec tu curua theatra time.  
consciis adsiduus commissi tollet honores.  
quis minor est autem quam tacuisse labor?  
ille placet uersatque domum, neque uerbera sentit:  
ille potens; alii sordida turba iacent. 30  
huic, uerae ut lateant causae, finguntur inanes:

XV 19 accius S, actius P Merk. 25 segetes Benth. ex codd. dett., fruges P S. 38 atque codd., aequa Mueller.  
II I 3 seuerae Burm. Ehw. ex P, seueri S, seuera Merk. 12 gygen P S, Gyan nonnulli codd. 19 tela edd. nett.,  
uerba P S Arund., bella aliquot codd. 33 facies P S, facie Heins., ut facies tenerae laudatast Ehw. II 18-27 om.  
P man. pr. S. 20 erit P man. sec., eat uulg. 21 ad afflictam P man. sec. 22 corr. Heinsius, uisat et iudiciis P  
man. sec., uisat iudiciis uulg.

atque ambo domini, quod probat una, probant.  
 cum bene uir traxit uultum rugasque coegit,  
 quod uoluit leri blanda puella, facit.  
 sed tamen interdum tecum quoque iurgia neetat 35  
 et simul et lacrimas carnificumque uocet.  
 tu contra obicies, quae tuo diluat illa ;  
 in uerum falso crimine deme lidem.  
 sic tibi semper honos, sic alta pectenia crescent.  
 haec fac : in exiguo tempore liber eris. 40  
 adspicis indicibus nexas per colla catenas ?  
 squalidus orba fide pectora carcer habet.  
 quaerit aquas in aquis et poma fugacia captat  
 Tantalus : hoc illi garrula lingua dedit.  
 dum nimum seruat custos Iononius Ion, 45  
 ante suos annos occidit ; illa deast.  
 uidi ego compedibus liuentia crura gerentem,  
 unde uir incestum scire coactus erat.  
 poena minor merito : nocuit mala lingua duobus ;  
 uir doluit ; famae damna puella tulit. 50  
 crede mihi, nulli sunt crimina grata marito,  
 nec quemquam, quamuis audiat, illa inuuant.  
 seu tepet, iudicium securas prodis ad aures :  
 siue amat, officio fit miser ille tuo.  
 culpa nec ex facili quamuis manifesta probatur : 55  
 iudicis illa sui tuta fauore uenit.  
 uiderit ipse licet, credet tamen ille neganti  
 damnabitque oculos et sibi uerba dabit.  
 adspiciat dominae lacrimas, plorabit et ipse  
 et dicit ' poenas garrulus iste dabit.' 60  
 quid dispar certamen inis ? tibi uerbera nicto  
 adsunt ; in gremio iudicis illa sedet.  
 non scelus adgredimur, non ad miscenda coimus  
 toxica, non strieto fulminat ense manus.  
 quaerimus ut tuto per te possimus amare : 65  
 quid precibus nostris mollius esse potest ?

## III

Ei mihi, quod dominam nec uir nec femina seruas,  
 mutua nec Veneris gaudia nosse potes !  
 qui primus pueris genitalia membra recidit,  
 uulnera quae fecit debuit ipse pati.  
 mollis in obsequium facilisque rogantibus esses, 5  
 si tuus in quamuis praetepuisset amor.  
 non tu natus equo, non fortibus utilis armis ;  
 bellica non dextrae conuenit hasta tuae.  
 ista mares tractent ; tu spes depono uiriles :  
 sunt tibi cum domina signa ferenda tua. 10  
 hanc imple meritis ; huius tibi gratia prosit :  
 si careas illa, quis tuus usus erit ?  
 est etiam facies, sunt apti lusibus ami :  
 indigna est pigro forma perire situ.  
 fallere te potuit, quamuis habere molestus : 15  
 non caret effectu, quod nolere duo.  
 aptius ut fuerit precibus temptasse, rogamus,  
 dum bene ponendi mmera tempus habes.

## IV

Non ego mendosos ausim defendere mores  
 falsaque pro uitia arma mouere meis.  
 confiteor, siquid prodest delicta fateri ;  
 in mea nunc demens crimina fassus eo.  
 odi, nec possum cupiens non esse quod odi. 5  
 heu quam, quae studeas ponere, ferre graue est !  
 nam desunt uires ad me mihi iusque regendum ;  
 auferor, ut rapida concita puppis aqua.  
 non est certa meos quae forma inuitet amores. 10  
 centum sunt causae cur ego semper amem.

sine aliqua est oculos in se deiecta modestos,  
 uror, et insidiae sunt pudor ille meae.  
 siue procax aliqua est, capior, quia rustica non est,  
 spemque dat in molli mobilibus esse toro.  
 aspera si uisa est rigidasque imitata Sabinas, 15  
 uelle, sed ex alto dissimulare puto.  
 siue es docta, places raras dotata per artes :  
 siue rudis, placita es simplicitate tua.  
 est quae Callinachi praec nostris rustica dicat  
 carmina : cui placeo, protinus ipsa placet. 20  
 est etiam quae me uatari et mea carmina culpet :  
 culpantis cupiam sustinuisse femur.  
 molliter incedit : motu capit. altera dura est :  
 at poterit taeto mollior esse uiro.  
 haec quia dulces canit llecitque facillima uocem, 25  
 oscula cantanti rapta dedisse uelim.  
 haec querulas habili percurrit pollice chordas :  
 tam doctas quis non possit amare manus ?  
 illa placet gestu numerosaque brachia ducit,  
 et tenerum molli torquet ab arte latus. 30  
 ut taceam de me, qui causa tangor ab omni,  
 illic Hippolytum pone ; Priapus erit.  
 tu, quia tam longa es, ueteres heroidas aequas  
 et potes in toto multa iacere toro.  
 haec habilis breuitate sua est. corrumpor utraque ;  
 conueniunt uoto longa breuisque meo. 35  
 non est culta : subit, quid cultae accedere possit.  
 ornata est : dotes exhibet ipsa suas.  
 candida me capiet, capiet me flaua puella,  
 est etiam in fusco grata colore Venus. 40  
 sen pendent nitea pulli ceruice capilli,  
 Leda fuit nigra conspicienda coma ;  
 seu llaent, placent croceis Aurora capillis.  
 omnibus historiis se meus aptat amor.  
 me noua sollicitat, me tangit serior aetas : 45  
 haec melior, specie corporis illa placet,  
 denique quas tota quisquam probet urbe puellas,  
 noster in has omnis ambitiosus amor.

## V

Nullus amor tanti est (absceas, plaretrate Cupido)  
 ut mihi sint totiens maxima nota mori.  
 uota mori mea sunt, cum te peccare recorder ;  
 ei mihi perpetuum nata puella malum !  
 non mihi deceptae undant tua facta tabellae, 5  
 nec data furtine mmera crimen habent.  
 o utinam arguerem sie ut non nincere possem !  
 me miserum, quare tam bona causa mea est ?  
 felix qui quod amat defendere fortiter audeat,  
 cui sua ' non feci ' dicere amica potest. 10  
 ferrens est nimiumque suo fauet ille dolori,  
 cui petitur nieta palma cruenta rea.  
 ipse miser uidi, cum me dormire putares,  
 sobrius adposito crimina uestra mero.  
 multa supercilio uidi uibrante loquentes : 15  
 nutibus in uestris pars bona uocis erat.  
 non oculi tacere tui, conscriptaque uiuo  
 mensa, nec in digitis littera nulla fuit.  
 sermonem agnoui, quod non uideatur, agentem,  
 uerbaque pro certis iussa ualere notis. 20  
 iamque frequens ierat mensa conuina relicta :  
 composili iuuenes minus et alter erant.  
 inproba tum uero iungentes oscula uidi,  
 (illa mihi lingua nexa fuisse liquet)  
 qualia non fratri tulerit germana senero, 25  
 sed tulerit cupido mollis amica uiro :  
 qualia credibile est non Phoebus ferre Dianam,  
 sed Venerem Marti saepe tulisse suo.  
 ' quid facis ? ' exclamo ' quo nunc mea gaudia differis ?

II 38 in uerum P S, in uero P man. sec. S man. sec., et ueris Elw. ex cod. Sarrau., qui habet et ueri. 53 prodis P, perdis uulg. IV 18 placita ex cod. Palat. Burn. Merk., placeas S Riese, places P. 42 Lyda fuit Laehm. 46 sapit Heins. ex codd., placet P S al. V 3 peccare Mueller ex P, peccasse uulg. 5 deceptae codd., deprensae con. Elw. sine necessitate, delictae Palat. 16 in uestris S, sub uestris P, ab uestris Mueller. pars quota Heins. 27 Phoebus—Dianam Bentl., Phoebum—Dianae codd.

inciam dominas in mea iura manus. 30  
 haec tibi sunt tecum, mihi sunt communia tecum :  
 in bona cur quisquam tertius ista uenit ?  
 haec ego, quaeque dolor linguae dictauit. at illi  
 conscia purpureus uenit in ora pudor,  
 quale coloratum Tithoni coniuge caelum 35  
 subrubet, aut sponso uisa puella nouo :  
 quale rosae fulgent inter sua lilia mixtae,  
 aut ubi cantatis luna laborat equis,  
 aut quod, ne longis flauescere possit ab annis,  
 Maeonis Assyrium femina tinxit ebur. 40  
 his erat aut alicui color ille simillimus horum,  
 et numquam uisus pulchrior illa fuit.  
 spectabat terram : terram spectare decebat.  
 maesta erat in uultu : maesta decenter erat.  
 sicut erant (et erant culti), laniare capillos 45  
 et fuit in teneras impetus ire genas.  
 ut faciem uidi, fortes cecidere lacerti :  
 defensa est armis nostra puella suis.  
 qui modo saeuus eram, supplex utroque rogauit,  
 oscula ne nobis deteriora daret. 50  
 risit et ex animo dedit optima, qualia possent  
 excutere irato tela trisulca Ioui.  
 torqueor infelix, ne tam bona senserit alter,  
 et uolo non ex hac illa fuisse nota.  
 haec quoque, quam docui, multo meliora fuerunt,  
 et quiddam uisa est addidicisse noui. 56  
 quod nimium placuere, malum est : quod tota labelis  
 lingua tua est nostris, nostra recepta tuis.  
 nec tamen hoc unum doleo, non oscula tantum  
 iuncta queror, quamuis haec quoque iuncta queror.  
 illa nisi in lecto nusquam potuere doceri. 61  
 nescio quis pretium grande magister habet.

## VI

Psittacus, Eois imitatrix ales ab Indis,  
 occidit : exequias ite frequente, aues.  
 ite, piae uolucres, et plangite pectora pinnis  
 et rigido teneras ungue notate genas.  
 horrida pro maestis lanietur pluma capillis, 5  
 pro longa resonent carmina uestra tuba.  
 quod scelus Ismarii quereris, Philomela, tyranni,  
 expleta est annis ista quere-la suis.  
 alitis in rarae miserum deuertere funus :  
 magna, sed antiqua est causa doloris Itys. 10  
 omnes, quae liquido libratis in aere cursus,  
 tu tamen ante alios, turtur amice, dole.  
 plena fuit uobis omni concordia uita,  
 et stetit ad finem longa tenaxque fides.  
 quod fuit Argolico iuuenis Phoeceus Orestae, 15  
 hoc tibi, dum licuit, psittace, turtur erat.  
 quid tamen ista fides, quid rari forma coloris,  
 quid uox mutandis ingeniosa sonis,  
 quid iuuat, ut datus es, nostrae placuisse puellae ?  
 infelix auium gloria, nempe iaces. 20  
 tu poteras fragiles pinnis hebetare zmaragdos,  
 tincta gerens rubro punica rostra croco.  
 non fuit in terris uocum simulanti-or ales :  
 reddebas blaeso tam bene uerba sono.  
 raptus es inuidia : non tu fera bella mouebas ; 25  
 garrulus et placidae pacis amator eras.  
 ecce, coturnices inter sua proelia uiuunt,  
 forsitan et fiant inde frequenter anus.  
 plenus eras mimimo ; nec praec sermonis amore  
 in multos poteras ora uacare cibos. 30  
 nux erat esca tibi causaeque papaueris somni,  
 pellebatque sitim simplicis unor aquae.  
 uiuit edax uultur ducensque per aera gyros

miluus et pluuiae graculus auctor aquae :  
 uiuit et armiferae cornix inuisa Mineruae, 35  
 illa quidem saeculis uix moritura nouem.  
 occidit illa loquax humanae uocis imago,  
 psittacus, extremo munus ab orbe datum.  
 optima prima fere manibus rapiuntur auaris :  
 implentur numeris deteriora suis. 40  
 tristia Phylacidae Thersites funera uidit :  
 iamque cinis, uiuis fratribus, Hector erat.  
 quid referam timidae pro te pia uota puellae,  
 uota procelloso per mare rapta Noto ?  
 septima lux uenit, non exhibitura sequentem, 45  
 et stabat uacuo iam tibi Parca colo.  
 nec tamen ignauo stupuerunt uerba palato :  
 clamauit moriens lingua 'Corintha, uale.'  
 colle sub Elysio nigra nemus illice frondet,  
 uaque perpetuo gramine terra uiret. 50  
 siqua fides dubiis, uolucrum locus ille piarum  
 dicitur, obscenae quo prohibentur aues.  
 illic innocui late pasuntur olores,  
 et uiuax phoenix, unica semper auis.  
 explicit ipsa suas ales Iunonia pinnas ; 55  
 oscula dat cupido blanda columba mari.  
 psittacus has inter nemorali sede receptus  
 conuertit uolucres in sua uerba pi-as.  
 ossa tegit tumulus, tumulus pro corpore magnus,  
 quo lapis exiguus par sibi carmen habet ; 60  
 COLLIGOR EX IPSO DOMINAE PLACUISSE SEPVL-CRO.  
 ORA FVERE MIHI PLVS AVE DOCTA LOQVI.

## VII

Ergo sufficiam reus in noua crimina semper ?  
 ut uincam, totiens dimicuisse piget.  
 siue ego marmorei respexi summa theatri,  
 eligis e multis, unde dolere uelis :  
 candida seu tacito uidit me femina uultu, 5  
 in uultu tectas arguis esse notas.  
 siquam laudauit, misero petis ungue capillos :  
 si culpo, crimen dissimulare putas.  
 siue bonus color est, in te quoque frigidus esse ;  
 seu malus, alterius dicor amore mori. 10  
 atque ego peccati uellem mihi conscius essem :  
 aequo animo poenam, qui meruere, ferunt.  
 nunc temere insimulas, credendoque omnia frustra  
 ipsa uetas iram pondus habere tuam.  
 adspice ut auritus miserandae sortis asellus 15  
 adsiduo domitus uerbere lentus eat.  
 ecce nouum crimen : sollers ornare Cypassis  
 obicitur dominae contemneras torum.  
 di melius, quam me, si sit peccasse libido,  
 sordida contemptae sortis amica iuuat ! 20  
 quis Veneris famulae contubia liber inire  
 tergaque complecti uerbere secta uelit ?  
 adde quod ornandis illa est operata capillis  
 et tibi perdocta est grata ministra manu.  
 scilicet ancillam, qua erat tibi fida, rogarem ? 25  
 quid, nisi ut indicio iuncta repulsa foret ?  
 per Venerem iuro puerique uolatilis arcus  
 me non admissi criminis esse reum.

## VIII

Ponendis in mille modos perfecta capillis,  
 comere sed solas digna, Cypassi, deas,  
 et mihi iucundo non rustica cognita furto,  
 apta quidem dominae, sed magis apta mihi,  
 quis fuit inter nos sociati corporis index ? 5

V 33 haec S uulg., hoc P. 41 his P S, hic uulg. 42 uisu Housman, casu codd. VI 9 deuertite Heins., deuertite codd., diuertite S. 10 antiqua est P S uulg., antiqui Heins. ex codd. 25-28 post 32 ponit Schrader. 30 poterant P S. 33 ducitque P S. 37 illa P S, ille codd. pauci. 39 Auernis Heins. 45 uenit P S, aderat uulg. VII 1 Ergo ego sufficiam edd. uett. 6 tectas Palmer, tacitas codd. 23 ornandis edd. uett., ornatis P S. 24 perdocta est P S, per doctas uulg. manu Heins., manus codd. Merk. perdoctast—manus Mueller. 25 qui erat P, corr. Palmer, quae sit uulg.

sensit concubitus unde Corinna tuos?  
 num tamen erubui? num uerbo lapsus in ullo  
 furtinae Veneris conscia signa dedi?  
 quid, quod in ancilla si quis delinquere possit,  
 illum ego contendere mente carere bona? 10  
 Thessalus ancillae facie Briseidos arsit:  
 serua Mycenaeo Phoebas amata duci.  
 nec sum ego Tantalide maior nec maior Achille.  
 quod decuit reges, cur mihi turpe putem?  
 ut tamen iratos in te defixit ocellos, 15  
 uidi te totis erubuisse genis.  
 at quanto, si forte refers, praesentior ipse  
 per Veneris feci numina magna fidem!  
 tu, dea, tu iubeas animi peruria puri  
 Carpathium tepidos per mare ferre Notos. 20  
 pro quibus officii pretium mihi dulce repende  
 concubitus hodie, fusca Cypassi, tuos.  
 quid renuis fingisque nonos, ingrata, timores?  
 unum est e dominis emeruisse satis.  
 quod si stulta negas, index anteaecta fatebor 25  
 et ueniam culpae proditor ipse meae,  
 quoque loco tecum fuerim quotiensque, Cypassi,  
 narrabo dominae, quotque quibusque modis.

## IX

O nunquam pro me satis indignate Cupido,  
 o in corde meo desidiis puer,  
 quid me, qui miles nunquam tua signa reliqui,  
 laedis, et in castris uulneror ipse meis?  
 cur tua fax urit, figit tuas arcus amicos? 5  
 gloria pugnantem uincere maior erat.  
 quid? non Haemonius, quem cuspidem percudit, heros  
 confossum medica postmodo iuuit ope?  
 nemator sequitur fugientia, capta relinquit,  
 semper et inuentis ulteriora petit. 10  
 nos tua sentimus, populus tibi deditus, arma:  
 pigra reluctanti cessat in hoste manus.  
 quid iuuat in nudis hamata retundere tela  
 ossibus? ossa mihi nuda relinquit amor.  
 tot sine amore uiri, tot sunt sine amore puellae: 15  
 hinc tibi cum magna laude triumphus eat.  
 Roma, nisi immensum uires mouisset in orbem,  
 stramineis esset nunc quoque tecta casis.  
 fessus in acceptos miles deducitur agros;  
 mittitur in saltus carcere liber equus; 20  
 longaque subductam celant naualia pinum;  
 tutaque deposito poscitur ense rudis.  
 me quoque, qui totiens merui sub amore puellae,  
 defunctum placide uiuere tempus erat.  
 'uiue' deus 'posito' si quis mihi dicat 'amore,' 25  
 depreceer; usque adeo dulce puella malum est.  
 cum bene pertaesum est, animoque relanguit ardor,  
 nescio quo miserae turbine mentis agor.  
 ut rapit in praeeptis dominum spumantia frustra  
 frena retentantem durior oris equus: 30  
 ut subitus, prope iam prensa tellure, carinam  
 tangentem portus uentus in alta rapit:  
 sic me saepe refert incerta Cupidinis aura,  
 notaque purpureis tela resumit Amor.  
 fige, puer, positus nudus tibi praebor armis: 35  
 hic tibi sunt uires, huc tua dextra facit;  
 huc, tanquam iussae, ueniunt iam sponte sagittae.  
 uix illis prae me nota pharetra sua est.  
 infelix, tota quicumque quiescere nocte  
 sustinet et somnos praemia magna uocat. 40  
 stulte, quid est somnus gelidae nisi mortis imago?  
 longa quiescendi tempora fata dabunt.  
 me modo decipiant uoces fallacis amicae:  
 sperando certe gaudia magna feram.  
 et modo blanditias dicat, modo iurgia nectat: 45  
 saepe fruar domina, saepe repulsus eam.

quod dubius Mars est, per te, priuigne Cupido, est;  
 et mouet exemplo uitricus arma tuo.  
 tu leuis es multoque tuis uentosior alis,  
 gaudiaque ambigua dasque negasque fide. 50  
 si tamen exaudis, pulchra cum matre, Cupido,  
 indeserta meo pectore regna gere.  
 accedant regno, nimum uaga turba, puellae:  
 ambobus populis sic uenerandus eris.

## X

Tu mihi, tu certe, memini, Graecine, negabas  
 uno posse aliquem tempore amare duas.  
 per te ego decipior; per te deprexus inermis,  
 ecce, duas uno tempore turpis amo.  
 utraque formosa est; operosae cultibus ambae; 5  
 artibus in dubio est haec sit an illa prior.  
 pulchrior hac illa est, haec est quoque pulchrior illa,  
 et magis haec nobis, et magis illa placet.  
 errant, ut uentis discordibus acta phaselcs,  
 diuidumque tenent alter et alter amor. 10  
 quid geminas, Erycina, meos sine fine dolores?  
 non erat in curas una puella satis?  
 quid folia arboribus, quid pleno sidera caelo,  
 in freta collectas alta quid addis aquas?  
 sed tamen hoc melius quam si sine amore iacerem:  
 hostibus eueniat uita seuera meis. 16  
 hostibus eueniat niduo dormire cubili,  
 et medio laxa ponere membra toro.  
 at mihi sacuus amor somnos abrumpat inertes,  
 simque mei lecti non ego solus onus. 20  
 me mea disperdat nullo prohibente puella,  
 si satis una potest; si minus una, duae.  
 sufficiam; graeciles non sunt sine uiribus artus;  
 pondere, non neruis corpora nostra carent.  
 et lateri dabit in uires alimenta uoluptas: 25  
 decepta est opera nulla puella mea.  
 saepe ego lasciuie consumpsi tempora noctis,  
 utilis et forti corpore mane fui.  
 felix, quem Veneris certamina mutua perdunt:  
 di faciant, leti causa sit ista mei! 30  
 induat aduersis contraria pectora telis  
 miles et aeternum sanguine nomen emat.  
 quaerat auarus opes, et quae lassarum arando  
 aequora periuro naufragus ore bibit.  
 at mihi contingat Veneris languescere motu, 35  
 eum moriar, medium soluar et inter opus;  
 atque aliquis nostro lacrimas in funere dicat  
 'conueniens uitae mors fuit ista tuae.'

## XI

Prima malas docuit, mirantibus aequoris undis,  
 Peliaco pinus uertice caesa uias,  
 quae concurrentis inter temeraria cautes  
 conspicuam fuluo uellere nexit ouem.  
 o tinam, ne quis remo freta longa moueret, 5  
 Argo funestas pressa bibisset aquas!  
 ecce, fugit notumque torum sociosque Penates,  
 fallacisque uias ire Corinna parat.  
 quid tibi, me miserum, Zephyros Enrosque timebo  
 et gelidum Borean egelidumque Notum? 10  
 non illie urbes, non tu mirabere silvas:  
 una est iniusti caerula forma maris.  
 nec medius tenuis conchas pictosque lapillos  
 pontus habet: bibuli litoris illa mora est.  
 litora marmoreis pedibus signate, puellae: 15  
 hactenus est tutum; cetera caeca uia est.  
 et uobis alii uentorum proelia narrent;  
 quas Seylla infestet quas Charybdis aquas;  
 et quibus emineant uiolenta Cerania saxis;

VIII 16 uident te P. S. IX 1 re s. indignante Madv. 18 densa casis Marius ex codd., Burm. 25 ab hoc u. nouam incipere elegiam statuit Mueller. 36 huc Heins., hic codd. 37 hic P. 51 cupido codd., rogantem P man. sec. uulg. 52 gere uulg., geres Mueller, tunc Burm. X 16 om. P man. prin. 27 ita P. S. lasciuie consumpsi tempore Heins.

quo lateant Syrtes magna minorque sinu. 20  
 haec alii referant; at uos quod quisque loquetur  
 credite; credenti nulla procella nocet.  
 sero respicitur tellus, ubi fune soluto  
 currit in immensum panda carina salum;  
 nauita sollicitus cum uentos horret iniquos, 25  
 et prope tam letum quam prope cernit aquam.  
 quod si concussas Triton exasperet undas,  
 quam tibi sit toto nullus in ore color!  
 tum generosa uoces fecundae sidera Ledae  
 et 'felix' dicas 'quem sua terra tenet!' 30  
 tutius est fuisse torum, legisse libellos,  
 Threiciam digitis increpuisse lyram.  
 at si uana ferunt uolucres mea dicta procellae,  
 aequa tamen puppi sit Galatea tuae.  
 uestrum crimen erit talis iactura puellae, 35  
 Nereidesque deae Nereidumque pater.  
 uade memor nostri, uento reditura secundo.  
 inpleat illa tuos fortior aura sinus.  
 tum mare in haec magnus proclinet litora Nereus,  
 huc uenti spirent, huc agat aestus aquas. 40  
 ipsa roges, Zephyri ueniant in lineata pleni,  
 ipsa tua moueas turgida uela manu.  
 primus ego adspiciam notam de litore puppin  
 et dicam 'nostros aduehit illa deos';  
 excipiamque umeris, et multa sine ordine carnam 45  
 oscula. pro reditu uictima uota caedet.  
 inque tori formam molles sterentur harenae,  
 et tumulus mensae quilibet esse potest.  
 illic adposito narrabis multa Lyaeo,  
 paene sit ut mediis obruta nauis aquis; 50  
 dumque ad me properas, neque iniquae tempora  
 noctis  
 nec te praecipites extimuisse Notos.  
 omnia pro ueris eradam, sint ficta licebit.  
 cur ego non uotis blandiar ipse meis?  
 haec mihi quam primum caelo nitidissimus alto 55  
 Lucifer admissa tempora portet equo.

## XII

Ite triumphales circum mea tempora laurus!  
 uicimus: in nostro est ecce Corinna sinu,  
 quam uir, quam custos, quam ianua firma, tot hostes,  
 seruabant, ne qua posset ab arte capi!  
 haec est praecipuo uictoria digna triumpho, 5  
 in qua, quaecumque est, sanguine praeda caret.  
 non humiles muri, non paruis oppida fossis  
 cineta, sed est ductu capta puella meo.  
 Pergama cum caderent bello superata bilustri,  
 ex tot in Atridis pars quota laudis erat? 10  
 at mea seposita est et ab omni milite dissors  
 gloria, nec titulum muneris alter habet.  
 me duce ad hanc uoti finem, me milite ueni;  
 ipse eques, ipse pedes, signifer ipse fui.  
 nec casum fortuna meis immisuit actis. 15  
 huc ades, o cura parte Triumphae mea!  
 nec belli est noua causa mei. nisi rapta fuisset  
 Tyndaris, Europae pax Asiaeque foret.  
 femina siluestris Lapithas populumque biforem  
 turpiter adposito uertit in arma mero: 20  
 femina Troianos iterum noua bella mouere  
 inpulit in regno, iuste Latine, tuo:  
 femina Romanis etiamnunc urbe recenti  
 inmisit soceros armaque saeua dedit.  
 uidi ego pro niuea pugnantes coniuge tauros: 25  
 spectatrix animos ipsa iuuenca dabat.  
 me quoque, qui multos, sed me sine caede, Cupido  
 iussit militiae signa mouere sauae.

XI 21 referant ad uos Ehw. ex PS; idem mutauit interpunctionem. 22 credenti uulg., quaerenti Ehw. ex P.  
 25 cum codd. nonnulli, quia P Arund., iam S, qua Heins. 40 ita Heins., huc uentis spectent P, huc uentus  
 spectet S. aestus Merk. ex uett. edd., eurus PS. 41 pleni PS, soli uulg. 48 instar erit uulg., esse potest PS  
 defendit Palmer. XII 17 noua cura PS. 20 adposito codd., a posito Mueller. 27 qui multos S, cum multos  
 P, cum multis Burm. XIII 3 clamat PS. 7 gentilia PS. XIV 29 natorum aliquot codd. sanguine matrem PS,  
 30 atque PS, aue uulg. cf. I 15. 38.

## XIII

Dum labefactat onus grauidi temeraria uentris,  
 in dubio uitae lassa Corinna iacet.  
 illa quidem clam me tantum molita pericli  
 ira digna mea: sed cadit ira metu.  
 sed tamen aut ex me conceperat, aut ego credo: 5  
 est mihi pro facto saepe, quod esse potest.  
 Isi, Paraetonium genaliaque arua Canopi  
 quae colis et Memphin palmiferamque Pharon,  
 quaque celer Nilus lato delapsus in alueo  
 per septem portus in maris exit aquas, 10  
 per tua sinistra precor, per Anubidis ora uerendi:  
 sic tua sacra pius semper Osiris amet,  
 pigraque labatur circa donaria serpens,  
 et comes in pompa corniger Apis eat:  
 huc adhuc uultus et in una parce duobus. 15  
 nam uitam dominae tu dabis, illa mihi.  
 saepe tibi sedit certis operata diebus,  
 qua tingit laurus Gallica turba tuas.  
 tuque laborantes utero miserata puellas,  
 quarum tarda latens corpora tendit onus, 20  
 lenis ades precibusque meis faue, Ilithyia:  
 digna est, quam iubeas muneris esse tui.  
 ipse ego tura dabo fumosis candidus aris,  
 ipse feram ante tuos munera uota pedes.  
 adiciam titulum SERVATA NASO CORINNA: 25  
 tu modo fac titulo muneribusque locum.  
 si tamen in tanto fas est monuisse timore,  
 hac tibi sit pugna dimicuisse satis.

## XIV

Quid inuat immunes belli cessare puellas,  
 nec fera peltatas agmina uelle sequi,  
 si sine Marte suis patiuntur uulnera telis  
 et caecas armant in sua fata manus?  
 quae prima instituit teneros conuellere fetus, 5  
 militia fuerat digna perire sua.  
 scilicet, ut careat rugarum crimine uenter,  
 sternetur pugnae tristic harena tuae?  
 si mos antiquis placuisset matribus idem,  
 gens hominum uitio deperitura fuit: 10  
 quique iterum iaceret generis primordia nostri  
 in uacuo lapides orbe, parandus erat.  
 quis Priami fregisset opes, si nunen aquarem  
 iusta recusasset pondera ferre Thetis?  
 Ilia si tumido geminos in uentre necasset, 15  
 casurus dominae conditor urbis erat.  
 si Venus Aenean grauidi temerasset in aluo,  
 Caesaribus tellus orba futura fuit.  
 tu quoque, cum posses nasci, formosa, perisses,  
 temptasset, quod tu, si tua mater opus. 20  
 ipse ego, cum fuerim melius periturus amando,  
 uidissem nullos matre necante dies.  
 quid plenam fraudas uitem crescentibus uuis  
 pomaque crudeli uellis acerba manu?  
 sponte fluant matura sua; sine crescere nata: 25  
 est pretium paruae non leue uita morae.  
 uestra quid effoditis subiectis uiscera telis  
 et nondum nata diris uenena datis?  
 Colchida respersam puerorum sanguine culpant  
 atque sua caesum matre queruntur Ityn. 30  
 utraque saeua parens: sed tribus utraque causis  
 iactura socii sanguinis ulta uirum.  
 dicite, quis Tereus, quis uos inritet Iaso  
 figere sollicita corpora uestra manu?

hoc neque in Armeniis tigres fecere latebris, 35  
perdere nec fetus ausa laena suos.  
at tenerae faciunt, sed non inpuce, puellae :  
sacpe, suos utero quae necat, ipsa perit.  
ipsa perit ferturque rogo resoluta capillos,  
et clamant ' merito, ' qui modo eumque uident. 40  
ista sed aetherias uanescant dicta per auras,  
et sint omnibus pondera nulla meis.  
di faciles, peccasse semel concedit tuto ;  
et satis est ; poenam culpa secunda ferat.

## XV

Anule, formosae digitum uincture puellae,  
in quo censendum nil nisi dantis amor,  
munus eas gratum, te laeta mente receptum  
protinus articulis induat illa suis.  
tam bene conuenias, quam mecum conuenit illi, 5  
et digitum iusto commodus orbe teras.  
felix, a domina tractaberis, anule, nostra.  
inuideo donis iam miser ipse meis.  
o utinam fieri subito mea munera possim  
artibus Acaee Carpathiue senis ! 10  
tunc ego te cupiam, domina, et tetigisse papillas  
et laeuam tunicis inseruisse manum,  
elabar digito, quamuis angustus et haerens,  
inque sinum mira laxus ab arte eadam.  
idem ego ut arcanas possim signare tabellas, 15  
neue tenax ceram siceaque gemma trahat,  
umida formosae tangam prius ora puellae ;  
tantum ne signem scripta dolenda mihi.  
si dabor ut condar loculis, exire negabo,  
adstringens digitos orbe minore tuos. 20  
non ego dedecori tibi sim, mea uita, futurus,  
quodue tener digitus ferre recuset onus.  
me gere, enim calidis perfundes imbribus artus,  
dammaque sub gemma perfer euntis aquae.  
sed, puto, te nuda mea membra libidine surgent, 25  
et peragam partes anulus ille niri.  
inrita quid uoueo ? paruam proficiscere munus :  
illa datam tecum sentiat esse fidem.

## XVI

Pars me Sulmo tenet Paeligni tertia ruris,  
parua sed inriguis ora salubris aquis.  
sol licet admoto tellurem sidere findat,  
et micet Icarii stella proterua canis :  
arua pererrantur Paeligna liquentibus undis, 5  
et uiret in tenero fertilis herba solo.  
terra ferax Cereris, multoque feracior uuis ;  
dat quoque baciferam Pallada rarus ager.  
perque resurgentes riuus labentibus herbas  
gramineus madidam caespes obumbrat humum.  
at meus ignis abest. uerbo peccauimus uno : 11  
quae mouet ardores, est proci ; ardor adest.  
non ego, si medius Polluce et Castore ponar,  
in caeli sine te parte fuisse uelim.  
solliciti iaceant terraque premantur iniqua, 15  
in longas orbem qui secure uias.  
aut inuenum comites iussissent ire puellas,  
si fuit in longas terra secunda uias.  
tum mihi, si premerem uentosus horridus Alpes,  
dummodo cum domina, molle fuisset iter. 20  
enim domina Libycas ausim perumpere Syrtes  
et dare non aquis uela ferenda Notis.

non quae uirgineo portenta sub inguine latrant,  
nec timeam uestros, curua Malea, sinus :  
non quas submersis ratibus saturata Charybdis 25  
fundit et effusas ore receptat aquas.  
quod si Neptuni uentosa potentia uineit,  
et subnenturos auferet unda deos,  
tu nostris niueos ueris impone lacertos :  
corpore nos facili dulce feremus onus. 30  
sacpe petens Heron inuenis transnauerat undas :  
tum quoque transnasset, sed uia caeca fuit.  
at sine te, quamuis operosis uitibus agri  
me teneant, quamuis annibus arua natent,  
et uocet in riuos currentem rusticus undam, 35  
frigidaque arboreas mulecat aura comas :  
non ego Paelignos uideor celebrare salubres,  
non ego natalem, rura paterna, locum,  
sed Seythiam Cilicisque feros uiridesque Britannos,  
quaeque Prometheo saxa eruoere rubent. 40  
uluum amat uitem, uitis non deserit uluum :  
separor a domina cur ego sacpe mea ?  
at mihi te comitem iuraras usque futuram  
per me perque oculos, sidera nostra, tuos.  
uerba puellarum foliis leuiora caducis 45  
inrita, qua uisum est, uentus et unda ferunt.  
siqua mei tamen est in te pia cura relictis,  
incepe pollicitis addere facta tuis,  
paruaque quamprimum rapientibus esseda mannis  
ipsa per admissas concute lora iuas. 50  
at uos, qua ueniet, tumidi subsidite montes,  
et faciles curnis uallibus este uiae.

## XVII

Siquis erit qui turpe putet seruire puellae,  
illo conuinear iudice turpis ego.  
sim licet infamis, dum me moderatius urat  
quae Paphon et fluctu pulsa Cythera tenet.  
atque utinam dominae miti quoque praeda fuisset,  
formosae quoniam praeda futurus eram ! 6  
dat facies animos. facie uiolenta Corinna est.  
me miserum, cur est tam bene nota sibi ?  
scilicet a speculi sumitur imagine fastus :  
nec nisi compositam se prius illa uidet. 10  
non tibi si facies animum dat et omnia regni,  
o ! facies oculos nata tenere meos,  
collatum ideireo tibi me contemnere debes :  
aptari magnis inferiora licet.  
traditur et nympha mortalis amore Calypso 15  
capta recusantem detinuisse uirum.  
creditur aequoream Phthio Nereida regi,  
Egeriam iusto concubuisse Numae ;  
Vulcano Venerem, quamuis incede relicta  
turpiter obliquo claudiet ille pede. 20  
earminis hoc ipsum genus inpar : sed tamen apte  
iungitur herous cum breuiore modo.  
tu quoque me, mea lux, in quaslibet accipe leges :  
te deceat medio inra dedisse foro.  
non tibi crimen ero, nec quo laetere remoto. 25  
non erit hic nobis infitians amor.  
sunt mihi pro magno felicia earmina censu,  
et multae per me nomen habere uolunt.  
noni aliquam, quae se circumferat esse Corinnam.  
ut fiat, quid non illa dedisse nolit ? 30  
sed neque diuersi ripa labuntur eadem  
frigidus Eurotas populiferque Padus,  
nec, nisi tu, nostris cantabitur ulla libellis :  
ingenio causas tu dabis una meo.

XIV 38 utero eodd., uteros con. Merk. 43 tuto uulg., tuo P, uoto S. XV 9 possim uulg., possem edd. recentt. 11 te P S, si cod. Francofurtensis, ne al., tum dominae eodd., te cupiam, domina, et Madv. (adu. crit. t. ii p. 69), cum cupiat domina et Rappold, si subeat dominae Merk. 19 si dabor eodd., sit labor Ehw. 23 perfunderis Heins., perfundis P S, perfundes uulg. 24 perfer euntis eodd., fer pereuntis con. Dousa ; uide Ehw. praefat. p. x. XVI 3 licet admoto P, licet moto S, licet et moto Mueller. 7 uuae Heins. 13 semideus P S. 25, 26 ante 23, 24 posuit Ehw. 25 quas edd. uett., qua P, quae S. 27 Neptuni P S, Neptunum eodd. plerique. XVII 3 me. ne Mueller. 11 animum P (?) S, nimium uulg., et omnia Owen (Tristia p. xxxviii), nomina P S, in omnia uulg. 16 recusantem P S, reluctantem uulg. 22 herouis S, in uersus P. 24 foro P, toro uulg. 29 corinnam fecerat esse P S.

## XVIII

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillen  
 primaque iuratis induis arma uiris,  
 nos, Macer, ignaua Veneris cessamus in umbra,  
 et tener ausuros grandia frangit Amor.  
 saepe meae 'tandem' dixi 'discede' puellae : 5  
 in gremio sedit protinus illa meo.  
 saepe 'pudet' dixi. lacrimis uix illa retentis  
 'ne miseram, iam te' dixit 'amare pudet?'  
 implicuitque suos circum mea colla lacertos  
 et, quae me perdunt, oscula mille dedit. 10  
 uincor, et ingenium sumptis reuocatur ab armis,  
 resque domi gestas et mea bella cano.  
 sceptraque prinata tam cito sumpta manu.  
 crenit, et huic operi quamlibet aptus eram.  
 risit Amor pallanque meam pictosque cothurnos 15  
 sceptraque prinata tam cito sumpta manu.  
 hinc quoque me dominae numen deduxit iniquae,  
 deque cothurnato uate triumphat Amor.  
 quod licet, aut artes teneri profitemur Amoris  
 (ei mihi, praeceptis uergeor ipse meis!) 20  
 aut quod Penelopes uerbis reddatur Vlix  
 scribimus, et lacrimas, Phyllis relicta, tuas;  
 quod Paris et Macareus et quod male gratus Iaso  
 Hippolytique parens Hippolytusque legant,  
 quodque tenens strictum Dido miserabilis ense 25  
 dicat et Aoniae Lesbis amata lyrae.  
 quam cito de toto rediit meus orbe Sabinus  
 scriptaque diuersis rettulit ille locis!  
 candida Penelope signum cognouit Vlixis :  
 legit ab Hippolyto scripta nouera suo. 30  
 iam pius Aeneas miserae rescripsit Elissae :  
 quodque legat Phyllis, si modo uiuit, adest.  
 tristic ad Hysipylen ab Iasone littera nemit :  
 det notam Phoebo Lesbis amata lyram  
 nec tibi, qua tutum uati, Macer, arma canenti 35  
 anreus in medio Marte tacetur Amor.  
 et Paris est illic et adultera, nobile crimen,  
 et comes extincto Landamia uiro.  
 si bene te noui, non bella libentius istis  
 dicis, et a uestris in mea castra uenis. 40

## XIX

Si tibi non opus est seruata, stulte, puella,  
 at mihi fac serues, quo magis ipse nelim  
 quod licet, ingratum est; quod non licet, acrius urit.  
 ferreus est siquis quod sinit alter amat.  
 speremus pariter, pariter metumamus amantes, 5  
 et faciat uoto rara repulsa locum.

quo mihi fortunam, quae numquam fallere curet?  
 nil ego, quod nullo tempore laedat, amo.  
 uiderat hoc in me uitium uersuta Corinna,  
 quaque capi possem callida norat opem. 10  
 a, quotiens sani capitis mentita dolores  
 cunctantem tardo iussit abire pede!  
 a, quotiens finxit enlpam, quantumque licebat  
 insonti, speciem praebuit esse nocens!  
 sic mihi uexarat tepidosque refouerat ignis, 15  
 rursus erat notis comis et apta meis.  
 quas mihi blanditias, quam dulcia uerba parabat!  
 oscula, di magni, qualia quotque dabat!  
 tu quoque, quae nostros rapuisti nuper ocellos,  
 saepe time insidias, saepe rogata nega. 20  
 et sine me ante tuos proiectum in limine postis  
 longa pruinosa frigora nocte pati.  
 sic mihi durat amor longosque adolescit in annos:  
 hoc iuuat; haec animi sunt alimenta mei.  
 pinguis amor nimiumque patens in taedia nobis 25  
 uertitur et, stomacho dulcis ut esca, nocet.  
 si nunquam Danaen habuisset aenea turris,  
 non esset Danae de Ioue facta parens.  
 dum seruat Iuno mutatam cornibus Iou,  
 facta est quam fuerat gratior illa Ioui. 30  
 quod licet et facile est siquis cupit, arbore frondis  
 carpit et e magno flumine potet aquam.  
 siqua uolet regnare diu, deludat amantem.  
 ei mihi, ne monitis torquear ipse meis!  
 quidlibet eueniat, nocet indulgentia nobis : 35  
 quod sequitur, fugio; quod fugit, ipse sequor.  
 at tu formosae nimium secure puellae,  
 incipe iam prima claudere nocte forem.  
 incipe, quis totiens furtim tua limina pulset,  
 quaerere, quid latent nocte silente canes, 40  
 quas ferat et referat sollers ancilla tabellas,  
 cur totiens uacuo secubet ipsa toro.  
 mordeat ista tuas aliquando cura medullas,  
 daque locum nostris materiamque dolis.  
 ille potest uacuo furari litore harenas, 45  
 uxorem stulti siquis amare potest.  
 iamque pro praemoneo; nisi tu seruare puellam  
 incipis, incipiet desinere esse mea.  
 multa diuque tuli. sperari saepe futurnm,  
 cum bene seruasses, ut bene uerba darem. 50  
 lentus es et pateris nulli patienda marito :  
 at mihi concessi finis amoris erit.  
 scilicet infelix numquam prohibebor adire?  
 nox mihi sub nullo uindice semper erit?  
 nil metuum? per nulla traham suspiria somnos? 55  
 nil facies, cur te iure perisse uelim?  
 quid mihi cum facili, quid cum lenone marito?  
 corrumpis uitio gaudia nostra tuo.  
 quin alium, quem tanta iuuat patientia, quaeris?  
 me tibi riualem si iuuat esse, ueta. 60

## LIBER TERTIVS

## I

Stat uetus et multos incaedua silua per annos :  
 credibile est illi numen inesse loco.  
 fons sacer in medio speluncaque pumice pendens,  
 et latere ex omni dulce queruntur aues.  
 hic ego dum spatior tectus nemoralibus umbris, 5

quod mea quaerebam Musa moueret opus.  
 uenit odoratos Elegia nexa capillos,  
 et, puto, pes illi longior alter erat.  
 forma decens, nestis tenuissima, uultus amantis,  
 et pedibus uitium causa decoris erat. 10  
 uenit et ingenti uiolenta Tragoedia passu :  
 fronte comae torua, palla iacebat humi;

XVIII 26 *aoniae* PS; cf. I 1. 12, *Aeoliae* uulg. Mueller, *amica lyrae* P man. sec. 33 *Laudamia* S. amata lyrae ex u. 34 sumptum esse uidetur, *amata deae*  
 codd. pauci. 20 *time* PS, *face* uulg., *treme* Rautenberg, *timens sedecae* Palmer. 26 ita interpunctit Ehw. 29 *Ion*  
 Ehw., 10 codd. 31 *cupit* P man. sec. S, *libet* P man. prim., *uelit* Mueller. 53 *prohibebis* P. 59 *tanta iubat* P. 60 *esse*  
 uoca P. III I 7 *Elegiâ* u. Lachmann ad Lucr. VI 971.



laeva manus sceptrum late regale mouebat,  
 Lydius alta pedum uincla cothurnus erat :  
 et prior 'aequis crit' dixit 'tibi finis amandi,  
 o argumenti lente poeta tui? 15  
 nequitiam uinosa tuam conuiuia narrant,  
 narrat in multas compita secta uias.  
 saepe aliquis digito natem designat cutem  
 atque ait "hic, hic est, quem ferus urit Amor."  
 fabula, nec sentis, tota iactaris in urbe,  
 dum tua praeterito facta pudore refers. 21  
 tempus erat thyrso pulsam graniore moueri.  
 cessatum satis est : incepte maius opus.  
 materia premis ingenium ; cane facta mirorum : 25  
 "haec animo" dicis "area facta meo est."  
 quod tenerae cantent, lusit tua Musa, puellae,  
 primaque per numeros acta iuuenta suos.  
 nunc habeam per te Romana Tragoedia nomen :  
 implebit leges spiritus iste meas.' 30  
 haec tunc : et mouit pictis innixa cothurnis  
 densum caesaric terque quaterque caput.  
 altera, si memini, limis subrisit ocellis.  
 fallor, an in dextra myrtea uirga fuit ?  
 'quid grauibus uerbis, animosa Tragoedia,' dixit 35  
 'me premis ? an nunquam non grauis esse potes ?  
 imparibus tamen es numeris dignata moneri :  
 in me pugnasti uersibus usa meis.  
 non ego contulerim sublimia carmina nostris :  
 obruit exiguas regia uestra fores. 40  
 sum leuis, et mecum leuis est, mea cura, Cupido.  
 non sum materia fortior ipsa mea.  
 rustica sit sine me lasciui mater Amoris :  
 huic ego proueni lena comesque deae.  
 quam tu non poteris duro reserare cothurno, 45  
 haec est blanditiis ianna laxa posse,  
 et tamen emerui plus, quam tu, posse, ferendo  
 multa supercilio non patiunda tuo.  
 per me decepto didicisti custode Corinna  
 liminis adstricti sollicitare fidem, 50  
 delabique toro tunica nelata soluta  
 atque inpercussos nocte mouere pedes,  
 uel quotiens foribus duris incisa pependi,  
 non uerita a populo praetereunte legi !  
 quin ego me memini, dum custos saeuus abiret,  
 ancillae missam delituisse sinu. 55  
 quid, cum me munus natali mittis, at illa  
 rumpit et adposita barbara mersit aqua ?  
 prima tuae moui felicia semina mentis,  
 munus habes, quod te iam petit ista, meum.' 60  
 desiderat. coepi 'per nos ntramque rogamus,  
 in uacuas aures uerba timentis eant.  
 altera me scepro decoras altoque cothurno :  
 iam nunc contacto magnus in ore sonus.  
 altera das nostro uicturum nomen amori : 65  
 ergo ades et longis uersibus adde breues.  
 exiguum nati concede, Tragoedia, tempus :  
 tu labor aeternus : quod petit illa, breue est.'  
 nota dedit ueniam. teneri properentur Amores,  
 dum uacat ; a tergo grandis urguet opus. 70

## II

'Non ego nobilium sedeo studiosus equorum :  
 cui tamen ipsa faues, uineat ut ille, preor.  
 ut loquerer tecum, ueni, tecumque sederem,  
 ne tibi non notus, quem facis, esset amor.  
 tu cursus spectas, ego te. spectemus uterque, 5  
 quod inuat, atque oculos pascat nterque suos.  
 o cuiumque faues, felix agitator equorum !  
 ergo illi curae contigit esse tuae ?  
 hoc mihi contingat ; sacro de carcere missis  
 insistam forti mente uelendus equis, 10

et modo lora dabo, modo uerberare terga notabo,  
 nunc stringam metas interiore rota.  
 si mihi currenti fueris conspecta, morabor,  
 deque meis manibus lora remissa fluent.  
 at quam paene Pelops Pisaca comecidit hasta, 15  
 dum spectat uultus, Hippodamia, tuos.  
 nempe fauore suae uicit tamen ille puellae.  
 uincamus dominae quisque fauore suae.  
 quid frustra refugis ? cogit nos linea iungi :  
 haec in lege loci commoda circus habet. 20  
 tu tamen a dextra, quicumque es, parce puellae :  
 contactu lateris laeditur ista tui.  
 tu quoque, qui spectas post nos, tua contrahe crura,  
 si pudor est, rigido nec preme terga genu.  
 sed nimium demissa iacent tibi pallia terra : 25  
 collige ; uel digitis en ego tollo meis.  
 inuida uestis cras, quae iam bona crura tegebas ;  
 quoque magis spectes, inuida uestis cras.  
 talia Milanion Atalantes crura fugacis  
 optauit manibus sustinuisse suis. 30  
 talia pinguntur succinctae crura Dianae,  
 cum sequitur fortes fortior ipsa feras.  
 his ego non uisis arsi : quid fiet ab istis ?  
 in flammam flammis, in mare fundis aquas.  
 suspicor ex istis et cetera posse placere, 35  
 quae bene sub tenui condita ueste latent.  
 uis tamen interea faciles accessere uentos,  
 quos faciet nostra nota tabella manu ?  
 an magis hic meus est animi, non aeris, aestus,  
 captaeque femineus pectora torret amor ? 40  
 dum loquor, alba leui sparsa est tibi pulvere uestis.  
 sordide de nuceo corpore puluis abi.  
 sed iam pompa uenit. linguis animisque fauete.  
 tempus adest plausus : anrea pompa uenit.  
 prima loco fertur passis uictoria pinis : 45  
 huc ades et meus hic fac, dea, uineat amor.  
 plaudite Neptuno, nimium qui creditis midis.  
 nil mihi cum pelago ; me mea terra caput.  
 plaude tuo Marti, miles. nos odimus armu ;  
 pax inuat et media pace reperit amor. 50  
 auguribus Phoebus, Phoebe uenantibus adsit.  
 artifices in te uerte, Minerva, manus.  
 ruricolae, Cereri teneroque adurgite Baccho.  
 Pollucem pugiles, Castora placet eques.  
 nos tibi, blanda Venus, puerisque potentibus arcu  
 plaudimus. inceptis adme, diua, meis, 56  
 daque nonam mentem dominae : patiatum amari.  
 admittit et motu signa secunda dedit.  
 quod dea promisit, promittas ipsa, rogamus :  
 pace loquar Venicris, tu dea maior eris. 60  
 per tibi tot iuro testes pompaeque deorum,  
 te dominam nobis tempus in omne peti.  
 sed pendent tibi crura : potes, si forte iuuabit,  
 cancellis primos inseruisse pedes. 65  
 maxima iam uacuo praetor spectacula circo  
 quadriungos aequo carcere misit equos.  
 cui studeas, uideo. uineat, cuiumque fauebis.  
 quid cupias, ipsi scire uidentur equi.  
 me miserum ! metam spatioso circuit orbe.  
 quid facis ? admoto proximum axe subit. 70  
 quid facis, infelix ? perdis bona nota puellae :  
 tende, precor, ualida lora sinistra manu.  
 faminus ignauo. sed enim reuocato, Quirites,  
 et date iactatis undique signa togis.  
 en, reuocant. at, ne turbet toga nota capillos, 75  
 in nostros abdas te licet usque sinus.  
 iamque patent iterum reserato carcere postes :  
 euolat admissis discolor agmen equis.  
 nunc saltem supera spatioque insurge patienti :  
 sint mea, sint dominae fac rata uota meae. 80  
 sunt dominae rata nota meae : mea nota supersunt.  
 ille tenet palmam : palma petenda mea est.'

I 30 ipse meas P. 43 sit P.S. 47, 48 ante 43 posuit Drenkbahn. 53 incisa uulg., infra codd. aliquot, infra Elhw. ex S. 56 miseram eod. uett. 58 mersit eod., mersat eod. uett., habet P.S. II 5 cursus P., cursum eod. plerique, currus Bentl. 8 tuae eod., tibi Bentl. 15 at P, ad S, a uulg. 16 hippodamia S, hippodamea P. 24 terga manu P Arund. 33 ipsi Mueller. 57 nouae P.S, nouam eod. multi. 70 proximus P.

risit et argutis quiddam promisit ocellis.  
'hoc satis hic; alio cetera redde loco.'

## III

Esse deos, i, crede: fidem iurata fefellit,  
et facies illi quae fuit ante manet.  
quam longos habuit nondum periura capillos,  
tam longos, postquam numina laesit, habet.  
candida candorem roseam suffusa rubore  
ante fuit: niueo lucet in ore rubor. 5  
pes erat exiguus: pedis est artificissima forma.  
longa decensque fuit: longa decensque manet.  
argutos habuit, radiant ut sidus ocelli,  
per quos mentita est perfida saepe mihi. 10  
scilicet aeterno falsum iurare puellis  
di quoque concedunt, formaque numen habet.  
perque suos illam nuper iurasse recordor  
perque meos oculos; et dolere mei.  
dicite, di, si uos inpune fefellerat illa,  
alterius meriti cur ego damna tuli? 15  
at non inuidiae uobis Cēpheia uirgo est,  
pro male formosa iussa parente mori?  
non satis est, quod uos habui sine pondere testis,  
et mecum lusus ridet inulta deos? 20  
ut sua per nostram redimat periuria poenam,  
uictima deceptus decipientis ero?  
aut sine re nomen deus est frustraque timetur  
et stulta populos credulitate mouet;  
aut si quis deus est, teneras amat ille puellas, 25  
et nimium solas omnia posse iubet.  
nobis fatifero Mauors accingitur ense:  
nos petit inuicta Palladis hasta manu.  
nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus:  
in nos alta Iouis dextera fulmen habet. 30  
formasque superi metuunt offendere laesi,  
atque ultro, quae se non timere, timent.  
et quisquam pia tura focis imponere curat?  
certe plus animi debet inesse uiris.  
Iuppiter igne suo lucos iaculatur et arces 35  
missaque periuras tela ferire uetat.  
tot meruere peti: Semele miserabilis arsit;  
officio est illi poena reperta suo.  
at si uenturo se subduxisset amanti,  
non pater in Baccho matris haberet opus. 40  
quid queror et toto facio conuicia caelo?  
di quoque habent oculos, di quoque pectus habent.  
si deus ipse forem, numen sine fraude liceret  
femina mendaci falleret ore meum.  
ipse ego iurarem uerum iurare puellas, 45  
et non de tetricis diceret esse deus.  
tu tamen illorum moderatus utere dono,  
aut oculis certe parce, puella, meis.

## IV

Dure uir, inposito tenerae custode puellae  
nil agis: ingenio est quaeque tuenda suo.  
siqua metu dempto casta est, ea denique casta est;  
quae, quia non liceat, non facit, illa facit.  
ut iam seruaris bene corpus, adultera mens est, 5  
nec custodiri, ni uelit, illa potest.  
nec corpus seruare potes, licet omnia claudas;  
omnibus exclusis intus adulter erit.  
cui peccare licet, peccat minus. ipsa potestas  
semina nequitiae languidiora facit. 10  
desine, crede mihi, uitia irritare uetando;  
obsequio uinces aptius illa tuo.  
uidi ego nuper equum contra sua uincla tenacem

ore reluctanti fulminis ire modo.  
constitit, ut primum concessas sensit habenas, 15  
frenaque in effusa laxa iacere iuba.  
nitimur in uetutum semper cupimusque negata.  
sic interdictis imminet aeger aquis.  
centum fronte oculos, centum ceruice gerebat  
Argus: et hos unus saepe fefellit Amor. 20  
in thalamum Danae ferro saxoque perennem  
quae fuerat uirgo tradita, mater erat:  
Penelope mansit, quamuis custode carebat,  
inter tot iuuenes intemerata procos.  
quidquid seruatur, cupimus magis; ipsaque furem  
cura uocat. pauci, quod sinit alter, amant. 26  
nec facie placet illa sua, sed amore mariti:  
nescio quid, quod te ceperit, esse putant.  
non proba fit, quam uir seruat, sed adultera cara.  
ipse timor pretium corpore maius habet. 30  
indignere licet, inuait inconcessa noluptas:  
sola placet, 'timeo' dicere siqua potest.  
nec tamen ingenuam ius est seruare puellam.  
hic metus externae corpora gentis agat.  
scilicet ut possit custos 'ego' dicere 'feci,' 35  
in laudem serui casta sit illa tui?  
rusticus est nimium, quem laedit adultera coniunx,  
et notos mores non satis urbis habet,  
in qua Martigenae non suat sine crimine nati  
Romulus Iliades Iliadesque Remus. 40  
quo tibi formosam, si non nisi casta placebat?  
non possunt ullis ista coire modis.  
si sapis, indulge dominae uultusque seueros  
exue, nec rigidi iura tuere uiri,  
et cole quos dederit (multos dabit) uxor amicos: 45  
gratia sic minimo magna labore uenit.  
sic poteris iuuenum conuiuia semper inire  
et, quae non dederis, multa uidere domi.

## V

'Nox erat, et somnus lassos submisit ocellos:  
terruerunt animum talia uisa meum.  
colle sub aprico creberrimus ilice lucus  
stabat, et in ramis multa latebat auis. 5  
area gramineo suberat uiridissima prato,  
umida de guttis lene sonantis aquae.  
ipse sub arboreis uitabam frondibus aestum:  
fronde sub arborea sed tamen aestus erat.  
ecce, petens uariis immixtas floribus herbas 10  
constitit ante oculos candida uacca meos,  
candidior niuibus, tunc cum ecidire recentes,  
in liquidas nondum quas mora uertit aquas,  
candidior, quod adhuc spumis stridentibus albet,  
et modo siccatam, lacte, reliquit ouem. 15  
taurus erat comes huic, feliciter ille maritus,  
cumque sua teneram coniuge pressit humum.  
dum iacet et lente reuocatas ruminat herbas  
atque iterum pasto pascitur ante cibo,  
uisus erat, somno uires adimente ferendi,  
cornigerum terra deposuisse caput. 20  
huc leuibus cornix pinnis delapsa per auras  
uenit et in uiridi garrula sedit humo,  
terque bouis niueae petulantem pectora rostro  
fodit et albertis abstulit ore iugas.  
illa locum taurumque diu cunctata relinquit; 25  
sed niger in uaccae pectore liuor erat.  
utque procul uidit carpentes pabula tauros  
(carpebant tauri pabula laeta procul),  
illuc se rapuit gregibusque immiscuit illis  
et petit herbae fertilioris humum. 30  
dic age, nocturnae, quicumque es, imaginis augur,  
siquid habent ueri, uisum quae ista ferant.'

II 84 hoc satis hic Heins. ex codd., hoc satis est P, hic satis est Ehw. III 1 i, crede Heins., hic crede PS. 17 at uulg., ad P, an Riese. 26 mirum Postgate. 35 suo codd., suos edd. quidam Riese. IV 6 ni uulg., ne P Ehw. illa uulg., ulla PS. 29 fit codd. aliquot, sit PS edd. uett. V hanc elegiam ab Ouidio abiudicauerunt Merk. Mueller, alii. 11 tunc. tum Housman. 14 reliquit S, relinquat P. 19 ferendi Bentl. ex aliquot codd., ferenti PS Arund.

sie ego. nocturnae sic dixit imaginis augur,  
 expendens animo singula dicta suo:  
 'quem tu mobilibus foliis uitare uolebas,  
 sed male uitabas, aestus amoris erat. 35  
 uacca puella tua est: aptus color ille puellae.  
 tu uir, et in uacca compare taurus eras.  
 pectora quod rostro cornix fodiebat acuto,  
 ingenium dominae lena mouebat anus. 40  
 quod cunctata diu taurum sua uacca reliquit,  
 frigidus in niduo destituere toro.  
 liuor et aduerso maculae sub pectore nigrae  
 pectus adulterii labe carere negant.'  
 dixerat interpres: gelido mihi sanguis ab ore 45  
 fugit, et aute oculos nox stetit alta meos.

## VI

Amnis, harundiuius limosas obsite ripas,  
 ad dominam propero: siste parumper aquas.  
 nec tibi sunt pontes, nec quae sine remigis ictu  
 concana traiecto cumba rudente uehat.  
 paruus eras, meminini, nec te transire refugii, 5  
 summaque uix talos contigit unda meos.  
 nunc ruis, adposito niuibus de monte solutis,  
 et turpi crassas gurgite noluis aquas.  
 quid properasse iuuat, quid parca dedisse quieti  
 tempora, quid nocti conseruisse diem, 10  
 si tamen hic standum est, si non datur artibus ullis  
 ulterior nostro ripa premeunda pedi?  
 nunc ego quas habuit pinuas Danaeius heros,  
 terribili densum eum tulit angue caput, 15  
 nunc opto eurrum, de quo Cerialia primum  
 semina uenerunt in rude missa solum.  
 prodigiosa loquor ueterum mendacia uatum;  
 nec tulit haec nunquam nec feret ulla dies.  
 tu potius, ripis effuse capacibus amnis,  
 (sic aeternus eas) labere fine tuo. 20  
 non eris inuidiae, torrens, mihi crede, ferendae,  
 si dicar per te forte retentus amans.  
 flumina debuerunt inuenus in amore iuuare;  
 flumina senserunt ipsa, quid esset amor.  
 luachus in Melie Bithynide pallidus isse 25  
 dicitur et gelidis incaluisse uadis.  
 nondum Troia fuit lustris obsessa duobus,  
 cum rapuit uultus, Xanthe, Neaera tuos.  
 quid? non Alpheon diuersis currere terris  
 uirginis Arcadiae certus adegit amor? 30  
 te quoque promissam Xutho, Penee, Creusam  
 Phthiotum terris oculuisse ferunt.  
 quid referam Asopon? quem cepit Martia Thebe,  
 natarum Thebe quinque futura parens.  
 cornua si tua nunc ubi sunt, Acheloe, requiram, 35  
 Hereulis irata fracta querere manu:  
 nec tanti Calydon, nec tota Actolia tanti,  
 una tamen tanti Deianira fuit.  
 ille fluens diues septena per ostia Nilus,  
 qui patriam tantae tam bene celat aquae, 40  
 fertur in Euanthe collectam Asopide flammam  
 uincere gurgitibus non potuisse suis.  
 sicus ut amplecti Salmonida posset Enipeus,  
 cedere iussit aquam: iussa recessit aqua.  
 nec te praetereo, qui per caua saxa uolutus 45  
 Tiburis Argei pomifera arua rigas:  
 Ilia cui placuit, quamuis erat horrida cultu,  
 ungue notata comas, ungue notata genas.  
 illa gemens patrique nefas delictaque Martis  
 errabat nudo per loca sola pede. 50  
 hanc Anien rapidis animosus nidit ab nudis  
 rauaque de mediis sustulit ora uadis,

atque ita 'quid nostras' dixit 'teris anxia ripas,  
 Ilia, ab Idaeo Laumedonte genus?  
 quo cultus abiere tui? quid sola uagaris, 55  
 uitta nec euinctas inpedit alba comas?  
 quid fles et madidos lacrimis corrumpis ocellos  
 pectoraque insana plangis aperta manu?  
 ille habet et silices et uiuum in pectore ferrum,  
 qui tenero lacrimas lentus in ore uidet. 60  
 Ilia, pone metus; tibi regia nostra patebit,  
 teque colent amnes: Ilia, pone metus.  
 tu centum aut plures inter dominabere uymphas;  
 nam centum aut plures flumina nostra tenent.  
 ne me sperne, precor, tantum, Troiana propago; 65  
 munera promissis uberiora feres.'  
 dixerat. illa oculos in humum deiecit modestos  
 spargebat teneros flebilis imbre sinus.  
 ter molita fugam ter ad altas restitit undas,  
 eurrendi uires eripiente metu. 70  
 sera tamen scindens inimico pollice criuam  
 edidit indignos ore tremente sonos:  
 'o utinam mea lecta forent patrioque sepulero  
 condita, cum poterant uirginis ossa legi!  
 cur, modo Vestalis, taedas inuitor ad ulla 75  
 turpis et Iliacis infitianda foecis?  
 quid moror et digitis designor adultera vulgi?  
 desint famosis quae notet ora pudor.'  
 haec tenus; et uestem tumidis praetendit ocellis  
 atque ita se in rapidas perdita misit aquas. 80  
 supposuisse manus ad pectora lubricus amnis  
 dicitur et socii iura dedisse tori.  
 te quoque credibile est aliqua caluisse puella;  
 sed nemora et siluae criuiua uestra tegunt. 85  
 dum loquor, inuenit latis spatiosior undis,  
 nec capit admissas alueus altus aquas.  
 quid mecum, furiose, tibi? quid mutua dillers  
 gaudia? quid coeptum, rustice, rumpis iter?  
 quid, si legitimum flueres, si nobile flumen,  
 si tibi per terras maxima fama foret? 90  
 nomen habes nullum, riuus collecte calueis,  
 nec tibi sunt fontes, nec tibi certa domus.  
 fontis habes instar pluuiamque ninesque solutas,  
 quas tibi dinitias pigra ministrat hiemps.  
 aut lutulentus agis brumali tempore cursus, 95  
 aut premis arentem puluerulentus humum.  
 quis te tum potuit sitiens haurire uiator?  
 quis dixit grata uoce 'perennis eas?'  
 damnosus pecori curris, damnosior agris.  
 forsitan haec alios, me me daunia mouent. 100  
 hinc ego nae demeus narrabam illumini amores.  
 iactasse indigne nomina tanta pudet.  
 nescioquem hunc spectans Acheloon et Inachon  
 amnem  
 et potui nomen, Nile, referre tuum.  
 at tibi pro meritis, opto, non caudice torrens, 105  
 sint rapidi soles siccaque semper hiemps.

## VII

At non formosa est, at non bene culta puella,  
 at, puto, non uotis saepe petita meis.  
 hanc tamen in nullos tenui male languidus usus,  
 sed iacui pigro crimen omisque toro;  
 nec potui cupiens, pariter eipiente puella, 5  
 inguinis effecti parte iuuante frui.  
 illa quidem nostro subiecit chburnea collo  
 brachia, Sithonia candidiora ninae,  
 osculaque inseruit cupide luctantia iuguis,  
 lasciuum femori suppositique femur, 10  
 et mihi blanditias dixit dominumque uocauit,

VI 7 *adposito* vulg., *adpositus* P, *appositis* S, *opposito* Marius ex codd. 23 *debuerunt* Riese, *deberent* P, *debeant* S. 25 *Lycceide* Unger. 31 *Antho* Heins., *xanto* P S, *Xantho* vulg. 41 *Euanthe* Riese, *ebanthe* P, *ebante* S, *Euadno* vulg. 45 *uolutus* S, *noluitus* vulg. 46 *pomifer* P S, corr. Bentl., *spumifer* vulg. 65 *Romana propago* P S. 68 *teneros* P, *tepidos* Burm. 85 *inuenit* codd., *inuenis* Elw. *spatiosior* Bentl., *spatiosus* in P S, *spatiosus* Merk. ex col. Marii. 96 *puluerulentus* codd., *pulvere lentus* Mueller. 97 *tum* codd., *iam* Mueller. *sitiens* vulg., *lotiens* P. 102 *indigne* codd., *indigno* Burm.

et quae praeterea publica uerba iuuant.  
 tacta tamen ueluti gelida mea membra cicuta  
 segnia propositum destituisse meum.  
 truncus iners iacui, species et inutile pondus, 15  
 et non exactum, corpus an umbra forem.  
 quae mihi uentura est, siquidem uentura, senectus,  
 cum desit numeris ipsa iuuenta suis?  
 a, pudet annorum, cum me iuuenemque uirumque  
 nec iuuenem nec me sensit amica uirum. 20  
 sic flammis aditura pius aeterna sacerdos  
 surgit, et a caro fratre nerenda soror.  
 at nuper bis flaua Chlide, ter candida Pitho,  
 ter Libas officio continuata meo est.  
 exigere a nobis angusta nocte Corinnam, 25  
 me meminisse numeros sustinuisse nouem.  
 num mea Thessalico languent deuota ueneno  
 corpora? num misero carmen et herba nocent?  
 sagaue poenicea defixit nomina cera  
 et medium tenuis in iecur egit acus? 30  
 carmine laesa Ceres sterilem uanescit in herbam:  
 deficient laesi carmine fontis aquae:  
 ilicibus glandes, cantataque uitibus uua  
 decidit, et nullo poma mouente fluunt.  
 quid uetat et neruos magicas torpere per artes? 35  
 forsitan inpatiens sit latus inde meum.  
 huc pudor accessit facti: pudor ipse nocebat;  
 ille fuit uitii causa secunda mei.  
 at qualem uidi tantum tetigisse puellam!  
 sic etiam tunica tangitur illa sua. 40  
 illius ad tactum Pylus iuuenescere possit  
 Tithonosque annis fortior esse suis.  
 haec mihi contigerat. sed uir non contigit illi.  
 quas nunc concipiam per nona uota preces? 44  
 credo etiam maguos, quo sum tam turpiter usus,  
 muneris oblatis paenituisse deos.  
 optabam certe recipi: sum nempe receptus;  
 oscula ferre: tuli; proximus esse: fui.  
 quo mihi fortunae tantum? quo regna sine usu?  
 quid nisi possedi diues auarus opes? 50  
 sic aret mediis taciti uulgaris in undis  
 pomaque, quae nullo tempore tangat, habet.  
 a tenera quisquam sic surgit mane puella,  
 protinus ut sanctos possit adire deos? 54  
 sed, puto, non blande, non optima perdidit in me  
 oscula; non omni sollicitauit ope.  
 illa graues potuit quercus adamantaque durum  
 surdaque blanditiis saxa mouere suis.  
 digna mouere fuit certe uiuosque uirosque:  
 sed neque tum nixi, nec uir, ut ante, fui. 60  
 quid inuet ad surdas si cantet Pheuius aures?  
 quid miserum Thamyran picta tabella innat?  
 at quae non tacita formaui gaudia mente!  
 quos ego non finxi disposuique modos!  
 nostra tamen iacuerunt uelut praemortua membra 65  
 turpiter, hesternae languidiora rosa:  
 quae nunc, ecce, uigent intempestiua ualentque,  
 nunc opus exposcunt militiamque suam.  
 quin istic pudibunda iaces, pars pessima nostri?  
 sic sum pollicitis captus et ante tuis. 70  
 tu dominum fallis; per te depressus inermis  
 tristia cum magno damna pudore tuli.  
 hanc etiam non est mea dedignata puella  
 molliter admota sollicitare manu.  
 sed postquam nullas consurgere posse per artes 75  
 innemoremque sui procubuisse uidet,  
 'quid me ludis?' ait, 'quis te, male sane, iubebat  
 inuitum nostro ponere membra toro?  
 aut te traiectis Aeaeta uenefica lanis  
 deuouet, aut alio lassus amore uenis.' 80  
 nec mora: desiluit tunica uelata soluta:  
 et decuit nudos proripuisse pedes.

neue suae possent intactam scire ministrae,  
 dedecus hoc sumpta dissimulauit aqua.

## VIII

Et quisquam ingenuas etiam nunc suspicit artes  
 aut tenerum dotes carmen habere putat?  
 ingenium quondam fuerat pretiosius auro;  
 at nunc barbaria est grandis habere nihil.  
 cum pulchrae dominae nostri placere libelli, 5  
 quo licuit libris, non licet ire mihi.  
 cum bene laudauit, laudato ianua clausa est:  
 turpiter huc illic ingeniosus eo.  
 ecce, recens diues parto per uulnera censu  
 praefertur nobis sanguine pastus eques! 10  
 hunc potes amplecti formosis, uita, lacertis?  
 huius in amplexu, uita, iacere potes?  
 si nescis, caput hoc galeam portare solebat;  
 ense latus cinctum, quod tibi seruit, erat.  
 laeua manus, cui nunc serum male conuenit aurum,  
 scuta tulit. dextram tange: cruenta fuit. 16  
 qua periit aliquis, potes hanc contingere dextram?  
 heu, ubi mollities pectoris illa tui?  
 cerne cicatrices, ueteris uestigia pugnae:  
 quaesitum est illi corpore, quicquid habet. 20  
 forsitan et, quotiens hominem iugulauerit, ille  
 indicet. hoc fassas tangis, auara, manus?  
 ille ego Musarum purus Phoebeique sacerdos  
 ad rigidas canto carmen inane fores?  
 discite, qui sapitis, non quae nos scimus inertes, 25  
 sed trepidas acies et fera castra sequi,  
 proque bono uersu primum deducite pilum.  
 hoc tibi, si uelles, posset, Homere, dari.  
 Iuppiter admonitus nihil esse potentius auro,  
 corruptae pretium uirginis ipse fuit. 30  
 dum merces aberat, durus pater, ipsa seuera,  
 aerati postes, ferrea turris erat:  
 sed postquam sapiens in munera uenit adulter,  
 praebuit ipsa sinus et, dare iussa, dedit.  
 at cum regna senex caeli Saturnus haberet, 35  
 omne lucrum tenebris alta premebat humus:  
 aeraque et argentum cumque auro pondera ferri  
 Manibus admorat; nullaque massa fuit.  
 at meliora dabat, curuo sine uomere fruges  
 pomaque et in quercu mella reperta caua. 40  
 nec ualido quisquam terras scindebat aratro;  
 signabat nullo limite mensor humum;  
 non freta demisso uerberant eruta remio:  
 ultima mortali tum uia latus erat.  
 contra te sollers, hominum natura, fuisti 45  
 et nimium damnis ingeniosa tuis.  
 quo tibi, turritis incingere moenibus urbes?  
 quo tibi, discordes addere in arma manus?  
 quid tibi cum pelago? terra contenta fuisses.  
 cur non et caelum tertia regna facis? 50  
 qua licet, adfectas caelum quoque: templa Quirinus,  
 Liber et Alcides et modo Caesar habent.  
 eruius terra solidum pro frugibus aurum:  
 possidet inuentas sanguine miles opes.  
 Curia pauperibus clausa est: dat census honores:  
 inde grauis iudex, inde seuerus eques. 56  
 omnia prosideant, illis campusque Forumque  
 seruiat, hi pacem crudaque bella gerant:  
 tantum ne nostros audi liceantur amores,  
 et satis est; aliquid pauperis esse sinant. 60  
 at nunc, exaequet tetricas licet illa Sabinas,  
 imperat, ut captae, qui dare multa potest.  
 me prohibet custos, in me timet illa maritum:  
 si dederim, tota cedet uterque domo.

VII 19 cum (quam) Palmer, quo P, quod uulg., cur Merk. 29 poenicea uulg., sanguinea P.S. 45 quos sum P, quis sum S. 55 sed puto non blanda P.S., corr. Ehw., sed non blanda puto uulg. VIII 1 suspicit Heins., suspicit S. suspicit Merk. ex P. 5 pulchrae edd. uett., pulchre uulg. 28 posset S, possit P. 33 uenit codd., uertit con. Mueller. 41 terra scindebat P, terras sc. Amari editio, terram se. uel terras findebat uulg. 50 regna uulg., dona P. facis P.S., pctis uulg. 51, 52 uncinis inclusit Ehw. 59 audi codd., auide Ehw. ex P(?)

o si neclecti quisquam deus ultor amantis  
tam male quaesitas puluere mutet opes !

## IX

Memnona si mater, mater plorauit Achillem,  
et tangunt magnas tristia fata deas,  
flebilis indignos, Elegia, solue capillos :  
a, nimis ex nero nunc tibi nomen erit !  
ille tui uates operis, tua fama, Tibullus  
ardet in extructo, corpus inane, rogo.  
ecce, puer Veneris fert euersamque pharetram  
et fractos areus et sine luce facem.  
adsipie, demissis ut eat miserabilis alis  
pectoraque infesta tundat aperta manu.  
exciunt lacrimas sparsi per colla capilli,  
oraque singulta contentiente sonant.  
fratris in Aeneae sic illum funere dieunt  
egressum tectis, puleher lule, tuis.  
nec minus est confusa Venus moriente Tibullo,  
quam iuueui rupit eum ferus inguen ajer.  
at sacri uates et diuum cura uocatur ;  
sunt etiam, qui nos nomen habere putent.  
scilicet omne sacrum Mors inportuna profauit,  
omnibus obsenas iuicit illa manus.  
quid pater Isuario quid mater profuit Orpheo ?  
carmine quid uictas obstipuisse feras ?  
et Linon in siluis idem pater 'aelinon' altis  
dicitur inuita concinuisse lyra.  
adice Maconideu, a quo, ceu fonte perenni,  
uatum Pieriis ora rigantur aquis :  
hinc quoque summa dies nigro submersit Auerno :  
defugiunt audios carmina sola rogos,  
durat opus uatum, Troiani fama laboris,  
tardaue nocturno tela retexta dolo.  
sic Nemesis longum, sic Delia nomen habebunt,  
altera cura recens, altera primus amor.  
quid uos sacra iurant ? quid nunc Aegyptia prosunt  
sistra ? quid in uacuo seculibusse toro ?  
cum rapiunt mala fata bonos, ignoscite fasso,  
sollicitor nullos esse putare deos.  
uiue pius : moriere pius ; cole sacra : colentem  
Mors grauis a teuplis in caua busta trahet.  
carniuibus confide bonis : iacet ecce Tibullus ;  
uix manet e toto parua quod urna caput.  
tene, sacer uates, flammae rapture rogales,  
pectoribus pasci nec timere tuis ?  
aurea sanctorum potuissent templa deorum  
urere, quae tantum sustinere nefas.  
auertit uultus, Erycis quae possidet arces :  
sunt quoque qui lacrimas continuasse negant.  
sed tamen hoc melius, quam si Phaeacia telus  
ignotum uili supposuisset humo.  
hinc certe madidos fugientis pressit ocellos  
mater et in cineres ultima dona tulit :  
hinc soror in partem misera cum matre doloris  
nenit inornatas dilaniata comas :  
eumque tuis sua iunxerunt Nemesisque priorque  
oscula, nec solos destitnere rogos.  
Delia descendens 'felicius' iugit 'amata  
sum tibi : nixisti, dum tuus ignis eram.'  
eui Nemesis 'quid' ait 'tibi sunt mea damna dolori ?  
me tenuit moriens deliciente manu.'  
si tamen e nobis aliquid nisi nomen et umbra  
restat, in Elysia ualle Tibullus erit.  
obuius hinc uenias, hedera inuenialia cinctus  
tempora cum Caluo, docte Catulle, tuo ;  
tu quoque, si falsum est temerati crimen amici,  
sanguinis atque animae prodige Galle tnae.

65 his comes umbra tua est ; siqua est modo corporis  
umbra,  
auxisti numeros, eulte Tibulle, pios.  
ossa quieta, precor, tuta requiescite in urna,  
et sit humus cineri non onerosa tuo ! 65

## X

Anna uenerunt Cerealis tempora sacri :  
secubat in uacuo sola puella toro.  
5 flaua Ceres, tenues spicis redimita capillos,  
cur inhiibes sacris commoda nostra tuis ?  
te, dea, munificam gentes ubiquaque loquantur : 5  
nec minus humanis inuidet ulla bonis,  
ante nec hirsuti torrebant farra coloui,  
nec notum terris area nomen erat.  
sed glandem quereis, oracula prima, ferebant :  
haec erat, et teneri caespitis herba, cibus. 10  
prima Ceres docuit turgescere semen in agris,  
falce coloratas subsecuitque comas :  
prima ingis tauros supponere colla coegit  
et ueterem curuo dente reuellit humum. 14  
haec quisquam lacrimis lactari credit amantum  
et bene tormentis seculibusse coli ?  
nec tamen est, quamuis agros amet illa feraces,  
rustica, nec niduum pectus amoris habet.  
Cretes erunt testes ; nec fingunt omnia Cretes ;  
Crete nutrito terra superba loue. 20  
illie, sidream mundi qui temperat arcem,  
exiguus tenero lae bibit ore puer.  
magna fides testi : testis laudatur alumno.  
fassarum Cererem erimna nostra puto.  
uiderat Iasium Cretaea dina sub Ida  
ligentem certa terga ferina manu. 25  
uidit, et, ut tenerae flammam rapture medullae,  
hinc pudor, ex illa parte traiebat amor.  
uictus amore pudor, sutoles arere uideres,  
et sata cum minima parte redire sui. 30  
eum bene iactati pulsarant arua ligones,  
ruperat et duram nomen aduncus humum,  
seminaque in latos ierant aequaliter agros,  
inuita decepti nota colentis erant.  
dina potens frugum siluis cessabat in altis ; 35  
deciderant longae spicae sarta comae.  
sola fuit Crete foemdo fertilis anno :  
omnia, qua tulerat se dea, messis erat.  
ipse locus nemorum canebat frugibus Idae,  
et ferus in silua farra metebat aper. 40  
optauit Minos similes sibi legifer annos :  
optauit, Cereris longus ut esset amor.  
quod tibi seculibusse tristes, dea flaua, fuissent,  
hoc egor sacris nunc ego ferre tuis.  
cur ego sim tristis, cum sit tibi nata reperta, 45  
regnaque quam luno sorte minore regat ?  
festa dies Veneremque uocat cantusque merumque :  
haec decet ad dominos muera ferre deos.

## XI

Multa dinque tuli ; uitiis patientia uicta est.  
cede fatigato pectore, turpis amor.  
scilicet adserui iam me fugique catenas,  
et quae non puduit ferre, tulisse pudet.  
uicinus et domitum pedibus calcamus amorem : 5  
nenerunt capiti cornua sera meo.  
perfer et obdura ; dolor hic tibi proderit olim.  
saepe tulit lassus suens amarus opem.  
ergo ego sustinui, foribus tam saepe repulsus,  
ingenuum dura ponere corpus humo ? 10

VIII 65 *neclecti* P. IX 10 hic desinit S. 23 et *Linon*—*aelinon* P. Ehw. cuius uide praefat. p. xii, *aelinon*—*aelinon* uulg. 28 *defugiunt* J. C. Jahn ex codd. duobus, *diffugiunt* uulg. 35 *rapiunt* P, *rapiant* codd. plerique. 37 *m. pius* ; interrupxit Jahn. 49 *madidos* uulg., *gravidos* uel *potulos* Heins. X 20 23 *uicinis* inclusit Riese. 24 *nostra* P, *nota* uulg. 27 *ut uidit flammam* Pahner. 39 *idae* P, *Ida* uulg. 42 *optauit* codd., *optasset* Merk. ex P (?). 45-46 *uicinis* inclusit Ehw. XI 7 *perfer et obdura* uulg., *perferre obdura* P Merk.

ergo ego nesciocui, quem tu complexa tenebas,  
 excubui clausam, seruus ut, ante domum?  
 uidi, cum foribus lassus prodiret amator,  
 inualidum referens emeritumque latus.  
 hoc tamen est leuius quam quod sum uisus ab illo :  
 eueniat nostris hostibus ille pudor. 16  
 quando ego non fixus lateri patienter adhaesi,  
 ipse tuus custos, ipse uir, ipse comes?  
 scilicet et populo per me comitata placebas ;  
 causa fuit multis noster amoris amor. 20  
 turpia quid referam uanae mendacia linguae  
 et periuratos in mea damna deos?  
 quid iuuenum tacitos inter conuiuia nutus,  
 uerbaque compositis dissimulata notis?  
 dicta erat aegra mihi : praeceps amensque cucurri.  
 ueni, et riuali non erat aegra meo. 26  
 his et quae taceo durauis saepe ferendis ;  
 quaere alium pro me, qui queat ista pati.  
 iam mea uotiuua puppis redimita corona  
 lenta tumescentes aequoris audit aquas. 30  
 desine blanditias et uerba potentia quondam  
 perdere : non ego sum stultus, ut ante fui.  
 luctantur pectusque leue in contraria tendunt  
 hac amor, hac odium ; sed, puto, uincit amor.  
 odero, si potero : si non, inuitus amabo. 35  
 nec iuga taurus amat : quae tamen odit, habet.  
 nequitiam fugio : fugientem forma reducit ;  
 auersum morum eriuina : corpus amo.  
 sic ego nec sine te nec tecum uiuere possum,  
 et uideo uoti nescius esse mei. 40  
 aut formosa fores minus, aut minus inproba,  
 nellem :  
 non facit ad mores tam bona forma malos.  
 facta merent odium ; facies exorat amorem :  
 me miserum, uitius plus ualet illa suis !  
 parce, per o lecti socialia iura, per omnis, 45  
 qui dant fallendos se tibi saepe, deos,  
 perque tuam faciem, magni mihi numinis instar,  
 perque tuos oculos, qui rapere meos.  
 quidquid eris, mea semper eris ; tu selige tantum,  
 me quoque uelle uelis, anne coactus amem. 50  
 lintea dem potius uentisque ferentibus utar,  
 ut, quamuis nolim, cogar amare, uelim.

## XII

Quis fuit ille dies, quo tristia semper amanti  
 omina non albae concinuisistis aues ?  
 quodue putem deos nostris occurrere fatis,  
 quosue deos in me bella mouere querar ?  
 quae modo dicta mea est, quam coepi solus amare,  
 cum multis uereor ne sit habenda mihi. 6  
 fallimur, an nostris innotuit illa libellis ?  
 sic erit : ingenio prostitit illa meo.  
 et merito ; quid enim formae praeconia feci ?  
 uendibilis culpa facta puella mea est. 10  
 me lenone placet, duce me perductus amator,  
 ianua per nostras est adaperita manus.  
 an prosint, dubium : nocuerunt carmina semper.  
 inuidiae nostris illa fuere bonis.  
 cum Thebe, cum Troia foret, cum Caesaris acta, 15  
 ingenium mouit sola Corinna meum.  
 auersis utinam tetigissem carmina Musis,  
 Phoebus et inceptum destituisset opus !  
 nec tamen ut testes mos est audire poetas.  
 malueram uerbis pondus abesse meis. 20  
 per nos Scylla patri caros furata capillos  
 pube premit rabidos inguinibusque canes :  
 nos pedibus pinnas dedimus, nos crinibus angues :

uictor Abantiades alite fertur equo :  
 idem per spatium Tityon porreximus ingens, 25  
 et tria uipereo fecimus ora cani :  
 fecimus Encecladon iaculentem mille lacertis,  
 ambiguae captos uirginis ore uiros :  
 Aeolios Ithacis inclusimus utribus Euros :  
 proditor in medio Tantalus amne sitiit : 30  
 de Niobe silicem, de uirgine fecimus ursam.  
 concinit Odrysium Cecropis ales Ityn.  
 Iuppiter aut in aues aut se transformat in aurum,  
 aut secat inposita uirgine taurus aquas.  
 Protea quid referam, Thebanaeque semina dentes ;  
 qui uomerent flammis ore, fuisse boues, 36  
 flere genis electra tuas, auriga, sorores,  
 quaeque rates fuerint, nunc maris esse deas,  
 auersumque diem mensis furialibus Atrai,  
 duraque percussam saxa secuta lyram ? 40  
 exit in immensum fecunda licentia uatum,  
 obligat historica nec sua uerba fide.  
 et mea debuerat falso laudata uideri  
 femina : credulitas nunc mihi uestra nocet.

## XIII

Cum mihi pomiferis coniunx foret orta Faliscis,  
 moenia contigimus uicta, Camille, tibi.  
 casta sacerdotum Iunoni festa parabant  
 per celebres ludos indigenamque bouem.  
 grande morae pretium ritus cognoscere, quamuis 5  
 difficilissimum cluius huc uia praebet iter.  
 stat uetus et densa praenubilis arbore lucus.  
 adspice : concedes numen inesse loco.  
 accipit ara preces uotiuuque tura piorum,  
 ara per antiquas facta sine arte manus. 10  
 hinc, ubi praesonuit sollemni tibia cantu,  
 it per uelatas annua pompa uias.  
 ducuntur niueae populo plaudente iuuencae,  
 quas aluit campis herba Falisca suis,  
 et uituli nondum metuenda fronte minaces, 15  
 et minor ex humili uictima porcus hara,  
 duxque gregis cornu per tempora dura recuruo.  
 inuisa est dominae sola capella deae.  
 illius indicio siluis inuenta sub altis  
 dicitur inceptam destituisse fugam. 20  
 nunc quoque per pueros iaculis incessitur index,  
 et pretium auctori uulneris ipsa datur.  
 qua uentura dea est, iuuenes timidaeque puellae  
 praeuerrunt latas ueste iacente uias.  
 uirginei crines auro gemmaeque premuntur, 25  
 et tegit auratos palla superba pedes ;  
 more patrum Graio uelatae uestibus albis  
 tradita supposito uertice sacra ferunt.  
 ore fauent populi tunc, cum uenit aurea pompa,  
 ipsa sacerdotis subsequiturque suas. 30  
 Argiua est pompae facies ; Agamemnone caeso  
 et scelus et patrias fugit Halaesus opes ;  
 iamque pererratis profugus terraque fretoque  
 moenia felici condidit alta manu.  
 ille suos docuit Iunonia sacra Faliscos. 35  
 sint mihi, sint populo semper amica suo.

## XIV

Non ego ne pecces, cum sis formosa, recuso,  
 sed ne sit misero scire necesse mihi.  
 nec te nostra iubet fieri censura pudicam,  
 sed tamen, ut temptes dissimulare, rogat.  
 non peccat, quaecumque potest peccasse negare ; 5

XI 19 comitata P, cantata Burm. ex F(rancofurtensi). 33 ab hoc u. notam incipiendam esse elegiam disservit Mueller. XII 21 caros P, canos uulg. 22 rabidos uulg., rapidos P. XII 27-XIV 2 desunt in P. 27 Encecladon Heins. ex F. XIII 4 per uulg., et F al. 8 concedes edd. uett., concedas codd. numinis esse locum uulg. Riese. 11 hinc uulg. Merk., huc Heins. 21 incessitur uulg., accerserit F. 24 praeuerrunt uulg., praebuerant F, praesternunt Heins. 28 tradita uulg., condita Sarrau. Riese. 29 tunc. tum Housman. 30 subsequitur uulg., consequitur aliquot codd.

solaque famosam culpa professa facit.		nil equidem inquiram, nec quae celare parabis	
quis furor est, quae nocte latent, in luce fateri,		insequar; et falli muneris instar erit.	
et quae clam facias, facta referre palam?		si tamen in media deprensa tenebere culpa,	
ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti		et fuerint oculis probra uidentia meis,	
opposita populum summiouet ante sera :	10	quae bene uisa mihi fuerint, bene uisa negato :	45
tu tua prostitues famae peccata sinistrae,		concedent uerbis lumina nostra tuis.	
commissi perages iudiciumque tui?		prona tibi uinci enpientem uincere palma est ;	
sit tibi mens melior, saltemne imitare pudicas ;		sit modo ' non feci ' dicere lingua meior.	
teque probam, quamuis non eris, esse putem.		cum tibi contingat uerbis superare duobus,	
quae facis, haec facito ; tantum fecisse negato,	15	etsi non causa, iudice uince tuo.	50
nec pudeat coram uerba modesta loqui.			
est qui nequitiam locus exigit : omnibus illum			
deliciis inple : stet procul inde pudor.			
hinc simul exieris, lasciuia protinus omnis			
absit, et in lecto crimina pone tuo.	20		
illic nec tunicam tibi sit posuisse pudori			
nec femori inpositum sustinuisse femur.			
illic purpureis condatur lingua labellis,			
inque modos Venerem mille figuret amor.			
illic nec uoces nec uerba iuanantia cessent,	25		
spondaque lasciuia mobilitate tremat.			
indue cumi tunicis metuentem crimina uultum,			
et pudor obscenum diliteatur opus.			
da populo, da uerba mihi. sine nescius errem,			
et liceat stulta credulitate frui.	30		
eur totiens uideo mitti recipique tabellas ?			
eur pressus prior est interiorque torus ?			
cur plus quam somno turbatos esse capillos			
collaque conspicio dentis habere notam ?			
tantum non oculos crimen deducis ad ipsos ;	35		
si dubitas famae parcere, parce mihi.			
mens abit, et morior, quotiens peccasse fateris,			
perque meos artus frigida gutta fluit.			
tunc amo ; tunc odi frustra, quod amare necesse est ;			
tunc ego, sed tecum, mortuus esse uelim.	40		

## XV

Quaere nouum uatem, tenerorum mater Amorum :  
raditur hic elegis ultima meta meis ;  
quos ego composui, Paeligni ruris alumnus  
(nec me deliciae dedecere meae)  
siquid id est, usque a proauis uetus ordinis heres, 5  
non modo militiae turbine factus eques.  
Mantua Vergilio gaudet, Verona Catullo ;  
Paelignae dicar gloria gentis ego,  
quam sua libertas ad honesta coegerat arma,  
cum timuit socias anxia Roma manus. 10  
atque aliquis spectans hospes Sulmonis aquosi  
mocnia, quae campi iugera pauca tenent,  
' quae tantum ' dicat ' potuistis ferre poetam,  
quantulacumque estis, uos ego magna uoco,  
culte puer, puerique parens Amathusia culti, 15  
aurea de campo uellite signa meo.  
corniger increpuit thyrso grauiore Lyaeus :  
pulsanda est magnis area maior equis.  
imbelles elegi, genialis Musa, ualete,  
post mea mansurum fata superstes opus. 20

XIV 6 *solaque formosam* P; cf. I 5. 11, *deformem* edd. nett. 22 *femor* P. 39 40 *darnauerunt* Mueller Ehw. 42 *falli* Madv. (adu. crit. t. ii p. 70), *falsis* P, *falsi* uulg., *falsum* Merk. XV 9 20 *desunt* in P. 13 *dicat* F al., *dicat* uulg.

P. OVIDI NASONIS

MEDICAMINA FACIEI FEMINEAE

<p><b>D</b>ISCITE, quae faciem commendet cura,          puellae,          et quo sit uobis forma tuenda modo,          cultus humum sterilem Cerialia pendere iussit          munera; mordaces interiere rubi.          cultus et in ponis sucos emendat acerbos,          fissaque adoptiuas accipit arbor opes.          culta placent: auro sublimia tecta linuntur;          nigra sub inposito marmore terra latet;          uellera saepe eadem Tyrio medicantur aeno;          sectile deliciis India praebet ebur.          forsitan antiquae Tatio sub rege Sabinae          maluerint, quam se, rura paterna coli;          cum matrona, premens altum rubicunda sedile,          adsiduo durum pollice nebat opus,          ipsaque claudebat, quos filia pauerat, agnos,          ipsa dabat uirgas caesaque ligna foco.          at uestrae matres teneras pepererit puellas.          uultis inaurata corpora ueste tegi;          uultis odoratos positu uariare capillos;          conspicuam gemmis uultis habere manum.          induitis collo lapides Oriente petitos,          et quantos onus est aure tulisse duos.          nec tamen indignum: sit uobis cura placendi,          cum comptos habeant saecula uestra uiros.          feminea nestri poliuntur lege mariti,          et nix ad cultus nupta, quod addat, habet.          cui se quaeque parent et quos uenentur amores,          refert. munditia crimina nulla merent.          rure latent finguntque comas. licet arduus illas          celet Athos, cultas altus habebit Athos.          est etiam placuisse sibi quaecumque uoluptas:          uirginibus cordi gratuita forma sua est.          laudatas homini nolucris Iunonia pennas          explicat et forma muta superbit auis.          sic potius nos uret amor, quam fortibus herbis,          quas maga terribili subsecat arte manus.          nec nos graminibus nec mixto credite suco,          nec temptate nocens uirus amantis equae.          nec mediae Marsis finduntur cantibus angues,          nec redit in fontes unda supina suos.          et, quamuis aliquis Temesaea remouerit aera,          numquam Luna suis excutietur equis.          prima sit in uobis morum tutela, puellae.          ingenio facies conciliante placet.          certus amor morum est. formam populabitur aetas,</p>	<p>et placitus rugis uultus aratus erit.          tempus erit, quo uos speculum uidisse pigebit,          et ueniet rugis altera causa dolor.          sufficit et longum probitas perdurat in aeuum,          perque suos annos hinc bene pendet amor.          dic age, cum teneros somms dimiserit artus,          candida quo possint ora nitere modo.          hordea, quae Libyci ratibus misere coloni,          exue de palea tegminibusque suis.          par erui mensura decem madefiat ab ouis;          sed cumulent libras hordea nuda duas.          haec ubi uentosos fuerint siccata per auras,          lenta iube scabra frangat asella mola;          et quae prima cadent uiuaci cornua cerno,          contere in haec (solidi sexta fac assis eat)          iamque ubi puluereae fuerint confusa farinae,          protinus innumeris omnia cerne cavis.          adice narcissi bis sex sine cortice bulbos,          strenua quos puro marmore dextra terat:          sextantemque trahat gummi cum semine Tusco.          huc nouiens tanto plus tibi mellis eat.          quaecumque afficiet tali medicamine uultum,          fulgebit speculo lenior illa suo.          nec tu pallentes dubita torrere lupinos,          et simul inflantis corpora frige fabae.          utraque sex habeant aequo discrimine libras;          utraque da nigris conminuenda molis.          nec cerussa tibi, nec nitri spuma rubentis          desit et Illyrica quae uenit iris humo.          da ualidis iuuenum pariter subigenda lacertis;          sed iustum tritis uncia pondus erit.          addita de querulo uoluerum medicamina nido          ore fugant maculas; alycinea uocant.          pondere, si quaeris, quo sim contentus in illis,          quod trahit in partes uncia secta duas.          ut coeant apteque lini per corpora possint,          adice de flauis Attica mella fauis.          quamuis tura deos irataque numina placent,          non tamen accensis omnia danda focis.          tus ubi miscueris radenti corpora nitro,          ponderibus iustis fac sit utrumque triens.          parte minus quarta dereptum cortice gummi,          et modicum e murris pinguibus adde eubum.          haec ubi contrieris, per densa foramina cerne;          puluis ab infuso melle premendus erit.          profuit et marathos bene olentibus addere murris</p>	<p>46          51          55          60          65          70          75          80          85          90</p>
---	--	---

MEDICAMINA etc. titulum ex M(arciano) et Art. am. III 205 restituit Ehw. 2 forma uulg., cura codd., causa Ehw. 6 fissaque M, cultaque Merk. Riese. 12 maluerint M uulg., maluerant codd. pauci. 13 cable G(uelferbytanus). 14 adsiduo durum M uulg., adsidium duro G. 17 uestrae M codd. plerique, nostrae alii. 25 pociuntur M C(heltenhamianus), potiuntur uulg., corr. Heins. 27 cui (quod) Postgate, codd. inter se magnopere discrepant, M uidetur habere pro se quaeque—et quos uenerentur. quo se cuique—et quo Ehw., nec quos Mueller, nec quo iam Heins. 31—34 spurios censet Postgate. 31 quaecumque codd., cuicumque Marius. 35 uos urget codd., nos uret Heins. 41 Temes(a)ea remouerit M, Temeseta mouerit uulg. 51 dic age M C L(ugdunensis), discite Gothanus. 59 cadent M C, cadunt uulg. 60 solida codd., corr. Heins. fac M L, face uulg. 62 innumeris uel in numeris codd., in cumeris edd. uett. 68 illa C L M in ras. (?), ipsa uulg. 70 inflantis Marius, inflantes—fabas Heins., instantis M C L codd. plerique, fabae codd. 74 illirici M, aprica G ex corr. 85 corpora M codd. plerique, tubera L uulg. 86 utrumque codd., utrimque Heins. 87 dereptum Heins. direptum codd. 88 murris M, myrris C. 89 contrieris M C, contriris uulg. 91 marathos codd.



(quinque parent marathi scripula, murra nouem) arentisque rosae quantum manus unaprehendat, cumque Ammoniaco mascula tura sale. hordea quem faciunt, illis affunde cremorem.    95 aequent expensas cum sale tura rosas.		tempore sis paruo mollis licet inlita uultus, haerebit toto nullus in ore color. uidi quae gelida madefacta papauera lymphae contereret teneris illineretque genis.    100
--	--	---

92 parent M C L, trahant Muretus. scripula M C L. 93 prehendat M C L, prehendit uulg. 95 affunde M L, infunde G uulg. 97 ita Heins. sit—uultu M C L. 98 multus uulg. 100 post hunc u. lacunam statuerunt edd.

P. OVIDI NASONIS  
ARTIS AMATORIAE

LIBER PRIMVS

**S**IQVIS in hoc artem populo non nouit amandi,  
hoc legat et lecto carmine doctus amet.  
arte citae ueloque rates remoque mouentur,  
arte leues currus : arte regendus Amor.  
curribus Automedon lentisque erat aptus habenis, 5  
Tiphys in Haemonia puppe magister erat :  
me Venus artificem tenero praefecit Amori.  
Tiphys et Automedon dicar Amoris ego.  
ille quidem ferus est et qui mihi saepe repugnet :  
sed puer est, aetas mollis et apta regi. 10  
Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem  
atque animos placida contudit arte feros.  
qui totiens socios, totiens exterruit hostes,  
creditur annosum pertinuisse senem.  
quas Hector sensurus erat, poscente magistro 15  
uerberibus iussas praebuit ille manus.  
Aeacidae Chiron, ego sum praeceptor Amoris.  
saeuus uterque puer : natus uterque dea.  
sed tamen et tauri ceruix oneratur aratro,  
frenaque magnanimi dente teruntur equi : 20  
et mihi cedet Amor, quamuis mea uulneret arcu  
pectora iactatas excutiatque faces.  
quo me fixit Amor, quo me uolentius ussit,  
hoc melior facti uulneris ultor ero.  
non ego, Phoebe, datas a te mihi mentiar artes, 25  
nec nos aerae uoce monemur auis ;  
nec mihi sunt uisae Clio Cliusque sorores  
seruanti pecudes uallibus, Asera, tuis.  
usus opus mouet hoc : uati parete perito :  
uera canam. coeptis, mater Amoris, ades. 30  
este procul, uittae tenues, insigne pudoris,  
quaeque tegis medios instita longa pedes.  
nos Venerem tutam concessaque furta canemus,  
inque meo nullum carmine crimen erit.  
principio, quod amare uelis, reperire labora, 35  
qui noua nunc primum miles in arma uenis.  
proximus huic labor est placitam exorare puellam :  
tertius, ut longo tempore duret amor.  
hic modus ; haec nostro signabitur area curru :  
haec erit admissa meta premenda rota. 40  
dum licet et loris passim potes ire solntis,  
elige cui dicas ‘ tu mihi sola places.’  
haec tibi non tenues ueniet delapsa per auras :  
quaerenda est oculis apta puella tuis.  
scit bene uenator, ceruis ubi retia tendat, 45  
scit bene, qua frendens ualle moretur aper :  
aucupibus noti frutices : qui sustinet hamos,  
nouit, quae multo pisce natentur aquae.  
tu quoque, materiam longo qui quaeris amori,  
ante frequens quo sit disce puella loco. 50  
non ego quaerentem uento dare uela iubebo,  
nec tibi, ut inuenias, longa terenda uia est.

Andromedan Perseus nigris portarit ab Indis,  
raptaque sit Phrygio Graia puella uiro :  
tot tibi tamque dabit formosas Roma puellas, 55  
‘ haec habet ’ ut dicas ‘ quicquid in orbe fuit.’  
Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos,  
aequore quot pisces, fronde teguntur aues,  
quot caelum stellas, tot habet tua Roma puellas :  
mater in Aeneae constitit urbe sui. 60  
seu caperis primis et adhuc crescentibus annis,  
ante oculos ueniet uera puella tuos :  
siue cupis iuuenem, iuuenes tibi mille placebunt,  
cogeris et noti nescius esse tui :  
seu te forte iuuat sera et sapientior aetas, 65  
hoc quoque, crede mihi, plenius agmen erit.  
tu modo Pompeia lentus spatiare sub umbra,  
cum sol Herculei terga leonis adit :  
aut ubi muneribus nati sua munera mater  
addidit, externo marmore diues opus : 70  
nec tibi uitetur quae, prisca sparsa tabellis,  
porticus auctoris Liuia nomen habet :  
quaque parare necem miseris patruelibus ausae  
Belides et stricto stat ferus ense pater.  
nec te praetereat Veneri ploratus Adonis, 75  
cultaque Iudaeo septima sacra Syro.  
nec fuge linigeræ Memphisitica templa iuuencae :  
multas illa facit, quod fuit ipsa Ioui.  
et fora conueniunt (quis credere possit ?) Amori,  
flammaque in arguto saepe reperta foro. 80  
subdita qua Veneris facta de marmore templo  
Appias expressis aera pulsat aquis,  
illo saepe loco capitur consultus Amori,  
quique alii cauit, non cauet ipse sibi :  
illo saepe loco desunt sua uerba deserto, 85  
resque nouae ueniunt, causaque agenda sua est.  
hunc Venus e templis, quae sunt confinia, ridet.  
qui modo patronus, nunc cupit esse eliens.  
sed tu praecipue curuis uenare theatris :  
haec loca sunt uoto fertilliora tuo. 90  
illic inuenies quod ames, quod ludere possis,  
quodque semel tangas, quodque tenere uelis.  
ut redit itque frequens longum formica per agmen,  
granifero solitum cum uehit ore cibum,  
aut ut apes saltusque suos et olentia nactae 95  
pascua per flores et thyma summa uolant,  
sic ruit in celebres cultissima femina ludos :  
copia iudicium saepe morata meum est.  
spectatum ueniunt, ueniunt spectentur ut ipsae.  
ille locus casti damna pudoris habet. 100  
primus sollicitos fecisti, Romule, ludos,  
cum iuuat uiduos rapta Sabina uiros.  
tunc neque marmoreo pendebant uela theatro,  
nec fuerant liquido pulpita rubra croco.

I 10 *apta* O(xoniensis), *arte* R(egius Parisinus 7311) *arte* *rego* Riese. 21 *cedet* O, *cedit* R. 26 *aeriae* *codd.*, *Aoniae* Mueller. 53 *portauit* *codd.*, corr. Naugerius. 60 *in—constitit* *urbe* O, *et—constitit* *in* *urbe* R, *constat* R *man. sec. uulg.* 76 *syro* O *pro* *uar. scr.*, *deo* O, *uiro* R *man. sec. in* *ras.* 83 *amoris* *codd. multi.* 101 *primus* *uulg.*, *primos* R O.

- illic, quas tulerant nemorosa Palatia, frondes 105  
 simpliciter positae; scena sine arte fuit.  
 in gradibus sedit populus de caespitis factis,  
 qualibet hirsutas fronde tegente comas.  
 respiciunt oculisque notant sibi quisque puellam,  
 quam uelit, et tacito pectore multa mouent. 110  
 dumque, rudem praebente modum tibicine Tusco,  
 ludius aequatam ter pede pulsat humum,  
 in melio plausu (plausus tunc arte carebant)  
 rex populo praedae signa petita dedit.  
 protinus exiliunt animum clamore fatentes 115  
 uirginibus cupidas iniunctae manus.  
 ut fugiunt aquilas, timidissima turba, columbae,  
 utque fugit uisos agna nouella lupos,  
 sic illae timere uiros sine more ruentes.  
 constitit in nulla, qui fuit ante, eolor. 120  
 nam timor unus erat, facies non una timoris:  
 pars lanat crines, pars sine mente sedet;  
 altera maesta silet, frustra uocat altera matrem;  
 haec queritur, stupet haec; haec manet, illa fugit.  
 ducuntur raptae, genialis praeda, puellae, 125  
 et potuit multas ipse decere timor.  
 siqua repugnat nimium comitemque negabat,  
 sublatam cupido uir tulit ipse sinu,  
 atque ita 'quid teneros lacrimis corrumpis ocellos?  
 quod matri pater est, hoc tibi' dixit 'ero.' 130  
 Romule, militibus scisti dare commoda solus.  
 haec mihi si dederis commoda, miles ero.  
 scilicet ex illo sollemnia more theatra  
 nunc quoque formosis insidiosa manent.  
 nec te nobilium fugiat certamen equorum. 135  
 multa capax populi commoda circus habet.  
 nil opus est digitis, per quos arcana loquaris,  
 nec tibi per nutus accipienda nota est.  
 proximus a domina, nullo prohibente, sedeto;  
 iunge tuum lateri qua potes usque latus. 140  
 et bene, quod cogit, si nolit, linea iungi,  
 quod tibi tangenda est lege puella loci.  
 hic tibi quaeratur socii sermonis origo,  
 et moueant primos publica uerba sonos.  
 cuius equi ueniant, facito studiose requiras;  
 nec mora: quisquis erit, cui fauet illa, fauet. 145  
 at cum pompa frequens certantibus ibit ephelis,  
 tu Veneri dominae plaude fauente manu.  
 utque lit, in gremium pulvis si forte puellae  
 deciderit, digitis excutiendus erit. 150  
 et si nullus erit pulvis, tamen excute nullum:  
 quaelibet officio causa sit apta tuo.  
 pallia si terra nimium demissa iacebunt,  
 collige et immunda sedulus effer humo.  
 protinus, officii pretium, patiente puella  
 contingente oculis crura uidenda tuis. 155  
 respice praeterea, post uos quicumque sedebit,  
 ne premat opposita mollia terga genu.  
 parua lenis capiunt animos. fuit utile multis,  
 puluinum facili composuisse manu. 160  
 profuit et tenui nentos monisse tabella  
 et cana sub tenerum scanua dedisse pedem.  
 hos aditus circusque nono praebet amor  
 sparsaque sollicito tristis harena foro.  
 illa saepe puer Veneris pugnabit harena, 165  
 et qui spectauit uulnera, uulnus habet.  
 dum loquitur tangitque manu positique libellum  
 et quaerit posito pignore, uincat uter,  
 saucius ingenuit telumque uolatile sensit  
 et pars spectati numeris ipse fuit. 170  
 quid, modo cum belli naualis imagine Caesar  
 Persidas induxit Caeopiasque rates?  
 nempe ab utroque mari inuenes, ab utroque puellae  
 uenere, atque ingens orbis in urbe fuit.
- quis non inuenit turba quod amaret in illa? 175  
 cheu, quam multos aduena torsit amor!  
 ecce, parat Caesar domito quod definit orbi  
 addere: nunc, Oriens ultime, noster eris.  
 Parthe, dabis poenas: Crassi gaudete sepulti,  
 signaque barbaricas non bene passa manus. 180  
 ultor adest primisque ducem profitetur in annis  
 bellaque non puero traectat agenda puer.  
 pareite natales timidi numerare deorum:  
 Caesaribus uirtus contigit ante diem.  
 ingenium caeleste suis uelocius annis 185  
 surgit et ignauae fert uale damna morae.  
 paruus erat, manibusque duos Tirythius angues  
 pressit et in enuis iam lone dignus erat.  
 nunc quoque qui puer es, quantus tum, Bacche, fuisti,  
 cum timuit thyrsos India uicta tuos? 190  
 auspicis annisque patris, puer, arma mouebis,  
 et uinces annis auspicisque patris.  
 tale rudimentum tanto sub nomine debes,  
 nunc iuuenum princeps, deinde future senum.  
 cum tibi sint fratres, fratres ulciscere laesos: 195  
 cumque pater tibi sit, iura tuere patris.  
 induit arma tibi genitor patriaeque tuusque:  
 hostis ab inuito regna parente rapit.  
 tu pia tela feres, sceleratas ille sagittas:  
 stabit pro signis insuque piumque tuis. 200  
 uincuntur causa Parthi: uincantur et armis.  
 Eoas Latio dux mens addat opes.  
 Marsque pater Caesarque pater, date numen eunti.  
 nam dens e nobis alter es, alter eris.  
 auguror, eu, uinces; notinaque carmina reddam,  
 et magno nobis ore sonandus eris. 206  
 consistes aciemque meis hortabere uerbis.  
 o desint animis ne mea uerba tuis.  
 tergaque Parthorum Romanaque pectora dicam  
 telaque, ab auerso quae iacet hostis equo. 210  
 qui fugis ut uinceas, quod uicto, Parthe, relinquis?  
 Parthe, malum iam nunc Mars tuus omni habet.  
 ergo erit illa dies, qua tu, puleherriem rerum,  
 quattuor in niveis aureis ibis equis.  
 ibunt ante duces onerati colla catenis, 215  
 ne possint tuti, qua prius, esse fuga.  
 spectabunt lacti iuuenes mixtaeque puellae,  
 diffundetque animos omnibus ista dies.  
 atque aliqua ex illis cum regum nomina quaeret,  
 quae loca, qui montes, quaeue ferantur aquae,  
 omnia responde: nec tantum siqua rogabit; 221  
 et quae uescieris, ut bene nota referet.  
 hic est Euphrates, praecinctus harundine frontem:  
 cui coma dependet caerulea, Tigris erit:  
 hos facito Armenios; haec est Danaacia Persis: 225  
 urbs in Achaemenis nullibus ista fuit.  
 ille nel ille duces. et erunt quae nomina dicas,  
 si poteris, nere; si minus, apta tamen.  
 dant etiam positus aditum communia mensis:  
 est aliquid praeter uina, quod inde petas. 230  
 saepe illic positi teneris adducta lacertis  
 purpureus Bacchi cornua pressit Amor:  
 uinaque cum bibulas sparsere Cupidinis alas,  
 permanet et capto stat grauis ille loco.  
 ille quidem pinnas uelociter exentit udas: 235  
 sed tamen et spargi pectus amore noet.  
 uina parant animos faciuntque caloribus aptos:  
 cura fugit multo diluuntque mero.  
 tunc ueniunt risus, tum pauper cornua sumit,  
 tum dolor et curae rugaque frontis abit. 240  
 tunc aperit mentes aeno rarissima nostro  
 simplicitas, artes excentiente deo.  
 illic saepe animos iuuenum rapuerat puellae,  
 et Venus in uinis ignis in igne fuit.

I 114 *petita* Benth. Madv. (adu. crit. t. ii p. 78), *petenda* uulg., *repente* uel *potente* Burn. 127 *repugnat* R, *repugnabat* uulg. Riese. 133 *sollemnia* codd., *sollemni* conii. Madv. l. c. 141 *nolit* O, *uolens* R Merck. 147 *certantibus* —*ephebis* R, *celestibus* —*chornis* O. 161 *uento* —*tabellam* R O, *uentos* —*tabella* uulg. 181 *annis* R O, *armis* codd. sex Heinsii Merck. 191 2 *animis* —*animis* uulg., *annis* —*annis* R O, *feros* R Merck. 211 *qui* Heins., *quid* R uulg., *quod* Arund. 225 *uento* Heins., *uicet* O, *uicis* R in ras. 231 *positi* uulg., *positis* R, *possitis* O, *poti* Lachn. 236 6 hos m. spurios esse censet Palmer.

- hic tu fallaci nimium ne crede lucernae ; 245  
iudicio formae noxque merumque nocent.  
luce deas caeloque Paris spectauit aperto,  
cum dixit Veneri ' uincis utramque, Venus, '  
nocte latent mendae, uitioque ignoscitur omni,  
horaque formosam quamlibet illa facit. 250  
consule de gemmis, de tincta murice lana,  
consule de facie corporibusque diem.  
quid tibi femineos coetus uenatibus aptos  
enumerem? numero cedit harena meo.  
quid referam Baias praetextaque litora Bais, 255  
et quae de calido sulphure funat aqua?  
hinc aliquid uulnus referens in pectore dixit  
' non haec, ut fama est, unda salubris erat. '  
ecce suburbanae templum memorale Dianae  
partaque per gladios regna nocente manu. 260  
illa quod est uirgo, quod tela Cupidinis odit,  
multa dedit populo uulnera, multa dabit.  
haecenus, unde legas quod ames, ubi retia ponas,  
praecipit imparibus uecta Thalea rotis.  
nunc tibi, quae placuit quas sit capienda per artes,  
dicere praecipuae mollior artis opus. 266  
quisquis ubique, uiri, dociles aduertite mentes,  
pollicitisque fauens uulgus adeste meis.  
prima tuae menti ueniat fiducia, ferme  
posse capi. capies, tu modo tende plagas. 270  
uere prius uolucres taceant, aestate cicadae,  
Maenalius lepori det sua terga canis,  
femina quam iuueni blande temptata repugnet.  
haec quoque, quam poteris credere nolle, uolet.  
utque uiro furtiua Venus, sie grata puellae. 275  
uir male dissimulat: tectius illa cupit.  
conueniat maribus, ne quam nos ante rogemus:  
femina iam partes uicta rogantis agat.  
mollibus in pratis admugit femina tauro:  
femina cornipedi semper adhiñnit equo. 280  
parcior in nobis nec tam furiosa libido:  
legitimum finem flamma uirilil habet.  
Byblida quid referam, uetito quae fratris amore  
arsit et est laqueo fortiter uicta nefas?  
Myrrha patrem, sed non qua filia debet, amaui, 285  
et nunc obducto cortice pressa latet.  
illius lacrimis, quas arbore fundit odora,  
unguinur, et dominae nomina gutta tenet.  
forte sub umbrosis nemorosae uallibus Idac  
candidus, armenti gloria, taurus erat, 290  
signatus tenui media inter cornua nigro:  
una fuit labes, caetera lactis erant.  
illum Gnosiadesque Cydoneaeque iuuencae  
optarunt tergo sustinuisse suo:  
Pasiphae fieri gaudebat adultera tauri; 295  
inuida formosas oderat illa boues.  
nota cano. non hoc, centum quae sustinet urbes,  
quamuis sit mendax, Creta negare potest.  
ipsa nouas frondes et prata tenerrima tauro  
fertur inadsueta subsecuisse manu. 300  
it comes armentis, nec ituram cura moratur  
coniugis, et Minos a boue uictus erat.  
quo tibi, Pasiphae, pretiosas sumere uestes?  
ille tuus nullas sentit adulter opes.  
quid tibi cum speculo, montana armenta petenti?  
quid totiens positas fingis, inepta, comas? 306  
crede tamen speculo, quod te negat esse iuuencae.  
quam cuperes fronti cornua nata tuae!  
siue placet Minos, nullus quaeratur adulter;  
siue uirum maus fallere, falle uiro. 310  
in nemus et saltus thalamo regina relicto  
fertur, ut Aonio conceita Baccha deo.  
a, quotiens uaccam uultu spectauit iniquo  
et dixit ' domino cur placet ista meo?  
adspecte, ut ante ipsum teneris exultet in herbis:  
nec dubito, quin se stulta decere putet.' 316  
dixit et ingenti iamdudum de grege duci  
iussit et immeritam sub iuga curua trahi,  
aut cadere ante aras commentaque sacra coegit  
et tenuit laeta paelicis exta manu. 320  
paelicibus quotiens placauit numina caesis,  
atque ait exta tenens ' ite, placete meo. '  
et modo se Europen fieri, modo postulat Ion,  
altera quod bos est, altera uecta boue.  
hanc tamen impleuit uacca deceptus acerna 325  
dux gregis, et partu proditus auctor erat.  
Cressa Thyesteo si se abstinuisset amore  
(et quantum est uno posse carere uiro!),  
non medium rupisset iter curruque retorto  
Auroram uersis Phoebus adisset equis. 330  
filia purpureos Niso furata capillos  
pube premit rabidos inguibusque canes.  
qui Martem terra, Neptunum effugit in undis,  
coniugis Atrides uictima dira fuit.  
cui non defleta est Ephyræae flamma Creusae 335  
et nece natorum sanguinulenta parens?  
fleuit Amyntorides per inania lumina Phoenix:  
Hippolytum pauidi diripuistis equi.  
quid fodis immeritis, Phineu, sua lumina natis?  
poena reuersura est in caput ista tuum. 340  
omnia feminea sunt ista libidine mota:  
acrior est nostra plusque furoris habet.  
ergo age, ne dubita cunctas sperare puellas:  
uix erit e multis quae neget una tibi.  
quae dant quaeque negant, gaudent tamen esse ro-  
gatae. 345  
ut iam fallaris, tuta repulsa tua est.  
sed cur fallaris, cum sit noua grata uoluptas,  
et capiant animos plus aliena suis?  
fertillior seges est alienis semper in agris,  
uicinumque pecus grandius uber habet. 350  
sed prius ancillam captandae nosse puellae  
cura sit: accessus molliet illa tuos.  
proxima consiliis dominae sit ut illa, uideto,  
neue parum tacitis conscia fida iocis.  
hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando: 355  
quod petis, ex facili, si uolet illa, feres.  
illa leget tempus (medici quoque tempora seruant)  
quo facilis dominae mens sit et apta capi.  
mens erit apta capi tum, cum lactissima rerum  
ut seges in pingui luxuriabit humo. 360  
pectora dum gaudent nec sunt adstricta dolore,  
ipsa patent. blanda tum subit arte Venus.  
tum cum tristis erat, defensa est Ilios armis:  
militibus grauidum laeta recepit equum.  
tum quoque temptanda est, cum paelice laesa do-  
lebit: 365  
tum facies opera, ne sit inulta, tua.  
hanc matutinos pectens ancilla capillos  
incitet et uelo remigis addat open,  
et secum tenui suspirans murmure dicat  
' at, puto, non poteris ipsa referre uicem. '  
370  
tum de te narret, tum persuadentia uerba  
addat et insano iuret amore mori.  
sed propra, ne uela cadant auraeque residant:  
ut fragilis glacies, interit ira mora.  
quaeris, an hanc ipsam prosit uiolare ministram?  
talibus admissis alea grandis inest. 376  
haec a concubitu fit sedula, tardior illa:  
haec dominae munus te parat, illa sibi.  
casus in euentu est. licet hic indulgeat ausis,  
consilium tamen est abstinuisse meum. 380

I 255 *bais* O, *uelis* R in ras. uulg., *Baulis* Heins. 256 *sulphure* R, *solphore* O. 264 *thalea* R O. 269 *ferme* Housman, *formae* R, *cunctas* uulg. 287-8 *uincis* inclusit Riese. 293 *gnosiades* R in ras. Merk. 321 *paelicibus* R. 323 *Ion* Ehw., *Io* codd. 326 *partu* uulg., *partus* R. 328 *et* R O, *en* Riese. *uno* O, *unum* R. *carere* O quod defendit Postgate, *uni-placere* uulg., *uno-calere* Koechly. 329 *curusque* Mueller. post 331 *hunc hostem patitur cum reliquis auibus*. *altera Scylla nouum Circes medicamine monstrum* uulg., om. R O, hi uu. spurii esse uidentur. 337 *phoenix* codd., *lucis* Housman. 367 *hanc* codd., *tunc* Riese. 370 *ut* R O, at Lachm. (Lucr. p. 282). *poteras ipse* R, *poteris ipsa* O. 373 *auraeque* Heins. ex cod. Palatino, *iureq* R in ras., *iraeque* O uulg.

non ego per praeceps et acuta cacumina vadam,  
 nec iuuenum quisquam me duce captus erit.  
 si tamen illa tibi, dum dat recipitque tabellas,  
 corpore, non tantum sedulitate placet,  
 fac domina potiare prius; comes illa sequatur: 385  
 non tibi ab ancilla est incipienda Venus.  
 hoc unum moneo, siquid modo creditur arti,  
 nec mea dicta rapax per mare uentus agit:  
 aut non temptaris aut perforce. tollitur index,  
 cum semel in partem criminis ipsa uenit. 390  
 non auis utiliter uiscatis ellugit alis;  
 non bene de laxis cassibus exit aper,  
 saucius arrepto piscis teneatur ab hamo:  
 perprime temptatum, nec nisi uictor abi.  
 tunc neque te prodet communi noxia culpa, 395  
 factaque erunt dominae dictaque nota tibi.  
 sed bene celetur. bene si celabitur index,  
 notitiae suberit semper amica tuae.  
 tempora qui solis operosa colentibus arua,  
 fallitur, et nantis adspicienda putat. 400  
 nec semper credenda Ceres fallacibus aruis,  
 nec semper uiridi concana puppis aquae,  
 nec teneras semper tutum captare puellas:  
 saepe dato melius tempore fiet idem.  
 siue dies suberit natalis, siue Kalendae, 405  
 quas Venerem Marti continuasse iuuat:  
 sine erit ornatus non ut fuit ante sigillis,  
 sed regum positas circus habebit opes:  
 differ opus. tunc tristis hiemps, tunc Phlades instant;  
 tunc tener aequorea mergitur Haedus aqua: 410  
 tunc bene desinitur; tunc siquis creditur alto,  
 uix tenuit lacerae naufraga membra ratis.  
 tu licet incipias, qua flebilis Alia luce  
 uulneribus Latius sanguinolenta fuit,  
 quaque die redeunt, rebus minus apta gerendis, 415  
 culta Palaestino septima festa Syro.  
 magna superstitio tibi sit natalis amicae:  
 quaque aliquid dandum est, illa sit atra dies.  
 cum bene nitaris, tamen auferet. inuenit artem  
 femina, qua cupidi carpat amantis opes. 420  
 institor ad dominam ueniet discretus emacem,  
 expedit merces teque sedente suas:  
 quas illa inspicias, sapere ut uideare, rogabit:  
 oscula deinde dabit: deinde rogabit, emas.  
 hoc fore contendant multos irabit in annos, 425  
 nunc opus esse sibi, nunc bene dicit emi.  
 si non esse domi, quos des, causabere nummos,  
 littera poscetur; ne didicisse inuet.  
 quid, quasi natali cum poseit munera libo,  
 et quotiens opus est, nascitur illa sibi? 430  
 quid, cum mendacae damno maestissima plorat,  
 elapsusque eana lingitur aure lapis?  
 multa rogant atenda dari, data reddere nolunt:  
 perdis, et in damno gratia nulla tuo.  
 non mihi, sacrilegas meretricium ut persequar artes,  
 cum totidem linguis sint satis ora decem. 436  
 cera uadum temptet rasis infusa tabellis:  
 cera tuae primum conscia mentis eat.  
 blanditias ferat illa tuas imitataque amantum  
 uerba; nec exiguas, quisquis es, adde preces. 440  
 Hecctora donant Priamo preece motus Achilles:  
 flectitur iratus uoce rogante deus.  
 promittas facito. quid enim pronittere laedit?  
 pollicitis diues quilibet esse potest.  
 spes tenet in tempus, semel est si credita, longum:  
 illa quidem fallax, sed tamen apta dea est. 446  
 si dederis aliquid, poteris ratione relinquii:  
 praeteritum tulerit, perdiditque nihil.  
 at quod non dederis, semper uideare daturus.

sic dominum sterilis saepe fefellit ager: 450  
 sic, ne perdidit, non cessat perdere lusor,  
 et reuocat cupidas alea saepe manus.  
 hoc opus, hic labor est, primo sine munere iungi.  
 ne dederit gratis quae dedit, usque dabit.  
 ergo eat et blandis peraretur littera uerbis 455  
 exploretque animos primaque temptet iter.  
 littera Cydhippen pomo perlata fefellit,  
 insciaque est uerbis capta puella suis.  
 disce bonas artes, moneo, Romana iuuentus,  
 non tantum trepidos ut tuare reos. 460  
 quam populus indexque grauis lectusque senatus,  
 tam dabit eloquio uicta puella manus.  
 sed lateant uires, nec sis in fronte disertus.  
 effugiant uoces uerba molesta tuae.  
 quis, nisi mentis inops, tenerae declamat amicae?  
 saepe ualens odii littera causa fuit. 466  
 sit tibi credibilis sermo consuetaque uerba,  
 blanda tamen, praescens ut uideare loqui.  
 si non accipiet scriptum inlectumque remittet,  
 lecturam spera propositumque tene. 470  
 tempore difficiles ueniunt ad aratra iuueni;  
 tempore lenta pati frena docentur equi;  
 ferreus adsiduo consumitur anulus usu;  
 interit adsidua nomen aduncus humo.  
 quid magis est saxo durum, quid mollius unda? 475  
 dura tamen molli saxa cauantur aqua.  
 Penelopen ipsam, persta modo, tempore uineas,  
 capta uides sero Pergama, capta tamen.  
 legerit, et nolit reserbere? cogere noli:  
 tu modo blanditias fac legat usque tuas. 480  
 quae noluit legisse, uolet reserbere lectis:  
 per numeros ueniunt ista gradusque suos.  
 forsitan et primo ueniet tibi littera tristis,  
 quaeque roget, ne se sollicitare nelis.  
 quod rogat illa, timet: quod non rogat, optat, ut  
 instes. 485  
 insequere, et uoti postmodo compos eris.  
 interea siue illa toro resupina feretur,  
 lecticam dominae dissimulanter adi,  
 neue aliquis uerbis odiosas offerat auris,  
 quam potes ambignis callidus abde notis: 490  
 seu pedibus uacuis illi spatiosa teretur  
 porticus, hic socias tu quoque iunge moras:  
 et modo praecedas facito, modo terga sequaris,  
 et modo festines, et modo lentus eas.  
 nec tibi de mediis aliquot transire columnas 495  
 sit pudor, aut lateri continuasse latens.  
 nec siue te curuo sedeat speriosa theatro:  
 quod spectes, numeris adferet illa suis.  
 illam respicias, illam mirare licet:  
 multa supercilio, multa loquere notis. 500  
 et plaudas, aliquam mimo saltante puellam,  
 et faueas illi, quisquis agatur amans.  
 eum surgit, surges: donec sedet illa, sedebis:  
 arbitrio dominae tempora perde tuae.  
 sed tibi nec ferro placeat torquere capillos, 505  
 nec tua mordaci punice crura teras.  
 ista iube faciant, quorum Cybeleia mater  
 concinitur Phrygiis exulata modis.  
 forma uiros neclecta decet. Minoida Theseus  
 abstulit, a nulla tempora comptus acu: 510  
 Hippolytum Phaedra, nec erat bene cultus, amauit:  
 crura deae siluis aptus Adonis erat.  
 munditiae placeant, fuscetur corpora Campo;  
 sit bene conueniens et sine labe toga;  
 lingua ne rigeat; careant rubigine dentes; 515  
 nec uagus in laxa pes tibi pelle natet:  
 nec male deformet rigidos tonsura capillos:

I 389 aut non temptaris Heins., aut non temptaris codex Bern., aut non temptasses O, aut non quam temptas R, aut nunquam temptes Merk. uu. 395-6 uincis inclusit Ehw., om. R O, habent codd. plerique et R man. sec. 413 tu O, tua R, tunc uulg. 416 Syro Heins. ex codd., erasum in R, uiro R man. sec. uulg. 436 non uulg., quid O, quod (erasum) non R. 436 sint O, sunt R. 438 constia R, uentia O cod. Sarran. Merk., conscia uulg. 455 peraretur R man. sec., peroretur R, perhorretur O. 466-471 om. R O, R man. sec. add. in marg. 495 aliquot O Arund., aliquid R. 504 perde codd., perde Koch. 513 mundicie R, munditiae uulg. 514 sit sine Arund. 515 lingua R, linguam O, lingua ne ruget Palmer collato III 444, linguam ne pigat Houstonian.

sit coma, sit trita barba resecta manu,  
 et nihil emineant et sint sine sordibus ungues,  
 inque cana nullus stet tibi nare pilus. 520  
 nec male odorati sit tristis anhelitus oris,  
 nec laedat naris nique paterque gregis.  
 cetera lasciuae faciant, concede, puellae,  
 et si quis male uir quaerit habere uirum.  
 ecce, sum uatem Liber uocat. hic quoque amantis  
 adiuuat et flammae, qua calet ipse, fauet. 526  
 Gnosis in ignotis amens errabat harenis,  
 qua breuis aequoreis Dia feritur aquis.  
 utque erat e somno tunica uelata recincta,  
 nuda pedem, croceas inreligata comas, 530  
 Thesaea crudelem surdas clamabat ad undas,  
 indigno teneras imbre rigante genas.  
 clamabat flebatque simul. sed utrumque decebat ;  
 non facta est lacrimis turpior illa suis.  
 iamque iterum tundens mollissima pectora palmis  
 'perfidus ille abiit. quid mihi fiet?' ait. 536  
 'quid mihi fiet?' ait. sonuerunt cymbala toto  
 litore et adtonita tympana pulsa manu.  
 excidit illa metu rupitque nouissima uerba :  
 nullus in exanimi corpore sanguis erat. 540  
 ecce Mimallonides sparsis in terga capillis,  
 ecce leues Satyri, praecua turba dei.  
 ebrius ecce senex pando Silenus asello  
 uix sedet et pressas continet ante iubas.  
 dum sequitur Bacchas, Bacchae fugiuntque petunt-  
 que, 545  
 quadrupedem ferula dum malus urget eques,  
 in caput aurito cecidit delapsus asello ;  
 clamarunt Satyri 'surge age, surge, pater.'  
 iam deus in curru, quem summum texerat uuis,  
 tigribus adiunctis aurea lora dabat. 550  
 et color et Theseus et uox abiere puellae :  
 terque fugam petiit terque retenta metu est.  
 horruit, ut sterilis agitat quas uentus aristas,  
 ut leuis in madida canna palude tremat.  
 eni deus 'en adsum tibi cura fidelior' inquit : 555  
 'pone metum : Bacchi, Gnosias, uxor eris.  
 munus habe caelum. caelo spectabere sidus.  
 saepe reget dubiam Cressa Corona ratem.'  
 dixit et e curru, ne tigres illa timeret,  
 desilit : inposito cessit harena pede : 560  
 implicitamque sinu (neque enim pugnaire ualebat)  
 abstulit. in facili est omnia posse deo.  
 pars 'Hymenae' canunt, pars clamant Euhion  
 'Eulhoë' ;  
 sic coeunt sacro nupta deusque toro.  
 ergo ubi contigerint positi tibi munera Bacchi, 565  
 atque erit in socii femina parte tori,  
 Nyctelliumque patrem nocturnaue sacra precare,  
 ne iubeant capiti uina nocere tuo.  
 hic tibi multa licet sermone latentia tecto  
 dicere, quae dici sentiat illa sibi, 570  
 blanditiasque leues tenui perscribere uino,  
 ut dominam in mensa se legat illa tuam,  
 atque oculos oculis spectare fatentibus ignem :  
 saepe tacens nocem uerbaque uultus habet.  
 fac primus rapias illius tacta labellis 575  
 pocula, quaque bibit parte puella, bibas :  
 et quemcumque cibum digitis libauerit illa,  
 tu pete ; dumque petes, sit tibi tacta manus.  
 sint etiam tua nota, uiro placuisse puellae :  
 utilior uobis factus amicus erit. 580  
 huic, si sorte bibes, sortem concede priorem :  
 huic detur capiti missa corona tuo.  
 siue erit inferior, seu par, prior omnia sumat,  
 nec dubites illi uerba secunda loqui.

tuta frequensque uia est, per amici fallere nomen. 585  
 tuta frequensque licet sit uia, crimen habet.  
 inde procurator nimium quoque multa procurat  
 et sibi mandatis plura uidenda putat.  
 certa tibi a nobis dabitur mensura bibendi :  
 officium praestent mensque pedesque summi. 590  
 iurgia praecipue uino stimolata caueto  
 et nimium faciles ad fera bella manus.  
 occidit Eurytion stulte data uina bibendo.  
 aptior est dulci mensa merumque ioco.  
 si nox est, canta : si mollia braccchia, salta : 595  
 et quaecumque potes dote placere, place.  
 ebrietas ut uera nocet, sic ficta iuuabit :  
 fac titubet blaeso subdola lingua sono,  
 ut, quidquid facias dicasque proteruius aequo,  
 credatur nimium causa fuisse merum. 600  
 et bene dic dominae : bene, cum quo dormiat illa :  
 sed, male sit, tacita mente precare, uiro.  
 at cum discedet mensa conuiuia remota,  
 ipsa tibi accessus turba locumque dabit.  
 insere te turbae, leuiterque admotus eunti 605  
 nelle latus digitis et pede tange pedem.  
 conloqui iam tempus adest. fuge rustice longe  
 hinc pudor : audentem Forsque Venusque iuuat.  
 non tua sub nostras ueniat facundia leges :  
 fac tantum cupias, sponte disertus eris. 610  
 est tibi agendus amans, imitandaque uulnera uerbis :  
 haec tibi quaeratur qualibet arte fides.  
 nec credi labor est. sibi quaeque uidetur amanda.  
 pessima sit, nulli non sua forma placet.  
 saepe tamen uere coepit simulator amare ; 615  
 saepe, quod incipiens finxerat esse, fuit.  
 quo magis, o, faciles imitantibus este, puellae :  
 fiet amor uerus, qui modo falsus erat.  
 blanditiis animum furtim deprendere nunc sit,  
 ut pendens liquida raba sibi tur aqua. 620  
 nec faciem nec te pigeat laudare capillos  
 et teretes digitos exiguumque pedem.  
 delectant etiam castas praeconia formae.  
 uirginibus curae grataque forma sua est.  
 nam cur in Phrygiis Iunonem et Pallada siluis 625  
 nunc quoque iudicium non tenuisse pudet ?  
 laudatas ostendit auis Innonia pinnas :  
 si tacitus spectes, illa recondit opes.  
 quadrupedes inter rapidi certamina cursus  
 depexaeque iubae plausaque colla iuuant. 630  
 nec timide promitte : trahunt promissa puellas.  
 pollicite testes quoslibet adde deos.  
 Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,  
 et iubet Aeolios inrita ferre notos.  
 per Styga Iunoni falsum iurare solebat 635  
 Iuppiter : exemplo nunc fauet ipse suo.  
 expedit esse deos ; et, ut expedit, esse putemus ;  
 dentur in antiquos tura merumque focos.  
 nec secura quies illos similisque sopori  
 detinet ; innocue uiuite : numen adest. 640  
 reddite depositum ; pietas sua foedera seruet ;  
 fraus absit ; uacuas caedis habete manus.  
 ludite, si sapitis, solas impune puellas.  
 hac magis est una fraude pudenda fides.  
 fallite fallentes : ex magna parte profanum 645  
 sunt genus : in laqueos, quos posuerit, cadant.  
 dicitur Aegyptos caruisse iuuantibus arua  
 imbribus atque annos sicca fuisse nouem :  
 cum Thrasius Busirin adit monstratque piari  
 hospitibus adfuso sanguine posse Iouem. 650  
 illi Busiris 'fies Iouis hostia primus'  
 inquit 'et Aegypto tu dabis hospes aquam.'  
 et Phalaris tauro uolenti membra Perilli

I 518 trita coni. Housman collato Vitru. II l. 6, tuta R O, scita Heins., docta Merk. ex Guelf(erbyitano). 528 india fertur R al., corr. Heins., chia fertur codd. duo. 543 ita interpunctit Ehw. 544 ante Merk., arte codd. 546 malus urget codd., cales urget O, male sedit (sed e sedit in ras.) R, male caedit Riese. 551 Theseus. sensus codd. duo. 560 pede R O, pedi uulg. 576 bibas uulg., bibes R Riese. 581 bibes uulg., tibi R, bibis Mueller. 583 siue erit edd. uett., si uelit R, si uelit O, siue sit uulg. Merk. omnia Scaliger. 610 cupias R O, incipias uulg. Merk. ex Erfurtensi. 619 nunc uulg., non R. 628 opus R. 644 hac O, haec R. magis—pudenda R O, minus—tuenda Heins. ex codd.

- torruit : infelix inbuilt auctor opus.  
 iustus uterque fuit : neque enim lex aequior ulla est,  
 quam necis artifices arte perire sua. 656  
 ergo ut periurus merito periuria fallant,  
 exemplo doleat femina laesa suo.  
 et lacrimae prosunt : lacrimis adamanta mouebis.  
 fac madidas uideat, si potes, illa genas. 660  
 si lacrimae (neque enim ueniunt in tempore semper)  
 deficient, uncta lumina tange manu.  
 quis sapiens blandis non nrisecat oscula uerbis?  
 illa licet non det, non data sume tamen.  
 pugnabit primo fortassis et 'inprobe' dicit : 665  
 pugnando uinci se tamen illa uolet.  
 tantum ne nocent teneris male rapta labellis,  
 neue queri possit dura fuisse, caue.  
 oscula qui sumpsit, si non et cetera sumpsit,  
 haec quoque, quae data sunt, perdere dignus erit.  
 quantum defuerat pleno post oscula uoto? 671  
 ei mihi, rusticitas, non pudor ille fuit.  
 uim licet appelles : grata est uis ista puellis :  
 quod iuuat, imitae saepe dedisse uolunt.  
 quaecumque est Veneris subita uiolata rapina, 675  
 gaudet, et improbitas muneris instar habet.  
 at quae cum posset cogi, non tacta recessit,  
 ut simulat uultu gaudia, tristis erit.  
 uim passa est Phoebe ; uis est allata sorori :  
 et gratus raptae raptor uterque fuit. 680  
 fabula nota quidem, sed non indigna referri,  
 Scyrias Haemonio iuncta puella uiro.  
 iam dea laudatae dederat mala praemia formae  
 colle sub Idaeo uincere digna duas,  
 iam nurus ad Priamum diuerso uenerat orbe, 685  
 Graiaque in Iliacis moenibus uxor erat :  
 iurabant omnes in laesi uerba mariti ;  
 nam dolor unius publica causa fuit.  
 turpe nisi hoc matris precibus tribuisset, Achilles  
 ueste nimum longa dissimularet. 690  
 quid facis, Aeacide ? non sunt tua munera lanae.  
 tu titulos alia Palladis arte petas.  
 quid tibi cum ealathis ? clipeo manus apta ferendo est,  
 pensa quid in dextra, qua cadet Hector, habes ?  
 reice succinctos operoso stamine fusos ; 695  
 quassanda est ista Pelias hasta manu.  
 forte erat in thalamo uirgo regalis eodem :  
 haec illum stupro comperit esse nimum.  
 uiribus illa quidem uicta est (ita credere oportet),  
 sed noluit nunci uiribus illa tamen. 700  
 saepe 'mane' dixit, cum iam properaret Achilles :  
 fortia nam posito sumpserat arma colch.  
 uis ubi nunc illa est ? quid blanda uoce moraris  
 auctorem stupri, Deidamia, tui ?  
 scilicet ut pudor est quaedam coepisse priorem, 705  
 sic alio gratum est incipiente pati.  
 a, nimia est iuueni propriae ludicia formae,  
 expectat siquis, dum prior illa roget.  
 uir prior accedat, uir uerba precantia dicat :  
 excipiat blandas comiter illa preces. 710  
 ut potiare, roga (tantum cupit illa rogari) ;  
 da causam noti principiumque tui.  
 Iuppiter ad ueteres supplex heroidas ibat :
- corrupit magnum nulla puella Iouem.  
 si tamen a precibus tumidos accedere fastus 715  
 senseris, incepto parce referre pedem.  
 quod refugit, multae eripiunt : odere, quod instat.  
 lenius instando taedia tolle tui.  
 nec semper Veneris spes est profitenda roganti :  
 intret amicitiae nomine tectus amor. 720  
 hoc aditu uidi tetricae data uerba puellae :  
 qui fuerat cultor, factus amator erat.  
 candidus in nauta turpis color : aequoris unda  
 debet et a radiis sideris esse niger :  
 turpis et agricolae, qui uomere semper adunco 725  
 et grauibis rastris sub Ioue nersat humum.  
 et tua, Palladiae petitur cui palma coronae,  
 caudida si fuerint corpora, turpis eris.  
 palleat omnis amans : hic est color aptus amanti.  
 hoc deceat, hoc stulti non ualuisset putent. 730  
 pallidus in Dirces siluis errabat Orion ;  
 pallidus in lenta Naide Daphnis erat.  
 arguat et macies animum ; nec turpe putaris  
 palliohum nitidis inposuisse comis.  
 attenuant iuuenum uigilatae corpora noctes 735  
 euraque et in magno qui fit amore dolor.  
 ut uoto potiare tuo, miserabilis esto ;  
 ut qui te uideat, dicere possit 'amas.'  
 conquiserit, an moncam, mixtum fas omne nefasque ?  
 nomen amicitia est, nomen inane fides. 740  
 ei mihi, non tutum est, quod ames, laudare sodali !  
 cum tibi laudanti credidit, ipse subit.  
 at non Actorides lectum teneauerat Achillis :  
 quantum ad Pirithoum, Phaedra pudica fuit.  
 Hermionam Pylades quod Pallada Phoebus amabat,  
 quodque tibi geminus, Tyndari, Castor, erat. 746  
 siquis idem sperat, iacturas poma myricas  
 speret, et e medio thumine mella petat.  
 nil nisi turpe iuuat, curae sua cuique uoluptas :  
 haec quoque ab alterius grata dolore uenit. 750  
 heu facinus ! non est hostis metuendus amanti.  
 quos credis fidos, effuge ; tutus eris.  
 cognatum fratremque caue carumque sodalem :  
 praebebit ueros haec tibi turba metus.  
 finitrus eram. sed sunt diuersa puellis 755  
 pectora : mille animos excipe mille modis,  
 nec tellus eadem parit omnia. uitibus illa  
 conuenit, haec oleis : hic bene farra nirent.  
 pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figurae :  
 qui sapit, innumeris moribus aptus erit, 760  
 utque leues Proteus modo se tenuabit in undas,  
 nunc leo, nunc arbor, nunc erit hirtus aper.  
 hi iaculo pisces, illi capiuntur ab hamis,  
 hos caua contento retia fune trahunt.  
 nec tibi conuenit cunctos modus unus ad annos. 765  
 longius insidias cerua uidebit annus.  
 si doctus uideare rudi petulansue pudenti,  
 dillidet miserae protinus illa sibi.  
 inde lit, ut quae se timuit committere honesto,  
 uilis in amplexus inferioris eat. 770  
 pars superat coepti, pars est exhausta laboris.  
 hic teneat nostras ancora iacta rates.

I 662 uncta Heins., uia uulg., uncta R O, unta Guelf. 669 cetera sumpsit R O, cetera sumet uulg. 683 mala R Guelf., sua Merk. ex cod. Zwice. 684 duas O pro uar. scr. tres Heinsii, uenus R Guelf. uulg. 715 abscedere factus R, flatus O. 727 tua R O, tibi uulg. palladiae codd. plerique, puella diu R. 730 stulti Hertzberg, multi R, nulli Mueller, nullis—putas? Palmer. 731 om. O. Dirces Heins., lincea R, Sade Schultze, Liro Unger. orion codd. plerique, arion R. 736 in R O, e uulg. 744 phaedra codd., Cressa Laclm. 745 quod R O, quo uulg., qua Elw. 747 iacturas R O, iaturas uulg. 758 hic R O, hac Merk. 763 hi—illi edd. uett., hic codd., illic O, illi R. 764 hos edd. uett., hic R ex corr., haec O, hoc R. 770 in O, ad R.

## LIBER SECVNDVS

- Dicite 'io Paeon', et 'io' bis dicite 'Paeon'!  
 decidit in casses praeda petita meos.  
 laetus amans donat uiridi mea carmina palma  
 praelata Asraeo Maeonioque seni.  
 talis ab armiferis Priameius hospes Amyclis 5  
 candida cum rapta coniuge uela dedit.  
 talis erat, qui te curru uictore ferebat,  
 uecta peregrinis Hippodamia rotis.  
 quid properas, iuuenis? mediis tua pinus in undis  
 nauigat, et longe, quem peto, portus abest. 10  
 non satis est uenisse tibi me uate puellam:  
 arte mea capta est, arte tenenda mea est.  
 nec minor est uirtus, quam quaerere, parta tueri.  
 casus inest illic; hoc erit artis opus.  
 nunc mihi, siquando, puer et Cytherea, fauete, 15  
 nunc Erato; nam tu nomen amoris habes.  
 magna paro, quas possit Amor remanere per artes,  
 dicere, tam uasto peruagus orbe puer.  
 et leuis est et habet geminas, quibus anolet, alas:  
 difficile est illis inposuisse modum. 20  
 hospitis effugio praestruxerat omnia Minos:  
 andacem pinnis repperit ille uiam.  
 Daedalus ut clausit conceptum crimine matris  
 semibouemque nimum semiuirumque bouem,  
 'sit modus exilio,' dixit 'iustissime Minos: 25  
 accipiat cineres terra paterna meos.  
 et quoniam in patria, fatis agitatús iniquis,  
 unere non potui, da mihi posse mori.  
 da reditum puero, senis est si gratia uilis:  
 si non nis puero parere, parce seni.' 30  
 dixerat haec. sed et haec et multo plura licebat  
 dicere: regressus non dabat ille uiro.  
 quod simul ut sensit, 'nunc, nunc, o Daedale,' dixit  
 'materiam, qua sis ingeniosus, habes.  
 possidet et terras et possidet aequora Minos; 35  
 nec tellus nostrae nec patet unda fugae.  
 restat iter caeli; caelo temptabimus ire.  
 da ueniam coepto, Iuppiter alte, meo.  
 non ego sidereas adfecto tangere sedes:  
 qua fugiam dominum, nulla nisi ista uia est. 40  
 per Styga detur iter; Stygias transnabimus undas.  
 sunt mihi naturae iura nouanda meae.'  
 ingenium mala saepe mouent. quis crederet unquam,  
 aérias hominem carpere posse uias?  
 remigium uolucrum disponit in ordine pinnas 45  
 et leue per lini uincula nectit opus;  
 imaque pars ceris adstringitur igne solutis,  
 finitusque nouae iam labor artis erat.  
 tractabat ceramque puer pinnasque renidens,  
 nescius haec umeris arma parata suis. 50  
 cui pater 'his' inquit 'patria est adeunda carinis,  
 hac nobis Minos effugiendus ope.  
 aera non potuit Minos, alia omnia clausit:  
 quem licet, inuentis aera rumpe meis.  
 sed tibi non uirgo Tegeaea comesque Bootae 55  
 ensiger Orion adspiciendus erit:  
 me pinnis sectare datis; ego praenius ibo:  
 sit tua cura sequi; me duce tutus eris.  
 nam siue aetherias uicino sole per auras  
 ibimus, inpatiens cera calorís erit; 60  
 siue humiles propiore freto iactabimus alas,  
 mobilis aequoreis pinna madescet aquis.  
 inter utrumque uola. uentos quoque, nate, timeto,  
 quaque ferent aerae, uela secunda dato.'
- dum monet, aptat opus puero monstratque moueri,  
 erudit infirmas ut sua mater anes. 66  
 inde sibi factas umeris accomodat alas  
 perque nouum timide corpora librat iter.  
 iamque uolaturus paruó dedit oscula nato,  
 nec patriae lacrimas continuere genae. 70  
 monte minor collis, campis erat altior aequis:  
 hinc data sunt miserae corpora bina fugae.  
 et mouet ipse suas et nati respicit alas  
 Daedalus et cursus sustinet usque suos.  
 iamque nouum delectat iter; positoque timore 75  
 Icarus audaci fortius arte uolat.  
 hos aliquis, tremula dum captat harundine pisces,  
 uidit, et inceptum dextra reliquit opus.  
 iam Samos a laeua, (fuerant Naxosque relictæ  
 et Paros et Clario Delos amata deo) 80  
 dextra Lebynthos erat siluisque umbrosa Calymne  
 cinctaque piscosis Astypalaea uadis;  
 cum puer, incautis nimium temerarius annis,  
 altius egit iter deseruitque patrem.  
 uincla labant, et cera deo propiore liquescit; 85  
 nec tenues uentos brachia mota tenent.  
 territus a summo dispexit in aequora caelo:  
 nox oculis pauído uenit oborta metru.  
 tabuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos,  
 et trepidat, nec quo sustineatur habet. 90  
 decidit, atque cadens 'pater o, pater, auferor' inquit.  
 clauserunt uirides ora loquentis aquae.  
 at pater infelix, nec iam pater, 'Icare' clamat,  
 'Icare,' clamat 'ubi es quoque sub axe uolas?'  
 'Icare' clamabat: pinnas adspexit in undis. 95  
 ossa tegit tellus; aequora nomen habent.  
 non potuit Minos hominis conspescere pinnas:  
 ipse deum uolucrum detinuisse paro.  
 fallitur, Haemonias siquis decurrit ad artes  
 datque quod a teneri fronte reuellit equi. 100  
 non facient, ut uiuat amor, Medeides herbae  
 mixtaque cum magicis nenia Marsa sonis.  
 Phasias Aesoniden, Circe tenuisset Vlixem,  
 si modo seruari carmine posset amor.  
 nec data profuerunt pallentia philtro puellis: 105  
 philtro nocent animis uimque furoris habent.  
 sit procul omne nefas. ut ameris, amabilis esto;  
 quod tibi non facies soluae forma dabit,  
 sis licet antiquo Nireus adamatus Homero  
 Naiadumque tener crimine raptus Hylas. 110  
 ut dominam teneas nec te mirere relictum,  
 ingenii dotes corporis adde bonis.  
 forma bonum fragile est, quantumque accedit ad  
 annos,  
 fit minor et spatio carpitur ipsa suo.  
 nec uiolae semper nec hiantia lilia florent, 115  
 et riget amissa spina relictia rosa.  
 et tibi iam uenient cani, formosæ, capilli,  
 iam uenient rugae quae tibi corpus arent.  
 iam molire animum qui duret, et adstrne formæ:  
 solus ad extremos permanet ille rogos. 120  
 nec leuis ingenuas pectus coluisse per artes  
 cura sit et linguas edidicisse duas.  
 non formosus erat, sed erat facundus Vlixes,  
 et tamen aequoreas torsit amore deas.  
 o quotiens illum doluit properare Calypso 125  
 remigioque aptas esse negauit aquas!  
 haec Troiae casus iterumque iterumque rogabat:  
 ille referre aliter saepe solebat idem.

II 18 orbe uulg., hoste R. 32 egressus R, et egressus Guelf. 42 sunt uulg., sint R. 77, 78 om. Merk. cum R qui tamen habet inuerso ordine post 103. 79 fuerat R, fuerat R man. sec. 87 dispexit R, despexit uulg. 94 quoque R, quoque uulg. 115 nec hiantia codd. aliquot Heinsii, nec hyacinthina sed hyc eras. et apollinea superscript R, semperue hyacinthina Heins. 109 sis codex Moreti, Heins., sit uulg. 119 iam codd., tu Mueller.



litore constiterant. illic quoque pulchra Calypso exigit Odrysii fata creueta ducis. 130	arguet : arguito ; quicquid probat illa, probato. quod dieet, dicas ; quod negat illa, neges. 200
ille leui uirga (uirgan nam forte tenebat), quod rogat, in spisso litore pingit opus.	riserit : adride ; si flebit, flere memento.
'haec' inquit 'Troia est,' (muros in litore fecit) 'hic tibi sit Simois : haec mea castra puta.	inponat leges multibus illa tuis.
campus erat,' (campumque facit) 'quem caede Do- lonis 135	seu ludet numerosque manu iactabit eburnos, tu male iactato, tu male iacta dato ; seu iacies talos, uictam ne poena sequatur, 205
sparsimus, Haemonius dum uigil optat equos. ille Sithonii fuerat teutoria Rhesi ; hae ego sum, captis nocte, reuictus equis.'	damnosi facito stent tibi saepe canes ; sine latrocinii sub imagine calculus ibit, fac pereat uitreo miles ab hoste tuus.
pluraque pingebat, subitus eum Pergama fluctus abstulit et Rhesi cum duce castra suo. 140	ipse tene distenta suis umbraeula uirgis ; ipse fac in turba, qua uenit illa, locum. 210
tum dea 'quas' inquit 'fidus tibi eredis ituro, perdiderint uidae nomina quanta, uides ?'	nec dubita tereti saeuumum producere lecto, et tenero soleam deme uel adde peli.
ergo age, fallaci timide confide figurae, quisquis es, aut aliquod corpore pluris habe.	saepe etiam dominae, quamuis horrebis et ipse, argenti manus est calfacienda sinu.
dextera praecipue capid indulgentia uentes ; 145	nec tibi turpe puta (quamuis sit turpe, placebit) ingenua speculum sustinuisse manu. 216
asperitas odium saeuaque bella monet. odinus accipitrem, quia uiuit semper in armis, et pauidum solitos in pecus ire lupos.	ille, fatigata praebendo monstra nouerca, qui meruit caelum, quod prior ipse tulit, inter Ioniaeas calathum tenuisse puellas creditor et lanas excoluisse rudes. 220
at caret insidiis hominum, quia mitis, hirundo, quasque colat turres Chaonias ales habet. 150	paruit imperio dominae Tiryntius heros : i nunc et dubita ferre quod ille tulit.
este procul, lites et amarae proelia linguae : doleibus est uerbis mollis alendus amor.	inssus ade se foro inssa maturis hora fac semper uenias, nec nisi serus abi.
lite fugent nuptaeque uiros nuptasque mariti inque uicem credant res sibi semper agi.	'occurras aliquo' tibi dixerit : omnia differ ; 225
hoc decet uxores ; dos est uxoria lites ; audiat optatos semper amica suos.	enrre, nec inceptum turba moretur iter. nocte domum repetens epulis perfubeta ridibit : tunc quoque pro sermo, si uocat illa, ueni.
non legis iussu lectum uenistis in unum ; fungitur in uobis munere legis amor.	rure erit, et dieet 'uenias' : Amor odit inertes ; si rota defuerit, tu pede carpe uiam. 230
blanditias molles aurenque inuauit uerba adfer, ut aduentu laeta sit illa tuo. 160	nec graue te tempus sitiensque t'ancula tardet nec uia per iactas candida facta uines.
non ego diuitibus uenio praeeceptor amandi : nil opus est illi, qui dabit, arte uca.	militiae species amor est. discedite, sergnes : non sunt haec timidis signa tuenda uiris.
secum habet ingenium, qui, cum libet, 'accipe' dicit.	nox et hiemps longaeque uiae saenique dolores 235
cedimus : inuentis plus placet ille meis. pauperibus uates ego sum, quia pauper amati : 165	mollibus his castris et labor omnis inest. saepe ferens imbrem caelestis nube solumum, frigidus et nuda saepe iacebis humo.
cum dare non possem munera, uerba dabam. pauper amet caute, timeat maledicere pauper, multaque diuitibus non patienda ferat.	Tynthius Admeti uacuas puuisse Pheraei fertur et in parua delituisse casa. 240
me uemini iratum dominae turbasse capillos : haec mihi quam multos abstulit ita dies ! 170	quod Phoebum decuit, quem non decet ? exue fastus, curam mansuri quisquis amoris habes.
nec puto nec sensi tunicam laniasse ; sed ipsa dixerat, et pretio est illa redempta meo.	si tibi per tutum planumque negabitur ire, atque erit opposita ianna fulta sera,
at uos, si sapitis, uestri peccata magistri effugite et culpae damna tuncete meae.	at tu per praeeptis tecto delabere aperto ; 245
proelia cum Parthis, cum eulta pax sit amica 175	det quoque furtinas alta fenestra uias. lacta erit, et eausam tibi se sciet esse pericli ; hoc dominae certi pignus amoris erit.
si nec blanda satis nec erit tibi comis amanti, perfer et obdura : postmodo mitis erit.	saepe tua poteris, Leandre, ererere puella : transnabas, animum nosset ut illa tuum. 250
flectitur obsequio curuatus ab arbore ranius ; frangis, si uires experiere tuas. 180	nec pudor ancillas, ut quaeque erit ordine prima, nec tibi sit sermos demeruisse pudor.
obsequio tranantur aquae ; nec uincere possis flumina, si contra quam rapit unda uates.	uonime quemque suo (nulla est iactura) saluta : iunge tuis humiles ambitiose manus.
obsequium tigrisque domat Numidasque leones. rustica paulatim taurus aratra subit. 185	sed tamen et seruo (leuis est impensa) roganti 255
quid fuit asperius Nouaerina Atalanta ? subeubuit meritis trux tamen illa uiri.	porrige Fortunae munera parua die : porrige et ancillae, qua poenas luce pependit lusa maritali Gallaea ueste manus.
saepe suos casus nec mitia facta puellae flesse sub arboribus Milaniona ferunt.	fac plebem, mihi crede, tnam. sit semper in illa ianitor et thalami qui iacet ante fores. 260
saepe tulit inso fallacia retia collo ; saepe fera toruus cuspidi fixit apros ; 190	nec dominam iubeo pretioso munere dones : parua, sed e parnis callidus apta dato.
sensit et Ilylaei contentum sancius arcum : sed tamen hoc aren notior alter erat.	dum bene diues ager, dum rami pondere nutant, adferat in calatho rustica dona puer.
non te Maenalias armatum scandere siluas nec iubeo collo retia ferre tuo.	rure suburbano poteris tibi dicere missa, 265
pectora nec missis iubeo praebere sagittis : 195	illa uel in Sacra sint licet eupta Via. adferat aut uuas, aut quas Amaryllis amabat, at nunc cautaecas non amat illa uices,
cede repugnanti : cedendo uictor abibis ; fae modo quas partis illa iubebit agas.	quin etiam turdoque licet missaque columba te memorem dominae testificere tuae. 270

II 138 nocte uulg., noctem R in ras., macte Merk. 144 atque uulg., aul corr. ex hand R. 196 cauta R, cauto Heins., caute Merk. 198 cas R. 217 fatigata—nouerca Madv. (adu. crit. t. ii p. 78), fatigatae—nouercae codd. praebendo R, perdendo codd. 227 epulis uulg., epula R, epulo Heins. 243 planumque uulg., placidamque R Guelf. 247 et R, ut uulg., sciet codd., seire Merk. 268 nunc codd., nisi Riese. 269 corona R.

turpiter his emitur spes mortis et orba senectus,  
 a, pereant, per quos munera crimen habent!  
 quid tibi praecipiam teneros quoque mittere uersus?  
 ei mihi, non multum carmen honoris habet.  
 carmina laudantur, sed munera magna petuntur:  
 dummodo sit diues, barbarus ipse placet. 276  
 aurea sunt uere nunc saecula. plurimus auro  
 uenit honos; auro conciliatur amor.  
 ipse licet uenias Musis comitatus, Homere,  
 si nihil attuleris, ibis, Homere, foras. 280  
 sunt tamen et doctae, rarissima turba, puellae:  
 altera non doctae turba, sed esse uolunt.  
 utraque laudetur per carmina; carmina lector  
 commendat dulci qualiacumque sono.  
 his ergo aut illis uigilatum carmen in ipsas  
 forsitan exigui numeris instar erit. 285  
 at quod eris per te facturus et utile credis,  
 id tua te facito semper amica roget.  
 libertas alicui fuerit promissa tuorum:  
 hanc tamen a domina fac petat ille tua. 290  
 si poenam seruo, si uincula saeuia remittis,  
 quod facturus eras, debeat illa tibi.  
 utilitas tua sit; titulus donetur amicae.  
 perde nihil; partis illa potentis agat.  
 sed te, cnicumque est retinendae cura puellae,  
 attonitum forma fac putet esse sua. 295  
 siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus;  
 siue erit in Cois, Coa decere puta.  
 aurata est: ipso tibi sit pretiosior auro.  
 gausapa si sumit, gausapa sumpta proba. 300  
 adstiterit tunicata: 'moues incendia' clama,  
 sed timida, caueat frigora, uoce roga.  
 compositum discrimen erit: discrimina lauda;  
 torsit igne comam: torte capille, place.  
 brachia saltantis, uocem mirare canentis, 305  
 et, quod desiderit, uerba querentis habe.  
 ipsos concubitus, ipsum uenerere licebit  
 quod iuuat, et quaedam gaudia noctis habe.  
 ut fuerit torua uolentior illa Medusa,  
 fiet amatori lenis et aequa suo. 310  
 tantum, ne pateas uerbis simulator in illis,  
 effice, nec uultu destrue dicta tuo.  
 si latet ars, prodest; adfert deprensa pudorem  
 atque adimit merito tempus in omne fidem.  
 saepe sub autumnum, cum formosissimus annus,  
 plenaque purpureo subrubet uua mero, 316  
 cum modo frigoribus premitur, modo soluitur aestu,  
 aere non certo, corpora languor habet.  
 illa quidem ualeat. sed si male firma cubabit  
 et uitium caeli senserit aegra sui, 320  
 tunc amor et pietas tua sit manifesta puellae;  
 tum serc, quod plena postmodo falce metas.  
 nec tibi morosi ueniant fastidia morbi,  
 perque tuas fiant, quae sinet ipsa, manus.  
 et uideat flentem, nec taedeat oscula ferre, 325  
 et sicco lacrimas conbibat ore tuas.  
 multa uoue, sed cuncta palam; quotiensque libebit,  
 quae referas illi, somnia laeta uide.  
 et ueniat quae lustret anus lectumque locumque,  
 praeferat et tremula sulphur et ona manu. 330  
 omnibus his inerunt grateae uestigia curae;  
 in tabulas multis haec uia fecit iter.  
 nec tamen officiis odium quaeratur ab aegra:  
 sit suus in blanda sedulitate modus. 335  
 neue cibo prohibe, nec amari pocula suci  
 porrige: rualis miscere illa tuus.  
 sed non quo dederas a litore carbasa uento,  
 utendum, medio cum potiere freto.  
 dum nouus errat amor, uires sibi colligat usu:  
 si bene nutrieris, tempore firmus erit. 340  
 quem taurum metuis, uitulum mulcere solebas;  
 sub qua nunc recubas arbore, uirga fuit.  
 nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo,  
 quaque uenit, multas accipit annis aquas.  
 fac tibi consuecat: nil aduuetudine maius: 345  
 quam tu dum capias, taedia nulla fuge.  
 te semper uideat, tibi semper praebet aures;  
 exhibeat uultus noxque diesque tuos.  
 cum tibi maior erit fiducia, posse requiri,  
 cum procul absenti cura futurus eris, 350  
 da requiem. requietus ager bene credita reddit,  
 terraque caelestes arida sorbet aquas.  
 Phyllida Demophoon praesens moderatius ussit;  
 exarsit uelis acrius illa datis.  
 Penelopen absens sollers torquebat Vlixes. 355  
 Phylacides aberat, Laudamia, tuus.  
 sed mora tuta breuis. lentescunt tempore curae,  
 uanescitque absens et nouus intrat amor.  
 dum Menelaus abest, Helene, ne sola iaceret,  
 hospitis est tepido nocte recepta sinu. 360  
 qui stupor hic, Menelae, fuit? tu solus abibas;  
 idem sub tectis hospes et uxor erant.  
 accipit timidas credis, furiose, columbas;  
 plenum montano credis ouile lupo.  
 nil Helene peccat, nihil hic committit adulter: 365  
 quod tu, quod faceret quilibet, ille facit.  
 cogis adulterium dando tempusque locumque.  
 quid nisi consilio est usa puella tuo?  
 quid faciat? uir abest, et adest non rusticus hospes,  
 et timet in uacuo sola cubare toro. 370  
 uiderit Atrides: Helenen ego crimine soluo;  
 usa est humani commoditate uiri.  
 sed neque fuluus aper media tam saeuus in ira est,  
 fulmineo rabidos cum rotat ore canes,  
 nec lea, cum catulis lactantibus ubera praebet, 375  
 nec breuis ignaro uiperam laesa pede,  
 femina quam socii deprensa paelice lecti  
 ardet, et in uultu dignora mentis habet.  
 in ferrum flammisque ruit positoque decore  
 fertur, ut Aonii cornibus icta dei. 380  
 coniugis admissum uiolataque iura marita est  
 barbara per natos Phasias ulta suos.  
 altera dira parens haec est, quam cernis, hirundo:  
 adspice, signatum sanguine pectus habet.  
 hoc bene compositos, hoc firmos soluit amores: 385  
 crimina sunt cautis ista timenda uiris.  
 nec mea uos uni damnat censura puellae:  
 di melius! uix hoc nupta tenere potest.  
 ludite, sed furto celetur culpa modesto:  
 gloria peccati nulla petenda sui est. 390  
 nec dederis munus, cognosse quod altera possit,  
 nec sint nequitiae tempora certa tuae.  
 et, ne te capiat latebris sibi femina notis,  
 non uno est omnis conuenienda loco.  
 et quotiens scribes, totas prius ipse tabellas 395  
 inspice: plus multae, quam sibi missa, legunt.  
 laesa Venus iusta arma monet telumque remittit,  
 et, modo quod quæsta est, ipse querare, facit.  
 dum fuit Atrides una contentus, et illa  
 casta fuit; uitio est improba facta uiri. 400  
 audierat lanrumque manu uitatasque ferentem  
 pro nata Chrysen non ualuisse sua:  
 audierat, Lyrnesi, tuos, abducta, dolores,  
 bellaque per turpis longius isse moras.  
 haec tamen audierat. Priameida uiderat ipsa:  
 uictor erat praedae praeda pudenda suae. 406  
 inde Thyestiaden animo thalamoque recepit,  
 et male peccantem Tyndaris ulta uirum.  
 quae bene celaris, siquae tamen acta patebunt,  
 illa, licet pateant, tu tamen usque nega. 410  
 tum neque subiectus, solito nec blandire esto:  
 haec animi multum signa nocentis habent;

II 276 ipse uulg., ille R Guelf. 300 sumit R, sumpsit Charisius, Priscian. 308 locus nondum sanatus.  
 quaedam R, praedam Merk. laudi Housman. quae dat—habet Ehw. 330 sulphor R. 356 Laudamia R. 361 qui R,  
 quis uulg. 375 lactantibus R, lactentibus uulg. Charis. 377 quam uulg., cum R. 381-4 proscriptis Merk. 381 marita  
 est R, marita Koch, maritae uulg. 383 est codd., en Mueller. 387 damnat uulg., donat R Guelf. 391 possit uulg.,  
 posset R.

sed lateri ne parce tuo : pax omnis in uno est :  
 concubitu prior est infitianda Venus.  
 sunt quae praecipiant herbas, satureia, nocentis 415  
 sumere ; iudicis ista uenena meis.  
 aut piper urticae mordacis semine miscent  
 tritaque in annoso flaua pyrethra mero.  
 sed dea non patitur sic ad sua gaudia cogi,  
 colle sub umbroso quam tenet altus Eryx. 420  
 candidus, Alcaethoi qui mittitur urbe Pelasga,  
 bulbus et ex horto quae uenit herba salax,  
 onaque sumantur, sumantur Hymettia mella,  
 quasque tulit folio pinus acuta nuces.  
 docta, quid ad magicas, Erato, deuenteris artes? 425  
 interior curru meta terenda meo est.  
 qui modo celabas monitu tua crimina nostro,  
 flecte iter et monitu detege furta meo.  
 nec leuitas culpanda mea est. non semper eodem  
 inpositos uento panda carina uehit. 430  
 nam modo Threicio Borea, modo currimus Euro ;  
 saepe tument Zephyro lintea, saepe Noto.  
 adspice ut in curru modo det fluitantia rector  
 lora, modo admissos arte retentet equos.  
 sunt quibus ingrate timida indulgentia seruit, 435  
 et, si nulla subest aemula, languet amor.  
 luxuriant animi rebus plerumque secundis,  
 nec facile est aequa commoda mente pati.  
 ut leuis absumptis paulatim uiribus ignis  
 ipse latet, summo canet in igne cinis, 440  
 sed tamen extinctas admoto sulphure flammam  
 inuenit, et lumen, quod fuit ante, reddit :  
 sic, ubi pigra situ securaque pectora torpent,  
 acerbis est stimulis eliciendus amor.  
 fac timeat de te, tepidamque recalface mentem : 445  
 palleat indicio criminis illa tui.  
 o quater et quotiens numero comprehendere non est  
 felicem, de quo laesa puella dolet ;  
 quae, simul inuitas crimen peruenit ad aures,  
 excidit, et miserac uoxque colorque fugit. 450  
 ille ego sim, cuius laniet furiosa capillos ;  
 ille ego sim, teneras cui petat ungue genas,  
 quem uideat lacrimans, quem torrens spectet ocellis,  
 quo sine non possit uiuere, posse uelit.  
 si spatium quaeras, breue sit, quod laesa queratur,  
 ne lenta uires colligat ira mora. 455  
 candida iamdudum cingantur colla lacertis,  
 inque tuos flens est accipienda sinus.  
 oscula da flenti, Veneris da gaudia flenti :  
 pax erit. hoc uno soluitur ira modo. 460  
 cum bene saenerit, cum certa uidebitur hostis,  
 tum pete concubitus foedera : mitis erit.  
 illic depositis habitat Concordia telis ;  
 illo, crede mihi, Gratia nata loco est.  
 quae modo pugnarunt, iungunt sua rostra columbae,  
 quarum blanditias uerbaque murmur habet. 466  
 prima fuit rerum confusa sine ordine moles,  
 unaque erat facies sidera, terra, fretum.  
 mox caelum inpositum terris, humus aequore cineta  
 est,  
 inque suas partes cessit inane chaos. 470  
 silua feras, uolucres aer accepit habendas ;  
 in liquida, pisces, delituitis aqua.  
 tum genus humanum solis errabat in agris,  
 idque mrae uires et ride corpus erat ;  
 silua domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes ; 475  
 iamque diu nulli cognitus alter erat.  
 blanda truces animos fertur mollesse nuptas,  
 constitantur uno femina uirque loco.  
 quid facerent, ipsi nullo didicere magistro :  
 arte Venus nulla dulce peregit opus. 480  
 ales habet, quod amet ; cum quo sua gaudia iungat,  
 inuenit in media femina piscis aqua.  
 cerua parem sequitur, serpens serpente tenetur :

haeret adulterio cum cane nexa canis :  
 lacta salitur ouis ; tauro quoque laeta iuuenca est :  
 sustinet immundum sima capella marem : 486  
 in furias agitantur equae, spatioque remota  
 per loca diuiduos anne sequuntur equos.  
 ergo age et iratae medicamina fortia praeb.  
 illa feri requiem sola doloris habent, 490  
 illa Machaonios superant medicamina sucos ;  
 his, ubi peccaris, restituendus eris.  
 haec ego cum canerem, subito manifestus Apollo  
 mouit inauratae pollice fila lyrae.  
 in manibus laurus, sacris induta capillis 495  
 laurus erat. uates ille uidentus adit.  
 is mihi 'lasciui' dixit 'praeceptor Amoris,  
 due, age, discipulos ad mea templa tuos,  
 est ubi diversum fama celebrata per orbem  
 littera, cognosei quae sibi quemque iubet. 500  
 qui sibi notus erit, solus sapienter amabit  
 atque opus ad uires exigit omne suas.  
 cui faciem natura dedit, spectetur ab illa ;  
 cui color est, uero saepe patente cubet ;  
 qui sermone placet, taciturna silentia uitet ; 505  
 qui canit arte, canat ; qui bibit arte, bibat.  
 sed neque declament melio sermone disertii,  
 nec sua non sanus scripta poeta legat.'  
 sic monuit Phoebus : Phoebio parete monenti.  
 certa dei sacro est latus in ore lides. 510  
 ad propiora uocor. quisquis sapienter amabit,  
 inuicet, et e nostra, quod petet, arte feret.  
 eredita non semper sulci eum fauore reddunt,  
 nec semper dubias adiunat aura rates.  
 quod inuat, exiguum ; plus est, quod laedat amantes.  
 proponant animo multa ferenda suo. 516  
 quot lepores in Atho, quot apes pascentur in Ilybia,  
 caerulea quot bacas Palladis arbor habet,  
 litore quot conchae, tot sunt in amore dolores,  
 quae patimur, multo spicula felle madent. 520  
 dicta erit isse foras, quam tu fortasse uidebis :  
 isse foras et te falsa uidere puta.  
 clausa tibi fuerit promissa ianua nocte :  
 perfer et inmundi ponere corpus humo.  
 forsitan et nultu mendax aneilla superbo 525  
 dicet 'quid nostras obsidet iste foellus ?'  
 postibus et durae supplex blandire puellae,  
 et capiti demptas in fore pone rosas.  
 cum uolet, accedes ; cum te uitabit, abibis.  
 dedecet ingenuos taedia ferre sui. 530  
 'elligere hunc non est' quare tibi possit amica  
 dicere ? non omni tempore sensus obest.  
 nec maledicta puta nec uerbera ferre puellae  
 turpe, nec ad teneros oscula ferre pedes.  
 quid moror in paruis ? animus maioribus instat. 535  
 magna canam : toto pectore, milibus, ades.  
 ardua molimur ; sed nulla, nisi ardua, uirtus :  
 dillicilis nostra poscitur arte labor.  
 riualem patienter habe : uictoria tecum  
 stabit ; eris magni uictor in arce Iouis. 540  
 haec tibi non hominem, sed quereus crede Pelasgas  
 dicere : nil istis ars mea maius habet.  
 innuet illa : feras ; scribet : ne tange tabellas ;  
 unde uolet, ueniat, quoque libebit, eat. 545  
 hoc in legitima praestant iuxta mariti,  
 eum, tener, ad partes tu quoque, somme, nemis.  
 haec ego, confiteor, non sum perfectus in arte.  
 quid faciam ? monitis sum minor ipse meis.  
 mene palam nostrae det quisquam signa puellae,  
 et patiar, nec me quolibet ira ferat ? 550  
 oscula uir dederat, memini, suus : oscula questus  
 sum data. barbaria noster abundat amor.  
 non semel hoc uitium nocuit mihi. doctior ille,  
 quo ueniunt alii conciliante uiro.  
 sed melius nescisse fuit. sine furta tegantur, 555

II 413 ita interpunxit Vahlen. est om. Merk. 415 quae R, qui uulg. 425 medicas cod. unus, Heins. 495 induta R, inducta uulg. 496 adit uulg., abit R, agit Heins. 521 quam codd., quom Riese. uidebis Gueff., uideres R. 531 quare codd., cane ne Heins. 532 obest R, abest Gueff., adest Heins. 540 in arce uulg., in arte Hertzburg, ab arte Elw., in orbe R. 550 feret codd. 552 lentus obes Postgate. 554 uiro codd., uiri Bentl.

ne fugiat ficto fassus ab ore pudor.  
 quo magis, o iuuenes, deprendere parcite uestras.  
 peccant; peccantes uerba dedisse putent.  
 crescit amor prenis. ubi par fortuna duorum est,  
 in causa damni perstat uterque sui. 560  
 fabula narratur toto notissima caelo  
 Mulciberis capti Marsque Venusque dolis.  
 Mars pater insano Veneris turbatus amore  
 de duce terribili factus amator erat.  
 nec Venus oranti (neque enim dea mollior ulla est)  
 rustica Gradiuo difficilisque fuit. 566  
 a, quotiens lasciua pedes risisse mariti  
 dicitur et duras igne uel arte manus!  
 Marte palam simul est Vulcanum imitata: decebat,  
 multaue cum forma gratia mixta fuit. 570  
 sed bene concubitus primo celare solebant.  
 plena uerecundi culpa pudoris erat.  
 indicio Solis (quis Solem fallere possit?)  
 cognita Vulcano coniugis acta suae.  
 quam mala, Sol, exempla moues? pete munus ab  
 ipsa: 575  
 et tibi, si taceas, quod dare possit, habet.  
 Mulciber obscuros lectum circaque superque  
 disponit laqueos: lumina fallit opus.  
 fingit iter Lemnum: ueniunt ad foedus amantes;  
 impliciti laqueis nudus uterque iacent. 580  
 conuocat ille deos; praebent spectacula capti;  
 uix lacrimas Venerem continuisse putant.  
 non uultus texisse suos, non denique possunt  
 partibus obscenis obposuisse manus.  
 hic aliquis ridens 'in me, fortissime Mauors,  
 si tibi sunt oneri, uincula transfer' ait.  
 uix precibus, Neptune, tuis captiua resoluuit  
 corpora: Mars Threcen occupat, illa Paphum.  
 hoc tibi perfecto, Vulcane, quod ante tegebant,  
 liberi faciunt, ut pudor omnis abest. 590  
 saepe tamen demens stulte fecisse fateris,  
 teque ferunt artis paenituisse tuae.  
 hoc uetiti uos este. uetat deprensa Dione  
 insidias illas, quas tulit ipsa, dare.  
 nec uos riuali laqueos disponite, nec uos  
 excipite arcana uerba notata manu. 595  
 ista uiri captent, si iam captanda putabunt,  
 quos faciet iustos ignis et unda uiros.  
 en, iterum testor: nihil hic nisi lege remissum  
 luditur; in nostris instita nulla iocis. 600  
 quis Cereris ritus ausit uulgare profanis,  
 magnaue Threicia sacra reperta Samo?  
 exigua est uirtus praestare silentia rebus;  
 at contra grauis est culpa tacenda loqui.  
 o bene, quod frustra captatis arbore pomis  
 garrulus in media Tantalus aret aqua!  
 praecipue Cytherea iubet sua sacra taceri:  
 admoneo, ueniat ne quis ad illa loquax,  
 condita si non sunt Veneris mysteria cistis,  
 nec caua aeaenis ictibus aera sonant, 610  
 attamen inter nos medio uersantur in usu,  
 sed sic, inter nos ut latuisse uelint.  
 ipsa Venus pubem, quotiens uelamina ponit,  
 protegitur laeua semireducta manu.  
 in medio passimque coit pecus. hoc quoque uiso  
 auertit uultus saepe puella suos. 616  
 conueniunt thalami furtis et ianua nostris,  
 parsque sub iniecta ueste pudenda latet;  
 et si non tenebras, at quiddam nubis opacae  
 quaerimus atque aliquid luce patente minus. 620  
 tunc quoque, cum solem nondum prohibebat et  
 imbrem

tegula, sed quercus tecta eibumque dabat,  
 in nemore atque antris, non sub Ioue, iuncta  
 uoluptas:  
 tanta rudi populo cura pudoris erat.  
 at nunc nocturnis titulos inponimus actis, 625  
 atque emittit magno nil nisi posse loqui.  
 scilicet excuties omnis ubiquaque puellas,  
 culibet ut dicas 'haec quoque nostra fuit'?  
 ne desint quas tu digitis ostendere possis,  
 ut quamque adtigeris, fabula turpis erit? 630  
 parua queror. fingunt quidam, quae uera negarent,  
 et nulli non se concubuisse ferunt.  
 corpora si nequeunt, quae possunt, nomina tangunt,  
 famaue non tacto corpore crimen habet.  
 i nunc, claude fores, custos odiose, puellae 635  
 et centum duris postibus obde seras.  
 quid tuti superest, cum nominis extat adulter,  
 et credi, quod non contigit esse, cupit?  
 nos etiam ueros parce profiteamur amores,  
 tectaque sunt solida mystica furta fide. 640  
 praecite praecipue uitia exprobrare puellis,  
 utile quae multis dissimulasse fuit.  
 nec suus Andromedae color est obiectus ab illo,  
 mobilis in gemino cui pede pinna fuit.  
 omnibus Andromache uisa est spatiosior aequo:  
 unus, qui modicam diceret, Hector erat. 646  
 quod male fers, aduesce: feres bene. multa uetustas  
 lenit; at incipiens omnia sentit amor.  
 dum nouus in uiridi coalescit cortice ramus,  
 concutiat tenerum quaelibet aura, cadet: 650  
 mox etiam uentis, spatio durata, resistet,  
 firmaque adoptiuas arbor habebit opes.  
 eximit ipsa dies omnis et corpore mendas,  
 quodque fuit uitium, desinit esse mora.  
 ferre nouae nares taurorum terga recusant; 655  
 adsiduo domitas tempore fallit odor.  
 nominibus mollire licet mala. fusca uocetur,  
 nigrior Illyrica cui pice sanguis erit:  
 si paeta est, Veneri similis: si raua, Mineruae;  
 sit gracilis, macie quae male uina sua est. 660  
 dic habilem, quaecumque breuis; quae turgida,  
 plenam;  
 et lateat uitium proximitate boni.  
 nec quotus annus eat, nec quo sit nata, require,  
 consule, quae rigidus muneris censor habet:  
 praecipue si flore caret, meliusque peractum 665  
 tempus, et albentes iam legit illa comas.  
 utilis, o iuuenes, aut haec aut serior aetas:  
 iste fert segetes, iste serendus ager.  
 dum uires annique sinunt, tolerate labores;  
 iam ueniet tacito curua senecta pede. 670  
 aut mare renigiis aut uomere findite terras  
 aut fera belligeras addite in arma manus,  
 aut latus et uires operamque adferte puellis:  
 hoc quoque militia est, hoc quoque quaerit opes.  
 adde quod est illis operum prudentia maior, 675  
 solus et artifices qui facit, usus adest.  
 illae munditiis annorum damna rependunt,  
 et faciunt cura, ne uideantur anus.  
 utque uelis, Venerem iungunt per mille figuras:  
 inuenit plures nulla tabella modos. 680  
 illis sentitur non irritata uoluptas.  
 quod iuuet, ex aequo femina uirque ferant.  
 odi concubitus, qui non utrumque resoluunt.  
 hoc est cur pueri tangar amore minus.  
 odi quae praebet, quia sit praebere necesse, 685  
 siccaque de lana cogitat ipsa sua.  
 quae datur officio, non est mihi grata uoluptas:

II 556 ficto Madv. (adu. crit. t. ii p. 78), uicto codd. fassus R, lacus R ex corr., tonsus Guelf. 569 simul codd., semel Merk. 571 primo R, primos uulg. 577 lecto R. 589 perfecto R, profectum Heins., profecto Guelf. tegebant uulg., gerebant R. 590 ut R, et uulg. 592 artis R pro uar. ser., ite R, irae uulg. 593 uetiti uos esse R, corr. Ehw., uetui. uos ecce uulg. 611 haud tamen Heusinger, Madv., at sic Housman. 612 se tamen inter nos Housman. 616 saepe codd., nempe Bentl. 633 tangunt R Guelf., tractant R pro uar. ser. 651 etiam R Guelf., eadem R pro uar. ser. 653 eximit R, eximet uulg., omnis R. 659 paeta uulg., leta Guelf., crasia R, crassa Merk. si straba, sit Bentl. (straba iam Heins.) Veneri uulg., ueneris R. raua Heins., parua R, flaua R in marg., fulua Guelf., torua Merk. 666 legit aliquot codd., legit R. 669-674 post 702 ponit Mueller. 676 ita interpunxit Housman.

officium faciat nulla puella mihi.		crede mihi, non est Veneris properanda uoluptas,	
me uoces audire iuuat sua gaudia fassas ;		sed sensim tarda proficienda mora.	
utque morer memet sustineamque roget.	690	cum loca reppereris, quae tangi femina gaudet,	
adspiciam dominae uictos amentis ocellos :		non obstat, tangas quo minus illa, pudor.	720
langucat, et tangi se uetet illa diu.		adspicies oculos tremulo fulgore micantes,	
haec bona non primae tribuit natura iuuentae,		ut sol a liquida saepe refulget aqua.	
quae cito post septem lustra uenire solent.		accedent questus, accedet amabile murmur	
qui properant, noua musta bibant ; mihi fundat		et dulces gemitus aptaque uerba ioco.	
autum	695	sed neque tu dominam uelis maioribus usus	725
consulibus priscis condita testa merum.		desine, nec cursus antecat illa tuos.	
nec platanus, nisi sera, potest obsistere Phocho,		ad metam properate simul. tum plena uoluptas,	
et laedunt nudos prata nouella pedes.		cum pariter uicti femina uirque iacent.	
scilicet Hermionem Helenae praepondere posses ?		hic tibi seruandus tenor est, cum libera dantur	
et melior Gorge quam sua mater erat ?	700	otia, furtiuum nec timor urget opus.	730
at Venerem quicumque uoles adtingere scram,		eum mora non tuta est, totis incumbere remis	
si modo duraris, praemia digna feras.		utile et admissio subdere calcare equo.	
conscius, ecce, duos accepit lectus amantes :		finis adest operi. palmam date, grata inuentus,	
ad thalami clausas, Musa, resiste fores.		sertaque odoratae myrtea ferte comae.	
sponte sua sine te celeberrima uerba loquuntur,	705	quantus apud Danaos Podalirius arte medendi,	735
nec manus in lecto laeua iacabit iners.		Aeacides dextra, pectore Nestor erat,	
inuenient digiti, quod agant in partibus illis,		quantus erat Calchas extis, Telamonijs armis,	
in quibus occulte specula tingit Amor.		Automedon curn, tantus amator ego.	
fecit in Andromache prius hoc fortissimus Hector,		me uatem celebrare, uiri ; mihi dicite laudes,	
nec solum bellis utilis ille fuit.	710	cantetur toto nomen in orbe meum.	740
fecit et in capta Lyrneside magnus Achilles,		arma dedi uobis ; dederat Vulcanus Achilli :	
eum premeret mollem lassus ab hoste torum.		uincite numeribus, uicit ut ille, datus,	
illis te manibus tangi, Brisei, sinelbas,		sed quicumque meo superarit Amazona ferro,	
inbutae Phrygia quae nece semper erant ;		inscribat spolijs NASO MAGISTER ERAT.	
aut fuit hoc ipsum, quod te, lasciuia, iuaret,	715	ecce, rogant tenerae, sibi dem praeepta, puellae :	
ad tua uictrices membra uenire manus ?		uos eritis chartae proxima cura meae.	746

## LIBER TERTIVS

Arma dedi Danais in Amazonas : arma supersunt,		panaque, si quaeras, erimina fraudis habent.	
quae tibi dem et turmae, Penthesilea, tuae.		Phasida, iam matrem, fallax dimisit Iaso :	
ite in bella pares. uincant, quibus alma Dione		uenit in Aesonios altera nupta sinus.	
fauerit et toto qui uolat orbe puer.		quantum in te, Theseu, uolucres Ariadna marinas	
non erat armatis aequum concurrere nudas :	5	paui, in ignoto sola relicta loco !	36
sic etiam uobis uincere turpe, uiri.		quaere, nouem eni una uiae dicantur, et audi	
dixerit e multis aliquis ' quid uirus in anguis		depositis siluas Phyllida flesse comis.	
adscis et rabidae tradis ouile lupae ? '		et fumam pietatis habet, tamen hospes et ense	
pareite paucarum diffundere crimen in omnes :		praebuit et causam mortis, Elissa, tuae.	40
spectetur meritis quaeque puella suis.	10	quid nos perdidit, dicam ? nescitis amare.	
si minor Atrides Helenen, Helenesque sororem		defuit ars uobis : arte perennat amor.	
quo premat Atrides crimine maior habet,		mne quoque nescirent ! sed me Cythera docere	
si scelere Oecides Talaioniae Eriphylae		iussit et ante oculos constitit ipsa meos.	
uiuus et in uiuis ad Stygia uenit equis ;		tum mihi ' quid miserae ' dixit ' meruere puellae ? '	45
est pia Penelope lustris errante duobus	15	traditur armatis uulgus inermis uiris.	
et totidem lustris bella gerente uiro.		illos artifices gemini fecere libelli :	
respice Phylaciden et quae comes isse marito		haec quoque pars monitis erudienda tuis.	
fertur et ante annos oecubuisse suos.		probra Therapnaeae qui dixerat uite maritae,	
fata Pheretiadae coniunx Pagasaea redemit		mox eecinit laudes prosperiore lyra.	50
proque uiro est xor funere lata uiri.	20	si bene te noui (cultas ne laede puellas),	
' accipe me, Capaneu : cineres miscerimur ' inquit		gratia, dum nines, ista petenda tibi est. '	
Iphias, in medios desiluitque rogos.		dixit et e myrto (myrto nam uincta capillos	
ipsa quoque et cultu est et nomine femina Virtus :		constiterat) folium granaeque panca dedit.	
non mirum, populo si placet illa suo.		sensimus acceptis nomen quoque : purior aether	55
nec tamen hae mentes nostra poscuntur ab arte :	25	fulsit, et e toto pectore cessit onus.	
conueniunt eunbae uela minima meae.		dum facit ingenium, petite hinc praeepta, puellae,	
nil nisi lascini per me discentur amores :		quas pudor et leges et sua iura sinunt.	
femina, praecipiam, quo sit amanda modo.		uenturae memores iam nunc estote senectae :	
femina nec flammae nec saeuos discentit arcus.		sic nullum uobis tempus abibit iners.	60
parcius haece nideo tela nocere uiris.	30	dum licet, et uernos etiamnum educitis annos,	
saepe uiri fallunt : tenerae non saepe puellae,		ludite : eunt anni more fluentis aquae.	

II 690 utque—memet uulg., atque—meme R. 708 figit codd. aliquot. 713 ita R, tangi manibus uulg. 714 nuper Palmer.

III 13 eriphyle R, Eriphyles Merk. 19 Pagasaea uulg., pagasia R. 20 proque uiro codd. Heinsii, pro uiro R, pro uiro Riese. 21 miscerimur Heins., miscerimus codd. 33 Phasida iam edd., phasidam R, Phasidium Merk. 37 uiae ita Heins., una uice R, isse uias dicitur uulg. 51 monui codd. quidam, foni Palmer. 52 uires uulg., uiris R Guef. 61 ueros R, uernos Heins., uirides Markl. etiamnum R. educitis Housman collato Prop. II 9. 47, receditis R, degitis Elhw., editis uulg.

nec quae praeteriit iterum reuocabitur unda,  
 nec quae praeteriit hora redire potest.  
 utendum est aetate : cito pede labitur aetas, 65  
 nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.  
 hos ego, qui canent, frutices uiolaria uidi ;  
 hac mihi de spina grata corona data est.  
 tempus erit, quo tu, quae nunc excludis amantes,  
 frigida deserta nocte iacebis anus, 70  
 nec tua frangetur nocturna ianua rixa,  
 sparsa nec inuenies limina mane rosa.  
 quam cito me miserum ! laxantur corpora rugis,  
 et perit, in nitido qui fuit ore, color ;  
 quasque fuisse tibi canas a uirgine iuras, 75  
 spargentur subito per caput omne comae.  
 anguibus exiit tenui cum pelle uetustas,  
 nec faciunt ceruos cornua iacta senes.  
 nostra sine auxilio fugiunt bona. carpite florem,  
 qui, nisi carptus erit, turpiter ipse cadet. 80  
 adde quod et partus faciunt breuiora iuuentae  
 tempora : continua messe senescit ager.  
 Latmius Endymion non est tibi, Luna, rubori ;  
 nec Cephalus roseae praeda pudenda deae ;  
 ut Veneri, quem luget adhuc, donetur Adonis, 85  
 uenit habet Aenean Harmoniamque suos ?  
 ite per exemplum, genus o mortale, dearum,  
 gaudia nec cupidis uestra negate uiris.  
 ut iam decipiant, quid perditis ? omnia constant.  
 mille licet sumant, deperit inde nihil. 90  
 conteritur ferrum, silices tenuantur ab usu :  
 sufficit et damni pars caret illa metu.  
 quis uetet adposito lumen de lumine sumi ?  
 quisue cauo uastas in mare seruet aquas ?  
 et tamen ulla uiro mulier 'non expedit' inquit ? 95  
 quid, nisi quam sumes, dic mihi, perdis aquam ?  
 nec uos prostituit mea uox, sed uana timere  
 damna uetat : damnis munera uestra carent.  
 sed me flaminibus uenti maioris iturum,  
 dum sumus in portu, prouehat aura leuis. 100  
 ordior a cultu. cultis bene Liber ab uuis  
 prouenit, et culto stat seges alta solo.  
 forma dei munus. forma quota quaeque superbit ?  
 pars uestrum tali munere magna caret.  
 cura dabit faciem ; facies neglecta peribit, 105  
 Idaliae similis sit licet illa deae.  
 corpora si ueteres non sic coluere puellae,  
 nec ueteres cultos sic habuere uiros.  
 si fuit Andromache tunicis induta ualentes,  
 quid mirum ? duri militis uxor erat. 110  
 scilicet Aiaci coniunx ornata uenires,  
 cui tegumen septem terga fuere bouum ?  
 simplicitas rudis ante fuit ; nunc aurea Roma est  
 et domiti magnas possidet orbis opes.  
 adspice quae nunc sunt Capitolia, quaeque fuerunt :  
 alterius dices illa fuisse louis. 116  
 Curia consilio nunc est dignissima tanto :  
 de stipula Tatio regna tenente fuit.  
 quae nunc sub Phoebio ducibusque Palatia fulgent,  
 quid nisi araturis pasua bubus erant ? 120  
 prisca iuuent alios ; ego me nunc denique natum  
 gratulor ; haec aetas moribus apta meis ;  
 non quia nunc terrae lentum subducitur aurum,  
 lectaque diuerso litore concha uenit,  
 nec quia decrescunt effosso marmore montes, 125  
 nec quia caeruleae mole fugantur aquae ;  
 sed quia cultus adest, nec nostros mansit in annos  
 rusticitas, priscis illa superstes auis.  
 uos quoque non caris aures onerate lapillis,  
 quos legit in uiridi decolor Indus aqua, 130  
 nec prodite graues insuto uestibus auro.  
 per quas nos petitis, saepe fugatis, opes.  
 munditiis capimur. non sint sine lege capilli :  
 admotae formam dantque negantque manus.

nec genus ornatus unum est. quod quamque decebit,  
 elegat, et speculum consulat ante suum. 136  
 longa probat facies capitis discrimina puri :  
 sic erat ornatis Laudamia comis.  
 exiguum summa nodum sibi fronte relinqui,  
 ut pateant aures, ora rotunda uolunt. 140  
 alterius crines umero iacentur utroque :  
 talis es adsumpta, Phoebe canore, lyra.  
 altera succinctae religetur more Dianae,  
 ut solet, attonitas cum petit illa feras.  
 huic decet inflatos laxae iacuisse capillos ; 145  
 illa sit adstrictis impedienda comis.  
 hanc placet ornari testudine Cyllenea :  
 sustineat similes fluctibus illa sinus.  
 sed neque ramosa numerabis in ilice glandes,  
 nec quot apes Hyblae, nec quot in Alpe ferae, 150  
 nec mihi tot positus numero comprehendere fas est ;  
 adicit ornatus proxima quaeque dies.  
 et neglecta decet multas coma. saepe iacere  
 hesternam credas : illa repexa modo est.  
 ars casu similis. sic capta uidit ut urbe 155  
 Alcides Iolen, 'hanc ego' dixit 'amo.'  
 talem te Bacchus, Satyrus clamantibus 'euhoe'  
 sustulit in currus, Gnosii relictia, suos.  
 o quantum indulget uestro natura decori,  
 quarum sumit multis damna pianda modis ! 160  
 nos male detegunt ; raptique aetate capilli,  
 ut Borea frondes excutiente, cadunt.  
 femina cantitem Germanis inficit herbis,  
 et melior uero quaeritur arte color ;  
 femina procedit densissima crinibus emptis 165  
 proque suis alios efficit aere suos.  
 nec rubor est emisse : palam uenire uidemus  
 Herculis ante oculos uirgineumque chorum.  
 quid de ueste loquar ? nec nunc segmenta requiro,  
 nec quae de Tyrio murice, lana, rubes. 170  
 cum tot prodierint pretio leuiore colores,  
 quis furor est census corpore ferre suos ?  
 aeris ecce color, tum cum sine nubibus aer,  
 nec tepidus pluuias concitat Auster aquas :  
 ecce tibi similis, quae quondam Phrixon et Hellen  
 diceris Inois eripuisse dolis. 176  
 hic undas imitatur, habet quoque nomen ab undis :  
 crediderim Nymphas hac ego ueste tegi.  
 ille crocum simulat : croceo uelatur amictu,  
 roscida luciferos cum dea iungit equos : 180  
 hic Paphias myrtos, hic purpureas amethystos,  
 albescent rosas, Threiciamue gruem.  
 nec glandes, Amarylli, tuae, nec amygdala desunt ;  
 et sua uelleribus nomina cera dedit.  
 quot noua terra parit flores, cum uere tepenti 185  
 uitis agit gemmas pigraque fugit hiemps,  
 lana tot aut plures sucos bibit ; elige certos ;  
 nam non conueniens omnibus omnis erit.  
 pulla decent niueas : Briseida pulla decebant ;  
 cum rapta est, pulla tum quoque ueste fuit. 190  
 alba decent fuscas : albis, Cephæi, placebas ;  
 sic tibi uestitae pressa Seriphos erat.  
 quam paene admonui, ne trux caper iret in alas,  
 neue forent duris aspera erura pilis !  
 sed non Caucasea doceo de ripe puellas, 195  
 quaeque bibant undas, Myse Caice, tuas.  
 quid si praecipiam, non fuscet inertia dentes,  
 oraque suscepta mane lauentur aqua ?  
 scitis et inducta candorem quaerere creta.  
 sanguine quae uero non rubet, arte rubet. 200  
 arte supercilii confinia nuda repletis,  
 paruaque sinceras uelat aluta genas.  
 nec pudor est oculos tenui signare fauilla  
 uel prope te nato, lucide Cydne, croco.  
 est mihi, quo dixi uestrae medicamina formae, 205  
 paruus, sed cura grande, libellus, opus.

III 69 cum tu R pro ar. scr. 81 breuiora edd. uett., seniore R Guelf. 105 neglecta R. 117 consilio R, concilio uulg. 135 decebit uulg., licebit R pro ar. scr. 150 Hyblae R, Hyble uulg. 155 casus R (cf. II 659), corr. Riese, casum similet Merk. ex Guelf. 167 ita interpunxit Madv. rubor codd., pudor Dilthey, cf. 203. 205 mihi uulg., mi R, in Ehw.

- hinc quoque praesidium laesae petitote figurae :  
non est pro uestris ars mea rebus iners.
- non tamen expositas mensa deprendat amator  
pyxidas : ars faciem dissimulata inuat. 210  
quem non offendat toto faex inlita uultu,  
cum fluit in tepidos pondere lapsa sinus ?  
oesopa quid redolent, quamuis mittatur Athenis  
deinptus ab in mundo uellere succus ouis ?  
nec coram mixtas ceruae sumpsisse medullas 215  
nec coram dentes defricuisse probem.  
ista dabunt formam, sed erunt deformia uisu ;  
multaque, dum fiunt, turpia, facta placent.  
quae nunc nomen habent operosi sigma Myronis,  
pondus iners quondam duraque massa fuit. 220  
anulus ut fiat, primo concluditur aurum.  
quas geritis uestis, sordida lana fuit.  
cum fieret, lapis asper erat : nunc, nobile signum,  
nuda Venus madidas exprimit inbre comas.  
tu quoque dum coleris, nos te dormire putemus : 225  
aptius a summa conspiciere manu.  
cur mihi nota tuo causa est candoris in ore ?  
claudere forem thalami : quid rude prodis opus ?  
multa uiros nescire decet ; pars maxima rerum  
offendat, si non interiora tegas. 230  
aurea quae splendent ornato signa theatro,  
inspice, quam tenuis brattea ligna tegat.  
sed neque ad illa licet populo, nisi facta, uenire,  
nec nisi summotis forma paranda uiris.  
at non pectendos coram praebere capillos, 235  
ut iaceant fusi per tua terga, ueto.  
illo praecepue, ne sis morosa, caucto  
tempore, nec lapsas saepe resoluere comas.  
tuta sit ornatrix. odi, quae sauciat ora  
unguibus, et rapta brachia figit acu. 240  
deuouet (et tangit) dominae caput illa, simulque  
plorat ad inuisas sanguinolenta comas.  
quae male erinita est, eustodem in limine ponat  
orneturue Bonae semper in aede deae.  
dictus eram subito cuidam uenisse puellae : 245  
turbida peruersas induit illa comas.  
hostibus ueniat tam foedi causa pudoris,  
inque nurus Parthas dedecus illud eat.  
turpe pecus mutilum, turpis sine gramine eampus  
et sine fronde frutex et sine crine caput. 250  
non mihi uenistis, Semele Ledeue, docendae,  
perque fretum falso Sidoni ueta bone,  
aut Helene, quam non stulte, Menelae, repositis,  
tu quoque non stulte, Troiae raptor, habes.  
turba docenda uenit, pulchrae turpesque puellae ;  
pluraque sunt semper deteriora bonis. 256  
formosae non artis opem praeceptaque quaerunt :  
est illis sua dos, forma sine arte potens.  
cum mare compositum est, securus uanitas cessat ;  
cum tumet, auxiliis adsidet ille suis. 260  
rara tamen mendo facies caret. occule mendas,  
quaque potes, nitium corporis abde tui.  
si breuis es, sed eas, ne stans uideare sedere,  
inque tuo iaceas quantulaemque toro.  
hic quoque, ne possit fieri mensura cubantis, 265  
inicta lateant fac tibi ueste pedes.  
quae nimium gracilis, pleno uelamina filo  
sumat, et ex umeris latus amictus eat.  
pallida purpureis tangat sua corpora uirgis ;  
nigrior ad Pharii confuge piscis opem. 270  
pes malus in niuea semper celetur aluta :  
arida nec uinclis crura resoluere suis.  
conueniunt tenues scapulis analectrides altis  
angustum circa fascia pectus eat.
- exiguo signet gestu, quodeumque loquetur, 275  
cui digiti pingues et scaber unguis erit.  
cui grauis oris odor, numquam ieiuna loquatur,  
et semper spatium distet ab ore uiri.  
si niger aut ingens aut non erit ordine natus  
dens tibi, ridendo maxima damna ferēs. 280  
quis credat ? discunt etiam ridere puellae ;  
quaeritur atque illis haec quoque parte decor.  
sint modici rictus paruaeque utrimque lacunae,  
et summos dentes ima labella tegant.  
nec sua perpetuo contendant illa risu,  
sed leue nescioquid femineumque sonet. 285  
est quae peruerso distorquet ora caelino :  
cum risu laeta est altera, flere putes.  
illa sonat raucum quiddam atque inamabile ; ridet,  
ut rudis a scabra turpis asella uola. 290  
quo non ars penetrat ? discunt lacrimare decenter,  
quoque uolunt plorant tempore quoque modo.  
quid, cum legitima fraudatur littera uoce,  
blaesaque lit in suo lingua coacta sono ?  
in uitio decor est, quaedam male reddere uerba : 295  
discunt posse minus, quam potuere, loqui.  
omnibus his, quoniam prosunt, impendite curam.  
discite femineo corpora ferre gradu.  
est et in incessu pars non contempta decoris ;  
allicit ignotos ille fugatque uiros. 300  
haec mouet arte latus tunicisque fluentibus auras  
accipit, extensos fertque superba pedes ;  
illa uelut coniunx Umbri rubicunda mariti  
ambulat ingentis marica fertque gradus.  
sed sit, ut in multis, modus hie quoque : rusticus  
alter 305  
motus, concessio mollior alter erit.  
pars uueri tamen ima tui, pars summa lacerti  
nuda sit, a laeua conspicienda manu.  
hoc uos praecepue, niueae, decet. hoc ubi uidi,  
oscula ferre usque, quae patet usque, libet. 310  
monstra maris Sirenes erant, quae uoce canora  
quamlibet admissas detinuerat rates.  
his sua Sisyphides auditis paene resoluit  
corpora ; nam sociis inlita cera fuit.  
res est blanda canor : discant cantare puellae ; 315  
pro facie multis uox sua lena fuit.  
et modo marmoreis referant audita theatris  
et modo Niliacis carmina lusa modis.  
nec plectrum dextra, citharam tenuisse sinistra  
nesciat arbitrio femina docta meo. 320  
saxa ferasque lyra mouit Rhodopeius Orpheus  
Tartareosque laeus tergeminumque canem.  
saxa tuo cantu, uindex iustissime matris,  
fecerunt muros olliciosa nouos.  
quamuis mutus erat, noci fauisse putatur 325  
piscis, Arioniae fabula nota lyrae.  
disce etiam duplici genialia nablia palma  
uertere : conueniunt dulcibus illa iocis.  
sit tibi Callimachi, sit Coi nota poetae,  
sit quoque inuosi Teia Musa senis. 330  
nota sit et Sappho (quid enim lasciuus illa ?)  
cuius pater uafri luditur arte Getae.  
et teneri possis carmen legisse Properti,  
sive aliquid Galli, sine, Tibulle, tuum ;  
dietaque Varro fuluis insignia uillis 335  
uellera germanae, Phrixe, querenda tuae :  
et profugum Aenean, altae primordia Romae,  
quo nullum Latio clarus extat opus.  
forsitan et nostrum nomen miscelitur istis,  
nec mea Lethaeis scripta dabuntur aquis, 340  
atque aliquis dicet ' nostri lege culta magistri

III 207 figurae eodd. pauci uulg., puellae R Riese. 213 oesypa eodd., oesopa Wagner. 217 formam uulg., curam R. 224 exprimit Merck. ex R. 228 prodis eodd. pauci, cogis R. 231 splendent Burm., pendit eodd. 232 quam tenuis uulg., contempnas R. brattea R, bractea uulg. contempnas—beat eovi. Madv. (adu. crit. t. ii p. 79). 241 ita interpunxit Ehw. et eodd., ut Heins. plorat et ut, tangit, Housman. 242 ad uulg., et R, in Merck. ex Gueff. deuouet inuisas Housman. 252 perque eodd., perue Ehw. 269 tangat R Gueff., spargat uulg. 273 analectrides Heins., analectrides R, analectrides uulg. 277 loquetur uulg., loquetur R. 282 atque eodd., aue Haupt. 286 sonet R, sonent uulg. 288 luta uulg., lata R in marg., usa R, fusa Palmer, quassa Rappold. 302 expensas Palmer coll. Prop. II 4. 16. 305 multis R, cunctis Riese, cultu Heins. 332 cuius uulg., cuius R, cuique Ehw.

carmina, quis partes instruit ille duas;  
 deue tribus libris, titulus quos signat Amorum,  
 elige, quod docili molliter ore legas;  
 uel tibi composita cantetur epistula uoce: 345  
 ignotum hoc aliis ille nouauit opus.  
 o ita, Phoebe, uelis! ita uos, pia numina natum,  
 insignis cornu Bacche nouenque deae!  
 quis dubitet, quin scire uelim saltare puellam,  
 ut moueat posito braccia iussa mero? 350  
 artifices lateris, scenae spectacula, amantur:  
 tantum mobilitas illa decoris habet.  
 parua monere pudet, talorum dicere iactus  
 ut sciat et uires, tessera missa, tuas;  
 et modo tres iacet numeros, modo cogitet, apte 355  
 quam subeat partem callida quamque uocet.  
 cautaque non stulte latronum proelia ludat,  
 unus cum gemino calculus hoste perit,  
 bellatorque sua prensus sine compare bellat,  
 aemulus et coeptum saepe recurrit iter. 360  
 reticuloque pilae leues fundantur aperto,  
 nec, nisi quam tolles, ulla mouenda pila est.  
 est genus, in totidem tenui ratione redactum  
 scriptula, quot menses lubricus annus habet:  
 parua tabella capit ternos utrimque lapillos,  
 in qua uicisse est continuasse suos. 365  
 mille facesse iocos; turpe est nescire puellam  
 ludere: ludendo saepe paratur amor.  
 sed minimus labor est sapienter iactibus uti:  
 maius opus mores conposuisse suos. 370  
 tum sumus incauti studioque aperimus in ipso,  
 nudaque per lusus pectora nostra patent.  
 ira subit, deforme malum, lucrique cupido,  
 iurgiaque et rixae sollicitusque dolor.  
 crimina dicuntur; resonat clamoribus aether; 375  
 inuocat iratos et sibi quisque deos.  
 nulla fides tabulae; quae non per uota petuntur!  
 et lacrimis uidi saepe madere genas.  
 Iuppiter a uobis tam turpia crimina pellat,  
 in quibus est ulli cura placere uiro. 380  
 hos ignaua iocos tribuit natura puellis:  
 materia ludunt uberiore uiri.  
 sunt illis celeresque pilae iaculumque trochique  
 armaque et in gyros ire coactus equus.  
 nec uos Campus habet nec uos gelidissima Virgo,  
 nec Tuscus placida deuehit amnis aqua. 386  
 at licet et prodest Pompeias ire per umbras,  
 Virginis aetheriis cum caput ardet equis.  
 uisite laurigero sacrata Palatia Phoebos:  
 ille Paraetonica mersit in alta rates: 390  
 quaeque sororconiunxque ducis monimenta pararunt  
 naualique gener cinctus honore caput.  
 uisite turicremas uaccae Memphitidos aras;  
 uisite conspicuis terna theatra locis.  
 spectentur tepido maculosae sanguine harenae, 395  
 metaeque feruenti circueunda rota.  
 quod latet, ignotum est: ignoti nulla cupido:  
 fructus abest, facies cum bona teste caret.  
 tu licet et Thamyram superes et Amoebea cantu,  
 non erit ignota gratia magna lyrae. 400  
 si Venerem Cous nusquam posuisset Apelles,  
 mersa sub aequoreis illa lateret aquis.  
 quid petitur sacris, nisi tantum fama, poetis?  
 hoc uotum nostri summa laboris habet.  
 cura deum fuerant olim regumque poetae, 405  
 praemiaque antiqui magna tulere chori.  
 sanctaque maiestas et erat uenerabile nomen  
 uatibus, et largae saepe dabantur opes.  
 Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,  
 contiguus poni, Scipio magne, tibi. 410  
 nunc ederae sine honore iacent; operataque doctis  
 cura uigil Musis nomen inertis habet.

sed fama uigilare iuuat. quis nosset Homerum,  
 Ilias aeternum si latuisset opus?  
 quis Danaen nosset, si semper clusa fuisset 415  
 inque sua turri perlatusset anus?  
 utilis est uobis, formosae, turba, puellae;  
 saepe uagos ultra limina ferte pedes.  
 ad multas lupa tendit oues, praedetur ut unam,  
 et Iouis in multas deuolat ales aues. 420  
 se quoque det populo mulier speciosa uidentem:  
 quem trahat, e multis forsitan unus erit.  
 omnibus illa locis maneat studiosa placendi,  
 et curam tota mente decoris agat.  
 casus ubique ualet: semper tibi pendeat hamus:  
 quo minime credis gurgite, piscis erit. 426  
 saepe canes frustra memorosis montibus errant,  
 inque plagam nullo ceruus agente uenit.  
 quid minus Andromedae fuerat sperare reuinctae,  
 quam lacrimas ulli posse placere suas? 430  
 funere saepe uiri uir quaeritur: ire solutis  
 crinibus et fletus non tenuisse decet.  
 sed uitate uiros cultum formamque professos,  
 quique suas ponunt in statione comas,  
 quae uobis dicunt, dixerunt mille puellis: 435  
 errat et in nulla sede moratur amor.  
 femina quid faciat, cum sit uir leuior ipsa,  
 forsitan et plures possit habere uiros?  
 uix mihi credetis; sed credite: Troia maneret,  
 praeceptis Priami si foret usa sui. 440  
 sunt qui mendaci specie grassentur amoris  
 perque aditus talis lucra pudenda petant.  
 nec coma uos fallat liquido nitidissima nardo  
 nec breuis in rugas lingua pressa suas;  
 nec toga decipiat filo tenuissima, nec si 445  
 anulus in digitis alter et alter erit.  
 forsitan ex horum numero cultissimus ille  
 fur sit et uratur uestis amore tuae.  
 'redde meum' clamant spoliatae saepe puellae,  
 'redde meum' toto uoce boante foro. 450  
 has, Vemus, e templis multo radiantibus auro  
 lenta uides lites Appiadesque tuae.  
 sunt quoque non dubia quaedam mala nomina fama:  
 deceptae, a, multi crimen amantis habent.  
 discite ab alterius uestris timuisse querellis: 455  
 ianua fallaci ne sit aperta uiro.  
 parcite, Cecropides, iuranti credere Theseo:  
 quos faciet testis, fecit et ante, deos.  
 et tibi, Demophon Thesei criminis heres,  
 Phyllide decepta nulla relicta fides. 460  
 si bene promittent, totidem promittite uerbis;  
 si dederint, et uos gaudia pacta date.  
 illa potest uigiles flammis extinguere Vestae  
 et rapere e templis, Inachi, sacra tuis,  
 et dare mixta uiro tritis aconita cicutis, 465  
 accepto Venerem munere siqua negat.  
 fert animus propius consistere: suppressa habenas,  
 Musa, nec admissis excutiare rotis.  
 uerba uadum temptent abiignis scripta tabellis:  
 accipiat missas apta ministra notas. 470  
 inspicie; quodque leges, ex ipsis collige uerbis,  
 fingat, an ex animo sollicitusque roget.  
 postque breuem rescribere moram: mora semper  
 amantes  
 incitat, exiguum si modo tempus habet.  
 sed neque te facilem iuueni promitte roganti, 475  
 nec tamen e duro, quod petit ille, nega.  
 fac timeat speretque simul, quotiensque remittes,  
 spesque magis ueniat certa minorque metus.  
 munda, sed e medio conuetaque uerba, puellae,  
 scribite: sermonis publica forma placet. 480  
 a, quotiens dubius scriptis exarsit amator,  
 et nocuit formae barbara lingua bonae!

III 343 *deue tribus uulg., dece ecerem R, deeerpens Riese. titulus quos uulg., titulos quo R, titulo quos Ehw. 364 scriptula Scaliger, spicula codd. 376, 378 transponit Riese. 388 cum uulg., qua R. 405 fuerunt Heins. 415 elusa R. 426 credis R, credas Vatic. 440 priame—tuis R, Priamis—tuis Housman Cassandram, ut iam Madv., intelligens. 454 a, Ehw., multi Burmann a multis codd., armillis Merk. 458 testis R. 467 suppressa Merk. ex R. 433 excutiare codd., exspatiare Merk. 476 eduro R, corr. Heins. ille R Guelf., ore Heins. Merk.*



- sed quoniam, quamvis nittae careatis honore,  
est uobis nestros fallere cura uiros,  
aneillae puerique manu perarate tabellas ; 485  
pignora nec puero credite uestra nouo.  
uidi ego pallentis isto terrore puellas  
seruitium miseris tempus in omne pati.  
perfidus ille quidem, qui talia pignora seruat,  
sed tamen Aetnaei fulminis instar habent, 490  
iudice ne fraus est concessa repellere frandem,  
armaque in armatos sumere iura sinunt,  
ducere consuecat multas manus uia lignas.  
a, pereant, per quos ista monenda mihi.  
nec nisi deletis tutum rescribere ceris, 495  
ne teneat geminas una tabella manus,  
femina dicatur scribenti semper amator :  
illa sit in uestris, qui fuit ille, notis,  
si licet a paruis animum ad maiora referre,  
plenaque curuato pandere nela sim, 500  
pertinet ad faciem rabidos conspescere mores :  
candida pax homines, trux deest ira feras :  
ora tument ira ; nigrescunt sanguine uenae ;  
lumina Gorgoneo saeniis igne micant.  
' i procul hinc,' dixit ' non es mihi, tibia, tanti ', 505  
ut nudit uultus Pallas in aene suos.  
nos quoque si media speculum spectetis in ira,  
cognoscat faciem nix satis ulla suam.  
nec minus in multo damnosa superbia uestro :  
comibus est oculis alliciendus amor. 510  
odinus inmodicos (experto credite) fastus ;  
saepe tacens odii semina uultus habet.  
spectantem specta ; ridenti mollia ride :  
innuet, acceptas tu quoque redde uotas.  
sic ubi prolusit, rudibus puer ille relictis 515  
spicula de pharetra prouit acuta sma.  
odinus et maestas : Tecnessau diligit Ajax :  
nos, hilarem populum, femina laeta capit.  
numquam ego te, Andromache, nec te, Tecnessa,  
rogarem,  
ut mea de nobis altera amica foret. 520  
credere nix uideo, cum cogar credere partu,  
nos ego cum uestris concubuisse uiris.  
scilicet Aiaci quaelibet maestissima dixit  
' lux mea ' quaeque solent uerba iurare uiros ?  
quis uetat a magnis ad res exempla minores 525  
sumere, nec nomen pertinuisse ducis ?  
dux bonus hunc centum commisit uite regendos,  
huc equites, illi signa tuenda dedit.  
nos quoque, de nobis quem quisque erit aptus ad usum,  
inspice et certo ponite quinque loco. 530  
munera det diues ; ius qui profitebitur, adsit ;  
facundus causam saepe clientis agat.  
earuina qui facimus, mittamus earuina tantum.  
hic chorus ante alios aptus amare sumus.  
uos facimus placitae late praeconia formae : 535  
nomen habet Nemesis, Cynthia nomen habet ;  
Vesper et Eoae nouere Lyceorida terrae ;  
et multi, quae sit nostra Corinna, rogant.  
adde quod insidiae saeris a natibus absumt,  
et facit ad mores ars quoque nostra suos. 540  
nec nos ambitio nec amor nos tangit habendi :  
contento colitur lectus et umbra foro.  
sed facile haeremus ualidoque perurimur aestu  
et uimium certa seimus amare fide.  
scilicet ingenium placida mollitur ab arte, 545  
et studio mores conuenienter eunt.  
natibus Aoniis faciles estote, puellae :  
numen inest illis, Pieridesque fauent.  
est dens in nobis, et sunt commercia caeli :  
sedibus aetheriis spiritus ille uenit. 550  
a doctis pretium scelus est sperare poetis.  
me miserum ! scelus hoc nulla puella timet.
- dissimulate tamen, nec prima fronte rapaces  
este : nouus uiso casse resistet amans.  
sed neque uector equum, qui nuper sensit habenas,  
comparibus frenis artificemque reget, 556  
nec stabilis animos annis uiridemque iuuentam  
ut capias, idem limes agendus erit.  
hic rudis et castris nunc primum notus Amoris,  
qui tetigit thalamos praeda nouella tuos, 560  
te solam norit, tibi semper inhaerere uni :  
cingenda est altis saepibus ista seges,  
effuge riualem : nices, dum sola tenebis.  
non bene cum sociis regna Venusque manent.  
ille uetus miles sensim et sapienter amabit 565  
multaque tironi non patienda feret.  
nec franget postes nec saeniis ignibus uret  
nec dominae teneras adpetet ungue genas,  
nec scindet tunicae suas tunicaeque puellae,  
nec raptus flendi causa capillus erit. 570  
ista decent pueros aetate et amore calentes ;  
hic fera composita uulnere mente feret,  
ignibus heu lentis uretur, ut umida faena,  
ut modo montanis silua recisa iugis.  
certior hic amor est, breuis et fecundior ille. 575  
quae fugiunt, celeri carpere poma manu.  
omnia tradantur : portas reserauimus hosti :  
et sit in infida proditione fides.  
quod datur ex facili, longum male nutrit amorem :  
miscenda est lactis rara repulsa iocis. 580  
ante fores iaceat, ' crudelis ianna ' dicat,  
multaque summis, multa minanter agat.  
dulcia non ferimus : suco renouemur amaro.  
saepe perit uentis obruta cimba suis.  
hoc est, uxores quod non patiatu amari : 585  
conueniunt illas, cum uoluere, uiri.  
adde forem, et duro dicat tibi ianitor ore  
' non potes ' : exclusum te quoque tanget amor.  
ponite iam gladios hebetes, pugnetur aentis.  
nec dubito, telis quin petar ipse uicis. 590  
dum cadit in laqueos, captus quoque nuper, amator  
solui se thalamos speret habere tuos.  
postmodo riualem paritaeque foedera lecti  
sentiat. has artes tolle : senesit amor.  
tum bene fortis equus roserato carete currit, 595  
cum, quos praeterat quosque sequatur, habet.  
quamlibet extinctos iniuria suscitatur ignes.  
en ego coulideo : non nisi laesus amo.  
causa tamen nimium non sit manifesta doloris,  
pluraque sollicitus, quam sciet, esse putet. 600  
ineitat et ficti tristis custodia serui,  
et nimium duri cura molesta uiri.  
quae uenit ex tuto, minus est accepta uoluptas ;  
ut sis liberior Thaide, finge metus.  
cum melius foribus possis, admittite fenestra, 605  
inque tuo uultu signa timentis habe.  
callida prosiliat dicatque ancilla ' perimus ' ;  
tu iuuenem trepidum quolibet abde loco.  
admiscenda tamen Venus est secura timori,  
ne tanti noctes non putet esse tuas. 610  
qua uafar eludi possit ratione maritus,  
quaque uigil custos, praeteriturus eram.  
nupta nimium timeat ; rata sit custodia nuptae :  
hoc deest, hoc leges insque pudorque iubent.  
te quoque seruari, modo quam uindicta redemit, 615  
quis ferat ? ut fallas, ad mea sacra ueni.  
tot licet obseruent, adsit modo certa uoluntas,  
quot fuerant Argo lumina, uerba dabis.  
scilicet obstabit custos, ne scribere possis,  
sumendae detur enim tibi tempus aquae ? 620  
conscia cum possit scriptas portare tabellas,  
quas tegat in tepido fascia lata sim ?  
cum possit sura chartas celare ligatas

III 485 manu perarate Bentl. Merk., manus ferat arte R Guelf. 486 credite uulg., credita R. nouo codd., uolo Merk. 487 pallentis Merk. ex Guelfi., pallentes codd. Heinsii, fallentis R. 490 habet codd., corr. Housman. 499 si licet R Elhw., sed libet Heins. uulg. 545 mollitur codd., mollitur Heins. 554 uiso caere R. 573 heu uulg. faena uulg., frena R. 575 breuis codd. nonnulli, grauis uulg. 583 renouemur uulg., renouemus R. renouamur codd. plerique. 591 ita interpuxerunt H. A. Koch, Madv. 606 signa codd. aliquid, Heins., uerba R Guelf.

- et unctio blandas sub pede ferre notas?  
cauerit haec custos; pro charta conscia tergum 625  
praebat inque suo corpore uerba ferat.  
tuta quoque est fallitque oculos e lacte recenti  
littera: carbonis puluere tange; leges.  
fallit et umiduli quae fiet acunime lini,  
et feret occultas pura tabella notas. 630  
adfuit Acrisio seruandae cura puellae:  
hunc tamen illa suo crimine fecit auum.  
quid faciat custos, cum sint tot in urbe theatra,  
cum spectet iunctos illa libenter equos?  
cum sedeat Phariae sistris operata iuuencae, 635  
quoque sui comites ire uentantur, eat?  
cum fuget a templis oculos Bona Dina uirorum,  
praeterquam signos illa uenire iubet?  
cum, custode foris tunicas seruante puellae,  
celent furtiuos balnea multa iocos? 640  
cum, quotiens opus est, fallax aegrotet amica  
et cedat lecto quamlibet aegra suo?  
nomine cum doceat, quid agamus, adultera clauis,  
quasque petas non det ianua sola uias?  
fallitur et multo custodis cura Lyaeo, 645  
illa uel Hispano lecta sit una iugo.  
sunt quoque, quae faciant altos medicamina somnos  
uictaque Lethaea lumina nocte premant.  
nec male deliciis odiosum conscia tardis  
detinet et longa iungitur ipsa mora. 650  
quid iuuat ambages praeeptaque parua mouere,  
cum minimo custos munere possit emi?  
munera, crede mihi, capiunt hominesque deosque;  
placatur donis Iuppiter ipse datis.  
quid sapiens faciet? stultus quoque munere gaudet.  
ipse quoque accepto munere mutus erit. 656  
sed semel est custos longum redimendus in aeuum:  
saepe dabit, dederit quas semel, ille manus.  
questus eram, memini, metuendos esse sodales:  
non tangit solos ista querella uiros. 660  
credula si fueris, aliae tua gaudia carpent,  
et lepus hic aliis exagitatus erit.  
haec quoque, quae praebet lectum studiosa lo-  
cumque,  
crede mihi, mecum non semel illa fuit.  
nec nimium uobis formosa ancilla ministret: 665  
saepe uicem dominae praebuit illa mihi.  
quo feror insanus? quid aperto pectore in hostem  
mittor et indicio prodor ab ipse meo?  
non auis aucupibus monstrat, qua parte petatur;  
non docet infestos currere cerua canes. 670  
uiderit utilitas: ego coepta fideliter edam.  
Lemniasin gladios in mea fata dabo.  
efficite (et facile est) ut nos credamus amari:  
prona uenit cupidis in sua nota fides.  
spectet amabilius iuuenem et suspiret ab imo 675  
femina, tam sero cur ueniatque roget;  
acedant lacrimae, dolor et de paelice fictus,  
et laniet digitis illius ora suis:  
iam dudum persuasus erit; miserabitur ultro  
et dicet 'cura carpitur ista mei.' 680  
praecipue si cultus erit speculoque placebit,  
posse suo tangi credit amore deas.  
sed te, quaecumque est, moderate iniuria turbet,  
nec sis audita paelice mentis inops.  
nec cito credideris: quantum cito credere laedat,  
exemplum uobis non leue Proceris erit. 686  
est prope purpureos collis florentis Hymetti  
fons sacer et uiridi caespite mollis humus.  
silua nemus non alta facit; tegit arbutus herbam;  
ros maris et lauri nigraque myrtus olent; 690  
nec densum foliis buxum fragilesque myricae  
nec tenues cytisi cultaque pinus abest.  
lenibus impulsae Zephyris auraque salubri  
tot generum frondes, herbaque summa tremitt.  
grata quies Cephalo; famulis canibusque relictis  
lassus in hac iuuenis saepe resedit humo, 696  
'quae' que 'meos releues aestus,' cantare solebat  
'acipienda sinu, mobilis aura, ueni.'  
coniugis ad timidas aliquis male sedulus aures  
auditos memori rettulit ore sonos. 700  
Proceris ut accipit nomen quasi paelicis 'Aurae,'  
excidit et subito muta dolore fuit.  
palluit, ut serae lectis de uite racemis  
palescunt frondes, quas noua laesit hiemps,  
quaeque suos curuant matura cydonia ramos, 705  
cornaque adhuc nostris non satis apta cibis.  
ut rediit animus, tenues a pectore uestes  
rumpit et indignas sauciat ungue genas.  
nec mora, per medias passis furibunda capillis  
euolat, ut thyroso concita Baccha, nias. 710  
ut prope peruentum, comites in ualle relinquit,  
ipsa nemus tacito clam pede fortis init.  
quid tibi mentis erat, cum sic male sana lateres,  
Procri? quis adtoniti pectoris ardor erat?  
iam iam uenturam, quaecumque erat Aura, putabas  
scilicet, atque oculis probra uidenda tuis? 716  
nunc uenisse piget (neque enim deprendere uelles),  
nunc iuuat: incertus pectora nersat amor.  
credere quae iubeant, locus est et nomen et index,  
et quia mens semper, quod timet, esse putat. 720  
uidit ut oppressa uestigia corporis herba,  
pulsantur trepidi corde uiuicant sinus.  
ianique dies medius tenues contraxerat umbras,  
inque pari spatio uesper et ortus erant:  
ecce, redit Cephalus siluis, Cyllenia proles, 725  
oraque fontana feruida pulsata aqua.  
anxia Procri, lates; solitas iacet ille per herbas  
et 'Zephyri molles auraque' dixit 'ades.'  
ut patuit miserae iucundus nominis error,  
et mens et rediit uerus in ora color. 730  
surgit, et oppositas agitat corpore frondes  
mouit, in amplexus uxor itura uiri.  
ille, feram uidisse ratus, iuuenaliter artus  
corripit: in dextra tela fiere manu.  
quid facis, infelix? non est fera, supprime tela. 735  
me miserum! iaculo fixa puella tuo est.  
'ei mihi!' conclamat 'fixisti pectus amicum:  
hic locus a Cephalo uulnera semper habet.  
ante diem morior, sed nulla paelice laesa:  
hoc faciet positae te mihi, terra, leuem. 740  
nomine suspectas iam spiritus exit in auras:  
labor, eo; cara lumina conde manu.'  
ille sinu dominae morientia corpora maesto  
sustinet et lacrimis vulnera saeuia lauat.  
exit et incauto paulatim pectore lapsus 745  
excipitur miser spiritus ore uiri.  
sed repetamus opus; mihi nudis rebus eundum est,  
ut tangat portus fessa carina suos.  
sollicite expectas, dum te in conuiuia ducam,  
et quaeris monitus hac quoque parte meos. 750  
sera ueni positae decens incede lucerna.  
grata mora uenies: maxima lena mora est.  
etsi turpis eris, formosa uidebere potis,  
et latebras uitii nox dabit ipsa tuis.  
carpe cibos digitis: est quiddam gestus edendi; 755  
ora nec immunda tota perungue manu.  
neue domi praesume dapes, sed desine citra,  
quam capis: es paulo, quam potes esse, minus.  
Priamides Helenen auide si spectet edentem,  
oderit et dicat 'stulta rapina mea est.' 760

III 642 *celent*—*quenlibet* Bernensis. 644 *petas* uulg., *petes* R. 651 *mouere* uulg., *monere* R. 655 *quoque* R, *quum* Merk. 664 *illa* codd., *ipsa* Riese. 672 *Lemnias* et R, *Lemniasin* Heins. 675 et R, om. uulg. 687 *Hymeti* R. 700 *rettulit* Riese, *retulit* R Guelf., *detulit* uulg. 720 *mens* R, *amans* Heins. uulg. 721 *ut* uulg., et R. 733 *uidisse* R, *mouisse* Heins., *sonuisse* aliquot codd. *artus* Merk., *arcus* R. 742 *eo* Palmer, *io* codd. 743, 744 post 746 *posuerunt* Merk. alii. 745 *exit* Heins., *dixit* codd. 749 *sollicite* R codd. *plerique*, *scilicet* uulg. *expectas* uulg., *expectes* R. 752 *uenies* uulg., *ueniens* R Guelf., *est* *Veneri* Heins. 755 *quiddam* cod. Vat. et ed. princeps, *quidam* R et *plerique*. 757 *neue* R, *sive* Heins. *sed* R, *seu* Heins. 758 *capis* Heins., *es* Vogel et Madv., *capies* R.

aptius est deceatque magis potare puellas : cum Veneris puero non male, Baecche, facis.		mille modi Veneris : simplex minimique laboris, cum iacet in dextrum semisupina latus.	
hoc quoque, qua patiens caput est animusque pe- desque		sed neque Phoebæ tripodes nec corniger Anmon uera magis uobis, quam mea Musa, canet.	790
constant : ne, quæ sunt singula, bina uide.		siqua fides, arti, quam longo fecimus usu, credite : præstabunt carmina nostra fidem.	
turpe iacens mulier multo madefacta Lyæo :	765	sentiât ex iuis Venerem resoluta medullis femina ; et ex æquo res iuuet illa duos.	
digna est concubitus quoslibet illa pati.		nec blandæ uoces iueundaque murmura cessent,	795
nec somnis posita tutum succumbere mensa : per somnos fieri multa pudenda solent.		nec taceant mediis improba uerba iocis.	
ulteriora pudet docuisse. sed alma Dione 'præcipue nostrum est, quod pudet', inquit 'opus'.		tu quoque, cui Veneris sensum natura negauit, dulcia mendacæ gaudia finge sono.	
nota sibi sint quæque : modos a corpore certos	771	infelix, cui torpet hebes locus ille, puella, quo pariter debent femina uirque frui.	800
sumite ; non omnis una figura decet.		tantum, eum finges, ne sis manifesta, caucto , ellice per motum luminaque ipsa fidem.	
quæ facie præsignis erit, resupina iaceto ; spectentur tergo, quis sua terga placeant.		quod iuuet, et uoces et anhelitus arguat oris. a pudet, arcana pars habet ista notas.	
Milanion ueris Atalantes erura ferebat :	775	gaudia post Veneris quæ poseet munus amantem, illa suas nolet pondus habere preces.	806
si bona sunt, hoc sunt accipienda modo.		nec lucem in thalamos totis admittite fenestris. aptius in uestro corpore multa latent.	
parua uehatur equo. quod erat longissima, nunquam Thebais Hectoræ nupta resedit equo.		lulus habet finem : cygnis descendere tempus, duxerunt collo qui inga nostra suo.	810
strata premat genibus paulum cernice reflexa femina per longum conspicienda latus.	780	ut quondam iuuenes, ita nunc, mea turba, puellæ inscribant spoliis NASO MAGISTER ERAT.	
eui femurest iuuenale, earent quoque pectora menda, stet uir, in obliquo fusa sit ipsa toro.			
nec tibi turpe puta crinem, ut Phylleia mater, soluere, et effusis colla reflecte comis.			
tu quoque, cui rugis uterum Læina notauit, ut celer auersis utere Parthus equis.	785		

III 764 ne R, nec uulg. 776 accipienda Heins. ex codl., aspicienda R Guelf. 787 modi uulg., ioci R. 799 puella est Heins. ex codl., puellæ R, est on. Merk., puellæ es cod. Sarrau. 803 quod uulg., quid et R, quid Ehw., quam Merk. 806 nollet R ahi, nolet Heins. ex codl.

P. OVIDI NASONIS

REMEDIA AMORIS

<p><b>L</b> EGERAT huius Amor titulum nomenque libelli :          'bella mihi, uideo, bella parantur' ait.          'parce tuum uatem sceleris damnare, Cupido,          tradita qui totiens te duce signa tuli.          non ego Tydides, a quo tua saucia mater          in liquidum rediit aethera Martis equis.          saepe tepent alii iuuenes, ego semper amaui ;          et si, quid faciam nunc quoque, quaeris, amo.          quin etiam docui, qua posses arte parari,          et quod nunc ratio est, impetus ante fuit.          nec te, blande puer, nec nostras prodimus artes,          nec noua praeteritum Musa refexit opus.          si quis amat quod amare iuuat, feliciter ardet ;          gaudeat et uento nauiget ille suo.          at si quis male fert indignae regna puellae,          ne pereat, nostrae sentiat artis opem.          cur aliquis laqueo collum nodatus amator          a trabe sublimi triste pependit onus ?          cur aliquis rigidus fodit sua pectora ferro ?          inuidiam caedis, pacis amator, habes.          qui, nisi deserit, misero periturus amore est,          desinat ; et nulli funeris auctor eris.          et puer es, nec te quicquam nisi ludere oportet.          lude : decent annos mollia regna tuos.          nam poteras uti nudis ad bella sagittis ;          sed tua mortifero sanguine tela carent.          utricus et gladiis et acuta dimicet hasta          et uictor multa caede eruentus eat :          tu cole maternas, tuto quibus utimur, artes,          et quarum uitio nulla fit orba parens.          effice nocturna frangatur ianua rixa,          et negat ornatas multa corona fores ;          fac coeant furtim iuuenes timidaeque puellae,          uerbaque dent cauto qualibet arte uiro ;          et modo blanditias, rigido modo iurgia posti          dicat et exclusus flebile cantet amans.          his lacrimis contentus eris sine crimine mortis :          non tua fax auidos digna subire rogos.          haec ego, mouit Amor gemmatas aureus alas          et mihi 'propositum perfice' dixit 'opus.'          ad mea, decepti iuuenes, praecepta uenite,          quos suus ex omni parte fefellit amor.          discite sanari, per quem didicistis amare :          una manus uobis uulnus opemque feret.          terra salutare herbas eademque nocentes          nutrit, et urticae proxima saepe rosa est.          uulnus in Herculeo quae quondam fecerat hoste,          uulneris auxilium Pelias hasta tulit.          sed quaecumque uiris, nobis quoque dicta, puellae,          credite ; diuersis partibus arma damus.          e quibus ad uestros siquid non pertinet usus,          attamen exemplo multa docere potest.          utile propositum est saeuas extinguere flammam,</p>	<p>nec seruum uitii pectus habere sui.          uixisset Phyllis, si me foret usa magistro,          et per quod nouiens, saepius isset iter.          nec moriens Dido summa uidisset ab arce          Dardanias uento uela dedisse rates.          nec dolor armasset contra sua uiscera matrem,          quae socii damno sanguinis ulta uirum est.          arte mea Tereus, quamuis Philomela placeret,          per facinus fieri non meruisset auis.          da mihi Pasiphaen : iam tauri ponet amorem.          da Phaedram : Phaedrae turpis abibit amor.          redde Parim nobis : Helenen Menelaus habebit,          nec manibus Danais Pergama uicta cadent.          impia si nostros legisset Scylla libellos,          haesisset capiti purpura, Nise, tuo.          me duce damnosas, homines, conpescite curas,          rectaque cum sociis me duce nauis eat.          Naso legendus erat tum cum didicistis amare :          idem nunc uobis Naso legendus erit.          publicus assertor dominis suppressa leuabo          pectora : uindictae quisque fauete suae.          te precor incipiens : adsit tua laurea nobis,          carminis et medicae, Phoebe, repertor opis.          tu pariter uati, pariter succurre medenti :          utraque tutelae subdita cura tuae est.          dum licet et modici tangunt praecordia motus,          si piget, in primo limine siste pedem.          opprime, dum noua sunt, subiti mala semina morbi,          et tuus incipiens ire resistat equus.          nam mora dat uires ; teneras mora percoquit uuas,          et ualidas segetes, quod fuit herba, facit.          quae praebet latas arbor spatiantibus umbras,          quo posita est primum tempore, uirga fuit.          tum poterat manibus summa tellure reuelli ;          nunc stat in immensum uiribus aucta suis.          quale sit id, quod amas, celeri circumspice mente,          et tua laesuro subtrahe colla iugo.          principiis obsta ; sero medicina paratur,          cum mala per longas conualuere moras.          sed propera, nec te uenturas differ in horas :          qui non est hodie, eras minus aptus erit.          uerba dat omnis amor reperitque alimenta morando :          optima uindictae proxima quaeque dies.          flumina pauca uides de magnis fontibus orta :          plurima collectis multiplicantur aquis.          si cito sensisses, quantum peccare parares,          non tegeres uultus cortice, Myrrha, tuos.          uidi ego, quod fuerat primo sanabile, uulnus          dilatatum longae dama tulisse morae.          sed quia delectat Veneris decerpere fructum,          dicimus adsidue 'eras quoque fiet idem.'          interea tacitae serpunt in uiscera flammae,          et mala radices altius arbor agit.          si tamen auxilii perierunt tempora primi</p>
--	---

9, 10 om. R. 9 posses Merk., possis uulg. 13 amat codd., amans Ehw. 19 fodit Heins. ex codd., fodiat R. 25, 26 uncinis inclus. Bentr. in notis marginalibus. non p. cod. quidam teste Bentr. ib. tela cerent R, calent Palmer. 46 rosa est codd., rumex Palmer. 65 crede Bentr. ib. Parim Merk., Parim corr. ex Parim R. 70 cum sociis R uulg., compositis Riese. 84 quod Heins. ex codd., quae R. 88 aucta uulg., acta Merk. 106 mala uulg., male R.

- et uctus in capto pectore sedit amor,  
 manu opus superest. sed non, quia serior acgro  
 aduocor, ille mihi destituendus erit. 110  
 quam laesus fuerat partem, Poecantius heros  
 certa debuerat praeseuuisse manu.  
 post tamen hic multos sanatus creditur annos  
 supremam bellis inposuisse manum.  
 qui modo nascentis properabam pellere morbos, 115  
 admoceo tardam nunc tibi lentus opem.  
 aut noua, si possis, sedare incendia temptes,  
 aut ubi per uires procubere suas.  
 cum furor in cursu est, currenti cede furori:  
 difficiles aditus impetus omnis habet. 120  
 stultus, ab obliquo qui cum descendere possit,  
 pugnat in aduersas ire natator aquas.  
 impatiens animus nec adhuc tractabilis arte  
 respuit atque odio uerba momentis habet.  
 adgrediar melius tum eum sua uulnera tangi 125  
 iam sinet et ueris nocibus aptus erit.  
 quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati  
 flere netet? non hoc illa monenda loco est.  
 cum dederit lacrimas animumque impleuerit aegrum,  
 ille dolor uerbis emoderandus erit. 130  
 temporis ars medicina fere est. data tempore prosunt  
 et data non apto tempore uina nocent.  
 quin etiam accendas uitia irritesque uetando,  
 temporibus si non adgrediar suis.  
 ergo ubi uisus eris nostrae medicabilis arti, 135  
 fac monitis fugias otia prima meis.  
 haec, ut ames, faciunt; haec, ut fecere, tuentur;  
 haec sunt iucundi causa eibusque mali.  
 otia si tollas, periere Cupidinis arcus,  
 contentaetaeque iacent et sine luce faces. 140  
 quam platanus uino gaudet, quam populus unda,  
 et quam limosa canna palustris humo,  
 tam Venus otia amat; qui finem quaeris amoris,  
 (cedit amor rebus) res age: tutus eris.  
 languor et immodici sub nullo iudice somni  
 aetaeque et multo tempora quassa mero  
 eripiunt omnes animo sine uulnere ueruos.  
 adlinit incautus insidiosus Amor.  
 desidiam puer ille sequi solet, odit agentes.  
 da naeuae menti, quo teneatur, opus. 150  
 sunt fora, sunt leges, sunt, quos tuarisi, amici:  
 uade per urbanae splendida castra togae.  
 nel tu sanguinei immenalia munera Martis  
 suscipe: deliciae iam tibi terga dabunt.  
 ecce fugax Parthus, magni uona causa triumphii,  
 iam uidet in campis Caesaris arma suis. 156  
 uince Cupidineas pariter Parthasque sagittas  
 et refer ad patrios lina tropaea deos.  
 ut semel Aetola Venus est a cuspide laesa,  
 mandat amatori bella gerenda suo. 160  
 quaeritis, Aegisthus quare sit factus adulter  
 in promptu causa est: desidiosus erat.  
 pugnabant alii tardis apud Ilium armis;  
 transtulerat uires Graecia tota suas.  
 siue operam bellis uellet dare, nulla gerebat;  
 siue foro, naenum litibus Argos erat. 165  
 quod potuit, ne nil illie ageretur, amauit.  
 sic uenit ille puer, sic puer ille manet.  
 rura quoque oblectant animos studiumque colendi:  
 quaelibet huic curae cedere cura potest. 170  
 colla iube domitos oneri supponere tauros,  
 sanciet ut duram uomem aduocus huium;  
 obrue uersata Cerialia semina terra,  
 quae tibi cum multo faenore reddat ager.  
 adspice curuatos pomorum pondere ramos, 175  
 ut sua, quod peperit, nix ferat arbor onus.  
 adspice labentes incundo murmurare riuos,  
 adspice ton dentes fertile gramen oues.
- ecce petunt rupes praeruptaque saxa capellae;  
 iam referent haedlis ubera plena suis. 180  
 pastor inaequali modulatur harundine carmen,  
 nec desunt comites, sedula turba, canes.  
 parte sonant alia siluae mugitibus altae,  
 et queritur uitulum mater abesse suum.  
 quid, cum suppositos fugiunt examina fumos, 185  
 ut releuent dempti uimina curua faui?  
 poma dat autumnus; formosa est messibus aestas;  
 nec praebet flores: igne leuatur hiemps.  
 temporibus certis maturam rusticus uinum  
 deligit, et nudo sub pede msta luunt; 190  
 temporibus certis desectas alligat herbas  
 et tonsam raro pectine uerit huium.  
 ipse potes riguis plantam deponere in hortis;  
 ipse potes riuos ducere lenis aquae.  
 uenerit insitio: fac ramum ramus adoptet, 195  
 stetque peregrinis arbor aperta comis.  
 cum semel haec animum coepit mulcere uoluptas,  
 debilibus pinnis irritus exit Amor.  
 nel tu uenandi studium cole: saepe recessit  
 turpiter a Phoebii uicta sorore Venus. 200  
 nunc leporem pronum catulo sectare sagaci,  
 nunc tua frondosis retia tendere iugis;  
 aut pauidos terre uaria formidine cernos,  
 aut cadat aduersa cuspide fossus aper.  
 nocte fatigatum somnus, non cura puellae, 205  
 excipit et pingui membra quiete leuat.  
 lenius est studium, studium tamen, alite capta  
 aut lino aut calamis praemia parua sequi,  
 nel, quae piscis edax audio male deuoret ore,  
 addere suspensis aera recurua cibus. 210  
 aut his aut aliis, donec dedisces amare,  
 ipse tibi furtim decipiendus eris.  
 tu tantum, quamuis firmis retinere uinculis,  
 i procul et longas carpere perge uias.  
 llebis, et occurret desertae nouem amicae, 215  
 stabit et in media pes tibi saepe nia.  
 sed quanto minus ire uoles, magis ire memento:  
 perfer, et inuitos currere coge pedes.  
 nec plunias opta, nec te peregrina morentur  
 sabbata nec damnis Alia nota suis. 220  
 nec quot transieris, sed quot tibi, quaere, supersint  
 milia, nec, maneat ut prope, linge moras;  
 tempora nec numera, nec crebro respice Romanam,  
 sed fuge: tutus adhuc Parthus ab hoste fuga est.  
 dura aliquis praerecepta nocet mea? dura fatemur  
 esse: sed ut ualeas, multa dolenda feres. 226  
 saepe bibi sucos, quamuis inuitus, amaros  
 aeger, et oranti mensa negata mihi.  
 ut corpus redimas, ferrum patieris et ignes,  
 arida nec sitiens ora leuabis aqua: 230  
 ut ualeas animo, quicquam tolerare negabis?  
 at pretium pars haec corpore manus habet.  
 sed tamen est artis tristissima ianua nostrae,  
 et labor est unus tempora prima pati.  
 adspicis ut pressos urant iuga prima iuuenos, 235  
 et nona uelocem cingula laedat equum?  
 forsitan a Laribus patriis exire pigebit:  
 sed tamen exilibis: deinde redire uoles;  
 nec te Lar patrius, sed amor renouabit amicae,  
 praetendens enlpaes splendida uerba tuae. 240  
 cum semel exieris, centum solacia curae  
 et rus et comites et nia longa dabit.  
 nec satis esse putes discedere; lentus abesto,  
 dum perdat uires sitque sine igne cinis.  
 quod nisi firmata properaris mente reuertii, 245  
 inferet arma tibi saena rebellis Amor;  
 quidquid et aferis, audis sitiensque redibis,  
 et spatium damno cesserit omne tuo.  
 niderit, Haemoniae siquis mala pabula terrae

112 certa—manu Heins., caetera—numum R. debuerat celeris tres Monacenses. 1 = num. g 10, 2 = num. B viii, 3 = num. B cv). 116 tibi R uulg., quoque Monac. 2 Merk. 137 ut R uulg., quod Monac. 1 Merk. 154 deliciae tres Monac., dulcetae R. 185 suppositos uulg., compositos R. 189, 190 om. R. 210 suspensis Palmer, sub paruis Bentl., suppreis codd., sub primis Heins. 220 alia R. Alia Merk. 230 lenabis uulg., laubas R tres Monac. iuuabis Mueller. 240 praetendens uulg., praetendens R Riese. 243 dedisere R.

- et magicas artes posse iuuare putat. 250  
ista ueneficii uetus est uia; noster Apollo  
innocuum sacro carmine monstrat opem.  
me duce non tumulo prodire iubebitur umbra;  
non anus infami carmine rumpet humum;  
non seges ex aliis alios transibit in agros, 255  
nec subito Phoebi pallidus orbis erit.  
ut solet, aequeoras ibit Tiberinus in undas;  
ut solet, in niueis Luna uehetur equis.  
nulla recantatas deponent pectora curas,  
nec fugiet uiuo sulphure uictus amor. 260  
quid te Phasiacae inuenerunt gramina terrae,  
cum cuperes patria, Colchii, manere domo?  
quid tibi profuerunt, Circe, Perseides herbae,  
cum sua Neritias abstulit aura rates?  
omnia fecisti, ne callidus hospes abiret: 265  
ille dedit certae lineae plena fugae.  
omnia fecisti, ne te ferus ureret ignis:  
longus et inuito pectore sedit amor.  
uertere tu poteras homines in mille figuras;  
non poteras animi uertere iura tui. 270  
diceris his etiam, cum iam discedere uellet,  
Dulichium uerbis detinuisse ducem:  
'non ego, quod primo, memini, sperare solebam,  
iam precor, ut coniunx tu meus esse uelis.  
et tamen, ut coniunx essem tua, digna uidebar, 275  
quod dea, quod magni filia Solis eram.  
ne properes, oro; spatium pro munere posco.  
quid minus optari per mea uota potest?  
et freta mota uides, et debes illa timere.  
utilior uelis postmodo uentus erit. 280  
quae tibi causa fugae? non hic noua Troia resurgit,  
non aliquis socios rursus ad arma uocat.  
hic amor et pax est, in qua male uulneror una,  
totaque sub regno terra futura tuo est.'  
illa loquebatur; nauem soluebat Vlixes: 285  
inrita cum uelis uerba tulere Noti.  
ardet et aduetas Circe decurrit ad artes;  
nec tamen est illis adtenuatus amor.  
ergo quisquis opem nostra tibi poscis ab arte,  
deme ueneficis carminibusque fidem. 290  
si te causa potens domina retinebit in urbe,  
accipe, consilium quod sit in urbe meum.  
optimus ille sui uindex, laudentia pectus  
uincula qui rupit dedoluitque semel.  
sicuti tantum animi est, illum mirabor et ipse, 295  
et dicam 'monitis non eget iste meus.'  
tu mihi, qui, quod amas, aegre dediscis amare,  
nec potes, et uelles posse, docendus eris.  
saepe refer tecum sceleratas facta puellae,  
et pone ante oculos omnia damna tuos. 300  
'illud et illud habet, nec ea contenta rapina est;  
sub titulum nostros misit avara Lares.  
sic mihi iurauit, sic me iurata fefellit,  
ante suas quotiens passa iacere fores!  
diliget ipsa alios, a me fastidit amari. 305  
institor, heu, noctes, quas mihi non dat, habet'.  
haec tibi per totos inaeasant omnia sensus;  
haec refer, hinc odii semina quaere tui.  
atque utinam possis etiam facundus in illis  
esse! dole tantum: sponte disertus eris. 310  
haeserat in quadam nuper mea cura puella:  
conueniens animo non erat illa meo;  
curabar propriis aeger Podalirius herbis,  
et, fateor, medicus turpiter aeger eram.  
profuit adsidue uitii insistere amicae, 315  
idque mihi factum saepe salubre fuit.  
'quam mala' dicebam 'nostrae sunt crura puellae!'  
nec tamen, ut uere confiteamur, erant.  
'bracchia quam non sunt nostrae formosa puellae!'
- et tamen, ut uere confiteamur, erant. 320  
'quam breuis est!' nec erat. 'quam multum poscit  
amantem!'  
haec odio uenit maxima causa meo.  
et mala sunt uicina bonis; errore sub illo  
pro uitio uirtus crimina saepe tulit.  
qua potes, in peius dotes deflecte puellae 325  
iudiciumque breui limite falle tuum.  
turgida, si plena est; si fusca est, nigra uocetur;  
in gracili macies crimen habere potest.  
et poterit dici petulans quae rustica non est;  
et poterit dici rustica siqua proba est. 330  
quin etiam, quacumque caret tua femina dote,  
hanc moueat, blandis usque precare sonis.  
exige uti cantet, siqua est sine uoce puella;  
fac saltet, nescit siqua mouere manum.  
barbara sermone est? fac tecum multa loquatur.  
non didicit chordas tangere? posce lyran. 336  
durius incedit: fac inambulet. omne papillae  
pectus habent: uitium fascia nulla tegat.  
si male dentata est, narra, quod rideat, illi.  
mollibus est oculis? quod fleat illa, refer. 340  
proderit et subito, cum se non fixerit ulli,  
ad dominam celeres mane tulisse gradus.  
auferimur cultu: gemmis auroque teguntur  
omnia; pars minima est ipsa puella sui.  
saepe ubi sit, quod ames, inter tam multa requiras.  
decipit hac oculos aegide diues Amor. 346  
inprouisus ades: dependes tutus inermem;  
infelix uitii excidit illa suis.  
non tamen huic ninium praecipere credere tutum est:  
fallit enim multus forma sine arde decens. 350  
tum quoque, compositis cum collinit ora uenenis,  
ad dominae uultus (nec pudor obstet) eas.  
pyxidas inuenies et rerum mille colores,  
et fluere in tepidos oesopa lapsa sinus. 354  
illa tuas redolent, Phineu, medicamina mensas:  
non semel hinc stomacho nausea facta meo est.  
nunc tibi quae medio Veneris praestemus in usu,  
eloquar. ex omni est parte fugandus amor.  
multa quidem ex illis pudor est mihi dicere; sed tu  
ingenio uerbis concipe plura meis. 360  
nuper enim nostros quidam carpere libellos,  
quorum censura Musa proterua mea est.  
dummodo sic placeam, dum toto canter in orbe,  
quod uolet, impugnent unus et alter opus.  
ingenium magni liuor detractat Homeri? 365  
quisquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.  
et tua sacrilegae lanarunt carmina linguae,  
pertulit hic uictos quo duce Troia deos.  
summa petit liuor: perflant altissima uenti;  
summa petunt dextra fulmina missa Iouis. 370  
at tu, quicumque es, quem nostra licentia laedit,  
si sapis, ad numeros exige quidque suos.  
fortia Maeonio gaudent pede bella referri;  
delicis illic quis locus esse potest?  
grande sonant tragici: tragicos decet ira cothurnos.  
usibus e mediis soccus habendus erit. 376  
liber in aduersos hostes stringatur iambus,  
seu celer, extremum seu trahat ille pedem.  
blanda pharetratos Elegia cantet Amores,  
et leuis arbitrio ludat amica suo. 380  
Callimachi numeris non est dicendus Achilles;  
Cydippe non est oris, Homere, tui.  
quis feret Andromaches peragentem Thaida partes?  
peccat, in Andromache Thaida quisquis agat.  
Thais in arte mea est: lasciuiua libera nostra est.  
nil nihi cum uitta: Thais in arte mea est. 386  
si mea materiae respondet Musa iocosae,  
uicimus, et falsi criminis acta rea est.

261 *pasiphe* R, *phasidee* Monac. 3, *Phasidae* Merk. 282 *rursus* R, *Rhesus* uulg. 293 *sui* Heins., *fuit* codd.  
302 *titulum* uulg., *titulo* R tres Monac. 309 *possis* Monac. 2, 3, *posses* R Monac. 1. 320 *et* Heins., *nec* codd. 321 *nec*  
Monac. 3, *et* R Monac. 1, 2. 333 *uti* cod. unus ap. Heinsium, Scaligeri excepta, *ut* R, *quod* uulg., *exigito* *cantet*  
Heins. 338 *uitium* uulg., *tumidae* Merk. ex Monac. 3 *mutata* interpunctione. 350 *multos* R, *multas* uulg. 351 *ita*  
Riese ex R qui habet *compositis cum linit, cum positis sua collinet* uulg. 356 *meo* est R, *meo* uulg. 364 *uolet* codd.,  
*dolet* Merk. *impugnent* uulg., *impugnet* R. 385 *mea est* R, *mea* uulg.

- rumpere, liuor edax. magnum iam nomen habemus ;  
 maius erit, tantum, quo pede coepit, eat. 390  
 sed nimium properas, quia modo, plura dolebis ;  
 et capiunt animi carmina multa mei.  
 nam inuat, et studium famae mihi erevit honore.  
 principio elui noster anhelat equus.  
 tantum se nobis elegi debere fatentur, 395  
 quantum Vergilio nobile debet epos.  
 haectenus inuidiae respondimus. atrahe lora  
 fortius et gyro eurre, poeta, tuo.  
 ergo nbi concubitus et opus iuuenale petetur,  
 et prope promissae tempora noctis erunt, 400  
 gaudia ne dominae, pleno si corpore sumes,  
 te capiant, inea quamlibet ante uelin.  
 quamlibet inuenias, in qua tua prima uoluptas  
 desinat : a prima proxima segnis erit.  
 sustentata Venus gratissima. frigore soles, 405  
 sole inuant umbrac, grata fit uida siti.  
 et pudet, et dicam : Venerem quoque iunge figura,  
 qua minime iungi quamque decere putas.  
 nec labor efficere est. rarae sibi uera fatentur ;  
 et nihil est quod se dedecuisse putent. 410  
 tunc etiam iubeo totas aperire fenestras  
 turpiaeque admissa membra notare die.  
 at simul ad metas uenit finita uoluptas,  
 lassaque eum tota corpora mente iacent,  
 dum piget, et malis nullam tetigisse puellam, 415  
 tacturusque tibi non uideare diu,  
 tunc animo signa, quodcumque in corpore mendum  
 est,  
 luminaque in uitiiis illius usque tene.  
 forsitan haec aliquis (nam sunt quoque) parua uocabit ;  
 sed quae non prosunt singula, multa inuant. 420  
 parua necat morsu spatiosum uipera taurum ;  
 a cane non magno saepe tenetur aper.  
 tu tantum numero pugna praeceptaque in unum  
 contrahit : de multis grandis aceruus erit.  
 sed quoniam totidem mores totidemque figurae, 425  
 non sunt iudicis omnia danda meis.  
 quo tua non possunt offendi pectora facta,  
 forsitan hoc alio indice crimen erit.  
 ille quod obscenas in aperto corpore partes  
 uiderat, in cursu qui fuit, haesit amor ; 430  
 ille quod a Veneris rebus surgente puella  
 uidit in immundo signa pudenda toro.  
 luditis, o siquos potuerunt ista mouere :  
 adllarant tepidae pectora uestra faeces.  
 adtrahet ille puer contentos fortius arcus, 435  
 saucia maiorem turba petitis opem.  
 quid, qui clam latuit reddente obscena puella,  
 et uidit quae mos ipse uidere uetat ?  
 di melius, quam nos moueamus talia quemquam !  
 ut prosint, non sunt expedienda tamen. 440  
 hortor et, ut pariter binas habeatis amicas :  
 fortior est, plures siquis habere potest.  
 secla bipertito eum mens disenrrit utroque,  
 alterius uires subtrahit alter amor.  
 grandia per multos tenuantur flumina riuos, 445  
 cassaque seducto stipite flamma perit.  
 non satis una tenet ceratas ancora puppes,  
 nec satis est liquidis uiuens hamus aquis.  
 qui sibi iam pridem solacia bina parauit,  
 iam pridem summa niotor in arce fuit. 450  
 at tibi, qui fueris dominae male creditus uni,  
 nunc saltem nouus est inueniendus amor.  
 Pasiphaea Minos in Proeride perdidit ignes ;  
 cessit ab Idaea coniuge uicta prior.
- Amphilochi frater ne Phegida semper amaret, 455  
 Callirhoe fecit parte recepta tori.  
 et Parin Oenone summos tenuisset ad annos,  
 si non Oebalia paelice laesa foret.  
 coniugis Odrysio placuisset forma tyranno :  
 sed melior clausae forma sororis erat. 460  
 quid moror exemplis, quorum me turba fatigat ?  
 successore nouo micitur omnis amor.  
 fortius e multis mater desiderat unum,  
 quam quem llens clamat ' tu mihi solus eras.  
 et ne forte putes noua me tibi condere iura : 465  
 (atque utinam inuenti gloria nostra foret !)  
 uidit ut Atrides (quid enim non ille uideret,  
 cuius in arbitrio Graecia tota fuit ?),  
 Marte suo captam Chryseida uictor amabat.  
 at senior stulte llebat ubique pater. 470  
 quid lacrimas, odiose senex ? bene conuenit illis :  
 officio natam laedis, inepte, tuo.  
 quam postquam reddi Calchas, ope tutus Achillis,  
 iusserat, et patria est illa recepta domo,  
 ' est ' ait Atrides ' illius proxima forma, 475  
 et, si prima sinat syllaba, nomen idem.  
 hanc mihi, si sapiat, per se concedat Achilles ;  
 si nimis, imperium sentiat ille meum.  
 quod si quis uestrum factum hoc accusat, Achini,  
 est aliquid ualida seeptra tenere manu. 480  
 nam si rex ego sum, nec mecum dormiat ulla,  
 in mea Thersites regna lleebit eat.'  
 dixit, et hanc habuit solacia magna prioris ;  
 et posita est cura cura repulsa noua.  
 ergo adsume nonas anctore Agamemnone flammis,  
 ut tuus in binio distineatur amor. 486  
 quaeris, ubi inuenias ? artes, i, perlege nostras :  
 plena puellarum iam tibi manus erit.  
 quod si quid praecepta ualent mea, siquid Apollo  
 utile mortales perdoct ore meo, 490  
 quamuis infelix media torreberis Aetna,  
 frigidior glacie fac uideare tuae ;  
 et sanum simula, ne, si quid forte dolebis,  
 sentiat ; et ride, cum tibi llendus eris.  
 non ego te iubeo medias abrupere curas : 495  
 non sunt imperii tam fera iussa mei.  
 quod non es, simula, positosque iuitare furores :  
 sic facies uere, quod meditatus eris.  
 saepe ego, ne biberem, nolui dormire uideri :  
 dum uideor, somno lumina uicta dedi. 500  
 deceptum risi, qui se simulabat amare,  
 in laqueos auceps deederatque suos.  
 intrat amor mentes usui, didiscitur usui :  
 qui poterit sanum iugere, sanus erit.  
 dixerit, ut nenias : pacta tibi nocte uenito ; 505  
 ueneris, et fuerit ianua elausa : feres,  
 nec die blanditias nec fac conuicia posti,  
 nec latus in duro limine pone tumm.  
 postera lux aderit : careant tua uerba querellis,  
 et nulla in uultu signa dolentis habe. 510  
 iam ponet fastus, cum te languere uidebit :  
 hoc etiam nostra munus ab arte feres.  
 te quoque falle tamen, nec sit tibi finis amandi  
 propositus. frenis saepe repugnat equus.  
 utilitas lateat : quod non profitebere, liet. 515  
 quae nimis apparent retia, nitat auis.  
 nec sibi tam placeat, nec te contemnere possit ;  
 sume animos, animis celat ut illa tuis.  
 ianua forte patet ? quamuis reuocabere, transi.  
 est data nox ? dubita nocte uenire data. 520  
 posse pati facile est, nbi, si patientia desit,

401 corpore R, pectore uulg. 406 fil uulg., sit R. 408 putas R Monac. 1, 3, putes Monac. 2 uulg. 415 et R, ut Heins. 425 ita R teste Ehw., mores totidem uulg. 433-436 post 440 posuit Mueller. 437 quid qui Guelf., quidquid codd. plerique. 440 experienda quidam codd. 443 biperto R, bipartito uulg. 446 cassaque R man. sec. Heins., haesaque R, laesaque al. saeuaque Merk. seducto uulg., diducto Merk. ex Monac. 1. 453 Proeride Heins., proeride codd. 464 quae codd., quem Ehw., cui Heins. 467 ut R tres Monac., id uulg. 475 Atrides ait est codd., corr Heins. 478 sentiat R, sentiet R ex corr. 479 accusat R, incusat uulg. 481 ulla R, ulla uulg. 492 glacie Heins., dominae codd. 497 es uulg., est R man. pr. 505 ita interpunxit Mady. 514 propositus Bendl. Burm. propositus codd. 517 nec sibi—nec R, ne tibi—quae Merk., ne tibi—quod codd. plerique. 521 ubi R, tibi uulg. si om. R, add. Mady sapientia R, patientia uulg.

protinus ex facili gaudia ferre licet.  
 et quisquam praecepta potest mea dura uocare ?  
 en, etiam partes conciliantis ago.  
 nam quoniam uariant animi, uariabimus artes. 525  
 mille mali species, mille salutis erunt.  
 corpora uix ferro quaedam sanantur acuto ;  
 auxilium multis suctus et herba fuit.  
 mollior es, neque abire potes uinctusque teneris,  
 et tua saeuus Amor sub pede colla premit ? 530  
 desine luctari. referant tua carbasa uenti,  
 quaque uocant fluctus, hac tibi remus eat.  
 explenda est sitis ista tibi, qua perditus ardes.  
 cedimus ; e medio iam licet amne bibas.  
 sed bibe plus etiam, quam quod praecordia poscunt ;  
 gutture fac pleno sumpta redundet aqua. 536  
 perfruire usque tua, nullo prohibente, puella :  
 illa tibi noctes auferat, illa dies.  
 taedia quaere : mali faciunt et taedia finem.  
 iam quoque, cum credes posse carere, mane, 540  
 dum bene te cumules et copia tollat amorem,  
 et fastidita non iuuet esse domo.  
 fit quoque longus amor quem diffidentia nutrit :  
 hunc tu si quaeres ponere, pone metuum.  
 qui timet, ut sua sit, ne quis sibi detrahat illam, 545  
 ille Machaonia uix ope sanus erit.  
 plus amat e natis mater plerumque duobus,  
 pro cuius reditu, quod gerit arma, timet.  
 est prope Collinam templum nenerabile portam ;  
 inposuit templo nomina celsus Eryx. 550  
 est illic Lethaeus Amor, qui pectora sanat  
 inque suas gelidam lampadas addit aquam.  
 illic et iuuenes uotis obliuia poseunt,  
 et signa est duro capta puella uiro.  
 is mihi sic dixit (dubito, uerusne Cupido 555  
 an somnus fuerit ; sed, puto, somnus erat) :  
 ‘ o qui sollicitos modo das, modo demis amores,  
 adice praeceptis hoc quoque, Naso, tuus.  
 ad mala quisque animi referat sua : ponet amorem.  
 omnibus illa deus plusne minus dedit. 560  
 qui Puteal Ianumque timet celeresque Kalendas,  
 torqueat hunc aeris mutua summa sui.  
 cui durus pater est, ut uoto cetera cedant,  
 haec pater ante oculos durus habendus erit.  
 hic male dotata pauper cum coniuge uiuit : 565  
 uxorem facito credat adesse suam.  
 est tibi rure bono generosae fertilis uuae  
 uinea ? ne nascens usta sit uua, time.  
 ille habet in reditu nauim ; mare semper iniquum  
 cogitet et damno litora foeda suo. 570  
 filius hunc miles, te filia nubililis angat.  
 et quis non causas mille doloris habet ?  
 ut posses odisse tuam, Pari, funera fratrum  
 debueras oculis substituuisse tuis.  
 plura loquebatur placidum puerilis imago 575  
 destituit somnum, si modo somnus erat.  
 quid faciam ? media nauim Palinurus in unda  
 deserit ; ignotas cogor inire uias.  
 quisquis amas, loca sola nocent ; loca sola caucto.  
 quo fugis ? in populo tutior esse potes. 580  
 non tibi secretis (augent secreta furores)  
 est opus ; auxilio turba futura tibi est.  
 tristis eris, si solus eris, dominaeque relictae  
 ante oculos facies stabit, ut ipsa, tuos.  
 tristior idcirco nox est, quam tempora Phoebi : 585  
 quae relenet luctus, turba sodalis abest.  
 nec fuge conloquimur, nec sit tibi ianua clausa,  
 nec tenebris uultus flebilis abde tuos.  
 semper habe Pyladen aliquem, qui curet Orestem :  
 hic quoque amicitiae non leuis usus erit. 590  
 quid nisi secretae laeserunt Phyllida siluae ?

certa necis causa est : incommitata fuit.  
 ibat, ut Edono referens trieterica Baccho  
 ire solet fuis barbara turba comis,  
 et modo, qua poterat, longum spectabat in aequor,  
 nunc in harenosa lassa iacebat humo. 596  
 ‘ perfide Demiophoon ’ surdas clamabat ad undas,  
 ruptaque singulis uerba loquentis erant.  
 limes erat tenuis longa subnubilus umbra,  
 qua tulit illa suos ad mare saepe pedes. 600  
 nona terebatur miserae uia. ‘ uiderit ’ inquit,  
 et spectat zonam pallida facta suam ;  
 adspicit et ramos. dubitat refugitque quod audet,  
 et timet, et digitos ad sua colla refert.  
 Sithoni, tunc certe uellem non sola fuisses : 605  
 non flesset positus Phyllida silua comis.  
 Phyllidis exemplo nimium secreta timete,  
 laese uir a domina, laesa puella uiro.  
 praestiterat iuuenis, quidquid mea Musa iubebat,  
 inque suae portu paene salutis erat : 610  
 recidit, ut cupidus inter deuenit amantes,  
 et, quae condiderat, tela resumpsit Amor.  
 siquis amas, nec uis, facito contagia uites.  
 haec etiam pecori saepe nocere solent.  
 dum spectant laesos oculi, laeduntur et ipsi, 615  
 multaque corporibus transitione nocent.  
 in loca nonnumquam siccis arentia glebis  
 de prope currenti flumine manat aqua.  
 manat amor tectus, si non ab amante recedas ;  
 turbaque in hoc omnes ingeniosa sunus. 620  
 alter item iam sanus erat : uicinia laesit ;  
 occursum dominae non tulit ille suae.  
 uulnus in antiquum rediit male firma cicatrix,  
 successumque artes non habuere meae.  
 proximus a tectis ignis defenditur aegre : 625  
 utile finitimis abstinuisse locis.  
 nec quae ferre solet spatiantem porticus illam,  
 te ferat, officium neue colatur idem.  
 quid iuuat admonitu tepidam recalescere mentem ?  
 alter, si possis, orbis habendus erit. 630  
 non facile esuriens posita retinebere mensa,  
 et multam saliens incitat unda sitim.  
 non facile est taurum uisa retinere iuuenae ;  
 fortis equus uisae semper adhiinit equae.  
 haec ubi praestiteris, ut tandem litora tangas, 635  
 non ipsam satis est deseruisse tibi.  
 et soror et mater ualeant et conscia nutrix,  
 et quisquis dominae pars erit uia tuae.  
 nec ueniat seruus, nec flens ancillula fictum  
 suppliciter dominae nomine dicat ‘ haec. ’ 640  
 nec, si seire uoles quid agat, tamen, illa, rogabis.  
 perfer : erit lucro lingua retenta tuo.  
 tu quoque, qui cansam finiti reddis amoris  
 deque tua domina multa querenda refers,  
 parce queri. melius sic ulciscere tacendo, 645  
 ut desideris effluat illa tuis.  
 et malum taceas, quam te desisse loquaris :  
 qui nimium multis ‘ non amo ’ dicit, amat.  
 sed meliore fide panlatim extinguitur ignis,  
 quam subito. lente desine ; tutus eris. 650  
 flumine perpetuo torrens solet altior ire :  
 sed tamen haec breuis est, illa perennis aqua.  
 fallat et in tenues euanidus exeat auras  
 perque gradus molles emoriatur amor.  
 sed modo dilectam seclus est odisse puellam : 655  
 exitus ingenis conuenit iste feris.  
 non curare sat est. odio qui finit amorem,  
 aut amat aut aegre desinet esse miser.  
 turpe uir et mulier, iuncti modo, protinus hostes.  
 non illas lites Appias ipsa probat. 660  
 saepe reas faciunt, et amant. ubi nulla simultas

525 uariamus et artes Monac. 2. 531 referant uulg., referent R. 542 inuict uulg., libet R Monac. 1, 2. 547, 548  
 prorscripsit Merk. 560 ille Monac. 3, ille codd. plerique. 566 facto R Monac. 3, corr. Madv. fato—obesse uulg.  
 suo cod l., corr. Madv. 570 foeda uulg., foeda R, plena Monac. 2, feta Heins. 573 posses Monac. 1, 2, possis uulg.  
 600 qua R, quo uulg. 605 tunc. tum Housman. 607 timete uulg., timeto Merk. ex Monac. 3. 611 recidit R. 612  
 condiderat Heins. ex codd., conciderant R, conciderunt Bentl. 645 ut R Monac. 1, 3, dum uulg. 651 altior R, acrior  
 Riese, acrius uulg., altius codd. plerique.



- incidit, admonitu liber aberrat amor.  
 forte aderam iuueni : dominam lectica tenebat :  
 horrebant saeuis omnia uerba nimis.  
 iamque uadaturus 'lectica prodeat' inquit. 665  
 prodierat. uisa coniuge mutus erat.  
 et manus et manibus duplices cecidere tabellae ;  
 uenit in amplexus atque ita 'uincis' ait.  
 tutius est aptumque magis, discedere pace  
 nec petere a thalamis litigiosa fora. 670  
 munera quae dederas, habeat sine lite, iubeto :  
 esse solent magno damna minora bono.  
 quod si uos aliquis casus conduxit in unum,  
 mente memor tota, quae damus arma, tene.  
 nunc opus est armis ; hic, o fortissime, pugna : 675  
 uincenda est telo Penthesilea tuo.  
 nunc tibi riuales, nunc durum limen amanti,  
 nunc subeant mediis irrita uerba deis.  
 nec componere conas, quia sis uenturus ad illam,  
 nec toga sit laxo conspicienda sinu. 680  
 nulla sit ut placeas alienae cura puellae :  
 iam facito e multis una sit illa tibi.  
 sed quid praecipue nostris conatibus obstat ?  
 cloquar, exemplo quemque docente suo :  
 desinimus tarde, quia nos speramus amari. 685  
 dum sibi quisque placet, credula turba sumus.  
 at tu nec uoces (quid enim fallacis illis ?)  
 crede nec aeternos pondus habere deos.  
 neue puellarum lacrimis moueare, caneto.  
 ut flerent, oculos erudire suos. 690  
 artibus innumerio mens oppugnatur amantium,  
 ut lapis aequoreis indigne pulsus aquis.  
 nec causas aperi, quare diuortia malis,  
 nec die quid doleas (clam tamen usque dole),  
 nec peccata refer, ne diluat. ipse fauebis, 695  
 ut melior causa sit illa tua.  
 qui silet, est firmus : qui dicit multa puellae  
 probra, satisfieri postulat ille sibi.  
 nou ego Dulichio furari more sagittas  
 nec raptas ausim tingnere in anne faces. 700  
 nec nos purpureas pueri rescebabimus alas,  
 nec sacer arte mea laxior arcus erit.  
 consilium est, quodennique cana. parete canenti,  
 utque facis, coeptis, Phoebe saluber, ades.  
 Phoebus adest. sonuere lyrae, sonuere pharetrac ;  
 signa deum nosco per sua : Phoebus adest. 706  
 confer Amyclaeis medicatum nellus aenis  
 murice cum Tyrio : turpius illud erit.  
 uos quoque fornosis uestras conferte puellas :  
 incipiet dominae quemque pudere suae. 710  
 utraque formosae Paridi potuere uideri :  
 sed sibi conlatam uicit utramque Venus.  
 nec solam faciem, mores quoque confer et artem :  
 tantum iudicio ne tuus obsit amor.  
 exiguum est quod deinde canam : sed profuit illud  
 exiguum multis, in quibus ipse fui. 716  
 scripta caue relegas blandae seruata puellae :  
 constantis animos scripta relecta mouent.  
 omnia pone feros (pones inuitus) in ignes,  
 et die 'ardoris sit rognus iste mei.' 720  
 Thestias absentem succendit stipite natum :  
 tu timide flammae perfida uerba dabis  
 si potes, et ceras remoue. quid imagine muta  
 earperis ? hoc periit Laudamia moda.  
 et loca muta nocent. fugo loca conscia uestri 725  
 concubitus ; easas illa doloris habent.  
 'hic fuit, hic cubuit ; thalamo dormiuimus illo ;  
 hic mihi lasciuia gaudia nocte dedit.'  
 admonitus refrietur amor, uulnusque nouatum  
 scinditur : infirmis culpa pusilla nocet. 730
- ut paene extinctum cinerem si sulphure tangas,  
 uiuet, et e minimo maximus ignis erit ;  
 sic, nisi uitaris quidquid renouabit amorem,  
 flamma redardescet, quae modo nulla fuit.  
 Argolides cuperent fugisse Capherea puppes, 735  
 teque, senex luctus ignibus ulte tuos.  
 praeterita cautus Niseide nauita gaudet.  
 tu loca quae nimium grata fuere caue.  
 haec tibi sint Syrtes ; haec Acrocerania uita ;  
 hic uomit epolas dira Charybdis aquas. 740  
 sunt quae non possunt aliquo cogente iuberi,  
 saepe tamen casu facta iuuare solent.  
 perdat opes Phaedra : parecs, Neptunc, nepoti,  
 nec faciet pauidos taurus auitus equos.  
 Gnosida fecisses inopem : sapienter amasset. 745  
 diuitiis alitur luxuriosus amor.  
 eur nemo est, Hecalen, nulla est, quae ceperit Iron ?  
 nempe quod alter egens, altera pauper erat.  
 non habet unde summi paupertas pascat amorem,  
 non tamen hoc tanti est, pauper ut esse nelis. 750  
 at tanti tibi sit, non indulgere theatris,  
 dum bene de uacuo pectore cedat amor.  
 enervant animos citharae lotosque lyraeque  
 et uox et numeris braccia mota suis.  
 illic adsidue ficti saltantur amantes : 755  
 quid caueas, actor, quid innet, arte docet.  
 eloquar inuitus : teneros ne tange postas.  
 summoceo dotes ip-sius ipse meas.  
 Callimachus fugito : non est inimicus Amori ;  
 et eum Callimacho tu quoque, Coe, noces. 760  
 me certe Sappho meliore fecit amicae,  
 nec rigidos mores Teia Musa dedit.  
 carmina quis potuit tuto legisse Tibulli,  
 uel tua, cuius opus Cynthia sola fuit ?  
 quis poterit lecto durus discedere Gallo ? 765  
 et mea nescio quid carmina tale sonant.  
 quod nisi dux operis uatem frustratur Apollo,  
 aemulus est nostri maxima causa mali.  
 at tu riualem noli tibi fingere quemquam,  
 inque suo solam crede iacere toro. 770  
 acrius Hermonion ideo dilexit Orestes,  
 esse quod alterius cooperat illa uiri.  
 quid, Menelae, doles ? ibas sine coniuge Creten  
 et poteras nupta lentus absesse tua.  
 ut Paris hanc rapuit, nunc demum uxore carere 775  
 non potes : alterius eruit amore tuus.  
 hoc et in abducta Briseide llebat Achilles,  
 illam Plisthenio gaudia ferre toro.  
 nec frustra llebat, mihi erodite. fecit Atrides,  
 quod si non faceret, turpiter esset iners. 780  
 certe ego fecissem, nec sum sapientior illo :  
 inuidiae fructus maximus ille fuit.  
 nam sibi quod nunquam tactam Briseida iurat  
 per sceptrum, sceptrum non putat esse deos.  
 di faciant, possit dominae transire relictae 785  
 limina, proposito sufficiantque pedes.  
 et poteris, modo nelle tene. nunc fortiter ire,  
 nunc opus est celeri subdere calear equo.  
 illo Lotophagos, illo Sirenas in antro  
 esse puta ; remis adice uela tuis. 790  
 hunc quoque, quo quondam nimium riuale dolebas,  
 uellem desineres hostis habere loco.  
 at certe, quamuis odio remanente, saluta.  
 oscula cum poteris iam dare, sanus eris.  
 ecce, cibos etiam, medicinae fungar ut omni 795  
 munere, quos fugias quosque sequare, dabo.  
 Damian, an Libyis bulbus tibi missus ab oris,  
 an ueniat Megaris, noxius omnis erit.  
 nec minus ericas aptum nitare salaces,

669, 670 proseripsit Heins. 683 quid uulg., quod Merk. ex Monac. 2. obstat R Elhw., obstat uulg. 699 dulichio R, Dulichias uulg., furari Housman et Palmer qui fabulam Philoctetae conferunt, furari codd., furialis uulg. 701 rescebabimus uulg., resicabimus R Merk. 713 artem R, artes uulg. 719 pones R, quamuis uulg. 724 Laudamia R. 725 muta Merk., multa codd. 727 dormiuimus uulg., dorminus in R. 729 admonitus R, admonitu uulg. 730 culpa R, causa uulg. 735 Capherea R. 745, 746 secluserunt Mueller Elhw. 778 toro R pro nar. ser., oiro R, uiro codd. plerique. 798 an ueniat Monac. 1, adueniat codd. plerique.

et quicquid Veneri corpora nostra parat. 800  
 utilius sumas acuentis lumina rutas,  
 et quicquid Veneri corpora nostra negat.  
 quid tibi praecipiam de Bacchi munere, quaeris?  
 spe breuius monitis expedire meis.  
 uina parant animum Veneri, nisi plurima sumas, 805  
 et stupeant multo corda sepulta mero.  
 nutritur uento, uento restinguitur ignis:

lenis alit flammās, grandior aura necat.  
 aut nulla ebrietas, aut tanta sit, ut tibi curas  
 eripiat: si qua est inter utrumque, nocet. 810  
 hoc opus exegi. fessae date sarta carinae.  
 contigimus portus, quo mihi cursus erat.  
 postmodo reddetis sacro pia uota poetae,  
 carmine sanati femina uirque meo.

P. OVIDI NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER PRIMVS

**I**N noua fert animus mutatas dicere formas  
corpora ; di, coeptis (nam uos mutastis et illas)  
adspirate meis primaque ab origine mundi  
ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Ante mare et terras et quod tegit omnia caelum 5  
unus erat toto naturae uultus in orbe,  
quem dixere Chaos : rudis indigestaque moles  
nec quiequam nisi pondus iners congestaque eodem  
non bene iunctarum discordia semina rerum.  
nullus adhuc mundo praebat lumina Titan, 10  
nec noua erescendo reparabat cornua Phoebae,  
nec circumfuso pendebat in aere tellus  
pouderibus librata suis, nec brachia longo  
margine terrarum porreberat Amphitrite.  
ulque erat et tellus illic et pontus et aer, 15  
sic erat instabilis tellus, inuabilis unda,  
lucis egens aer ; nulli sua forma manebat,  
obstabatque aliis aliud, quia corpore in uno  
frigida pugnabant calidis, mmentia siccis,  
mollia cum duris, sine pondere habentia pondus. 20

Hanc deus et melior litem natura diremit.  
nam caelo terras et terris abscedit undas  
et liquidum spisso secrenit ab aere caelum.  
quae postquam euoluit caecoque exemit aceruo,  
dissociala locis concordia pace ligauit, 25  
igne conuexi uis et sine pondere caeli  
emueit summaque locum sibi fecit in aere ;  
proximus est aer illi leuitate loeoque ;  
densior his tellus elementaque grandia traxit  
et pressa est grauitate sua ; circummillus umor 30  
ultima possedit solidumque coeuenit orbem.

Sic ubi dispositam, quisquis fuit ille deorum,  
congeriem secuit sectamque in membra redegit,  
principio terram, ne non aequalis ab omni  
parte foret, magni speciem glomerant in orbis. 35  
tum freta diffudit rapidisque tumescere uentis  
iussit et ambitae circumdare litora terrae.  
addidit et fontes et stagna immensa lacusque,  
fluminaque obliquis cinxit decliua ripis,  
quae diuersa locis partim sorbentur ab ipsa, 40  
in mare perueniunt partim campoque recepta  
liberioris aquae pro ripis litora pulsant.  
iussit et extendi campos, subsidere ualles,  
fronde tegi siluas, lapidosos surgere montes.  
ulque duae dextra caelum totidemque sinistra 45

parte secant zonae, quinta est ardentior illis,  
sic onus inclusum numero distinxit eodem  
cura dei, totidemque plagae tellure premuntur.  
quarum quae media est, non est habitabilis aestu ;  
nix tegit alta duas ; totidem inter utrumque locauit  
temperiemque dedit mixta cum frigore flamma. 51  
immet his aer ; qui, quanto est pondere terrae  
pondus aquae leuius, tanto est onerosior igni.  
illic et nebulas, illic consistere nubes

iussit et humanas motura tonitrua mentes. 55  
et cum fulminibus facientes frigora uentos.  
his quoque non passim mundi fabricator habendum  
aera permisit ; uix nunc obsistitur illis,  
cum sua quisque regant diuerso flamma tractu,  
quin laenent mundum ; tanta est discordia fratrum.  
Eurus ad auroram Nabataeaeque regna recessit 61  
Persidaeque et radiis iuga subdita matutinis ;  
uesper et occiduo quae litora sole lepesunt,  
proximasunt Zephyro ; Scythiam septemque trionem  
horrifer inuasit Boreas ; contraria tellus 65  
mubibus adsiduis pluuioque madescit ab Austro.  
haec super inposuit liquidum et grauitate earentem  
aethera nec quiequam terrenae faecis habentem.  
nix ea limitibus dissaepserat omnia certis,  
cum, quae pressa diu massa latere sub illa, 70  
sidera coeperunt toto effernescere caelo.  
nec regio foret ulla suis animantibus orba,  
astra tenent caeleste solum formaque deorum,  
cesserunt nitidis habitandae piscibus undae,  
terra feras cepit, uolucres agitabilis aer. 75

Sanctius his animal mentisque capaxius altae  
deerat adhuc, et quod dominari in cetera posset.  
natus homo est, sine hunc diuino semine fecit  
ille opifex rerum, mundi melioris origo,  
sine recens tellus seductaque nuper ab alto 80  
aethere cognati retinebat semina caeli ;  
quam satus Iapeto mixtam fluuiatilibus undis  
fluxit in effigiem moderantum cuncta deorum ;  
pronaque cum spectent animalia cetera terram,  
os homini sublime dedit caelumque uidere 85  
iussit et erectos ad sidera tollere uultus.  
sic, modo quae fuerat rudis et sine imagine, tellus  
induit ignotas hominum conuersa figuras.

Aurea prima sala est aetas, quae uindice nullo,  
sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat. 90

1 2 illas codd., illae Merk(ell). 15 quaque (in ras.) erat et tellus M(arcianus), ut qua erat et tellus t (Esfurtensis sive Amponianus) λ (Laurentianus), atque ubi erat t. N(eapolitanus), atque erat t. Be(rnense fragmentum), atque erat et t. Merk. quae refugit tellus illuc ut p. Porphy. ad Hor. Carm. III 4. 29. aether M A (Harleianus 2610) N, aer uulg. 23 aethere M (in ras.) A. 27 s. legit N t, cf. XII 43. 30 sua M A Be N, sui t λ Merk. 31 ultima codd., extrema Ciofanus. 36 diffundit Be, diffundi Heins. tum A Be N t, tunc M. 50 inter utrumque codd., in utrumque Be, corr. Burin. ex codd. 53 pondere a. leuior M A Be, pondus a. leuior t, corr. Constantius Fanensis. 59 regat A N λ t, rotat Be. 61 nabataeaeque M N λ, nabataeaeque A Be. 64 trionem A Be t λ Seneca. 69 uix ea M in ras., atque ea Be, uix ita uulg. dissaepserat Be, dissaepserat N t, dissaepserat M A t λ. 70 tum codd. plerique, cum Be. dia fuerant caligine caeca (multi N) Be N. 72 animalibus codd., animantibus Heins. 85 uidere codd., tueri codd., pauci. 87, 88 hos uu. debebat Bentl.

poena metusque aberant, nec uerba minacia fixo  
aere legebantur, nec supplex turba timebat  
iudicis ora sui, sed erant sine uindice tuti.  
nondum caesa suis, peregrinum ut uiseret orbem,  
montibus in liquidas pinus descenderat undas, 95  
nullaque mortales praeter sua litora norant.  
nondum praecipites cingebant oppida fossae;  
non tuba derecti, non aeris cornua flexi,  
non galeae, non ensis erant; sine militis usu  
mollia securae peragebant otia gentes. 100  
ipsa quoque inuicis rastroque intacta nec ullis  
saucia uomeribus per se dabat omnia tellus;  
contentique cibis nullo cogente creatis  
arbutos fetus montanaque fraga legebant  
cornaque et in duris haerentia mora rubetis 105  
et quae deciderant patula Iouis arbore glandes.  
uer erat aeternum, placidique tepentibus auris  
mulcebant Zephyri natos sine semine flores.  
mox etiam fruges tellus inarata ferebat,  
nec renouatus ager grauidis canebat aristas; 110  
flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,  
flauaque de uiridi stillabant ilice mella.

Postquam, Saturno tenebrosa in Tartara misso,  
sub Ioue mundus erat, subit argentea proles,  
auro deterior, fuluo pretiosior aere. 115  
Iuppiter antiqui contraxit tempora ueris,  
perque hiemes aestusque et inaequalis autumnos  
et breue uer spatium exegit quattuor annuum.  
tum primum siccis aer feruoribus ustus  
canduit, et uentis glacies adstricta pependit. 120  
tum primum subiere domus; domus antra fuerunt  
et densi frutices et uinctae cortice uirgae.  
semina tum primum longis Cerealia sulcis  
obruta sunt, pressisque iugo genuere iuueni.

Tertia post illam successit aenea proles, 125  
saeuior ingenis et ad horrida promptior arma,  
non scelerata tamen. de duro est ultima ferro.  
protinus inrupit uenae peioris in aeuum  
omne nefas; fugere pudor uerumque dolisque;  
in quorum subiere locum fraudesque dolique 130  
insidiaeque et uis et amor sceleratus habendi.  
uela dabant uentis, nec adhuc bene nouerat illos  
nauita; quaeque diu steterant in montibus altis,  
fluctibus ignotis insultauere carinae.  
communemque prius ceu lumina solis et auras 135  
cautus humum longo signauit limite mensor.  
nec tantum segetes alimentaue debita diues  
posebatur humus; sed itum est in uiscera terrae;  
quasque recondiderat Stygiisque admouerat umbris,  
effodiuntur opes, inritamenta malorum. 140  
iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum  
proderat: prodit bellum, quod pugnat utroque  
sanguineaue manu crepitantia concutit arma.  
uiuiter ex raptis; non hospes ab hospite tutus,  
non socer a genero; fratrum quoque gratia rara est. 146  
inminet exitio uir coniugis, illa mariti;  
lurida terribiles miscens aconita nouercae;  
filius ante diem patrios inquit in annos.  
uicta iacet pietas, et uirgo caede madentes  
ultima caelestium terras Astraea reliquit. 150

Neue foret terris securior arduus aether,  
adfectasse ferunt regnum caeleste Gigantas  
altaque congestos struxisse ad sidera montes.  
tum pater omnipotens misso perfremit Olympum  
fulmine et excussit subiecto Pelion Ossae. 155  
obruta mole sua cum corpora dira iacerent,

perfusam multo natorum sanguine Terram  
inmaduisse ferunt calidumque animasse cruorem,  
et, ne nulla suae stirpis monumenta manerent,  
in faciem uertisse hominum. sed et illa propago 160  
contemptrix superum saeuaeque audivissima caedis  
et uiolenta fuit; seires e sanguine natos.

Quae pater ut summa uidit Saturni arce,  
ingemit et, facto nondum uulgata recenti  
foeda Lycaoniae referens conuiuia mensae, 165  
ingentes animo et dignas Ioue concipit iras,  
conciliumque uocat: tenuit mora nulla uocatos.  
est uia sublimis, caelo manifesta sereno;  
lactea nomen habet, candore notabilis ipso.  
hac iter est superis ad magni tecta Tonantis 170  
regalemque domum. dextra laeuaque deorum  
atria nobilium ualuis celebrantur apertis.  
plebs habitat diuersa locis: hac fronte potentes  
caelicolae clarique suos posuere penates.

hic locus est, quem, si uerbis audacia detur, 175  
haud timeam magni dixisse Palatia caeli.  
ergo ubi marmoreo superi sedere recessu,  
celsior ipse loco sceptroque innixus eburno  
terrificam capitis concussit terque quaterque  
caesariem, cum qua terram, mare, sidera mouit. 180  
talibus inde modis ora indignantia soluit:

'non ego pro mundi regno magis anxius illa  
tempestate fui, qua centum quisque parabat  
inire anguipedum captiuo braccia caelo.  
nam quamquam ferus hostis erat, tamen illud ab uno  
corpore et ex una pendebat origine bellum. 186  
nunc mihi, qua totum Nereus circumsonat orbem,  
perdendum est mortale genus. per flumina iuro  
intra sub terra Stygia labentia luco,  
cuncta prius temptata: sed inmedicabile uulnus 190  
ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

sunt mihi semidei, sunt rustica numina, Nymphae  
Faunisque Satyrique et monticolae Siluani;  
quos, quoniam caeli nondum dignamur honore,  
quas dedimus, certe terras habitare sinamus. 195  
an satis, o superi, tutos fore creditis illos,  
cum mihi, qui fulmen, qui uos habeoque regoque,  
struxerit insidias notus feritate Lycaon?'  
conferuere omnes studiisque ardentibus ansu  
talia deponunt. sic, cum manus impia saeuit 200  
sanguine Caesareo Romanum exstinguere nomen,  
attonitum tantae subito terrore ruinae  
humanum genus est totusque perhorruit orbis.  
nec tibi grata mihi pietas, Auguste, tuorum est,  
quam fuit illa Iouis. qui postquam uoce manique  
murmura compressit, tenuere silentia cuncti. 206  
substitit ut clamor, pressus grauitate regentis,  
Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit:

'ille quidem poenas (curam hanc dimittite) soluit.  
quod tamen admissum, quae sit uindicta, docebo.  
contigerat nostras infamia temporis aures; 211  
quam cupiens falsam, summo delabor Olympo  
et deus humana lustris sub imagine terras.  
longa mora est, quantum noxae sit ubique repertum,  
enumerare; minor fuit ipsa infamia uero. 215  
Maenala transieram, latebris horrenda ferarum,  
et cum Cyllene gelidi pineta Lycaei.

Arcadis hinc sedes et inhospita tecta tyranni  
ingredior, traherent cum sera crepuscula noctem.  
signa dedi uenisse deum, uulgusque precari 220  
cooperat: inridet primo pia uota Lycaon;  
mox ait "experiar, deus hic, discrimine aperto,

I 91-93 hos uu. om. A Be ε, in marg. habent N<sup>2</sup> λ. 91 *minacia* N<sup>2</sup> uulg., *minancia* M λ. 92 *ligabantur* M N<sup>2</sup> λ edd. uett. 98 *derecti* Housman, *directi* codd. 99 *erat* codd. plerique, corr. Heins. 114 *subiitque* M. 121 *domos domus* A<sup>2</sup> Be N ε λ. 125 *illas* λ Riese. 132 *neque* A Be P (arisiense fragmentum. uid. Ellis in Journ. of Phil. xv p. 244). 135 *auras* Be N Heins., *aurae* ε λ, *auere* M in ras. A. 138 *in. per* N. 140 *inritamenta* ex A P. 142 *proderat* A Be. 152 *gigantas* A Be N<sup>1</sup>, *gigante* (in ras.) s M P ε λ. 155 *subiecto* A P, *subiectae* Be, *subiecti* || M<sup>1</sup>, *subiectum* λ, *subiecto* N. *Pelio Ossam* Burm. coll. Verg. Georg. I 281. 166 *animo* Be N, *animos* (s del.) A T (egerensis), *animos* M ε λ. *Ioue* om. M. 173 *hac fronte* A N P T, a (in ras.) fr. M ε λ, *hac parte* Be. 189 *terra* codd. Argentini. et Leidens., *terras* codd. 190 *temptanda* M A N<sup>2</sup> P ε, *temptant* B)ata λ B Plan(udes). *uulnus* M pro uar. scr. N in ras. ε, *corpus* M A Be λ, *cura* uel *curae* Merk. 199 *contremuere* M A N ε λ, *non fremuere* Be qui hic desinit, *conferuere* ed. Aldina 1502. 202 *tante subito* A λ Plan., *tanto subitae* cett. 206 om. A, habet M in marg. 207, 208 seclisut Merk. 217 *Cyllene* Plan. Heins., *cilleno* M A N ε λ.

an sit mortalis; nec erit dubitabile uerum." nocte grauem somno necopina perdere morte me parat; haec illi placet experientia ueri. nec contentus eo est; inissi de gente Molossa obsidis unius iugulum mucrone resoluit, atque ita semineces partim feruentibus artus mollit aquis, partim subiecto torruit igni. quos simul inposuit mensis, ego uindice flamma in domino dignos euerit tecta penates. territus ipse fugit, nactusque silentia ruris exululat frustra que loqui conatur; ab ipso colligit os rabiem, solitaeque cupidine caedis neritur in pecudes et nunc quoque sanguine gaudet. in uillos abeunt uestes, in crura laerit; lit lupus et ueteris seruat uestigia formae. canities eadem est, eadem uolentia uultus, idem oculi lucent; eadem feritatis imago est. occidit una domus: sed non domus una perire digna fuit; qua terra patet, fera regnat Erinyes, in facinus irasse putes. dent oculus omnes, quas meruere pati, sic stat sententia, poenas. dicta Iouis pars noce probant stimulosque frementi adiecit, alii partes adsensibus impleuit. est tamen humani generis iactura dolori omnibus, et quae sit terrae mortalibus orbae forma futura rogant, quae sit laturus in aras tura, ferisne paret populandas tradere terras. talia quaerentes (sibi enim fore cetera curae) rex superum trepidare metat subolemq;e priori dissimilem populo promittit origine mira.

Iamque erat in totas sparsurus fulmina terras; sed timuit ne forte sacer tot ab ignibus aether conceperit flammam, longusque ardesceret axis. esse quoque in fati reminiscitur adfore tempus, quo mare, quo tellus correptaque regia caeli ardeat et mundi moles operosa laboret. tela reponuntur manibus fabricata Cycloppum; poena placet diuersa, genus mortale sub indis perdere et ex omni nimbo demittere caelo. protinus Aeolus Aquilonem claudit in antris et quaecumque fugant inductas flamma nubes, emittitque Notum. madidis Notus euolat alis, terribilem pieca tectus caligine uultum. barba grauis nimbis; canis fluit unda capillis; fronte sedent nebulae; rorant permaeque sinusque. utque manu late pendente nubila pressit, fit fragor, hinc densi fundantur ab aethere nimbi. nuntia Iunonis, uarios induta colores, concepit Iris aquas alimentaque mibilibus adfert. steruuntur segetes et deplorata colonis nota iacent, longique perit labor imritus anni. nec caelo contenta suo est Iouis ira; sed illum caeruleus frater inuat auxiliariis undis. conuocat hic amnes. qui postquam tecta tyranni intrauere sui, non est hortamine longo nunc ait: nteudum; uires effundite uestras (sic opus est), aperite domos ac mole remota fluminibus uestris totas imittite habenas. inserat: hi redeunt ac fontibus ora relaxant et defrenato uoluntur in aequora cursu. ipse tridente suo terram perussit; at illa intremuit motuque nias patefecit aquarum. exspatiata ruunt per apertos flumina campos emique satis arbusta simul pecudesque uirosque tetaque, cumque suis rapiunt penetralia saeris.

siqua domus mansit potnitque resistere tanto indeiecta malo, culmen tamen altior huius unda tegit, pressaeque latent sub gurgite turres. iamque mare et tellus nullum discrimen habebant. omnia pontus erant; deerant quoque litora ponto. occupat hic collein; cumba sedet alter adunca et ducit remos illic, ubi nuper ararat. ille supra segetes aut uersae culmina uillae nauigat; hic summa piscem deprendit in ulmo. figitur in uiridi, si fors tulit, ancora prato, aut subiecta terunt curuae uincta carinae. et, modo qua graciles gramen carpsere capellae, nunc ibi deformius ponunt sua corpora phocae. mirantur sub aqua lucos urbesque domosque Nereides, siluasque tenent delphines et altis incursant ramis agitataque robora pulsant. nat lupus inter oues; fuluos nehit unda leones, unda uehit tigres; nec uires fulminis apro, crura nec ablati prosunt uelocia ceruo. quaesitisque diu terris, ubi sistere detur, in mare lassatis uolueris uaga decedit alis. obruerat tunnelos immensa licentia ponti, pulsabantque noni montana caecumina fluctus. maxima pars unda rapitur; quibus nuda pepercit, illos longa domant inopi iceniua uictu.

Separat Aonios Octaeis Phocis ab aruis, terra ferax, dum terra fuit, sed tempore in illo pars maris et latns subitarum campus aquarum. mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus, nomine Parnasos, superantque caecumina nubes hic ubi Deucalion (nam cetera tlexerat aequor) cum consorte tori parua rate uectus adhaesit, Coryceidas nymphas et numina montis adorant fatidicamque Themis, quae tunc oracla tenebat. non illo melior quisquam uice amantior aequi uir fuit, aut illa metuentior uia deorum. Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem et superesse uirum de tot modo milibus unum et superesse nidet de tot modo milibus unum, innocuos ambo, cultores numinis ambo, nubila disiecit nimbisque Aquilone remotis et caelo terras ostendit et aethera terris. nec maris ira manet; postitoque triuspide telo mulet aquas rector pelagi, supraque profundum extantem atque numeros innato murice tectum caeruleum Tritona uocat conchaque sonanti inspirare iubet fluctusque et flumina signo iam reuocare dato. eura breuina sumitur illi, tortilis, in latum quae turbine crescit ab imo, breuina quae, medio concepit ubi aera ponto, litora noce replet sub utroque iacentia Phoebo. tunc quoque, ut ora dei madida rorantia barba contigit et cecinit inssos inflata receptus, omnibus audita est telluris et aequoris undis, et quibus est undis audita, coereuit omnes. iam mare litus habet; plenos capit ahrens amnes; flumina subsidunt; collesque exire uidentur; surgit humus; crescent sola decrescentibus undis. postque diem longam nudata caecumina silinae ostendunt limmq;e tenent in froude relictum. redditus orbis erat. quem postquam uidit inanem et desolatam agere alta silentia terras, Deucalion lacrimis ita Pyrrham adfatur obortis: o soror, o coniunx, o femina sola superstes, quam commune mihi genus et patris origo,

I 226 est om. A. 231 dominum eod. corr. Ciofanus. 233 ab illo M. 235 utitur MN. 239 lucent Housman (Transactions Camb. Philol. Soc. t. iii p. 140). est om. e. 244 probat A. 265 talusque eA. 268 proles obsessa M A N. 261 diuinitate N eA. 268 lata eA. 269 hinc. et A eA. 272 coloni A Heius. 290 labant Seneca nat. qu. III 28. 292 erat A N A. 293 colles M A. Kimba M, cimba A e, cymba A. 297 anchora A N. u. Owen, Tristia p. xcviii. 298 legunt M in ras. A A. 299 qua ed. prince, o Plan., quo eod. 302 et. in A N e. 304-309 extant in Be. 307 detur A Merk. al., cf. Verg. Aen. III 7, possit M A A, possit Be N e Riese. 313 acteis M A N A, acteis i, corr. Delrins, Aonios Actolos Suchier. 317 parnasos ex A. superatque caecumina A e A. 320 adorant Plan. Korn, adhorat M pro uar. scr., ad(h)orant M A N A. 326 om. M, in marg. add. man. saec. XIII teste Korn, A N in marg. 327 ambo—ambo A Ellis. 332 m. tinctum Bentl. 333 conchaque M in ras. N e A, conchaque A ed. prince. 338 latentia A. 340 receptus A T Heius. mlg., recessus M in ras. N e A Riese. 343, 344 transpos. Merk. 345 loca eod., corr. Housman (l. c. p. 141). 348 apertum eA.

deinde torus iunxit, nunc ipsa pericula iungunt,  
 terrarum, quascumque uident occasus et ortus,  
 nos duo turba sumus; possedit cetera pontus. 355  
 haec quoque adhuc uitae non est fiducia nostrae  
 certa satis; terrent etiam nunc nubila mentem.  
 quis tibi, si sine me fatis erepta fuisses,  
 nunc animus, miseranda, foret? quo sola timorem  
 ferre modo posses? quo consolante doleres? 360  
 namque ego, crede mihi, si te quoque pontus haberet,  
 te sequerer, coniunx, et me quoque pontus haberet.  
 o utinam possem populos reparare paternis  
 artibus atque animas formatae infundere terrae.  
 nunc genus in nobis restat mortale duobus 365  
 (sic uisum superis), hominumque exempla manemus.  
 dixerat; et flebant. placuit caeleste precari  
 numen et auxilium per sacras quaerere sortes.  
 nulla mora est; adeunt pariter Cephisidas undas,  
 ut nondum liquidas, sic iam uada nota secantes. 370  
 inde ubi libatos inrorauere liquores  
 nestibus et capiti, flectunt uestigia sanctae  
 ad delubra deae, quorum fastigia turpi  
 pallebant musco stabantque sine ignibus arae.  
 ut templi tetigere gradus, procumbit uterque 375  
 pronus humi gelidoque pauens dedit oscula saxo,  
 atque ita 'si precibus' dixerunt 'numina iustis  
 uicta remollescunt, si flectitur ira deorum,  
 dic, Themis, qua generis damnum reparabile nostri  
 arte sit, et mersis fer opem, mitissima, rebus.' 380  
 mota dea est sortemque dedit: 'discedite templo  
 et uelate caput cinctasque resolute uestes  
 ossaque post tergum magnae iactate parentis.  
 obstipuerit diu; rumpitque silentia uoce  
 Pyrrha prior iussisque deae parere recusat, 385  
 detque sibi ueniam pauido rogat ore, pauetque  
 laedere iactatis maternam ossibus umbras.  
 interea repetunt caecis obscura latebris  
 uerba datae sortis secum inter seque uolunt;  
 inde Promethides placidis Epimethida dictis 390  
 mulcet et 'aut fallax' ait 'est sollertia nobis,  
 aut pia sunt nullumque nefas oracula suadent.  
 magna parens terra est; lapides in corpore terrae  
 ossa reor dici; iacere hos post terga iubemur.'  
 coniugis augurio quamquam Titania mota est, 395  
 spes tamen in dubio est: adeo caelestibus ambo  
 diffidunt monitis. sed quid temptare nocebit?  
 discedunt uelantque caput tunicasque recingunt  
 et iussos lapides sua post uestigia mittunt.  
 saxa (quis hoc credat, nisi sit pro teste uetustas?) 400  
 ponere duritiam coepere summeque rigorem  
 molliriue mora mollitaque ducere formam.  
 mox ubi creuerunt naturaque mitior illis  
 contigit, ut quaedam, sic non manifesta, uideri  
 forma potest hominis, sed nti de marmore coepta,  
 non exacta satis rudibusque simillima signis. 406  
 quae tamen ex illis aliquo pars umida suco  
 et terrena fuit, uersa est in corporis usum;  
 quod solidum est flectique nequit, mutatur in ossa;  
 quae modo uena fuit, sub eodem nomine mansit; 410  
 inque breui spatio superorum numine saxa  
 missa uiri manibus faciem traxere uirorum,  
 et de femineo reparata est femina iactu.  
 inde genus durum sumus experiensque laborum,  
 et documenta damus, qua simus origine nati. 415  
 Cetera diuersis tellus animalia fornâs  
 sponte sua peperit, postquam uetus amor ab igne  
 percaluit solis, caenumque uadaeque paludes

intumere aestu, fecundaque semina rerum  
 uiuaci nutrita solo, ceu matris in aluo, 420  
 creuerunt faciemque aliquam cepere morando.  
 sic ubi deseruit madidos septemfluus agros  
 Nilus et antiquo sua flumina reddidit alueo,  
 aetherioque recens exarsit sidere limus,  
 plurima cultores uersis animalia glaebis 425  
 inueniunt, et in his quaedam modo coepta sub ipsum  
 nascendi spatium, quaedam imperfecta suisque  
 trunca uident numeris, et eodem in corpore saepe  
 altera pars uiuit, rudis est pars altera tellus.  
 quippe ubi temperiem sumpserit umorque calorque,  
 concipiunt, et ab his oriuntur cuncta duobus. 431  
 cumque sit ignis aquae pugnax, uapor umidus omnes  
 res creat, et discors concordia fetibus apta est.  
 ergo ubi diluuiio tellus lutulenta recenti  
 solibus aetheriis altoque recanduit aestu, 435  
 edidit innumeras species, partimque figuras  
 rettulit antiquas, partim noua monstra creauit.  
 illa quidem nollet, sed te quoque, maxime Python,  
 tum genuit; populisque nouis, incognite serpens,  
 terror eras: tantum spatii de monte tenebas. 440  
 hunc deus arcitenens, nunquam letalibus armis  
 ante nisi in damnis capreisque fugacibus usus,  
 mille grauem telis, exhausta paene pharetra,  
 perdidit effuso per uulnere nigra ueneno,  
 neue operis famam posset delere uetustas, 445  
 instituit sacros celebri certamine ludos,  
 Pythia perdomitae serpentis nomine dictos.  
 his iuuenum quicumque manu pedibusque rotate  
 uicerat, aesculae capiebat frondis honorem.  
 nondum laurus erat; longoque decencia crine 450  
 tempora cingebat de qualibet arbore Phoebus.  
 Primus amor Phoebi Daphne Peneia, quem non  
 fors ignara dedit, sed saeva Cupidinis ira.  
 Delius hunc nuper, uicto serpente sperperus,  
 uiderat adducto flectentem cornua neruo 455  
 'quid' que 'tibi, lasciuie puer, cum fortibus armis?'  
 dixerat 'ista decent umeros gestamina nostros,  
 qui dare certa ferat, dare uulnera possumus hosti,  
 qui modo pestifero tot iugera nentre prementem  
 strauimus innumeris tumidum Pythona sagittis.  
 tu face nescioquos esto contentus amores 461  
 indagare tua, nec laudes asserere nostras.'  
 filius huic Veneris 'figat tuis omnia, Phoebe,  
 te meus arcus;' ait 'quantoque animalia cedunt  
 cuncta deo, tanto minor est tua gloria nostra.' 465  
 dixit, et eliso percussis aere pennis  
 impiger umbrosa Parnasi constitit arce  
 eque sagittifera prompsit duo tela pharetra  
 diuersorum operum: fugat hoc, facit illud amorem.  
 quod facit, auratum est et cuspidem fulget acuta; 470  
 quod fugat, obtusum est et habet sub harundine  
 plumbum.  
 hoc deus in nymphâ Peneide fixit; at illo  
 laesit Apollineas traiecit per ossa medullas.  
 protinus alter amat, fugit altera nomen amantis.  
 siluarum tenebris captiuarumque ferarum 475  
 exuuuis gaudens inuuptaeque aemula Phoebes.  
 uitta coercebat positos sine lege capillos.  
 multi illam petiere; illa auersata petentes  
 inpatiens expersque uiri nemora auia lustrat,  
 nec quid Hymen, quid Amor, quid sint conubia  
 curat. 480  
 saepe pater dixit 'generum mihi, filia, debes;'  
 saepe pater dixit 'debes mihi, nata, nepotes.'

I 353 *iunxit* M λ. 360 *dolores* M A λ. 363 *possim* M ex corr. A N, *posses* ε. 366 *uisum est* ε λ, *est* M add. man. rec., om. N. 370 *ut—sic* N<sup>1</sup>, *et—set* M in ras., *et—sed* A ε, *sed—sed* λ. 382 *cinctasque* λ in ras. A N, *cunctasque* M ε. 384 *obstipuerit* ex M A. 388 *suspensa* l. Seneca. 389 *deae* M A N. *sortes* M. 390 *inde* ε Priscian. p. 67, *hinc* M A N λ, *unde* Merk. 397 *nocebat* A N ε λ. 398 *discedunt* A N λ, *descendunt* M. 404 *ut. et* M. 405 *uti est* Merk. *cepta* M (a in ras.) N ε λ, *coepto* A Heins. Korn, *coeptis* Merk. 414 *unde* Probus. 426 *sub* Naugerius, *κατά* Plan., *per* codd. 435 *almoque* Burm. Merk. 441 *n. letalibus* Housman l. c., *et n. talibus* codd., *sed n. Polle.* 442 *clammis* A, *damnis* M, *damis* λ. 445 *possit* A ε λ, *possit* M N. 448 *his* Heins. N<sup>2</sup>, *hic* M A λ. *pedibusque* M A N<sup>1</sup>. 452 *quam* M A λ. 454 *uicta* A N λ. 460 *innocens* M. 462 *indagare* (*inuestigare* suprascript.) M, *indignare* A, *instigare* Riese, *irritare* N uulg. 465 *cuncta tibi* codd. aliquot dett. 468 *atque* A λ. 475 *latebris* A N λ. 477 in marg. habet M<sup>2</sup>, om. A. 479 *memorum* auia ε.

illa, uelut eriuuen taedas exosa iugales,  
pulchra uerecundo sullunditur ora rubore  
inque patris blandis haerens ceruice lacertis 485  
'da mihi perpetua, genitor carissime,' dixit  
'uiginitate frui: dedit hoc pater ante Dianae.'  
ille quidem obsequitur; sed te decor iste quod optas  
esse uetat uotoque tuo tua forma repugnat.  
Phoebus amat uisaeque cupit cubilia Daphnes, 490  
quodque eupit sperat; suaque illum oraecula fallunt.  
utque leues stipulae demptis adolescentur aristis,  
ut facibus saepes ardent, quas forte uiator  
uel nimis aduouit uel iam sub luce reliquit,  
sic deus in flammis abiit, sic pectore toto 495  
uritur et sterilem sperando nutrit amorem.  
spectat inornatis collo pendere capillos  
et 'quid si conantur?' ait. uidet igne micantes  
sideribus similes oculos, uidet oesula, quae non  
est uidisse satis; laudat digitosque manusque  
bracchiaque et nudos media plus parte lacertos. 500  
si qua latent, meliora putat. fugit oecior aura  
illa leni neque ad haec reuocantis uerba resistit:  
'nymphae, precor, Penei, mane; non insequor hostis.  
nymphae, mane; sic agna lupum, sic cerua leonem,  
sic aquilam penna fugiunt trepidante columbae, 506  
hostes quaeque suos: amor est mihi causa sequendi.  
me miserum! ne prona cadas indignaque laedi  
errata notent sentes, et sinu tibi causa doloris. 509  
aspera, qua propterea, loca sunt. moderatius, oro,  
curre fugamque inhibe; moderatius insequar ipse.  
eri placeas inquire tamen. non incola montis,  
non ego sum pastor, non hic armenta gregesque  
horridus obserno. nescis, temeraria, nescis  
quem fugias, ideoque fugis. mihi Delphica tellus  
et Claros et Teuedos Pataraeque regia seruit; 516  
Iuppiter est genitor; per me quod eritque fuitque  
estque patet; per me concordant carmina uernis.  
certa quidem nostra est; nostra tamen uia sagitta  
certior, in uacuo quae uulnera pectore fecit. 520  
inuentum medicina uenum est, opiferque per orbem  
dior, et herbarum subiecta potentia nobis.  
ei mihi, quod nullis amor est sanabilis herbis,  
nec prosunt domino, quae prosunt omnibus, artes.  
plura locuturaum timido Peneia cursu 525  
fugit cumque ipso uerba imperfecta reliquit,  
tum quoque uisa decens. mulabant corpora uenti,  
obuiaque aduersas uibrabant flamma nubes,  
et lenis impulsos retro dabat aura capillos;  
auctaque forma fuga est. sed enim non sustinet ultra  
perdere blanditias inuenis dens, utque monebat 531  
ipse Amor, admissio sequitur uestigia passu.  
ut canis in uacuo leporem eum Gallieus arno  
uidit, et hic praedaua pedibus petit, ille salutem;  
alter inhaesuro similis iam iamque tenere 535  
sperat et extento stringit uestigia rostro;  
alter in ambiguo est an sit comprehensus, et ipsis  
morsibus eripitur tangentiaque ora relinquit:  
sic dens et niger est hic spe celer, illa timore,  
qui tamen insequitur, penus adiutus Amoris 540  
oecior est requiemque negat tergoque fugacis  
imminet et crimem sparsum ceruicibus adflat.  
uiribus absumptis expalluit illa, citaeque  
uicta labore fugae, spectans Peneidas undas, 544  
'fer pater' inquit 'openi, si flumina nimen habetis;  
qua nimum placeui, mutando perde figuram.' 547  
nix prece finita, torpor grauis occupat artus;  
mollia egingunt tenui praecedida libro;  
in frondem erines, in ramos bracchia crescent; 550  
pes modo tam uelox pigris radieibus haeret;

ora caecumen obit: remanet nitor unus in illa.  
hanc quoque Phoebus amat, positaque in stipite  
dextra  
sentit adhuc trepidare nouo sub eortie pectus,  
complexusque suis ramos, ut membra, lacertis 555  
oesula dat ligno: refugit tamen oesula lignum.  
cui deus 'at quoniam coniunx mea non potes esse,  
arbor eris certe' dixit 'mea. semper habebunt  
te comia, te citharae, te nostrae, laure, pharetrae;  
tu duobus Latiis aderis, cum laeta triumphum 560  
uox canet et uisent longas Capitolia pompas;  
postibus Augusti eadem fidissima custos  
ante fores stabis medianque tubere quercum;  
utque meum intonsis caput est iuuenale capillis,  
tu quoque perpetuos semper gere frondis honores.'  
finerat Paeon: factis modo laurea ramis 566  
admit utque caput uisa est agitata caecumen.  
Est nimen Haemoniae, praerupta quod iudique  
claudit  
silua: nocant Tempe. per quae Peneos ab imo  
effusus Pindo spumosis nolitur undis 570  
deiectaque graui tenues agitantia fumos  
nubila concludit summisque adspersige siluis  
impluit et sonitu plus quam uicinia fatigat.  
haec domus, haec sedes, haec sunt penetralia magni  
amnis; in his residens factus de cauitibus antro 575  
undis iura dabat nymphisque colentibus undas.  
conueniunt illuc popularia lumina primum,  
nescia gratentur consolenturque parentem,  
populifer Sperchios et inrequietus Enipeus 579  
Apidanusque senex lenisque Amphrysos et Aeas,  
moxque amnes alii, qui, qua tulit impetus illos,  
in mare deducunt fessas erroribus undas.  
Inachus natus abest inuocae reconditis antro  
lletibus auget aquas natamque miserisq; Ion  
luget ut amissam. nescit uitane fruatur 585  
an sit apud manes; sed quam non inuenit usquam,  
esse putat nusquam atque animo peiora neretur.  
uiderat a patrio redentem Iuppiter illam  
flumine et 'o uirgo Ioue digna tuoque beatum  
nescio quem factura toro, pete' dixerat 'umbras 590  
altorum nemorum' (et nemorum monstrauerat uu-  
bras),  
'dum calet et medio sol est altissimus orbe,  
quod si sola times latebras intrare ferarum,  
praeside tuta deo nemorum secreta subibis,  
nec de plebe dea, sed qui caelestia magna 595  
scepra manu teneo, sed qui uaga fulmina mitto.  
ne luge me' (fugiebat enim). iam pasena Leruae  
consitaque arboribus Lyrcia reliquerat arma,  
eum deus induit latus caligine terras  
occulit tenuitque fugam rapuitque pudorem. 600  
interea medios Iuno despexit in Argos  
et noctis faciem nebulas fecisse uolueres  
sub nitido mirata die, non fluminis illas  
esse nec umenti sensit tellure remitti;  
atque, suus coniunx ubi sit, circumspectit, ut quae  
depressi totiens iam nosset furta mariti. 606  
quem postquam caelo non repperit, 'aut ego fallor  
aut ego laedor' ait, delapsaque ab aethere summo  
constitit in terris nebulasque reeederat iussit.  
coniugis aduentum praesenserat inque nitentem 610  
Inachidos aultus mutauerat ille iuueneam.  
bos quoque formosa est. speciem Saturnia uaccae,  
quamquam inuita, probat, nec non et cuius et uide  
quouae sit armento, ueri quasi nescia quaerit.  
Iuppiter e terra genitam mentitur, ut auctor 615  
desinat inquiri; petit hanc Saturnia munus.

I 484 *suffunditur* ε, *suffundit* A, *suffundens* λ, *suffuderat* M N. 498 *comerentur* A λ. 502 *quaeque latent* Quintilianus VIII 3 47. 518 *uerbis* A, *uerbis* M. 530 *aucta uia (fuga)* forma est A ε λ. 531 *monebat* codd., corr. Heins. 544-547 *sp. peneidos* u. in ras. M<sup>2</sup>, om. 545 M, rasuram hemistichii et uersus unius N, u. l. f. *tellus aut (h)isc uel istam que facit ut ledar mutando p. f. qui nimum pl. spectansque peneidos u. fer—habetis A λ, u. l. f. sp. peneidos u. fer—habetis qua n. pl. tellus aut (l. ait) hisc uel istam quae facit ut ledar m. p. f. ε*, duabus lectionibus in unum conflatis. 552 *obit* A<sup>2</sup> Heins., *habent* codd. 560 *Latiis* Heins., *luctis* codd. 564 *iuuenae* A N ε λ Seruius. 569 *Peneos* Probus. 573 *influit* ε λ. 580 *eridanusque* codd., corr. Raph. Regius. 584 *Ion* scripsi hic et in 628, 629. codd. *Io*, cf. An. II 19 29. 601 *agros* codd., corr. L. Mueller. 604 *sentit* ε λ Heins. 607 hic deficit usque ad II 228. 615 *mentitus* M A.

quid faciat? crudele suos addicere amores,  
non dare, suspectum est. pudor est qui suadeat  
illine,  
hinc dissuadet amor. uictus pudor esset amore;  
sed leue si munus sociae generisque torique 620  
uacca negaretur, poterat non uacca uideri.  
paelice donata non protinus exiit omnem  
diua metum timuitque Iouem et fuit anxia furti,  
donec Arestoridiae seruandam tradidit Argo.  
centum luminibus cinctum caput Argus habebat;  
inde suis uicibus capiebant bina quietem, 626  
cetera seruabant atque in statione manebant.  
constiterat quocumque modo, spectabat ad Ion;  
ante oculos Ion, quamuis auersus, habebat.  
luce sinit pasci; cum sol tellure sub alta est, 630  
claudit et indigno circumdat uincula collo.  
frondibus arboreis et amaro pascitur eruo,  
proque toro terrae non semper gramen habenti  
incubat infelix limosaque flumina potat.  
illa etiam supplex Argo cum brachia uellet 635  
tendere, non habuit quae brachia tenderet Argo;  
et conata queri mugitus edidit ore,  
pertinuitque sonos propriaque exterrita uoce est.  
nenit et ad ripas, ubi ludere saepe solebat,  
Inachidas ripas; nouaque ut conspexit in unda 640  
cornua, pertinuit seque exsternata refugit.  
Naides ignorant, ignorat et Inachus ipse  
quae sit; at illa patrem sequitur sequiturque sorores  
et patitur tangi seque admirantibus offert.  
decerptas senior porrexerat Inachus herbas; 645  
illa manus lambit patriisque dat oscula palmis,  
nec retinet lacrimas et, si modo uerba sequantur,  
oret open nomenque suum casusque loquatur.  
littera pro uerbis, quam pes in puluere duxit,  
corporis indicium mutati triste peregit. 650  
'me miserum' exclamat pater Inachus, inque  
gementis  
cornibus et niueae pendens ceruice iuuencae  
'me miserum,' ingeminat 'tunc es quaesita per  
omnes,  
nata, mihi terras? tu non inuenta reperta  
luctus eras lenior. retices nec mutua nostris 655  
dicta refers; alto tantum suspiria ducis  
pectore, quodque unum potes, ad mea uerba remugis.  
at tibi ego ignarus thalamos taedasque parabam,  
spesque fuit generi mihi prima, secunda nepotum.  
de grege nunc tibi uir, nunc de grege natus habendus.  
nec finire licet tantos mihi morte dolores; 661  
sed nocet esse deum, praecelsaque ianna leti  
aeternum nostros luctus extendit in aeuum.'  
talia maerentem stellatus submouet Argus  
ereptamque patri diuersa in pascua natam 665  
abstrahit; ipse procul montis sublime cacumen  
occupat, unde sedens partes speculatur in omnes.  
Nec superum rector mala tanta Phoronidos ultra  
ferre potest natumque uocat, quem lucida partu  
Pleias enixa est, letoque det imperat Argum. 670  
parua mora est alas pedibus nigrumque potenti  
somniaferam sumpsisse manu tegumenque capillis.  
haec ubi disposuit, patria Ioue natus ab arce  
desilit in terras. illic tegumenque renouit  
et posuit pennas: tantum modo uirga retenta est.  
hac agit, ut pastor, per deuia rura capellas, 676  
dum uenit, adductas et structis cantat aenis.  
uoce noua captus custos Iunonius 'at tu,  
quisquis es, hoc poteris mecum considerare saxo,'  
Argus ait 'neque enim pecori fecundior ullo 680

herba loco est, aptamque uides pastoribus umbram.  
sedit Atlantiades et euntem multa loquendo  
detinuit sermone diem, iunctisque canendo  
uincere harundinibus seruantia lumina temptat.  
ille tamen pugnat mollis euincere somnos 685  
et, quamuis sopor est oculorum parte receptus,  
parte tamen uigilat; quaerit quoque, namque reperta  
fistula nuper erat, qua sit ratione reperta.  
tum deus 'Arcadiae gelidis in montibus' inquit  
'inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinus 690  
Naias una fuit; nymphae Syringa uocabant.  
non semel et Satyros eluserat illa sequentes  
et, quoscumque deos umbrosae silua feraxue  
rus habet. Ortygiam studiis ipsaque colebat  
uirginitate deam; ritu quoque cincta Dianae 695  
falleret et posset credi Latonia, si non  
corneus huic arcus, si non foret aureus illi.  
sic quoque fallet. redeuntem colle Lycaeo  
Pan uidet hanc, pinuque caput praecinctus acuta  
talia uerba refert.' restabat uerba referre, 700  
et precibus spretis fugisse per auia nympham,  
donec harenosi placidum Ladonis ad annem  
uenerit. hic illam cursum impredientibus undis,  
ut se mutant, liquidas orasse sorores,  
Panaque cum prensam sibi iam Syringa putaret, 705  
corpore pro nymphae calamos tenuisse palustres.  
dumque ibi suspirat, motos in harundine uentos  
effecisse sonum tenuem similemque querenti.  
arte noua uocisque deum dulcedine captum  
'hoc mihi concilium tecum' dixisse 'manebit.' 710  
atque ita disparibus calamis compagine ceruae  
inter se iunctis nomen tenuisse puellae.  
talia dicturus uidit Cyllenae omnes  
suceubuisse oculos adopertaque lumina somno.  
supprimit extemplo nocem firmatque soporem 715  
languida permulcens medicata lumina uirga;  
nec mora, falcato nutantem uulnerat ense,  
qua collo est confine caput, saxoque eruentum  
deicit et maculat praeruptam sanguine rupem. 719  
Arge, iaces, quodque in tot lumina lumen habebas,  
extinctum est, centumque oculos nox occupat una.  
excipit hos nolucrisque suae Saturnia pennis  
collocat et gemmis caudam stellantibus inplet.  
protinus exarsit nec tempora distulit irae,  
horriferamque oculis animoque obiecit Erinyn 725  
paelicis Argolicae stimulusque in pectore caecos  
condidit et profugam per totum terruit orbem.  
ultimus immenso restabas, Nile, labori.  
quem simul ac tetigit, positisque in margine ripae  
procubuit genibus resupinoque ardua collo, 730  
quos potuit solos, tollens ad sidera uultus  
et gemitu et lacrimis et luctuoso mugitu  
cum Ioue uisa queri finemque orare malorum.  
coniugis ille suae complexus colla lacertis  
finit ut poenas, tandem rogat, 'in' que 'futurum  
pone metus,' inquit 'numquam tibi causa doloris 736  
haec erit'; et Stygias iubet hoc audire paludes.  
ut lenita dea est, uultus capit illa priores  
fitque quod ante fuit: fugiunt e corpore saetae,  
cornua decrescunt, fit luminis artior orbis, 740  
contrahitur rictus, redeunt umerique manusque,  
ungulaeque in quinos dilapsa absuntur ungues.  
de boue nil superest, formae nisi candor, in illa.  
officioque pedum nympha contenta duorum  
erigitur metuitque loqui, ne more iuuencae 745  
mugiat, et timide uerba intermissa retemptat.  
nunc dea linigera colitur celeberrima turba.

I 618 suspectum omissio est edd. plerique. 623 furto λ, ferto A. 632 amara—herba codd., corr. Housman (l. c. p. 142). 637 conatoque q. Heins. ex codd. paucis, conatoque q. A. 640 Inachidas: rictus Merk. collato 741. 641 seseque exterrita fugit A N λ illatum ut uid. ex Amor. I 3. 21. 647 lacrimis sed M A N. 654 reperta es codd., corr. Pareus. 660 nunc uulg., et codd. plerique. 664 merentem codd. (uide Ellis in Journ. Philol. t. xii p. 65), maerenti codd. pauci. 666 ipse A N, inde uulg. 677 abductas Heins. Merk. 678 at tu Burm. ex cod. Thuanico, iunonis et arte cod. Paris. 8001, arte (corr. ex arce) M, arte A, artis N<sup>2</sup> λ. 693 umbrosaque codd., corr. Heins. feraxque codd., corr. Heins. 696 credi posset edd. plerique. 698 om. M A. 710 colloquium M, consilium A N λ, concilium Heins. 719 repem A, uepreu Postgate, caudem Heins. ex cod. uno. 727 terruit uulg., circuit A, exreuit Postgate. 729 positus in Heins. Merk. 733 queri est λ Merk. 742 om. A, M<sup>2</sup> habet in marg. 747 linigera A Heins., niligera M N, niligera λ.



Huic Epaphus magni genitus de semine tandem  
 creditur esse Iouis, perque urbes iuncta parenti  
 templa tenet. fuit huic animis aequalis et annis 750  
 Sole satus Phaethon. quem quondam magna lo-  
 quentem  
 nec sibi cedentem Phoeboque parente superbum  
 non tulit Inachides, 'matri' que ait 'omnia demens  
 credis et es timidus genitoris imagine falsi.'  
 erubuit Phaethon iraque pudore repressit 755  
 et tulit ad Clymenen Epaphi conuicia matrem;  
 'quoque magis doleas, genetrix,' ait 'ille ego liber,  
 ille ferox tacui. pudet haec obprobria nobis  
 et dici potuisse et non potuisse refelli.  
 at tu, si modo sum caelesti stirpe creatus, 760  
 ede notam tanti generis meque asserere caelo.'  
 dixit, et implicuit materno brachia collo  
 perque suum Meropisque caput taedasque sororum

traderet orauit ueri sibi signa parentis.  
 ambiguum Clymene precibus Phaethontis an ira 765  
 mota magis dieti sibi criminis, utraque caelo  
 brachia porrexit spectansque ad lumina Solis  
 'per iubar hoc' inquit 'radiis insigne coruscis,  
 nate, tibi iuro, quod nos auditque uidetque,  
 hoc te, quem spectas, hoc te, qui temperat orbem,  
 Sole satum. si lieta loquor, neget ipse uidentum 771  
 se mihi, sitque oculis lux ista nouissima nostris.  
 nec longus patrios labor est tibi nosse penatis:  
 unde oritur, domus est terrae contermina nostrae,  
 si modo fert animus, gradere, et scitabere ab ipso.'  
 emicat extemplo lactus post talia matris 776  
 dicta suae Phaethon et concipit aethera mente  
 Aethiopsaque suos positosque sub ignibus Indos  
 sideris transit patriosque adit impiger ortus.

## LIBER SECVNDVS

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,  
 clara micante auro flammisque imitante pyropo,  
 cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat;  
 argenti bifores radiabant limine ualuae.  
 materiam superabat opus; nam Mulciber illic 5  
 acuora caelarat medias cingentia terras  
 terrarumque orbem caelumque, quod imminet orbi.  
 caeruleos habet unda deos, Tritona canorum  
 Proteaque ambiguum balaeuarumq; pronentem  
 Aegaena suis immania terga laeertis 10  
 Doridaque et natas, quarum pars nare uidentur,  
 pars in mole sedens niris siccare capillos,  
 pisce uelut quaedam; facies non omnibus una,  
 non diuersa tamen, qualem decet esse sororum.  
 terra uiros urbesque gerit siluasque ferasque 15  
 fluminaque et nymphas et cetera numina turis.  
 haec super inposita est caeli fulgentis imago  
 signaque sex foribus dextris totidemque sinistris,  
 quo simul adclini Clymeneia limite proles  
 uenit et intrant dubitanti tecta parentis, 20  
 profinis ad patris sua fert uestigia uultus  
 consistitque proci; neque enim propiora ferelat  
 lumina. purpurea uelutis ueste sedebat  
 in solio Phoebus claris lucente smaragdus.  
 a dextra laeuaque Dies et Mensis et Annus 25  
 Saeculaeque et positae spatibus aequalibus Horae  
 Verque nouum stabat cinctum florente corona;  
 stabat nuda Aestas et spicae sorta gerebat;  
 stabat et Autumnus calentis sordidus unis,  
 et glacialis Hiemps canos hirsuta capillos. 30  
 inde loco medius rerum nouitate pauentem  
 Sol oculis inuenem, quibus adspicit omnia, uidit  
 'quae' que 'uiae tibi causa? quid haec' ait 'aree  
 petisti,  
 progenies, Phaethon, haud infitianda parenti?'  
 ille refert 'o lux inuensi publica mundi, 35  
 Phoebe pater, si das usum mihi nomen huius,  
 nec falsa Clymene culpam sub imagine celat,  
 piguora da, genitor, per quae tua uera propago  
 credar, et hunc animis errorem detrahe nostris.'  
 dixerat; at genitor circum caput omne micantes 40  
 deposuit radios propiusque accedere iussit;

amplexuque dato 'nec tu meus esse negari  
 dignus es, et Clymene ueros' ait 'cedidit ortus,  
 quoque minus dubites, quoduis pete munus, ut illud  
 ue tribuente feras. promissis testis adesto 45  
 dis iuranda palus, oculis incognita nostris.'  
 uix bene desiderat: currus rogat ille paternus  
 inque diem alipedum ius et moderamen equorum.  
 paenituit iurasse patrem. qui terque quaterque  
 conentiens illustre caput 'temeraria' dixit 50  
 'nox mea facta tua est. uitiam promissa liceret  
 non dare; confiteor, solum hoc tibi, nate, negarem.  
 dissuadere licet. non est tua tanta uoluntas.  
 magna petis, Phaethon, et quae nec uiribus istis  
 munerata conueniant nec tam puerilibus auiis. 55  
 sors tua mortalis: non est mortale, quod optas.  
 plus etiam quam quod superis contingere fas est  
 nescius adfectas. placeat sibi quisque licet  
 non tamen ignifero quisquam consistere in axe  
 me ualet excepto. uasti quoque rector Olympi, 60  
 qui fera terribili iaculator fulmina dextra,  
 non agat hos currus; et quid loue manus habemus?  
 ardua prima uia est et qua uix mane recentes  
 emittuntur equi; medio est altissima caelo,  
 unde mare et terras ipsi mihi saepe uidere 65  
 fit timor et pauida trepidat formidine pectus;  
 ultima prona uia est et eget modamine certo.  
 tunc etiam, quae me subiectis excipit undis,  
 ne ferar in praecipit, Tethys solet ipsa uereri.  
 adde quod adsidua rapitur uertigine caelum 70  
 sideraque alta trahit celerique uoluntate torquet.  
 uitor in aduersum, nec me, qui cetera, uincit  
 impetus, et rapido contrarius euehor orbi.  
 tinge datos currus: quid ages? poterisne rotatis  
 obuius ire polis, ne te citus auferat axis? 75  
 forsitan et lucos illic urbesque deorum  
 concipias animo delubraque ditia donis  
 esse? per insidias iter est formosque ferarum,  
 utque uiam teneas nulloque errore traharis,  
 per tamen aduersi gradieris cornua Tauri 80  
 Haemoniosque arcus uiolentique ora Leonis  
 saeuoque circuitu curuantem brachia longo  
 Scorpion atque aliter curuantem brachia Cancerum.

I 748 huic Heins., hinc N λ in ras. uulg., nunc M λ. 758 obprobria ex M λ. 771 si ficto fero A cui fauet Ellis collato Verg. Aen. II 161.

II 1-22 extant in Be. 1 apta columnis Bentl. 9 ballaeuarum λ Merk., ballenarum M A Be N. 11 uidetur Be teste Ellis M A N A. 19 adclino uulg., adclini Be Housman. 21 sua fert, uertit A Plan. 24 smaragdus N. 30 hiemps ex M N A. 36 huius—usum M Heins. 55 conueniunt A A. 57 fas est N<sup>2</sup>, fas sit M<sup>2</sup> in ras. Riese, possit A N A. 62 agat Plan. Heins., agat M N A, agit A. 64 medio A N, media M A, curuantur Seneca Heins. 66 sit M A N Seneca. trepidat M A N Seneca. 69 solet ima Seneca. 74 iunge Seneca. 75 nec A, ne N. auferet A N.

nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis, 84  
 quos in pectore habent, quos ore et naribus efflant,  
 in promptu regere est; uix me patiuntur, ubi acres  
 incalure animi, ceruixque repugnat habenis.  
 at tu, funesti ne sin tibi muneris auctor,  
 nate, caue, dum resque sinit, tua corrige uota.  
 scilicet ut nostro genitum te sanguine credas, 90  
 pignora certa petis? do pignora certa timendo  
 et patrio pater esse metu probor. adspice uultus  
 ecce meos; utinamque oculos in pectora posses  
 inserere et patrias intus deprendere curas.  
 denique quicquid habet diues, circumspecte, mundus  
 eque tot ac tantis caeli terraeque marisque 96  
 posce bonis aliquid; nullam patiere repulsam.  
 deprecor hoc unum, quod uero nomine poena,  
 non honor est; poenam, Phaethon, pro munere poscis.  
 quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis? 100  
 ne dubita, dabitur (Stygias irauimus undas)  
 quodcumque optaris; sed tu sapientis opta.  
 finierat monitus. dictis tamen ille repugnat  
 propositumque premit flagratque cupidine currus.  
 ergo qua licuit genitor cunctatus ad altos 105  
 deducit iuuenem, Vulcania munera, currus.  
 aureus axis erat, temo aureus, aurea summae  
 curuatura rotae, radorum argenteus ordo;  
 per iuga chrysolithi positaeque ex ordine gemmae  
 clara repercusso reddebant lumina Phoebio. 110  
 dumque ea magnanimus Phaethon miratur opusque  
 perspicit, ecce uigil nitido patefecit ab ortu  
 purpureas Aurora fores et plena rosarum  
 atria. diffugiunt stellae, quarum agmina cogit  
 Lucifer et caeli statione nouissimus exit. 115  
 quem petere ut terras mundumque rubescere uidit  
 cornuaque extremae uelut euanescere lunae,  
 iungere equos Titan uelocibus inperat Horis.  
 iussa deae celeres peragunt, ignemque uomentis  
 ambrosiae suco saturos, praesepibus altis 120  
 quadrupedes ducunt adduntque sonantia frena.  
 tum pater ora sui sacro medicamine nati  
 contigit et rapidae fecit patientia flammae,  
 inposuitque comae radios, praesagaque luctus  
 pectore sollicito repetens suspiria dixit: 125  
 'si potes his saltem monitis parere parentis,  
 parce, puer, stimulis et fortius utere loris:  
 sponte sua properant; labor est inhibere uolentes.  
 nec tibi directos placeat uia quinque per arcus:  
 sectus in oblicum est lato curuamine limes, 130  
 zonarumque trium contentus fine polumque  
 effugit Australem iunctamque Aquilonibus Arcton.  
 hac sit iter; manifesta rotae uestigia cernes.  
 utque ferant aequos et caelum et terra calores,  
 nec preme, nec summum molire per aethera currum.  
 altius egressus caelestia tecta cremabis, 136  
 inferius terras; medio tutissimus ibis.  
 neu te dexterior tortum declinet ad Anguem,  
 neue sinisterior pressam rota ducat ad Aram;  
 inter utrumque tene. Fortunae cetera mando, 140  
 quae iuuet et melius, quam tu tibi, consulat opto.  
 dum loquor, Hesperio positas in litore metas  
 umida nox tetigit. non est mora libera nobis;  
 poscimus; efulget tenebris Aurora fugatis.  
 corrippe lora manu; uel, si mutabile pectus 145  
 est tibi, consiliis, non curibus utere nostris,  
 dum potes et solidis etiam nunc sedibus adstas,  
 dumque male optatos nondum premis inascius axes.  
 quae tutus spectes, sine me dare lumina terris.  
 occupat ille leuemi iuuenali corpore currum 150  
 statque super manibusque datas contingere habenas  
 gaudet et inuito grates agit inde parenti.

interea uolucres Pyrois et Eous et Aethon,  
 Solis equi, quartusque Phlegon hinnitus auras  
 flammiferis implent pedibusque repagula pulsant. 155  
 quae postquam Tethys, fatorum ignara nepotis,  
 reppulit, et facta est immensi copia caeli,  
 corripuere uiam pedibusque per aera motis  
 obstantes scindunt nebulas pennisque leuati  
 praetereunt ortos isdem de partibus Euros. 160  
 sed leue pondus erat, nec quod cognoscere possent  
 Solis equi, solitaque iugum grauitate carebat;  
 utque labant curuae iusto sine pondere naues  
 perque mare iustabiles nimia lenitate feruntur,  
 sic onere adueto uacuum dat in acra saltus 165  
 succutiturque alte similisque est currus inani.  
 quod simul ac sensere, ruunt tritumque relinquunt  
 quadriiugi spatium nec, quo prius, ordine currunt.  
 ipse pauet, nec qua commissas fleetat habenas,  
 nec scit, qua sit iter; nec, si sciat, inperet illis. 170  
 tum primum radii gelidi caluere Triones  
 et uetito frustra temptantur aequore tingui;  
 quaeque polo posita est glaciale proxima Serpens,  
 frigore pigra prius nec formidabilis ulli,  
 incaluit sumpsitque nonas feruoribus iras. 175  
 te quoque turbatum memorant fugisse, Bootes,  
 quamuis tardus eras et te tua plaustra tenebant.  
 ut uero summo desepit ab aethere terras  
 infelix Phaethon penitus penitusque iacentes,  
 palluit, et subito genua intremuere timore, 180  
 suntque oculis tenebrae per tantum lumen obortae.  
 et iam mallet equos nunquam tetigisse paternos,  
 iam cognosce dignis piget et ualuisse rogando;  
 iam Meropis duci cupiens ita fertur, ut acta  
 praecipiti pinus Borea, cui uicta remisit 185  
 frena suis rector, quam dis uotisque reliquit.  
 quid faciat? multum caeli post terga relictum,  
 ante oculos plus est; animo metitur utrumque  
 et modo, quos illi fatum contingere non est,  
 prospicit occasus, interdum respicit ortus; 190  
 quidque agat, ignarus stupet, et nec frena remittit  
 nec retinere ualet, nec nomina nouit equorum.  
 sparsa quoque in uario passim miracula caelo  
 uastarumque uidet trepidus simulacra ferarum.  
 est locus, in geminis ubi brachia concauat arcus  
 Scorpis et cauda flexisque utrimque lacertis 196  
 porrigit in spatium signorum membra duorum.  
 hunc puer ut nigri madidum sudore uenenii  
 uulnera curuata munitantem cuspidem uidit,  
 mentis inops gelida formidine lora remisit. 200  
 quae postquam summo tetigere iacentia tergo,  
 exspatiantur equi nulloque inhihente per auras  
 ignotae regionis eunt, quaque impetus egit,  
 hac sine lege ruunt altoque sub aethere fixis  
 incursant stellis rapiuntque per aua currum. 205  
 et modo summa petunt, modo per decliue uiasque  
 praecipites spatio terrae propiore feruntur;  
 inferiusque suis frateros currere Luna  
 admiratur equos; ambustaque nebula fumant;  
 corripitur flammis, ut quaeque altissima, tellus, 210  
 fissaque agit rimas et sucis aret ademptis.  
 pabula canescunt, cum frondibus uritur arbor,  
 materiamque suo praebet seges arida damno.  
 parua queror; magnae pereunt cum moenibus urbes,  
 cumque suis totas populis incendia terras 215  
 in cinerem uertunt. siluae cum montibus ardent;  
 ardet Athos Taurosque Cilix et Tmolus et Oete  
 et tum sicea, prius creberrima fontibus, Ide  
 uirgineusque Helicon et nondum Oeagrius Haemus;  
 ardet in immensum geminatis ignibus Aetne 220  
 Parnasosque biceps et Eryx et Cynthus et Othrys

II 93 pectora A N, pectore M λ. 106 uoleania A. 109 musae Diomedes p. 451. 116 Tuem (T in ras. ex Q) patere (ater in ras.) M, quem pater A, tum pater N in ras. λ, corr. Merk. 126 parentis codd., paternis Heins. 128 uolentes A Heins., uolantes M uulg. 129 directos uulg., directos A Housman. 130 oblicum λ et alibi. 135 cursum Merk. 144 effulget Heins., et fulget codd. unde efulget Housman. 150 iuuenili M in ras. N λ, iuuenali A P. 153 et euos P. eous om. et M A N λ, corr. Heins. 157 caeli M N, mundi A λ. 165 uacuum M ex corr., uacuos N ex corr. M A λ. 178 discepit Lachm. Haupt. 183 i. genus agnoscit A, unde i. g. agnosci Ellis. 201 summum—tergum N Heins. cadentia Polle. 214 queror. loquor N. 215 terras λ Riess, gentes M A N uulg. 221 parnasosque ex A.

et tandem niibus Rhodope caritura Mimasque  
Dindymaque et Mycale iatusque ad sacra Cithaeron.  
nec prosunt Scythiae sua frigora; Caucasus ardet  
Ossaque cum Pindo maiorque ambobus Olympus  
aeriaque Alpes et nubifer Appenninus. 226  
tum vero Phaethon eunctis e partibus orbem  
adspicit accensum nec tantus sustinet aestus,  
feruentisque auras uel t e fornace profunda  
ore trahit currusque suos candescere sentit; 230  
et neque iam cineres eiecatatamque famillam  
ferre potest calidoque inuoluitur undique fumo,  
quoque eat, aut ubi sit, pieca caligine tectus  
nescit, et arbitrio uolucrum raptatur eorumum.  
sanguine tum eredit in corpora summa uocato 235  
Aethiopum populos nigrum traxisse colorem;  
tum facta est Libye raptis umoribus aestu  
arida; tum nympphae passis fontesque lacusque  
desseuere comis; quaerit Boeotia Dircei,  
Argos Amymonen, Ephyre Pirenidis undas. 240  
nec sortita loco distantes flumina ripas  
tuta manent; mediis Tanais fumant in undis  
Pencosque senex Teuthranteusque Caius  
et celer Ismenos cum Phegiaco Erymantho  
arsurusque iterum Xanthus flauisque Lycormas,  
quiue recuruat ludit Maendros in undis, 246  
Mygdonisque Melas et Taenarius Eurotas.  
arsit et Euphrates Babylonius, arsit Orontes  
Thermodonque citus Gangesque et Phasis et Hister.  
aestuat Alpheos, ripae Spercheides ardent, 250  
quodque suo Tagus aune uelut, fluit ignibus, aurum;  
et quae Maeonias celebrabant carmine ripas  
flumineae uolueres, medio caluere Caystro.  
Nilus in extremum fugit perterritus orbem  
occulitque caput, quod adhuc latet; ostia septem  
puluerulenta uacant, septem sine flumine ualles. 256  
fors eadem Ismaris Hebrum cum Strymone siccat  
Hesperiosque amnes Rhenum Rhodanumque Pad-  
umque,  
euique fuit rerum promissa potentia, Thybrin,  
dissilit omne solum, penetratque in Tartara rimis  
lumen et infernum terret cum coniuge regem. 261  
et mare contrahitur, siccaeque est campus larenae,  
quod modo pontus erat; quosque altum texerat  
aequor,  
existunt montes et sparsas Cycladas augent.  
ima petunt pisces, nec se super aequora curui 265  
tollere consuetas audent delphines in auras;  
corpora phoecarum summo resupina profundo  
exanimata natant. ipsum quoque Nereia fama est  
Doridaque et natas tepidis luisse sub antris.  
ter Neptunus aquis eum totum brachia nultu 270  
exserere ausus erat, ter non tulit aris ignes.  
alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,  
inter aquas pelagi contractosque undique fontes,  
qui se considerant in opacae uiscera matris,  
sustulit oppressos collo tenuis arida uultus, 275  
opposititque manum fronti magnoque tremore  
omnia concientes paulum subsedit et infra,  
quam solet esse, fuit; fractaque ita uoce leuata est:  
'si placet hoc meruique, quid o tua fulmina cessant,  
summe deum? liceat periturae uiribus ignis 280  
igne perire tuo cladenque auctore lenare.  
uix equidem fauces haec ipsa in uerba resoluo'  
(presserat ora uapor); 'tostos en adspice crines  
inque oculis tantum, tantum super ora fauillae.  
hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem 285  
officii que refers, quod aduici uulnera atrati  
rastrorumque fero totoque exerecor anno,  
quod peori frondes alimenta que mitia, fruges

humano generi, uobis quoque tura ministro?  
sed tamen exitum fac me meruisse: quid undae,  
quid meruit frater? cur illi tradita sorte 291  
aequora deerescent et ab aethere longius absunt?  
quod si nec fratris nec te mea gratia tangit,  
at caeli miserere tui; circumspecte utrumque,  
fumat uterque polus; quos si uitiauerit ignis, 295  
atria uestra ruent. Atlans en ipse laborat  
uixque suis umeris eandentem sustinet axem.  
si freta, si terrae pereunt, si regia caeli,  
in chaos antiquum confundimur. eripe flammis,  
siquid adhuc superest, et rerum consule summae.' 300  
dixerat haec Tellus; neque enim tolerare uaporem  
ulterius potuit nec dicere plura; sumque  
rettulit os in se propioraque manibus antra.  
at pater omnipotens, superos testatus et ipsum  
qui dederat currus, nisi open ferat, omnia fato 305  
interitura graui, summam petit arduus arcem,  
unde solet nubes latis inducere terris,  
unde mouet tonitrus uibrataque fulmina iactat.  
sed neque, quas posset terris inducere, nubes  
tunc habuit, nec, quos caelo demitteret, imbres. 310  
intonat et dextra libratum fulmen ab aure  
nisi in aurigan pariterque animaque rotisque  
expulit et saeuis conpescuit ignibus ignes.  
consternantur equi et saltu in contraria facto  
colla iugo eripiunt abruptaque lora relinquunt. 315  
illie frena iacent, illie temone reuulsus  
axis, in hac radii fractarum parte rotarum,  
sparsaque sunt late laceri uestigia currus.  
at Phaethon, rutilos flamma populante capillos,  
noluitur in praeceps longoque per aera tractu 320  
fertur, ut interdum de caelo stella sereno,  
etsi non cecidit, potuit eecidisse uideri.  
quem procul a patria diuerso maximus orbe  
excipit Eridanus fumantiaque abluit ora;  
Naides Hesperiae trifida fumantia flamma 325  
corporadant tumulo; signant quoque carmines axum:  
HIC SITUS EST PHAETHON, CVRRVS AVRIGA PATERNI;  
QVEM SI NON TENVIT, MAGNIS TAMEN ENCIDIT  
AVSIS.

nam pater oblietos, luctu miserabilis aegro,  
condiderat uultus; et, si modo credimus, unum 330  
isse diem sine sole feruit; incendia lumen  
praebebant aliquisque malo fuit usus in illo.

At Clymene postquam dixit, quaecumque fuerunt  
in tantis dicenda malis, lugubris et amens  
et laniata sinus totum percrensuit orbem; 335  
exanimisque artus primo, mox ossa requirens  
repperit ossa tamen peregrina condita ripa,  
incubuitque loco nomenque in marmore lectum  
perfidit lacrimis et aperto pectore fuit.  
nec minus Heliades lugent et, inania morti 340  
numera, dant lacrimas, et caesae pectora palmis  
non auditurum miseram Phaethonta querellas  
nocte dieque nocent adsterunturque sepulero.  
luna quater inuictis impletat conribus orbem:  
illae more suo (nam morem fecerat usus) 345  
plangorem dederant. e quis Phaetlusa, sororum  
maxima, cum uellet terra procumbere, quæta est  
deriguisse pedes. ad quam conata uenire  
candida Laupetie subita radice retenta est.  
tertia, cum crinem manibus laniare pararet, 350  
auellit frondes; haec stipite crura teneri,  
illa dolet fieri longos sua brachia teneri,  
dumque ea mirantur, complectitur iniqua cortex,  
perque gradus uterum pectusque uerosque man-  
nsque  
ambit, et extabant tantum ora nocantia matrem.

II 239 cirnon A Ellis. 243 pencosque ex A. 244 ismenos ex A. Phegiaco Merk., ph(f N A) ocaico M A N c A, Psophiaco  
Glareanus. 246 maendros ex t. 250 alpheos ex N (corr. ex alpheus A). 252 celebrabant A<sup>2</sup> Heins. 256 uocant M N A.  
270 uoluit N. 273 que om. M. 275 omniferos N in ras. t A. uoluit N. 278 fracta Housman (l. c.), sacra M A N c A, cauca  
G. H. Mueller et C. Schenkl, sicca codd. aliquot dett., sicca—fauce Bentl. 284 tantum t. A Heins., funum (in ras.)  
t. M, uoluit (in ras.) t. est X, tantum uoluit t., crasus N. 295 quod si M A, quos (corr. ex quod) si N. 296 athlans M  
302 poterat t A. 310 demitteret t, dimitteret M A N A. 313 saeuos Ciofanius Bentl. 326 signantque hoc Heins. ex codd.  
337 ripa (terra suprascript.) M, ripa A N, terra X. 347 terrae A t A (c man. rec.). 348 diriguissae t A.

quid faciat mater, nisi, quo trahat inpetus illam, 356  
huc atque illuc et, dum licet, oscula iungat?  
non satis est; truncis auellere corpora temptat  
et teneros manus ramos abruptum; at inde 359  
sanguineae manant, tamquam de uulnere, guttae.  
'parce, precor, mater', quaecumque est saucia,  
clamat,

'parce, precor; nostrum laceratur in arbore corpus.  
iamque uale'—cortex in uerba nouissima uenit.  
inde fluunt lacrimae, stillataeque sole rigescunt  
de ramis electra nouis, quae lucidus annis 365  
excipit et nurbis mittit gestanda Latinis.

Adfuit huic monstro proles Stheneleia Cynus,  
qui tibi materno quamuis a sanguine iunctus,  
mente tamen, Phaethon, propior fuit. ille relicto  
(nam Ligurum populos et magnas rexerat urbes) 370  
inperio ripas uirides aunemque quereillis  
Eridanum inplerat siluamque sororibus auctam,  
cum uox est tenuata uiro, canaeque capillos  
dissimulant plumae, collumque a pectore longe  
porrigitur, digitosque ligat iunctura rubentes; 375  
penna latus uelat, tenet os sine acumine rostrum.  
fit noua Cynus auis, nec se caeloque Iouique  
credit, ut iniuste missi memor ignis ab illo;  
stagna petit patulosque lacus, ignemque perosus,  
quae colat, elegit contraria flumina flammis. 380

Squalidus interea genitor Phaethontis et expers  
ipse sui decoris, qualis cum deficit orbem  
esse solet, lucemque odit seque ipse diemque  
datque animum in luctus; et luctibus adicit iram  
officiumque negat mundo. 'satis' inquit 'ab acui  
sors mea principiis fuit inrequieta, pigetque 386  
actorum sine fine mihi, sine honore, laborum.  
quilibet alter agat portantes lumina currus.  
si nemo est omnesque dei non posse fatentur,  
ipse agat, ut saltem, dum nostras temptat habenas,  
orbatura patres aliquando fulmina ponat. 391  
tum sciet, ignipedum uires expertus equorum,  
non meruisse necem qui non bene rexerit illos.'  
talia dicentem circumstant omnia Solem  
numina, neue uelit tenebras inducere rebus, 395  
supplice uoce rogant; missos quoque Iuppiter ignes  
excusat precibusque minas regaliter addit.  
colligit amantes et adhuc terrore pauentes  
Phoebus equos stimuloque dolens et uerbere saeuit;  
saeuit enim, natumque obiecat et inputat illis. 400

At pater omnipotens ingentia moenia caeli  
circuit, et ne quid labefactum uiribus ignis  
corruat, explorat. quae postquam firma suiue  
roboris esse uidet, terras hominumque labores  
perspicit. Arcadiae tamen est impensor illi 405  
cura suae; fontesque et nondum audentia labi  
flumina restituit, dat terrae gramina, frondes  
arboribus, laesasque iubet reuirescere siluas.  
dum redit itque frequens, in uirgine Nonacrina  
haesit; et accepti caluere sub ossibus ignes. 410  
non erat huius opus lanam mollire trahendo  
nec positu uariare comas. ubi fibula uestem,  
uitta coeruleat neglectos alba capillos.  
et modo leue manu iaculum, modo sumpserrat arcum,  
miles erat Phoebes; nec Maenalon attigit ulla 415  
gratior hac Triviae. sed nulla potentia longa est.  
ulterius medio spatium sol altus habebat,  
cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat actas.  
exiit hic uero pharetram lentosque retendit  
arcus inque solo, quod texerat herba, iacebat 420  
et pictam posita pharetram ceruice premebat.  
Iuppiter ut uidit fessam et custode uacantem,  
'hoc certe furtum coniunx mea nesciet,' inquit

'aut si rescierit, sunt, o, sunt iurgia tanti.'  
protinus induitur faciem cultumque Dianae 425  
atque ait 'o comitum, uirgo, pars una mearum,  
in quibus es uenata iugis? de caespite uirgo  
se leuat et 'salue numen, me iudice', dixit  
'audiat ipse licet, maius Ioue.' ridet et audit  
et sibi praeferrit se gaudet et oscula iungit 430  
nec moderata satis nec sic a uirgine danda.  
qua uenata foret silua, narrare parantem  
impedit amplexu, nec se sine crimine prodit.  
illa quidem contra, quantum modo femina possit,  
(adspiceres utinam, Saturnia; mitior esses) 435  
illa quidem pugnat: sed quae superare puella,  
quisiue Iouem poterat? superum petit aethera uictor  
Iuppiter; huic odio nemus est et conscia silua.  
unde pedem referens paene est oblita pharetram  
tollere eum telis et quem suspenderat arcum. 440  
ecce suo comitata choro Dictynna per altum  
Maenalon ingrediens et caede superba ferarum  
adspicit hanc uisamque uocat: clamata refugit  
et timuit primo, ne Iuppiter esset in illa.  
sed postquam pariter nymphas incedere uidit, 445  
sensit abesse dolos numerumque accessit ad harum.  
heu quam difficile est crimen non prodere nultu!  
uix oculos attollit humo, nec, ut ante solebat,  
iuncta deae lateri nec toto est agmine prima;  
sed silet et laesi dat signa rubore pudoris; 450  
et, nisi quod uirgo est, poterat sentire Diana  
mille notis culpam: nymphae sensisse feruntur.  
orbe resurgebant lunaria cornua nono,  
cum dea uenatu, fraternis languida flammis,  
naeta nemus gelidum, de quo cum murmure labens  
ibat et attritis uersabat riuus harenas, 456  
ut loca laudauit, summas pede contigit undas;  
his quoque laudatis 'procul est' ait 'arbiter omnis;  
nuda superfusus tinguamus corpora lymphis.'  
Parrhasis erubuit. cunctaue uelamina ponunt; 460  
una moras quaerit. dubitanti uestis adempta est;  
qua posita nudo patuit cum corpore crimen.  
attonitae manibusque uterum celare uolenti  
'i procul hinc' dixit 'nec sacros pollue fontes'  
Cynthia, deque suo iussit secedere coetu. 465  
Senserat hoc olim magni matrona Tonantis  
distuleratque graues in idonea tempora poenas.  
causa morae nulla est; et iam puer Arcas (id ipsum  
indoluit Iuno) fuerat de paelice natus.  
cui simul obuertit saeuam cum lumine mentem, 470  
'scilicet hoc etiam restabat, adultera,' dixit  
'ut fecunda fores, fieretque iniuria partu  
nota, Iouisque mei testatum dedecus esset.  
haud inpune feret; adimam tibi nempe figuram,  
qua tibi quaque places nostro, inportuna, marito,'  
dixit et aduersa prenis a fronte capillis 476  
strauit humi pronam. tendebat brachia supplex:  
brachia coeperunt nigris horrescere villis,  
curuarique manus et aducos crescere in unguis  
officioque pedum fungi, laudataque quondam 480  
ora Ioui lato fieri deformia rictu.  
neue preces animos et uerba precantia flectant,  
posse loqui eripitur; uox iracunda miraxque  
plenaque terroris rauco de gutture fertur.  
mens antiqua tamen facta quoque mansit in ursa,  
adsiduoque suos genuit testata dolores 486  
qualescumque manus ad caelum et sidera tollit  
ingratumque Iouem, nequeat cum dicere, sentit.  
a quotiens, sola non ausa quiescere silua,  
ante domum quondamque suis errauit in agris! 490  
a quotiens per saxa canum latratibus acta est  
uenatrixque metu uenantum territa fugit!

II 356 trahit A N ε. 368 uinctus A ε. 376 uestit Heins. Merk. sed cf. VII 468. 378 tradit M! A N. 382 orbe N ε λ. 398 trementis N. 399 caedit Haupt. 400 enim. erum Merk. qui post saeuit interpunxit. 408 reuiuiscere ε λ. 412 positu N λ, positas A ε, positiu (as suprascript.) M. cui M in ras. ε, ubi (cui suprascript.) A λ, ubi N, caua Korn, cum Rappold. 434 possit λ, posset M A N ε. 436 quae M N ε, non λ, quem A, idem olim con. Bendl. 437 post superum interpungunt alii. 439 unde M in ras. A, inde ε λ. 444 extimuit λ. 456 riuos A. 470 cui A, quo uulg. aduertit N. 474 nempe λ, namque M A N ε. 476 aduersam M λ<sup>3</sup>, auersa N λ, aduersam A codd. multi Heins., aduersa codd. pauci Naugerius, arreptam ε uulg. 485 tamen Raph. Regius, manet codd.

saepe feris latuit uisis, oblita quid esset,  
ursaque prospectos in montibus horruit ursos,  
pertinuitque lupos, quamvis pater esset in illis. 495

Eceae, Lycaoniae proles ignara parentis,  
Arcas adest, ter quinque fere natalibus actis;  
dumque feras sequitur, dum saltus eligit aptos  
nexilibusque plagis silvas Erymanthidas ambit,  
incidit in matrem; quae restitit Arcade uiso 500  
et cognoscenti similis fuit, ille refugit  
immotosque oculos in se sine fine tenentem  
nescius extimuit, propiusque accedere auenti  
uulnifico fuerat fixurus pectora telo.  
arcuit omnipotens pariterque ipsosque nefasque 505  
sustulit et celeri raptos per inania uento  
imposuit caelo uicinaque sidera fecit.

Intumuit luno, postquam inter sidera paelix  
fulsit, et ad eam descendit in aequora Tethyn  
Oceanumque senem, quorum reuerentia mouit 510  
saepe deos, causamque uiae scitantibus inlit:  
'quaeritis, aetheriis quare regina deorum  
sedibus luc adsim? pro me tenet altera caelum.  
mentior, obseuram nisi nox cum fecerit orbem,  
nuper honoratas summo, mea uulnera, caelo 515  
uideritis stellis illic, ubi circulus axem  
ultimus extremum spatioque breuissimus ambit.  
et nero quisquam Iunonem laedere nolit  
offensamque tremat, quae prosum sola noendo? 519  
o, ego quantum egi! quam uasta potentia nostra est!  
esse hominem uetui: facta est dea. sic ego poenas  
sontibus inpono, sic est mea magna potestas,  
nundieat antiquam faciem uultusque ferinos  
detrahat, Argolica quod in ante Phoronide fecit.  
eur non et pulsa ducit Iunone meoque 525  
collocat in thalamo socerumque Lycaona sumit?  
at nos si laesae tangit contemptus alumnae,  
gurgite caeruleo septem prohibete triones  
sideraque in caelo, stupri mercede, recepta  
pellite, ne puro tinguatur in aequore paelix.' 530

Di maris aduerant; habili Saturnia curru  
ingreditur liquidum paonibus aethera pictis,  
tam nuper pietas caeso paonibus Argo,  
quam tu nuper eras, eum candidus ante fuisses,  
corue loquax, subito nigrantes uersus in alas, 535  
nam fuit haec quondam niueis argentea pennis  
ales, ut acquaret totas sine labe columbas,  
nec seruatis uigili Capitolia uoce  
cederet anseribus nec amanti flumina cyeno.  
lingua fuit damno; lingua faciente loquaci, 540  
qui color albus erat, nunc est contrarius albo.  
pulehrior in tota, quam Larisaea Coronis,  
non fuit Haemonia; placent tibi, Delphice, certe,  
dum nel easta fuit nel inobseruata. sed ales  
sensit adulterium Phoebeius, utque latentem 545  
delegeret culpam, non exorabilis index  
ad dominum tendebat iter. quem garrula motis  
consequitur pennis, scitetur ut omnia, cornix  
auditaque uiae causa 'non utile carpis'  
inquit 'iter: ne sperne meae praesagia linguae. 550  
quid fuerim quid simque, uide meritumque require:  
inuenies nocuisse lidem. nam tempore quodam  
Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,  
clauserat Actaeo texta de uimine cista  
uirginibusque tribus gemino de Cecrope natis 555  
et legem dederat, sua ne secreta uiderent,  
abdita fronte leui densa speculabar ab nlmo,  
quid facerent, commissa duae sine fraude tuentur,  
Pandrosos atque Herse; timidus uocat una sorores  
Aglauros nodosque manu diducit; et intus 560

infantemque uident adporrectumque draconem.  
acta deae refero; pro quo mihi gratia talis  
redditur, ut dicar tutela pulsa Mineruae  
et ponar post noctis auem. mea poena uolucres  
admonuisse potest, ne uoce pericula quaerant. 565

at, puto, non ulro nec quicquam tale rogantem  
me petiit? ipsa licet hoc a Pallade quaeras:  
quamuis irata est, non hoc irata negabit.  
nam me Phoeaica clarus tellure Coroneus  
(nota loquor) genuit fueramque ego regia uirgo 570  
diuitibusque procis (ne me contemne) petebar.  
forma mihi nocuit. nam cum per litora lentis  
passibus, ut soleo, summa spatiarer harena,  
uidit et incauit pelagi deus; utque precando  
tempora eum blandis absumpsit inania uerbis, 575  
nim parat et sequitur. fugio deusumque relinquo  
litus et in molli nequiquam lassor harena.  
inde deos hominesque uoco; nec contigit ullum  
uox mea mortalem; mota est pro uirgine uirgo,  
auxiliumque tulit. tendebam braccella caelo: 580  
braccellia coeperunt leuibus nigrescere pennis.  
reicere ex umeris uestem molibar; at illa  
pluma erat inque eutem radices egerat imas.  
plangere nuda meis eonabar pectora palmis:  
sed neque iam palmas nec pectora nuda gerebam.  
currebam; nec, ut ante, pedes retinebat harena, 586  
sed summa tollebar humo. mox acta per auras  
euchor et data sum comes inculpata Mineruae.

quid tamen hoc prodest, si diro facta uolueris  
crimine Nyctimene nostro successit honori? 590  
an quae per totam res est notissima Lesbos,  
non audita tibi est, patrum temerasse cubile  
Nyctimene? anis illa quidem, sed conscia culpae  
conspicuum luemque fugit tenebrisque pudorem  
celat et a cunctis expellitur aethere toto.' 595  
talia dicenti 'tibi' ait 'renocamina' coruus  
'sint precor ista malo: nos uanum spernimus omen.'  
nec coeptum dimittit iter, dominoque iacentem  
cum iuene Haemonio uidisse Coronida narrat,  
laurea delapsa est auditu erimine amantis, 600  
et pariter uultusque deo plectrumque colorque  
excidit; utque animus tumida feruebat ab ira,  
arma adsucta caput flexumque a cornibus arcum  
tendit et illa suo totiens cum pectore iuncta  
indentato traiecit pectora telo. 605

icta dedit genitum tractoque a corpore ferro  
eandida puniceo perfudit membra eriore,  
et dixit 'potni poenas tibi, Phoebe, dedisse,  
sed peperisse prius; duo nunc morierum in una.'  
hactenus, et pariter uitam cum sanguine fudit. 610  
corpus inane animae frigus letale secutum est.

Pacitet heu sero poenae crudelis amantem,  
seque, quod audierit, quod sic exarserit, odit;  
odit auem, per quam crimen causamque dolendi  
scire coactus erat, nec non areumque manumque  
odit cumque manu temeraria tela sagittas; 616  
conlapsamque fouet seraque ope uincere fata  
nititur et medicas exercet inaniter artes.  
quae postquam frustra temptata, rognumque parari  
uidit et aruros supremis ignibus artus, 620  
tum nero gemitus (neque enim caelestia tingui  
ora licet lacrimis) alto de corde petitos  
edidit haud aliter, quam eum spectante inuenca  
lactentis nituli dextra libratus ab aure  
tempora discussit claro caua mullens ictu. 625  
ut tamen ingratos in pectora fudit odores  
et dedit amplexus iniustaque iusta peregit,  
non tulit in cineres labi sua Phoebeus eosdem

II 497 actis A uulg., ferens—annos N in ras. λ, rasura est in M, auctus Merk. 503 accedere fugit M A N λ². 504 uulnifico A. 505 arcuit Plan. Raph. Rogins, arguit codd. 509 acquiror M. 514 mentior codd., mentiar Accursius. 518 est uero cur quis N² e Heins., quisquam A N, quisqu, λ, quisqui M ante ras. 520 quanta hausta ut uidetur A, quantum (uel quanti) ista Ellis. 523 uoltus N. 525 expulsa λ. 525, 526 ducit—collocet—sumat N Merk. 529 caelum codd. plerique, caelo N Heins. 532 aera λ. 554 texta λ. 560 aglauros M A N λ. diducit M A N λ. 582 reicece A. 583 cgerat A codd. multi Heins., cserat N, fixerat M in ras. λ. 587 alta N λ. 589 tetro A. 591 lesbou ex MN. 600 amanti Heins. Merk. 603 caput M A ε λ, rapit al. 606 corpore codd., uulnere Heins. uulg. 611 damnat Hartman. 620 sensit et Schol. ad Stat. Theb. VI 384. suppositis N.

semia, sed natum flammis uteroque parentis  
eripuit geminique tulit Chironis in antrum; 630  
sperantemque sibi non falsae praemia linguae  
inter aues albas utuisti consistere coruum.  
Semifer interea diuinae stirpis alunno  
laetus erat mixtoque oneri gaudet honore.  
ecce venit rutilis uumeros protecta capillis 635  
filia Centauri, quam quondam nympha Chariclo  
fluminis in rapidi ripis enixa uocauit  
Oeyroen. non haec artes contenta paternas  
edidicisse fuit; fatorum arcana canebat.  
ergo ubi uaticinos concepit mente furores 640  
incaluitque deo quem clausum pectore habebat,  
adspicit infantem, 'toto' que 'salutifer orbi  
cresee puer:' dixit 'tibi se mortalia saepe  
corpora debebunt; animas tibi reddere ademptas  
fas erit; idque semel dis indignantibus ausus, 645  
posse dare hoc iterum flamma prohibere auita  
eque deo corpus fies exsanguis, deusque,  
qui modo corpus eras, et bis tua fata nouabis.  
tu quoque, care pater, nunc immortalis et aenis  
omnibus ut maneas nascendi lege creatus, 650  
posse mori cupies, tum cum cruciaberis dirae  
sanguine serpentis per saucia membra recepto;  
teque ex aeterno patientem numina mortis  
efficiunt triplicesque deae tua fila resoluent.'  
restabat fati aliquid. suspirat ab imis 655  
pectoribus, laerimaeque genis labuntur obortae;  
atque ita 'praeuertunt' inquit 'me fata, uetorque  
plura loqui, uocisque meae praecluditur usus.  
non fuerant artes tanti, quae uiminis iram  
contraxere mihi; mallet nescisse futura. 660  
iam mihi subduci facies humana uidetur,  
iam cibus herba placet, iam latis currere campis  
inpetus est; in equam cognataque corpora uertor.  
tota tamen quare? pater est mihi nempe biformis.'  
talia dicenti pars est extrema querellae 665  
intellecta parum, confusaque uerba fuerunt.  
mox nec uerba quidem nec equae sonus ille uidetur,  
sed simulantis equam, paruoque in tempore certos  
edidit hinnitus et brachia mouit in herbas.  
tum digiti coeunt et quinos alligat ungues 670  
perpetuo cornu leuis ungula, creseit et oris  
et colli spatium, longae pars maxima pallae  
cauda fit, utque uagi crines per colla iacebant,  
in dextras abiere iubas; pariterque nouata est  
et uox et facies; nomen quoque monstra dedere. 675  
Flebat openque tuam frustra Philyreus heros,  
Delphice, poscebat. nam nec rescindere magni  
iussa Iouis poteras nec, si rescindere posses,  
tunc aderat; Elin Messeniaque arua colebas.  
illud erat tempus, quo te pastoria pellis 680  
textit, onusque fuit baculus siluestre sinistrae,  
alterius dispar septenis fistula cannis.  
dumque amor est curae, dum te tua fistula nulcet,  
incustoditae Pyllos memorantur in agros 685  
processisse boues. uidet has Atlantide Maia  
natus et arte sua siluis occultat abactas.  
senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo  
rure senex; Battum uicinia cuncta uocabant.  
diuities hic saltus herbasoque pascua Nelei  
nobiliumque greges cunctos seruabat equarum. 690  
hunc tenuit blandaque manu seduxit, et illi  
'quisquis es, hospes,' ait 'si forte armenta requirit  
haec aliquis, uidisse nega; neu gratia facto  
nulla rependatur, nitidam cape praemia uaceam';  
et dedit. accepta uoces has reddidit hospes: 695  
'tutus eas: lapis iste prius tua furta loquetur'  
et lapidem ostendit. simulat Ioue natus abire;

mox redit et nersa pariter cum uoce figura  
'rustice, uidisti siquas hoc limite' dixit  
'ire boues, fer opem furtoque silentia deme: 700  
inneta suo pretium dabitur tibi femina tauro.'  
at senior, postquam est merces geminata, 'sub illis  
montibus' inquit 'erunt'; et erant sub montibus  
illis.  
risit Atlantiades et 'me mihi, perfide, prodis?  
me mihi prodis?' ait; perinraque pectora nertit 705  
in durum silicem, qui nunc quoque dicitur Index,  
inque nihil merito uetus est infamia saxo.  
Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis,  
Munychiosque nolans agros gratanique Mineruae  
despectabat humum cultique arbusta Lycei. 710  
illa forte die castae de more puellae  
uertice supposito festas in Palladis arces  
pura coronatis portabant sacra canistris.  
inde reuertentes deus adspicit ales iterque  
non agit in rectum, sed in orbem curuat eundem.  
ut uolueris uisis rapidissima miluus extis, 716  
dum timet et densi circumstant sacra ministri,  
flectitur in gyrum nec longius audet abire,  
spemque suam motis audis circumuolat alis;  
sic super Actaeas agilis Cyllenius arces 720  
inclinat cursus et easdem circinat auras.  
quanto splendidior quam cetera sidera fulget  
Lucifer, et quanto quam Lucifer aurea Phoebe,  
tanto uirginibus praestantior omnibus Herse  
ibat eratque decus pompae comitumque suarum. 725  
obstipuit forma Ioue natus, et aethere pendens  
non secus exarsit, quam cum Balearica plumbum  
funda iacit: uolat illud et incandescit eundo,  
et quos non habuit sub nubibus inuenit ignis.  
uertit iter caeloque petit terrena relicto, 730  
nec se dissimulat; tanta est fiducia formae.  
quae quamquam iusta est, cura tamen adiuuat illam,  
permulcetque comas chlamydemque, ut pendeat  
apte,  
collocat, ut limbus totumque appareat aurum,  
ut teres in dextra, quo somnos ducit et arcet, 735  
uirga sit, ut tersis niteant talaria plantis.  
pars secreta domus ebore et testudine cultos  
tris habuit thalamos, quorum tu, Pandrose, dextrum,  
Aglauros laeuum, medium possederat Herse.  
quae tenuit laeuum, uenientem prima notauit 740  
Mercurium nomenque dei scitarier ausa est  
et causam aduentus. cui sic respondit Atlantis  
Pleionesque nepos: 'ego sum, qui iussa per auras  
uerba patris porto; pater est mihi Iuppiter ipse.  
nec fingam causas; tu tantum fida sorori 745  
esse uelis prolisque meae matertera dici.  
Herse causa uiae est. faueas oramus amanti.'  
adspicit hunc oculis isdem, quibus abdita nuper  
uiderat Aglauros flauae secreta Mineruae,  
proque ministerio magni sibi ponderis aurum 750  
postulat; interea tectis excedere cogit.  
uertit ad hanc torui dea bellica luminis orbem  
et tanto penitus traxit suspiria motu,  
ut pariter pectus positamque in pectore forti  
aegida concuteret. subit, hanc arcana profana 755  
detexisse manu, tum cum sine matre creatam  
Lemnicolae stirpem contra data foederam uidit,  
et gratamque deo fore iam gratamque sorori,  
et ditem sumpto, quod auara poposcerat, auro.  
protinus Inuidiae nigro squalentia tabo 760  
tecta petit. donus est inis in uallibus huius  
abdita, sole carens, non ulli peruia uento,  
tristis et ignauis plenissima frigidis, et quae  
igne uacet semper, caligine semper abundet.

II 636 *Chariclo* codd., corr. Politianus. 642 *totoque* M A ε λ Can. VII (cod. Bodleianus Canonici VII), *toti* Ml. *orbe* ε. 646 *prohiberis* M N ε. 649 sic Plan., *iam mortalis* M A N ε. 655 *dictis* Benti. 657 *me* codd. nonnulli Heins., *mea* M A N ε λ. 663 *pectora* ε. 664 *namque* λ. 668 *equam* ed. Aldina 1502, quod nunc apparet in N, *equae* codd. 669 *herbis* M, *herbas* (i suprascript.) A. 670 *colligat* N. 681 *baculus* M in ras. A N ε λ Ellis, *baculum* Ml. 688 *uicinia cuncta* Housman (l. c.), *uicinique tota* M in ras., *uicinia rura* N ε, *uicina hunc rura* A λ, *uicinia tota* uulg. 691 *tenuit* A Ellis, *timuit* uulg. 701 *pretium* Heins., ex cod. uno, *pariter* codd. 716 *miluus* in e. λ, *miluus* A ε. 723 *quam* codd., *te* Heins. uulg. 730 *petit diuersa* A N ε λ, 734 *latumque* Koch. 736 *ut. et* ε λ. 739 *et* 749 *aglauros* ex A N λ, 749 *flauae* codd., *rauae* Haupt.

huc ubi peruenit bello metuenda uirago, constitit ante domum (neque enim succedere tectis fas habet) et postes extrema cuspide pulsat. concussae patuere fores. uidet iutus edentem uipereas carnes, uitiorum alimenta suorum, Inuidiam, uisaeque oculos auertit. at illa surgit humo pigre semesarumque relinquit corpora serpentum passuque incedit inertis; utque deam uidit formaque armisque decoram, ingemuit uultumque una ac suspiria duxit. pallor in ore sedet, inacies in corpore toto, nusquam recta acies, fluent rubigine dentes, pectora felle urent, lingua est sulfusa ueneno. risus abest, nisi quem uisi mouere dolores. nec fruitur somno, nigilacibus excita curis; sed uidet ingratos intabescitque uidendo successus hominum, carpitque et carpitur una, suppliciumque suum est. quamuis tamen uolerat, illam talibus adfata est breuiter Tritonia dictis: 'inice tabe tua natarum Cecropis unam: sic opus est: Aglauros ea est.' haud plura locuta fugit et impressa tellurem reppulit hasta. illa deam obliquo fugientem lumine cernens murmura parua dedit, successurumque Minerae indoluit. baculumque capit, quem spinea totum nincula eingeabant, adopertaque nubibus atris, quacumque ingreditur, florentia proterit arua exuritque herbas et summa cacumina carpit adlatuque suo populos urbesque domosque polluit. et tandem Tritonida conspicit arcem, ingeniis opibusque et festa pace uirentem, uixque tenet lacrimas, quia nil lacrimabile cernit. sed postquam thalamos intrauit Cecrope natae, iussa facit pectusque manu ferrugine tineta tangit et hamatis praecordia sentibus inplet, inspiratque nocens uirus piceumque per ossa dissipat et medio spargit pulmone nenenum. neue mali causae spatium per latius errent, germanam ante oculos fortunatumque sororis coniugium pulchraque deum sub imagine ponit, cunctaque magna facit. quibus iritata dolore Cecropis oculo mordetur, et anxia nocte, anxia luce gemit, lentoque miserrima tabe liquitur, ut glacies incerto saucia sole. feliceisque bonis non lenius uritur Hesperes, quam cum spinosis ignis supponitur herbis, quae neque dant flammis lentoque tepore cremantur. saepe mori uoluit, ne quicquam tale uideret, saepe uelut crimen rigido narrare parenti; denique in aduerso uenientem limine sedit exclusura deum. cui blandimenta precesque uerbaque iactanti mitissima 'desine;' dixit 'hinc ego me non sum nisi te motura repulso.' 'stemus' ait 'pacto' uelox Cyllenius 'isto.' caelatasque fores uirga patefecit. at illi	765 770 775 780 785 790 795 800 805 810 815	surgere conanti partes, quascumque sedendo flectimus, ignaua nequeunt grauitate moueri. illa quidem pugnat recto se attollere trunco; sed genuum iunctura riget, frigusque per inguen labitur, et pallent amisso sanguine uenae. utque malum late solet inmedicabile cancer serpere et inlaesas uitiatas addere partes, sic letalis hiemps paulatim in pectora uenit uitalesque uias et respiramina clausit. nec conata loqui est, nec, si conata fuisset, uocis habebat iter: saxum iam colla tenebat, oraque duruerant, signumque exsangue sedebat. nec lapis albus erat: sua mens infecerat illam. Has ubi uerborum poenas mentisque profanae cepit Atlantiades, dictas a Pallade terras linquit et ingreditur iactatis aethera pennis. senocat hunc genitor. nec causam fassus amoris 'lide minister' ait 'iussorum, nate, meorum, pelle moram solitoque eeler delabere cursu, quaeque tuam matrem tellus a parte sinistra suspicit (indigenae Sidonida nomine dicunt), hanc pete, quodque procul montano gramine pasci armentum regale nides, ad litora uerte.' dixit, et expulsi iam dudum monte iuueni litora inssa petunt, ubi magni lilia regis ludere uirginibus Tyriis comitata solebat. non bene conueniunt nec in una sede morantur maiestas et amor. seeptri grauitate relieta ille pater rectorque deum, cui dextra trisleis ignibus armata est, qui nutu concitit orbem, induitur faciem tauri mixtusque iuuenis mugit et in teneris formosus obambulat herbis. quippe color niuis est, quam nec uestigia duri calcaere pedis nec soluit aquaticus Auster. colla toris extant, armis palcaria pendent, cornua parua quidem, sed quae contendere possis facta manu, puraque magis perlucida gemma. nullae in fronte minae, nec formidabile lumen; pacem uultus habet. miratur Agenore nata, quod tam formosus, quod proelia nulla minetur. sed quamnis mitem metui contingere primo; noix adit et flores ad eandem porrigit ora. gaudet amans et, dum ueniat sperata uoluptas, oscula dat manibus; uix, a, uix cetera differt. et nunc alludit uiridique exultat in herba, mune latus in fuluis muceum deponit harenis; paulatimque metu dempto modo pectora praebet uirginea plaudenda manu, modo cornua sertis impedienda nonis. causa est quoque regia uirgo, nescia quem premeret, tergo considere tauri, cum deus a terra siccioque a litore sensim falsa pedum primis uestigia ponit in undis; inde abit ulterius medique per aquora ponti fert praedam. pauet haec litusque ablata relictum respicit, et dextra cornum tenet, altera dorso inposita est; tremulae sinuantur flamine uestes.	820 825 830 835 840 845 850 855 860 865 870 874
--	---	--	--

II 765 bello M<sup>1</sup>λ, belli A N<sup>1</sup> Heins. 774 ima ad codd. (ima M in ras.) corr. Housman, multum atque animo suspiria Riese, deae A N<sup>1</sup>. 776 lurant cod. Bodl. Digby 65 teste Ellis. 787 obliquo λ. 788 successum(a λ)mq<sup>1</sup> M<sup>1</sup>λ, successibus (busque s) atque N<sup>1</sup> s, successu namque λ. 789 quem M<sup>2</sup>N<sup>1</sup>λ Can. VII Ellis, cf. 680, quod M<sup>1</sup>A. 792 papaueru M A N λ. 808 inserto Merk. 809 non actius Heins. 811 lento cod. unus, leni uulg. 819 caelestique M N λ. 821 flectitur M in ras. ε λ. 823 per unguis M A N ε λ, per artus codd. nonnulli, per inguen Erkema. 824 callent Haupt. 827 hiemps ex M A λ. in corpora λ. II 833-III 610 extant in Br (fragmento Musei Britannici 11967). 836 sed uocat M N. amorem Francius. 855 parua codd., uara Heins., torua Housman collato Lucan. I 612. 863 a<sup>1</sup> Ellis, ha A, ah λ, iam M N<sup>2</sup> in ras. 867 palypanda ε λ. 871 falsa codd., fissa Merk. primo M A N ε λ, primis codd. multi. 874 cornum Priscian. p. 211, cornu codd.

## LIBER TERTIVS

Iamque deus posita fallacis imagine tauri  
 se confessus erat Dictaeaque rura tenebat,  
 cum pater ignarus Cadmio perquirere raptam  
 inperat et poenam, si non inuenerit, addit  
 exilium, facto pius et sceleratus eodem. 5  
 orbe pererrato (quis enim deprendere possit  
 furta louis?) profugus patriamque iramque parentis  
 uitat Agenorides Phoebeque oracula supplex  
 consulit et, quae sit tellus habitanda, requirit.  
 'bos tibi' Phoebus ait 'solis occurret in aruis, 10  
 nullum passa iugum curuique immunis aratri.  
 hac duce carpe uias et, qua requieverit herba,  
 moenia fac condas Boeotiaque illa uocato.'  
 uix bene Castalio Cadmus descenderat antro,  
 incustoditum lente uidet ire iuuencaem 15  
 nullum seruitii signum ceruice gerentem.  
 subsequitur pressoque legit uestigia gressu  
 auctoremque uiae Phoebum taciturnus adorat.  
 iam uada Cephis Panopesque euaserat arua :  
 bos stetit, et, tollens speciosam cornibus altis 20  
 ad caelum frontem, mugitibus inpulit auras  
 atque ita respiciens comites sua terga sequentis  
 procubuit teneraque latus submitit in herba.  
 Cadmus agit grates peregrinaeque oscula terrae  
 figit et ignotos montes agrosque salutat. 25  
 sacra Ioui facturus erat. iubet ire ministros  
 et petere e uiuis libandas fontibus undas.  
 silua uetus stabat, nulla uiolata securi,  
 et specus in media, uirgis ac uimine densus,  
 efficiens humilem lapidum compagibus arcum, 30  
 uberibus fecundus aquis, ubi conditus antro  
 Martius anguis erat, cristis praesignis et auro ;  
 igne micant oculi, corpus tumef omne ueneno,  
 tresque uibrant linguae, tripliciter stant ordine dentes.  
 quem postquam Tyria lucum de gente profecti 35  
 infausto tetigere gradu, demissaque in undas  
 urna dedit sonitum, longo caput extulit antro  
 caeruleus serpens horrendaque sibila misit.  
 effluxere urnae manibus, sanguisque relinquit  
 corpus, et attonitos subitus tremor occupat artus. 40  
 ille uolubilibus squamosos nexibus orbes  
 torquet et immensos saltu sinuatur in arcus,  
 ac media plus parte leues erectus in auras  
 despicit omne nensus, tantoque est corpore, quanto  
 si totum spectes, geminas qui separat Aretos. 45  
 nec mora, Phoenicias, siue illi tela parabant,  
 siue fugam, siue ipse timor prohibebat utrumque,  
 occupat ; hos morsu, longis complexibus illos,  
 hos necat adflati funesta tabe ueneni.  
 fecerat exiguas iam sol altissimus umbras ; 50  
 quae mora sit sociis, miratur Agenore natus  
 uestigatque uiros. tegumen derepta leoni  
 pellis erat, telum splendenti lancea ferro  
 et iaculum, te loque animus praestantior omni.  
 ut nemus intrauit letataque corpora uidit 55  
 uictoremque supra spatiosi corporis hostem  
 tristia sanguinea lambentem uulnera lingua,  
 'aut ultor uestrae, fidissima pectora, mortis,  
 aut comes' inquit 'ero.' dixit dextraque molarem  
 sustulit et magnum magno conamine misit. 60  
 illius impulsu cum turribus ardua celsis  
 moenia mota forent : serpens sine uulnere mansit

loricaeque modo squamis defensus et atrae  
 duritia pellis ualidos cute reppulit ictus.  
 at non duritia iaculum quoque uicit eadem ; 65  
 quod medio lentae spinae curuamine fixum  
 constitit, et totum descendit in ilia ferrum.  
 ille dolore ferox caput in sua terga retorsit  
 uulneraque adspexit fixumque hastile momordit,  
 idque, ubi ni multa partem labefecit in omnem, 70  
 uix tergo eripuit ; ferrum tamen ossibus haesit.  
 tum uero postquam solitas accessit ad iras  
 causa recens, plenis tumuerunt guttura uenis,  
 spumaque pestiferos circumfluit albida rictus,  
 terraque rasa sonat squamis, quique halitus exit 75  
 ore niger Stygio, uitiatas inficit auras.  
 ipse modo immensum spiris facientibus orbem  
 cingitur, interdum longa trabe rector adstat,  
 impete nunc uasto, ceu concitus imbribus amnis,  
 fertur et obstantes perturbat pectore siluas. 80  
 cedit Agenorides paulum spolioque leonis  
 sustinet incursus instantiaque ora retardat  
 cuspidis praetenta. furit ille et inania duro  
 uulnera dat ferro figitur in acumine dentes.  
 iamque uenenifero sanguis manare palato 85  
 coeperat et uirides adspersine tinxerat herbas ;  
 sed leue uulnus erat, quia se retrahebat ab ictu  
 laesaque colla dabat retro plagamque sedere  
 cedendo arcebat nec longius ire sinebat,  
 donec Agenorides coniectum in guttura ferrum 90  
 usque sequens pressit, dum retro quereus eunti  
 obstitit, et fixa est pariter cum robore ceruix.  
 pondere serpentis curuata est arbor et ima  
 parte flagellari gemuit sua robora caudae. 85  
 dum spatium uictor uicti considerat hostis,  
 uox subito audita est, neque erat cognoscere  
 promptum  
 unde, sed audita est : 'quid, Agenonenate, peremptum  
 serpentem spectas ? et tu spectabere serpens.'  
 ille diu pauidus pariter cum mente colorem  
 perdidit, gelidoque comae terrore rigebant. 100  
 ecce uiri fautrix, superas delapsa per auras,  
 Pallas adest motaeque iubet supponere terrae  
 uipereos dentes, populi incrementa futuri.  
 parat et, ut presso sulcum patefecit aratro,  
 spargit humi iussos, mortalia semina, dentes. 105  
 inde, fide maius, glabrae acceperit moueri,  
 primaque de suleis acies apparuit hastae,  
 tegmina mox capitum picto nutantia cono,  
 mox umeri pectusque onerataque brachia telis  
 existunt, crescitque seges clipeata uirorum. 110  
 sic ubi tolluntur festis aulaeae theatris,  
 surgere signa solent primumque ostendere uultus,  
 cetera paulatim, placidoque educta tenore  
 tota patent imoque pedes in margine ponunt.  
 territus hoste nouo Cadmus capere arma parabat :  
 'ne cape,' de populo, quem terra creauerat, unus 116  
 exclamat 'nec te ciuilibus insere bellis.'  
 atque ita terrigenis rigido de fratribus unum  
 comminus ense ferit ; iaculo cadit eminus ipse.  
 hic quoque, qui leto dederat, non longius illo 120  
 uiuit et expirat, modo quas acceperat, auras :  
 exemploque pari furit omnis turba, suoque  
 Marte cadunt subiti per mutua uulnera fratres.

III 1-56 extant in Be. 6 *posset* ε λ. 14 *discesserat* A. 29 *media* Be Priscianus, *medio* uulg. *a culmine* M Br, *acumine* λ, *aculmine denso* A. 34 om. Be. *uibrant* marg. ed. Gryph. 1534, *micant* codd., *sibi* Br. 37 ita codd. 39 *urnae* Be Plan. Heins., *undae* codd. *relinquit* A, *reliquit* M in ras. N Be Br<sup>1</sup> ε λ. 43 *leuis* A. 44 *dispicit* Lachm. 48 *complexibus* M A Be Br N, *amplexibus* ε λ. 49 *adflatu* M N ε, *adflatu* A, *adflata funestis* Riese, *funesta* M A Br N ε, *funesti* Be λ. 52 *tegumen* M ε, *derepta* Be N, *direpta* cett. *leonis* M Br A. 58 *corpore* codd., corr. Heins. 62-86 om. A. 75 *quoque* M λ. 76 *herbas* ε λ. 80 *perturbat* λ. 81 om. M. 90 *guttur* codd., corr. Bentl. 93 *imae* codd., τῶ τῆς σῆρας ἀκρῶ Plan., *ima* Polle. 99 *cum uoce* ε λ. 102 *matrigue* λ.



ianique brevis uitae spatium sortita inuentus  
 sanguineam tepido plangebat pectore matrem, 125  
 quince superstitibus, quorum fuit unus Echion.  
 is sua iecit humo monitu Tritonidis arma  
 fraternaque fidem pacis petitque deditque.  
 hos operis comites habuit Sidonius hospes,  
 cum posuit iussam Phoebeis sortibus urbem. 130  
 Iam stabant Thebae; poterat iam, Cadme, uideri  
 exilio felix. soceri tibi Marsaque Venusque  
 contigerant; huc adde genus de coniuge tanta,  
 tot natos natasque et, pignora cara, nepotes,  
 hos quoque iam inuenes. sed scilicet ultima semper  
 expectanda dies homini est dieique beatus 136  
 ante obitum nemo supremae funera debet.  
 Prima nepos inter tot res tibi, Cadme, secundas  
 causa fuit luctus, alienaque cornua fronti  
 addita, nosque, canes, satiatae sanguine erili. 140  
 at bene si quaeras, fortunae crimen in illo,  
 non scelus inuenies; quod enim scelus error habebat?  
 mons erat infectus uariarum caede ferarum;  
 ianque dies medius rerum contraxerat umbras  
 et sol ex aequo meta distabat utraque, 145  
 cum inuenis placido per deua lustra uagantes  
 participes operum compellat Hyantius ore:  
 'lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum,  
 fortunaque dies habuit satis. altera lucem  
 eum croceis inuicta rotis Aurora reducet, 150  
 propositum repetemus opus; nunc Phoebeus utraque  
 distat idem meta finditque uaporibus arua.  
 sistite opus praesens nodosaque tollite lina.'  
 iussa uiri faciunt intermittuntque laborem.  
 uallis erat picis et acuta densa cupressu, 155  
 nomine Gargaphie, succinctae sacra Dianae,  
 cuius in extremo est antrum memorale recessu,  
 arte laboratum nulla; simulauerat artem  
 ingenio natura suo; nam punice uiuo  
 et leuibus tofis natium duxerat arcum. 160  
 fons sonat a dextra, tenui perlucidus uada,  
 margine gramineo patulos succinetus hiatus.  
 hic dea siluarum uenatu fessa solebat  
 uirgineus artus liquido perfundere rore,  
 quo postquam subit, nymphaeum tradidit uni 165  
 armigerae iaculum phaeetramque arcusque retentos;  
 altera depositae subiecit brachia pallae;  
 uincta duae pedibus demunt; nam doctior illis  
 Ismenis Crocale sparsos per colla capillos  
 colligit in nodum, quamuis erat ipsa solutis. 170  
 excipiunt laticeum Nephelique Hyaleque Rheuisque  
 et Psecae et Phiale funduntque caueibus urnis.  
 dumque ibi perluitur solita Titania lympha,  
 ecce nepos Cadmi dilata parte laborum  
 per nemus ignotum non certis passibus errans 175  
 peruenit in lucem; sic illum fata ferebant.  
 qui simul intrauit rorantia fontibus antra,  
 sicut erant uiso nudae sua pectora nymphae  
 percussere uiro subitisque ululatus omne  
 implerent nemus circumfusaque Dianam 180  
 corporibus texere suis; tamen altior illis  
 ipsa dea est colloque tenuis supereminet omnes,  
 qui color infectis aduersi solis ab ietu  
 nubibus esse solet aut purpureae Aurorae,  
 is fuit in uultu uisae sine ueste Dianae. 185  
 quae quamquam comitum turba est stipata suarum,  
 in latus obliquum tamen adstitit oraque retro  
 flexit, et, ut uellet promptas habuisse sagittas,  
 quas habuit sic hausit aquas uulnibus uirilem  
 perfudit, spargensque comas ultricibus undis 190

addidit haec cladis praenuntia uerba futurae:  
 'nunc tibi meposito uisam uelamine narres,  
 si poteris narrare, licet'. nec plura minata  
 dat sparsocapiti uiuacis cornua cerui,  
 dat spatium collo summasque cacuminat aures, 195  
 cum pedibusque manus, cum longis brachia mutat  
 eruribus et uelat maculoso uellere corpus.  
 additus et pavor est. fugit Autonoeius heros  
 et se tam celerem cursu miratur in ipso.  
 ut uero uultus et cornua uidit in unda, 200  
 'me miserum!' dicturus erat: uox nulla secuta est.  
 ingenuit, uox illa fuit, lacrimaque per ora  
 non sua fluxerunt: mens tantum pristina mansit.  
 quid faciat? repetatne domum et regalia tecta,  
 an lateat siluis? pudor hoc, timor impedit illud. 205  
 dum dubitat, uidere canes primumque Melampus  
 Ichnobatesque sagax latratu signa dedere,  
 Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus.  
 inde ruunt alii rapida uelocis aura, 209  
 Pamphagus et Dorceus et Oribasus, Arcades omnes,  
 Nephrophonusque ualens et trux cum Laelape Theron  
 et pedibus Pterelas et naribus utilis Agre,  
 Hylaensque ferox, nuper percussus ab apro,  
 deque lupo concepta Nape, pecudesque secuta  
 Poemenis et natis comitata Harpyia duobus 215  
 et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon  
 et Dromas et Canache Stictaque et Tigris et Alee  
 et uineis Leucon et uillis Asbolus atris  
 praeuulidusque Lacon et cursu fortis Aello  
 et Thous et Cyprio uelox cum fratre Lyceisce 220  
 et nigram medio frontem distinctus ab albo  
 Harpalos et Melaneus hirsutus corpore Laelme  
 et patre Dictaeo sed matre Laconide nati  
 Labros et Agriodus et acutae uocis Hylactor 224  
 quosque referre mora est. ea turba cupidine praedae  
 per rupes scopulosque adituque carentia saxa,  
 quaque est difficilis quaque est uia nulla, sequuntur.  
 ille fugit per quae fuerat loca saepe secutus,  
 heu famulos fugit ipse suos. clamare libebat  
 'Actaeon ego sum, dominum cognoscite uestrum.'  
 uerba animo desunt; resonat latratibus aether. 231  
 prima Melanchaetes in tergo uulnera fecit,  
 proxima Theridamas; Oresitrophus haesit in armo  
 tardius exierant; sed per compendia montis  
 anticipata uia est. dominum retinentibus illis, 235  
 cetera turba coit confertque in corpore dentes.  
 iam loca uulneribus desunt. genuit ille sonumque  
 etsi non hominis, quem non tamen edere possit  
 ceruus, habet maestisque replet iuga nota querellis.  
 et genibus pronis supplex similisque roganti 240  
 circumfert tacitos tanquam sua brachia uultus.  
 at comites rapidum solitis hortatibus agmen  
 ignari instigant oculisque Actaeona quaerunt,  
 et uelut absentem certatim Actaeona clamant  
 (ad nomen caput ille refert) et abesse queruntur,  
 nec capere oblatae seguem spectacula praedae. 246  
 uellet abesse quidem, sed adest; uelletque uidere,  
 non etiam sentire eanum fera facta suorum.  
 undique circumstant mersisque in corpore rostris  
 dilacerant falsi dominum sub imagine cerui. 250  
 Rumor in ambiguo est: aliis uiolentior aequo 253  
 uisa dea est; alii laudant dignamque seuera  
 uirginitate uocant; pars inuenit utraque causas. 255  
 sola Iouis coniux non tam culpetae probetne  
 eloquitur, quam clade domus ab Ageneore ductae  
 gaudet et a Tyria collectum paelice transfert  
 in generis socios odium. subit ecce priori 259

III 125 ita codd., sanguine tepidam Merk. Haupt. plangebant N<sup>1</sup> ε λ, tangbat A. corpore ε. 127 humi N<sup>2</sup> ε λ, 130 composuit M N λ, iussus M Br A λ. 134 natus natosque M A λ (om. que). 136 homini est M Br N ε, homini λ, hominem A, hominis schol. Lucani. 149 fortunae Li (psiense fragmentum) codd. Giofani Plan., fortunam uulg. 152 terra codd., meta Li, quod olim conii. Bentl., creta Merk. 162 succinctus M Br, incinctus A ε λ, distinctus N. 176 trahent Li. 178 nude uiso A ε λ Li. 186 est habet λ, om. M Br N A ε Korn. 187 astitit Br, abstulit Ellis in Journ. Philol. xii p. 68. 204 recedat λ. 206 primumque A λ, primique Li Hellmuth, primumque M N Br ε. 207 dederunt A N ε λ. 213 fero Li Heins. 227 feruntur Haupt ex codd. duobus, secuntur A. 233 therodamas Li. 234 exierat M A Br λ. 235 praecepitata A N ε λ. 238 posset λ. 242 latratibus A N ε λ. 246 optata λ. 249 in uiscera Li. 250 falsa Li. 251, 252 nec nisi finita per plurima uulnera uita ira phaeetrate fertur satanta Dianae codd., proscripturunt Heins. Merk. Korn.

causa recens, grauidamque dolet de semine magni  
esse Iouis Semelem. tum linguam ad iurgia soluens,  
'profecei quid enim totiens per iurgia?' dixit  
'ipsa petenda mihi est, ipsam, si maxima Iuno  
rite uocor, perdam, si me gemmantia dextra  
scepra tenere deceat, si sun regina Iouisque 265  
et soror et coniunx, certe soror. at, puto, furto est  
contenta et thalami breuis est iniuria nostri?  
concipit, id deerat, manifestaue crimina pleno  
fert utero et mater, quod uix mihi contigit, uno  
de Ioue uult fieri; tanta est fiducia formae. 270  
fallat eam faxo; nec sum Saturnia, si non  
ab Ioue mersa suo Stygias penetrabit ad undas.'

Surgit ab his solio fuluaque recondita nube  
limen adit Semeles. nec nubes ante remouit,  
quam simulauit animum posuitque ad tempora canos  
sulcauitque eutem rugis, et curua trementi 276  
membra tulit passu; uocem quoque fecit anilem  
ipsaque erat Beroe, Semeles Epidauria nutrix.  
ergo ubi captato sermone diuque loquendo  
ad nomen uenere Iouis, suspirat et 'opto 280  
Iuppiter ut sit; ait 'metuo tamen omnia. multi  
nomine diuorum thalamos iniere pudicos.  
nec tamen esse Iouem satis est; det pignus amoris,  
si modo uerus is est; quantusque et qualis ab alta  
Iunone excipitur, tantus talisque, rogato, 285  
det tibi complexus suaque ante insignia sumat.'

Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis  
formarat. rogat illa Iouem sine nomine munus.  
cui deus 'elige;' ait 'nullam patiere repulsam. 289  
quoque magis credas, Stygii quoque conscia sunt  
numina torrentis; timor et deus ille deorum est.'  
laeta malo nimiumque potens perituraque amantis  
obsequio Semele 'qualem Saturnia' dixit  
'te solet amplecti, Veneris cum foedis initis,  
da mihi te talem.' uoluit deus ora loquentis 295  
opprimere: exierat iam uox properata sub auras.  
ingemuit; neque enim non haec optasse, neque ille  
non irrasse potest. ergo maestissimus altum  
aethera conscendit uultuque sequentia traxit  
nubila, quis nimbos inmixtaque fulgura uentis 300  
addidit et tonitrus et ineuitabile fulmen.  
qua tamen usque potest, uires sibi demere temptat  
nec, quo centimanum deiecerat igne Typhoea,  
nunc armator eo; nimium feritatis in illo est.  
est aliud leuius fulmen, cui dextra Cyclopium 305  
saeuitiae flammaeque minus, minus addidit irae;  
tela secunda uocant superi. caput illa domumque  
intrat Agenoream. corpus mortale tumultus  
non tulit aetherios donisque iugalibus arsit.  
imperfectus adhuc infans geneticis ab aluo 310  
eripitur, patrioque tener (si credere dignum est)  
insuitur femori maternae tempora complet.  
furtim illum primis Ino matertera cunis  
educat; inde datum nymphae Nyseides antris  
occludere suis lactisque alimenta dedere. 315

Dumque ea per terras fatali lege geruntur  
tutaque bis geniti sunt incunabula Bacchi,  
forte Ionem memorant, diffusum nectare, curas  
seposuisse grauis uacuaque agitasse remissos  
cum Iunone locos et 'maior uestra profecto est, 320  
quam quae contingit maribus' dixisse 'uoluptas.'  
illa negat. placuit quae sit sententia docti  
quaerere Tiresiae; Venus huic crat ntraque nota.  
nam duo magnorum uiridi coentia silua  
corpora serpentum baculi uiolauerat ictu; 325  
deque uiro factus, mirabile, femina septem  
egerat autumnos. octauo rursus eosdem  
uidit, et 'est uestrae si tanta potentia plagae,'

dixit 'ut auctoris sortem in contraria mutet,  
nunc quoque uos feriam,' percussis anguibus isdem  
forma prior rediit genetiuaque uenit imago. 331  
arbiter hic igitur sumptus de lite iocosa  
dicta Iouis firmat. grauius Saturnia iusto  
nec pro materia fertur doluisse, suiue  
iudicis aeterna damnauit lumina nocte. 335  
at pater omnipotens (neque enim licet irrita cuiquam  
facta dei fecisse deo) pro lumine adempto  
scire futura dedit poenamque leuauit honore.

Ille per Aonias fama celeberrimas urbes  
inreprehensa dabat populo responsa petenti. 340  
prima fide uocisque datae temptamina sumpsit  
caerula Liriope. quam quondam flumine curuo  
implicuit clausaeque suis Cephalos in undis  
uim tulit. enixa est utero pulcherrima pleno  
infantem, nymphis iam tum qui posset amari, 345  
Narcissumque uocat. de quo consultus, an esset  
tempora maturae uisurus longa senectae,  
fatidicus uates 'si se non nouerit' inquit.  
uana diu uisa est uox auguris; exitus illam  
resque probat letique genus nouitasque furoris. 350

namque ter ad quinos unum Cephalos annum  
addiderat poteratque puer iuuenisque uideri:  
multi illum iuuenes, multae cupiere puellae.  
sed fuit in tenera tam dura superbia forma:  
nulli illum iuuenes, nullae tetigere puellae. 355  
adspicit hunc trepidos agitantes in retia ceruos  
uocalis nymphae, quae nec reticere loquenti,  
nec prior ipsa loqui didicit, resonabilis Echo.  
corpus adhuc Echo, non uox erat, et tamen usum  
garrula non alium, quam nunc habet, oris habebat,  
reddere de multis ut uerba nouissima posset. 361

fecerat hoc Iuno, quia, cum deprendere uellet  
sub Ioue saepe suo nymphas in monte iacentes,  
illa deam Iouo prudens sermone tenebat,  
dum fugerent nymphae. postquam Saturnia sensit,  
'huius' ait 'linguae, qua sum delusa, potestas 366  
parua tibi dabitur, uocisque breuissimus usus';  
reque minas firmat; tamen haec in fine loquendi  
ingeminat uoces auditaque uerba reportat.  
ergo ubi Narcissum per deuia rura uagantem 370  
uidit et incaluit, sequitur uestigia furtim,  
quoque magis sequitur, flamma propiore calescit,  
non aliter quam cum summis circumlita taedis  
admotas rapiunt uiuacia sulphura flammis.

o quotiens uoluit blandis accedere dictis 375  
et molles adhibere preces! natura repugnat  
nec sinit incipiat: sed, quod sinit, illa parata est  
expectare sonos ad quos sua uerba remittat.

forte puer, comitum seductus ab agmine fido, 379  
dixerat 'aequis adest?' et 'adest' responderat Echo.  
hic stupet utque aciem partes dimittit in omnes,  
noce 'ueni' magna clamat: uocat illa uocantem.  
respicit et rursus nullo ueniente 'quid' inquit  
'me fugis?' et totidem quot dixit uerba recepit.  
perstat et, alternae deceptus imagine uocis, 385  
'huc coeamus' ait; nullique libentius unquam  
responsura sono 'coeamus' rettulit Echo  
et uerbis fauet ipsa suis egressaque silua  
ibat, ut iniceret sperato brachia collo.

ille fugit fugiensque 'manus complexibus aufer; 390  
ante' ait 'emoriar, quam sit tibi copia nostri.'  
rettulit illa nihil nisi 'sit tibi copia nostri.'  
spreta latet siluis pudibundaque frondibus ora  
protegit et solis ex illo uiuit in antris.  
sed tamen haeret amor crescitque dolore repulsae.  
extenuant uigiles corpus miserabile curae, 396  
adducitque eutem macies, et in aera succus

III 261 tum. dum N. soluit codd., corr. Capoferreus. 269 uni codd., uno M<sup>1</sup> in marg. 272 in undas codd. 291 deorum est MN ε λ, est om. A, uide Ellis l. c. p. 71. 338 damnatumque Siebelis. 341 fide M in ras. Br Priscian., fidei A ε λ, fiden N<sup>2</sup>. datae codd., ratae Priscian. Haupt Merk. 343 cephalos A ε λ. 345 tum A N, tunc uulg. possit λ. 358 prius M Br. 362 quia cum codd., quae ne Heins. Bentr. uellet Housman ex cod. rec., possit codd. 363 cum ioue ε Plan. ut uid. 365 postquam hoc codd. 368 tantum haec Bothe Merk., namque Bach. 374 admotam—flammam ε Merk. 381 utque M Br, atque A N ε λ. 390 aufert codd., corr. Heins. 396 et enuant codd., corr. Burm. ex cod. uno, attenuant rec.

corporis omnis abit : uox tantum atque ossa supersunt.

uox manet ; ossa ferunt lapidis traxisse figuram. [inde latet siluis nulloque in monte uidetur ; omnibus auditur : sonus est qui uiuit in illa.] 400

Sic haec, sic alias undis aut montibus ortas inserat hic nymphas, sic coetus ante uiriles. inde manus aliquis despectus ad aethera tollens 'sie amet ipse licet, sic non potiarum amato' dixerat. adsensit precibus Rhamnusia iustis. fons erat inlinis, nitidis argenteis undis, quem neque pastores neque pastae monte capellae contigerant aliudue pecus, quem nulla uolueris nec fera turbarat nec lapsus ab arbore ramus. 410 gramen erat circa, quod proximus umor alebat, siluaque sole locum passura tepescere nullo. hic puer, et studio uenandi lassus et aestu, proenbuit, faciemque loci fontemque secutus. dumque sitim sedare cepit, sitis altera creuit ; dumque bibit, uisae correptus imagine formae spem sine corpore amat ; corpus putat esse quod unda est.

adstupet ipse sibi multaque innotus eodem haeret, ut e Pario formatum marmore signum. 419 spectat lumi positus geminum, sua lumina, sidus et dignos Baecho, dignos et Apolline crines inpubesque genas et eburnea colla decusque oris et in muceo mixtum candore ruborem, emetaque miratur, quibus est mirabilis ipse. se cupit imprudens, et qui probat ipse probatur, 425 dumque petit, petitur, pariterque accendit et ardet. inrita fallaci quotiens dedit oscula fonti ! in mediis quotiens uisum captantia collum braecchia mersit aquis nec se deprendit in illis ! quid uideat, nescit ; sed quod uidet, uritur illo, 430 atque oculos idem, qui decipit, incitat error. credule, quid frustra simulacra fugacia captas ? quod petis, est nusquam ; quod amas, auertere, perdes.

ista reperussae, quam cernis, imaginis umbra est ; nil habet ista sui ; tecum uenitque manetque, 435 tecum discedet, si tu discedere possis. non illum Cereris, non illum enra quietis abstrahere inde potest ; sed opaca fusus in herba spectat inxpleto mendacem lumine formam, perque oculos perit ipse snos ; paulumque lenatus ad circumstantes tendens sua braecchia silvas 441 'aequis, io siluae, crudelius' inquit 'amauit ? seitis enim et multis latebra opportuna fuisit. ecquem, cum uestrae tot agantur saecula nitae, qui sic taberit, longo meministis in aeuo ?' 445 et placet et uideo ; sed quod uideoque placetque non tamen inuenio : tantus tenet error amantem. quoque magis doleam, nec nos mare separat ingens nec uia nec montes nec clausis moenia portis ; exigua prohibemur aqua. cupit ipse teneri ; 450 nam quotiens liquidis porreximus oscula lymphis, hic totiens ad me resupino nititur ore. posse putes tangi : minimum est quod amantibus obstat.

quisquis est, huc exi. quid me, puer unice, fallis, quoue petitus abis ? certe nec forma nec aetas 455 est mea, quam fugias ; et amarunt me quoque nymphae.

spem mihi nescioquam uultu prouittis amico, cumque ego porrexii tibi braecchia, porrigis ultro : cum risi, adrides : lacrimas quoque saepe notauim lacrimante tuas, nutu quoque signa remittis 460 et, quantum motu formosi despicior oris, uerba refers aures non peruenientia nostras.

iste ego sum : sensi, nec me mea fallit imago. uror amore mei ; flammam moueoque feroque. quid faciam ? roger anne rogem ? quid deinde ro- gabo ? 465

quod eupio, necum est ; inopeni me copia fecit. o utinam a nostro secedere corpore possem. uotum in amante nouum, uellem quod amamus abesset.

iamque dolor uires adimit, nec tempora uitae 469 longa meae superant, primoque exstinguor in aeuo. nec mihi mors grauis est, posituro morte dolores : hic qui diligitur uellem diuturnior esset. nunc duo concordēs anima moriemur in una. dicit et ad faciem rediit male sanus eandem et lacrimis turbauit aquas obseuraque moto 475 reddita forma lacu est. quam cum uidisset abire, 'quo refugis ? remane, nec me, crudelis, amantem desere ;' clamauit 'licet, quod tangere non est, adspicere et misero praebere alimenta furori.' dumque dolet, summa uestem deduxit ab ora 480 nudaque marmoreis perensit pectora palmis. pectora traxerunt roseum percussa ruborem, non aliter quam poma solent, quae candida parte, parte rubent, aut ut uariis solet uua racemis ducere purpureum nondum matura colorem. 485 quae simul adspexit liquefacta rursus in unda, non tulit ulterius, sed ut intabescere illaue igne leui cerae matutinaeque pruinae sole tepente solent, sic attenuatus amore liquitur et tecto paulatim carpitur igni. 490

et neque iam color est mixto candore rubori, nec uigor et uires et quae modo uisa placebant, nec corpus remanet, quondam quod amauerat Echo. quae tamen ut uidit, quamuis irata memorque, indoluit, quotiensque puer miserabilis 'ehen' 495 dixerat, haec resonis iterabat uocibus 'ehen' ; eumque snos manibus percusserat ille laertēs, haec quoque reddebat sonitum plangoris eundem. ultima uox solitam fuit haec spectantis in undam, 'heu frustra dilecte puer' totidemque remisit 500 uerba locus, dictoque 'uale,' 'uale' inquit et Echo. ille caput miridi fessum submisit in herba ; lumina mors clausit domini mirantia formam. tum quoque se, postquam est inferna sede receptus, in Stygia spectabat aqua. plauerunt sorores 505 Naidēs et sectos fratri posuere capillos, plauerunt Dryades ; plangentibus adsonat Echo. iamque rogem quassasque faeces feretrumque para- bant :

nusquam corpus erat ; croceum pro corpore florem inueniunt, foliis medium ingentibus albis. 510

Cognita res meritam uati per Achaidas urbes attulerat famam, nomenque erat auguris ingens. spernit Echionides tamen hunc ex omnibus uinis contemptor superum Pentheus praesagaque ridet uerba senis tenebrasque et eladem leuis ademptae obiecit. ille mouens albentia tempora canis 515 'quam felix esses, si tu quoque luminis huius orbis' ait 'heres, ne Baecheia sacra uideres, namque dies aderit, quam non procul auguror esse, qua nomen huc ueniat, proles Semeleia, Liber, 520 quem nisi templorum fneris dignatus honore, mille laeae spargere locis et sanguine siluas foedabis matremque tuam matrisque sorores. eueniet ; neque enim dignabere nimen honore, meque sub his tenebris nimum uidisse quereris.' talia dicentem proturbat Echione natus. 526 dicta fides sequitur ; responsaque natis aguntur. Liber adest, festisque frennut ululatus agri ; turba ruit, mixtaeque uiris matresque nurnsque

III 400, 401 damnauerunt Heins. al. 415 secluserunt Merk. Korn., post 424 ponit Postgate. 417 secluserunt Merk. Korn. unda, umbra ex corr. ε λ. 418 atstupet A, at stupet N λ, ac stupet ε. 421 dignas bis A, uid. Ellis anec. Oxon. t. i fasc. v p. 14. 428, 429 medias—aquas λ. 448 nec me N. 463 ille N, in te λ. 474 ad speciem Merk. 480 summo ab ore M A N λ, summa ab ore Br ε, corr. Naugerijs. 482 roseum M Br, tenuem A N ε λ Merk. Riese. 490 tecto codd. plerique, cacco Heins. ex codd. Plan. 503 mors. mor M, nox Heins. ex codd. 506 imposuere M A N λ, inposuere Br, posuere ε. 510 hic desinit Br usque ad IV 292.

uulgusque proceresque ignota ad sacra feruntur. 530  
 'quis furor, anguigenae, proles Mauortia, uestras  
 attouit mentes?' Pentheus ait 'aerane tantum  
 aere repulsa ualent et aduoco tibia cornu  
 et magicae fraudes, ut, quos non bellicus ensis,  
 non tuba terruerit, non strictis agmina telis, 535  
 femineae uoces et mota insaniam uino  
 obscenique greges et inania tympana uincant?  
 uosne, senes, mirer, qui longa per aequora uecti  
 hac Tyron, hac profugos posuistis sede Penates,  
 nunc sinitis sine Marte capi? uosne, acrior aetas, 540  
 o iuuenes, propiorque meae, quos arma tenere,  
 non thlyrsos, galeaque tegi, non fronde, decebat  
 este, precor, memores, qua sitis stirpe creati,  
 illiusque animos, qui multos perdidit unus,  
 sumite serpentis. pro fontibus ille lacuque 545  
 interit; at nos pro fama uincite uestra.  
 ille dedit leto fortes; nos pellite molles  
 et patrium retinet decus. si fata uetabant  
 stare diu Thebas, utinam tormentis uirique  
 moenia diruerent, ferrumque ignisque sonarent! 550  
 essemus miseri sine crimine; sorsque querenda,  
 non celanda foret, lacrimaque pudore careret.  
 at nunc a puero Thebae capientur inermi,  
 quem neque bella iuuant nec tela nec usus eorum,  
 sed madidi mura erines mollesque coronae 555  
 purpuraque et pictis iutextum uestibus aurum.  
 quem quidem ego acutum, modo uos absistite, cogam  
 adsumptumque patrem commentaque sacra fateri.  
 an satis Acrisio est animi, contemnere uanum  
 numen et Argolicas uenientis claudere portas, 560  
 Penthea terribit cum totis aduena Thebis?  
 ite citi,' famulis hoc inperat, 'ite ducemque  
 attrahite huc uinctum; iussis mora segniss abesto.'  
 hunc aaus, hunc Athamas, hunc cetera turba suorum  
 corripiunt dictis frustra que inhibere laborant. 565  
 acrior admoniti est, iritaturque retenta  
 et crescit rabies, remoraminaque ipsa nocebant.  
 sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,  
 lenius et modico strepitu decurrere uidi;  
 at quacumque trabes obstructaque saxa tenebant,  
 spumeus et feruens et ab obice saeuior ibat. 571  
 ecce cruentati redeunt et, Bacchus ubi esset,  
 quaerenti domino Bacchum uidisse negarunt;  
 'hunc' dixere 'tamen comitem famulumque sacrorum  
 cepimus'; et tradunt manibus post terga ligatis 575  
 sacra dei quendam Tyrrhena gente secutum.  
 Adspicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos  
 fecerat, et quamquam poenae uix tempora differt,  
 'o periture tuaeque aliis documenta dature 579  
 morte,' ait 'ede tuum nomen nomenque parentum  
 et patriam, morisque noui cur sacra frequentes.'  
 ille metu uacuis 'nomen mihi' dixit 'Acoetes,  
 patria Maconia est, humili de plebe parentes.  
 non mihi, quae duri colerent, pater, arma iuueni,  
 lanigerosque greges, non ulla armenta reliquit; 585  
 pauper et ipse fuit linoque solebat et hamis  
 decipere et calamo salientes ducere pisces.  
 ars illi sua ensis erat. cum traderet artem,  
 "accipe quas habeo, studii successor et heres,"  
 dixit "opes." moriensque mihi nil ille reliquit 590  
 praeter aquas: unum hoc possum appellare pater-  
 num.  
 mox ego, ne scopulis haererem semper in isdem,  
 addidici regimen dextra moderante carinae  
 flectere et Oleniae sidus pluuiiale capellae 594  
 Taygetenque Hyadasque oculis Arctonque notauit  
 uentorumque domos et portus puppibus aptos.

forte petens Delon Ciae telluris ad oras  
 applicor et dextris adducor litora remis  
 doque leues saltus uadaeque inmittere harenae.  
 nox ubi consumpta est (Aurora rubescere primo 600  
 coeperat), exurgo laticesque inferre recentes  
 admoneo monstroque uiam, quae ducat ad undas.  
 ipse, quid aura mihi tumulo promittat ab alto,  
 prospicio comitesque uoco repetoque carinam.  
 "adsum en" inquit sociorum primus Opheltes,  
 utque putat, praedam deserto nactus in agro,  
 uirginea puerum ducit per litora forma.  
 ille mero somnoque grauis titubare uidetur  
 uixque sequi. specto cultum faciemque gradumque;  
 nil ibi, quod credi posset mortale, uidebam. 610  
 et sensi et dixi sociis "quod numen in isto  
 corpore sit, dubito: sed corpore numen in isto est.  
 quisquis es, o faeas nostrisque laboribus adsis.  
 his quoque des ueniam." "pro nobis mitte precari"  
 Dictys ait, quo non alius conscendere summam 615  
 ocoir antemnas prensoque rudente relabi.  
 hoc Libys, hoc flauus, prorae tutela, Melanthus,  
 hoc probat Alcimedon, et, qui requiemque modum-  
 que  
 uoce dabat remis, animorum hortator Epopeus,  
 hoc omnes alii: praedae tam caeca cupido est. 620  
 "non tamen hanc sacro uiolari pondere pinum  
 perpetiar;" dixi "pars hic mihi maxima iuris";  
 inque aditu obsisto. furit audacissimus omni  
 modo Lycabas, qui Tusca pulsus ab urbe  
 exilium dira poenam pro caede luebat. 625  
 is mihi, dum resto, iuuenali guttura pugno  
 rupit, et excussum misisset in aequora, si non  
 haesisset, quamuis amens, in fune retentus.  
 inpia turba probat factum. tum denique Bacchus  
 (Bacchus enim fuerat), ueluti clamore solutus 630  
 sit sopor aque mero redeant in pectora sensus,  
 "quid facitis? quis clamor?" ait "qua, dicite, nautae,  
 huc ope perueni? quo me deferre paratis?"  
 "pone metum," Proreus "et quos contingere portus  
 ede uelis;" dixit "terra sistere petita." 635  
 "Naxon" ait Liber "cursus aduertite uestros.  
 illa mihi domus est; uobis erit hospita tellus."  
 per mare fallaces perque omnia numina iurant  
 sic fore, meque iubent pictae dare uela carinae.  
 dextera Naxos erat; dextra mihi lintea danti 640  
 "quid facis, o demens? quis te furor" inquit  
 Opheltes  
 "persequitur timor." "laeuam pete" maxima  
 nutu  
 pars mihi significat, pars, quid uelit, ore susurrat.  
 obstipui, "capiat" que "aliquis moderamina" dixi  
 meque ministerio scelerisque artisque remoui. 645  
 increpor a cunctis, totumque innummurat agmen;  
 e quibus Aethalion "te scilicet omnis in uno  
 nostra salus posita est" ait et subit ipse meumque  
 explet opus Naxoque petit diuersa relicta.  
 tum deus inludens, tanquam modo denique fraudem  
 senserit, e puppi pontum prospectat adunca 651  
 et flenti similis "non haec mihi litora, nautae,  
 promisistis," ait "non haec mihi terra rogata est.  
 quo merui poenam facto? quae gloria uestra est,  
 si puerum iuuenes, si multi fallitiss unum?" 655  
 iam dudum flebam: lacrimas manus inpia nostras  
 ridet et impellit properantibus aequora remis.  
 per tibi nunc ipsum (nec enim praesentior illo  
 est deus) adiuro, tam me tibi uera referre,  
 quam ueri maiora fide. stetit aequore puppis 660  
 laud aliter quam si siccam nauale teneret.

III 530 *uulgusque et proceres* ε λ. 532 *attollit*. codd., *attouit* Plan. schol. ad Stat. Theb. VII 164 N. 539 *ae pro-*  
*fulgos* M codd. Naugrii. 545 *fontibus* codd. rec., *frondibus* M N A ε λ. 554 *ussus* A. 555 *madidus (medius)* A—*crinis*  
 N A λ. 566 *retentu* N. 567 *moderamina* M A<sup>2</sup> N ε λ. 576 *quondam* codd., corr. J. C. Jahn. 590 *nil* ε λ, *nil* uulg.  
 594 *fluuiiale* M N ε et ut uid. N<sup>1</sup>. 597 *delon* N in ras. λ. *chiae* codd., *Caeae* Bothe, *Ciae* Lachm. 602 *ducit* A ε λ.  
 617 *flauus* ε A ex corr. 626 *iuuenili* N ε λ. 631 *atque* M N ε, *atque a λ.* *pectore* M ε. 640 *naxo*(o ex u M) ε M ε λ,  
*naxus* N. 641 *Opheltes* in ras. M<sup>2</sup> N<sup>2</sup>, *aeoete* ε λ. 642 *pro se quisque timet* codd., corr. Burm., *quisque tenet* Heins. ex  
 codd. duobus. *pro sociisque timet* Ellis in Journ. Philol. t. xii p. 72, *persequitur? retine* Riese. 643 *aurae* codd., corr.  
 Roscher. 644 *alius* codd. nonnulli. 661 *haut* M, non ε. *siccam* Housman (l. c. p. 143), *siccum* codd.

illi admirantes remorum in uerbera perstant  
 uelaeque deducunt geminaque ope currere temptant.  
 inpediunt hederæ remos nexuque recuruo  
 serpunt et grauidis distinguunt uela corymbis. 665  
 ipse racemiferis frontem circumdatus uinis  
 pampincis agit uelatam frondibus hastam.  
 quem circa tigres simulacraque inania lyncum  
 pictarumque iacent fera corpora pantherarum.  
 exsiluere uiri, siue hoc insania fecit, 670  
 sine timor; prinusque Medon nigrescere coepit  
 corpore et expresso spinæ curuanine flecti.  
 incipit huic Lyncas: "in quæ miracula" dixit  
 "uerteris?", et lati rictus et panda loquenti  
 naris erat, squamiamque cutis durata trahebat. 675  
 at Libys, obstantes dum uult obuertere remos,  
 in spatium resilire manus breue uidit et illas  
 iam non esse manus, iam pinnas posse uocari.  
 alter, ad intortos cupiens dare brachia funes,  
 brachia non habuit truncoque repandus in undas  
 corpore desiluit; falcata nouissima cauda est, 681  
 qualia diuiduae sinuantur cornua laudæ.  
 undique dant saltus multa que adspergine rorant  
 emerguntque iterum redeuntque sub aequora rursus  
 inque chori ludunt speciem lasciuiaque iactant 685  
 corpora et acceptum patulis mare naribus efflant.  
 de modo uiginti (tot enim ratis illa ferebat)  
 restabant solus. pauidum gelidumque trementi  
 corpore uixque meum firmat deus "excute" dicens  
 "corde metum Diamque tene." delatus in illam  
 accessi sacris Bacchæque festa frequento. 691  
 'præbuimus longis' Pentheus 'ambagibus aures',  
 inquit 'ut ira mora uires assumere posses.  
 præcipitem, famuli, rapite hunc cruciataque diris  
 corpora tormentis Stygiae demittite nocti.' 695  
 profinus abstractis solidis Tyrrhensis Acocetes  
 clauditur in tectis; et dum crudelia iussæ

instrumenta necis ferrumque ignesque parantur,  
 sponte sua patuisse fores lapsasque lacertis  
 sponte sua fama est nullo soluente catenas. 700  
 Perstat Echionides; nec iam iubet ire, sed ipse  
 nadit, ubi electus facienda ad sacra Cithæron  
 cantibus et clara bacchantum uoce sonabat.  
 ut fremit acer equus, cum bellicus aere canoro  
 signa dedit tubicen, pugnaeque adsunit amorem,  
 Penthea sic ictus longis ululâibus aether 706  
 mouit, et audito clamore recanduit ira.  
 monte fere medio est, cingentibus ultima siluis,  
 purus ab arboribus, spectabilis undique campus.  
 hic oculis illum cernentem sacra profanis 710  
 prima uidet, prima est insano concita cursu,  
 prima suum misso uiolauit Penthea thyrsos  
 mater. 'io geminae' clamauit 'adeste sorores.  
 ille aper, in nostris errat qui maximus agris,  
 ille mihi feriendus aper.' ruit omnis in unum 715  
 turba furens; cunctæ coeunt trepidumque sequuntur,  
 iam trepidum, iam uerba minus uiolenta loquentem,  
 iam se damnantem, iam se peccasse fatentem.  
 saucius ille tamen 'fer opem, matertera' dixit  
 'Autonoe. moueant animos Actæonis umbrae.'  
 illa, quis Actæon, nescit dextranque precantis 721  
 abstulit; Inoo lacerata est altera raptu.  
 non habet infelix, quæ inatri brachia tendat,  
 trunca sed ostendens deiectis uulnera membris,  
 'adspice, mater' ait. uisis ululauit Agæe 725  
 collaque lactauit mouitque per aera crimem  
 auulsamque caput digitis complexa cruentis,  
 clamat 'io comites, opus hæc uictoria nostrum est!'  
 non citius frondes autumnî frigore tactas 729  
 iamque male hærentes alta rapit arbore uentus,  
 quam sunt membra uiri manibus direpta nefandis.  
 talibus exemplis monitæ noua sacra frequentant  
 turaque dant sanctasque colunt Ismenides aras.

## LIBER QVARTVS

At non Alcithoe Minycias orgia censet  
 accipienda dei, sed adhuc temeraria Bacchum  
 progeniem negat esse Iouis sociasque sorores  
 impietatis habet. festum celebrare sacerdos  
 immunesque operum famulas dominasque suorum 5  
 pectora pelle tegi, crinales soluere uittas,  
 sarta coma, manibus frondentes sumere thyrsos  
 iusserat et sacuan laesi fore numinis iram  
 uaticinatus erat. parent matresque nurusque  
 telasque calathosque infectaque pensa reponunt 10  
 turaque dant Bacchumque nocant Bromiumque  
 Lyncumque  
 ignigenamque satumque iterum solumque binatrem.  
 additur his Nyseus indetonsusque Thyoneus  
 et cum Lenæo genialis consitor unæ  
 Nycteliusque Eleleusque parens et lachus et Euhai  
 et quæ præterea per Graias plurima gentes 16  
 nomina, Liber, habes. 'tibi enim inconsumpta  
 iuuenta est,  
 tu puer æternus, tu formosissimus alto  
 conspiceis caelo, tibi, cum sine cornibus adstas,  
 uirginem caput est. Oriens tibi uictus adusque 20

decolor extremo qua tingitur India Gange;  
 Penthea tu, nenerande, bipenniferumque Lyncurgum  
 sacrilegos mactas Tyrrhenaque mittis in aequor  
 corpora; tu biugum pietis insignia frenis  
 colla prenis lyncum; Bacchæ Satyrique sequuntur,  
 quique senex ferula titubantes ebrius artus 20  
 sustinet et pando non fortiter hæret asello.  
 quacumque ingrederis, clamor iuuenalis et una  
 femineæ uoces impulsæque tympana palmis  
 conuulsaque aera sonant longoque foramine buxus.  
 placatus mitisque' rogant Ismenides 'adsis', 31  
 inssaque sacra colunt. solæ Minycides intus,  
 intempestiua turbantes festa Minerva,  
 aut ducunt lanas aut stamina pollice uersant,  
 aut hærent telæ famulasque liboribus urgent. 35  
 e quibus una leui deducens pollice filum  
 'dum cessant aliae commentaque sacra frequentant,  
 nos quoque, quas Pallas, melior dea, detinet,' inquit  
 'utile opus manuum uario sermone leuemus  
 perque nices aliquid, quod tempora longa uideri 40  
 non sinat, in medium uacuas referamus ad aures.'  
 dicta probant primamque iubent narrare sorores.

III 669 ululant fera Bentl. 672 et expresso codd. nonnulli, sed (corr. ex et) presso M, et pr. λ, sed pr. ε, depresso N. 675 samamque Merk. 676 abstentos Merk. 678 pennas codd. esse. posse Housman. 680 undas N ε, unda M λ. 682 dimidiæ codd., corr. recc. Gronou. 688 pauidus gelidusque codd., corr. Heins., cuius lectio nunc apparet in N. 690 dum N, chion M in ras., chiam ε λ. 691 sacris. satyris C. Schenkli, Bacchis Polle, Baccho Rappold, sacra codd. festa frequento N ε Haupt Riese. 693 assuere N¹ Plan., absumere uulg. 694 diris Heins., duris codd. 695 nocti N ε, morti M λ. 713 io. et o M N. 716 trepidumque. cunctaeque ι. 724 disiectis codd. aliquot Heins., dereptis Housman (l. c.) Plan. ut uid. 728 hæc ε, hoc M N λ.

IV 10 telasque et calathos N¹. 11 Lyncæum om. que M N λ. 15 ehan M, euan ε λ Priscian. 21 tingitur ε uulg., cingitur M N λ. 28 iuuenilis M in ras. N ε λ. 34 adducunt M et ut uid. N. 41 sint M.

illa, quid e multis referat (nam plurima norat)  
 cogitat et dubia est, de te, Babylonia, narret,  
 Derceti, quam uersa squamis uelantibus artus 45  
 stagna Palaestini credunt motasse figura;  
 an magis, ut sumptis illius filia pennis  
 extremos albis in turribus egerit annos;  
 Nais an ut cantu nimiumque potentibus herbis  
 uerterit in tacitos iuuenalia corpora pisces, 50  
 donec idem passa est; an, quae poma alba ferebat,  
 nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor.  
 hoc placet; hanc, quoniam uulgaris fabula non est,  
 talibus orsa modis, lana sua fila sequente.  
 'Pyramus et Thisbe, iuuenum pulcherrimus alter,  
 altera, quas Oriens habuit, praelata puellis, 56  
 contiguas tenere domos, ubi dicitur altam  
 coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.  
 notitiam primosque gradus uicinia fecit;  
 tempore creuit amor. taedae quoque iure coissent;  
 sed uetere patres. quod non potuere uetare, 61  
 ex aequo captis ardebant mentibus ambo.  
 conscius omnis abest; nutu signisque loquuntur,  
 quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis.  
 fissus erat tenui rima, quam duxerat olim 65  
 cum fieret, paries domni communis utriusque.  
 id uitium nulli per saecula longa notatum  
 (quid non sentit amor?) primi uidistis amantes  
 et uocis fecistis iter; tutaque per illud  
 murmure blanditiae minimo transire solebant. 70  
 saepe, ubi constiterant hinc Thisbe, Pyramus illinc,  
 inque uices fnerat captatus anhelitus oris,  
 "inuide" dicebant "paries, quid amantibus obstat?  
 quantum erat, ut sineres toto nos corpore iungi,  
 aut hoc si nimium est, uel ad oscula danda pateres?  
 nec sumus ingrati; tibi nos debere fatemur, 76  
 quod datus est uerbis ad amicas transitus aures."  
 talia diuersa nequiquam sede locuti  
 sub noctem dixere uale partique dedere  
 oscula quisque suae non peruenientia contra. 80  
 postera nocturnos Aurora remouerat ignes  
 solque pruinosas radiis siccauerat herbas:  
 ad solitum coiere locum. tum murmure paruo  
 multa prius questi, statuunt ut nocte silenti  
 fallere custodes foribusque excedere temptent, 85  
 cumque domo exierint, urbis quoque tecta relinquunt;  
 neue sit errandum lato spatiantibus aruo,  
 conueniant ad busta Nini lateantque sub umbra  
 arboris. arbor ibi, nineis uberrima pomis  
 ardua morus, erat, gelido contermina fonti. 90  
 pacta placent. et lux, tarde discedere uisa,  
 praecipitatur aquis, et aquis non exit ab isdem,  
 callida per tenebras uersato cardine Thisbe  
 egreditur fallitque suos, adopertaque uultum  
 peruenit ad tumulum, dictaque sub arbore sedit. 95  
 audacem faciebat amor. uenit ecce recenti  
 caede leaena boum spumantes oblita rictus,  
 depositura sitim uicini fontis in unda.  
 quam procul ad lunae radios Babylonia Thisbe  
 uidit et obscurum timido pede fugit in antrum, 100  
 dumque fugit, tergo uelamina lapsa reliquit.  
 ut lea saena sitim multa conspexit unda,  
 dum redit in siluas, inuentos forte sine ipsa  
 ore eruentato tenues laniauit amictus.  
 serius egressus uestigia uidit in alto 105  
 puluere certa ferae totoque expalluit ore  
 Pyramus. ut uero uestem quoque sanguine tinctam  
 repperit, "una duos" inquit "nox perdet amantes;  
 e quibus illa fuit longa dignissima uita,  
 nostra nocens anima est. ego te, miseranda, peremi,

in loca plena metus qui inssi nocte uenires, 111  
 nec prior huc ueni. nostrum diuellite corpus  
 et scelerata fero consumite uiscera morsu,  
 o quicumque sub hac habitatis rupe, leones.  
 sed timidi est optare necem". uelamina Thisbes  
 tollit et ad pactae secum fert arboris umbram; 116  
 utque dedit notae lacrimas, dedit oscula uesti,  
 "accipe nunc" inquit "nostri quoque sanguinis  
 haustus."  
 quoque erat accinctus, demisit in ilia ferrum,  
 nec mora, feruenti moriens e uulnere traxit. 120  
 ut iacuit resupinus humo, cruor emicat alte,  
 non aliter quam cum nitiato fistula plumbo  
 scinditur et tenui stridente foramine longas  
 eiaculatur aquas atque ictibus aera rumpit.  
 arborei fetus adspersine caedis in atram 125  
 uertuntur faciem, madefactaque sanguine radix  
 purpureo tinguit pendientia mora colore.  
 ecce metu nondum posito, ne fallat amantem,  
 illa redit iuuenemque oculis animoque requirit,  
 quantaque uitarit narrare pericula gessit. 130  
 utque locum et uersa cognoscit in arbore formam,  
 sic facit incertam pomi color, haeret an haec sit.  
 dum dubitat, trenebunda uidet pulsare eruentum  
 membra solum retroque pedem tulit oraque buxo  
 pallidiora gerens exhorruit aequoris instar, 135  
 quod tremat, exigua cum summum stringitur aura.  
 sed postquam remorata suos cognouit amores,  
 percutit indignos claro plangore lacertos,  
 et laniata comas amplexaque corpus amatum  
 uulnera suppluit lacrimis fletumque cruori 140  
 miscuit et gelidis in uultibus oscula figens  
 "Pyrame", clamauit "quis te mihi casus ademit?  
 Pyrame, responde; tua te carissima Thisbe  
 nominat; exaudi uultusque attolle iacentes." 145  
 ad nomen Thisbes oculos iam morte grauatos  
 Pyramus erexit uisaque recondidit illa.  
 quae postquam uestemque suam cognouit et ense  
 uidit ebur uacuum, "tua te manus" inquit "amorque  
 perdidit, infelix. est et mihi fortis in unum  
 hoc manus, est et amor; dabit hic in uulnera uires,  
 prosequar extinctum letique miserima dicar 151  
 causa comesque tui; quique a me morte reuelli  
 heu sola poteras, poteris nec morte reuelli.  
 hoc tamen amborum uerbis estote rogati,  
 o multum miseri meus illiusque parentes, 155  
 ut quos certus amor, quos hora nouissima iunxit,  
 componi tumulo non inuideatis eodem.  
 at tu, quae ramis arbor miserabile corpus  
 nunc tegis unius, mox es tectura duorum,  
 signa tene caedis pullosque et luctibus aptos 160  
 semper habe fetus, gemini monumenta cruoris."  
 dixit et aptato pectus mucrone sub imum  
 incubuit ferro, quod adhuc a caede tepebat.  
 nota tamen tetigere deos, tetigere parentes;  
 nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater; 165  
 quodque rogis superest, una requiescit in urna.  
 Desierat, mediumque fuit breue tempus, et orsa est  
 dicere Leuconoe; uocem tenere sorores.  
 'hunc quoque, sidera qui temperat omnia luce,  
 cepit amor Solem; Solis referemus amores. 170  
 primus adulterium Veneris cum Marte putatur  
 hic uidisse deus; uidet hic deus omnia primus.  
 indoluit facto Iunonigenaeque marito  
 furta tori furtique locum monstrauit. at illi  
 et mens et quod opus fabrilis dextra tenebat 175  
 excidit. extemplo graciles ex aere catenas  
 retiaque et laqueos, quae lumina fallere possent,

IV 46 motasse Merk., mutasse M uulg. 48 albis M, cf. Columell. VIII 8, altis N ε λ Riese. 50 iuuenalia M. 53 hanc codd. nonnulli, haec M N in ras., hoc ε λ. 63 locuntur M λ. 74 nos toto ε λ. 75 est del. Heins. Merk. 91 uisa est M. Merk. 92 exit M N ε λ, surgit codd. multi Heins. hunc u. secluit Merk. 100 timido uulg., trepido Burm. ex cod. Cantab. 119 dimisit ε λ. 121 ut. et ε N. 127 puniceo Heins. ex cod. uno. 131 uisa M, uisam N ε λ, uersa Postgate, uersam codd. aliquot Heins. 136 fremit M N in ras. ε λ, tremit Burm. ex codd. 140 subleuit Madv. (sed u. Mayor Journ. Philol. xvi p. 113). 145 iam ε, in M λ, a N. 150 hoc Heins. ex codd., haec codd. 151 prosequar cod. Dresdensis Zingerle, persequar uulg., cf. 551. 154 hoc. his M λ. 168 Leuconoe Heins. Hellmuth ex cod. Tegerenseensi, leucothoe M N ε λ. 177 possint λ.

climat; non illud opus tenuissima uineant  
 stamina, non summo quae pendet aranea tigno.  
 utque leues tactus momentata parua sequantur,  
 efficit, et lecto circumdata collocat apte. 181  
 ut uenere torum coniunx et adulter in unum,  
 arte uiri uinclisque noua ratione paratis  
 in mediis ambo deprensi amplexibus haerent.  
 Lemnius extemplo ualuas patefecit eburnas 185  
 admistisque deos: illi iacuerie ligati  
 turpiter; atque aliquis de dis non tristibus optat  
 sic fieri turpis: superi risere, diuque  
 haec fuit in toto notissima fabula caelo.  
 exigit indicii memorem Cythereia poenam 190  
 inque uices illum, tectos qui laesit amores,  
 laedit amore pari. quid nunc, Hyperione nate,  
 forma colorque tibi radiataque lumina prosunt?  
 nempe tuis omnes qui terras ignibus uris,  
 ureris igne nouo; qui que omnia cernere debes, 195  
 Leucothoen spectas et uirgine figis in una,  
 quos mundo debes, oculos. modo surgis Eoo  
 temperius caelo, modo serius incidis undis,  
 spectandique mora brumales porrigis horas;  
 deficiis interdum, uitiumque in lumina mentis 200  
 transit, et obscurus mortalia pectora terres.  
 nec, tibi quod lunae terris propioris imago  
 obstiterit, palles; facit hunc amor iste colorem.  
 diligis hanc unam; nec te Clymeneque Rhodosque  
 nec tenet Aeaee genetrix pulcherrima Circes, 205  
 quaeque tuos Clytie quamuis despecta petebat  
 concubitus ipsoque illo graue uulnus habebat  
 tempore; Leucothoe multarum obliuia fecit,  
 gentis odoriferae quam formosissima partu  
 edidit Eurynome. sed postquam filia creuit, 210  
 quam mater cunetas, tam matrem filia uieit.  
 rexit Achaemenias urbes pater Orchamius, isque  
 septimus a prisco numeratur origine Belo.  
 axe sub Hesperio sunt pascua Solis equorum;  
 ambrosiam pro granine habent; ea fessa diurnis  
 membra ministeriis nutrit reparatque labori. 216  
 dumque tibi quadrupedes caelestia pabula carpunt  
 noxque uicem peragit, thalamos deus intrat amatos,  
 uersus in Eurynomes faciem genetricis, et inter  
 bis sex Leucothoen famulas ad lumina cernit 220  
 lenia uersato ducentem stamina fuso.  
 ergo ubi ceu mater carae dedit oscula natae,  
 "res" ait "arcana est. famulae, discedite neue  
 eripite arbitrium matri secreta loquendi."  
 paruerant; thalamoque deus sine teste relicto 225  
 "ille ego sum" dixit "qui longum metior annum,  
 omnia qui uideo, per quem uidet omnia tellus,  
 mundi oculus. mihi, crede, places." pauet illa,  
 metuque  
 et colus et fusus digitis cecidere renissis.  
 ipse timor decuit. nec longius ille moratus 230  
 in uerani rediit speciem solitumque nitorem.  
 at uirgo, quamuis inopino territa uisu,  
 uicta nitore dei posita uinu passa querella est,  
 inuidit Clytie (neque enim moderatus in illa  
 Solis amor fuerat) stimulatque paelicis ira 235  
 indicat. ille ferrox innansuetusque precantem  
 tendentemque manus ad lumina Solis et "ille  
 nim tulit inuitae" dicentem defodit alta  
 crudus humo tumulumque supergrauis addit harenae.  
 dissipat hunc radiis Hyperione natus iterque 241  
 dat tibi, qua possis defossos promere uultus.  
 nec tu iam poteras enectum pondere terrae  
 tollere, nympha, caput corpusque exsangue iacebas.  
 nil illo fertur noluerum moderatior equorum 245  
 post Phaethonteos uidisse dolentius ignes.

ille quidem gelidos radiatorum uiribus artus,  
 si queat, in unum temptat reuocare calorem;  
 sed quoniam tantis fatum conatibus obstat,  
 neectare odorato sparsit corpusque locumque, 250  
 multaque praequestus "tanges tamen aethera" dixit.  
 protinus inbutum caelesti neectare corpus  
 delieuit terramque suo madefecit odore;  
 uirgaque per glaebas sensim radicibus aetis  
 turea surrexit tumulumque eacumine rupit. 255  
 At Clytien quamuis amor excusare dolorem  
 indiciumque dolor poterat, non amplius auctor  
 lucis adit, Venerisque modum sibi fecit in illa.  
 tabuit ex illo dementer amoribus usa,  
 nympharum inpatiens, et sub Ioue nocte dieque  
 sedit humo nuda, nudis incompta capillis, 261  
 perque nouem luces expers undaque cibique  
 rore mero lacrimisque suis ieiunia pauit;  
 nec se mouit humo: tantum spectabat euntis  
 ora dei uultusque suos flectebat ad illum. 265  
 membra ferunt haesisse solo, partemque coloris  
 luridus exsanguis pallor conuertit in herbas.  
 est in parte rubor, uiolaeque simillinus ora  
 flos tegit. illa suum, quamuis radice tenetur,  
 uertitur ad Solem, mutataque seruat amorem." 270  
 Dixerat, et factum mirabile ceperat aures.  
 pars fieri potuisse negant, pars omnia ueros  
 posse deos memorant; "sed non est Bacchus in illis."  
 poscitur Aleithoe, postquam siluere sorores,  
 quae radio stantis percurrens stamina telae 275  
 "uulgatos taceo" dixit "pastoris amores  
 Daphnidis Idaeae, quem Nymphae paelicis ira  
 contulit in saxum; tantus dolor urit amantes.  
 nec loquor, ut quondam naturae inre nouato  
 ambiguus fuerit modo uir, modo femina Sithon. 280  
 te quoque, nunc adamas, quondam fidissime paruus,  
 Celmi, Ioui largoque satus Curetas ab imbri  
 et Crocon in paruus uersum cum Smilaeae flores  
 praetero, duleique animos nouitate tenebo.  
 unde sit infamis, quare male fortibus undis 285  
 Salmacis eneruet tactosque remolliat artus,  
 discite. causa latet, uis est notissima fontis.  
 Mercurio puerum diua Cythereide natum  
 Naides Idaeis enutrinere sub antris;  
 cuius erat foecis, in qua materque paterque 290  
 cognosci possent; nomen quoque traxit ab illis.  
 is tria cum primum fecit quinquenna, montes  
 deseruit patrios, Idaeque altitice relieta  
 ignotis errare locis, ignota uidere  
 flumina gaudebat, studio minnente laborem. 295  
 ille etiam Lycias urbes Lyciaeque propinquos  
 Caras adit. uidet hic stagnum lucentis ad imum  
 usque solum lymphae. non illic canna palustris  
 nec steriles uluae nec acuta cuspide iunci;  
 perspicuus liquor est, stagni tamen ultima uiuo 300  
 caespite cinguntur semperque uirentibus herbis.  
 Nympha colit, sed nec uenatibus apta, nec arcus  
 flectere quae soleat, nec quae contendere cursu,  
 solaque Naiadum celeri non nota Diauae.  
 saepe suas illi fama est dixisse sorores: 305  
 "Salmaci, nel iaculum nel pietas sume pharetras  
 et tua cum duris uenatibus otia misce."  
 nec iaculum sumit nec pietas illa pharetras  
 nec sua cum duris uenatibus otia misce,  
 sed modo fonte suo formosos perluit artus, 310  
 saepe Cytoriaco deducit pectine crines  
 et, quid se deceat, spectatas consulit undas;  
 nunc perlucenti circumdata corpus amictu  
 mollibus aut foliis aut mollibus incubat herbis;  
 saepe legit flores. et tunc quoque forte legebat, 315  
 cum puerum nidit uisumque optauit habere.

IV 181 apte M pro nar. ser. ε, arte M N (ex apte) λ. 193 calorque λ Riese. landataque N. 203 ipse Plan 224  
 loquenti M. 231 faciem N ε Merk. 236 diffumatumque codd., corr. Heins. 253 delieuit N ε (corr. ex deliuit M),  
 deliuit λ, delieuit Priscianus pp. 477, 491. 260 inpatiens M<sup>3</sup> N<sup>2</sup> ε, patiens M<sup>1</sup> N<sup>1</sup> λ, uulnorum patiens Bentl. ex cod  
 Zulicemiano, nymphalarum inpatiens C. Scheukl, alii alia temptarunt uelut nymphae opurum inpatiens Madv., porum  
 patiens Merk. 273 et Bacchus M N λ. 282 celme codd., corr. Sealiger 283 miluae codd. 292 V 389 extant in Br  
 298 nymphae M Br. 311 cytheriaco codd. plerique.

nec tamen ante adiit, etsi properabat adire,  
quam se composuit, quam circumspexit amictus  
et finxit uultum, et meruit formosa uideri.  
tunc sic orsa loqui: "puer o dignissime credi 320  
esse deus, seu tu deus es, potes esse Cupido,  
siue es mortalis, qui te genuere, beati,  
et frater felix, et fortunata profecto,  
siqua tibi soror est, et quae dedit ubera nutrix;  
sed longe cunctis longeque beatior illa, 325  
siqua tibi sponsa est, siquam dignabere taeda.  
haec tibi siue aliqua est, mea sit furtiua uoluptas,  
seu nulla est, ego sim, thalamumque ineamus  
eundem."

Nais ab his tacuit. pueri rubor ora notauit;  
nescit enim quid amor; sed et erubuisse decebat.  
hic color aprica pendentibus arbore pomis 331  
aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti,  
cum frustra resonant aera auxiliaria, lunae.  
poscenti nymphae sine fine sororia saltem  
oscula iamque manus ad eburnea colla ferenti 335  
"desinis an fugio tecumque" ait "ista relinquo?"  
Salmacis extimuit "loca" que "haec tibi libera  
trado,

hospes" ait simulatque gradu discedere uerso,  
tum quoque respiciens, fruticumque recondita silua  
delituit flexuque genu submisit. at ille, 340  
scilicet ut uacuis et inobseruatus in herbis,  
huc it et hinc illuc, et in adludentibus undis  
summa pedum taloque tenus uestigia tinguit;  
nec mora, temperie blandarum captus aquarum  
mollia de tenero uelamina corpore ponit. 345

tum uero placuit, nudaque cupidine formae  
Salmacis exarsit: flagrant quoque lumina nymphae,  
non aliter quam cum puro nitidissimus orbe  
opposita speculi referitur imagine Phoebus.  
uixque moram patitur, uix iam sua gaudia differt,  
iam cupit amplecti, iam se male continet amens. 351  
ille cauis uelox applauso corpore palmis  
desilit in latices, alteraque brachia ducens  
in liquidis translucet aquis, ut eburnea siquis  
signa tegat claro uel candida lilia uitro. 355

"uicimus, et meus est" exclamat Nais et omni  
ueste procul iacta mediis immittitur undis  
pugnantemque tenet luctantiaque oscula carpit,  
subiectaque manus inuitaque pectora tangit,  
et nunc hac iuueni, nunc circumfunditur illac; 360  
denique nitentem contra elabique uolentem  
implicat, ut serpens, quam regia sustinet ales  
sublimemque rapit: pendens caput illa pedesque  
alligat et cauda spatiantes implicat alas;  
ntue solent hederæ longos intexere truncos, 365  
utque sub aequoribus deprensus polyypus hostem  
continet, ex omni dimissis parte flagellis.  
perstat Atlantiades sperataque gaudia nymphae  
denegat, illa premit, commissaque corpore toto  
sicut inhaerebat, "pugnes licet, inprobe," dixit 370  
"non tamen effugies. ita, di, iubeatis, et istum  
nulla dies a me nec me deducat ab isto."  
uota suos habuere deos; nam mixta duorum  
corpora iunguntur, faciesque inducitur illis  
una. uelut siquis conducat cortice ramos, 375  
crescendo iungi pariterque adolescere cernit,  
sic ubi complexu coierunt membra tenaci,  
nec duo sunt et forma duplex; nec femina dici  
nec puer ut possit, neutrumque et utrumque uiden-  
tur.

ergo ubi se liquidas, quo uir descenderat, undas 380  
semimarem fecisse uidet molliatque in illis  
membra, manus tendens, sed non iam uoce uirili,  
Hermaphroditus ait "nato date munera uestro,  
et pater et genitrix, amborum nomen habenti:  
quisquis in hos fontes uir uenerit, exeat inde 385  
semiuir et tactis subito mollescat in undis."  
motus uterque parens nati rata uerba biformis  
fecit et incerto fontem medicamine tinxit.

Finis erat dictis; sed adhuc Minyeia proles  
urget opus spernitque deum festumque profanat,  
tympana cum subito non apparentia raucis 391  
obstrepuere sonis, et adunco tibia cornu  
tinnulaque aera sonant; redolent murraeque cro-  
cique,

resque fide maior, cooperere uirescere telae  
inque hederæ faciem pendens frondescere uestis.  
pars abit in uites, et quae modo flia fuerunt, 395  
palmite mutantur; de stamine pampinus exit;  
purpura fulgorem pictis accomodat uuis,  
iamque dies exactus erat, tempusque subibat,  
quod tu nec tenebras nec possis dicere lucem, 400  
sed cum luce tamen dubiae confinia noctis;

tecta repente quati pinguesque ardere uidentur  
lampades et rutilis conlucere ignibus aedes  
falsaque saeuarum simulacra ululare ferarum.  
fumida iamdudum latitant per tecta sorores 405  
diuersaeque locis ignes ac lumina uitant;  
dumque petunt tenebras, paruus membrana per artus  
porrigitur tenuique includit brachia pinna.  
nec qua perdiderint ueterem ratione figuram  
scire sinunt tenebrae. non illas pluma leuauit; 410  
sustinuere tamen se perlucentibus alis;  
conataeque loqui minimam et pro corpore uocem  
emittunt perarguntque leues stridore querellas.  
tectaue, non siluas celebrant, lucemque perosae  
nocte uolant seroque tenent a uespere nomen. 415

Tum uero totis Bacchi memorabile Thebis  
numen erat, magnasque noui matertera uires  
narrat ubique dei, de totque sororibus experts  
una doloris erat, nisi quem fecere sorores.  
adspicit hanc, natis thalamoque Athamantis haben-  
tem 420

sublimes animos et alumno numine, Iuno  
nec tulit, et secum 'potuit de paelice natus  
uertere Maeonios pelagoque inmergere nautas  
et laceranda suae nati dare uiscera matri  
et triplices opere noui Minyideas alas: 425  
nil poterit Iuno nisi inultos flere dolores?  
idque mihi satis est? haec una potentia nostra est?  
ipse docet quid agam (fas est et ab hoste doceri),  
quidque furor ualeat, Penthea caede satisque  
ac super ostendit: cur non stimuletur eatque 430  
per cognata suis exempla furoribus Ino?"

Est uia decliuis funesta nubila taxo;  
ducit ad infernas per muta silentia sedes.  
Styx nebulas exhalat iners, umbraeque recentes  
descendunt illac simulacraque functa sepulcris. 435  
pallor hiempsque tenent late loca senta, nouique,  
qua sit iter, manes, Stygiam quod ducat ad urbem  
ignorant, ubi sit nigri fera regia Ditis.  
mille capax aditus et apertas undique portas  
urbs habet; utque fretum de tota flumina terra, 440  
sic omnes animas locus accipit ille, uec ulli  
exiguus populo est, turbamue accedere sentit.  
errant exsangues sine corpore et ossibus umbrae,

IV 323 frater λ<sup>2</sup>, mater M N ε λ. 325 potentior ε edd. uett., beatior codd. plerique. 336 aut fugio ε λ. 340 flexu N<sup>2</sup> Lachm. Lucr. p. 263, flexo M N in ras. ε λ, flexa Br. 341 scilicet. ut puer λ. uacuis Br M ex corr., uacuis N ε λ. ut puer et uacuis ut Heins. 346 tum uero stupuit ε λ. 347 nymphae ε λ. 358 pugnantisque manus inuitaque o. M Br. 367 demissis M Br teste Gottl(ieb) N λ. 369 dimissa M Br N, demissa ε λ, commissa cod. Argent. Heins. 371 ut di ε λ. 372 diducat edd. uett. 373 tetigere λ. conducta Heins. 378 et Br, sed M ε λ. 379 uidetur Br. 385 idem λ. 386 et. ut M Br. 387 rata M in ras., data Br. 388 incerto M in ras. N ε λ, incesto Br quod olim Merk. 389 sed. et N λ. 393 redolent N ε, et olent M Br λ. 400 posses codd., possis Heins. 403 conluere uulg., coll(om. λ)uent M Br teste Gottl. N ε λ. 407 latebras Heins. ex codd. 408 tenuesque—pennae ε λ. sed uide Plin. hist. nat. X 168. includit cod. unus Heins., includunt M Br N ε λ. 412 et om. Br N ε λ. 415 tenent M Br N ε λ, trahunt Heins. ex codd. 421 alumni N ε λ. 426 nec poterit ε λ. 436 tenet λ. 437 quod ducat ε, quo d. Br<sup>2</sup>, qua d. cett.



parsque forum celebrant, pars imi tecta tyranni,  
 pars aliquas artes, antiquae imitamina uitae. 445  
 sustinet ire illuc caelesti sede relicta 447  
 (tantum odiis iraque dabat) Saturnia Iuno.  
 quo simul intrauit sacroque a corpore pressum  
 ingemuit limen, tria Cerberus extulit ora 450  
 et tres latratu simul edidit. illa sorores  
 Nocte uocat genitas, graue et implacabile nomen.  
 carceris ante fores clausas adamante sedebant  
 deque suis atros peetebant crinibus angues.  
 quam simul agnorunt inter caliginis umbras, 455  
 snrrexere deae. sedes Scelerata uocatur;  
 uiscera praebat Tityos lanianda nomenque  
 ingeribus distentus erat; tibi, Tantale, nullae  
 dependuntur aquae, quaeque imminet, effngit arbor;  
 aut petis aut urges mriturum, Sisyphoe, saxum, 460  
 uoluitur Ixion et se sequiturque fugitque;  
 moliri que snis letum patruelibus ausae  
 adsiduae repetunt, quas perdat, Belides undas.  
 quos omnes acie postquam Saturnia torua  
 uidit et ante omnes Ixiona, rursus ab illo 465  
 Sisyphon adspiciens 'eur hic e fratribus' inquit  
 'perpetuas patitur poenas, Athamanta spernbm  
 regia diues habet, qui me cum coninge semper  
 spreuit?' et exponit causas odiique inaeque,  
 quidque uelit. quod uellet, erat, ne regia Cadmi 470  
 stare, et in facinus traheret Athamanta sorores.  
 inperium, promissa, preces confundit in unum  
 sollicitatque deas. sic haec Imone locuta,  
 Tisiphone canos, ut erat, turbata capillos  
 mouit et obstantes reiecit ab ore colibras 475  
 atque ita 'non longis opis est ambagibus;' inquit  
 'facta puta quaecumque inbes. inamabile regnum  
 desere teque refer caeli melioris ad auras.'  
 laeta redit Iuno; quam caelum intrare parantem  
 roratis lustrauit aquis Thaumantias Iris. 480  
 nec mora, Tisiphone madafactam sanguine sumit  
 inportuna faciem lluidoque errore rubentem  
 induit pallam tortoque incingitur angue  
 egrediturque domo. Luctus comitatur euntem  
 et Paor et Terror trepidoque Insania nultu. 485  
 limine constiterat: postes tremuisse feruntur  
 Aeolii, pallorque fores iniecit aernas,  
 solque locum figit. monstris est territa coniunx,  
 territus est Athamas; tectoque exire parabant:  
 obstilit infelix aditumque obsedit Erinyes, 490  
 nexaque uipereis distendens brachia nodis  
 caesariem exenssit. motae connere colubrae,  
 parsque iacent mneris, pars cernim pectora lapsae  
 sibila dant sanienique uomunt linguaque coruscant.  
 inde dnos mediis abruptim crinibus angues 495  
 pestiferaque manu raptos inmisit. at illi  
 Inosque sinus Athamanteosque pererrant,  
 inspirantque graues animas; nec uulnera membris  
 ulla ferunt: mens est, quae diros sentiat ictus.  
 attulerat secum liquidi quoque monstra ueneni, 500  
 oris Cerberei spumas et uirus Echidnae,  
 erroresque uagos caecaeque obliuia mentis,  
 et scelus et lacrimas rabienque et caedis amorem,  
 omnia trita simul; quae sanguine mixta recenti  
 coxerat aere cano, uiridi uersata cieuta. 505  
 dumque pauent illi, uergit friale nenenum  
 pectus in amborum praecordiaque intima monit.  
 tum face iactata per eundem saepius orbem  
 consequitur motis uelociter ignibus ignes.  
 sie metrix insisque potens ad inania magni 510  
 regna redit Ditis sumptumque recingitur anguem.  
 Protinus Aeolides media furibundus in aula

clamat 'io, eomites, his retia tendite siluis.  
 hic modo cum gemina uisa est mihi prole laena.'  
 utque ferae, sequitur uestigia coniugis amens 515  
 deque sinu matris ridentem et parua Learchum  
 brachia tendentem rapit et bis terque per auras  
 more rotat fundae rigidoque infantia saxo  
 discutit ora ferox. tum denique eoncita mater,  
 seu dolor hoc fecit seu sparsi causa ueneni, 520  
 exululat passisque fugit male sana capillis,  
 teque ferens paruun nudis, Melicerta, lacertis  
 'euhoe Baeche' sonat. Baechi sub nomine Iuno  
 risit et 'hos usns praestet tibi' dixit 'alumnus.'  
 imminet aequoribus scopulus; pars ima cauatur 525  
 fluctibus et tectas defendit ab imbribus undas,  
 summa riget frontemque in apertum porrigit aequor.  
 oocupat hunc (uires insania fecerat) Ino  
 seque super pontum nullo tardata timore  
 mittit onusque suum; percussa recandit unda. 530  
 at Venns, immerita neptis miserata labores,  
 sic patru blandita suo est: 'o numen aquarum,  
 proxima cui caelo cessit, Neptune, potestas,  
 magna quidem posco, sed tu miserere meorum,  
 iactari quos cernis in Ionio immenso, 535  
 et dis adde tuis. aliqua et mihi gratia ponto est,  
 si tamen in dio quondam concreta profundo  
 spuma fui Graiumque manet mihi nomen ab illa.'  
 adnuit oranti Neptunus et abstulit illis  
 quod mortale fuit maiestatemque uerendam 540  
 inposuit, nomenque simul faciemque nouauit  
 Lencothoeque demm cum matre Palaemona dixit.  
 Sidoniae comites, quantum nalucere, secutae  
 signa pedum, primo nidere nouissima saxo;  
 nec dubium de morte ratae, Cadmeida palmis 545  
 deplanxere domum, scissae cum neste capillos,  
 utque paruun iustae nimiumque in pacie saeuae  
 inuidiam fecere deae. conicia Iuno  
 non tulit et 'faciam nos ipsas maxima' dixit 549  
 'saeuitiae monimenta meae.' res dicta secuta est.  
 nam quae praecipue fuerat pia, 'prosequar' inquit  
 'in freta reginam', saltimque datura moueri  
 haud usquam potnit scopuloque adfixa cohaesit.  
 altera dum solito temptat plangore ferire  
 pectora, temptatos sensit rignisse lacertos; 555  
 illa, manus ut forte tetenderat in maris undas,  
 saxea facta manus in easdem porrigit undas;  
 huius, ut arreptum laniabat uertice crinem,  
 duratos subito digitos in erine uideres;  
 quo quaeque in gestu depressa est, haesit in illo.  
 pars uolucres factae; quae nunc quoque gurgite in  
 illo 561  
 aequora destringunt summis Ismenides alis.  
 Nescit Agenorides natam paruunum nepotem  
 aequoris esse deos; luctu serieque malorum  
 metns et ostentis, quae plurima uiderat, exit 565  
 conditor urbe sua, tanquam fortuna locorum,  
 non sua se premeret; longisque erroribus actus  
 contigit Illyricos profnga cum coninge limes.  
 iamque malis annisque graues, dum prima retractant  
 fata domus releguntque suos sermone labores, 570  
 'num sacer ille mea traicetus enspide serpens'  
 Cadmus ait 'fuerat, tum cum Sidone profectus  
 uipereos sparsi per humum, noua semina, dentes?  
 quem si cura deum tam certa nindicat ira,  
 ipse precor porrigam in longam porrigam aluum.' 575  
 dixit et, ut serpens, in longam tenditur aluum  
 durataeque enti squamas increcere sentit  
 nigraque caeruleis uariari corpora gntis.  
 in pectusque cadit pronus, commissaque in unum

IV 446 *exerent aliam partem sua poena coeect* N<sup>2</sup> et codd. aliquot recentt., *damiuau*, cdd. 451 *scmel* M Br N ε λ, *simul* codd. Ciofaci. 454 *cumque s.* Merk. 458 *distentus* λ, *distractus* M Br N ε. 459 *arbos* ε. 460 *ruiturum* M uar., *rediturum* M Br N ε λ in ras. 471 *uipores* M Br ε λ, *sorores* N in ras. Heins. 474 *ut erat canos* M Br N A. 487 *uicrnis* Merk. 488 *exterrita* M N λ, *et territa* Br, est t. ε. 489 *parabat* Br N λ. 498 *animus* λ Tegeruseensis, *animos* M Br N ε uulg. 499 *diros* λ. 505 *mersata* Madv. adu. crit. t. ii p. 482. 506 *uertit* codd., corr. Gronou. 511 *sumptum—angue* N. 521 *sparsisque* ε λ. 537 *dio M* (me superscript.) Merk. Korn, *medio* Br N ε λ Zingerle. 546 *scissis—capillis* N in ras. ε λ. 551 *prosequar* codd. aliquot Heins., *persequar* M N Br ε λ, cf. 151. 558 *arretum* M Br. 562 *Ismenides* Heins., *mineides* similia codd. 567 *cratibus* ε Merk. 577 *cutis* M Br N. 579 *commertaque* ε λ.

paulatim tereti tenuantur acumine crura. 580  
 brachia iam restant: quae restant brachia tendit  
 et lacrimis per adhuc humana fluentibus ora  
 'accede, o coniunx, accede, miserrima,' dixit  
 'dumque aliquid superest de me, me tange ma-  
 numque  
 accipe, dum manus est, dum non totum occupat  
 anguis.' 585  
 ille quidem uult plura loqui; sed lingua repente  
 in partes est fissa duas, nec uerba uolenti  
 sufficiunt, quotiensque aliquos parat edere questus,  
 sibilat; hanc illi uocem natura reliquit.  
 nuda manu feriens exclamat pectora coniunx 590  
 'Cadme, mane teque, infelix, his exue monstris.  
 Cadme, quid hoc? ubi pes, ubi sunt umerique  
 manusque  
 et color et facies et, dum loquor, omnia? cur non  
 me quoque, caelestes, in eandem uertitis anguem?'  
 dixerat; ille suae lambebat coniugis ora 595  
 inque sinus caros, ueluti cognosceret, ibat  
 et dabat amplexus aduetaque colla petebat.  
 quisquis adest (aderant comites) terretur; at illa  
 lubrica permulcet cristati colla draconis.  
 et subito duo sunt inunctoque uolumine serpunt, 600  
 donec in adpositi memoris subiere latebras.  
 nunc quoque nec fugiunt hominem nec uulnere  
 laedunt,  
 quidque prius fuerint, placidi meminere dracones  
 Sed tamen ambobus uersae solacia formae  
 magna nepos dederat, quem debellata colebat 605  
 India, quem positus celebrabat Achaia templis.  
 solus Abantiades ab origine cretus eadem  
 Acrisius superest, qui moenibus arceat urbis  
 Argolicae contraque deum ferat arma genusque  
 non putet esse Iouis. neque enim Iouis esse putabat  
 Persea, quem pluuio Danae conceperat auro. 611  
 mox tamen Acrisium (tanta est praesentia ueri)  
 tam uiolasse deum, quam non agnosce nepotem  
 paenitet; inpositus iam caelo est alter, at alter  
 uiperei referens spoliū memorabile monstri 615  
 aera carpebat tenerum stridentibus alis.  
 cumque super Libycaes uictor penderet harenas,  
 Gorgonei capitis guttae cecidere eruentae,  
 quas lumus exceptas uarios animauit in angues;  
 unde frequens illa est infestaque terra colubris. 620  
 inde per immensum uentis discordibus actus  
 nunc lue, nunc illuc exemplo nubis aquosae  
 fertur et ex alto seductas aethere longe  
 despectat terras totumque superuolat orbem.  
 ter gelidas Aretos, ter Cancri brachia uidit, 625  
 saepe sub occasus, saepe est ablatus in ortus.  
 iamque cadente die, ueritus se credere nocti,  
 consiitit Hesperio, regnis Atlantis, in orbe  
 exiguaque petit requiem, dum Lucifer ignes  
 euocet Aurorae, currus Aurora diurnos. 630  
 hic hominum cunctis ingenti corpore praestans  
 Iapetionides Atlas fuit. ultima tellus  
 rege sub hoc et pontus erat, qui Solis anbelis  
 aequora subdit equis et fessos excipit axes.  
 mille greges illi totidemque armenta per herbas 635  
 errabant, et humum uicina nulla premebant.  
 arboreae frondes auro radiante nitentes  
 ex auro ramos, ex auro poma tegebant.  
 'hospes,' ait Perseus illi 'seu gloria tangit  
 te generis magni, generis mihi Iuppiter auctor; 640  
 siue es mirator rerum, mirabere nostras.  
 hospitium requiemque peto.' memor ille uetustae  
 sortis erat (Themis hanc dederat Parnasia sortem)  
 'tempus, Atla, ueniet, tua quo spoliabitur auro

arbor, et hunc praedae titulum Ioue natus habebit.'  
 id metuens solidis pomaria clauserat Atlas 646  
 moenibus et uasto dederat seruanda draconi  
 arcebatque suis externos finibus omnes.  
 huic quoque 'uade procul, ne longe gloria rerum,  
 quam mentiris' ait, 'longe tibi Iuppiter absit;' 650  
 uimque minis addit manibus expellere temptat  
 cunctantem et placidis miscentem fortia dietis.  
 uiribus inferior (quis enim par esset Atlantis  
 uiribus?) 'at quoniam parui tibi gratia nostra est,  
 accipe munus' ait, laeuaque a parte Medusae 655  
 ipse retrouersus squalentia protulit ora.  
 quantus erat, mons factus Atlas; nam barba comae-  
 que  
 in siluas abeunt, iuga sunt umerique manusque,  
 quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen,  
 ossa lapis fiunt; tum partes auctus in omnes 660  
 creuit in immensum (sic, di, statuistis) et omne  
 cum tot sideribus caelum requieuit in illo.  
 Clauserat Hippotades aeterno carcere uentos,  
 admonitorque operum caelo clarissimus alto  
 Lucifer ortus erat. pennis ligat ille resumtis 665  
 parte ab utraque pedes teloque accingitur unco  
 et liquidum motis talaribus aera findit.  
 gentibus innumeris circumque infraque relictis  
 Aethiopum populos Cephæaque conspiciat arua.  
 illic inmeritam maternae pendere linguae 670  
 Andromedan poenas inmitis iusserat Ammon.  
 quam simul ad duras religatam brachia cantes  
 uidit Abantiades, nisi quod leuis aura capillos  
 mouerat et tepido manabat lumina fletu,  
 marmoreum ratus esset opus. trahit inuisi ignes  
 et stupet et uisae correptus imagine formae 676  
 paene suas quater est oblitus in aere pennas.  
 ut stetit, 'o' dixit 'non istis digna catenis,  
 sed quibus inter se cupidi iunguntur amantes,  
 pande requirenti nomen terraeque tuumque 680  
 et cur uincla geras.' primo silet illa, nec audet  
 appellare uirum uirgo; manibusque modestos  
 celasset uultus, si non religata fuisset;  
 lumina, quod potuit, lacrimis impleuit obortis.  
 saepius instanti, sua ne delicta fateri 685  
 nolle uideretur, nomen terraeque suumque,  
 quantaque maternae fuerit fiducia formae,  
 indicat. et nondum memoratis omnibus unda  
 insonuit, ueniensque immenso belua ponto  
 imminet et latum sub pectore possidet aequor. 690  
 conclamat uirgo; genitor lugubris et una  
 mater adest, ambo miseri, sed iniustus illa.  
 nec secum auxilium, sed dignos tempore fletus  
 plangoremque ferunt inunctoque in corpore adhaerent,  
 cum sic hospes ait: 'lacrimarum longa manere 695  
 tempora uos poterunt; ad open breuis hora feren-  
 dam est.  
 hanc ego si peterem Perseus Ioue natus et illa,  
 quam clausam impleuit fecundo Iuppiter auro,  
 Gorgonis anguicomae Perseus superator et alis 700  
 aetherias ausus iactatis ire per auras,  
 praeferrer cunctis certe gener. addere tantis  
 dotibus et meritum, faueant modo numina, tempto;  
 ut mea sit, seruata mea uirtute, paciscor.'  
 accipiunt legem (quis enim dubitaret?) et orant  
 promittuntque super regnum dotale parentes. 705  
 ecce uelut nauis praefixo concita rostro  
 sulcat aquas, iuuenum sudantibus acta lacertis,  
 sic fera dimotis impulsu pectoris undis  
 tantum aberat scopulis, quantum Balearica torto  
 funda potest plumbo mediū transmitters caeli; 710  
 cum subito iuuenis pedibus tellure repulsa

IV 587 loquenti M Br N ε λ Merk. 598 illis ε pro uar. scr. 605 dederat. fuerat Heins. ex codd. 610 esse Iouis  
 Heins. ex codd., esse deum (dm Br) M Br N ε λ. aequore Br λ<sup>1</sup> et ut uid. M<sup>1</sup> N<sup>1</sup>. 628 regnis N ε, regis M Br λ. 630  
 currus ε, cursus M Br N λ. 631 cunctis (i//s M) M N ε λ, cunctos Br<sup>1</sup> (?). 637 uirentes Burm. ex cod. Bononiensi. 644 ath-  
 lans Br, athlas M. 647 moenibus ε Heins., montibus codd. 649 nec longe M. 653 Atlantē Heins. ex codd. 660 altus M  
 Br N ε λ, auelus Heins. ex codd. 663 Aetnae Housman (Transactions Camb. Philol. Soc. iii p. 144), Tyrrheno Heins.,  
 aetato Bentl., alterno Haupt. 671 andromedan Br N. inmitis Heins. Merk. Korn. inustus M Br N ε λ. 676 et uisae ε  
 uulg., exiguae M Br N, eximiae λ Merk. corruptus M Br. 690 eminet codd. aliquot. 700 acrias Lachm. Lucr. p. 167.

arduis in nubes abiit. ut in aequore summo  
 umbra uiri uisa est, uisam fera saeuit in umbram.  
 utque Iouis praepes, uacuo cum uidit in aruo  
 praebentem Phoebos lucentia terga draconem, 715  
 occupat auersum, non saeuia retorquet ora,  
 squamigeris audios figit ecrucibus ungues,  
 sic celeri uissus praepes per inane uolatu  
 terga ferae pressit dextroque frementis in aruo  
 Inachides ferrum curuo tenuis abdidit hamo. 720  
 uulnere laesa graui modo se sublimis in auras  
 attollit, modo subdit aquis, modo more ferocis  
 nersat apri, quem turba canum circumsona terret.  
 ille anidos morsus uelocibus effugit alis;  
 naque patet, nunc terga canis super obsita conchis,  
 nunc laterum costas, nunc qua tenuissima cauda 726  
 desinit in piscem, falcato uulnerat ense.  
 belua puniceo mixtos cum sanguine fluetus  
 ore nomit; maduere graues adspersine pennae.  
 nec bibulis ultra Perseus talaribus ausis 730  
 credere, eonspexit scopulum, qui uertice summo  
 stantibus extat aquis, operitur ab aequore moto.  
 nixus eo rupisque tenens iuga prima sinistra  
 ter quater exegit repetita per illa ferrum.  
 litora cum plausu clamor superasque deorum 735  
 impleuere domos; gaudet generumque salutant  
 auxiliumque domus seruatoremq; fatentur  
 Cassiope Ceplensque pater. resoluta catenis  
 incedit uirgo, pretiumque et causa laboris.  
 ipse manus hausta uietrices abluit unda, 740  
 anguiferumque caput dura ne laedat harena,  
 mollit humum foliis natasque sub aequore uirgas  
 sternit et inponit Phoreynidos ora Medusae.  
 nirma recens bibulaque etiamnum uiua medulla  
 uim rapuit monstri tactaque induruit huius 745  
 perceptique nouum ramis et fronde rigorem.  
 at pelagi nymphe factum mirabile temptant  
 pluribus in uirgis et idem contingere gaudent  
 seminaque ex illis iterant iactata per undas.  
 nunc quoque curaliis eadem natura renansit, 750  
 duritiam tacto capiant ut ab aere, quodque  
 uimen in aequore erat, fiat super aequora saxum.  
 Dis tribus ille focos totidem de caespite ponit,  
 laenum Mercurio, dextrum tibi, bellia uirgo,  
 ara Iouis media est. mactatur uacca Mineruae, 755  
 alipedi uulnus, taurus tibi, summe deorum.  
 protinus Andromedan et tanti praemia facti

indotata rapit; taedas Hymenaeus Amorque  
 praecutiunt, largis satiantur odoribus ignes,  
 sartaque dependent tectis et ubique lyraeque 760  
 tibiaque et cantus, animi felicia laeti  
 argumenta, sonant. reseratis aurea ualuis  
 atria tota patent, pulchroque instructa paratu  
 Cepheni proceres ineunt conuiuia regis.  
 postquam epulis functi generosi munere Bacchi 765  
 diffudere animos, cultusque genusque locorum  
 quaerit Lyncides moresque animinumque uirorum. 767  
 quae simul edocuit 'nunc, o fortissime,' dixit 769  
 'fare precor' Cepheus, 'quanta uirtute, quibusque 770  
 artibus abstuleris crinita draconibus ora.'  
 narrat Agenorides gelido sub Atlante iacentem  
 esse locum solidae tutum munimine molis;  
 cuius in introitu geminas habitasse sorores  
 Phoreidas, unius partitas luminis usum. 775  
 id se sollerti furtim, dum traditur, astu  
 supposita cepisse manu perque abdita longe  
 deuaque et siluis horrentia saxa fragosis  
 Gorgoneas tetigisse domos passimque per agros  
 perque uias uidisse hominum simulacra ferarumque  
 in silicem ex ipsis uisa conuersa Medusa. 781  
 se tamen horrendae clipei, quod lacua gerebat,  
 aere repercusso formam adspexisse Medusae,  
 cumque grauissimum colubrasque ipsamquetenebat.  
 eripuisse caput collo; pennisque fugacem 785  
 Pegason et fratrem matris de sanguine natos  
 addidit et longi non falsa pericula cursus,  
 quae freta, quas terras sub se midisset ab alto  
 et quae iactatis tetigisset sidera pennis.  
 ante expectatum tacuit tamen. excepit unus 790  
 ex numero procerum, quaerens, cur sola sororum  
 gesserit alternis inmixtos crinibus angues.  
 hospes ait 'quoniam seitaris digna relatu,  
 accipe quaesiti causam. clarissima forma  
 multorumque fuit spes inuidiosa procerum 795  
 illa; neque in tota conspectior ulla capillis  
 pars fuit. inueni, qui se uidisse referret.  
 hanc pelagi rector tempore nitiasse Mineruae  
 dicitur. auersa est et castos aegide uultus  
 nata Iouis textit; neue hoc inipne fuisset, 800  
 Gorgonem eriuem turpes mutauit in hydros.  
 [nunc quoque, ut attonitos formidine terreat hostes,  
 pectore in aduerso quos fecit, sustinet angues.]

## LIBER QUINTVS

Dumque ea Cephenum medio Danaeius heros  
 agninae commemorat, fremida regalia turba  
 atria complentur; nec coniugialia festa  
 qui canat est clamor, sed qui fera nuntiet arma.  
 inque repentinos conuiuia nersa tumultus 5  
 adsimulare freto possis, quod saeuia quietum  
 nentorum rabies motis exasperat undis.  
 primus in his Phineus, belli temerarius auctor,  
 fraxineam quatiens aeratae cuspidis hastam,  
 'en' ait 'en adsum praereptae coniugis ultor, 10  
 nec mihi te pennae nec falsum uersus in aurum  
 Iuppiter eripiet.' conanti mittere Cepheus

'quid facis?' exclamat, 'quae te, germane, furentem  
 mens agit in facinus? meritae haec gratia tantis  
 redditur? hac uitam seruatae dote rependis? 15  
 quam tibi non Perseus, uerum si quaeris, ademit,  
 sed graue Nereidum nomen, sed corniger Hammon,  
 sed quae uisceribus ueniebat belua ponti  
 exsaturanda meis. illo tibi tempore rapta est  
 quo peritura fuit; nisi si crudelis id ipsum 20  
 exigis, ut pereat, inuictuque leuaberis nostro.  
 scilicet haud satis est, quod te spectante renincta est  
 et nullam quod opem patruus sponsusue tulisti;  
 insuper, a quoquam quod sit seruata, doleris

IV 713 uisa—umbra Br N A. 715 lucentia M pro uar. scr. 718 misso M<sup>1</sup> Br 1. 727 uerberat N 2 Haupt al. uenerat Brl.  
 733 nisus 2 A. 744 etiamnunc M N Br 2 A. 749 iterant 2, ut erant M Br N A. 750 coraliis A. 758 in dotato Merk.  
 767 codd. rec. post quaerit inserunt abundantius quaerenti protinus unus narrat. nimum, habitum 2 uar. 769 que  
 M, qui Merk. 770 Cepheus Plan., perseu codd. 780 ferarumque N<sup>1</sup>, ferarum M Br 2 A. 782 se 2, sed M Br N A. quim  
 lacua N Riese. 783 repercusso codd., repercussum Riese. 784 dumque codd., cumque Hoffman Korn. 786 fratris  
 codd., corr. Regius. 790 ante spectatum M Br A. 792 alternos M Br N. 796 totis M<sup>1</sup> Br A. 802, 803 hos uu. damnau.  
 Haupt Korn Zingerle.

V 2 fremida—turba M<sup>1</sup> Br<sup>1</sup> N<sup>1</sup>, fremitu—turbae M<sup>2</sup> Br<sup>2</sup> 2 A, trepida—turba Madv. 6 posses A. 17 ammon N<sup>1</sup> 2,  
 amon A. 18 ponti codd. nostri, Quint. Inst. IX 3. 48, ponto codd. multi Heins. 20 nisi tu N.

praemiaque eripies: quae si tibi magna uidentur,  
 ex illis scopulis, ubi erant adfixa, petisses. 26  
 nunc sine, qui petiit, per quem haec non orba  
 senectus,  
 ferre, quod et meritis et uoce est pactus, eumque  
 non tibi, sed certae praelatum intellege morti.  
 ille nihil contra; sed et hunc et Persea uultu 30  
 alterno spectans, petat hunc, ignorat, an illum,  
 cunctatusque breui contortam uiribus hastam,  
 quantas ira dabat, neququam in Persea misit.  
 ut stetit illa toro, stratis tum denique Perseus  
 exiuit; teloque ferox inimica remisso 35  
 pectora rupisset, nisi post altaria Phineus  
 isset; et (indignum) sclerato profuit ara.  
 fronte tamen Rhoeti non inrita cuspis adhaesit  
 qui postquam cecidit ferrumque ex osse renulsum est,  
 calcitrat et positas adspersit sanguine mensas. 40  
 tum uero indomitas ardescit uulgas in iras,  
 telaque coniciunt, et sunt qui Cephea dicunt  
 cum genero debere mori. sed limine tecti  
 exierat Cepheus, testatus iusque fidenique  
 hospitiique deos, ea se prohibente moueri. 45  
 bellica Pallas adest et protegit aegide fratrem  
 datque animos. erat Indus Athis, quem flumine  
 Gange  
 edita Limnaee uitreis peperisse sub undis  
 creditur, egregius forma, quam diuite cultu  
 augebat, bis adhuc octonis integer annis,  
 indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat 50  
 aureus; ornabant aurata monilia collum  
 et madidos murra curuum crinale capillos.  
 ille quidem iaculo quamuis distantia misso  
 figere doctus erat, sed tendere doctior arcus. 55  
 tum quoque lenta manu flectentem cornua Perseus  
 stipite, qui media positus fumabat in ara,  
 percussit et fractis confudit in ossibus ora.  
 hunc ubi laudatos iactantem in sanguine uultus  
 Assyrius uidit Lycabas, iunctissimus illi 60  
 et comes et ueri non dissimulator amoris,  
 postquam exhalantem sub acerbo uulnere uitam  
 deplorauit Athin, quos ille tetenderat arcus  
 arripit et 'necum tibi sint certamina' dixit  
 'nec longum pueri fato lactabere, quo plus 65  
 inuidiae, quam laudis habes.' haec omnia nondum  
 dixerat, emicuit neruo penetrabile telum  
 uitatumque tamen sinuosa ueste pependit.  
 uertit in hunc harpen spectatam caede Medusae  
 Acrisioniades adigitque in pectus; at ille 70  
 iam moriens, oculis sub nocte natantibus atra,  
 circumspexit Athin seque adclinauit ad illum  
 et tulit ad manes iunctae solacia mortis.  
 ecce Suenites, genitus Metione, Phorbas  
 et Libys Amphimedon, auidi committere pugnam,  
 sanguine, quo late tellus madefacta tepebat, 76  
 considerant lapsi; surgentibus obstitit ensis,  
 alterius costis, iugulo Phorbantis adactus.  
 at non Actoriden Erytum, cui lata bipennis  
 telum erat, hamato Perseus petit ense, sed altis 80  
 extantem signis multaque in pondera massae  
 ingentem manibus tollit cratera duabus  
 infligitque uiro; rutilum uomit ille cruorem  
 et resupinus humum moribundo uertice pulsat.  
 inde Semiramio Polydegmona sanguine cretum 85  
 Caucasiumque Abarim Sperchionidemque Lycetum  
 intonsumque comas Helicem Phlegyanque Cly-  
 tumque

sternit et extractos morientum caleat aceros,  
 nec Phineus ausus concurrere cominus hosti  
 intorquet iaculum; quod detulit error in Idan, 90  
 expertem frustra belli et neutra arma secutum.  
 ille tuens oculis inमितem Phinea toruis  
 'quandoquidem in partes' ait 'abstrahor, accipe,  
 Phineu,  
 quem fecisti hostem pensaque hoc uulnere uulnus';  
 iamque remissurus tractum de uulnere telum 95  
 sanguine defectos cecidit conlapsus in artus.  
 tum quoque, Cephenum post regem primus, Hodites  
 ense iacet Clymeni; Prothoenora percutit Hypseus,  
 Hypsea Lyncides. fuit et grandaeuus in illis  
 Emathion, aequi cultor timidusque deorum; 100  
 qui, quoniam prohibent anni bellare, loquendo  
 pugnat et incessit sclerataeque deuouet arma.  
 huic Chronis amplexo tremulis altaria palmis  
 decutit ense caput; quod protinus incidit arae  
 atque ibi semianimi uerba exsecrantia lingua 105  
 eddidit et medios animam exspirauit in ignes.  
 hinc gemini fratres Broteasque et caestibus Ammon  
 inuictus, uinci si possent caestibus enses,  
 Phinea cecidere manu, Cererisque sacerdos  
 Ampycus, albenti uelatus tempora uitta. 110  
 tu quoque, Lampetide, non hos adhibendus ad  
 usus,  
 sed qui, pacis opus, eitharam cum uoce moueres,  
 iussus eras celebrare dapes festumque canendo,  
 quem procul adstantem plectrumque inbelle te-  
 nentem  
 Paetalus iridens 'Stygiis cane cetera' dixit 115  
 'manibus' et laeuo mucrone tempore fixit.  
 concidit et digitis morientibus ille retemptat  
 fila lyrae, casuque ferit miserabile carmen.  
 nec sinit hunc inipune ferox cecidisse Lycormas,  
 raptaque de dextro robusta repagula posti 120  
 ossibus inlitis mediae ceruicis; at ille  
 procubuit terrae mactati more iuueni.  
 demere temptabat laeuum quoque robora postis  
 Cinyphius Pelates; temptanti dextera fixa est  
 cuspidem Marmaridae Corythi lignoque cohaesit. 125  
 haerenti latus hausit Abas; nec corrui ille,  
 sed retinente manum moriens e poste pependit.  
 sternitur et Melaneus, Perseia castra secutus,  
 et Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri,  
 diues agri Dorylas, quo non possederat alter 130  
 latius aut totidem tollebat farris aceros.  
 huius in obliquo missum stetit inguine ferrum;  
 letifer ille locus. quem postquam uulueris auctor  
 singultantem animam et uersantem lumina uidit  
 Bactrius Halyoneus, 'hoc, quod premis' inquit  
 'habeto' 135  
 de tot agris terrae' corpusque exsanguie reliquit.  
 torquet in hunc hastam calido de uulnere raptam  
 ultor Abantiades; media quae nare recepta  
 ceruice exacta est in parteseque eminent ambas.  
 dumque manum Fortuna iuuat, Clytiumque Cla-  
 ninque, 140  
 matre satos una, diuerso uulnere fudit;  
 nam Clytii per utrumque graui librata lacerto  
 fraxinus acta femur, iaculum Clanis ore momordit.  
 occidit et Celadon Mendesium, occidit Astreus,  
 matre Palaestina, dubio genitore creatus, 145  
 Aethlionque sagax quondam uentura uidere,  
 tunc aue deceptus falsa, regisque Thioactes  
 armiger et caeso genitore infans Agyrtes.

V 39 osse M in ras., hoste Br N. 42 dicant λ edd. uett. 48 Limnaee Magnus, Limnaee uulg. 59 fedatos ε λ.  
 62 acervo M Br. 72 in i. Heins. ex codd. 74 suenites codd., Syenites uulg. 80 hamato Heins., ammoto M Br, admoto  
 N λ, admotum ε. 81 pondera Merk., pondere codd. 85 polydegmona codd. aliquot rec. fortasse Br<sup>1</sup>, Polydegmona uulg.  
 88 instructos M Br ε. 95 uulnere M Br N, corpore ε λ uulg. 96 deictos M in ras. 97, 98 tum M, tunc Br, hie N ε λ  
 uulg., tu—iacēs Haupt. 102 deuocat M Br λ. 105 semianimi ε uulg., semianimis M N Br λ. 108 inuicti N λ uulg.  
 110 amphicus codd., corr. Heins. 111 Lampetide Plan. N<sup>1</sup>, lampetide cett. 113 damnat Hartman. 114 cui—  
 adstanti—tenenti λ. 115 Paetalus Housman, paetalus N, Παταλος Plan., Pettalus uulg. 116 et seum M Br. 118  
 ferit Housman (Trans. Camb. Phil. Soc. iii p. 144), fuit uulg., canit N in ras. 120 posti Priscian., poste codd. 121  
 clisit M N λ, inmisit ε. 127 manu N ε λ uulg. 128 Melaneus Plan. Heins., Melaneus uulg. 130, 131 damnat Postgate.  
 131 farris in ras. M<sup>2</sup> Br<sup>2</sup> λ, turis N ε in ras. Merk., frugis Siebelis. 142 grauis M Br.

plus tamen exhausto superest; namque omnibus  
unum 149  
opprimere est animus, coniurata undique pugnant  
agmina pro causa meritum impugnantem lidemque;  
hae pro parte soerer frustra pius et noua coniunx  
cum genetrice fauent ululatuque atria complent.  
sed sonus armorum superat gemitusque cadentum  
pollutosque semel multo Bellona penates 155  
sanguine perfundit renouataque proelia miscet.  
circueunt unum Phineus et mille secuti  
Phinea; tela uolant hiberna grandine plura  
praeter utrumque latus praeterque et lumen et  
aures.  
adplicat hinc umeros ad magnae saxa columnae, 160  
tutaque terga gerens aduersaque in agmina uersus  
sustinet instantes. instabat parte sinistra  
Chaonius Molpeus, dextra Nabataeus Ethemon.  
tigris ut auditis diuersa ualle duorum  
exstimulata fame mugitibus armentorum 165  
nescit utro potius ruat, et rure ardet utroque,  
sic dubius Perseus, dextra laeuae feratur,  
Molpea traieci submouit uulnere eruris  
contentusque fuga est; neque enim dat tempus  
Ethemon,  
sed furit et, cupiens alto dare uulnera collo, 170  
non circumspectis exactum uiribus ense  
fregit in extrema percussae parte columnae:  
lamina dissiliit dominique in gutture fixa est.  
non tamen ad letum causas satis illa ualentes  
plaga dedit; trepidum Perseus et incrimia frustra  
braecchia tendentem Cylleide confodit harpe 176  
uerum ubi uirtutem turbae succumbere uidit,  
'auxilium,' Perseus 'quoniam sic cogitis ipsi,'  
dixit 'ab hoste petam. uultus auertite uestros,  
signis amicus adest' et Gorgonis extulit ora. 180  
'quaere alium, tua quem moueant miracula' dixit  
Thesclus; utque manu iaculum fatale parabat  
mittere, in hoc haesit signum de marmore gestu.  
proximus huic Ampyx animi plenissima magni  
pectora Lynceidae gladio petit; inque petendo 185  
dextera dirigit nec extra mota nec ultra est.  
at Nileus, qui se genitum septemplum Nilo  
ementitus erat, elipeo quoque illumina septem  
argento partim, partim caelauerat auro, 189  
'adspice,' ait 'Perseu, nostrae primordia gentis;  
magna feres tacitas solacia mortis ad nubibus,  
a tanto eecidisse uiro.' pars ultima uocis  
in medio suppressa sono est, adaptaque uelle  
ora loqui credas, nec sunt ea pernia uerbis.  
inerepat hos 'uitio' que 'animi, non uiribus' inquit  
'Gorgoneis torpetis' Eryx 'incurrite mecum 196  
et prosternite humi iuuenem magica arma mouen-  
tem.'  
incursurus erat; tenuit uestigia tellus,  
inmotusque silex armataque mansit imago.  
hi tamen ex merito poenas subiere; sed unus 200  
miles erat Persei, pro quo dum pugnat, Aeonteus,  
Gorgone conspecta saxo conereuit oborto.  
quem ratus Astyages etiamnum uincere, longo  
ense ferit; sonuit tinnitibus ensis acutis.  
dum stupet Astyages, naturam traxit eandem 205  
marmoreoque manet uultus mirantis in ore.  
nomina longa mora est media de plebe inororum  
dicere; bis centum restabant corpora pugnae,  
Gorgone bis centum rignerunt corpora nisa.  
paenitet iniusti tunc denique Phinea belli. 210  
sed quid agat? simulacra uidet diuersa figuris  
agnoseitque suos et nomine quemque uocatum  
poscit opem, credensque parum, sibi proxima tangit

corpora; marmor erant. aduertitur, atque ita sup-  
plex 214  
confessasque manus obliquaque braecchia tendens,  
'uincis,' ait 'Perseu. remoue tua monstra tuaeque  
saxificos uultus, quaeuocumque ea, tolle Medusae  
tolle, precor. non nos odium regnique cupido  
compulit ad bellum; pro coniuge mouimus arm  
causa fuit meritis melior tua, tempore nostra. 220  
non eessisse piget. nihil, o fortissime, praete;  
hanc animam concede mihi; tua caetera sunt.  
taliam dicenti neque eum, quem uoce rogabat,  
respicere audenti 'quod' ait, 'timidissime Phineu,  
et possum tribuisse et magnum est munus inerti,  
pone metum, tribuam; nullo uiolabere ferro. 226  
quin etiam mansura dabo monumenta per aeuum,  
inque domo soeceri semper spectabere nostri,  
ut mea se sponsi soletur imagine coniunx.'  
dixit et in partem Phorcyida transtulit illam, 230  
ad quam se trepido Phineus obructerat ore.  
tum quoque conanti sua uertere lumina ceruix  
dirigit, saxoque oculorum induruit umor.  
sed tamen os timidum uultusque in marmore supplex  
submittaeque manus faciesque obnoxia mansit. 235  
Victor Abantiades patrios cum coniuge muros  
intrat et immeriti iudex utroque parentis  
adgreditur Proetum; nam fratre per arma fugato  
Acrisioneas Proetus possederat arces.  
sed nec ope armorum, nec, quam uale ceperat, arce  
torna colubriferi superauit lumina monstri. 241  
Te tamen, o paruae rector, Polydecta, Seriphi,  
nec iuuenis uirtus per tot spectata labores  
nec mala molliciant, sed inexorable durus  
exerceas odium, nec iniqua finis in ira est. 245  
detrectas etiam laudem licetamque Medusae  
arguis esse necem. 'dabimus tibi pignora ueri;  
pareite luminibus' Perseus ait oraue regis  
ore Medusaeo silicem sine sanguine fecit.  
Haec tunc aurigenae comitem Tritonia fratri 250  
se dedit; inde eua circumdata inbe Seriphon  
deserit, a dextra Cythno tyaroque relictis,  
quaque super pontium uia uisa breuissima, Thebas  
uirginemque Heliconam petit. quo monte potita  
constitit et doctas sic est adfata sorores: 255  
'fama noui fontis nostras peruenit ad aures,  
dura Medusaei quem praepetis ungula impit.  
is mihi causa uiae. nolui mirabile factum  
cernere: uidi ipsum materno sanguine musci.  
excepit Vranie: 'quaeuocumque est enua uidendi 260  
has tibi, dina, domos, animo gratissima nostro es.  
uera tamen fama est, et Pegasus huius origo  
fontis'; et ad latices deduxit Pallada sacros.  
quae mirata diu factas pedis icibus undas  
silvarum lucos circumspectis antiquarum 265  
antraque et innumeris distinctas floribus herbas,  
felicesque noeat pariter studioque locoque  
Mnemonidas. quam sic adfata est una sororum:  
'o, nisi te uirtus opera ad maiora tulisset,  
in partem uentura chori Tritonia nostri, 270  
nera refers meritoque probas artesque locunque,  
et gratam sortem, tutae modo simus, habemus.  
sed (netitum est adeo scelere nihil) omnia terrent  
uirgineas mentes, dirisque ante ora Pyrenens  
nertitur, et nondum tota me mente recepi. 275  
Daulida Threicio Phoeaque milite rura  
ceperat ille ferox iniustaque regna tenebat.  
templa petebamus Parnasia; uidit euntes,  
nostraque fallaci neneratus lumina uultu 279  
'Mnemonides,' cognorat enim, 'consistite,' dixit  
'nec dubitate, precor, teeto graue sidus et imbrem'

V 160 certant N. 151 impugnantem (corr. ex impugnare) M Br N<sup>2</sup>. 155 semel Heins. ex codd., simul codd. nostri. 160 hic M Br N<sup>2</sup>, hinc λ. 163 Chaonius Suchier. 168 uulnera M Br<sup>1</sup>. 172 in. et Br N ε λ uulg. percussa Br. 175 in(h)ertia M Br N λ uulg., inermia ε Korn, inania codd. aliquot Heins. 179 conuertite M. 180 quisquis λ. 181 oracula Br N et ut uid. M. 186 deriuit Riese. citro—ultra Capoferreus. est om. Heins. 188 et mentitus Br. 195 non ε Br ex corr., cum M<sup>1</sup>, cur M<sup>2</sup> N<sup>2</sup> ε nar., tum λ. 199 silet M N λ. 216 fera Heins. ex codd. 218 requie Heins. 221 nil λ. nihil Lach. Ouidio negat; sed cf. Trist. IV 8 38, V 8 2. 233 deriuit M N. 247 pignora M Br. 252 a, at Br ε. epyro codd., Cythno Plan. 261 ε Heins., est N λ, om. M Br ε. 262 est est N. origo est M. 279 nomina M ε λ.

(imber erat) "uitare meo; subiere minores  
saepe casas superi." dictis et tempore motac  
adnuimusque uiro primasque intrauimus aedes.  
desierant imbres, uictoque Aquilonibus Austro 285  
fusca repurgat fugiebant nubila caelo.  
inpetus ire fuit; claudit sua tecta Pyreneus  
uimque parat. quam nos sumptis effugimus alis.  
ipse secuturo similis stetit arduus arce  
"qua" que "uia est uobis, et erit mihi" dixit  
"eadem," 290

seque iacit necors e summae culmine turris  
et cadit in uultus, discussaque ossibus oris  
tundit humum moriens scelerato sanguine tinctam.

Musa loquebatur: pennae sonuere per auras,  
uoxque salutantur ramis ueniebat ab altis. 295  
suspicit, et linguae quaerit tam certa loquentes  
unde sonent, hominemque putat Ioue nata locutum.  
ales erat, numeroque nouem, sua fata querentes,  
institerant ramis imitantes omnia picae.

miranti sic orsa deae dea: 'nuper et istae  
auxerunt uoluerum uictae certamine turbam. 300  
Pieros has genuit Pellaeis diues in aruis,  
Paeonis Euipe mater fuit. illa potentem  
Lucinam nouiens, nouiens paritura, uocauit.  
intumuit numero stolidarum turba sororum 305  
perque tot Haemonias et per tot Achaidas urbes  
huc uenit et tali committit proelia uoce:  
"desinite indoctum uana dulcedine uulgus  
fallere: nobiscum, si qua est fiducia uobis,  
Thespiades, certate, deae. nec uoce nec arte 310  
uincemur, totidemque sumus. uel cedite uictae  
fonte Medusaeo et Hyantea Aganippe,  
uel nos Emathiis ad Paeonas usque niuosos  
cedamus campis. dirimant certamina Nymphae."  
turpe quidem contendere erat, sed cedere uisum 315  
turpius. electae iurant per flumina Nymphae  
factaque de uiuo pressere sedilia saxo.  
tunc sine sorte prior quae se certare professa est,  
bella canit superum falsoque in honore Gigantas  
ponit et extenuat magnorum facta deorum; 320  
emissumque ima de sede Typhoea terrae  
caelitibus fecisse metum, cunctosque dedisse  
terga fugae, donec fessos Aegyptia tellus  
ceperit et septem discretus in ostia Nilus.  
huc quoque terrigenam uenisse Typhoea narrat 325  
et se mentitis superos celasse figuris:  
"duxque gregis" dixit "fit Iuppiter, unde recuruis  
nunc quoque formatus Libys est cum cornibus  
Ammon.

Delius in coruo, proles Semeleia capro,  
fele soror Phoebi, niuea Saturnia uacca, 330  
piscis Venus latuit, Cyllenius ibidis alis."  
haetenus ad citharam uocalia mouerat ora;  
poscitur Aonides. sed forsitan otia non sint,  
nec nostris praebere uacet tibi cantibus aures.  
'ne dubita, uestrumque mihi refer ordine carmen' 335  
Pallas ait memorisque leui consedit in umbra.  
Musa refert: 'dedimus summam certaminis uni.  
surgit et inmissos hederam collecta capillos  
Calliope querulas praetemptat pollice chordas,  
atque haec percussis subiungit carmina neruis. 340  
'Prima Ceres unco glaebam dimouit aratro,  
prima dedit fruges alimentaque mitia terris,  
prima dedit leges; Cereris sunt omnia munus.  
illa canenda mihi est. utinam modo dicere possem  
carmina digna dea; certe dea carmine digna est. 345  
Vasta Giganteis ingesta est insula membris  
Trinacris et magnis subiectum molibus arguet  
aetherias ausum sperare Typhoea sedes.

nititur ille quidem pugnatque resurgere saepe;  
dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro, 350  
laeua, Paehyne, tibi, Lilybaeo crura premuntur,  
degrauat Aetna caput; sub qua resupinus harenas  
eiecat flammamque ferox uomit ore Typhoeus.  
saepe remoliri luctatur pondera terrae  
oppidaque et magnos deuoluere corpore montes. 355  
inde tremit tellus, et rex pauet ipse silentium,  
ne pateat latoque solum retegatur hiatu  
inmissusque dies trepidantes terreat umbras.

Hanc metuens eladem tenebrosa sede tyrannus  
exierat curuens atrorum uectus equorum 360  
ambibat Siculae cautus fundamina terrae.

postquam exploratum satis est loca nulla labare,  
depositoque metu, uidet hunc Erycina nagantem  
monte suo residens, natumque amplexa uoluerem  
"arma manusque meae, mea, nate, potentia," dixit,  
"illa, quibus superas omnes, cape tela, Cupido, 366  
inque dei pectus celeres molire sagittas,  
cui triplicis cessit fortuna nouissima regni.  
tu superos ipsumque Iouem, tu numina ponti  
uicta domas ipsumque regit qui numina ponti. 370  
Tartara quid cessant? cur non matrisque tuumque  
inperium profers? agit pars tertia mundi.  
et tamen in caelo, quae iam patientia nostra est,  
spernimur, ac mecum uires minuuntur Amoris.

Pallada nonne uides iaculatricemque Dianam 375  
abscessisse mihi? Cereris quoque filia uirgo,  
si patiemur, erit; nam spes adfectat easdem.  
at tu, pro socio, si qua est ea gratia, regno  
iunge deam patruo." dixit Venus. ille pharetram  
soluit et arbitrio matris de mille sagittis 380  
unam sepositit, sed qua nec acutior ulla  
nec minus incerta est nec quae magis audiat arcus,  
oppositoque genu curuauit flexile cornum  
inque cor hamata percussit harundine Ditem.

Haud procul Hennaeis lacus est a moenibus altae,  
nomine Pergus, aquae. non illo plura Caystros 386  
carmina cygnorum labentibus audit in undis.  
silua coronat aquas cingens latus omne suisque  
frondibus ut uelo Phoebeos submouet ignes.  
frigora dant rami, Tyrios humus umida flores; 390  
perpetuum uer est. quo dum Proserpina lupo  
ludit et aut uiolas aut candida lilia carpit,  
dumque puellari studio calathosque sinumque  
inplet et aequales certat superare legendo,  
paene simul uisa est dilectaque raptaque Diti; 395  
usque adeo est properatus amor. dea territa maestro  
et matrem et comites, sed matrem saepius, ore  
clamat; et ut summa uestem lanariat ab ora,  
collecti flores tunicis cecidere remissis.  
tantaque simplicitas puerilibus adfuit annis, 400  
haec quoque uirgineum mouit iactura dolorem.  
raptor agit curris et nomine quemque uocando  
exhortatur equos, quorum per colla iubasque  
excudit obscura tinctas ferrugine habenas,  
perque lacus altos et olentia sulphure fertur 405  
stagna Palicorum, rupta feruentia terra,  
et qua Bacchiadae, bimari gens orta Corintho,  
inter inaequales posuerunt moenia portus.

Est medium Cyanes et Pisaeae Arethusae,  
quod coit angustis inclusum cornibus aequor. 410  
hic fuit, a cuius stagnum quoque nomine dictum est,  
inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas.  
gurgite quae medio summa tenus extitit aluo  
agnouitque deam. "nec longius ibitis" inquit;  
"non potes inuitae Cereris gener esse; roganda, 415  
non rapienda fuit. quod si conponere magnis  
parua mihi fas est, et me dilexit Anapis;

V 291 summo ε λ. 296 loquentis M Br. 301 turbam N ε λ, poenam (turbam superscript.) M Br, pennam Merk. 328 est. es Plan. 329 coruo est M Br N ε λ. 344 possim M Br N. 346 comiecta λ, iniecta N ε. 353 eiecat M Br. ferox M Br N, fero ε λ uulg. 354 remoliri M Br λ. 363 depositique metus (corr. ex depositoque metu) M uulg. 370 terrae M<sup>2</sup> (in ras.) N ε λ, ponti codd. aliquot Naugerii. ipsumque—Tartara quid om. Br. 373 quae Heins., quoque M Br N ε λ. 382 auolat arcu M Br. 383 cornum Br<sup>1</sup> teste Gottl. Priscian. p. 211, cornu codd. 387 edit Br N λ. 389 hinc deest Br usque ad 588. 390 tyrios M N Heins., uarios ε λ uulg. 402 uocatos Heins. ex codd. 405 lacus sacros Diomedes p. 319 Merk.

exorata tamen, nec, ut haec, exterrita nupsi." dixit et in partes diuersas brachia tendens obstitit. haud ultra tenuit Saturnius iram, 420 terribilisque hortatus equos in gurgitis ima contortum ualido sceptrum regale lacerto condidit. ieta uiam tellus in Tartara fecit et pronos currus medio cratere recepit.

at Cyane raptamque deam contemptaque fontis 425 iura sui maerens, inconsolabile nullius mente gerit tacita lacrimisque absunitur omnis, et quarum fuerat magnum modo numen, in illas extennatur aquas. molliri membra uideres, ossa pati flexus, unguens posuisse rigorem; 430 primaque de tota tenuissima quaque liquescunt, caerulei crines digitique et crura pedesque; uam breuis in gelidis membris exilibus undas transitus est. post haec uereri quibusque latusque pectoraque in tennes abeunt enanida riuos. 435 denique pro uiuo uitiatas sanguine uenas

lympha subit, restatque nihil quod prendere possis.

Interea pauidae nequiquam filia matri omnibus est terris, omni quaesita profundo, illam non udis ueniens Anrora capillis 440 cessantem nidit, non Hesperus, illa duabus flammiferas pinus manibus succendit ab Actna perque pruinosas tulit inrequieta tenebras, rursus ubi alma dies hebetarat sidera, natam solis ab occasu solis quaerebat ad ortus. 445 fessa labore sitiū collegerat, oraque nulli colluerant fontes, cum lectam stramine nidit forte casam paruasque fores pulsauit; at inde

prodit anus diuaniue uidet lymphanque roganti dulce dedit, tosta quod tlexerat ante polenta. 450 dum bibit illa datum, duri puer oris et auidax constitit ante deam risitque anidanque nocant.

offensa est neque adhuc epota parte loquentem eum liquido mixta perfuldit diua polenta. 454 conbibit os maculas, et quae modo brachia gessit, crura gerit; cauda est mutatis addita membris; inque breuem formam, ne sit nis magna nocendi, contrahitur, paruaque minor mensura lacerta est. mirantem flentemque et tangere monstra parantem fugit anm latebramque petit; aptumque pudori nomen habet, uariis stellatus corpora guttis. 461

Quas dea per terras et quae errauerit undas, dicere longa mora est; quaerenti defuit orbis. Sicaniam repetit, dumque omnia lustrat enudo, 465 neuit et ad Cyanen. ea nisi mutata fuisset, omnia narrasset; sed et os et lingua nolenti dicere non aderant, nec quo loqueretur habebat.

signa tamen manifesta dedit notamque parenti, illo forte loco delapsam in gurgite sacro Persephones zonam summis ostendit in undis. 470 quam simul agnouit, tanquam tunc denique raptam scissit, inornatos lanauit dina capillos et repetita suis percussit pectora palmis.

nescit adhuc, ubi sit; frugum tamen increpat omnes ingratasque uocat nec frugum munere dignas, 475 Trinacriam ante alias, in qua nestigia damni repperit. ergo illic saena uertentia glaebas fregit aetra manu, parilique irata colonos ruricolaeque boues leta dedit araque inussit fallere depositum nitiatumque semina fecit. 480 fertilitas terrae, latum uulgata per orbem, lassa iacet; primis segetes moriuntur in herbis, et modo sol nimis, niuius modo corripit imber, sideraque nentique nocent, auidaeque uolueres semina iacta legit; lolium tribulique fatigant 485 triticeas messes et inexpugnabile grauen.

tum caput Eleis Alpheias extulit undis

rorantesque comas a fronte renouit ad aures atque ait "o toto quaesita uirginis orbe et frugum genetrix, immensos siste labores, 490 neue tibi fidae uiolenta irascere terrae, terra nihil meruit patuitque iuuita rapinae.

nee sum pro patria supplex; huc hospita ueni, Pisa mihi patria est et ab Elide ducimus ortus; 495 Sicaniam peregrina colo, sed gratior omni haec mihi terra solo est; hos nunc Arethusa penates, hanc habeo sedem; quam tu, mitissima, serua. mota loco cur sim tantique per aequoris undas aduehar Ortygiam, ueniet narratibus hora

tempestita meis, cum tu curaque leuata 500 et uultus melioris eris. mihi peruia tellus praebet iter, subterque imas ablata canernas hic caput attollo desuetaque sidera cerno. ergo dum Stygio sub terris gurgite labor, uisa tua est oculis illic Proserpina nostris; 505 illa quidem tristis neque adhuc interrita multu, sed regina tamen, sed opaci maxima mundi, sed tamen inferni pollens matrona tyranni."

Mater ad auditas stupuit cen saeua uoces attonitaeque diu similis fuit: utque dolore 510 pulsa graui grauis est amentia, curribus auras exit in aetherias. ibi toto nubila uultu ante fouem passis stetit inuidiosa capillis "pro" que "meo ueni supplex tibi, Iuppiter," inquit "sanguine proquetuo. si nulla est gratia matris, 515 nata patrem moueat; non sit tibi cura, precamur, uilior illius, quod nostro est edita partu. en quaesita diu tandem mihi nata reperta est,

si reperire uocas amittere certius, aut si 519 scire, ubi sit, reperire uocas. quod rapta, feremus, dum modo reddat eam; neque enim praedone marito filia digna tua est, si iam mea filia non est."

Iuppiter excepit: "commune est pignus omnisque nata mihi tecum. sed si modo nomina rebus addere nera placet, non hoc iniuria factum, 525 uerum amor est; neque erit nobis gener ille pudori, tu modo, diua, uelis. ut desint cetera, quantum est esse Ionis fratrem! quid quod non cetera desunt, nec cedit nisi sorte mihi? sed tanta cupido si tibi discidium est, repetet Proserpina caelum, 530 lege tamen certa, si nullos contigit illie ore cibos; nam sic Parcarum foedere cautum est."

Dixerat; at Cereri certum est educere uatam. non ita fata sinunt, quoniam inuicua uirgo solnerat et, cultis dum simplex errat in hortis, 535 puuicuum curua decerperat arbore pomum sumptaque pallenti septem de cortice grana presserat ore suo. solusque ex omniibus illud Ascalaphus uidit, quem quondam dicitur Orpheu, inter Auernales haud ignotissima nymphas, 540 ex Acheronte suo sinitis pepetisse sub atris; uidit et indicia reditum erudelis adem.

ingenuit regina Erebi testemque profanam fecit aem, sparsuque caput Phlegethontide lympha in rostrum et pluma et grandia lumina uertit. 545 ille sibi ablatum fuluis auicitur in alis, inque caput crescit, longosque reflectitur ungues, uixque monet natas per iueria brachia penuas; foedaque fit nolueris, nenturi mntia luctus, ignauus bulo, dirum mortalibus omen. 550

Hic tamen indicio puenam linguaque uideri conueneruisse potest; nobis, Acheloides, unde pluma pedesque auunt, cum uirginis ora goratis? an quia, cum legeret nernos Proserpina flores, in comituu numero, doctae Sirenes, cratis? 555 quam postquam toto frustra quaesistis in orbe, protinus ut nestrām sentirent aequora curam,

V 421 hortatur M N A. 426 inconsolabile M. 437 possis M in ras., posses N A. 445 ad occasus N et Heins. ex codd. ab ortu Heins. ex codd. 446 conceperat M N A Riese. 450 coxerat N A uulg. 460 pudori M Merk. Korn, color N in ras. A uulg. 461 stillatus Laehm. 467 quo Heins. ex codd. (corr. ex qua) N, qua M. A<sup>2</sup>, que A<sup>1</sup>. 482 lassa Bach, fessa C. Schenkl, falsa uulg., sparsa N A, cassa cod. unus Heins. 484 sidera cui A. 499 aduehor codd. nostri. 509 ut audita—uoc M. 511 oras Laehm. Lucr. p. 167. 513 sparsis A. 536 puuicuum M, puuicuum Merk., puuicuum uulg. 537 gliptaque callcuti Merk. coll. Plin. n. h. XIX 33. 541 furnis—sub atris; uulg. 546 in. ab M<sup>2</sup> uulg.

posse super fluctus alarum insistere remis  
optastis ; facilesque deos habuistis, et artus  
uidistis uestros subitis flauescere pennis. 560  
ne tamen ille canor mulcendas natas ad aures  
tantaque dos oris linguae deperderet usum,  
uirginei uultus et uox humana remansit.  
At medius fratrique sui maestraeque sororis  
Iuppiter ex aequo uolentem diuidit annum. 565  
nunc dea, regnorum numen commune duorum,  
cum matre est totidem, totidem cum coniuge menses.  
uertitur extemplo facies et mentis et oris ;  
nam modo quae poterat Diti quoque maesta uideri,  
laeta deae frons est, ut sol, qui tectus aquosis 570  
nubibus ante fuit, uictis e nubibus exit.  
Exigit alma Ceres, nata secura recepta,  
quae tibi causa fugae, cur sis, Arethusa, sacer fons.  
conticuere undae ; quarum dea sustulit alto  
fonte caput uiridesque manu siccata capillos 575  
fluminis Elei ueteres narrauit amores.  
“ pars ego nympharum, quae sunt in Achaide,” dixit  
“ una fui, nec me studiosius altera saltus  
legit, nec posuit studiosius altera casses.  
sed quamuis formae numquam mihi fama petita est,  
quamuis fortis eram, formosae nomen habebam. 581  
nec mea me facies nimium laudata iuuabat,  
quaque aliae gaudere solent, ego rustica dote  
corporis erubui crimenque placere putauit.  
lassa reuertebat (memini) Stymphalide silua ; 585  
aestus erat, magnamque labor geminauerat aestum.  
inuenio sine uertice aquas, sine murmure euntes,  
perspicuas ad humum, per quas numerabilis alte  
calculus omnis erat, quas tu nix ire putares.  
cana salicta dabant nutritaque populus unda 590  
sponte sua natas ripis declinibus umbras.  
accessi primumque pedis uestigia tinxit,  
poplite deinde tenuis ; neque eo contenta recingor  
molliaque inpono salici uelamina curuae  
nudaque mergor aquis. quas dum ferioque trahoque  
mille modis labens excussaue brachia iacto, 595  
nescioquod medio sensi sub gurgite murmur  
territaque insisto propioris margine fontis.  
“ quo properas, Arethusa ? ” suis Alpheos ab undis,  
“ quo properas ? ” iterum rauco mihi dixerat ore. 600  
sicut eram, fugio sine uestibus ; altera uestes  
ripa meas habuit. tanto magis instat et ardet ;  
et quia nuda fui, sum uisa paratior illi.  
sic ego currebam, sic me ferus ille premebat,  
ut fugere accipitrem penna trepidante columbae, 605  
ut solet accipiter trepidans urguere columbas.  
usque sub Orchemonen Psophidaque Cyllenenque  
Maenaltosque sinus gelidumque Erymanthon et Elin  
currere sustinui ; nec me uelocior ille.  
sed tolerare diu cursusus ego, niriibus impar, 610  
non poteram ; longi patiens erat ille laboris.  
per tamen et campos, per operfos arbore montes,  
saxa quoque et rupes et qua uia nulla, cucurri.  
sol erat a tergo : uidi praecedere longam  
ante pedes umbram, nisi si timor illa uidebat, 615  
sed certe sonitusque pedum terrebat et ingens  
crinales uitas adflabat anhelitus oris.  
fessa labore fugae “ fer opem, deprendimur,” inquam,  
“ armigerae, Diana, tuae, cui saepe dedisti

ferre tuos arcus inclusaque tela pharetra.” 620  
mota dea est spissisque ferens e nubibus unam  
me super iniecit. Iustrat caligine tectam  
annis et ignarus circum caua nubila quaerit.  
bisque locum, quo me dea tlexerat, inscius ambit  
et bis “ io Arethusa, io Arethusa ” uocauit. 625  
quid mihi tunc animi miserae fuit ? anne quod agnae  
est,  
siqua lupos audit circum stabula alta frementes,  
aut lepori, qui uepre latens hostilia cernit  
ora canum nullosque audet dare corpore motus ?  
non tamen abscedit ; neque enim uestigia cernit 630  
longius ulla pedum ; seruat nubemque locumque.  
occupat obsessos sudor mihi frigidus artus,  
caeruleaeque cadunt toto de corpore guttae,  
quaque pedem moui, manat lacus, eque capillis  
ros cadit, et citius, quam nunc tibi facta renarro,  
in latices mutor. sed enim cognoseit amatas 636  
amnis aquas, positoque uiri, quod sumpserat, ore  
uertitur in proprias, ut se mihi misceat, undas.  
Delia rupit humum, caecisque ego mersa cauernis  
aduheror Ortygiam, quae me cognomine diuae 640  
grata meae superas eduxit prima sub auras.”  
Hac Arethusa tenuis, geminos dea fertilis angues  
curribus admouit frenisque coereuit ora,  
et medium caeli terraeque per aera uecta est,  
atque leuem currum Tritonida misit in urbem 645  
Triptolemo ; partimque rudi data semina iussit  
spargere humo, partim post tempora longa recultae.  
iam super Europen sublimis et Asida terram  
uectus erat iuuenis ; Scythicas aduertitur oras.  
rex ibi Lynceus erat ; regis subit ille penates. 650  
qua ueniat, causamque uiae nomenque rogatus  
et patriam “ patria est clarae mihi ” dixit “ Athe-  
nae,  
Triptolemus nomen. ueni nec puppe per undas,  
nec pede per terras ; patuit mihi peruius aether.  
dona ferro Cereris, latos quae sparsa per agros 655  
frugiferas messes alimentaue uitia reddant.”  
barbarus inuidit, tantique ut muneris auctor  
ipse sit, hospitio recipit somnoque grauatum  
adgreditur ferro. conantem figere pectus  
lyncea Ceres fecit rursusque per aera iussit 660  
Mopsopium inuenem sacros agitare iugales.”  
Finierat dictos e nobis maxima cantus ;  
at nymphae uicisse deas Heliconae colentes  
concordi dixere sono. conuicia uictae 664  
cum facerent, “ quoniam ” dixit “ certamine uobis  
supplicium meruisse parum est, maledictaque culpae  
additis, et non est patientia libera nobis,  
ibimus in poenas et, qua uocat ira, sequemur.”  
rident Emathides spernuntque minacia uerba ;  
sonataeque loqui et magno clamore proteruas 670  
intentare manus, pennas exire per unguis  
adspexere suos, operiri brachia plumis ;  
alteraque alterius rigido conrescere rostro  
ora uidet, uolucresque nouas accedere siluis.  
dumque uolunt plangi, per brachia mota leuatae  
aere pendebant, memorum conuicia, picae. 676  
nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit  
raucaque garrulitas studiumque inmane loquendi.’

V 558 *remis. pennis* M N. 576 *alpei* M. 588-VI 412 extant in Br. 597 *nescio quid* M Br. 598 *propiori* N<sup>2</sup>, *ripae* ε pro uar. scr. λ, *fontis* M N Br ε uulg. 608 *clim* M. 619 *Dictynna* Heins. ex codd. 625 *io arethusa uocauit io arethusa* λ. 634 *lacus* ε pro uar. scr. 645 *cursum* Br. 651 *quid ueniat* M in ras. 662 *doctum—cantum* Br Korn, *doctos—cantus* M (s in ras.) N uulg., *dictos—cantus* λ Merk. Zingerle. 665 *facerent* M in ras. λ, *iacerent* Br N ε uulg. 669 *ridentemque athides* M Br, peiora cett., corr. Heins. *minantia* ε λ.



## LIBER SEXTVS

Praebuerat dietis Tritonia talibus aures  
 carminaque Aonidum iustanque probauerat iram.  
 tum secum 'laudare parum est; laudemur et ipsae  
 numina nec sperni sine poena nostra sinamus';  
 Maenoniaeque animum fatis intendit Arachnes, 5  
 quam sibi lanificae non cedere laudibus artis  
 audierat. non illa loco neque origine gentis  
 clara, sed arte fuit. pater huic Colophonius Idmon  
 Phloaico bibulas tinguebat murice lanas,  
 occiderat mater; sed et haec de plebe suoque 10  
 aequa viro fuerat. Lydas tamen illa per urbes  
 quaesierat studio nomen memorabile, quamuis  
 orta domo parua paruis habitabat Ilypaepis.  
 huius ut adspicerent opus admirabile, saepe  
 deseruere sui nymphae uincta Timoli, 15  
 deseruere suas nymphae Paeolides undas.  
 nec factas solum nesses spectare imabat;  
 tum quoque cum herent (tantus decor adfuit arti)  
 siue rudem primos lanam glomerabat in orbis,  
 seu digitis subigebat opus repetitaque longo 20  
 nellera mollibat nebulas aequantia tractu,  
 siue leui teretem uersabat pollice fusum,  
 seu pingebat acu, seires a Pallade doctam.  
 quod tamen ipsa negat, tantaque offensa magistra  
 'certet' ait 'mecum; nihil est quod uicta recensem.  
 Pallas anum simulat falsosque in tempora canos 26  
 addit et infirmos, baculo quos sustinet, artus.  
 tum sic orsa loqui: 'non omnia grandior aetas,  
 quae fugiamus, habet; seris uenit usus ab annis.  
 consilium ne sperne meum. tibi fama petatur 30  
 inter mortales faciendae maxima lanae;  
 cede deae ueniamque tuis, temeraria, dietis  
 suppliæ uoce roga; ueniam dabit illa roganti.  
 adspicit hanc toruis inceptaque lila relinquit  
 uixque manum retinens confessaque multibus iram  
 talibus obscurom rescuta est Pallada dietis: 36  
 'mentis inops longaque uenis confecta senecta.  
 et nimium uixisse diu nocet. audiat istas,  
 si qua tibi nurus est, si qua est tibi filia, uoces,  
 consilii satis est in me mihi; neue monendo 40  
 profecisse putes, eadem est sententia nobis.  
 cur non ipsa uenit? cur haec certamina uitas?'  
 tum dea 'uenit' ait, formamque remouit anilem  
 Palladaeque exhibuit. uenerantur numina nymphae  
 Mygdonidesque nurus; sola est non territa uirgo.  
 sed tamen erubuit, subitisque inuita notauit 46  
 ora rubor rursusque euanuit, ut solet aer  
 purpureus fieri, cum primum Aurora mouetur,  
 et breue post tempus candescere solis ab ortu.  
 perstat in incepto stolidaque cupidine palmae 50  
 in sua fata ruit; neque enim Ioue nata reusant,  
 uee monet ulterius, nec iam certamina differt.  
 haud mora, constituunt diuersis partibus ambae  
 et graeci geminas intendunt stamine telas.  
 tela iugo uincta est, stamen seceruit harundo, 55  
 inseritur medium radiis subtemen acutis,  
 quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum  
 percusso pauunt insecti pectine dentes.  
 utraque festinant cinctaeque ad pectora uestes  
 brachia docta mouent, studio fallente laborem. 60  
 illic et Tyrium quae purpura sensit aenum

textitur et tenues parui discriminis umbrae,  
 qualis ab imbre solet percusso solibus arcus  
 inficere ingenti longum eorumamine eaelum;  
 in quo diuersi niteant eum mille colores, 65  
 transitus ipse tamen spectantia lumina fallit;  
 usque adeo quod tangit idem est, tamen ultima  
 distant.  
 illic et lentum filis inmittitur aurum  
 et netus in tela deducitur argumentum.  
 Cecropia Pallas seopulum Mauortis in aere 70  
 pingit et antiquam de terrae nomine litem.  
 bis sex caelestes medio Ioue sedibus altis  
 angusta granitate sedent. sua quemque deorum  
 inseribit facies: Iouis est regalis imago;  
 stare deum pelagi longoque ferire tridente 75  
 aspera saxa facit, medioque e uulnere saxi  
 exiuisse fretum, quo pignore uindictae urbem;  
 at sibi dat clipeum, dat acutae cuspidis hastam,  
 dat galeam capiti, defenditur aegide pectus,  
 percussamque sua simulat de cuspide terram 80  
 edere eum bacis fetum eanentis oliuae  
 mirarique deos; operis Victoria luuis,  
 ut tamen exemplis intellegat acemula laudis,  
 quattuor in partes certamina quattuor addit, 85  
 clara colore suo, breuibus distincta sigillis.  
 Threicium Rhodopen habet angulus unus et  
 Haemum,  
 nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam,  
 nomina summorum sibi qui tribuere deorum.  
 altera Pygmaeae fatum miserabile matris 90  
 pars habet; hanc Iuno uictam certamine iussit  
 esse grauem populisque suis indicare bellum.  
 pinxit et Antigonen ausam contendere quondam  
 cum magni consorte Iouis, quam regia Iuno  
 in uoluerem uertit: nec profuit Ilium illi 95  
 Laumedonue pater, sumptis quin candida pennis  
 ipsa sibi plaudat crepitante riciona rostro.  
 qui superest solus, Cinyran habet angulus orbium;  
 isque gradus templi, natarum membra suarum,  
 amplectens saxoque iacens laerimare nidetur. 100  
 cirenit extremas oleis picalibus oras;  
 is modus est, operisque sua facit arbore finem.  
 Maconis elusam designat imagine tauri  
 Europam: uerum taurum, freta nera putares.  
 ipsa uidebatur terras spectare relictas 105  
 et comites clamare suas tactumque uereri  
 adsilientis aquae timidisque reducere plantas.  
 fecit et Asterion aquila luctante teneri;  
 fecit olorinis Ledam reuolare sub alis;  
 addidit, ut Satyri celatus imagine pulchram 110  
 Iuppiter impleat gemino Nyctoeida fetu,  
 Amphitryon fuerit, cum te, Tirynthia, cepit,  
 aureus ut Danaen, Asopida inserit ignis,  
 Mnemosyuen pastor, uariis Deoida serpens.  
 te quoque mutatum toruo, Neptune, iuuenco 115  
 uirgine in Aeolia posuit. tu nisus Knipeus  
 gignis Aloidas, aries Bisaltda fallis;  
 et te laua comas frugum mitissima mater  
 sensit equum, sensit uoluerem erinita colubris  
 mater equi uolueris, sensit delphina Melantho. 120

VI 15 *dumeta* Br. 18 ita interpunxit Capoferrens. 27 quoque codd., quos Riese, quod Hellmuth, baculum quod  
 Merk. 35 *manu* Br, *manus* t. l. 46 *exsiluit* Merk. 50 *in. et* M Br. *stolidae* codd., corr. Postgate. 52 *nec tunc* M  
 Br. 53 *consistunt* t. pro *uar. scr.* Korn. 55 *uincta* t. Sen. Ep. 90, 20. 58 *percussum* N, quod lato Sen. l. c. *pauunt*  
 Gruterus, *pariunt* cod. Sen., *paucit* Br<sup>1</sup>, *feriunt* M<sup>2</sup> N t. l., *quatiunt* t. *uar.* 59 *festinat* t. l. 61 *scitit* t. l. 63 *percussis*  
 codd., corr. Postgate. *q. sole solet*—*intribus* Housman. 77 *fretum* Br<sup>1</sup> M<sup>1</sup>, *ferum* N<sup>2</sup> t. l. 82 *operi* Heins. ex codd.  
 87 *Haemon* Heins. ex codd. 107 *recludere* M Br N t. l., *recondere* t., corr. Heins. ex codd. 111 *impleret* M Br t. l. 113  
*igneus* N, probauit Heins. 117 *bisaltda* codd.

omnibus his faciemque suam faciemque locorum reddidit. est illic agrestis imagine Phoebus, utque modo accipitris pennas, modo terga leonis gesserit, ut pastor Macareida luserit Issen; Liber ut Erigone falsa deeeperit uua; ut Saturnus equo geminum Chirona crearit. ultima pars telae, tenui circumdata limbo, nexilibus flores hederis habet intertextos. non illud Pallas, non illud carpere Liuor possit opus. doluit successu flaua uirago et rupit pietas, caelestia crimina, uestes. utque Cytoriaco radium de monte tenebat, ter quater Idmoniae frontem percussit Arachnes. non tulit infelix laqueoque animosa ligauit guttura. pendentem Pallas miserata leuauit atque ita 'uiue quidem, pende tamen, improba' dixit 'lexque eadem poenae, ne sis secura futuri, dicta tuo generi serisque nepotibus esto.' post ea discedens suis Hecateidos herbae sparsit; et extemplo tristi medicamine tactae defluxere comae, cum quis et naris et aures, fitque caput minimum, toto quoque corpore parua est; in latere exiles digiti pro cruribus haerent; cetera uenter habet; de quo tamen illa remittit stamen et antiquas exercet aranea telas. Lydia tota fremit, Phrygiaeque per oppida facti rumor it et magnum sermonibus occupat orbem. ante suos Niobe thalamos cognouerat illam, tum cum Maeoniam uirgo Sipyllumque colebat; nec tamen admonita est poena popularis Arachnes cedere caelitis uerbisque minoribus uti. multa dabant animos; sed enim nec coniugis artes, nec genus amborum magnique potentia regni sic placuere illi, quamuis ea cuncta placerent, ut sua progenies: et felicissima matrum dicta foret Niobe, si non sibi uisa fuisset. nam sata Tiresia uenturi praescia Manto per medias fuerat, diuino conceita motu, uaticinata uias: 'Ismenides, ite frequentes et date Latonae Latonigenisque duobus cum prece tura pia lauorque innectite erinemi. ore meo Latona iubet.' paretur, et omnes Thebaides iussis sua tempora frondibus ornant turaque dant sanctis et uerba precantia flammis. ecce uenit comitum Niobe celeberrima turba, uestibus intexto Phrygiis spectabilis auro, et, quantum ira sinit, formosa; mouensque decore cum capite inmissos uerum per utrumque capillos constitit; utque oculos circumtulit alta superbos, 'quis furor auditos' inquit 'praeponere uisis caelestes? aut cur colitur Latona per aras, numen adhuc sine ture meum est? mihi Tantalus auctor, cui licuit soli superiorum tangere mensas. Pleiadum soror est genetrix mea, maximus Atlas est auus, aetherium qui fert ceruicibus axem, Iuppiter alter auus; socero quoque glorior illo. me gentes metuunt Phrygiae, me regia Cadmi sub domina est, fidibusque mei commissa mariti moenia cum populis a meque uiroque reguntur. in quacumque domus aduertit lumina partem, immensae spectantur opes. accedit eodem digna dea facies. huc natas adice septem et totidem inuenes et mox generosque nurusque. quaerite nunc, habeat quam nostra superbia laudem, nescioquoque andete satam Titanida Coeo Latonam praefere mihi, cui maxima quondam exiguan sedem pariturae terra negauit. nec caelo nec humo nec aquis dea uestra recepta est;

exul erat mundi, donec miserata uagantem "hospita tu terris erras, ego" dixit "in undis" instabilemque locum Delos dedit. illa duorum facta parens; uteri pars haec est septima nostri. sum felix; quis enim neget hoc? felixque manebo; hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit. maior sum quam cui possit Fortuna nocere, multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet. excessere metum mea iam bona. fingite denique huic aliquid populo natorum posse meorum, non tamen ad numerum redigar spoliata duorum, Latonae turbam; quae quantum distat ab orba? infectis proprate sacris, laurumque capillis deponite.' deponunt et sacra infecta relinquant, quodque licet, tacito uenerantur murmure numen. Indignata dea est summoque in uertice Cynthi talibus est dictis gemina cum prole locuta: 'en ego uestra parens, uobis animosa creatis, et, nisi Iunoni, nulli cessura dearum, an dea sim dubitor perque omnia saecula cultis arceor, o nati, nisi uos succurratis, aris. nec dolor hic solus; diro conuicia facto Tantalus adiecit uosque est postponere natis ausa suis, et me, quod in ipsam recidat, orbam dixit et exhibuit linguam sclerata paternam.' adiectura preces erat his Latona relatis: 'desine' Phoebus ait; 'poenae mora longa querella est,' dixit idem Phoebe; celerique per aera lapsu contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem. planus eras lateque patens prope moenia campus, adsiduis pulsatus equis, ubi turba rotarum duraque mollierat subiectas ungula glaebas. pars ibi de septem genitis Amphione fortes conscendunt in equos Tyrioque rubentia suco terga prenunt auroque graues moderantur habenas. e quibus Ismenes, qui matri sarcina quondam prima suae fuerat, dum certum flectit in orbem quadrupedis cursus spumantiaque ora coeret, 'ei mihi' conclamat medioque in pectore fixa tela gerit, frenisque manu moriente remissis in latus a dextro paulatim defluit armo. proximus, audito sonitu per inane pharetrae, frena dabat Sipyllus, ueluti cum praescius imbris nube fugit uisa pendenciaeque undique rector carbasa deducit, ne qua leuis effluat aura. frena tamen dantem non euitabile telum consequitur; summaque tremens ceruice sagitta haesit et exstabat nudum de gutture ferrum. ille, ut erat, pronus per colla admissa iubasque uoluitur et calido tellurem sanguine foedat. Phaedimus infelix et auiti nominis heres Tantalus, ut solito finem inposuere labori, transierat ad opus nitidae iuuenale palaestrae et iam contulerant arto luctantia nexu pectora pectoribus, cum tento conceita neruo, sicut erant iuncti, traiecit utrumque sagitta. ingemuere simul, simul incuruata dolore membra solo posuere, simul suprema iacentes lumina uersarunt, animam simul exhalarunt. adspicit Alphenor laniantaque pectora plangens aduolat, ut gelidos complexibus adleuet artus. inque pio cadit officio; nam Delius illi intima fatifero rupit praecordia ferro. quod simul eductum est, pars est pulmonis in hamis eruta, cumque anima cruor est effusus in auras. at non intonsum simplex Damasichthona uulnus adiecit. ictus erat, qua crus esse incipit et qua mollia neruosus facit internodia poples.

VI 130 *raua* Bentl. 165 *creberrima* M Br N ε. 184 *laudem* M Br, *causam* N ε λ. 200 post 203 codd., traiecit Gronouius. *quae* codd., *qua* Bentl. 201 *ite satis propere* codd., corr. Withof, *ite*; *satisque superque sacri* est Ellis, alii alia. 202 *infectaque sacra* Heins. 212 *recidat* ε, *decidat* M Br N λ in ras. 223 *auroque graues*—*habenae* codd. aliquot, *auro grauidas*—*habenae* ε, *auro grauidis*—*habenae* M Br N λ. 224 *ismenes* ε Merk. 231 *imbris* Heins. ex codd., *imbres* codd. 234 *t. dantem* B<sup>2</sup> ε, *t. tandem* M B<sup>1</sup>, *dabat tamen hunc* N<sup>2</sup> λ, *dabat dantem* Heins. 236 *crudum* Polle. 237 *colla* Heins. ex codd., *crura* codd. *ammissa* M Br. 243 *contorto* M ε, *contorto* N in ras. 249 *euolat* M Br N λ.

dumque manu temptat trahere exitiabile telum,  
altera per iugulum penius tenuis acta sagitta est.  
expulit hanc sanguis seque ei aculatus in altum  
emicat et longe terebrata prosilit aura. 260  
ultimus Ilioneus non profectura precando  
bracchia sustulerat, 'di' que 'o communiter omnes,'  
dixerat, ignarus non omnes esse rogandos,  
'parcite.' motus erat, cum iam reuocabile telum  
non fuit, Acretenens. minimo tamen occidit ille  
uulnere, non alte percusso corde sagitta. 266

Fama mali populique dolor laerimaeque suorum  
tam subitae matrem certam fecere ruinae,  
mirantem potuisse irascentemque, quod ausi  
hoc essent superi, quod tantum iuris haberent. 270  
nam pater Amphion ferro per pectus adacto  
finierat moriens pariter cum luce dolorem.  
heu quantum haec Niobe Niobe distabat ab illa,  
quae modo Latois populum submouerat aris  
et mediam tulerat gressus resupina per urbem, 275  
inuidiosa suis, at nunc miseranda uel hosti.  
corporibus gelidus incumbit et ordine nullo  
oscula dispensat natos suprema per omnes.  
a quibus ad caelum liuentia bracchia tollens  
"pascere, crudelis nostro, Latona, dolore, 280  
pascere" ait "satiique meo tua pectora luctu;  
281 efferor. exulta uictrixque inimica triumpho.  
283 erit autem uictrix? miserae mihi plura supersunt,  
quam tibi felici; post tot quoque funera uiuico." 285  
dixerat, et sonuit contento ueruus ab aera.

qui praeter Nioben unam conterruit omnes;  
illa malo est audax. stabant cum uestibus atris  
ante toros fratrum demisso erine sorores.  
e quibus una trahens haerentia uiscere tela 290  
inposito fratri moribunda relanguit ore;  
altera solari miseram conata parentem  
conticuit subito duplicataque uulnere caeco est. 293  
haec frustra fugiens conalabitur, illa sorori  
295 immoritur, latet haec, illam trepidare nideres.  
sexque datis leto diuersaque uulnera passis  
ultima restabat. quam toto corpore mater,  
tota ueste tegens "unam minimamque relinque;  
de multis minimam posco" clamauit "et unam." 300  
dumque rogat, pro qua rogat, occidit. orba resedit  
exanimis inter natos natasque mirumque  
deriguitque malis. nullos mouet aura capillos,  
in uultu color est sine sanguine, lumina maestis  
stant immota genis, nihil est in imagine uiuum. 305  
ipsa quoque interius cum duro lingua palato  
congelat, et uenae desistant posse moueri;  
nec flecti ceruix, nec bracchia reddere motus,  
nec pes ire potest; intra quoque uiscera saxum est.  
flet tamen. et ualidi circumdata turbine nenti 310  
in patriam raptam est. ibi fixa caecamine montis  
liquitur, et lacrimas etiam nunc marmora manant.

Tunc uero cuncti manifestam numinis iram  
femina uirque timent cultuque impensis omnes  
magna gemelliparae uenerantur numina diuae. 315  
utque fit, a facto propiore priora renarrant.  
e quibus unus ait: "Lyciae quoque fertilis agris  
non in pane deam ueteres spreneret coloni.  
res obscura quidem est ignobilitate uirorum,  
mira tamen. uidi praesens stagnumque loennique  
prodigio notum. nam me iam grandior aeno 321  
impatiensque uiae genitor deducere lectos  
iusserat inde boues gentisque illius eunti  
ipse decem dederat. cum quo dum pascua lustris,  
ecce laeu medio sacrorum nigra fauilla 325  
ara uetus stabat, tremulis circumdata cannis.  
restitit et pauido "fauces mihi" murmure dixit  
dux meus; et simili "fauces" ego murmure dixi.

Naiadum Faunine foret tamen ara rogabam  
indigenaeue dei, cum talia rettulit hospes: 330  
"non hac, o iuuenis, montanum numen in ara est;  
illa suam uocat hanc, cui quondam regia coniunx  
orbem interdixit, quam uix erratica Delos  
orantem accepit, tum cum leuis insula nabat.  
illie incumbens cum Palladis arbore palmae 335  
edidit inuita geminos Latona nouerca.  
hinc quoque lunonem fugisse puerpera fertur  
inque suo portasse sinu, duo numina, natos.  
iamque Chimaeferae, cum sol grauis ureret arua,  
finibus in Lyciae longo dea fessa labore 340  
sidereo siccata sitim collegit ab aestu,  
uberaque ebiberant auidi lactantia nati.  
forte laeuum medioeris aquae prospexit in imis  
vallibus; agrestes illie fruticosa legebant  
uimina cum iuncis gratamque paludibus uluam.  
accessit positoque genu Titania terram 346  
pressit, ut hauriret gelidos potura liquores.  
rustica turba uetat. dea sic adfata uetantes:  
"quid prohibetis aquis? usus communis aquarum  
est.

nee solem proprium natura nec aera fecit 350  
nee tenues undas; ad publica munera ueni.  
quae tamen ut detis, supplex peto. non ego nostros  
ablueri hic artus lassataque membra parabam,  
sed releuare sitim. caret os umore loquentis  
et fauces arent, uixque est uia uocis in illis. 355  
haustus aquae mihi nectar erit, uitamque fatebor  
accepisse simul; uitam dederitis in unda.  
hi quoque uos moueant, qui nostro bracchia tendunt  
parua sinu"; et casu tendebant bracchia nati. 359  
quem non blanda deae potuissent uerba mouere?  
hi tamen orantem perstant prolibere minasque,  
ni procul abscedat, conuiciaque insuper addunt.  
nee satis est: ipsos etiam pedibusque manumque  
turbauere lacus inuocet e gurgite mollem  
huc illuc linum saltu mouere maligno. 365  
distulit ira sitim; neque enim iam filia Coci  
supplicat indignis, nec dicere sustinet ultra  
uerba minora dea, tollensque ad sidera palmas  
"aeternum stagno" dixit "inuiatis in isto."  
eueniunt optata deae; iuuat esse sub undis 370  
et modo tota caua submergere membra palude,  
nunc proferre caput, summo modo gurgite mare,  
saepe super ripam stagni consistere, saepe  
in gelidus resilire lacus. sed nunc quoque turpes  
litibus exercent linguas pulsoque pudore, 375  
quamnis sint sub aqua, sub aqua maledicere temp-  
tant.

uox quoque iam rauca est, inflataque colla tu-  
mescunt,  
ipsaque dilatant patulos conuicia rictus.  
terga caput tangunt, colla interepta uidentur,  
spina uiret, uenter, pars maxima corporis, albet, 380  
limosoque nouae saliunt in gurgite ranae."

Sic ubi nescioquis Lycia de gente uirorum  
rettulit exitium, Satyri reminiscitur alter,  
quem Tritoniaca Latous harundine uictum  
adfecit poena. "quid me mihi detrahis?" inquit:  
'a piget, a non est' clamabat 'tibia tanti.' 386  
clamanti cutis est summos direpta per artus,  
nec quicquam nisi uulnus erat; error undique manat,  
detectique patent nerui, trepidaeque sine ulla  
pelle micant uenae; salientia uiscera possis 390  
et perlucentes numerare in pectore libras.  
illum riuicolas, siluarum numina, Fauni  
et Satyri fratres et tunc quoque carnis Olympus  
et Nymphae flerunt, et quisquis montibus illis  
lanigerosque greges armentaue buera pauit. 395

VI 259 *iaculatus* Heins. ex codd., *iaculatus* M Br N s λ. 282 *corque ferum satia dixit per funera septem* codd. plerique, expulit Heins., idem seruato hoc u. 281 expulsurus. 289 *rogos* s λ. 293 *toto est* M Br, *tota est* N. 294 *oraque compressit* (non *pressit* λ) *nisi postquam spiritus ibat* codd. plerique, expulit Heins. 303 *deriguit* s λ. 313 *tum* s Merk. 327 *pauido* λ, *pauilo* M Br N s, *paruo* codd. pauci. 330 *indigenaeue* Heins., *indigenaeue* uulg. 333 *orbis* codd. Naugerii. 334 *errantem* s Merk. 341 *concepit* s λ. 348 *uclant* Heins. Merk. 349 *aquas* s λ. 370 *et uenit* M λ. 387 *decepta* Heins. 390 *posses* N s λ. 393 *tum* Housman.

fertilis innaduit madaefactaque terra caducas  
 concepit lacrimas ac uenis perbibit inis ;  
 quas ubi fecit aquam, uacuas emisit in auras.  
 inde petens rapidus ripis decliuibus aequor  
 Marsya nomen habet, Phrygiaeliquidissimus amnis.  
 Talibus extemplo redit ad praesentia dietis 401  
 uulgus et exstinctum cum stirpe Amphiona luget.  
 materiniuidia est. tamen hanc quoque dicitur unus  
 flesse Pelops, umeroque, suas a pectore postquam  
 deduxit uestes, ebur ostendisse sinistro. 405  
 concolor hic umerus nascendi tempore dextro  
 corporeusque fuit ; manibus mox caesa paternis  
 membra ferunt iunxisse deos ; aliisque repertis,  
 qui locus est iuguli medius summique lacerti,  
 defuit. inpositum est non comparentis in usum 410  
 partibus ebur, factoque Pelops fuit integer illo.  
 Finitimi proceres coeunt, urbesque propinqua  
 orauere suos ire ad solacia reges,  
 Argosque et Sparte Pelopeiadesque Myccnae  
 et nondum toruae Calydon inuisa Dianae 415  
 Orchomenosque ferax et nobilis aere Corinthus  
 Messeneque ferox Patraeque humilesque Cleonae  
 et Nelea Pylos, neque adhuc Pittheia Troezen,  
 quaeque nrbes aliae bimari clauduntur ab Isthmo  
 exteriusque sitae bimari spectantur ab Isthmo. 420  
 credere quis posset? solae cessastis Athenae.  
 obstitit officio bellum, subuectaque ponto  
 barbara Mopsopios terrebant agmina muros.  
 Threicius Tereus haec auxiliariis armis  
 fuderat et clarum uincendo nomen habebat ; 425  
 quem sibi Pandion opibusque uirisque potentem  
 et genus a magno ducentem forte Gradiuo  
 conubio Proenes iunxit. non pronuba Iuno,  
 non Hymenaeus adest, non illi Gratia lecto ;  
 Eumenides tenere faces de funere raptas, 430  
 Eumenides strauere torum, tectoque profanus  
 incubuit bubo thalamique in culmine sedit.  
 hac aue coniuncti Proene Tereusque, parentes  
 hac aue sunt facti. gratata est scilicet illis  
 Thracia, disque ipsi grates egere diemque, 435  
 quaque data est claro Pandione nata tyranno,  
 quaque erat ortus Itys, festum iussere uocari.  
 usque adeo latet utilitas. iam tempora Titan  
 quinque per autumnos repetiti duxerat anni,  
 cum blandita uiro Proene 'si gratia' dixit 440  
 'ulla mea est, uel me uisendam mitte sorori,  
 uel soror huc ueniat. redituram tempore paruo  
 promittis socio ; magni mihi muneris instar  
 germanam uidisse dabis.' iubet ille carinas  
 in freta deduci ueloque et remige portus 445  
 Cecropius intrat Piraeaeque litora tangit.  
 ut primum soceri data copia, dextera dextrae  
 iungitur. infausto committitur omine sermo.  
 coeperat aduentus causam, mandata referre  
 coniugis et celeres missae spondere recursus ; 450  
 ecce uenit magno diues Philomela paratu,  
 diuiter forma ; quales audire solemus  
 Naidas et Dryadas mediis incedere siluis,  
 si modo des illis cultus similesque paratus.  
 non secus exarsit conspecta uirgine Tereus, 455  
 quam siquis canis ignem supponat aristis,  
 aut frondem positasque cremet faenilibus herbas.  
 digna quidem facies ; sed et hunc innata libido  
 exstimulat, pronumque genus regionibus illis  
 in Venerem est ; flagrat uitio gentisque suoque. 460  
 inpetus est illi comitum corrumpere curam  
 nutritisque fidem, nec non ingentibus ipsam  
 sollicitare datis totumque impendere regnum,  
 aut rapere et saeuo raptam defendere bello.

et nihil est quod non effreno captus amore 465  
 ausit, nec capiunt inclusas pectora flammis.  
 iamque moras male fert cupidoque reuertitur ore  
 ad mandata Proenes et agit sua uota sub illa.  
 facundum faciebat amor ; quotiensque rogabat  
 ulterius iusto, Proenen ita uelle ferebat. 470  
 addidit et lacrimas, tamquam mandasset et illas.  
 pro superi, quantum mortalia pectora caecae  
 noctis habent ! ipso sceleris molimine Tereus  
 creditur esse pius laudemque a crimine sumit.  
 quid quod idem Philomela cupit patriosque lacertis  
 blanda tenens umeros, ut eat uisura sororem, 476  
 perque suam contraque suam petit ipsa salutem.  
 spectat eam Tereus praectretatque uidendo,  
 osculaque et collo circumdata brachia cerneus  
 omnia pro stimulis facibusque ciboque furoris 480  
 accipit ; et quotiens amplectitur illa parentem,  
 esse parens uellet ; neque enim minus inpius esset.  
 uincitur ambarum genitor proce. gaudet agiturque  
 illa patri grates et successisse duabus  
 id putat infelix, quod erit lugubre duabus. 485  
 iam labor exiguus Phoebio restabat, equique  
 pulsabant pedibus spatium decliuis Olympi ;  
 regales epulae mensis et Bacchus in auro  
 ponitur. hinc placido dantur sua corpora somno.  
 at rex Odrysins, quamuis secessit, in illa 490  
 aestuat ; et, repetens faciem motusque manusque,  
 qualia uult fingit quae nondum uidit, et ignes  
 ipse suos nutrit, cura remouente soporem.  
 lux erat, et generi dextram complexus euntis  
 Pandion comitem lacrimis commendat obortis : 495  
 'hanc ego, care gener, quoniam pia causa coegit  
 et uolueret ambae, uoluisti tu quoque, Tereu,  
 do tibi, perque fidem cognataque pectora supplex  
 per superos oro, patrio ut tuearis amore  
 et mihi sollicitae lenimen dulce senectae 500  
 quam primum (omnis erit nobis mora longa) remittas.  
 tu quoque quam primum (satis est procul esse  
 sororem)'  
 si pietas ulla est, ad me, Philomela, redito.  
 mandabat pariterque suae dabat oscula natae,  
 et lacrimae mites inter mandata cadebant. 505  
 utque fide pignus dextras utriusque poposcit  
 inter seque datas iunxit, natamque nepotemque  
 absentes pro se memori rogat ore salutent ;  
 supremumque uale pleno singultibus ore  
 uix dixit timuitque suae praesagia mentis. 510  
 ut semel inposita est pictae Philomela carinae,  
 admotumque fretum remis tellusque repulsa est,  
 'uicimus,' exclamat 'mecum mea uota feruntur',  
 exultatque et uix animo sua gaudia differt  
 barbarus, et nusquam lumen deroretur ab illa ; 515  
 non aliter quam cum pedibus praedator obuncis  
 deposuit nido leporem Iouis ales in alto ;  
 nulla fuga est capto, spectat sua praemia raptor.  
 iamque iter effectum, iamque in sua litora fessis  
 puppibus exierant, cum rex Pandione natam 520  
 in stabula alia trahit, siluis obscura uetustis,  
 atque ibi pallentem trepidamque et cuncta timentem  
 et iam cum lacrimis, ubi sit germana, rogantem  
 ineludit fassusque nefas et uirginem et unam  
 ui superat, frustra clamato saepe parente, 525  
 saepe sorore sua, magnis super omnia diuis.  
 illa tremit uelut agna pauens, quae saucia cani  
 ore excussa lupi nondum sibi tuta uidetur,  
 utque columba suo madaefactis sanguine plumis  
 horret adhuc audiosque timet, quibus haeserat,  
 unguis. 530  
 mox ubi mens rediit, passos laniata capillos,

VI 399 *rapidum* codd., corr. Housman ex Plan. 403 *tamen hanc* codd. rec. Housman, *hanc tunc* codd. nostri. 405 *diduxit* Const. Fanensis Merk. 412 *hic desinit* Br. 417 *patereque* codd., corr. Raph. Regius. 422 *subiectaque* M N λ ε, *subuectaq.* ε pro uar. ser. 428 *Proenes* scribo hic et alibi, inter e et g uariant codd. 435 *Thraee* Lachm. *ipsi* Heins. ex codd., *ipsi* M N ε λ. 441 *uisendae* Heins. 443 *infausto* M ε λ N in ras., *et fausto* Burn. ex codd. multis. *omine* M in marg., *ordine* M N ε λ. 454 *similis* M. 465 *inopino c. a.* Priscian. p. 482. 489 *tempora* Housman coll. fast. II 327. 497 et Heins. ex codd., ut M N ε λ. 505 *dites* Merk. 506 *utque fide* Priscian. p. 366, *utque fidei* N ante ras., ut *fidei* codd. cett. 516 *aduneis* M in marg. ε λ. 519 *effectum est* λ.

ludenti similis, caesis plangore lacertis,  
intendens palmas 'o diris barbatae factis,  
o erudelis' ait, 'nec te indata parentis  
cum lacrimis mouere piis nec eura sororis  
nec mea uirginitas nec coniugalia iura?  
omnia turbasti, paelex ego facta sororis,  
tu geminus coniunx, hostis mihi debita Proene.  
quim animam hanc, ne quod facinus tibi, perfore,  
restet,  
eripis? atque utinam fecisses ante nefandos  
conuubit; uacuas habuissent criminis umbras.  
si tamen haec superi cernunt, si numina diuum  
sunt aliquid, si non perierunt omnia mecum,  
quandocumque mihi poenas dabis. ipsa pudore  
proiecto tua facta loquar. si copia detur,  
in populos ueniam; si siluis elausa tenebor,  
inplebo siluas et conscia saxa mouebo;  
audiet haec aether, et si deus ullus in illo est.'  
talibus ira feri postquam commota tyranni,  
nec minor hae metus est, causa stimulatus utraque,  
quo fuit accinetus, uagina liberat ensem  
arrepitamque coma flexis post terga lacertis  
uincla pati cogit. iugulum Philomela parabat  
spemque snae mortis uiso conceperat ense;  
ille indignantem et nomen patris usque uocantem  
luctantemque loqui comprehensam foreipe linguam  
abstulit ense ferro. radix micat ultima linguae;  
ipsa laeet terraeque tremens inurimrat atrae,  
utque salire solet mutilatae cauda colubrae,  
palpitat et moriens dominae uestigia quaerit.  
hoc quoque post facinus (nix ausim credere) fertur  
saepe sua laecerum repetisse libidine corpus.  
sustinet ad Proenen post talia facta reuertit,  
coniuge quae uiso germanam quaerit. at ille  
dat gemitus fecet commentaque funera narrat,  
et lacrimae fecere fidem. uelamina Proene  
deripit ex umeris auro fulgentia lato  
induiturque atras uestes et inane sepulcrum  
constituit falsisque piaeuia manibus infert  
et luget non sic lugendae fata sororis.  
signa deus bis sex acto lustrauerat anno:  
quid faciat Philomela? fugam custodia elaudit;  
strueta rigent solido stabulorum moenia saxo;  
os mutum facti caret indicae. grande doloris  
ingenium est, miserisque uenit solertia rebus.  
stamina barbarica suspendit callida tela  
purpureasque notas filis intexuit albis,  
indicium sceleris, perfectaque tradidit uni,  
utque ferat dominae gestu rogat illa. rogata  
pertulit ad Proenen, nec seit quid tradat in illis.  
euoluit uestes saeni matrona tyranni  
fortunaque suae earum miserabile legit,  
et (mirum potuisse) silet. dolor ora repressit;  
uerbaque quaerenti satis indignantem linguae  
defuerunt, nec flere naecat; sed fasque nefasque  
confusura ruit, poenaeque in imagine tota est.  
Tempus erat, quo sacra solent trieterica Baechi  
Sithoniae celebrare nurus; nox conscia sacris.  
nocte sonat Rhodope timittibus aeris acuti;  
nocte sua est egressa domo regina deique  
ritibus instruitur furialiaque accipit arma.  
uite caput tegitur, lateri ceruina sinistro  
uellera dependent, uero lenis ineubat hasta.  
conecta per siluas turba comitata suarum  
terribilis Proene furis que agitata doloris,  
Baechi, tuas simulat. uenit ad stabula ania tandem  
exultatque euoque sonat portasque refringit  
germanamque rapit; raptaque insignia Baechi

induit et uultus hederarum frondibus abdit,  
attonitamque trahens intra sua moenia ducit. 600  
ut sensit tetigisse domum Philomela nefandam,  
horruit infelix totoque expalluit ore.  
nacta locum Proene saerorum pignora demit  
oraque deuolat miserae pudibunda sororis  
amplexumque petit. sed non attollere contra 605  
sustinet haec oculos, paelex sibi uisa sororis,  
deiecto in humum uultu iurare uolenti  
testarique deos, per uim sibi dedecus illud  
inlatum, pro uoce manus fuit. ardet et iram  
non capit ipsa suam Proene; fletumque sororis 610  
corripuens 'non est lacrimis hoc' inquit 'agendum,  
sed ferro, sed siquid habes, quod uincere ferrum  
possit. in omne nefas ego me, germana, paraui.  
aut ego, eum facibus regalia teata eremaro,  
artificem mediis immittam Terea flammis, 615  
aut linguam aut oculos et quae tibi membra pudorem  
abstulerunt, ferro rapiam aut per uulnera mille  
sontem animam expellam. magnum quodeumque  
parari;  
quid sit, adhuc dubito.' peragit dum talia Proene,  
ad matrem ueniebat Itys. quid possit ab illo 620  
admonita est; oculisque tuens inmitibus 'a, quam  
es similis patri' dixit. nec plura locuta  
triste parat facinus taetaque exaestuauit ira.  
ut tamen accessit natus matrique salutem  
attulit et paruis adduxit colla lacertis 625  
mixtaque blanditis puerilibus oscula iunxit,  
mota quidem est genitrix infractaque constitit ira  
inuitique oculi lacrimis maduere coactis.  
sed simul ex nimia mentem pietate labare  
sensit, ab hoc iterum est ad uultus uersa sororis 630  
inque uisem spectans ambos 'eur adnouet' inquit  
'alter blanditias, raptas silet altera lingua?  
quam uocat hic matrem, cur non uocat illa sororem?  
eni sis nupta, uide, Pandione nata, marito.  
degeneras; scelus est pietas in coniuge Tere.' 635  
nec mora, traxit Ityn, ueluti Gangeticae eruae  
lactentem fetum per siluas tigris opaeas;  
utque domus altae partem temere remotam,  
tendentemq; manus et iam sua fata uidentem  
et 'mater, mater' elamantem et colla petentem 640  
ense ferit Proene, lateri qua pectus adhaeret,  
nec uultum uertit. satis illi ad fata uel unum  
uulnus erat; iugulum ferro Philomela resoluit.  
uiuaque adhuc animaeque aliquid retinentia membra  
dilatant. pars inde eaus exultat aenis, 645  
pars neribus stridunt; manant penetralia tabo.  
his adhibet coniunx ignarum Terea mensis  
et patrii moris saerum mentita, quod uni  
fas sit adire uiro, comites famulosque remouit.  
ipse sedens solio Tereus sublimis auito 650  
uocatur inque suam sua misera congerit aluum;  
tantaque nox animi est, 'Ityn huc accersite' dixit.  
dissimulare nequit crudelia gaudia Proene,  
iamque suae cupiens existere nuntia cladis,  
'intus habes, quem posesis' ait. circumspicit ille 655  
atque ubi sit quaerit. quaerenti iterumque uo-  
eanti,  
sicut erat sparsis furiali caede capillis,  
prosiluit Ityosque caput Philomela eruentum  
misit in ora patris; nec tempore maluit ullo  
posse loqui et mentis testari gaudia dictis. 660  
Thraecius ingenti mensas clamore repellit  
uipereasque ciet Stygia de nalle sorores;  
et modo, si posset, reserato pectore diras  
egerere inde dapes demersaque uiscera gessit,

VI 532 hunc u. damnat Heins. alii. 538 debita codd. uid. Ib. 30 et quae Ellis illic adnotauit, *debita* Birt recepit Korn. *Progne* Withof, *poena* codd. 567 *deripit* ed. Veneta 1486. 576 *caudata* M<sup>2</sup> A, *pallida* M N, *callida* Heins. ex codd., *Pallade telae* Merk. 580 *uocet* M N A. 582 *fortunaeq.* M N A, *germanaeq.* Heins. Housman. *fatum* unus cod. Housman. 583 *orsa* Merk. 593 *tergora* Bentl. 602 *corruit* M. 605 *amplexum*, *amplexu* Heins. ex codd. 611 *hoc*, *hic* N Heins. 613 *possit* A. 614 *eremabo* codd., *eremuro* Heins. ex codd. 629 *ex nimia* N, *crimina* M A, *ac nimia* Bentl. *mentem* unig., *mortem* M N A. 646 *stridunt* N, *stridunt* A. 652 *accersite* N A. 658 *Itysq.* edd., *itysq.* uel *itysq.* codd., *Itysq.*, *Itlyq.* Heins. 660 *mentis* unus uoc., *uicitis* M N A. 663 *possit* Heins. 664 *demersaq.* Raph. Regins, *om'er'aq.* N, *om'ersq.* M A.

flet modo seque uocat bustum miserabile nati, 665  
 nunc sequitur nudo genitas Pandione ferro.  
 corpora Cecropidum pennis pendere putares;  
 pendebat pennis. quarum petit altera siluas,  
 altera tecta subit; neque adhuc de pectore caedis  
 excessere notae, signataque sanguine pluma est. 670  
 ille dolore suo poenaeque cupidine uelox  
 uertitur in uolucrum, cui stant in uertice cristae,  
 prominet immoedicum praelonga cuspidem rostrum.  
 [nomen epops uolucris, facies armata uidetur.]

Hic dolor ante diem longaeque extrema senectae  
 tempora Tartareas Pandionae misit ad umbras. 676  
 sceptrum laei rerumque capit moderamen Erechtheus,  
 iustitia dubium ualidisne potentior armis.  
 quattuor ille quidem iuuenes totidemque creatur  
 femineae sortis; sed erat par forma duarum. 680  
 e quibus Aeolides Cephalus te coniuge felix,  
 Procri, fuit; Boreas Terens Thracisque nocebant,  
 dilectaque diu caruit deus Orithyia,  
 dum rogat et precibus maouit quam uiribus uti.  
 ast ubi blanditiis agitur nihil, horridus ira, 685  
 quae solita est illi nimiumque domestica uento,  
 'et merito:' dixit 'quid enim mea tela reliqui,  
 saeuitiam et uires iramque animosque minaces,  
 aduouique preces, quarum me dedecet usus?  
 apta mihi uis est; uis tristitia nubila pello, 690  
 uis freta concutio nodosaque robora uerto  
 induroque niues et terras grandine pulso.  
 idem ego cum fratres caelo sum nactus aperto

(nam mihi campus is est), tanto molimine luctor,  
 ut medius nostris concursibus insonet aether 695  
 exiliantque cauis elisi nubibus ignes.  
 idem ego, cum subii conuexa foramina terrae  
 supposuique ferox imis mea terga cauernis,  
 sollicito manes totumque tremoribus orbem.  
 hac ope debueram thalamos petiisse, socerque 700  
 non orandus erat, uis sed faciendus Erechtheus.  
 haec Boreas aut his non inferiora locutus  
 excussit pennas; quarum iactatibus omnis  
 adflata est tellus, latumque perhorruit aequor.  
 pulueramque trahens per summa cacumina pallam  
 uerit humum pauidamque metu caligine tectus 706  
 Orithyian amans fuluis amplectitur alis.  
 dum uolat, arserunt agitati fortius ignes.  
 nec prius aeri cursus suppressit habenas,  
 quam Ciconum tenuit populos et moenia raptor. 710  
 illic et gelidi coniunx Actaea tyranni  
 et genetrix facta est, partus enixa gemellos,  
 cetera qui matris, pennas genitoris habent.  
 non tamen has una memorant cum corpore natas,  
 barbaque dum rutilus aberat subnixa capillis, 715  
 implumes Calaisque puer Zetesque fuerunt.  
 mox pariter pennae ritu coepere uolucrum  
 cingere utrumque latus, pariter flauescere malae.  
 ergo ubi concessit tempus puerile iuuentae,  
 uellera cum Minyis nitido radiantia uillo 720  
 per mare non notum prima petiere carina.

## LIBER SEPTIMVS

Iamque fretum Minyae Pagasaea puppe secabant,  
 perpetuaque trahens inopem sub nocte senectam  
 Phineus uisus erat, iuuenesque Aquilone creati  
 uirgineas uolucres miseri senis ore fugarant, 5  
 multaque perpessi claro sub Iasone tandem  
 contingerant rapidas limosi Phasidis undas.  
 dumque adeunt regem Phrixaeque uellera poscunt,  
 lexque datur Minyis magnorum horrenda laborum,  
 concipit interea ualidos Aetiaes ignes.  
 et luctata diu, postquam ratione furorem 10  
 uincere non poterat, frustra, Medea, repugnas;  
 nescioquis deus obstat' ait: 'mirumque, nisi hoc est,  
 aut aliquid certe simile huic, quod amare uocatur.  
 nam cur iussa patris nimium mihi dura uidentur?  
 sunt quoque dura nimis. cur quem modo denique 15  
 uidi,  
 ne pereat timeo? quae tanti causa timoris?  
 excute uirgineo conceptas pectore flammam,  
 si potes, infelix. si possem, sanior essem.  
 sed grauat inuitam noua uis, aliudque cupido,  
 mens aliud suadet. uideo meliora proboque, 20  
 deteriora sequor. quid in hospite, regia uirgo,  
 ueris et thalamos alieni concipis orbis?  
 haec quoque terra potest, quod ames, dare. uiuat  
 an ille  
 occidat, in dis est. uiuat tamen; idque precari  
 uel sine amore licet. quid enim commisit Iason? 25  
 quem, nisi crudelent, non tangat Iasonis aetas  
 et genus et uirtus? quem non, ut cetera desint,  
 ore mouere potest? certe mea pectora mouit.  
 at nisi opem tulero, taurorum adflabitur ore  
 concurretque suae segeti, tellure creatis 30

hostibus, aut audito dabitur fera praeda draconi.  
 hoc ego si patiar, tum me de tigride natam,  
 tum ferrum et scopulos gestare in corde fatebor.  
 cur non et specto pereuntem oculosque uidendo  
 consciero? cur non tauros exhortor in illum 35  
 terrigenasque feros insopitumque draconem?  
 di meliora uelint! quamquam non ista precanda,  
 sed facienda mihi. prodamne ego regna parentis,  
 atque ope nescioquis seruabitur aduena nostra,  
 ut per me sospes sine me det lintea uentis 40  
 uirque sit alterius, poenae Medea relinquitur?  
 si facere hoc aliamque potest praepone nobis,  
 occidat ingratus. sed non is uultus in illo,  
 non ea nobilitas animo est, ea gratia formae,  
 ut timeam fraudem meritique obliuia nostri. 45  
 et dabit ante fidem, cogamque in foedera testes  
 esse deos. quid tuta times? accingere et omnem  
 pelle moram: tibi se semper debebit Iason,  
 te face sollempni iunget sibi, perque Pelasgas  
 seruatrix urbes matrum celebrare turba. 50  
 ergo ego germanam fratremque patremque deosque  
 et natale solum uentis ablata relinquam?  
 nempe pater saeuus, nempe est mea barbara tellus,  
 frater adhuc infans. stant mecum uota sororis,  
 maximus intra me deus est. non magna relinquam,  
 magna sequar: titulum seruatae pubis Achiuae 56  
 notitiamque loci melioris et oppida, quorum  
 hic quoque fama uiget, cultusque artesque locorum;  
 quemque ego cum rebus, quas totus possidet orbis,  
 Aesoniden mutasse uelim; quo coniuge felix 60  
 et dis cara ferar et uertice sidera tangam.  
 quid quod nescioqui mediis concurrere in undis

VI 673 pro longa codd., corr. Heins. 674 damnauit Riese. 690, 691 ui—ui Heins., ut—ut M ε λ, et—et N. 701 ui sed Bothe, sed ui Heins., mihi sed codd.

VII 8 uis M N λ, uox ε, lex codd. pauci Heins. minis codd. nonnulli, numeris M N ε λ. 12 nisi Heins., quid codd. 29 igne Ciofanus ex codd. 30 segeti N ex corr., segetis M ε λ. 34 expecto M N. 47 quid corr. ex quin M, quin Merk. 57 loci codd., soli Heins. 62 incuruere M N λ.

diciuntur montes, ratibusque inimica Charybdis  
nunc sorbere fretum, nunc reddere, cinctaque saeuus  
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo? 65  
nempe tenens quod amo, grenioque in Iasonis  
haerens

per freta longa ferar; nihil illum amplexa uerebor,  
aut, si quid metuum, metuum de coniuge solo.  
coniugiumne putas speciosaque nomina culpa  
inponis, Medea, tuae? quin adspice quantum  
adgrediare nefas, et, dum licet, effuge crimen.' 70  
dixit; et ante oculos Rectum Pietasque Pudorque  
constiterant; et uicta dabat iam terga Cupido.

Ibat ad antiquas Heecates Perseidos aras,  
quas nemus umbrosus secretae silua tegebat, 75  
et iam fortis erat, pulsusque resederat ardor;  
eum uidet Aesoniden exstinctaque flamma reluxit.  
erubere genae, totoque recanduit ore;  
utque solent uentis alimenta adsumere quaeque  
parua sub indicta latuit scintilla familia, 80  
crescere et in neteris agitata resurgere uires,  
sic iam lenis amor, iam quem languere putares,  
ut uidit iuuenem, specie praesentis inarsit.  
et casu solito formosior Aesone natus  
illa luce fuit; possess ignoscere amanti.

speetat et in multu ueluti tum denique uiso  
lumina fixa tenet, nec se mortalia demens  
ora uidere putat, nec se declinat ab illo.  
ut uero coepitque loqui dextramque prehendit  
hospes et auxilium submissa uoce rogauit  
promisitque torum, lacrimis ait illa profusis: 90  
'quid faciam uideo; nec me ignorantia ueri  
decepiet, sed amor. seruare munere nostro;  
seruatus promissa dato.' per sacra triformis  
ille deae, lucoque foret quod numen in illo, 95  
perque patrem soecri cernentem cuncta futuri  
euentusque suos et tanta pericula iurat.  
ereditus accepit caritatis protinus herbas  
ediditque usum lactusque in teeta recessit.

Postera depulerat stellas Aurora micantes: 100  
conueniunt populi sacrum Mauortis in arnum  
consistuntque iugis. medio rex ipse resedit  
agmine purpureus sceptroque insignis eburno.  
ecce adamantis Vulcanum naribus efflant  
acripedes tauri, tactaque naporibus herbae 105  
ardent; utque solent pleni resonare camini,  
aut ubi terrena silices fornace soluti  
concupiunt ignem liquidarum adspersigne aquarum,  
pectora sic intus clausas uoluentia flammam  
gutturaque usta sonant. tamen illis Aesone natus  
obuius it. uertere truces ueniens ad ora 111  
terribiles uultus praefixaque cornua ferro  
puluereumque solum pede pulsaueret bisulco  
fumificisque locum mugitibus impleuerunt.

derigueret metu Minyae. subit ille, nec ignes 115  
sentit anhelatos (tantum medicamina possunt)  
pendulaque audaci uulset palearia dextra  
suppositosque iugo pondus grane cogit atrari  
ducere et insuetum ferro proscindere campum.  
mirantur Colchi, Minyae clamoribus augent 120  
adiiciuntque animos. galea tunc sumit aena  
uipereos dentes et aratos spargit in agros.  
seuina mollit humus natio praetincta ueneno;  
et crescent fiuntque sati noua corpora dentes.

utque hominis speciem materna sumit in alio 125  
perque suos intus numeros componitur infaus,  
nec nisi maturus communes exit in auras,  
sic ubi uisceribus grandinae telluris imago

effecta est hominis, feto consurgit in aruo,  
quodque magis mirum est, simul edita concutit  
arma. 130

quos ubi uiderunt praeacutae euspidis hastas  
in caput Haemonii iuuenis torquere parantes,  
denisere metu uultumque animumque Pelasgi.  
ipsa quoque extimuit, quae tutum fecerat illum,  
utque peti uidit inuenem tot ab hostibus unum, 135  
palluit et subito sine sanguine frigida sedit;  
nunc parum ualeant a se data granina, carmen  
auxiliare canit secretasque aduocat artes.  
ille grauem medios silicem iaculatus in hostes  
a se depulsum Martem conuertit in ipsos. 140  
terrigenae pereunt per mutua uulnera fratres  
ciuilem cadunt aere. gratantur Achui  
uictoremque tenent audisique amplexibus haerent.  
tu quoque uictorem complecti, barbara, uelles;  
obstitit incepto pudor et reuerentia famae. 145-6  
quod licet, adfectu tacito laetaris agisque  
carminibus grates et dis auctoribus horum.

Peruigilem superest herbis sopire draconem,  
qui crista linguisque tribus praesignis et uicis 150  
dentibus horrendus custos erat arboris aureae.  
hunc postquam sparsit Lethaei granine suci  
uerbaque ter dixit placidos facientia somnos,  
quae mare turbatum, quae concita lumina sistunt,  
somnia in ignotos oculos sibi uenit, et auro 155  
heros Aesonius potitur; spolioque superbus  
muneris auctorem secum, spolia altera, portans  
uictor Iolciaeos tetigit cum coninge portus

Haemoniae matres pro gnatis dona receptis  
grandaeuque ferunt patres congestaque flamma 160  
tura liquefaciunt, inductaque cornibus aurum  
nictina uota cadit. sed abest gratantibus Aeson,  
iam propior leto fessisque senilibus annis.  
cum sic Aesonides: 'o cui debere salutem  
confiteor, coniunx, quamquam mihi cuncta dedisti  
excessitque fidem meritum summa tuorum, 166  
si tamen hoc possunt (quid enim non carmina pos-

sunt?),  
deme meis annis et demptos adde parenti.'  
nec tenuit lacrimas. mota est pietate rogantis,  
dissimilemque animum subit Aeta relictus. 170  
nec tamen adfectus tales confessa 'quod' inquit  
'excidit ore tuo, coniunx, scelus? ergo ego cuiquam  
posse tuae uideor spatium transcribere uitae?  
nec sinat hoc Heecate, nec tu petis aequa. sed isto,  
quod petis, experiar maius dare munus, Iason. 175  
arte mea soecri longum temptabimus aeuum,  
non annis renouare tuis; modo diua triformis  
adiuuet et praesens iugentibus adnat ansis.'

tres aberant noctes, ut cornua tota coirent  
efficerentque orbem. postquam plenissima fulsit  
et solida terras spectant imagine luna,  
egreditur tectis nubes induta recinctas,  
nuda pedem, nudos ueris infusa capillos,  
fertque uagos mediae per muta silentis noctis 184  
ineomitata gradus. homines uolueresque ferasque  
soluerat alta quies; nullo cum murmure saepes,  
innotaque silent frondes, silet umidus aer;

sidera sola micant. ad quae sua brachia tendens  
ter se conuertit, ter sumptis lumine crinem  
inrorant aquis ternisque ululatus ora 190  
soluit et, in dura submisso poplite terra,  
'Nox' ait 'arcanis lidissima, quaeque diurnis  
aurea cum Luna succeditis ignibus, astra,  
tuque triceps Heecate, quae coeptis conscia nostris

VII 69 *putas* codd. plerique, *uocas* N. 76 *recesserat* Bach. 82 *lentus* Heins. ex codd. 99 *tesca* Merk. 115 ita Nangerius, d. m. *subito miniae* i. n. *illos* codd. 116 *sentit* Heins., *sensit* codd. 118 *supposito* M N λ. 145, 146 ita Lenz, o. i. p. at *conpleta fuisses sed te ne faceres t. r. f.* uulg. (ordine inuerso dant M N t). 147 *aspectu*—*sectaris* Merk. 151 *arietis aurei* codd. duo Heins. 152 *carmine* M N λ. 155 *sibi* cod. unus, *ubi* codd. *subuenit* Suchier. 158 *iolehiachos* cod. unus Regii, *cholehiachos* M N, *peiora* λ. 159 *gnatis* N, quod fuisse uidetur in M. 162 *cadit* cod. unus, *facit* codd., *litat* Merk. 168 *annos* Heins. 171 *quid* M. 181 *et. ac t.* 182 *recinctas* i uar., *relictas* M λ, *erans* N. 183 *umeros* N, *nudis ueris*—*capillis* Merk. 186 ita Plan. Heins., pro *saepes* habent *serpuit* M, *serpuit* s, *serpens* λ, *stertunt* N, *sed* codd. plerique addunt *sopitis similis* nullo cum *murmure saepes*. 190 *ululatus* codd. aliquot, *latibus* N, *iactibus* M, *uterque* post ras., *hiatibus* λ.

adiutrixque uenis cantusque artisque magorum, 195  
 quaeque magos, Tellus, pollentibus instruis herbis,  
 auraeque et uenti montesque amnesque lacusque,  
 dique omnes nemorum, dique omnes noctis adeste ;  
 quorum ope, cum uolui, ripis mirantibus amnes  
 in fontes rediere suos, concussaquo sisto, 200  
 stantia concutit cantu freta, nubila pello  
 nubilaque indico, uentos abigoque uocoque,  
 uipereas rumpo uerbis et carmine fauces,  
 uinaque saxa sua conuulsaque robora terra  
 et silnas moueo, inbeoque tremescere montes 205  
 et mugire solum manesque exire sepulchris,  
 te quoque, Luna, traho, quamuis Temesaea labores  
 aera tuos minuant ; currus quoque carmine nostro  
 pallet aui, pallet nostris Aurora uenenis,  
 uos mihi taurorum flammam hebetastis et unco 210  
 inpatientis oneris collum pressistis aratro,  
 uos serpentigenis in se fera bella dedistis  
 custodemque rudem somni sopistis et aurum  
 uindice decepto Graias misistis in urbes.  
 nunc opus est sucis, per quos renouata senectus 215  
 in florem redeat primosque recolligat annos.  
 et dabitis. neque enim micuerunt sidera frustra,  
 nec frustra uoluerum tractus ceruice draconum  
 currus adest. aderat demissus ab aethere currus.  
 quo simul adscendit frenataque colla draconum 220  
 permulsi manibusque leues agitauit habenas,  
 sublimis rapitur subiectaque Thessala Tempe  
 despicit, et certis regionibus adplicat angues,  
 et quas Ossa tulit, quas altum Pelion herbas,  
 Othrysque Pindusque et Pindo maior Olympus 225  
 perspicit, et placitas partim radice reuellit,  
 partim succidit curuamine falcis aenae.  
 multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis,  
 multa quoque Amphrysi, neque eras immunis,  
 Enipeu ;  
 nec non Peneus, nec non Spercheides undae 230  
 contribuere aliquid inuincosaque litora Boebes.  
 carpsit et Euboica uiuax Anthedone gramen,  
 nondum mutato uulgatum corpore Glauci.  
 et iam nona dies curru pennisque draconum  
 nonaque nox omnes lustrantem uiderat agros, 235  
 cum rediit. neque erant tacti, nisi odore, dracones,  
 et tamen annosae pellem posuere senectae.  
 constitit adueniens citra limenque foresque  
 et tantum caelo tegitur refigitque uiriles  
 contactus statuitque aras et caespite binas, 240  
 dexteriore Hecates, ast laeua parte luuentae.  
 has ubi uerbenis siluaque incinxit agresti,  
 haud procul egesta scrobibus tellure duabus  
 sacra facit cultrosque in guttura uelleris atri  
 coniecit et patulas perfundit sanguine fossas. 245  
 tum super inuergens liquidi carchesia mellis  
 alteraque inuergens tepidi carchesia lactis  
 uerba simul fudit terrenaque numina ciuit,  
 unbrarumque rogat rapta cum coniuge regem,  
 ne properent artus anima fraudare senili. 250  
 quos ubi placauit precibusque et murmure longo,  
 Aesonis effletum proferri corpus ad auras  
 iussit et in plenos resolutum carmine somnos,  
 exanimi similem, stratis porrexit in herbis.  
 hinc procul Aesoniden, procul hinc iubet ire ministros  
 et monet arcanis ocnlos remouere profanos. 256  
 diffugiunt iussi. passis Medea capillis  
 bacchantum ritu flagrantem circuit aras

multifidasque faces in fossa sanguinis atra  
 tinguit et intinctas geminis accendit in aris, 260  
 terque senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.  
 interea ualidum posito medicamen aeno  
 feruet et exultat spumisque tumebitibus albet.  
 illic Haemonia radices ualle resectas  
 seminaque floresque et sucos incoquit atros ; 265  
 adicit extremo lapides Oriente petitos  
 et quas Oceani refluum mare lauit harenas,  
 addit et exceptas luna pernocte pruinas  
 et strigis infames ipsis cum carnisibus alas  
 inque uirum soliti uultus mutare ferinos 270  
 ambigui prosecta lupi ; nec defuit illic  
 squamea Cinyphii tenuis membrana chelydri  
 uiuacisque iecur cerui ; quibus insuper addit  
 ora caputque nouem cornicis saecula passae.  
 his et mille aliis postquam sine nomine rebus 275  
 propositum instraxit mortali barbara maius,  
 arenti ramo iam pridem mitis oliuae  
 omnia confudit summisque immiscuit ima.  
 ecce uetus calido uersatus stipes aeno  
 fit uiridis primo, nec longo tempore frondes 280  
 induit et subito grauidis oneratur oliuis.  
 at quacumque cauo spumas eiecit aeno  
 ignis et in terram guttae cecidere calentes,  
 uernat humus, floresque et mollia pabula surgunt.  
 quae simul ac uidit, stricto Medea recludit 285  
 ense senis iugulum, ueteremque exire cruorem  
 passa, replet sucis. quos postquam conbibit Aeson  
 aut ore acceptos aut uulnere, barba comaeque  
 canitie posita nigrum rapuere colorem ;  
 pulsa fugit macies, abeunt pallorque situsque, 290  
 adiectoque cauae suppleunt corpore rugae,  
 membraque luxuriant. Aeson miratur, et olim  
 ante quater denos hunc se remiuseit annos.  
 Viderat ex alto tanti miracula monstri  
 Liber, et admonitus inuenens nutricibus annos 295  
 posse suis reddi, capit hoc a Colchide munus.  
 Neue doli essent, odium cum coniuge falsum  
 Phasias adsimulat Peliaeque ad limina supplex  
 confugit ; atque illam, quoniam grauis ipse senecta  
 est,  
 excipiunt natae. quas tempore callida paruo 300  
 Colchis amicitiae mendacis imagine cepit.  
 dumque refert inter meritorum maxima, demptos  
 Aesonis esse situs atque hac in parte moratur,  
 spes est uirginibus Pelia subiecta creatis  
 arte suum parili reuiuere posse parentem ; 305  
 idque petunt pretiumque iubent sine fine pacisci.  
 illa breui spatio silet et dubitare uidetur  
 suspenditque animos ficta grauitate rogantes.  
 mox ubi pollicita est, ' quo sit fiducia maior  
 muneris huius, ' ait ' qui nestras maximus aeno est  
 dux gregis inter oues, agnus medicamine fiet. ' 311  
 protinus innumeris effletus laniger annis  
 attrahitur flexo circum caua tempora cornu.  
 cuius ut Haemonio marcentia guttura cultro  
 fodit et exiguo maculauit sanguine ferrum, 315  
 membra simul pecudis ualidosque uenefica snecos  
 mergit in aere cauo ; minuunt en corporis artus  
 cornuaque exurunt nec non cum cornibus annos,  
 et tener auditur medio balatus aeno.  
 nec mora, balatum mirantibus exilit agnus 320  
 lasciuitque fuga lactantiaque ubera quaerit.  
 obstipere satae Pelia ; promissaque postquam

VII 195 *artis*que Madv., *artes*que codd. 207 *temerata* codd., *temesa* M<sup>1</sup> ut uid., corr. Const. Fanensis. 209 *pallet* Heins., *pallent* codd. *au* Heins., *at* M, et  $\epsilon$   $\lambda$ . 223 *dispicit* Lachm. *cortis* codd. nonnulli, *eretes* M, *eretis* M<sup>2</sup> N  $\epsilon$   $\lambda$ , *fctis* Zingerle, *Trices* Merk. 225 *-que-que* et codd. aliquot, *-que et-* (et N<sup>2</sup>)  $\epsilon$   $\lambda$  N, *quas-quas* M. 228 *eridant* codd., *Apidani* Plan. 231 *Boebes* Plan. Regius, *phoebes* codd. 234 ita Heins. ex codd., *nona d. ctiam* (et iam N) M N  $\epsilon$   $\lambda$ . 242 *quas* Heins. 245 *coieit* M<sup>1</sup>. 246 *mellis* N  $\lambda$ , *uini* M, *lactis* (et 247 *mellis*)  $\epsilon$ . 247 *altera* M ex corr.  $\lambda$ , *aerea* N  $\epsilon$ , *aenea* codd. aliquot, uid. quae in Praef. dixi. 248 *liuit* M in ras., *leuit*  $\lambda$ , *lenit* N  $\lambda$ <sup>2</sup>, *euuit* Heins., *poscit* codd. plerique. 260 *infectas* M N  $\epsilon$   $\lambda$ , *intinctas* Heins. ex codd. 265 *aeres*  $\lambda$ . 268 ita cod. unus Heins., *lunae de nocte* N  $\epsilon$   $\lambda$ , *lunae per nota* M. 271 *illic* Heins. ex codd., *illis* M N  $\lambda$ , *illi*  $\epsilon$ . 276 *munus* M<sup>2</sup>  $\epsilon$   $\lambda$ . 282 *cui-**aeni* M, *cui-**aenis* N. 293 *nunc* codd., *hunc* Plan. Naugerius. 305 *reuiuere* N  $\epsilon$  uar. Priscian. p. 132, *deuiuere* M ex corr., *reuiuere*  $\lambda$ , *reuiuere*  $\epsilon$ . 306 *atque* p.  $\lambda$ , *iamque* p. Burn. 308 *rogantum*  $\epsilon$   $\lambda$  Merk. 317 *ea* M N  $\epsilon$   $\lambda$  uulg., *en* cod. Cantab.



exhibere fidem, tum uero impensius instant.  
 tor iuga Phocbus equis in Hiberno flumine mersis  
 demperat, et quarta radiantia nocte micabant 325  
 sidera, cum rapido fallax Aetias igni  
 inponit purum laticem et sine uiribus herbas.  
 iamque neci similis resoluto corpore regem  
 et cum rege suo custodes somnus habebat,  
 quem dederant cantus magicæque potentia linguae,  
 intrarant iussae cum Colchide limina natae 331  
 ambiantque torum. 'quid nunc dubitatis inertes?  
 stringite' ait 'gladios ueteremque haurite cruorem,  
 ut repleam uacuas iuuenali sanguine uenas.  
 in manibus uestris uita est aetates parentis; 335  
 si pietas nulla est, nec spes agitatis inanes,  
 officium praestate patri telisque senectam  
 exigite et saniem coniecto emittite ferro.'  
 his, ut quæque pia est, hortatibus inopia prima est  
 et, ne sit scelerata, facit scelus. haud tamen ictus  
 ulla suos spectare potest, oculosque reflectunt 341  
 eacequo (sunt saeuus auersae uulnera dextris,  
 ille, errore fluens, cubito tamen adleuat artus  
 semilacerque toro temptat consurgere et inter  
 tot medius gladios pallentia brachia tendens 345  
 'quid facitis, gnatae? quid uos in fata parentis  
 armat?' ait. cecidere illis animique manusque.  
 plura locuturo eum uerbis guttura Colchis  
 abstulit et calidis laniatum mersit in undis.

Quod nisi pennatis serpentibus isset in auras, 350  
 non exempta foret poenae. fugit alta superque  
 Pelion umbrosum, Philyreia tecta, superque  
 Othryn et euncta ueteris loca nota Cerambi.  
 hic ope Nymphiarum sublatas in acra pennis,  
 eum grauis infuso tellus foret obruta ponto, 355  
 Deucalionaeas effugit inobrutus undas.  
 Aeoliam Pitane a laeua parte relinquit  
 factaque de saxo longi simulacra draconis,  
 Idaeumque nemus, quo nati furta, iuuenem  
 occuluit Liber falsi sub imagine cerui, 360  
 quaque pater Corythi parua tumulatus harena,  
 et quos Maera nouo latratu terruit agros,  
 Eurypylique urbem, qua Coae cornua matres  
 gesserunt tum cum discederet Herenlis agmen,  
 Phoebeamque Rhodon et lalysios Telethinas, 365  
 quorum oculos ipso uitantes omnia uisu  
 Iuppiter exosus fraternis subdidit undis.  
 transit et antiquae Carthæiae moenia Cæae,  
 qua pater Aleidamas pleiadum de corpore natae  
 miraturus erat nasci potuisse columbam. 370  
 inde lacus Hyries uidet et Cyeneia Tempe,  
 quae subitus celebrauit olor. nam Phyllius illic  
 imperio pueri uolucresque ferumque leonem  
 tradiderat domitos; taurum quoque uincere iussus  
 uicerat, et spreto totiens iratus amore 375  
 praemia poscenti taurum suprema negabat.  
 ille indignatus 'cupies dare' dixit et alto  
 desiliit saxo. cuncti cecidisse putabant;  
 factus olor niueis pendebat in aere pennis.  
 at genitrix Hyrie, seruari nescia, dendo 380  
 dilienit stagnumque suo de nomine fecit.  
 adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis  
 Ophias effugit natorum uulnera Combe.  
 inde Calauræae Letoidos adspicit arua,  
 in uolucrum uersi eum coniuge conscia regis. 385  
 dextera Cyllene est, in qua cum matre Meuepliron  
 concubiturus erat sacuarum more ferarum.  
 Cephison procul hinc deflentem fata nepotis  
 respicit, in tumidam phocem ab Apolline uersi,

Eumelique domum lugentis in aere natum. 390  
 tandem uipereis Ephyren Pirenida pennis  
 contigit. hic aeuo ueteres mortalia primo  
 corpora uulgarunt pluuiabilibus edita fungis.  
 sed postquam Colehis arsit noua nupta uenenis,  
 flagrantemque domum regis mare uidit utrumque,  
 sanguine natorum perfunditur inpius ensis, 396  
 ultaque se male mater Iasonis effugit arnia.  
 hinc Titanicis ablata draconibus intrat  
 Palladias arces, quae te, iustissima Phene,  
 teque, senex Peripha, pariter uidere uolantes 400  
 innixamque nouis neptem Polypemonis alis.  
 excipit hanc Aegeus, facto damnandus in uino;  
 nec satis hospitium est; thalami quoque foedere  
 iungit.

Iamque aderat Theseus, proles ignara parenti,  
 et uirtute sua bimarem pacauerat Isthmon. 405  
 huius in exitium miscet Medæa quod olim  
 attulerat secum Scythiis aconiton ab oris.  
 illud Echidnae memorant e dentibus ortum  
 esse canis. speus est tenebroso caecus biatu  
 et uia decliuis, per quam Tirythius heros 410  
 restantem contraque diem radiosque micantes  
 obliquantem oculos nexis adamante catenis  
 Cerberon abstraxit; rabida qui concitus ira  
 impleuit pariter ternis latratibus auras  
 et sparsit uirides spumis albellentibus agros. 415  
 has concreuisse putant nactasque alimenta feracis  
 fecundique soli uires cepisse nocendi.  
 quae quia nascuntur dura uiuacia caute,  
 agrestes aconita uocant. ea coniugis astu  
 ipse parens Aegeus nato porrexit ut hosti. 420  
 sumperat ignara Theseus data pocula dextra,  
 eum pater in capulo gladii cognouit eburno  
 signa sui generis facinusque exeuissit ab ore.  
 effugit illa necem, nebulis per carmina motis.

At genitor, quamquam laetatur sospite nato, 425  
 attonitus tamen est ingens discrimine paruo  
 committi potuisse nefas. fouet ignibus aras  
 muneribusque deos inplet, feruntque securus  
 colla torosa bouum uinctorum tempora uittis  
 nullus Erechthidis fertur celebrator illo 430  
 infulxisse dies. agitant conuiuia patres  
 et medium uilgus, nec non et carmina, uino  
 ingenium faciente, canunt. 'te, maxime Theseu,  
 mirata est Marathon Cretæi sanguine tauri;  
 quodque suis securus arat Cromyona colonus, 435  
 munus opusque tuum est. tellus Epidauria per te  
 elanigeram nidit Vulcani occumbere prolem,  
 uidit et immitem Cephelis ara Procrusten,  
 Cereyonis letum uidit Cerealis Eleusin.  
 occidit ille Suis, magnis male uiribus usus, 440  
 qui poterat curuare trabes et agebat ab alto  
 ad terram late sparsuras corpora pinus.  
 tutus ad Aleathoen, Lelegeia moenia, limes  
 composito Scironæ patet, sparsisque latronis  
 terra negat sedem, sedem negat ossibus unda; 445  
 quae iactata diu fertur durasse uentus  
 in scopulos: scopulis nomen Scironis inhaeret.  
 si titulos annosque tuos numerare uelimus,  
 facta premant annos. pro te, fortissime, nota  
 publicæ suscipimus, Bacchi tibi sumimus haustus.'  
 consonat ad sensu populi precibusque fauentum 451  
 regia nec tota tristic locus ullus in urbe est.

Nec tamen (usque adeo nulla est sincera noluptas,  
 sollicitumque aliquid laetis interuenit) Aegeus  
 gaudia percepit nato secura recepto. 455

VII 334 iuuenili M<sup>2</sup> N<sup>2</sup> λ. 336 ne—agitatis N<sup>2</sup> λ. 343 subito M<sup>2</sup> λ, subito t, cubito Ciofanius ex codd. 346 quis nos M<sup>2</sup> λ. 363 coae M<sup>2</sup> λ, caeae N, chaeae t, Coae Lactant. Plan. 366 uitantes N Nangerius, uitantes M<sup>2</sup> λ, mutantis t. 368 cartheia codd., corr. ed. Aldina 1502. 375 spreto Nangerius ex codd., stricto codd. 380 seruati Heins. ex cod. uno, seruatum N<sup>2</sup> λ. 381 delienit N Priscian. p. 477, delienit M<sup>2</sup> λ, delituit t. 386 dextra M<sup>2</sup> λ. 390 natam codd., corr. Suchier. 395 male M<sup>2</sup> λ, corr. Gronouius. 399 iustissima N, iustissime codd. cett., phoenice M<sup>2</sup> N<sup>2</sup>, phineu λ, iustissima Phene J. C. Jabn, iustissima Phini Schrader. 405 et M Zingerle, qui N uulg. 410 et. est M<sup>2</sup> N<sup>2</sup> t. 413 abstraxit Heins. ex codd., attraxit M<sup>2</sup> λ, adtraxit N<sup>2</sup> t. 429 tempora Housman, tempora N, corpora M<sup>2</sup> λ, cornua t. 434 Cretacis Merk. 435 suam codd., corr. Salvagnius. 440 Suis Heins., senis M, senex M<sup>2</sup> N<sup>2</sup> t, suis λ. 443 alethoen codd., Aleathoen Plan. ed. Ald. 449 prouocat M.

bella parat Minos. qui quamquam milite, quam-  
quam  
classe ualeat, patria tamen est firmissimus ira  
Androgeique necem iustis ulciscitur armis.  
ante tamen bello uires adquisit amicas,  
quaque potens habitus, uolueri freta classe pererrat.  
hinc Anaphen sibi iungit et Astypaleia regna, 461  
promissis Anaphen, regna Astypaleia bello ;  
hinc humilem Myconum cretosaque rura Cimoli  
florentemque thymo Cythnum planamque Seriphon  
marmoreamque Paron, quamque inopia prodidit Arne  
Siphnon et accepto, quod auara poposcerat, auro 466  
mutata est in auem, quae nunc quoque diligit aurum,  
nigra pedes, nigris uelata monedula pennis.  
at non Oliaros Didymaeque et Tenos et Andros  
et Gyaros nitidaeque ferax Peparethos oliuae 470  
Gnosiacas iuuerat rates. latere inde sinistro  
Oenopiam Minos petit, Aeacidea regna :  
Oenopiam ueteres appellauerunt, sed ipse  
Aeacus Aeginam generitricis nomine dixit.  
turba ruit tantaque uirum cognoscere famae 475  
expetit. occurrunt illi Telamonque, minorque  
quam Telamon Peleus, et proles tertia Phocus.  
ipse quoque egreditur tardus grauitate senili  
Aeacus et quae sit ueniendi causa requirit.  
admonitus patrii luctus suspirat et illi 480  
dicta refert rector populorum talia centum :  
' arma iuues oro pro gnato sumpta piaequae  
pars sis militiae; tumulo solacia posco.'  
huic Asopiades 'petis inrita' dixit 'et urbi  
non facienda meae: neque enim coniunctur ulla 485  
Cecropidis hac est tellus: ea foedera nobis.'  
tristis abit 'stabunt' que 'tibi tua foedera magno'  
dixit; et utilius bellum putat esse minari,  
quam gerere atque suas ibi praecconsumere uires.  
classis ab Oenopiis etiamnum Lycia muris 490  
spectari poterat, cum pleno concita uelo  
Attica puppis adest in portusque intrat amicos,  
quae Cephalum patriaeque simul mandata ferebat.  
Aeacidae longo iuuenes post tempore uisum  
agnouere tamen Cephalum dextrasque dedere 495  
inque patris duxere domum. spectabilis heros  
et ueteris retinens etiamnum pignora formae  
ingreditur, ramumque tenens popularis oliuae  
a dextra laeuaque duos aetate minores  
major habet, Clyton et Buten, Pallante creatos. 500  
postquam congressus primi sua uerba tulerunt,  
Cecropidae Cephalus peragit mandata rogatque  
auxilium foedusque refert et iura parentum  
inperiumque peti totius Achaidos addit.  
sic ubi mandatam inuuit faecundia causam, 505  
Aeacus, in capulo sceptri nitente sinistra,  
'ne petite auxilium, sed sumite,' dixit 'Athenae;  
nec dubie uires, quas haec habet insula, uestras  
ducite, et (o maneat rerum status iste mearum)  
robora non desunt; superat mihi miles et hosti. 510  
gratia dis, felix et inexcusabile tempus.'  
'immo ita sit,' Cephalus 'crescat tua ciuibus opto  
urbs' ait. 'adueniens equidem modo gaudia cepi,  
cum tam pulchra mihi, tam par aetate iuuentus  
obuia processit. multos tamen inde requiro, 515  
quos quondam uidi uestra prius urbe receptus.'  
Aeacus ingemuit tristisque ita uoce locutus :  
'flebile principium melior fortuna secuta est.

hanc utinam possem uobis memorare sine illo. 519  
ordine nunc repetam. neu longa ambage morer uos,  
ossa cinisque iacent, memori quos mente requiris.  
et quota pars illi rerum periere mearum !  
dira lues ira populis Iunonis iniquae  
incidit, exosae dictas a paellae terras.  
dum uisum mortale malum tantaque latebat 525  
causa nocens cladis, pugnatum est arte medendi ;  
exitium superabat opem, quae uicta iacebat.  
principio caelum spissa caligine terras  
pressit et ignauos inclusit nubibus aestus ;  
dumque quater iunctis expleuit cornibus orbem 530  
Luna, quater plenum tenuata retexit orbem,  
letiferis calidi spirarunt aestibus Austri.  
constat et in fontes uitium uenisse lacusque,  
milliaque incultos serpentum multa per agros  
errasse atque suis fluuiis temerasse uenenis. 535  
strage canum primo uolueruntque ouiumque bouum-  
que,  
inque feris subiti deprensa potentia morbi.  
concidere infelix ualidos miratur arator  
inter opus tauros medioque recumbere sulco.  
lanigeris gregibus balatus dantibus aegros 540  
sponte sua lanaeque cadunt et corpora tabent.  
acer equus quondam magnaue in puluere famae  
degenerat palmas, ueterumque oblitus honorum  
ad praesepe gemit leto moriturus inertis.  
non aper irasci meminit, non fidere cursu 545  
cerua, nec armentis incurere fortibus ursi.  
omnia languor habet. siluisque agrisque uiisque  
corpora foeda iacent, uitiantur odoribus aurae.  
mira loquar: non illa canes auidaeque uolucres,  
non canis tetigerit lupi; dilapsa liquescunt 550  
adflatuque nocent et agunt contagia late.  
peruenit ad miseris damno grauiore colonos  
pestis et in magnae dominatur moenibus urbis.  
uiscera torrentur primo, flammaeque latentis  
indicium rubor est et ductus anhelitus igni. 555  
aspera lingua tumet, tepidisque amentia uentis  
ora patent, auraeque graues captantur hiatu.  
non stratum, non ulla pati uelamina possunt,  
nuda sed in terra ponunt praecordia; nec fit  
corpus humo gelidum, sed humus de corpore feruet.  
nec moderator adest, inque ipsos saeua medentes 561  
erumpit clades, obsuntque auctoribus artes.  
quo propior quisque est seruitque fidelius aegro,  
in partem leti citius uenit. utque salutis  
spes abiit, finemque uident in funere morbi, 565  
indulgent animis et nulla, quid utile, cura est.  
utile enim nihil est. passim positoque pudore  
fontibus et fluuiis puteisque capacibus haerent,  
inde graues multi nequeunt consurgere et ipsis  
inmoriuntur aquis; aliqui tamen haurit et illas. 570  
nec sitis est exstincta prius quam uita bibendo. 569  
tantaque sunt miseris inuisi taedia lecti : 572  
prosilium, aut si prohibent consistere uires,  
corpora deuolunt in humum, fugiuntque penates  
quisque suos, sua cuique domus funesta uidetur. 575  
et quia causa latet, locus est in crimine; partim  
semianimes errare uiis, dum stare ualebant,  
adspicere, fentes alios terraque iacentes  
lassaque nersantes supremo lumina motu.  
membraque pendentis tendunt ad sidera caeli, 580  
hic illic, ubi mors depranderat, exhalantes.

VII 461 *stimphalcea* λ, similia cett., corr. Regius. 463 *Cimoli* ed. Ald., *timoli* codd. 464 *fl. tyron cy(i)prum pl.* s(z)eriphon codd., *thymo Cythnon* Heins., *tyro Cythnum planta*que Birt, *pariamque* S. Const. Fanensis. 465 *quam* quae Canter., uid. Ellis in Journ. Phil. xii p. 74. 466 *Siphnon* et Heins., *sithon* M λ, *Sithonis accepto* N ε quod probat Ellis. 469 *at uulg.*, *nec* cod. unus, *ut* N. *Tenos* ed. Ald., *seno(u)s* codd. 490 *ctiam* nunc M N ε λ. 499 *a* ed. princ., *et* codd. 506 *sceptri* ε<sup>2</sup> λ<sup>2</sup>, *regni* M N ε λ. 509 *ita* Gronouius, *dicite et omnia quae r. M, d. et omnis ait* M<sup>2</sup> λ, *omnis* (is ex a N) *eat* N ε. 510 *hostis* M N, *hosti* ε λ. 519 *ullo* codd. plerique, *illo* N (post ras.) ed. princ. 520 *morer* uos N in ras. ε, *moreris* M λ. 522 *illic* M N<sup>1</sup> λ. 527 *quae uicta* M, *uictaque* N ε λ. 530 *iunctis* ε, *plenis* M N λ. 532 *flatus* Heins. ex codd. 536 *ouium* Heins. ex codd., *auium* M ε λ. 544 *leto* uulg., *longo* M N λ, *morbo* ε. 555 *igni* uel *igne* codd., *aegre* edd. uett., *anhelitus aridus igni* Housinan (l. c.). 559 *dura* codd., *nuda* Bentl., *dura* sed Ochsner. 564 *inque* M, *hincque* λ, *atque* M<sup>2</sup> N ε λ<sup>2</sup>, *utque* Heins. ex codd. 569 *exstincta prius est* M ε λ. hunc u. post 571 transtulit Bothe, damnauit Merk. 576 *partim* Korn, *paruum* N<sup>1</sup>, *paruum* M λ, *notus* M<sup>3</sup> ε uulg., om. Plan. 580 et 581 proscriptis Heins. 580 *perdentis* Riese. *tendunt ad sidera caeli* N<sup>2</sup> in ras. ε, *tendentia sidere lecti* M<sup>1</sup> λ.

quid mihi tunc animi fuit? an quod debuit esse,  
 ut uitam odissem et euperem pars esse meorum?  
 quo se cunq̄ue acies oculorum flexerat, illic  
 vulgus erat stratum, veluti cum patria motis 585  
 poma cadunt ramis agitataque ilice glandes.  
 templa nides contra gradibus sublimia longis:  
 Iuppiter illa tenet. quis non altaribus illis  
 irrita tura dedit? quotiens pro coniuge coniunx,  
 pro gnato genitor, dum uerba precantia dicit, 590  
 non exoratis animam finiuit in aris,  
 inque manu turis pars inconsumpta reperta est.  
 admoti quotiens templis, dum uota sacerdos  
 concepit et fundit purum inter cornua uinum,  
 laud expectato ceciderunt uulnere tauri. 595  
 ipse ego sacra Ioni pro me patriaque tribusque  
 eum facerem natis, mugitus uictina diros  
 edidit et subito conlapsa sine ictibus ullis  
 exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.  
 libra quoque aegra notas ueri monitusque deorum  
 perdiderat; tristes penetrant ad uiscera morbi. 601  
 ante sacros uidi proiecta cadauera postes,  
 ante ipsas, quo mors foret inuidiosior, aras.  
 pars animam laqueo claudunt mortisque timorem  
 morte fugant ultroque uocant uenientia fata. 605  
 corpora missa neci nullis de more feruntur  
 fueribus; ueque eum capiebant funera portae.  
 aut inhumata premunt terras, aut dantur in altis  
 indotata rogos. et iam reuerentia nulla est,  
 deque rogis pugnant, alienisque ignibus ardent. 610  
 qui lacrimis desunt, indellectaque nagantur  
 natorumque patrumque animae iuuenumque senum-  
 que;  
 nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in igues.  
 attonitus tanto miserarum turbine rerum,  
 "Iuppiter o" dixi "si te non falsa locuntur 615  
 dicta sub amplexu Aeginae Asopidos isse  
 nec te, magne pater, nostrae pudet esse parentem,  
 aut mihi redde meos, aut me quoque conde sepulcro."  
 ille notam fulgore dedit tonitruque secundo.  
 "accipio, si utque ista, precor, felicia mentis 620  
 signa tuae;" dixi "quod das mihi, pigneror omen."  
 forte fuit iuxta patulis rarissima ramis  
 sacra Ioni quereus de semine Dodonaco.  
 hic non frugilegas adspeximus agmine longo  
 gaude ouis exiguo formicas ore gerentes 625  
 rugosoque suum seruantes cortice callem.  
 dum numerum miror, "totidem pater optime" dixi,  
 "tu mihi da ciues et inania moenia supple."  
 iutrenuit ramisque sonum sine flamine motis  
 alta dedit quereus. paulo mihi membra timore 630  
 horrerant, stabantque comae. tamen oscula terrae  
 roboribusque dedi. nec me sperare fatebar,  
 sperabam tamen atque animo mea uota fouebam.  
 uox subit, et curis exercita corpora somnus  
 occupat. ante oculos eadem mihi quereus adesse  
 et frondere itidem totidemque animalia ramis 636  
 ferre suis uisa est pariterque tremescere motu  
 graui ferunq̄ue aquen subiectis spargere in armis;  
 crescere quod subito et manusque nideri  
 ac se tollere humo rectoque adsistere trunco 640  
 et maciem numerumque pedum nigrumque colorem  
 ponere et humanam membris inducere formam.  
 somnus abiit; dauno nigilans mea uisa querorq̄ue  
 in superis opis esse nihil. at in aedibus ingens 644  
 murmur erat, noesque hominum exaudire uidebar  
 iam mihi desuetas. dum suspicior has quoque somni  
 esse, uenit Telamon properus, foribusque reclusis  
 "speque fideque, pater," dixit "maiora uidebis:  
 egredere." egredior, qualesque in imagine somni  
 uisus eram midisse uiros, ex ordine tales 650

adspicio noscoque. adeunt regemque saluant.  
 uota Ioui soluo populisque recentibus urbem  
 partior et uacuos priscais cultoribus agros,  
 Myrmidonasque noco, nec origine nomina fraudo.  
 corpora uidisti; mores, quos ante gerebant, 655  
 nunc quoque habent: parcum genus est patiensque  
 laborum  
 quaesitque tenax et quod quaesita reseruet.  
 hi te ad bella pares annis animisque sequentur,  
 cum primum, qui te feliciter attulit, Eurys'  
 (Eurus enim attulerat) 'fuerit mutatus in Austros.'  
 Talibus atque aliis longum sermonibus illi 661  
 impleuere diem. Ineis pars ultima mensae  
 est data, nox somnis. iubar aureus extulerat sol;  
 labat adhuc Enris redituraque uela tenebat.  
 ad Cephalum Pallante sati, cui grandior aetas, 665  
 ad regem Cephalus simul et Pallante creati  
 conueniunt. sed adhuc regem sopor altus habebat.  
 excipit Aeacides illos in limine Phoebus;  
 nam Telamon fraterque uiros ad bella legebat.  
 Phoebus in interius spatium pulchrosque recessus 670  
 Ceopropidas ducit, eum quis simul ipse resedit.  
 adspicit Aeolidem ignota ex arbore factum  
 ferre manu iaculum, cuius fuit aurea ensis.  
 pauca prius mediis sermonibus ille locutus  
 'sum nemorum studiosus' ait 'caedisque ferinae:  
 qua tamen e silua teneas hastile recisum, 676  
 iam dudum dubito. certe si fraxinus esset,  
 fulua colore foret; si cornus, nodus inesset.  
 nude sit ignoro; sed non formosius isto  
 uiderunt oculi telum iaculabile nostri.' 680  
 excipit Actaeis e fratribus alter, et 'nam  
 maiorem specie mirabere' dixit 'in isto.  
 consequitur quodcumque petit, fortunaque missum  
 non regit, et renolat nullo referente cruentum.'  
 tum nero iuuenis Nereius omnia quaerit, 685  
 cur sit, et unde datum, quis tanti numeris auctor.  
 quae petit ille refert. set enim narrare pudori est,  
 qua tulerit mercede; silet tactusque dolore  
 coningis missae lacrimis ita fatur obortis:  
 'hoc me, mater dea, (quis possit credere?) telum 690  
 flere facit facietque diu, si uiuere nobis  
 fata diu dederint; hoc me enim coniuge cara  
 perdidit; hoc utinam caruissem munere semper.  
 Procris erat, si forte magis peruenit ad aures  
 Orithyia tuas, raptae soror Orithyiae: 695  
 si faciem moresque uelis conferre diurnum,  
 dignior ipsa rapi. pater hanc mihi inuixit Erech-  
 theus,  
 hanc mihi inuixit amor. felix dicebar eramque.  
 non ita dis uisum est aut nunc quoque forsitan  
 essem.  
 alter agebatur post sacra iugalia mensis, 700  
 cum me cornigeris tendentem retia ceruis  
 uertice de summo semper florentis Lynnetti  
 lutea manu nidet pulsus Aurora tenebris  
 inuitumque rapit. liceat mihi nera referre  
 pace deae. quod sit roseo spectabilis ore, 705  
 quod tenet lucis, tenent conluua noctis,  
 nectareis quod alatur aquis,—ego Procrin amabam;  
 pectore Procris erat, Procris mihi semper in ore.  
 sacra tari coitusque nonos thalamosque recentes,  
 primaque deserti referre iam foedera lecti. 710  
 mota dea est et "siste tuas, ingrato, querellas;  
 Procrin habe;" dixit "quod si mea pronida mens  
 est,  
 non habuisse uoles." meque illi irata remisit.  
 dum redeo necumque deae memorata retracto,  
 esse metus coepit, ne iura iugalia coniuux 715  
 non bene seruasset. facies aetasque iubebat

VII 589 tulit M<sup>2</sup> uulg. 600 fibra om. M<sup>1</sup>, ceta N. 601 perdiderant N. 612 natorumque uirumque codd., u. patrumque Heins., natorum queribundae Merk. 613 tumulos Plan., tumulo est codd. 615 locuntur M<sup>1</sup> λ. 616 sic M, uae sub a. quondam asopidos caeuae fere cett. 636 frondere itidem Polle, prouerttere idem M in ras. λ pro uar. ser., prouertit idem N<sup>1</sup>, ramos totidem a. 639 et add. Heins. 656 paruamque genus p. Heins. ex codd. 658 secuntur λ. 660 Austrum Polle, quod nunc apparet in N. 662 optima M N λ. 667 sed cum Merk., set c. Housman, ceterum M, peiora cett. 699 dauauit Beutl. 714 cum redeo M.

credere adulterium ; prohibebant credere mores.  
sed tamen auferam, sed et haec erat, unde redibam,  
crimini exemplum, sed cuncta timemus amantes.  
quaerere quod doleam statuo donisque pudicam 720  
sollicitare fidem. fauet huic Aurora timori  
inmutataque meam (uideor sensisse) figuram.  
Palladias in eo non cognoscendos Athenas  
ingrediorque domum. culpa domus ipsa carcat  
castaque signa dabat dominoque erat anxia rapti.  
uix aditu per mille dolos ad Erechthida facto, 726  
ut uidi, obstipui meditataque paene reliqui  
temptamenta fide. male me quin uera faterer  
continui, male quin, ut oportuit, oscula ferrem.  
tristis erat (sed nulla tamen formosior illa 730  
esse potest tristi) desiderioque calebat  
coniugis abrepti. tu collige, qualis in illa,  
Phoece, decor fuerit, quam sic dolor ipse decebat.  
quid referam, quotiens temptamina nostra pudici  
repullerint mores, quotiens "ego" dixerit "uni 735  
seruor ; ubicumque est, uni mea gaudia seruo ?"  
cui non ista fide satis experientia sano  
magna foret ? non sum contentus et in mea pugno  
uulnera, dum census dare me pro nocte paciscor ;  
muneraque augendo tandem dubitare coegi. 740  
exclamo "simulator adest : male fictus adulter  
uerus eram coniunx. me, perfida, teste teneris."  
illa nihil : tacito tantummodo uicta pudore  
insidiosa malo cum coniuge limina fugit,  
offensaque mei genus omne perosa uirorum 745  
montibus errabat, studiis operata Dianae.  
tum mihi deserto uiolentior ignis ad ossa  
peruenit. orabam ueniam et peccasse fatebar  
et potuisse datis simili succumbere culpae  
me quoque muneribus, si munera tanta darentur.  
haec mihi confesso, laesum prius ultra pudorem, 751  
reddidit et dulces concorditer exigit annos.  
dat mihi praeterea, tamquam se parua dedisset  
dona, canem munus, quem cum sua traderet illi  
Cynthia, "currando superabit" dixerat "omnes."  
dat simul et iaculum, manibus quod (cernis)  
habemus. 756  
muneris alterius quae sit fortuna, requiris ?  
accipe : mirandi nouitate mouebere facti.  
Carmina Laiades non intellecta priorum  
soluerat ingenii, et praecipitata iacebat 760  
inmemor ambagum uates obscura suarum.  
protinus Aoniis inmittitur altera Thebis  
pestis, et exitio multi pecorumque suoque  
rurigenae pauere feram. uicina iuuentus 765  
uenimus et latos indagine cinximus agros.  
illa leui uelox superabat retia salu  
summaque transibat positarum lina plagarum.  
copula detrahitur canibus ; quas illa sequentes  
effugit et celeri non segnior alite ludit. 770  
poscor et ipse meum consensu Laelapa magno  
(muneris hoc nomen). iam dudum uincla pugnat  
exure ipse sibi colloque morantia tendit.  
uix bene missus erat, nec iam poteramus ubi esset  
scire. pedum calidus uestigia puluis habebat, 775  
ipse oculis ereptus erat. non ocior illo  
hasta nec exutae contorto uerbere glandes,  
nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.  
collis apex medii subiectis imminet aruis ;

tollor eo capioque noui spectacula cursus, 780  
quo modo deprendi, modo se subducere ab ipso  
uulnere uisa fera est. nec limit callida recto  
in spatiumque fugit, sed decipit ora sequentis  
et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti.  
imminet hic sequiturque parem similisque tenenti  
non tenet et uanos exercet in aera morsus. 786  
ad iaculi uertebar opem : quod dextera librat  
dum mea, dum digitis amentis addere tempto,  
lumina deflexi ; reuocataque rursus eodem  
rettuleram ; medio (mirum) duo marmora campo  
adspicio ; fugere hinc, illud captare putares. 791  
scilicet inuictos ambo certamine cursus  
esse deus uoluit, si quis deus adfuit illis.  
haectenus, et tacuit. 'iaculo quod crimen in ipso  
est ?'  
Phoecus ait. iaculi sic crimina reddidit ille. 795  
'Gaudia principium nostri sunt, Phoecae, doloris :  
illa prius referam. iuuat o meminisse beati  
temporis, Aeacida, quo primos rite per annos  
coniuge eram felix, felix erat illa marito.  
mutua cura duos et amor socialis habebat. 800  
nec Iouis illa meo thalamos praeferebat amori,  
nec, me quae caperet, non si Uenusa ueniret,  
ulla erat ; aequales urebant pectora flammae.  
sole fere radiis feriente cacumina primis  
uenatum in siluas iuuenaliter ire solebam. 805  
nec mecum famulos nec equos nec naribus acres  
ire canes nec lina sequi nodosa sinebam ;  
tutus eram iaculo. sed cum satiata ferinae  
dextera caedis erat, repetebam frigus et umbras  
et, quae de gelidis exhalat uallibus, auram. 810  
aura petebatur medio mihi lenis in aestu,  
auram expectabam, requies erat illa labori  
"aura," (recordor enim) "uenias" cantare solebam,  
"neque iuues intresque sinus, gratissima, nostros,  
utque facis, releuare uelis, quibus urimur, aestus."  
forsitan addiderim (sic me mea fata trahebant) 816  
blanditias plures et "tu mihi magna uoluptas,"  
dicere sim solitus "tu me reficisque fouesque,  
tu facis, ut siluas, ut amem loca sola, meoque  
spiritus iste tuus semper captatur ab ore." 820  
uocibus ambiguis deceptam praebuit aurem  
nescioquis, nomenque aurae tam saepe uocatum  
esse putans nymphae, nympham me credit amare.  
crimini extemplo ficti temerarius index  
Procrin adit linguaque refert audita susurra. 825  
credula res amor est. subito conlapsa dolore,  
ut sibi narratur, cecidit longoque reflecta  
tempore se miseram, se fati dixit iniqui  
deque fide quæsta est ; et crimine concita uano  
quod nihil est, metuit, metuit sine corpore nomen,  
et dolet infelix ueluti de paelice uera. 831  
saepe tamen dubitat speratque miserima falli  
indicioque fidem negat et, nisi uiderit ipsa,  
damnatura sui non est delicta mariti.  
postera depulerant Aurorae lumina noctem : 835  
egredior siluamque peto, uictorque reuertens  
"aura, ueni" dixi "nostroque medere labori."  
et subito gemitus inter mea uerba uidebar  
nescioquos audisse : "ueni" tamen "optima" dixi.  
fronde leuem rursus strepitum faciente cadauca 840  
sum ratus esse feram telumque uolatile misi.

VII 731 *calebat* ε, *dolbat* M N, *erasus* λ. 737 *fide* codd. aliquot, *fidei* ε, *fides* M N λ. 739 *pro nocte paciscor* Heins. ex codd., *promitto loquendo* M N, de quo uid. Zingerle praefat. p. xiv, *pro n. loquendo* λ ε Korn, *loando* cod. unus Heins. 741 *male* (ε ex corr.) *fictor adest male fictus adulter* M, *simulator adest fictus adulter* M, *male fictus a. Korn, iamne ultor a. Zingerle, mala pectora detego lectus adulter* λ, similia codd. perique, unde *ego fictus adulter* edd. nonnulli. alii alia. coniecerunt. 758 *mirandum* codd., corr. Heins. 759 *naiades* codd., corr. Taurellus. 760 corr. Heins. ex codd., *solutur* M, *soluunt* N<sup>2</sup> ε λ. 762 om. M<sup>1</sup> N<sup>1</sup> λ, *scilicet alma themis non talia linquit inulta cett.*, damnauerunt edd. recent. 763 *inmissa est bestia (uelua N) thebis* N in ras. ε λ. 764 *cessit* M in ras. N ε in ras. λ, corr. Gronouius. *multis* codd., corr. idem. *suo* N ε, *sum* M λ. 765 *rurigenae* ε, *rurigenam* M λ, *ruricolae* N<sup>2</sup>. 769 quos M N ε. 770 *celeri* Merk., *ecae* M ante ras., *cactum* M<sup>2</sup> N ε λ, *uolueri* Heins. 777 *excessus* Heins. ex codd. corr., *exutae* M<sup>2</sup> N ε λ, *exiu* M ante ras. 780 *eo* M, *in hunc* N ε λ. 786 *morsus*. *motus* M N<sup>1</sup> λ. 788 *indere* Heins. ex codd. 791 *latrare* codd., *captare* Polle receperunt Magnus et Zingerle. 806 *famuli—equi* M N λ. 807 *solebant* M N λ. 818 *sum* M ε λ, *sim* N Heins. 820 *captatur* codd. aliquot, *captatur* M N ε λ. 823 *michi—amari* N ε. 824 *facti* M N<sup>1</sup> λ. 827 *michi* M N ε λ, *sibi* Heins. ex codd. 835 ita N, *auroram—nocte* M ε λ. 836 *reuertens* Postgate coll. V 583, *per herbas* codd., *pererrans* Merk., *remouensque per h.* Zingerle in praefat. p. xv. 839 *dicens* M N ε λ, *dixi* N pro uar. scr. Heins.

Procris erat; medioque tenens in pectore vulnus  
 "ei mihi" conclamat. uox est ubi cognita fidae  
 coniugis, ad uocem praecipue antensque eucurri.  
 semianimum et sparsas foedantem sanguine uestes  
 et sua (me miserum) de uulnere dona trahentem 846  
 inuenio, corpusque meo mihi carius ulnis  
 mollibus attollo seissaque a pectore ueste  
 uulnera saeua ligo conorque inhibere eruorem,  
 neu me morte sua sceleratum deserat, oro, 850  
 miribus illa carens et iam moribunda coegit  
 haec se pauca loqui: "per nostri foedera lecti  
 perque deos supplex oro superosque meosque,  
 per si quid merui de te bene perque manentem

nunc quoque, cum pereo, causam mihi mortis,  
 amorem, 855  
 ne thalamis Auram patiare innubere nostris."  
 dixit, et errorem tum denique nominis esse  
 et sensi et docti. sed quid docuisse iuuabat?  
 labitur, et paruae fugiunt cum sanguine uires,  
 dumque aliquid spectare potest, me spectat et in me  
 infelicem animam nostroque exhalat in ore. 861  
 sed uultu meliore mori secura uidetur.  
 flentibus haec lacrimans heros memorabat; et ecce  
 Aeneas ingreditur duplici cum prole nouoque  
 milite, quem Cephalus consortibus accipit armis. 865

## LIBER OCTAVVS

Iam nitidum retegente diem noctisque fugante  
 tempora Lucifero cadit Eurus, et munda surgunt  
 nubila. dant placidi cursum redeuntibus Austri  
 Aeacidis Cephaloque; quibus feliciter acti  
 ante expectatum portus tenere petitos. 5  
 interea Minos Lelegeia litora nastat  
 praetemptatque sui nires Mauortis in urbe  
 Alcathoi, quam Nisus habet, cui splendidus ostra  
 iuter honoratos medioque in uertice canos  
 crinis inhaerebat, magni fiducia regni. 10

Sexta resurgebant orientis cornua lunae;  
 et pendebat adhuc belli fortuna, diuque  
 inter utrumque uolat dubiis Victoria pennis.  
 regia turris erat uocalibus addita muris,  
 in quibus auratam proles Letoia fertur 15  
 deposuisse lyram: saxa sonus eius inhaesit.  
 saepe illuc solita est ascendere filia Nisi  
 et petere exigua resonantia saxa lapillo,  
 tum cum pax esset; bello quoque saepe solebat  
 spectare ex illa rigidi certamina Martis. 20  
 ianque mora belli procerum quoque nomina narat  
 armaque equoque habitusque Cydoneasque phare-  
 tras.

nouerat ante alios faciem ducis Europaei,  
 plus etiam quam nosse sat est. haec iudice Minos,  
 seu caput abdiderat cristata casside pennis, 25  
 in galea formosus erat; seu sumpserat aere  
 fulgentem clipeum, clipeum sumpsisse decebat.  
 torserat adductis hastilia lenta laertis;  
 laudabat uirgo iunctam cum uiribus artem.  
 inposito calamo patulos sinuauerat arcus: 30  
 sic Phaeonum sumptis iurabat stare sagittis.  
 cum uera faciem dempto nudauerat aere  
 purpureusque albi stratis insignia pietis  
 terga premebat equi spumantiaque ora regebat, 35  
 uix sua, uix sauae uirgo Nisicia compus  
 mentis erat. felix iaculum, quod tangeret ille,  
 quaeque manu premeret, felicia frena uocabat.  
 impetus est illi, licet modo, ferre per agmen  
 uirgineos hostile gradus, est impetus illi  
 turribus e summis in Gnosis mittere corpus 40  
 castra, uel aeratas hosti recludere portas,  
 uel siquid Minos aliud uelit. nique sedebat  
 eandem Dictaei spectans tentoria regis,  
 'laeter' ait 'doleantne geri laeternalibile bellum, 44  
 in dubio est. doleat, quod Minos hostis amanti est;  
 sed nisi bella forent, nunquam mihi cognitus esset.

me tamen accepta poterat deponere bellum  
 obside; me comitem, me pacis pignus haberet.  
 si quae te peperit, talis, pulcherrime rerum,  
 qualis es ipse, fuit, merito dens arsit in illa. 50  
 o ego ter felix, si pennis lapsa per auras  
 Gnosiacei possem castris insistere regis,  
 fassaque me flammisque meas, qua dote, rogarem,  
 uellet eni; tantum patrias ne posceret arcus.  
 nam pereant potius sperata cubilia, quam sim 55  
 prodicione potens; quamuis saepe utile uinci  
 uictoris placidi fecit elementia multis.  
 iusta gerit certe pro nato bella perempto  
 et causaque ualet causamque tuentibus armis.  
 et, puto, uincemur. qui si manet exitus urbem, 60  
 cur suus haec illi reserabit uenia Mauoris  
 et non noster amor? melius sine caede moraque  
 impensaque sui poterit superare cruoris.  
 non metum certe, ne quis tua pectora, Minos,  
 milheret imprudens. quis enim tam durus, ut in te  
 derigere inuitem non insecus audeat hastam? 66  
 coepta placent, et stat sententia tradere mecum  
 dotalem patriam finemque imponere bello.  
 uerum uelle parua est. aditus custodia seruat  
 claustraque portarum genitor tenet; hunc ego solum  
 infelix timeo, solus mea uota moratur. 71  
 di facerent, sine patre forent! sibi quisque profecto  
 est deus; ignanis precibus Fortuna reuigilat.  
 altera iam dudum succensa cupidine tanto  
 perdere gauderet, quodenuique obstaret amori. 75  
 et cur ulla foret me fortior? ire per ignes  
 et gladiis ausim. nec in hoc tamen ignibus ullis  
 aut gladiis opus est; opus est mihi crine paterno.  
 illa mihi est aura pretiosior, illa beatam  
 purpura me uotique mei factura potentem.' 80

Talia dicenti curarum maxima nutrix  
 nox interuenit, tenebrisque audacia creuit.  
 prima quies aderat, qua curis fessa diuinis  
 pectora somnus habet; thalamos taciturna paternus 85  
 intrat et (heu facinus) uitali nata parentem  
 crine suum spoliat, praedaeque potita nefanda  
 [fert secum spolium sceleris progressaque porta]  
 per medios hostes (meriti fiducia tanta est)  
 peruenit ad regem. quem sic adfata parentem est:  
 'suasit amor facinus. proles ego regia Nisi 90  
 Scylla tibi trado patriaeque meosque penates,  
 praemia nulla peto nisi te. eape pignus amoris  
 purpureum crinem, nec me nunc tradere erinem,

VII 865 *consortibus* Housman, cum *fortibus* codd.

VIII 8 *alceothoe* codd., corr. Heins. 9 *medio de u.* λ, *medio sub u.* N. 26 *auris* Heins. ex codd. nonnullis. 49 *rerum* Heins., *regum* M N λ. 50 *ipsa* M N λ. 59 *tuentibus* N, *teuentibus* M λ. 60 corr. Merk. ex codd., *quis enim* n. codd., quo retento in 61 *cum* pro *cur* Korn. *reseret* (seret M<sup>2</sup> in ras.) *mea* M N λ, *reserabit* Heins. ex codd. nonnullis. 65 *durus* M N λ, *dirus* vulg. 67 *meum* N λ edd. uett., *secum* M edd. qui *coepta* — *parum* est parenthesis esse iudicant. 85 *fatali* λ Merk. 87 *fert secum spolium sceleris progressaque porta* λ Priscian. p. 152 M<sup>2</sup> in marg. (cum *ponte* pro *porta*), damnauit Heins.

sed patrium tibi crede caput'; scelerataque dextra  
munera porrexit. Minos porrecta refugit 95  
turbatusque noui respondit imagine facti:  
'di te submoueant, o nostri infamia saechi,  
orbe suo, tellusque tibi pontusque negetur.  
certe ego non patiar Iouis incunabula, Creten,  
qui meus est orbis, tantum contingere monstrum.'  
dixit; et ut leges captis iustissimus auctor 101  
hostibus inposuit, classis retinacula solui  
iussit et aeratas impleri remige puppes.  
Seylla freto postquam deductas nare carinas  
nec praestare ducem sceleris sibi praemia uidit, 105  
consumptis precibus uiolentam transit in iram,  
intendensque manus, passis furibunda capillis,  
'quo fugis,' exclamat 'meritorum auctore relicta,  
o patriae praelate meae, praelate parenti?  
quo fugis, inmitis? cuius uictoria nostrum 110  
et scelus et meritum est. nec te data munera,  
nec te

noster amor mouit, nec quod spes omnis in unum  
te mea congesta est? nani quo deserta reuertat?  
in patriam? superata iacet. sed finge manere?  
proditione mea clausa est mihi. patris ad ora, 115  
quem tibi donauit? cuius odere merentem,  
finitimi exemplum metuunt. obstruximus orbem  
terrarum nobis ut Crete sola pateret.  
hac quoque si prohibes et nos, ingrate, relinquis,  
non genetrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis,  
Armeniae tigres Austroque agitata Charybdis. 121  
nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri  
ducta tua est: generis falsa est ea fabula: nerus  
et ferus et captus nullius amore iuuencae,  
qui te progeniuit, taurus fuit. exige poenas, 125  
Nise pater: gaudete malis, modo prodita, nostris,  
moenia. nam, fateor, merui et sum digna perire.  
sed tamen ex illis aliquis, quos inopia laesi,  
me perimat: cur, qui uicisti crimine nostro,  
insequeris crimen? scelus hoc patriaeque patrique,  
officium tibi sit. te uere coniuge digna est, 131  
quae toruum ligno decepit adultera taurum  
discordemque utero fetum tulit. equid ad aures  
perueniunt mea dicta tuas? an inania uenti  
uerba ferunt idemque tuas, ingrate, carinas? 135  
iam iam Pasiphaen non est mirabile taurum  
praeposuisse tibi: tu plus feritatis habebas.  
me miseram, properare iuuat, diuulsaque remis  
unda sonat. mecum simul, a, mea terra recedit.  
nil agis, o frustra meritorum oblite meorum: 140  
insequar inuitum puppinque amplexa recurram  
per freta longa trahar.' uix dixerat, insilit undis  
consequiturque rates, faciente cupidine uires,  
Gnosiacaque haeret comes inuidiosa carinae.  
quam pater ut uidit (nam iam pendebat in aura 145  
et modo factus erat fuluis haliæetus alis),  
ibat, ut haerentem rostro laceraret adunco.  
illa metu puppin dimisit, et aura cadentem  
sustinuisse leuis, ne tangeret aequora, uisa est.  
pluma fuit: plumis in auem mutata uocatur 150  
ciris, et a tonso est hoc nomen adepta capillo.

Vota Ioui Minos taurorum corpora centum  
soluit, ut egressus ratibus Curetida terram  
contigit, et spoliis decorata est regia fixis.  
creuerat opprobrium generis, foedumque patebat 155  
matris adulterium monstrum nouitate biformis.  
destinat hunc Minos thalamis remouere pudorem  
multiplicique domo caecisque includere tectis.  
Daedalus ingenio fabrae celeberrimus artis  
ponit opus turbatque notas et lumina flexum 160  
ducit in errore uariarum ambage uiarum.

non secus ac liquidus Phrygiis Maeandros in aruis  
ludit et ambiguo lapsu refluitque fluitique  
occurrentesque sibi uenturas aspiciet undas,  
et nunc ad fontes, nunc ad mare uersus apertum 165  
incertas exercet aquas: ita Daedalus inplet  
innumeras errore uias; uixque ipse reuerenti  
ad limen potuit: tanta est fallacia tecti.  
quo postquam geminam tauri iuuenisque figuram  
clausit, et Actaco bis pastum sanguine monstrum  
tertia sors annis domuit repetita nouenis: 171  
utque ope uirginea nullis iterata priorum  
ianna difficilis filo est inuenta relecto,  
protinus Aegides rapta Minoide Diam  
uela dedit comitemque suam crudelis in illo 175  
litore destituit. deserta et multa querenti  
amplexus et opem Liber tulit; utque perenni  
sidere clara foret, sumptam de fronte coronam  
innisit caelo. tenues uolat illa per auras,  
dumque uolat, gemmae nitidos uertuntur in ignes  
consistuntque loco, specie remanente coronae, 181  
qui medius Nixique genu est Anguemque tenentis.

Daedalus interea Creten longumque perosus  
exilium tactusque loci natalis amore  
clausus erat pelago. 'terras licet' inquit 'et undas  
obstruat, at caelum certe patet: ibimus illac. 186  
omnia possideat, non possidet aera Minos.'  
dixit, et ignotas animum dimittit in artes  
naturamque nouat. nam ponit in ordine pennas,  
a minima coeptas, longam breuiore sequenti, 190  
ut cliuo creuisse putes; sic rustica quondam  
fistula disparibus paulatim surgit auenis.  
tum lino medias et ceris alligat imas,  
atque ita compositas paruo curuamine flectit,  
ut ueras imitetur aues. puer Icarus una 195  
stabat et, ignarus sua se tractare pericla,  
ore residenti modo, quas uaga mouerat aura,  
captabat plumas, flauam modo pollice ceram  
molliabat lusuque suo mirabile patriis  
inpediebat opus. postquam manus ultima coeptis  
inposita est, geminas opifex librauit in alas 201  
ipse suum corpus motaque pepedit in aura.  
instruit et natum 'medio' que 'nt limite curras,  
Icare,' ait 'moneo, ne, si demissior ibis,  
unda grauet pennas, si celsior, ignis adurat. 205  
inter utrumque uola. nec te spectare Booten  
aut Helicen iubeo strictumque Orionis ense;  
me duce carpe uiam.' pariter praepcepta uolandi  
tradit et ignotas ueris accomodat alas.  
inter opus monitusque genae maduere seniles 210  
et patriae tremere manus. dedit oscula nato  
non iterum repetenda suo, pennisque leuatus  
ante uolat comitique timet, uelut ales, ab alto  
quae teneram prolem produxit in aera nido,  
hortaturque sequi damnosae erudit artes 215  
et mouet ipse suas et nati respicit alas.  
hos aliquis, tremula dum captat harundine pisees,  
aut pastor baculo stiuane innixus arator  
uidit et obstipuit, quique aethera carpere possent,  
credidit esse deos. et iam Iunonia laeua 220  
parte Samos, fuerant Delosque Parosque relictas,  
dextra Lebinthus erat fecundaque melle Calymne,  
cum puer audaci coepit gaudere uolatu  
deseruitque ducem caelique cupidine tractus  
altius egit iter. rapidi uicinia solis 225  
mollit odoratas, pennarum uinacula, ceras.  
tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos  
remigioque carens non ullas percipit auras.  
oraque caerulea patrium clamantia nomen  
excipiuntur aqua; quae nomen traxit ab illo. 230

VIII 115 ob (ex ad) N. 117 exponimur M, exponimus N 'meliores' Heins., obstruximus M<sup>2</sup> λ uulg., orbe M, expunximus Merk., expendimus Madv., exposcere in orbe Korn. 119 hac N ε λ Heinsius, hanc M uulg. 123 uerū M λ<sup>2</sup> ε. 130 patrisque N ε λ. 131 uero M N λ. 138 diuulsaq. N, diuisaq. λ. 145 aura Koch, auras codd. 146 haliæetus in N, similia cett., corr. Heins. 153 et M N λ. 160 lumina M N ε λ, lumina Heins. ex codd. flexu N<sup>1</sup> ε λ. 162 liquidus phrygiis N λ ε, liquidus phrygius M. aruis N λ, undis M ε. 173 relecto M N ε λ, relecto Heins. ex codd. 190 sequente ε λ. 197 uenit (t in ras. M) uenti M N ε λ. 205 pinnae N<sup>1</sup> (sic 212 et alibi). 221 fuerat M N ε λ, fuerant Heins. ex codd. 224 tactus M in ras. N ε λ, tractus Heins. ex codd.

- at pater infelix, nec iam pater, 'leare,' dixit,  
'leare,' dixit 'nbi es? qua te regione requiram?'  
'leare' dicebat; pennas adspexit in undis  
denouitque suas artes corpusque sepulcro  
condidit: et tellus a nomine dicta sepulti. 235
- Hunc miserum tumulo ponentem corpora nati  
garrula lamoso prospexit ab elice perlix  
et plausit pennis testataque gaudia cautu est;  
unica tunc uolueris nec nisa prioribus annis,  
factaque nuper auis, longum tibi, Daedale, crimen.  
namque huic tradiderat, fatorum ignara, docendam  
progeniem germana suam, natalibus actis 242  
bis puerum senis, animi ad praecepta epaeais.  
ille etiam medio spinas in pisce uotatas  
traxit in exemplum ferroque incidit acuto 245  
perpetuos dentes et serrae reperit usum.  
primus et ex uno duo ferrea brachia nodo  
nixit, ut aequali spatio distantibus illis  
altera pars staret, pars altera duceret orbem.  
Daedalus inuidit sacraque ex arce Mineruae 250  
praecipitem misit, lapsum mentitus. at illum,  
quae fauet ingeniis, excepit Pallas auemque  
reddidit et medio nelauit in aere pennis.  
sed uigor ingenii quondam uelocis in alas  
inque pedes abiit; nomen, quod et ante, remansit.  
non tamen haec alte uolueris sua corpora tollit, 256  
nec facit in ramis altoque caemine nidos;  
propter humum uoluit ponitque in saepibus oua  
antiquique memor metuit sublimia casus.  
Iamque fatigatum tellus Acthaeae tenebat 260  
Daedalon, et sumptis pro supplice Cocalus armis  
mitis habebatur, iam lamentabile Athenae  
pendere desierant Thesea laude tributum.  
templa coronantur, bellatricemque Mineruam  
eum Ioue disque noeant aliis, quos sanguine uoto  
muneribusque datis et accris turis honoant. 266  
sparserat Argolicae nomen uaga fama per urbes  
Theseos, et populi, quos diues Achaia cepit,  
huius opem magnis implorauerat periculis.  
huius opem Calydon, quamuis Melagron haberet,  
sollicita supplex petiit praee. causa petendi 271  
sus erat, infestae famulus uindixitque Dianae.  
Oeneae namque ferunt pleni successibus anni  
primitias frugum Cereri, sua uina Lyaeo,  
Palladios illanae lactices libasse Mineruae. 275  
coeptus ab agricolis superos peruenit ad omnes  
ambitiosus honor; solas sine turba relictas  
praeteritae cessasse ferunt Latoides aras,  
tangit et ira deos. 'at non inipue feretis,  
quaeque inhonoratae, non et dicamur inultae' 280  
inquit; et Oenios nltorem spreta per agros  
misit aprum, quanto maiores herbida tauros  
non habet Epiros, sed habent Sicula arua minores.  
sanguine et igne micant oenli, riget horrida  
ceruix, 284  
feruida cum raneo latos stridore per armos  
spuma fluit, dentes aequantur dentibus Indis,  
fulmen ab ore uenit, frondes adflantibus ardent.  
is modo crescentes segetes proculcat in herba, 290  
nunc matura metit lleturi uota coloni  
et Cererem in spicis intercipit. area frustra  
et frustra expectant promissas horrea messes.  
sternuntur granidi longo enim paluute fetus  
baeque cum ramis semper frondentis oliuae.  
sacuit et in pecudes; non has pastoree canisue, 295  
non armenta truces possunt defendere tanri.  
diffugiunt populi nec se nisi moenibus urbis  
esse putant tutos, donec Melagros et una  
leeta manus iuuenum coiere cupidine laudis: 300
- Tyndaridae gemini, praestantes caestibus alter,  
alter equo, primaque ratis molitor Iason  
et cum Pirithoo, felix concordia, Theseus  
et duo Thestiadae, proles Aphareia, Lynceus  
et uelox Idas, et iam non femina Caeneus 305  
Leuceippsque ferox iaculoque insignis Aeastus  
Hippothisque Dryasque et cretus Amyntore  
Phoenix  
Aetoridaeque pares et missus ab Elide Phyleus.  
nec Telamon aberat magnique creator Achillis  
cumque Pheretiade et Hyanteo Iolao 310  
impiger Eurytion et cursu inuictus Echion  
Naryeusque Lelex Panopaeusque Hyleusque fe-  
roxque  
Hippasus et primis etiamnum Nestor in annis,  
et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis,  
Penelopaeque soeer cum Parrhasio Ancaeo 315  
Ampyeidesque sagax et adhuc a conige tutus  
Oeclides nemorisque deus Tegeaea Lycaei;  
rasilis huic summam nordebat fibula uestem,  
erinis erat simplex, nodum collectus in unum,  
et uero pendens resonabat eburnea laeua 320  
telorum custos, arcum quoque laeua tenebat.  
talis erat cultu; facies, quam dicere nere  
uirginem in puero, puerilem in uirgine possis.  
hanc pariter nidi, pariter Calydonius heros  
optauit, rennente deo, flammisque latentes 325  
hausit et 'ofelix, siquem dignabitur' inquit  
'ista uirum'; nec plura sinit tempusque pudorque  
dicere: maius opus magni certaminis urget.  
Silua frequens trabibus, quam nulla ceciderat  
actas,  
incipit a plano denexaque prospicit arua. 330  
quo postquam uenere miri, pars retia tendunt,  
nincula pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur  
signa pelum cupiuntque summi reperire periculum.  
concaua uallis erat, quo se demittere riuu  
adsuerant pluuias aquae, tenet ima lacunae 335  
lenta salix ulnaeque leues inuicique palustres  
uiminaeque et longa paruae sub harundine cannae.  
hinc aper excitus medius uolentis in hostes  
fertur, ut elisis excussis nubibus ignes,  
sternitur incursu nemus et propulsa fragorem 340  
silua dat. exclamant iuuenes praetentaque forti  
tela tenent extra lato mibrantia ferro.  
ille ruit spargitque canes, ut quisque furenti  
obstat, et obliquo latrantes dissipat ietu.  
cuspis Echionio primum contorta laerto 345  
nana fuit truncoque dedit leue uulnus aerno.  
proxima, si nimis mittentis uiribus usa  
non foret, in tergo uisa est haesura petito:  
longius it; auctor teli Pagasaens Iason.  
'Phoebe,' ait Ampyeides 'si te coluque coloque,  
da mihi, quod petitur, certo contingere telo.' 351  
qua potuit, precibus deus admiit; ietus ab illo est,  
sed sine uulnere, aper. ferrum Diana uolanti  
abstulerat iaculo; lignum sine acumine uenit.  
ira feri mota est, nec fulmine lenius arsit: 355  
emicat ex oculis, spirat quoque pectore flamma.  
utque uolat moles adducto concita uernio,  
cum petit ant muros ant plenas milite turre,  
in iuuenes certo sic inpete uulnibus sus  
fertur et Hippalmon Pelagonaque, dextra tuentes  
cornua, prosternit; socii rapuere iacentes. 361  
at non letiferos effugit Euaesimus ietus  
Hippoconte satus; trepidantem et terga parantem  
uertere successo liquerunt poplite nerui.  
forsitan et Ilyius citra Troiana perisset 365  
tempora; sed sumpto posita conamine ab hasta

VIII 237 *lamoso*—*elice* Housuan (l. c.), *ramosa*—*ilice* codd., *liuoso*—*elice* auct. de dub. nom. (Keil, gr. Lat. v 587).  
262 *mitis* codd., *maetus* Merk. 266 *accruis* M N s. *adorant* s. 278 *praeteritus* M N s. *latoides* M. 279 *feretis* Bentl.,  
*feremus* codd. 285, 286 *et saeae similes rigidis hastilibus horrent stantque uelut uallum uelut alta hastilia saeae*  
*ferae* codd., u. 285 del. Heins., u. 286 om. M<sup>1</sup> del. Burm. 299 *melagros* (o ex u) M, *melagros* N s. 305, 306 ordine  
inuerso M N s. 313 *etiam nunc* s. 323 *possis* M N s, *posses* s. 334 *dimittite* M N s. 337 *longae paruae* M N s. s. corr.  
Heins. ex codd. 339 ita Postgate, *excussis elisi* (*elisas* s. s.) codd. *ignis* s. s. 351 *telo* M pro uar. *ries*, *ferro* M. 356 *flammas*  
N s. 359 *uasto* Burm. ex cod. Leidensi. 360 *ippalmon* s. *hypalemon* cett., *Hippalmon* cett., *Eupalmon* uulg.

arboris insiluit, quae stabat proxima, ramis  
despexitque, loco tutus, quem fugerat hostem.  
dentibus ille ferox in querno stipite tritis  
imminet exitio, fidensque recentibus armis  
Eurytidae magni rostro femur hausit adunco. 370  
at gemini, nondum caelestia sidera, fratres,  
ambo conspicui, niue candidioribus ambo  
uectabantur equis, ambo vibrata per auras  
hastarum tremulo quatiebant spicula motu. 375  
uulnera fecissent, nisi saetiger inter opacas,  
nec iaculis isset nec equo loca peruia, siluas.  
persequitur Telamon studioque incautus eundi  
pronus ab arborea cecidit radice retentus.  
dum leuat hunc Peleus, celerem Tegeaea sagittam  
inposuit neruo sinuatoque expulit arcu. 381  
fixa sub aure feri summiu destrinxit harundo  
corpus et exiguo rubefecit sanguine saetas.  
nec tamen illa sui successu laetior ictus  
quam Meleagros erat. primus uidisse putatur 385  
et primus sociis uisum ostendisse cruorem  
et 'meritum' dixisse 'feres uirtutis honorem.'  
erubere uiri seque exhortantur et addunt  
cum clamore animos iaciuntque sine ordine tela.  
turba nocet iactis et quos petit impedit ictus. 390  
ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas  
'discite, femineis quid tela uirilia praestent,  
o iuuenes, operique meo concedite' dixit.  
'ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis,  
inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana.' 395  
talia magniloquo tumidus memorauerat ore  
incipitemque manu tollens utraque securim  
institerat digitis, primos suspensus in artus.  
occupat audentem, quaque est uia proxima leto,  
summa ferus geninos dextic ad inguina dentes.  
concidit Ancaeus, glomerataque sanguine multo 401  
uiscera lapsa fluunt; madefacta est terra cruore.  
ibat in aduersum proles Ixionis hostem  
Pirithous, ualida quatiens uenabula dextra,  
cui procul Aegides 'o me mihi carior' inquit 405  
'pars animae consistit meae. licet eminus esse  
fortibus: Ancaeo nocuit temeraria uirtus.'  
dixit et aerata torsit grane cuspide cornum;  
quo bene librato uotique potente futuro,  
obstitit aesculea frondosus ab arbore ramus. 410  
misit et Aesonides iaculum, quod casus ab illo  
uerit in immeriti fatum latrantis, et inter  
ilia coniectum tellure per ilia fixum est.  
at manus Oenidae uariat, missisque duabus  
hasta prior terra, medio stetit altera tergo. 415  
nec mora, dum saeuit, dum corpora uersat in orbem  
stridentemque nouo spumam cum sanguine fundit,  
uulneris auctor adest hostemque iritad ad iram  
splendidaque aduersos uenabula condit in armos.  
gaudia testantur socii clamore secundo 420  
uicticemque petunt dextrae coniungere dextram  
inmanemque ferum multa tellure iacentem  
mirantes spectant. neque adhuc contingere tutum  
esse putant, sed tela tamen sua quisque cruentat.  
ipse pede inposito caput exitiabile pressit 425  
atque ita 'sume mei spoliū, Nonacria, iuris,'  
dixit 'et in partem ueniat mea gloria tecum.'  
protinus exuias rigidis horrentia saetis  
terga dat et magnis insignia dentibus ora.  
illi laetitiae est cum munere muneris auctor: 430  
inuidere alii, totoque erat agnune murmur.  
e quibus ingenti tendentes bracchia uoce  
'pone age nec titulos intercepe, femina, nostros'  
Thesiadae clamant 'nec te fiducia formae  
decipiat, ne sit longe tibi captus amore 435  
auctor' et huic adimunt munus, ius muneris illi.  
non tulit et tumida frendens Mauortius ira

'discite, raptore alieni' dixit 'honoris,  
facta minis quantum distent' hausitque nefando  
pectora Plexippi nil tale timentia ferro. 440  
Toxea quid faciat dubium pariterque uolentem  
uleisci fratrem fraternaque fata timentem  
haud patitur dubitare diu calidumque prioris  
caede recalceit consorti sanguine telum.  
Dona deum templis nato uictore ferebat, 445  
cum uidet extinctos fratres Althaea referri.  
quae plangere dato maestis clamoribus urbem  
inplet et auratis mutauit uestibus atras.  
at simul est auctor necis editus, excidit omnis  
luctus, et a lacrimis in poenae uersus amorem est.  
stipes erat, quem, cum partus enixa iaceret, 451  
Thestias, in flammam triplices posuere sorores;  
staminaque impresso fatalia pollice nentes  
'tempora' dixerunt 'eodem lignoque tibique,  
o modo nate, damus.' quo postquam carne dicto  
excessere daeae, flagrantem mater ab igne 456  
eripuit ramum sparsitque liquentibus undis.  
ille diu fuerat penetralibus abditus imis  
seruatusque tuos, iuuenis, seruauerat annos.  
protulit hunc genitrix taedaeque et fragmina poni  
imperat et positus inimicos admouet ignes. 461  
tum conata quater flammis inponere ramum,  
coepta quater tenuit. pugnant materque sororque,  
et diuersa trahunt unum duo nomina pectus.  
saepe metu sceleris pallebant ora futuri, 465  
saepe suum feruens oculus dabat ira ruborem.  
et modo nescioquid similis crudele minanti  
uultus erat, modo quem miserici credere posses.  
cumque ferus lacrimas animi siccauerat ardor,  
inueniebantur lacrimae tamen. utque carina, 470  
quam uentus uentoque rapit contrarius aestus,  
uim geminam sentit pareteque incerta duobus;  
Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat  
inque uices ponit positamque resuscitat iram.  
incipit esse tamen melior germana parente, 475  
et consanguineas ut sanguine leniat umbras,  
inpietate pia est. nam postquam pestifer ignis  
conualuit, 'rogus iste cremet mea uiscera' dixit.  
utque manu dira lignum fatale tenebat,  
ante sepulcrales infelix adstitit aras 480  
'poenarum' que 'daeae triplices, furialibus,' inquit,  
'Eumenides, sacris uultus aduertite uestros.  
uleiscor facioque nefas: mors morte pianda est,  
in scelus addendum scelus est, in funera funus.  
per coaceruatos pereat domus in pia luctus. 485  
an felix Oeneus nato uictore fruetur,  
Thestius orbis erit? melius lugebitis ambo.  
uos modo, fraterni manes animaeque recentes,  
officium sentite meum magnoque paratas  
accipite inferias, uteri mala pignora nostri. 490  
ei mihi, quo rapior? fratres, pignoscite matri.  
deficiunt ad coepta manus. meruisse fatemur  
illum, cur pereat; mortis mihi displicet auctor.  
ergo inpune feret uiuusque et uictor et ipso  
successu tumidus regnum Calydonis habebit: 495  
uos cinis exiguus gelidaeque iacebitis umbrae?  
haud equidem patiar. pereat sceleratus et ille  
spemque patris regnique trahat patriaeque ruinam.  
mens ubi materna est? ubi sunt pia iura parentum  
et quos sustinui bis mensum quinque labores? 500  
o utinam primis arsissem ignibus infans,  
idque ego passa forem. uixisti munere nostro;  
nunc merito moriere tuo. cape praemia facti  
bisque datam, primum partu, mox stipite rapti,  
redde animam; uel me fraternis adde sepulcris. 505  
et cupio et nequeo. quid agam? modo uulnera  
fratrum  
ante oculos mihi sunt et tantae caedis imago,

VIII 371 orithie M N ε λ, Eurytidac Merk., Actoridae Gierig. 377 essent M λ. 382 destrinxit M. 385 meleagrus M ε, melager N λ. 398 pronos Merk. 409 quo ε<sup>2</sup>, cui cett. 410 aesculea N<sup>2</sup> in ras. ε λ uulg., abscisa M, obstipa Merk. 412 ita Heins. ex codd., et immeritum figit similiaue codd. plerique. 422 feram N ε λ. 432 tendens sua M, tendunt sua N. 443 priori M. 453 fatali M N. 457 torrem Heins. ex codd. 463 pugnat M λ. 474 perque ε λ. 498 regniq. Heins. ex codd., regnumq. M N ε λ. 499 uota M<sup>2</sup> in marg. ε.



nunc animum pietas maternaque nomina frangunt.  
 me miseram, male uincetis, sed uincite, fratres;  
 dummodo quae dederō uobis solacia uosque 510  
 ipsa sequar.' dixit dextrae auersa trementi  
 funerem torrem medius coniecit in ignes.  
 aut dedit aut uisus gemitus est ipse dedisse  
 stipes, ut inuitis correptus ab ignibus arsit.  
 inuisus atque absens flamma Meleagrus ab illa 515  
 uritur et caccis torreri uiscera sentit  
 ignibus ac magnos superat uirtute dolores.  
 quod tamen ignauo eadat et sine sanguine leto,  
 maeret et Ancaei felicia uulnera dicit,  
 grandaeuunneque patrem fratresque piisque sorores  
 cum gemitu soeiamque tori uocat ore supremo, 521  
 forsitan et matrem. crescent ignisque dolorque,  
 languescuntque iterum: simul est extinctus uterque,  
 inque leues abiit paulatim spiritus aras,  
 paulatim cana prunam uelante fauilla. 525  
 Alta iacet Calydon; hrgent iuuenesque senesque,  
 uulgusque proceresque genuit, scissaeque capillos  
 planguntur matres Calydonides Eucnidae.  
 puluere canitiem genitor uultusque seniles  
 foedat humi fusus spatiosumque increpat aeuum.  
 nam de matre manus diri sibi conscia facti 531  
 exegit poenas acto per uiscera ferro.  
 non mihi si centum deus ora sonantia linguis  
 ingeniumque capax totumque Heliconia delisset,  
 tristia persequeretur miserarum nota sororum. 535  
 immemores decoris lucentia pectora timent;  
 dumquemanet corpus, corpus refoventque fouentque,  
 oscula dant ipsi, posito dant oscula leto:  
 post cinerem cineres haustos ad pectora pressant  
 adfusaeque iacent uulnulo signataque saxo 540  
 nomina complexae lacrimas in nomina fundunt.  
 quas Parthaoniae tandem Latonia clade  
 exsatiata domus praeter Gorgeneum murumque  
 nobilis Aleniensae natis in corpore pennis  
 adleuat et longas per brachia porrigit alas 545  
 corneaque ora facit uersasque per aera mittit.  
 Interea Theseus sociati parte laboris  
 functus Erechtheas Tritonidos ibat ad arces.  
 clausit iter fecitque moras Achelous eunti  
 imbre tumens. 'succede meis,' ait 'inclite, tectis,  
 Cceropida, nec te committe rapacibus undis. 551  
 ferre trabes sadas obliquae uoluerē magno  
 murmure solita solent. uidi contermina ripae  
 cum gregibus stabula alta trahi; nec fortibus illic  
 profuit armentis nec equis uelocibus esse. 555  
 multa quoque hic torrens niuibus de monte solutis  
 corpora turbine iuuenalia uertice mersit.  
 tutior est requies, solito dum flumina currant  
 limite, dum tenues capiat sinus auens undas.' 559  
 Adnuit Aegides 'utar,' que 'Acheloe, domoque  
 consilioque tuo' respondit; et usus utroque est.  
 pumice multicauo nec leuibus atria topis  
 structa subit; molli tellus erat uuida musco,  
 summa laennabant alterno murice conchae.  
 iamque duas lucis partes Hyperione meso 565  
 disebuere toris Theseus comitesque laborum:  
 haec Ixionides, illa Troezenius heros  
 parte Lelex, raris iam sparsis tempora canis,  
 quosque alios parili fuerat dignatus honore  
 annis Acarnanum, lactissimus hospite tauro. 570  
 protinus adpositas nudae uestigia nymphae  
 instruxere epulis mensas dapibusque remotis  
 in gemma posnere merum. tum maximus heros,  
 aequora prospiciens oculis subiecta, 'quis' inquit  
 'ille locus?' digitoque ostendit, et 'insula nomen  
 quod gerit illa, doce; quamquam non una uidetur.'

annis ad haec 'non est' inquit 'quod eernitis, unum;  
 quinque iacent terrae; spatium discrimina fallit.  
 quoque minus spretae factum mirere Dianae, 579  
 Naides haec fuerant. quae cum bis quicque iuuenos  
 maetassent rurisque deos ad sacra uocassent,  
 immemores nostri festas duxere choreas.  
 intumui, quantisque feror, cum plurimus unquam,  
 tantus eram, pariterque animis inuani et undis  
 a siluis siluas et ab aruis arua reuulsi, 585  
 eumque loco nymphas, memores tum denique nostri,  
 in freta prouolui. Iluctus nosterque marisque  
 continuam diduxit humum partesque reuellit  
 in totidem, medijs quot ceruis Echinadas undis.  
 ut tamen ipse uides, procul in uia recessit  
 insula, grata mihi: Perimelen nauita dicit. 591  
 huic ego uirginem dilectae nomen ademi.  
 quod pater Hippodamas aegre tulit inque profundum  
 propulit e scopulo periturae corpora natae.  
 excepi nantemque ferens "o proxima mundi 595  
 regna uagae" dixi "sortite tridentifer undae, 596  
 adfer opem mersaeque, precor, feritate paterna 601  
 da, Neptune, locum; uel sit locus ipsa, liecbit." 602  
 dum loquor, amplexa est artus nona terra matantes  
 et grauis increuit mutatis insula membris.' 610  
 Annis ab his tacuit. factum mirabile eunctos  
 mouerat; irridet credentes, ntque deorum  
 spretor erat mentisque ferox, Ixione natus  
 'ficta refers nimiumque putas, Acheloe, potentes  
 esse deos,' dixit 'si dant adimuntque liguras.' 615  
 Obstipere omnes nec talia dicta prolarunt,  
 ante omnesque Lelex, animo maturus et aeno,  
 sic ait: 'iuuenta est liuemque potentia caeli  
 non habet, et quicquid superi uoluerē, peractum est.  
 quoque minus dubites, tiliae contermina quereus  
 collibus est Phrygijs, modico circumdata muro. 621  
 ipse locum uidi; nam me Pelopeia Pittheus  
 misit in arua, suo quondam regnata pareuti.  
 haud procul huc stagnum est: tellus habitabilis olim,  
 nunc celebres mergis fulicisque palustris undae.  
 Iuppiter huc specie mortali cumque parente 626  
 uenit Atlantiades positus caduceifer uis.  
 mille domos adiere, locum requiemque petentes,  
 mille domos clausere serae. tamen una recepit,  
 parua quidem, stipulis et canna tecta palustri, 630  
 sed pia Baucis auis parilique aetate Philemon  
 illa suut annis iuncti iuuenalibus, illa  
 consennere casa paupertatemque fatendo  
 ellecere lenem nec iniqua uente ferendo,  
 nec refert, dominos illic famulosque requiras: 635  
 tota domus duo sunt, idem parenteque iubentque.  
 Ergo ubi caelicolae paruos tetigere penates  
 submissoque humiles intrarunt uertice postes,  
 membra senex posito iussit releuare sedili,  
 quo superinecit textum rude sedula Baucis. 640  
 inde foco tepidum cinerem dimouit et ignes  
 susceitat hesternis folijsque et cortice siccō  
 nutrit et ad flammam anima producit anili;  
 multifidasque faces ramaliaque arida tecto  
 detulit et minuit paruoque aduocit aeno. 645  
 quodque suus coniuix riguo collegerat horto,  
 truncat holus folijs. furca leuat ille bicorni  
 sordida terga suis nigro pendentia tigno  
 seruatoque diu resecat de tergore partem  
 exiguam sectamque domat feruentibus nudis. 650  
 Interea medias fallunt sermonibus horas  
 coeuntiumque torum de molli fluminis ulua  
 impositum lecto spouda pedibusque salignis. 655  
 uestibus hunc uelant, quas non nisi tempore festo  
 sternere consuerant; sed et haec uilisque uetusque

VIII 513 ipse Bentl., ille codd. 514 ut. et M N A. 515 meleag-ros N, -er A. 528 plangunt hunc M, plangunt A, plangunt se s, erasus N, corr. Heins. Eucnidae Heins., eucnide M, peiora cett. 535 uota M A uulg., dicta N s, uoce Merk. 539 pressant A, uersant M N s. 543, 544 praeter Aleniensae secluit Merk. 557 uertice s, culmine M N A. 559 captat M N A, corr. Heins. ex codd., capiat s. 560 utor M N s A, utar Heins. ex codd. 573 cum Bentl. 577 cernimus N s A. 585 reuelli A. 588 resolut Heins. ex codd. 597 600, 603 608 m. insitios om. M N s A, habent codd. plerique. 621 medio M N A, modico s Heins. 637 paucos M. 640 quo, cui Madv. 641 inque M N A. 652 654 om. M N s, expunxerunt cdd. recentit. 656 impositus codd., corr. Merk.

uestis erat, lecto non indignanda saligno.  
 ad cubuere dei. mensam succincta tremensque 660  
 ponit anus; mensae sed erat pes tertius inpar:  
 testa parem fecit. quae postquam subdita clium  
 sustulit, aequatam mentae tersere uirentes.  
 ponitur hic bicolor sinceræ baca Mineruæ  
 conditaque in liquida corna autumnalia faece 665  
 intibaque et radix et lactis massa coacti  
 ouaque non acri leuiter uersata fauilla,  
 omnia fitilibus. post hæc caelatus eodem  
 sistitur argento crater fabricataque fago  
 pocula, qua caua sunt, flauentibus inlita ceris. 670  
 parua mora est, epulasque foci misere calentes;  
 nec longæ rursus referuntur uina senectæ  
 dantque locum mensis paulum seducta secundis.  
 hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis  
 prunæque et in patulis redolentia mala canistris 675  
 et de purpureis collectæ uitibus uinæ.  
 candidus in medio fauus est. super omnia uultus  
 accessere boni nec iners pauperque uoluntas.

Interea totiens haustum cratera repleri  
 sponte sua per seque uident succrescere uina. 680  
 attoniti nouitate paudent manibusque supinis  
 concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon  
 et ueniam dapibus nullisque paratibus orant.  
 micus anser erat, minimæ custodia uillæ;  
 quem diu hospitibus domini maectare parabant. 685  
 ille celer penna tardos ætate fatigat  
 eluditque diu tandemque est uisus ad ipsos  
 confugisse deos. superi uetueri necari  
 “di” que “summs, meritasque luet uicinia poenas  
 inpia;” dixerunt “uobis innumibus huius 690  
 esse mali dabitur. modo uestra relinquite tecta  
 ac nostros comitate gradus et in ardua montis  
 ite simul.” parent ambo baculisque leuati  
 nituntur longo uestigia ponere cliu.

Tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta  
 missa potest; flexere oculos et mersa palude 696  
 cetera prospiciunt, tantum sua tecta manere.  
 dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum,  
 illa uetus dominis etiam casa parua duobus  
 uertitur in templum; furcas subiere columnæ, 700  
 stramina flauescunt aurataque tecta uidentur  
 caelataeque fores adportaque marmore tellus.  
 talia tum placido Saturnius edidit ore:  
 “dicite, iuste senex et femina coniuge iusto  
 digna, quid optetis.” cum Baucide pauca locutus  
 iudicium superis aperit commune Philemon: 706  
 “esse sacerdotes delubraque uestra tueri  
 poscimus; et, quoniam concordæ eginus annos,  
 auferat hora duos eadem, nec coniugis umquam  
 busta meae uideam neu sim tumulandus ab illa.”

Vota fides sequitur. templi tutela fuere, 711  
 donec uita data est. annis æuoeque soluti  
 ante gradus sacros cum starent forte locique  
 narrarent casus, frondere Philemona Baucis,  
 Baucida conspexit senior frondere Philemon. 715  
 iamque super geminos crescente cacumine uultus  
 mutua, dum lieuit, reddebant dicta “uale” que  
 “o coniunx” dixere simul, simul abdita textit  
 ora frutex. ostendit adhuc Thineus illic  
 incola de gemino uicinos corpore truncos. 720

Hæc illi non nani, neque erat cur fallere uellent,  
 narrauerunt senes. equidem pendentia uidi  
 sarta super ramos, ponensque recentia dixi  
 “cura deum di sint, et qui coluere, colantur.”  
 Desierat, cunctosque et res et mouerat auctor,  
 Thesea præcipue. quem facta audire uolentem 726  
 mira deum, innixus cubito Calydonius amnis  
 talibus adloquitur: ‘sunt, o fortissime, quorum  
 forma semel mota est et in hoc renouamine mansit;

sunt quibus in plures ius est transire figuras, 730  
 ut tibi, complexi terram maris incola, Proteu.  
 nam modo te iuuenem, modo te uidere leonem,  
 nunc uiolentus aper, nunc quem tetigisse timerent  
 anguis eras, modo te faciebant cornua taurum.  
 saepe lapis poterat, arbor quoque saepe uideri; 735  
 interdum, faciem liquidarum imitatus aquarum,  
 flumen eras, interdum undis contrarius ignis.

Nec minus Atolycei coniunx, Erysichthone nata,  
 iuris habet. pater huius erat, qui numina diuum  
 sperneret et nullos aris adoleret honores. 740  
 ille etiam Cereale nemus uiolasse securi  
 dicitur et lucos ferro temerasse uetustos.  
 stabat in his ingens annoso robore quercus,  
 una nemus; uitæ mediam memoresque tabellæ  
 sartaque cingebant, noti argumenta potentis. 745  
 saepe sub hac Dryades festas duxere choreas,  
 saepe etiam manibus nexis ex ordine trunci  
 circuire modum, mensuraque roboris ulnas  
 quinque ter inplebat. nec non et cetera tantum  
 silua sub hac, silua quantum fuit herba sub omni.

Non tamen idcirco ferrum Triopieus illa 751  
 abstinuit, famulosque iubet succidere sacrum  
 robur; et ut iussos cunctari uicidit, ab uno  
 edidit hæc rapta sceleratus uerba securi:  
 “non dilecta deae solum, sed et ipsa licebit 755  
 sit dea, iam tanget frondente cacumine terram.”

Dixit, et obliquos dum telum librat in ictus,  
 contremuit gemitumque dedit Deoia quercus;  
 et pariter frondes, pariter pallescere glandes  
 coepere ac longi pallorem ducere rami. 760  
 cuius ut in trunco fecit manus inpia uulnus,  
 laud aliter fluxit discusso cortice sanguis,  
 quam solet, ante aras ingens ubi uictima taurus  
 concidit, abrupta cruor e ceruice profundit.

Obstupere omnes, aliquisque ex omnibus audet  
 detertere nefas saeuamque inhibere bipennem. 766  
 adspicit hunc “mentis” que “pia caepe praemia” dixit  
 Thessalus; inque uirum conuertit ab arbore ferrum  
 detruncatque caput. repetitaque robora caedit,  
 redditis et medio sonus est de robore talis: 770  
 “nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno,  
 quæ tibi factorum poenas instare tuorum  
 uaticinor moriens, nostri solacia leti.”

Persequitur scelus ille suum, labefactaque tandem  
 ictibus innumeris adductaque funibus arbor 775  
 corruit et multam prostrauit pondere siluam.  
 attonitæ Dryades damno nemorumque suoque,  
 omnes germanæ, Cererem cum uestibus atris  
 maerentes adeunt poenanque Erysichthonis orant.  
 adnuit his capitique sui pulcherrima motu 780  
 concussit grauidis oneratos messibile agros.  
 moliturque, genus poenæ miserabile si non  
 ille suis esset nulli miserabilis actis,  
 pestifera acerare Fame. quæ quatenus ipsi  
 non adnata deae est (neque enim Cereremque 785  
 Famemque

fata coire sinunt), montani numinis unam  
 talibus agrestem conpellat Oreada dictis:  
 “est locus extremis Scythiæ glacialis in oris,  
 triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus;  
 Frigus iners illic habitat Pallorque Tremorque 790  
 et ieiuna Fames. ea se in præcordia condat  
 sacrilegi scelerata iube; nec copia rerum  
 uincat eam, superetque meas certamine uires.  
 neue uia spatium te terreat, accipe currus,  
 accipe, quos frenis alte moderere, dracones.” 795  
 et dedit. illa dato subuecta per aera curru  
 deuenit in Scythiam rigidique cacumine montis  
 (Caucason appellant) serpentum colla leuauit.  
 quaesitantque Famem lapidoso uidit in agro

VIII 668, 669 eadem—argilla Dan. Heins. 693 ita M<sup>1</sup> et ut uid. N<sup>1</sup>, p. et dis præeuntibus ambo membra leuant  
 baculis tardique senilibus annis fere cett. 714 narrassent λ, inciperent N, nauarent curas Merk. 719 thincius M N ε λ,  
 Dinicius Suchier, Thinnicius Riese, Thymbreius Korn. 724 pii dis sunt—coluntur λ Heins. 740 odores M N.  
 750 omnis codd., silua Heins. 758 deo ida M, deoia λ N (corr. ex deo dia), Deoia Heins. 761 improba λ. 762  
 sanguine cortex M N ε λ. 770 editus e N ε λ. de. cum N<sup>2</sup>. 784 quatinus M N ε. 797 cacumina M N ε.

unguibus et raras nellentem dentibus herbas. 800  
hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,  
labra incana situ, scabrae rubigine fauces,  
dura cutis, per quam spectari uiscera possent,  
ossa sub incuruis exstabant arida lumbis,  
uentris erat pro uentre locus, pendere putares  
pectus et a spinae tantummodo crate teneri. 805  
auxerat articulos macies, genuumque tumebat  
orbis, et immodico prodibant tubere tali.  
hanc prociul ut uidit (neque enim est accedere iuxta  
ansa), refert mandata deae; paulumque morata,  
quamquam aberat longe, quamquam modo uenerat  
illuc, 811

uisa tamen sensisse famem retroque dracones  
egit in Haemoniam, uersis sublimis habenis.

Dicta Fames Cereris, quamuis contraria semper  
illius est operi, peragit; perque aera uento 815  
ad iussam delata domum est et protinus intrat  
sacrilegi thalamos altoque sapore solum  
(noctis enim tempus) geminis amplectitur ulnis;  
seque uiro inspirat faucesque et pectus et ora  
adflata et in uacuis spargit ieiunia uenis. 820  
functaque mandato fecundum deserit orbem  
inque domos inopes, adueta reuertitur intra.

Lenis adhuc somnus placidis Erysiethona pennis  
mulcebat: petit ille dapes sub imagine somni  
oraque nana mouet dentemque in dente fatigat, 825  
exercetquo cibo delusum guttur inani  
proque epulis tenues nequiquam deuorat auras.  
ut uero est expulsa quies, furit ardor edendi  
perque auidas fauces immensaue uiscera regnat.  
nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aer,  
poscit, et adpositis queritur ieiunia mensi 831  
inque epulis epulas quaerit; quodque urbilus esse  
quodque satis poterat populo, non sufficit uni;  
plusque cupit, quo plura suam demittit in alium.  
utque fretum recipit de tota flumina terra 835  
nec satiatur aquis peregrinosque elibit annes,  
utque rapax igitur non unquam alimenta recusat  
innumerasque trabes cremat et, quo copia maior  
est data, plura petit turbaque uoracior ipsa est;  
sic epulas omnes Erysiethonis ora profani 840  
accipiunt poscuntque simul. cibus omnis in illo  
causa cibi est, semperque locus fit inanis edendo.

Iamque fame patrias altaque uoragine uentris  
attenuarat opes, sed inattenuata manebat 845  
tum quoque dira fames, inplacataque uigebat  
flamma gulae. et tandem, demisso in uiscera censu,  
filia restabat, non illo digna parente.  
hanc quoque uendit inops. dominum generosa re-  
cusat

et uicina suas tendens super aequora palmas  
“cripe me domino, qui raptae praemia nobis 850  
uirginitatis habes” ait. haec Neptunus habebat.  
qui prece non sprete, quamuis modo uisa sequenti  
esset ero, formamque nouat uultumque uirilem  
induit et cultus pisces capientibus aptos.  
hanc dominus spectans “o qui pendente paruo 855  
aera cibo celas, moderator harundinis,” inquit  
“sic mare compositum, sic sit tibi piscis in unda  
credulus et nullos, nisi fixus, sentiat hamos;  
quae modo cum uili turbatis ueste capillis 859  
litore in hoc steterat, nam stantem in litore uidi,  
dic ubi sit; neque enim uestigia longius exstant.”  
illa dei munus bene cedere sensit et a se  
se quaeri gaudens, his est reseuta rogantem:  
“quisquis es, ignoscas; in nullam lumina partem  
gurgite ab hoc flexi studioque operatus inhaesi. 865  
quoque minus dubites, sic has deus aequoris artes  
adiuuet, ut nemo iamdudum litore in isto,  
me tamen excepto, nec femina constitit ulla.”  
credidit et uerso dominum pede pressit harenam  
elususque abiit; illi sua reddita forma est. 870

Ast ubi habere suam transformia corpora sensit,  
saepe pater dominis Triopeida tradit. at illa  
nunc equa, nunc ales, modo bos, modo ceruus abibat  
praebebatque uido non iusta alimenta parenti.  
uis tamen illa mali postquam consumperat omnem  
materiam, deerantque graui noua pabula morbo, 876  
ipse suos artus lacerans diuelleret morsu  
coepit et infelix minuendo corpus aiebat.  
quid moror externis? etiam mihi nempe nouandi est  
corporis, o iuuenis, numero finita potestas. 880  
nam modo qui nunc sum uideor, modo flector in  
anguem,  
armenti modo dux uites in cornua sumo,  
cornua, dum potui. nunc pars caret altera telo  
frontis, ut ipse uides. genitus sunt uerba secuti.

## LIBER NONVS

Quae gemitus truncaeque deo Neptunius heros  
causa rogat frontis, cum sic ‘Alydonius amnis  
coept, inornatos redimitus harundine crines:  
‘triste petis munus. quis enim sua proelia uictus  
commemorare uelit? referam tamen ordine. uec-  
tam 5  
turpe fuit uinci quam contendisse decorum est,  
magnaue dat nobis tantus solacia uictor.  
nomine siqua suo fando peruenit ad aures  
Deianira tuas, quondam pulcherrima uirgo  
multorumque fuit spes inuidiosa procorum. 10  
cum quibus ut soceri domus est intrata petiti,  
“accipe me generum,” dixi “Parthaone nate:”  
dixit et Alcides. alii cessere duobus.  
ille Ionem socerum dare se famamque laborum

et superata suae referebat inssa nonerae. 15  
contra ego “turpe deum mortali cedere” dixi  
(nondum erat ille deus); “dominum me cornis  
aquarum  
cursibus obliquis inter tua regna fluentem.  
nec gener externis hospes tibi missus ab oris,  
sed popularis ero et rerum pars una tuarum. 20  
tantum te noceat quod me nec regia Iuno  
odit et omnis abest iussorum poena laborum.  
nam, quo te iactus, Alcmena nate, creatum,  
Iuppiter aut falsus pater est aut erimine uerus.  
matris adulterio patrem petis. elige fictum 25  
esse Ionem malis, an te per delectus ortum.”  
talia dicentem iamdudum lumine toruo  
spectat et accensae non fortiter inperat irae

VIII 800 *raris* M N ε λ, *raras* M<sup>2</sup>. 810 *morata est* M. 820 *peragit* M N ε λ, *spargit* Heins. ex codd. 829 *uisera* codd., *uisere* Merck. 841 *ipso* M. 852 *modo. non (modo suprascr.)* M, *ea* N ε λ, *iam* Riese. 854 *uultus piscem* M N λ. 865 *honoratus* M ε λ, *oneratus* N, *operatus* Heins. ex cod. Thuan. 876 *dederat* codd., corr. Burm. 877 *lacerans* Postgate ex Plan., *lacro* codd. 879 *nempe* Polle, *saepe* codd.

IX 8 *fando* Burmann; cf. XV 497, *tandem* codd. 10 *ambitiosa* Bentl. 17 *dominum* M in marg. ε, *numen* M<sup>2</sup>, om. M<sup>1</sup>, *regem* N λ Merck. 18 *inter tua* M cum in *tertia* pro uar. scr. 20 *cro* M supra ras., *ego* Koch. 23 *quod te—matre* λ. 26 *malles* M in res.

uerbaque tot reddit : " melior mihi dextera lingua.  
dummodo pugnando superem, tu uince loquendo." 30  
congregiturque ferox. puidit modo magna locutum  
cedere; reieci uiridem de corpore uestem  
bracchiaque opposui tennique a pectore uaras  
in statione manus et pugnae membra parauit. 35  
ille cauis hausto spargit me puluere palmis  
inque uicem fuluae tactu flauescit harenae.  
et modo ceruicem, modo crura micantia captat,  
aut captare putes, omnique a parte lacessit.  
me mea defendit grauitas frustra que petebar,  
haud secus ac moles, quam magno murmure fluctus  
oppugnant: manet illa suoque est pondere tuta. 41  
digredimur paulum rursusque ad bella coimus,  
inque gradu stetimus certi non cedere; eratque  
cum pede pes iunctus, totoque ego pectore pectus  
et digitos digitis et frontem fronte premebam. 45  
non aliter uidi fortes concurrere tauros,  
cum pretium pugnae toto nitidissima saltu  
expetituri coniunx; spectant armenta pauentque,  
nescia quem maneat tanti uictoria regni.  
ter sine profectu uoluit nitentia contra 50  
reicere Alcides a se mea pectora; quarto  
excuiti amplexus adductaque bracchia noluit,  
impulsumque manu (certum est mihi nera fateri)  
protinus auertit tergoque onerosus inhaesit.  
siqua fides (neque enim ficta mihi gloria uoce 55  
quaeritur), inposito pressus mihi monte uidebar.  
uix tamen inserti sudore fluentia multo  
bracchia, uix solui duros a corpore nexu:  
instat anhelanti prohibetque resumere uires  
et ceruice mea potitur. tum denique tellus 60  
pressa genu nostro est, et harenae ore momordi.  
inferior uirtute meas deuertor ad artes  
elaboro uiro longum formatus in anguem.  
qui postquam flexos sinuauit corpus in orbes  
cumque fero moui linguam stridore bisulcam, 65  
risit et inludens nostras Tiryntius artes  
" canarum labor est angues superare mearum,"  
dixit " et ut uincas alios, Acheloe, dracones,  
pars quota Lernaee serpens eris unis echidnae?  
uulneribus fecunda suis erat illa, nec ullum 70  
de centum numero caput est impune recisum,  
quin gemino ceruix herede ualentior esset.  
hanc ego ramosam natis e caede colubris  
crescentemque malo domui domitamque reclusi. 74  
quid fore te credas, falsum qui uersus in anguem  
arma aliena moues? quem forma precaria celat?"  
dixerat et summo digitorum uincula collo  
inicit; angebra ceu guttura forcipe pressus  
pollicibusque meas pugnabam euellere fauces. 80  
sic quoque deuicto restabat tertia tauri  
forma trucidis; tauro mutatus membra rebello.  
induit ille toris a laeua parte laceros  
admissumque trahens sequitur depressaque dura  
cornua figit humo meque alta sternit harena. 85  
nec satis hoc fnerat: rigidum fera dextera cornu  
dum tenet, infregit truncaque a fronte reuellit.  
Naides hoc, pomis et odoro flore repletum,  
sacrarunt, diuesque meo Bona Copia cornu est.  
dixerat, et nympha ritu succincta Dianae, 90  
una ministrarum, fusis utrinque capillis,  
incessit totumque tulit praediuite cornu  
autumnum et mensas, felicia poma, secundas.  
lux subit et primo feriente cacumina sole 94  
discedunt iuuenes. neque enim, dum flumina pacem  
et placidos habeant lapsus totaque residant,  
opperiuntur, aquae. uultus Achelous agrestes  
et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.  
Hunc tamen ablati domuit iactura decoris,

cetera sospes habet; capitis quoque fronde saligna  
aut super inposita celatur harundine damnum. 101  
at te, Nesse ferox, eiusdem uirginis ardor  
perdiderat uolucris triaetum terga sagitta.  
namque noua repetens patrios cum conunge muros  
ueuerat Eneni rapidas Ioue natus ad undas. 105  
uerior solito, nimbis hiemalibus auctus  
uerticibusque frequens erat atque inperuius amnis.  
intrepidum pro se, curam de conunge agentem  
Nessus adit, membrisque ualens scitusque uadorum,  
' officio ' que ' meo ripa sistetur in illa 110  
haec, ' ait ' Alcide; tu uiribus utere nando.'  
pallentemque metu fluiumque ipsumque timentem  
tradidit Aonijs pauidam Calydonida Nesso.  
mox, ut erat, pharetraque grauis spolioque leonis  
(nam clanam et curuos trans ripam miserat arcus)  
' quandoquidem coepi, superentur flumina ' dixit; 116  
nec dubitat nec qua sit clementissimus amnis  
quaerit, et obsequio deferri spernit aquarum.  
iamque tenens ripam, missos cum tolleret arcus,  
coniugis agnouit uocem; Nessoque paranti 120  
fallere depositum ' quo te fiducia ' clamat  
' uana pedum, uiolente, rapit? tibi Nesse biformis,  
dicimus. exaudi nec res intercepe nostras.  
si te nulla mei mouit reuerentia, at orbes  
concutitus uetitos poterant inhilbere paterni. 125  
haud tamen effugies, quamuis ope fids equina:  
uulnere, non pedibus te consequar.' ultima dicta  
re probat et missa fugientia terga sagitta  
traicit; exstatat ferrum de pectore adunem.  
quod simul euulsum est, sanguis per utrumque  
foramen 130  
emicuit, mixtus Lernaei tabe ueneni.  
excipit hunc Nessus: ' neque enim moriemur inulti '  
secum ait, et calido uelamina tincta cruore  
dat munus raptae uelut iritamen amoris.  
Longa fuit medii mora temporis, actaque magni  
Herculis inperant terras odiumque nouercae. 136  
uictor ab Oechalia ternaos sacra parabat  
uota Ioui, cum Fama loquax praecessit ad aures,  
Deianira, tuas, quae ueris addere falsa  
gaudet et e minimo sua per mendacia crescit, 140  
Amphitryoniaden Ioles ardore teneri.  
credit amans uenerisque nouae perterrita fama  
indulsiit primo lacrimis flendoque dolore  
diffudit miseranda suum. mox deinde ' quid autem  
flemus? ' ait ' paelx lacrimis laetabitur istis. 145  
quae quoniam adueniet, properandum aliquidque  
nouandum est,  
dum licet et nondum thalamos tenet altera nostros.  
conquerar an sileam? repetam Calydonia morerne?  
excedam tectis an, si nihil amplius, obstem?  
quid si me, Meleagre, tuam memor esse sororem 150  
forte paro facinus, quantumque iniuria possit  
femineusque dolor, iugulata paelice testor? '  
in cursus animus uarios abit; omnibus illis  
praetulit inbutam Nesseo sanguine uestem  
mittere, quae uires defecto reddat amori. 155  
ignaroque Lichae, quid tradat nescia, luctus  
ipsa suos tradit blandisque miserima uerbis,  
dona det illa uiro mandat. capit inscius heros  
induiturque uimeris Lernaee uirus echidnae.  
tura dabat primis et uerba precantia flammis 160  
uinaque marmoreas patera fundebat in aras;  
incaluit uis illa mali resolutaque flammis  
Herculeos abiit late dilapsa per artus.  
dum potuit, solita gemitum uirtute repressit;  
uicta malis postquam est patientia, reppulit aras 165  
impleuitque suis nemorosam uocibus Oeten.  
nec mora, letiferam conatur scindere nestem:

IX 33 uersas M<sup>1</sup>. 39 petebat M<sup>λ</sup>. 40 magno quam ε Merk. 44 pectus Grunauer, pronus codd. 62 deuertor N ε, diuertor uulg. 71 centum M<sup>2</sup>, comitum M N ε λ. 74 reclusi Merk. cuius praef. uide p. xxix, reduxi codd., redussi Madv., utriusque renasci Korn lacunam statuens; huius numeros ad finem libri secutus sum. 94 fugit N<sup>1</sup> M cum subit pro uar. ser. 97 agrestis M. 105 Euceni edd., eueheni M, hebeni N<sup>1</sup> ε λ. 106 actus ε λ. 117 dementissimus λ. 124 reuerentia mouit N ε λ. 128 re N ε, res M λ. 130 euulsum N. 153 in cursus—abit codd., incursum habet D. Heins. ex cod. Palat. 160 prunis λ. 163 dilapsa codd., diffusa edd. uett. 166 nemorosam N.

qua trahitur, trahit illa cutem, foedumque relatu,  
aut laeret membris frustra temptata reuelli,  
aut laceros artus et grandia detegit ossa. 170  
ipse eruo, gelido ceu quondam lammina candens  
tincta lacu, stridit coquiturque ardente ueneno.  
nec modus est, sorbent auidae praecordia flammae,  
caeruleusque fluit toto de corpore sudor,  
austustique sonant nerui, caeaeque medullis 175  
tabe liquefactis tollens ad sidera palmas  
'eladibus,' exclamat 'Saturnia, pascere nostris  
pascere et hanc pestem specta, erudelis, ab alto  
corque ferum satia; uel si miserandis et hosti,  
hoc est, si tibi sum, diris cruciatibus aegram 180  
inuisquam animam natamq; laboribus aufer.  
mors mihi inuenerit. decethaec dare dona non ercam.  
ergo ego foedantem peregrino templa eruo  
Busirin domui saeuoque alimenta parentis  
Antaeo eripui? nec me pastoris Iberi 185  
forma triplex, nec forma triplex tua, Cerbere, mouit?  
nosne, manus, ualidi pressistis cornua tauri?  
uestrum opus Elis habet, uestrum Stymphalides  
undae  
Partheniumque nemus? uestra uirtute relatus  
Thermodontiacae caelatus balteus auro 190  
pomaque ab insomni conuestodita dracone?  
nec mihi Centauri potuere resistere, nec mihi  
Areadiae nastator aper? nec profuit hydrae  
crescere per damnum geminasque resumere uires?  
quid, eum Thracis equos humano sanguine pingues  
plenaque corporibus laecri praesepia uidi 196  
uisaque deiici dominumque ipsosque peremi?  
his elisa iacet moles Nemeaea laertis;  
haec caelum ceruice tuli. defessa iubendo est  
sacra Iouis coniunx; ego sum indefessus agendo. 200  
sed noua pestis adest, eni nec nirtute resisti  
nec telis armisque potest. pulmonibus errat  
ignis edax imis perque omnes pascitur artus.  
at nalet Eurystheus. et sunt qui credere possint  
esse deos?' dixit perque altum saucius Oeten 205  
haud aliter graditur, quam si uenabula taurus  
corpore fixa gerat, factique refugerit auctor.  
saepe illum genitus edentem, saepe frementem,  
saepe retemptantem totas infringere nestes  
sternentemque trabes irascenque uideres 210  
montibus aut patrio tendentem brachia caelo.  
ecce Lichan trepidum latifantem rupe canata  
adspicit; utque dolor rabiem collegerat omnem,  
'tunc, Licha,' dixit 'feralia dona delisti?  
tunc meae necis auctor eris?' tremit ille puerque 215  
pallidus et timide nerba excusantia dicit.  
dicentem genibusque manus adhibere parantem  
corripit Alcides et terque quaterque rotatum  
mittit in Eruboicas tormento fortius undas.  
ille per aerias pendens induruit auras. 220  
ntque ferunt imbres gelidus conrescere uentis,  
inde niues fieri, niuibis quoque molle rotatis  
adstringi et spissa glomerari grandine corpus;  
sic illum ualidis iactum per mane laertis  
exsanguemque metu nec quicquam umoris habentem  
in rigidos nersum silices prior edidit aetas. 226  
nunc quoque in Eruboico scopulis breuis eminet alto  
gurgite et humane seruat uestigia formae;  
quem, quasi sensurum, nautae calcare uerentur  
appellantque Lichan. at tu, Iouis inclita proles, 230  
arboribus caesis, quas ardua gesserat Oete,  
inque pyram structis, arum pharetramque capacem  
regnaque nisras iterum Troiana sagittas

ferre iubes Poeante satum, quo flamma ministro  
subdita; dumque audis comprehenditur ignibus agger,  
congeriem siluae Nemeaeo uellere summam 236  
sternis et inposita clauae ceruice recumbis,  
haud alio uultu quam si coniuua iaceres  
inter plena meri redimitus pocula stertis.

Iamque ualens et in omne latus diffusa sonabat 240  
securosque artus contemptoremque petebat  
flamma suum: timere dei pro uindice terrae.  
quos ita (sensit enim) lacto Saturnius ore  
Iuppiter adloquitur: 'nostra est timor iste noluptas,  
o superi, totoque libens mihi pectore grator, 245  
quod memoris populi dicor rectorque paterque,  
et mea progenies uestro quoque tunc fauore est.  
nam quamquam ipsius datur hoc immanibus actis,  
obligor ipse tamen. sed enim (nec pectora uano  
lida metu paucant) istas nunc spernite flammam. 250  
omnia qui uicet, uincet, quos cernitis, ignes,  
nec nisi materna Vulcanum parte potentem  
sentiet: aeternum est a me quod traxit, et expers  
atque immune necis nullaque donabile flamma.  
idque ego defunctum terra caelestibus oris 255  
accipiam, emitti que memi laetabile factum  
dis fore confido. siquis tamen Herenle, siquis  
forte deo dolutus erit, data praemia nolet,  
sed meruisse dari sciet inuisquam probabit.  
adsensere dei: coniunx quoque regia nixa est 260  
cetera non duro, duro tamen ultima uultu  
dicta tulisse Iouis seque indoluisse notatam.  
interea quodlemque fuit populabile flammae,  
Muleiber abstulerat, nec cognoscenda remansit  
Herculis elligies, nec quiequam ab imagine ductum  
matris habet tantumque Iouis uestigia seruat. 266  
ntque nonis serpens posita emi pelle senecta  
luxuriare solet squamae nitere recenti,  
sic, ubi mortales Tiryntius exiit artus,  
parte sui meliore niget maiorque uideri 270  
coepit et augusta fieri grauitate uerendus,  
quem pater omnipotens inter caua nubila raptum  
quadringo curru radiantibus intulit astris.

Sensit Atlas pondus. neque adhuc Stheneleius iras  
soluerat Eurystheus odiumque in prole paternum 275  
excrebat atrox. at longis anxia curis  
Argolis Alemene, questus ubi ponat aniles,  
eni referat nati testatos orbe labores  
enue suos census, Iolen habet. Hercules illam  
inperis thalamoque animoque receperat Hyllus 280  
impleratque iterum generoso semine. cui sic  
incipit Alemene: 'faucant tibi mima saltem  
corripiantque moras, tum emi matura uocabis  
praepositam timidis parientibus lithyiam;  
quam mihi dilectum Iunonis gratia fecit. 285  
namque laboriferi cum iam natalis adesset  
Herculis et decimum premeretur sidere signum,  
tendebat grauitas utrum mihi, quodque ferebam,  
tantum erit, ut posses auctorem dicere tecti  
ponderis esse Iouem. nec iam tolerare dolores 290  
ulterius poteram; quin nunc quoque frigidus artus,  
dum loquor, horror habet, parsque est meminisse  
doloris.

septem ego per noctes, totidem cruciatu diebus,  
fessa malis tendensque ad caelum brachia magno  
Luceinam Nixosque patres clamore uocabam. 295  
illa quidem uenit, sed praecorrupta meumque  
quae donare caput Iunoni uellet iniquae;  
utque meos audit gemitus, subsedit in illa  
ante fores ara dextroque a poplite lacuum

IX 176 *tendens* Heins. ex codd. 179 *hostis* Bothe. 180 *hoc est M, hostis t al., hosti* Zingerle, *hostis enim t. s. uulg.*, uide Madv. aduers. t. ii p. 86. 191 *non custodita t.* 199 *es* Bentl. 204 *at uolet* M ex corr. N, *aduolet t. s.* 205 *altam* N t. 206 *uiris* M<sup>2</sup>. 208 *tremcentem* M N t. 209 *refringere* codd. duo Heinsii. 222 *mole* codd., corr. Raph. Regius. 227 *emicat* Glareanus Merk. 229 *sensuri* M in ras. 238 *haud* corr. ex aut M, *uoltu* N. 250 *ita* Riese, *istas ne spernite M, oetas spernite N t. s., i. despernite* Korn. 258 *nolet* Heins. ex codd., *nollet* M N t. 268 *nitere* N t. s., *emitere* M (c in ras.), *uicere* Burm. Merk. 281 *germine* Heins. ex codd. *cui* Heins. ex codd., *cum* M N t. 287 *decimo* M. 289 *posses* edd. uett., *possis* M N t. 290 *labores t. s.* Merk., *laborem* N. 295 *Nixosque patres* Merk. (uide eius praef. p. xxix), *nerasque* M, *nerasque* N, *nerisque* N (i et u) in ras., tum *paris* M N t., *aduersus partus t. s.* pro uar. ser., *nicus properum* C. Schenkl. 239 *a* Priscian., *c t.* est M N t.

pressa genu et digitis inter se pectine iunctis 300  
 sustinuit partus. tacita quoque carmina uoce  
 dixit, et inceptos tenuerunt carmina partus.  
 nitor et ingrato facio conuicia demens  
 uana Ioui cupioque mori moturaque duros  
 uerba queror silices. matres Cadmeides adsunt 305  
 notaque suscipiunt exhortanturque dolentem.  
 una ministrarum, media de plebe, Galanthis  
 flaua comas aderat, faciendis strenua iussis,  
 officii dilecta suis. ea sensit iniqua  
 nescioquid Inunone geri; dumque exit et intrat 310  
 saepe fores, diuam residentem uidit in ara  
 brachiaque in genibus digitis conuexa tenentem  
 et "quaecumque es," ait "dominae gratare; leuata  
 est  
 Argolis Alemene potiturque puerpera uoto."  
 exiit iunctasque manus pauifaceta remisit 315  
 diua potens uteri: uinclis leuor ipsa remissis.  
 numine decepto risisse Galanthis fama est.  
 ridentem pensamque ipsi dea saeua capillis  
 traxit et e terra corpus releuare uolentem  
 arcuit inque pedes mutauit brachia primos. 320  
 strenuitas antiqua manet, nec terga colorem  
 amisere suum; forma est diuersa priori.  
 quae quia mendaci parientem inuerat ore,  
 ore parit; nostrasque domos, ut et ante, frequentat.  
 Dixit et admonitu ueteris commota ministrae 325  
 ingemuit. quam sic nurus est adfata dolentem:  
 'te tamen, o genetrix, alienae sanguine nostro  
 rapta mouet facies. quid si tibi mira sororis  
 fata meae referam? quamquam lacrimaeque dolorque  
 impediunt prohibentque loqui. fuit unica matri 330  
 (me pater ex alia genuit) notissima forma  
 Oechalidum Dryope. quam uirginitate carentem  
 uimque dei passam Delphos Delonque tenentis  
 excipit Andraemon, et habetur coniuge felix.  
 est lacus, adeliuis denexo margine formam 335  
 litoris efficiens; summum myrteta coronant.  
 uenerat huc Dryope fatorum nescia, quoque  
 indignere magis, Nymphis latura coronas,  
 inque sinu puerum, qui nondum impleuerat annum,  
 dulce ferebat onus tepidique ope lactis alebat. 340  
 haud procul a stagno Tyrios imitata colores  
 in spem bacarum florebat aquatica lotos.  
 carperat hinc Dryope, quos oblectamina nato  
 porrigeret, flores, et idem factura uidebar  
 (namque aderam); uidi guttas e flore cruentas 345  
 decidere et tremulo ramos horrore moueri.  
 scilicet, ut referunt tardi nunc denique agrestes,  
 Lotis in hanc nymphae fugiens obscena Priapi  
 contulerat uersos, seruato nomine, uultus.  
 Nescierat soror hoc. quae cum perterrita retro 350  
 ire et adoratis uellet discedere nymphis,  
 haeserunt radice pedes. conuellere pugnat,  
 nec quicquam nisi summa mouet. succrescit ab imo  
 totaque paulatim lentus premit inguina cortex.  
 ut uidit, conata manu laniare capillos, 355  
 fronde manum inpleuit; frondes caput omne tene-  
 bant.  
 at puer Amphissus (namque hoc auus Eurytus illi  
 addiderat nomen) materna rigescere sentit  
 ubera, nec sequitur ducentem lacteus umor.  
 spectatrix aderam fati crudelis opemque 360  
 non poteram tibi ferre, soror; quantumque ualebam,  
 crescentem truncum ramosque amplexa morabar,  
 et, fateor, uolui sub eodem cortice condi.  
 ecce uir Andraemon genitorque miserimus adsunt  
 et quaerunt Dryopen: Dryopen quaerentibus illis  
 ostendi loton. tepido dant oscula ligno 366

adfusique suae radicibus arboris haerent.  
 nil nisi iam faciem, quod non foret arbor, habebat  
 cara soror. lacrimae misero de corpore factis  
 inrorant foliis, et dum licet oraque praestant 370  
 uocis iter, tales effundit in aera questus:  
 "siqua fides miseris, hoc me per numina iuro  
 non meruisse nefas; patior sine crimine poenam.  
 uiximus innocuae. si mentior, arida perdam  
 quas habeo frondes et caesa securibus urar. 375  
 hunc tamen infantem maternis demite ramis  
 et date nutrici; nostraque sub arbore saepe  
 lac facitote bibat nostraque sub arbore ludat.  
 cumque loqui poterit, matrem facitote salutet  
 et tristis dicat "latet hoc in stipite mater." 380  
 stagna tamen timeat nec carpat ab arbore flores  
 et frutices omnes corpus putet esse deaurum.  
 care uale coniunx, et tu, germana, paterque;  
 qui, siqua est pietas, ab acutae uulnere falcis,  
 a pecoris morsu frondes defendite nostras. 385  
 et quoniam mihi fas ad uos incumbere non est,  
 erigite huc artus et ad oscula nostra uenite,  
 dum tangi possunt, paruunque attollite natum.  
 plura loqui nequeo. nam iam per candida mollis  
 colla liber serpit, summoque cacumine condor. 390  
 ex oculis remouete manus. sine munere uestro  
 contegat inductus morientia lumina cortex."  
 desierant simul ora loqui, simul esse; diuque  
 corpore mutato rami caluere recentes.  
 Dumque refert Iole factum mirabile, dumque 395  
 Eurytidos lacrimas admoto pollice siccat,  
 Alemene (flet et ipsa tamen) conpescuit omnem  
 res noua tristitiam. nam limine constitit alto  
 paene puer dubiaque tegens lanugine malas  
 ora reformatus primos Iolaus in annos. 400  
 hoc illi dederat Iononia muneri Hebe,  
 uicta uiri precibus. quae cum iurare pararet  
 dona tributarum post hunc se talia nulli,  
 non est passam Themis. 'nam iam discordia Thebae  
 bella mouent' dixit, 'Capaneusque nisi ab Ioue  
 uinci 405  
 haud poterit, fientque pares in uulnere fratres,  
 subductaque uos manes tellure uidebit  
 uiuus adhuc uates; ultusque parente parentem  
 natus erit facto pius et scleratus eodem.  
 attonitusque malis, exul mentisque domusque. 410  
 uultibus Eumenidum matrisque agitabitur umbris,  
 donec eum coniunx fatale poposcerit aurum,  
 cognatumque latus Phegeius hauserit ensis.  
 tum demum magno petet hos Acheloia supplex  
 ab Ioue Callirhoe natis infantibus annos 415  
 neue necem sinat esse deum cultoris inultam.  
 Iuppiter his motus priuignae dona nurusque  
 praecipiet facietque uiros impubibus annis.'  
 Haec ubi faticano uenturi praescia dixit  
 ore Themis, uario superi sermone fremebant, 420  
 et 'cur non alii eadem dare dona liceret'  
 murmur erat. queritur ueteres Pallantias annos  
 coniugis esse sui, queritur canescere mitis  
 Iasiona Ceres, repetitum Mulciber aeuum  
 poscit Erichthonio; Venerem quoque cura futuri  
 tangit et Anchisae renouare paciscitur annos. 426  
 cui studeat, deus omnis habet, crescitque fauore  
 turbida seditio, donec sua Iuppiter ora,  
 soluit et 'o nostri siqua est reuerentia,' dixit  
 'quo ruitis? tantumne aliquis sibi posse uidetur,  
 fata quoque ut superet? fatis Iolaus in annos, 431  
 quos egit, rediit; fatis iuuenescere debent  
 Callirhoe geniti, non ambitio nec armis.  
 uos etiam, quoque hoc animo meliore feratis,

IX 300 et om. λ Priscian. 305 queror M ε, loquor N in ras. λ, ε pro uar. scr. 322 priore M. 335 acclinis ε Merk. 349 seruato M in marg., sublato M N λ (l ex II N). 351 ire et a. uulg., ired a. M, ired et oratis N ε λ. 357 amphissos N ε λ, amphissus M. 368 habebas λ Merk. Riese. 370 ac ε λ. 388 possum edd. plerique. 406 poterunt M. fientque codd. nonnulli Plan., fletuntque M, flet atque N, deflentque ε λ. 407 sitos Merk. 416 diu uictoris M, diu genitoris codd. teste Heins., sui cultoris Koch, deum c. Postgate, diu deus ultor Korn (cf. XIV 750), ε λ uers. sic dant addat neue n. s. e. ultoris inultam, N sic neu genitorque n. s. e. parentis inultam. 417 his auctus Merk. 419 uaticano λ, 423 mitem M. 424 aesonu flaua ceres M.

me quoque fata regunt. quae si mutare ualerem,  
nec nostrum seri curuarent Aeacon anni, 436  
perpetuumque aeni florem Rhadamanthus haberet  
cum Minoc meo, qui propter amara senectae  
pondera despicitur nec quo prius ordine regnat.  
dicta Iouis mouere deos; nec sustinet nullus, 440  
cum uideat fessos Rhadamanthon et Aeacon amnis  
et Minoa, queri. qui, dum fuit integer aeni,  
terruerat magnas ipso quoque nomine gentes.  
tunc erat imalidus Deionidenque iuuentae  
robore Miletum Phoeboque parente superbum 445  
pertinuit, credensque suis insurgere regnis,  
haud tamen est patriis arere penatibus ausus.

Sponte fugis, Milete, tua celerique carina  
Aegaeas metris aquas et in Aside terra  
moenia constituis positoris habentia nomen. 450  
hic tibi, dum sequitur patriae curuamina ripae,  
filia Maecandri totiens redeuntis eodem  
cognita Cyaree, praestanti corpora forma,  
Byblida cum Cauro, prolem est enixa gemellam.  
Byblis in exemplo est ut ament concessa puellae;  
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris 456  
non soror ut fratrem, nec qua debet, amabat.  
illa quidem primo nullos intellegit ignes,  
nec peccare putat quod saepius oscula iungat,  
quod sua fraterno circumdet brachia collo, 460  
mendacique diu pietatis fallitur umbra.  
paulatim declinat amor, uisuraque fratrem  
cultu uenit nimiumque cupit formosa uideri,  
et siqua est illic formosior, inuidet illi.  
sed nondum manifesta sibi est nullumque sub illo  
igne facit uotum; ueruntamen aestuat intus. 466  
iam dominum appellat, iam nomina sanguinis odit,  
Byblida iam mauult quam se nocet ille sororem.  
spes tamen obscenas animo demittere non est  
ausa suo uigilans; placida resoluta quiete 470  
saepe uidet quod amat: uisa est quoque iungere  
fratri

corpus, et erubuit quamuis sopita iacebat.  
somnia abijt; silet illa diu repetitque quietis  
ipsa suae speciem dubiaque ita mente profatur:  
'me miseram, tacitae quid uult sibi noctis imago?  
quam nolim rata sit! cur haec ego somnia uidi? 476  
ille quidem est oculis quamuis formosus iniuis  
et placet, et possim, si non sit frater, amare,  
et me dignus erat. uerum nocet esse sororem.  
dummodo tale nihil uigilans committere temptem,  
saepe licet simili redeat sub imagine somnus. 481  
testis abest somno, nec abest imitata uoluptas.  
pro Venus et tenera uolueret eum matre Cupido,  
gaudia quanta tui! quam me manifesta libido  
contigit! ut iacui totis resoluta medullis! 485  
ut meminisse iuuat! quamuis breuis illa nuptas  
noxque fuit praeceps et coeptis inuida nostris.  
o ego, si liceat uutato nomine iungi,  
quam bene, Caune, tuo poteram nris esse parenti!  
quam bene, Caune, meo poteram gener esse parenti!  
omnia, di facerent, essent communia nobis, 491  
praeter auos: tu me uellem generosior esses,  
nescioquam facies igitur, pulcherrime, matrem;  
at mihi, quae male sum, quas tu, sortita parentes,  
nil nisi frater eris. quod obest, id habebimus  
unum. 495  
quid mihi significant ergo mea uisa? quod autem  
somnia pondus habent? an habent et somnia pondus?  
di melius! di nempe suas habuere sorores,  
sic Saturnus Opem inuicem sibi sanguine duxit,  
Oceanus Tethyn, lunonem rector Olympi. 500  
sunt superis sua iura. quid ad caelestia ritus

exigere humanos dinersaque foedera tempto?  
aut no-tro uetitus de corde fugabitur ardor,  
aut hoc si nequeo, peream, precor, ante toroque  
morta componar, positaeque det oscula frater. 505  
et tamen arbitrium quaerit res ista duorum.  
finge placere mihi: scelus esse uidebitur illi.  
at non Aeolidae thulamos timere sororum.  
unde sed hos noui? cur haec exempla parauit?  
quo feror? obscenae procul hinc discedite flammae,  
nec, nisi qua fas est germanae, frater ametur. 511  
si tamen ipse meo captus prior esset amore,  
forsitan illius possem indulgere furori.  
ergo ego, quae fueram non reiectura petentem,  
ipsa petam? poterisne loqui? poterisne fateri? 515  
coget amor, potero; uel, si pudor ora tenebit,  
littera celatos arcana fatebitur ignes.  
hoc placet, haec dubiam nescit sententia mentem.  
in latus erigitur cubitoque innixa sinistro  
'uidebit: insanos' inquit 'fateamur amores. 520  
ei mihi, quo labor? quem meus mea concepit ignem?'  
et meditata manu componit uerba trementi.  
dextra tenet ferrum, uaeuam tenet altera ceram.  
incipit et dubitat, scribit damnataque tabellas,  
et notat et delet, mutat culpataque probatque 525  
inque uicem sumptas ponit positasque resumit.  
quid uelit ignorat; quicquid factura uidetur,  
dispicit. in uultu est audacia mixta pudori.  
scripta 'soror' fuerat; uisum est delere sororem  
uerbaque correctis incidere talia ceris: 530  
'quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem,  
hanc tibi mitti amans: pudet, a, pudet edere nomen.  
et si quid cupiam quaeris, sine nomine uellem  
posset agi mea causa mea, nec cognita Byblis  
ante forem, quam spes uotorum certa fuisset. 535  
esse quidem laesi poterat tibi pectoris index  
et color et maeies et uultus et umida saepe  
lumina nec causa suspiria mota patenti  
et erebri amplexus, et quae, si forte notasti,  
oscula sentiri non esse sororia posset. 540  
ipsa tamen, quamuis animo graue uulnus habebam,  
quamuis intus erat furor igneus, omnia feci  
(sunt mihi di testes), ut tandem sanior essem,  
pugnauitque diu uolenta Cupidinis arma  
effugere infelix, et plus quam ferre puellam 545  
posse putes ego dura tuli. superata fateri  
eogor openque tuam timidus exposcere uotis.  
tu seruare potes, tu perdere solus amantem:  
elige utrum facias. non hoc inimica precatur,  
sed quae, cum tibi sit inuicissima, inuictior esse 550  
expetit et uinctu tecum propiore ligari.  
iura senes norunt et, quid liceatque nefasque  
fasque sit, inquirant legnumque examina serient:  
conueniens Venus est annis temeraria nostris,  
quid liceat nescimus adhuc et cuncta licere 555  
credimus et sequimur magnorum exempla deorum.  
nec nos aut durus pater aut reuerentia funae  
aut timor impedit: tamen ut sit causa timendi,  
dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.  
est mihi libertas tecum secreta loquendi, 560  
et damns amplexus et iungimus oscula coram.  
quantum est quod desit? miserere fatentis amores  
et non fassurae, nisi eogeret ultimus ardor,  
neme merere meo subseribi causa sepulcro.  
taliam nequiquam perarantem plena reliquit 565  
cera manum, summisque in margine uersus ul-  
laesit.

protinus impressa signat sua crimina gemma,  
quam tinxit lacrimis (linguam defecerat amor),  
deque suis unum fanulis pudibunda uocauit

IX 441 *radamantum* M. 453 *praestanti* M ante ras. N in ras., *praestantia* Riese. *forma*. *nimpha* M pro uar. scr. 459 *iungit* λ. 464 *illie*. *ibi* ε, *illa* M (a in ras.). 468 *mauult* N1. 469 *demittere* M N1. 476 *nollem* M. 492 ita codd. hunc u. corruptum esse iudicat Merk. 494 at M N, *hei* M in marg. λ. 496 *quid autem* λ. 504 *ante*. *ipsa* ε λ. 506 *et*. at λ. 512 *mei* N ε λ. 514 *quae*. *quem* ε. 530 *correptis* M ε. 534 *possit* M. 536 *poterit* M. 538 *motu petentis* M ante ras. 541 *me iam q. u. habebat* M. 558 *impedient* λ. *tamen* Housman ex Plan., *tandem* Korn. *ut sit* K r; *tantum sit* M N λ, *tantum abijt* ε. 567 *amores* Riese collat. 520, *amori* corr. ex *amoris* M, *amori* λ, *amorum* N aulg. 566 *somnoque* M in marg. ε λ. 538 *linguae* N λ.

et pavidum blandita 'fer has, fidissime, nostro' 570  
dixit, et adiecit longo post tempore 'fratri.'  
cum daret, elapsae manibus cadere tabellae.  
omine turbata est: misit tamen. apta minister  
tempora nactus adit traditque latentia uerba.  
attonitus subita iuuenis Maeandrius ira 575  
proicit acceptas lecta sibi parte tabellas  
uixque manus retinens trepidantis ab ore ministri  
'dum licet, o uetitae scelerate libidinis auctor,  
effuge' ait 'qui, si nostrum tua fata pudorem  
non traherent secum, poenae mihi morte dedisses.'  
ille fugit pavidus dominaeque ferocia Canni 581  
dicta refert. palles audita, Bybli, repulsa,  
et pauet obsessum glaciali frigore corpus.  
mens tamen ut rediit, pariter rediere furores,  
linguaque uix tales icto dedit aere uoces: 585  
'et merito. quid enim temeraria uulneris huius  
indicium feci? quid, quae celandam fuerunt,  
tam cito commisi properatis uerba tabellis?  
ante erat ambiguus animi sententia dictis  
praetemptanda mihi. ne non sequeretur euntem,  
parte aliqua ueli, qualis foret aura, notare 591  
debueram tutoque mari decurrere, quae nunc  
non exploratis impleui lintea uentis.  
auferor in scopulos igitur subuersaque toto  
obruor oceano, neque habent mea uela recursus. 595  
quid quod et omnibus certis prohibebat amori  
indulgere meo, tum cum mihi ferre inbenti  
excidit et fecit spes nostras cera caducas?  
nonne uel illa dies fuerat uel tota uoluntas,  
sed potius mutanda dies? deus ipse monebat 600  
signaque certa dabat, si non inale sana fuisset.  
et tamen ipsa loqui, nec me committere cerae  
debueram praesensque meos aperire furores.  
uidisset lacrimas, uultum uidisset amantis,  
plura loqui poteram, quam quae cepere tabellae. 605  
imuito potui circumdare brachia collo  
et, si reicerer, potui moritura uideri  
amplectique pedes adfusaque poscere uitam.  
omnia fecissem, quorum si singula duram  
flectere non poterant, potuissent omnia, mentem.  
forsitan et missi sit quaedam culpa ministri: 611  
non adit apte nec legit idonea, credo,  
tempora nec petiit horumque animumque uacantem.  
haec nocere mihi. neque enim est de tigride natus,  
nec rigidas silices solidumque in pectore ferrum 615  
aut adamantina gerit nec lac bibit ille leaenae.  
uincetur. repetendum erit; nec taedia coepti  
ulla mei capiam, dum spiritus iste manebit.  
nam primum, si facta mihi reuocare liceret, 619  
non coepisse fuit; coepta expugnare secundum est.  
quippe nec ille potest, ut iam mea uota relinquam,  
non tamen aursorum semper memor esse meorum;  
et, quia desierim, leniter uoluissae uidebor,  
aut etiam temptasse illum insidiisque petisse;  
uel certe non hoc, qui plurimus arguet et urit 625  
pectora nostra, deo sed uicta libidine credar.  
denique iam nequeo nil commisisse nefandum.  
et scripsi et petii: temerata est nostra uoluntas.  
ut nihil adiciam, non possum innoxia dici.  
quod superest, multum est in uota, in crimina par-  
uum.' 630  
dixit, et (incertae tanta est discordia mentis)  
cum pigeat temptasse, libet temptare; modumque  
exit et infelix committit saepe repelli.  
mox ubi finis abest, patriam fugit ille nefasque  
inque peregrina ponit noua moenia terra. 635  
Tum uero maestam tota Miletida mente  
defecisse ferunt, tum uero a pectore uestem  
diripuit planxitque suos furibunda lacertos.

iamque palam est demens inconcessamque fatetur  
spem Veneris; sine qua patriam inuisoque penates  
deserit et profugi sequitur uestigia fratris. 641  
utque tuo notae, proles Semeleia, thyrso  
Ismariae celebrant repetita triennia Bacchae,  
Byblida non aliter latos ululasse per agros  
Bubasides uidere nurus. quibus illa relictis 645  
Caras et armiferos Lelegas Lyciamque pererrat.  
iam Cragon et Limyren Xanthique reliquerat undas,  
quoque Chimaera iugo mediis in partibus ignem,  
pectus et ora laeae, caudam serpentis habebat.  
deficiunt siluae, cum tu lassata sequendo 650  
concidis et dura positis tellure capillis,  
Bybli, iaces frondesque tuo premis ore caducas.  
saepe etiam nymphae teneris Lelegeidis uluis  
tollere conantur, saepe, ut medeatur amori,  
praecipitum surdaeque adhibent solacia menti. 655  
muta iacet uiridesque suis tenet unguibus herbas  
Byblis et umectat lacrimarum gramina riuo.  
Naidas his uenam, quae nunquam arescere posset,  
supposituisse ferunt. quid enim dare maius habe-  
bant?  
protinus, ut secto piceae de cortice guttae, 660  
utue tenax grauidae manat tellure bitumen,  
utue sub aduentu spirantis lene Faoni  
sole remollescit, quae frigore constitit, unda,  
sic lacrimis consumpta suis Phoebeia Byblis  
uertitur in fontem, qui nunc quoque uallibus illis  
nomen habet dominae nigraeque sub ilice manat. 666  
Fama noui centum Cretaeas forsitan urbes  
implesset monstri, si non miracula nuper  
Iphide mutato Crete propiora tulisset.  
proxima Cnosiaci nam quondam Phaestia regno 670  
progenuit tellus ignotum, nomine Ligdum,  
ingenua de plebe uirum. nec census in illo  
nobilitate sua maior, sed uita fidesque  
inculpata fuit. grauidae qui coniugis aures 674  
uocibus his mouit, cum iam prope partus adesset  
'quae noueam, duo sunt: minimo ut releuere dolore  
utque marem parias. onerosior altera sors est,  
et uires fortuna negat. quod abominor, ergo  
edita forte tuo fuerit si femina partu,  
(inuitus mando: pietas, ignosce) necetur.' 680  
dixerat, et lacrimis uultum lauere profusis  
tam qui mandabat, quam cui mandata dabantur.  
sed tamen usque suum nanis Telethusa maritum  
sollicitat precibus, ne spem sibi ponat in arto.  
certa sua est Ligdo sententia. iamque ferendo 685  
uix erat illa grauem maturo pondere uentrem,  
cum medio noctis spatio sub imagine somni  
Inachis ante torum, pompa comitata sacrorum,  
aut stetit aut uisa est. inerat lunaria fronti  
cornua cum spicis nitido flauentibus auro 690  
et regale decus. cum qua latrator Anubis  
sanctaque Bubastis uariusque coloribus Apis  
quique premit uocem digitoque silentia suadet  
sistraeque erant numquamque satis quaesitus Osiris  
plenaque somniferis serpentes peregrina uenenis. 695  
tum uelut excussam somno et manifesta uidentem  
sic adfata dea est: 'pars o Telethusa mearum,  
pone graues curas mandataque falle mariti.  
nec dubites, enim te partu Lucina leuarit,  
tollere quicquid erit. dea sum auxiliaris opemque 701  
exorata fero, nec te coluisse quereris  
ingratum numen.' monuit thalamoque recessit.  
laeta toro surgit purasque ad sidera supplex  
Cressa manus tollens, rata sint sua uisa, precatur.  
ut dolor increuit, seque ipsum pondus in auras 705  
expulit et nata est ignaro femina patre,  
iussit ali mater puerum mentita; fidemque

IX 570 *feras* M. 574 *latentia* Koch. 580 *tecum* N ε λ. 592 *totoque* M N λ. 594 *nunc feror* M in marg. *submersaque* ε. 599 *uoluntas* edd., *uoluptas* codd. 618 *cupiam* λ. 619 *fata* M pro uar. scr. 625 *urit et ussit* ε λ. 628 *uoluntas* N ε, *uoluptas* M λ. 638 "num suis—lacertis?" Riese. 640 *pro qua* Bentl. 647 *Cragon* edd., *grac(h)on* M N ε λ. 653 *saepe illam* ε λ. 654 *mederetur* ε λ, *moderetur* codd. aliquot. 657 *riuus* M, *riuo* N ε λ, *riuus* al. 659 *naidas* M N ε λ. 670 *quendam* Housman. 676 *nimio* M. 686 *uic erat* Heins., *uill/leerat* M, *peiora* cett. 688 *sacrorum* M N ε λ, *suorum* Heins. ex codd. 705 *patre* codd. plerique, *patri* N edd. uett. 707 *puerum mater* ε Merk.



res habuit, neque erat ficti nisi conscia nutrix.  
uota pater soluit nomenque inponit auitum :  
Iphis auus fuerat. gauisa est nomine mater, 710  
quod commune foret, ne quemquam falleret illo.  
inde incepta pia mendacia fraude latebant :  
cultus erat pueri ; facies, quam siue puellae  
siue dares puero, fuerat formosus uterque.  
Tertius interea decimo successerat annus, 715  
cum pater, Iphi, tibi illam despondet lanthen,  
inter Phaestidas quae laudatissima formae  
dote fuit uirgo, Dictaeo nata Teleste.  
par actas, par forma fuit, primasque magistris  
acceperat artes, elementa aetatis, ab isdem. 720  
hinc amor ambarum tetigit rude pectus et aequum  
uulnus utriusque dedit. sed erat fiducia dispar :  
coniugium pactaeque exspectat tempora taedae,  
quamque uirum putat esse, uirum fore credit lanthe ;  
Iphis amat, qua posse frui desperat, et auget 725  
hoc ipsum flammam, ardetque in uirgine uirgo.  
uixque tenens lacrimas 'quis me manet exitus,'  
inquit  
'cognita quam nulli, quam prodigiosa nouaeque  
cura tenet Veneris ? si di mihi parere nollent, 729  
naturale malum saltem et de more dedissent. 731  
nec uacam uaccae nec equas amor urit equarum ;  
urit oues aries, sequitur sua femina cernum.  
sic et aues coeunt, interque animalia cuncta  
femina femineo correpta cupidine nulla est. 735  
uellem nulla forem. ne non tamen omnia Crete  
monstra ferat, taurum dilexit lilia Solis,  
femina nempe marem : meus est furiosior illo,  
si uerum profiteremur, amor. tamen illa secuta est  
spem Veneris, tamen illa dolis et imagine uaccae 740  
passa bouem est, et erat qui deciperetur adulter.  
hinc licet ex toto sollertia confluat orbe,  
ipse licet reuolet ceratis Daedalus alis,  
quid faciet ? num me puerum de uirgine doctis  
artibus efficiet ? num te mutabit, lanthe ? 745  
quin animum firmas, teque ipsa recolligis, Iphi,  
consilii que inopes et stultos excutis ignes ?  
quid sis nata, uide, nisi te quoque decipis ipsam,  
et pete quod fas est, et ama quod femina debes.  
spes est quae capiat, spes est quae pascat amorem :  
hanc tibi res admittit. non te custodia caro 751  
arceat ab amplexu nec cauti cura mariti,  
non patris asperitas, non se negat ipsa roganti,  
nec tamen est potiunda tibi, nec, ut omnia liaut,  
esse potes felix, ut dique hominesque laborent. 755

nunc quoque uotorum nulla est pars uana meorum,  
dique mihi faciles, quicquid ualuerit, dederunt ;  
quodque ego, uult genitor, nult ipsa socerque  
futurus.

at non uult natura, potentior omnibus istis,  
quae mihi sola nocet. uenit ecce optabile tempus,  
luxque iugalis adest, et iam mea licet lanthe ; 761  
nec mihi continget ; mediis sitiemus in undis.

pronuba quid Iuno, quid ad haec, Hymenaeae,  
uenitis

saera, quibus qui ducat abest, ubi nubimus ambae ?  
pressit ab his uocem. nec lenius altera uirgo 765  
aestuauit utque celer uenias, Hymenaeae, precatur.  
quod petit haec, Telethusa timens modo tempora  
differit,

nunc ficto languore moram trahit, omnia saepe  
uisaque causatur. sed iam consumpsit omnem  
materiam ficti, dilataque tempora taedae 770  
institerant, unusque dies restabat. at illa  
crinale capiti nitam nataeque sibi que

detraxit et passis aram complexa capillis  
'Isi, Paraetonium Mareoticaeque arua Pharonque  
quae colis et septem digestum in cornua Nilum, 775  
fer, precor,' inquit 'opem nostroque medere timori.  
te, dea, te quondam tuaeque haec insignia uidi  
cunctaque cognoni, sonitum comitantiaque aera  
sistrorum, memorique animo tua iussa notavi. 779  
quod uidet haec lucem, quod non ego puirior, ecce  
consilium munusque tuum est. miserere duarum  
auxilioque iuua.' lacrimae sunt uerba secitae.

uisa dea est mouisse suas, et mouerat, aras,  
et templi tremuere fores, imitataque lunam  
cornua fulserunt, crepuitque sonabile sistrum. 785

non secura quidem, fansto tamen omne laeta  
mater abit templo. sequitur comes Iphis euntem,  
quam solita est, maiore gradu. nec candor in ore  
permanet et nires argentur, et acrior ipse est  
uultus, et incomptis breuior mensura capillis, 790  
plusque uigoris adest habuit quam femina. nam  
quae

femina nuper eras, puer es. date munera templis  
nec timida gaudete lide. dant munera templis,  
addunt et titulum ; titulus breue carmen habebat :

DONA PVER SOLUIT QVAE FEMINA UOVERAT IPHIS.  
postera lux radiis latum patefecerat orbem, 795  
cum Venus et Iuno sociosque Hymenaeus ad ignes  
conueniunt, potiturque sua puer Iphis lanthe.

defleuit uates, ut non temptaret et umbras,  
ad Styga Tuenaria est ausus descendere porta  
perque leues populus simulacraque funeta sepulero  
Persephonen adiit in amoenaque regna tenentem 15  
mbrarum dominum. pulsisque ad carmina neruis  
sic ait : 'o positi sub terra numina mundi,  
in quem recedimus, quicquid mortale eremur.  
si licet et falsi positus ambagibus oris  
uera loqui sinitis, non huc, ut opaea uiderem 20  
Tartara, descendi, nec uti uillosa colubris  
terna Medusaei uincirem guttura monstri.

## LIBER DECIMVS

Inde per immensum croceo uelatus auictu  
aethera digreditur Ciconumque Hymenaeus ad aras  
tendit et Orpheae nequiquam uoce uocatur.  
adfruit ille quidem ; sed nec sollennia uerba  
nec laetos uultus nec felix attulit omen. 5  
fax quoque, quam tenuit, lacrimoso stridula fumo  
usque fuit nullosque inuenit motibus ignes.  
exitus auspicio grauior ; nam nupta per herbas  
dum noua Naiadum turba comitata uagatur,  
occidit in talum serpentis dente recepto. 10  
quam satis ad superas postquam Rhodopeius auras

defleuit uates, ut non temptaret et umbras,  
ad Styga Tuenaria est ausus descendere porta  
perque leues populus simulacraque funeta sepulero  
Persephonen adiit in amoenaque regna tenentem 15  
mbrarum dominum. pulsisque ad carmina neruis  
sic ait : 'o positi sub terra numina mundi,  
in quem recedimus, quicquid mortale eremur.  
si licet et falsi positus ambagibus oris  
uera loqui sinitis, non huc, ut opaea uiderem 20  
Tartara, descendi, nec uti uillosa colubris  
terna Medusaei uincirem guttura monstri.

IX 712 inde incepta Zingerle, indecepta M N 1, inde cepto λ, impercepta edd. uett. Merk. 723 exspectant M N 1 λ, exspectat edd. 724 quicquid codd. suum fore edd. uett. 729 nollent Mady., uellent codd. 730 parere debuerant si non et perdere uellent M in marg. N 1 λ, expulerunt edd. duce Heinsio. 748 uides M λ. 750 pascat uulg., pascit M N 1 λ. 756 uana uulg., una M N 1 λ. 778 comitesque factas M, comitantiaque cro M 2 in marg., comitesque facesque N 1 λ. 780 ecce M, ipse M uar., hocque N 2 in ras., ego ponor in igne 1, thalamo quod non ego ponor λ. 781 matrisque λ, monitusq. N, insuauisq. 1. tui (om. est) N. Anarum codd. aliquot. 797 sociusque M N λ.

X 10 lato M in ras. 14 sepulcris Heins. 18 reciduius M N λ, decidimus 1. 21 ueluti M, nec corr. ex uel N.

causa uiae est coniunx, in quam calcata uenenum  
uipera diffudit crescentesque abstulit annos.  
posse pati uolui nec me temptasse negabo. 25  
uicit Amor. supera deus hic bene notus in ora est,  
an sit et hic, dubito. sed et hic tamen auguror  
esse;

famaque si ueteris non est mentita rapinae,  
uos quoque iunxit Amor. per ego haec loca plena  
timoris,

per Chaos hoc ingens uastique silentia regni, 30  
Eurydices, cro, properata retexite fata.

omnia debentur uobis, paulumque morati  
serius aut citius sedem properamus ad unam.  
tendimus huc omnes, haec est domus ultima, uosque  
humani generis longissima regna tenetis. 35

haec quoque, cum iustos matura peregerit annos,  
iuris erit uestri; pro munere poscimus usum.  
quod si fata negant ueniam pro coniuge, certum est  
nolle redire mihi: leto gaudent duorum.

talia dicentem neruosque ad uerba mouentem 40  
exsanguis flebant animae; nec Tantalus undam  
captauit refugam, stupuitque Ixionis orbis,  
nec carpere iecur uolucres, urnisque uacarunt

Belides, inque tu sedisti, Sisypho, saxo.  
tunc primum lacrimis uictarum carmine fama est 45

Eumenidum maduisse genas. nec regia coniunx  
sustinet oranti, nec qui regit ima, negare,  
Eurydicenque uocant. umbras erat illa recentes  
inter et incessit passu de uulnere tardo.

nanc simul et legem Rhodopeius accipit Orpheus, 50  
ne flectat retro sua lumina, donec Aueruas  
exierit ualles; aut inrita dona futura.

carpitur adeliuis per muta silentia trames,  
arduus, obscurus, caligine densus opaca.  
nec procul afuerunt telluris margine summae; 55

hic, ne deficeret, metuens audisque uidentis  
flexit amans oculos; et protinus illa relapsa est,  
brachiaque intendens prendique et prendere certans  
nil nisi cedentes infelix arripit auras.

iamque iteram moriens non est de coniuge quicquam  
questa suo; quid enim nisi se quereretur amatam? 61

supremumque 'uale,' quod iam uix auribus ille  
acciperet, dixit reuolutaque rursus eodem est.  
non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus,  
quam tria qui timidus, medio portante catenas, 65

colla canis uidit; quem non pavor ante reliquit,  
quam natura prior, saxo per corpus oborto;  
quique in se crimen traxit uoluitque uideri

Olenos esse nocens, tuque, o confisa figurae,  
infelix Lethaeae, tuae, iunctissima quondam 70

pectora, nunc lapides, quos unida sustinet Ide.  
orantem frustra iterum tendire uolentem  
portitor aruerat. septem tamen ille diebus  
squalidus in ripa Cereris sine munere sedit:

cura dolorque animi lacrimaeque alimenta fuere. 75  
esse deos Erebi crudeles questus, in altam  
se recipit Rhodopen pulsamque Aquilonibus Hae-  
mum.

Tertius aequoreis inclusum Piscibus annum  
finerat Titan, omnemque refugerat Orpheus  
femineam Venerem, seu quod male cesserat illi, 80

sive fidem dederat. multas tamen ardor habebat  
iungere se uati, multae doliere repulsaе.  
ille etiam Thracum populus fuit auctor, amorem  
in teneros transferre mares citraque iuentam

aetatis breue uer et primos carpere flores. 85

Collis erit collemque super planissima campi  
area, quam uiridem faciebant graminis herbae.  
umbra loco deerat. qua postquam parte resedit  
dis genitus uates et fila sonantia mouit,

umbra loco uenit. non Chaonis afuit arbor, 90  
non nemus Heliadum, non frondibus aesculus altis,  
nec tiliae molles, nec fagus et innuba laurus,  
nec coryli fragiles et fraxinus utilis hastis  
enodisque abies curuataque glandibus ilex  
et platanus genialis acerque coloribus impar 95  
amnicolaque simul salices et aquatica lotos  
perpetuoque uirens buxum tenesque myricae  
et bicolor myrtus et bacis caerulea tinus.

uos quoque, flexipedes hederæ, uenistis et una  
pampineae uites et amictae uitibus ulmi 100  
ornique et piceae pomoque onerata rubenti  
arbutus et lentæ, uictoris praemia, palmae  
et succincta comas hirsutaque uertice pinus,  
grata deum matri; siquidem Cybeleius Attis  
exiit hac hominem truncoque induruit illo. 105

Adfuit huic turbæ metas imitata cupressus,  
nunc arbor, puer ante deo dilectus ab illo,  
qui citharam neruis et neruis temperat arcum.

namque sacer nymphis Carthaea tenentibus arua  
ingens ceruus erat, lateque patentibus altis 110  
ipse suo capiti praebat cornibus umbras.  
cornua fulgebant auro, demissaque in armos  
pendebant tereti gemmata monilia collo.

bullæ super frontem paruis argentea loris  
uineta mouebatur; parili leuitate nitebant 115

auribus et geminis circum caua tempora bacæ.  
isque metu uacuus naturalique pauore  
deposito celebrare domos mulcendaque colla  
quamlibet ignotis manibus praebere solebat.

sed tamen ante alios, Cææ pulcherrime gentis, 120  
gratus erat, Cyparisse, tibi. tu pabula ceruum  
ad noua, tu liquidum duebas font s ad undam,  
tu modo texebas uarios per cornua flores.

nunc eques in tergo residens huc laetus et illuc  
mollia purpureis frenabas ora capistris. 125

austus erat mediisque dies, solisque uapore  
concaua litorei feruebant brachia Caneri:  
fessus in herbosa posuit sua corpora terra  
ceruus et arborea frigus duebat ab umbra.

hunc puer imprudens iaculo Cyparissus acuto 130  
fixit; et ut saeuo morientem uulnere uidit,  
uelle mori statuit. quæ non solacia Phoebus  
dixit? et ut leuiter pro materiaque doleret  
admonuit; gemit ille tamen nunusque supremum

hoc petit a superis, ut tempore lugeat omni. 135  
iamque per immensos egesto sanguine fletus  
in uiridem uerti coeperunt membra colorem,  
et modo qui niuea pendebant fronte capilli,  
horrida caesaries fieri sumptoque rigore  
siderem gracili spectare cacumine caelum. 140

ingemuit tristisque deus 'lugebere nobis  
lugebisque alios aderisque dolentibus' inquit.

Tale nemo uates attraxerat inque ferarum  
concilio medius turba uoluerumque sedebat.  
ut satis impulsas temptauit pollice chordas 145  
et sensit uarios, quamuis diuersa sonarent,  
concordare modos, hoc uocem carmine mouit:

'Ab loue, Musa parens, cedunt Iouis omnia regno,  
carmina nostra moue. Iouis est mihi saepe potestas  
dicta. prius cecini plectro grauiore Gigantas 150  
sparsaque Phlegraeis uictricia fulmina campis;  
nunc opus est leuiore lyra, puerosque canamus  
dilectos superis, inconcessisque puellas  
ignibus attonitas meruisse libidine poenam.

Rex superum Phrygii quondam Ganymedis amore  
arsit, et inuentum est aliquid quod Iuppiter esse, 156  
quam quod erat, mallet. nulla tamen alite uerti  
dignatur, nisi quæ posset sua fulmina ferre.  
nec mora, percusso mendacibus aere pennis

X 23 est om. ε Merk. 32 debemus M. 42 steteruntque I. orbes Bentl. 50 heros Heins. ex cold. 58 captans N ε, certus Merk. 73 arguerat M N ε. 90 abfuit M ε. 93 et corili M N. 94 cirratuque Merk. 98 tinus Heins., pinus M λ, fœus ε, N erasus. 101 honorata M. 112 gemmataque λ. 113 gemmata N in ras., demissa M λ, diffusa ε. 115 parili leuitate Postgate, ἰσὺ τὸ μίσηθος Plan., parilique (parilesq. λ) acetate uulg., pariliq. ex aere Heins. ex cold., decore Madv. 123 sternebas M λ, texebas ε Ricse Merk., nectebas Korn. 126 nitore M. 133 et ut leuiter uulg., ad hunc i. M, at utiliter Merk. 150 ita Korn cum λ, post prius interpuerunt edd. plerique. 151 carmina M N λ.

abripit Iliaden; qui nunc quoque pocula miscet 160  
 iuuitaque Ioui nectar Iunone ministrat.

Te quoque, Amyclide, posuisset in aethere  
 Phoebus,

tristia si spatium ponendi fata dedissent.

qua licet, aeternus tamen es; quotiensque repellit  
 ner hiemem Piscique Aries succedit aquoso, 165

tu totiens oreris uiridique in caespite flores.

te meus ante omnes genitor dilexit, et orbe

in medio positi caruerunt praeside Delphi,

dum deus Eurotan immunitamque frequentat

Sparten. nec eitharae nec sunt in honore sagittae.

inmemor ipse sui non retia ferre recusat, 171

non tenuisse canes, non per iuga montis iniqui

ire comes, longaque alit aduertuntine flammam.

iamque fere medius Titan ueniens et actae

noctis erat spatiumque pari distabat utrinque: 175

corpore ueste leuant et suco pinguis oliui

splendescunt latique ineunt certamina disci.

quem prius acrias libratum Phoebus in auras

misit et oppositas disiecit pondere nubes.

recidit in solidam longo post tempore terram 180

pondus et exhibuit iunctam cum uiribus artem.

protinus inprudens actusque cupiditate lusus

tollere Taenarides orbem properabat. at illum

dura repercusso subiecit uerbere tellus

in uultus, Ilyacinthe, tuos. expalluit aequae 185

quam puer ipse deus conlapsusque exiecit artus,

et modo te refouet, modo tristia muliera siccant,

nunc animam admotis fugientem sustinet herbis.

nil prosunt artes: erat immedicabile uulnus.

ut si quis uiolas rignoue papauer in horto 190

liliaque infringat fuluis haerentia linguis,

marcida demittant subito caput illa metum

nec se sustineant spectentque cacumine terram;

sic uultus moriens iacet, et defecta nigore

ipsa sibi est oneri ceruix umeroque recumbit. 195

“laberis, Oelbalide, prima fraudate iumenta,”

Phoebus ait “uideoque trum, mea crimina, uulnus.

tu dolor es facinusque meum; mea dextera leto

inseribenda tuo est. ego sum tibi funeris auctor.

quae mea culpa tamen? nisi si lusisse nocari 200

culpa potest, nisi culpa potest et amasse uocari.

atque intanam merito uitam tecumque liceret

reddere. quod quoniam fatali lege tenemur,

semper eris mecum memorique haerebis in ore.

te lura pulsa manu, te carmina nostra sonabunt, 205

flosque nouus scripto genituis imitare nostros.

tempus et illud erit, quo se fortissimus heros

addat in hunc florem folioque legatur eodem.”

talia dum uero memorantur Apollinis ore,

ecce cruor, qui fusus humo signauerat herbas, 210

desinit esse cruor, Tyrioque nitentior ostro

llos oritur formamque caput quam lilia, si non

purpureus color his, argenteus esset in illis.

non satis hoc Phoebus est (is enim fuit auctor honoris):

ipse suos genituis foliis inseribit, et AI AI 215

flos habet inscriptum, funestaque littera ducta est.

nec genuisse pudet Sparten Ilyacinthon, honoreque

durat in hoc aeni; celebrandaque more priorum

annua praelata redeunt Ilyacinthia pompa.

At si forte roges fecundam Amathunta metallis 220

an genuisse uelit Propoetidas, abneat aequae

atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu

frons erat; unde etiam nomen traxere Cerastae.

ante fores horum stabat Iouis Hospitis ara;

ignarus sceleris quam si quis sanguine tinctam 225

aducna uidisset, mactatos crederet illic

lactantes uitulos Amathusiaeque bidentes:

hospes erat caesus. sacris offensa nefandis

ipsa suas urbes Ophiusiaque arua parabat

deserere alma Venus. “sed quid loca grata, quid urbes

peccauere meae? quod” dixit “crimen in illis? 231

exilio poenam potius gens inopia pendat,

nel nece, uel si quid medium est mortisque fugaeque.

idque quid esse potest, nisi uersae poena figurae?”

dum dubitat, quo mutet eos, ad cornua uultum 235

flectit et admonita est haec illis posse relinqui;

grandiaque in toruos transformat membra iuuenos.

Sunt tamen obscenae Venerem Propoetides ausae

esse negare deam. pro quo sua, nimis ira,

corpore cum forma primae uulgasse feruntur; 240

utque pudor cessit sanguisque induruit oris,

in rigidum paruo silicem discrimine uersae.

Quas quia Pygmalion aetuum per crimen agentis

uiderat, offensus uitiis, quae plurima menti

femineae natura dedit, sine coninge caelebs 245

uinebat thalamique diu consorte carebat.

interca niueum mira feliciter arte

sculpsit ebur formamque dedit, qua femina nasci

nulla potest; operisque sui concepit amorem.

uirginis est uerae facies, quam uinere credas, 250

et, si non obstat reuerentia, uelle moueri:

ars adeo latet arte sua. miratur et haurit

pectore Pygmalion simulati corporis ignes.

saepe manus operi temptantes admouet, an sit

corpus an illud ebur; nec adhuc ebur esse fatetur. 255

oscula dat reddique putat, loquiturque tenetque,

et credit tactis digitos insidere membris,

et metuit pressas ueniat ne lior in artus.

et modo blanditias adhibet, modo grata puellis

munera fert illi conchas teretesque lapillos 260

et parnas uolucres et flores mille colorum

liliaque pietasque pilas et ab arbore lapsas

Heliadum lacrimas; ornat quoque uestibus artus,

dat digitis gemmas, dat longa monilia collo;

aure leues bacae, redimicula pectore pendunt. 265

cuncta decent: nec nuda minus formosa uidetur.

collocat haec stratis concha Sidouide tinetis

appellatque tori sociam adclinatamque colla

mollibus in plumis, tanquam sensura, reponit.

fasta dies Veneris tota celeberrima Cypro 270

uenerat, et pandis inductae corubibus aurum

conceiderant ietae niuea ceruice iuuencae,

turamque fimbabant; cum munere functas ad aras

constitit et timide “si di dare cuncta potestis,

sit coniunx, opto,” non ausus “eburnea uirgo” 275

dicere, Pygmalion “similis mea” dixit “eburnae.”

sensit, ut ipsa suis aderat Venus aurea festis,

nota quid illa uelint; et, amici iuuenis omen,

flamma ter accensa est apicemque per aera duxit.

ut rediit, simulacra suae petit ille puellae 280

incumbensque toro dedit oscula; uisa tepere est,

admonet os iterum, manibus quoque pectora temptat:

temptatum mollescit ebur positoque rigore

subsidit digitis ediditque, ut Hymettia sole

cera remollescit tractataque pollice multas 285

flectitur in facies ipsoque fit in uilis usu.

dum stupet et dubie gaudet fallique ueretur,

rursus amans rursusque manu sua uota retractat.

corpus erat: salinit temptatae pollice uenae.

tum uero Paphius plenissima concepit heros 290

uerba, quibus Veneri grates agit, oraque tandem

ore suo non falsa premit; dataque oscula uirgo

sensit et erubuit, timidumque ad lumina lumen

attollens pariter cum caelo uidit amantem.

X 162 Amyclade Unger Merk. 169 Europam M N λ. inmutant (supra ser. ta) q. M. 173 esse i Merk. 177 lactique C. Schenkl ex codd. panais. 180 recidit M N i. 182 ludi codd. multi Heins. 184 repercusso M N i. ab inhere (c in ras.) M, in aera λ, in aere N ε. 191 horrentia Riese. 192 uictum Riese, quatum M, grauatum N<sup>2</sup> in ras. ε λ. 202 pro te uitam ε λ, tecumque uoti uitamque Housman (l. c. p. 148). 215 ai ai Regius coll. X111 396, u ε λ, c N<sup>2</sup> ε uar., ecce M. 221 amavit M N (an ex ab) ε λ, abneat codd. pauci Heins., abneat Heins. 225 in lugubris sceleri (sceleris N) codd., ignarus sceleris Madv., lugubris; incesto Postgate. 231 crimen dixit i Merk. 243 crimen agentes ε nar., criminis gentis M N ε λ, criminis agentes codd. uctt. 264 monilia M. 271 blandis codd., pandis Gronouius et Heins. 284 subsedit M N ε λ, subsedit codd. umis Heins

coniugio, quod fecit, adest dea. iamque coactis 295  
cornibus in plenum nouiens lunariibus orbem  
illa Paphon genuit, de qua tenet insula nomen.

Editus hac ille est, qui, si sine prole fuisset,  
inter felices Cinyras potuisset haberi.

dira canam; procul hinc natae, procul este parentes.  
aut, mea si uestras mulcebunt carmina mentes, 301  
desit in hac mihi parte fides, nec credite factum,  
uel, si credetis, facti quoque credite poenam.

si tamen admissum sinit hoc natura uideri,  
[gentibus Ismariis et nostro gratulor orbi.] 305

gratulor huic terrae, quod abest regionibus illis,  
quae tantum genere nefas. sit diues amomo  
cinnamaque costumque suum sulataque ligno

tura ferat floresque alios Panchaia tellus,  
dum ferat et murrā: tanti noua non fuit arbor. 310

ipse negat nouisse tibi sua tela Cupido,  
Myrrha, facesque suas a crimine uindicat isto.

stipite te Stygio tumidisque adlauit echidnis  
e tribus una soror. scelus est odisse parentem;

hic amor est odio maius scelus. undique lecti 315  
te cupiunt proceres, totoque Oriente iuuenta  
ad thalami certamen adest. ex omnibus unum

elige, Myrrha, uirum, dum ne sit in omnibus unus.  
illa quidem sentit foedoque repugnat amori,

et secum "quo mente feror? quid molior?" inquit:  
"di, precor, et pietas sa crataque iura parentum, 321

hoc prohibete nefas scelerique resistite nostro;  
si tamen hoc scelus est. sed enim dammare negatur  
hanc Venerem pietas, coeuntque animalia nullo

cetera dilectu; nec habetur turpe iuuencae 325  
ferre patrem tergo, fit equo sua filia coniunx,  
quasque creauit, inquit pecudes caper, ipsaque, cuius  
semine concepta est, ex illo concipit ales.

felices, quibus ista licent. humana malignas  
cura dedit leges, et quod natura remittit, 330

inuida iura negant. gentes tamen esse feruntur,  
in quibus et nato genitrix et nata parenti

iuungitur, et pietas geminato crescit amore.  
me miseram, quod non nasci mihi contigit illic,

fortunaque loci laedor. quid in ista reuoluo? 335  
spes interdictae, discedite. dignus amari  
ille, sed ut pater, est. ergo si filia magni  
non essem Cinyrae, Cinyrae concumbere possem.

nunc quia iam meus est, non est meus, ipsaque damno  
est mihi proximitas: aliena potentior essem. 340

ire libet procul hinc patriaeque relinquere fines,  
dum scelus effugiam. retinet malus ardor amantem,  
ut praesens spectem Cinyram tangamque loquarque  
osculaque admoueam, si nil conceditur ultra.

ultra autem sperare aliquid potes, impia uirgo? 345  
et quot confundas et iura et nomina sentis?  
tunc eris et matris paelex et adultera patris?  
tunc soror nati genitrixque uocabere fratris?  
nec metues atro crinitas angue sorores,  
quas facibus saeuis oculis atque ora petentes 350  
noxia corda uident? at tu, dum corpore non es  
passa nefas, animo ne concipe, neue potentis  
concubitu uetito naturae pollue foelus.

uelle puta: res ipsa uetat. pius ille memorque est  
moris. et o uellem similis furor esset in illo." 355

Dixerat, at Cinyras, quem copia digna procorum  
quid faciat dubitare facit, scitatur ab ipsa  
nominibus dictis, cuius uelit esse mariti.

illa silet primo patriisque in uultibus haerens  
aestuat et tepido suffundit lumina rore. 360

uirginei Cinyras haec credens esse timoris  
flere uetat siccatae genas atque oscula iungit.

Myrrha datis nimum gaudet; consultaque, qualem  
optet habere uirum, "similem tibi" dixit. at ille  
non intellectam uocem conlaudat et "esto 365

tam pia semper" ait. pietatis nomine dicto  
demisit uultus sceleris sibi conscia uirgo.  
noctis erat medium, curasque et corpora somnus  
soluerat. at uirgo Cinyreia peruigil igni  
carpitur indomito furiosaque nota retractat. 370

et modo desperat, modo uult temptare, pudetque  
et cupit, et quid agat non inuenit. utque securi  
saucia trabs ingens, ubi plaga nouissima restat,  
quo cadat in dubio est omnique a parte timetur;

sic animus uario labefactus uulnere nutat 375  
huc leuis atque illic momentaque sumit utroque.  
nec modus et requies, nisi mors, reperitur amoris.  
mors placet. erigitur laqueoque innectere fauces  
destinat; et zona summo de poste reuincta

"care uale Cinyra causamque intellege mortis" 380  
dixit et aptabat pallenti nincula collo.

Murmura uerborum fidas nutricis ad aures  
peruenisse ferunt, limen seruantis alumnae.

surgit anus reseratque fores, mortisque paratae  
instrumenta uidens, spatio conclamat eodem 385

seque ferit scinditque sinus creptaque collo  
uincula dilaniat. tum denique flere uacauit,  
tum dare complexus laqueique requirere causam.

monta silet uirgo terramque immota tuetur  
et deprensa dolet tardae conamina mortis. 390

instat anus canosque snos et inania nudans  
ubera per cunas alimentaque prima precatur  
ut sibi committat quicquid dolet. illa rogantem  
auersata gemit. certa est exquirere nutrix  
nec solam spondere fidem. "dic" inquit "opemque  
me sine ferre tibi; non est mea pigra senectus. 396  
sen furor est, habeo quae carmine sanet et herbis,  
sive aliquis nocuit, magico lustrabere ritu,  
ira deum siue est, sacris placabilis ira.  
quid rear ulterius? certe fortuna domusque 400  
sospes et in cursu est, uiuit genitrixque patrumque."  
Myrrha, patre auditio, suspiria duxit ab imo  
pectore. nec nutrix etiam concipit illum  
mente nefas, aliquidque tamen praesentit amorem;  
propositique tenax, quodeumque est, orat, ut ipsi  
indictet, et gremio lacrimantem tollit anili 406  
atque ita complectens infirmis membra lacertis  
"sensimus;" inquit "amas. et in hoc mea (pone  
timorem)  
sedulitas erit apta tibi, nec sentiet umquam  
hoc pater." exiuit gremio furibunda torumque 410  
ore premens "discede, precor, miseroque pudori  
parce" ait. instanti "discede aut desine" dixit  
"quaerere, quid doleam; scelus est, quod scire  
laboras."  
horret anus tremulasque manus annisque metuque  
tendit et ante pedes supplex procumbit alumnae 415  
et modo blanditur, modo, si non conscia fiat,  
terret; et iudicium laquei coepetaeque minatur  
mortis et officium commissio spondet amori.  
extulit illa caput lacrimisque inpleuit obortis  
pectora nutricis; conataque saepe fateri 420  
saepe tenet nocem pudibundaque uestibus ora  
textit et "o" dixit "felicem coniuge matrem."  
hactenus, et genuit, gelidos nutricis in artus  
ossaque (sensit enim) penetrat tremor, albaque toto  
uertice canities rigidis stetit hirta capillis. 425  
multaque, ut excuteret diros, si posset, amores,  
addidit. at uirgo scit se non falsa moneri,  
certa mori tamen est, si non potiat amor.  
"niue," ait haec "potiere tuo;" et non ausa  
"parente"  
dicere contieuit promissaque numine firmat. 430  
Festa pieae Cereris celebrabant annua matres  
illa quibus niuea uelatae corpora ueste  
primitias frugum dant spicea sarta suarum

X 305 hunc u. om. M, secluserunt edd. recent. 310 mirram ε λ, 318 murra M. 325 delectu cod. unus Heins., delicto N cod. Tegernseensis. 333 crescat M, ut—crescat N Dan. Heins. 345 ita λ, a. spectare N, a. expectare ε, aut respectare M. 354 est deleuit Heins. 355 iuris Heins. ex codd. 367 dimisit M. 381 patienti Merk. 387 uelauit M ε λ, 399 placatus iram N ε λ, 401 uiuunt ε λ, 408 nec uulg., et codd. nostri. in hoc N<sup>2</sup> ε λ, hunc M. 423 gelidus N<sup>1</sup>.

perque nouem noctes Venerem tactusque uiriles  
in nitetis numerant. turba Cenehreis in illa, 435  
regis adest coniunx, arcanaque sacra frequentat.  
ergo legitima uacuos dum coniuge lectus,  
nacta grauem uino Cinyram male sedula nutrix,  
nomine mentito neros exponit amores  
et faciem laudat. quaesitis uirginis annis 440  
“par” ait “est Myrrhae.” quam postquam addu-  
cere iussa est  
ntque domum rediit, “gaude, mea” dixit “aluma;  
uicinus.” infelix non toto pectore sentit  
laetitiam nirgo, praesagaque pectora maerent,  
sed tamen et gaudet : tanta est discordia mentis. 445  
tempus erat, quo cuncta silent, interque Triones  
flexerat obliquo plaustrum tenone Bootes :  
ad facinus uenit illa suum. fugit aurea caelo  
luna, tegunt nigrae latitantia sidera nubes,  
nox caret igne suo. primus tegis, laere, uultus,  
Erigoneque pio sacrata parentis amore. 451  
ter pedis offensi signo est reuocata, ter omen  
funereus bulbo letali carumie fecit ;  
it tamen, et tenebrae minuunt noxque atra pudorem ;  
nutricisque manum laeua tenet, altera motu 455  
caecum iter explorat. thalami iam limina tangit  
iamque fores aperit, iam ducitur intus ; at illi  
poplite succiduo genua intremuere, fugitque  
et color et sanguis, animusque relinquit euntem.  
quoque suo proprior sceleri est, magis horret, et ansi  
pacuit, et nellet non cognita posse reuerti. 461  
eunetantem longaena manu deducit et alto  
adnotam lecto eum traderet “accipe,” dixit  
“ista tua est, Cinyra” denotaque corpora iunxit.  
accipit obsceno genitor sua uiscera leto 465  
nirgucosque metus leuat hortaturque timentem.  
forsitan aetatis quoque nomine “filia” dixit,  
dixit et illa “pater,” sceleri ne nomina desint.  
plena patris thalaminis excedit et inopia diro  
semina fert utero conceptaque crimina portat. 470  
postera nox facinus geminat : nec linis in illa est.  
cum tandem Cinyras, audis cognoscere auantem  
post tot concubitus, inlato lumine uidit  
et scelus et natam uerbisque dolore retentis  
pendenti nitidum uagina deripit ense. 475  
Myrrha fugit tenebrisque et caecae munere noctis  
intercepta neei est ; latosque nagata per agros  
paluiferos Arabas Panthaeaque rura reliquit.  
perque nouem errant redemptis cornua lunae,  
cum tandem terra requieuit fessa Sabaea. 480  
nixque uteri portabat onus. tum nescia uoti  
atque inter mortisque metus et taedia uitae  
est tales complexa preces : “o signa patetis  
lumina confessis, uerni nec triste recuso  
supplicium. sed ne uiolent uiuosque superstes 485  
mortuaque exstinctos, ambobus pellite regnis  
mutataeque mihi uitamque neeque negate.”  
numen confessis aliquid patet : ultima certe  
nota suos habnere deos. nau crura loquentis  
terra superuenit, raptosque obliqua per ungues 490  
porrigit radix, longi firmamina trunci,  
ossaque robur agunt, mediamque maenete medulla  
sanguis in in succos, in magnos braccia ramos,  
in paruos digitum, duratur cortice pellis,  
iamque grauem creseens uterum perstrinxerat arbor  
pectoraque obruerat collumque operire parabat ; 496  
non tulit illa moram, uenientique obuia ligno  
subsedit mersitque suos in cortice uultus.  
quae quamquam amisit ueteres cum corpore sensus,  
flet tamen, et tepidae manant ex arbore guttae. 500  
est honor e laerimis, stillataeque cortice murra  
nomen erile tenet nulloque faciebitur aeuo.

At male conceptus sub robore creuerat infans

quaerebatque niam, qua se genetrice relieta  
exsereret ; media grauidus tumet arbore uenter. 505  
tendit onus matrem ; neque habent sua uerba do-  
lores,  
nec Lucina potest parientis uoce uocari.  
nitenti tamen est similis curuataque crebros  
dat genitus arbor lacrimisque cadentibus umet.  
constitit ad ramos mitis Lucina dolentes 510  
admonitque manus et uerba puerpera dixit.  
arbor agit rimas et fissa cortice niuum  
reddit onus, uagitque puer ; quem mollibus herbis  
Naides inpositum lacrimis unxere parentis.  
laudaret faciem Linor quoque ; qualia namque 515  
corpora nudorum tabula piunguntur Amorum,  
talis erat ; sed, ne faciat discrimina cultus,  
aut huic adde lenes aut illis deum pharetras.  
habitur occulte fallitque uoluntate aetas,  
et nihil est annis uelocius. ille sorore 520  
uatus auoque suo, qui conditus arbore nuper,  
nuper erat genitus, modo formosissimus infans,  
iam iuuenis, iam uir, iam se formosior ipso est ;  
iam placet et Veneri matrisque uleiscitur ignes.  
namque pharetratus dum dat puer oscula matri 525  
inseius extanti destrinxit harundine peetus.  
laesa manu natum dea reppulit. altius actum  
uulnus erat specie primoque fefellerat ipsam.  
capta uiri fortuna non iam Cythereia eurat  
litora, non alto reperit Paphon acquire cinetam 530  
piseosamque Cnidon grauidamne Amathunta  
metallis ;  
abstinet et caelo : caelo praefertur Adonis.  
hunc tenet, huic comes est ; aduetaque semper in  
umbra  
indulgere sibi formamque augere colendo,  
per inga, per silvas dumosaque saxa uagatur 535  
fine genu uestem ritu succinata Dianae  
hortaturque eanes tutaque animalia praedae,  
aut pronos lepores aut celsum in cornua ceruum  
aut agitat dammas ; a fortibus abstinet apri  
raptoresque lupos armatosque unguibus ursos 540  
uitat et armenti saturatos caede leones.  
te quoque, ut hos timeas, siquid professe moneudo  
possit, Adoni, monet, “fortis” que “fugacibus esto ;”  
inquit “in audaces non est audacia tuta.  
paree meo, iuuenis, temerarius esse periclo, 545  
neue feras, quibus arma dedit natura, laeesse,  
stet mihi ne magno tua gloria. non mouet aetas  
nec facies nec quae Venerem mouere leones  
saetigerosque sues oculosque animosque ferarum.  
fulmen habent acres in aduncis dentibus apri, 550  
inpetus est fuluis et nasta leonibus ira,  
imismque mihi genus est.” quae exarsa, roganti  
“dicam” ait “et neteris monstrum uirabere culpae.  
sed labor insolitus iam me lassauit, et ecce  
opportuna sua blanditur populus nubra, 555  
datque torum caespes ; libet hac requiescere tecum.”  
et requieuit humo pressitque et gramen et ipsum,  
inque sinu iuuenis posita ceruice reclinis  
sic ait ac mediis interserit oscula uerbis.  
“Forsitau audieris aliquam certamine cursus 560  
ueloces superasse uiros. non fabula rumor  
ille fuit ; superabat enim. nec dicere posses,  
laude pedum formaque bono praestantior esset.  
scitanti deus huic de coniuge “coniuge” dixit  
“nil opus est, Atalanta, tibi : fuge coniugis usum.  
nec tamen elligies teque ipsa uina carebis.” 566  
territa sorte dei per opacas iunuba siluas  
iunit et instantem turbam uiolenta procorum  
condicione fugat, nec “sum potiunda, nisi” inquit  
“uieta prius cursu. pedibus contendite mecum ;  
praemia ueloci coniunx thalaminque dabuntur, 571

X 434 *nirorum* M. 445 *sed t. c. ἀλλὰ καὶ ὅς* Plan. 446 *trionem* M. 453 *infandus* b, Servius ad Verg. Aen. IV 462. 459 *reliquit* L. 493 *it in. imit* M N. 495 *praecinxerat* N L, *praestrinxerat* codd. pauet Heins. 501 c Merk., et codd. 510 *dolentis* N. 518 *illis* Aldina, *illi* codd. 520 *estque nihil* Laehl., cf. ad V 221. 531 *grauidamque* codd. multi Priscian. 536 *genus* Heins., *uenus* N. 543 *possit* Heins. ex codd., *posset* M N L. 550 *in. et* M N. 559 *lubris* M N A. 562 *possis* M L.

mors pretium tardis. ea lex certaminis esto."  
 illa quidem inmitis; sed (tanta potentia formae est)  
 venit ad hanc legem temeraria turba procorum.  
 sederat Hippomeneus cursus spectator iniqui 575  
 et "petitur cuiquam per tanta pericula coniunx?"  
 dixerat ac nimios iuuenum damnarat amores.  
 ut faciem et positio corpus uelamine uidit,  
 quale meum, uel quale tuum, si femina fias,  
 obstipuit, tollensque manus "ignoscite," dixit 580  
 "quos modo culpauit. nondum mihi praemia nota,  
 quae peteretis, erant." laudando concipit ignes  
 et, ne quis iuuenum currat necelocis, optat  
 inuidiaque timet. "sed cur certaminis huius  
 intemptata mihi fortuna relinquitur?" inquit 585  
 "audentes deus ipse iuuat." dum talia secum  
 exigit Hippomeneus, passu uolat alite uirgo.  
 quae quamquam Scythica non setius ire sagitta  
 Aonio uisa est iuueni, tamen ille decorem  
 miratur magis; et cursus facit ille decorem. 590  
 aura refert uibrata citis talaria plantis,  
 tergaque iactantur crines per eburnea, quaeque  
 poplitibus suberant pieto genualia limbo;  
 inque puellari corpus candore ruborem  
 traxerat, haud aliter quam cum super atria uelum  
 candida purpureum simulatas inficit umbras. 596  
 dum notat haec hospes, decursa nouissima meta  
 est  
 et tegitur festa uictrix Atalanta corona.  
 dant gemitum uicti penduntque ex foedere poenas.  
 non tamen euentu iuuenis deterritus horum 600  
 constitit in medio, uultuque in uirgine fixo  
 "quid facilem titulum superando quaeris inertes?  
 mecum confer:" ait "seu me fortuna potentem  
 fecerit, a tanto non indignabere uinci;  
 namque mihi genitor Megareus Onchestius, illi 605  
 est Neptunus auus, pronepos ego regis aquarum,  
 nec uirtus citra genus est; seu uincar, habebis  
 Hippomene uicto magnum et memorabile nomen."  
 talia dicentem molli Schoeneia uultu  
 adspicit et dubitat, superari an uincere malit. 610  
 atque ita "quis deus hunc formosis" inquit "ini-  
 quus  
 perdere uult caraeque iubet discrimine uitae  
 coniugium petere hoc? non sum, me iudice, tanti.  
 nec forma tangor (poteram tamen hac quoque tangi)  
 sed quod adhuc puer est; non me mouet ipse, sed  
 aetas. 615  
 quid quod inest uirtus et mens interrita leti?  
 quid quod ab aequorea numeratur origine quartus?  
 quid quod amat tantique putat conubia nostra,  
 ut pereat, si me fors illi dura negarit?  
 dum licet, hospes, abi thalamosque relinque  
 cruentos. 620  
 coniugium crudele meum est. tibi nubere nulla  
 nolet, et optari potes a sapiente puella.  
 cur tamen est mihi cura tui, tot iam ante peremptis?  
 niderit! intereat, quoniam tot caede procorum  
 admonitus non est agiturque in taedia uitae. 625  
 occidet hic igitur, uoluit quia uiuere mecum,  
 indignamque necem pretium patietur amoris?  
 non erit inuidiae uictoria nostra ferendae.  
 sed non culpa mea est. utinam desistere uelles,  
 aut, quoniam es demens, utinam uelocior esses! 630  
 at quam uirgineus puerili uultus in ore est!  
 a, miser Hippomene, nollem tibi uisa fuissem.  
 uiuere dignus eras. quod si felicior essem,  
 nec mihi coniugium fata inportuna negarent,  
 unus eras cum quo sociare cubilia uellem." 635  
 dixerat, utque rudis primoque Cupidine tacta,  
 quid facit ignorans, amat et non sentit amorem.  
 iam solitos poscunt cursus populisque paterque,

cum me sollicita proles Neptunia uoce  
 inuocat Hippomeneus "Cytherea" que "conprecor,  
 ausis 640  
 adsit" ait "nostris et quos dedit adiunget ignes."  
 detulit aura preces ad me non inuida blandas;  
 motaque sum, fateor. nec opis mora longa dabatur.  
 est ager, indignemae Tamasenae nomine dicunt,  
 telluris Cypriae pars optima, quam mihi prisci 645  
 sacrauerunt senes templisque accedere dotem  
 hanc iussere meis. medio nitet arbor in aruo,  
 fulua comam, fuluo ramis crepitantibus auro.  
 hinc tria forte mea ueniens decerpita ferebam  
 aurea poma manu; nullique uidenda nisi ipsi 650  
 Hippomene adii docuique, quis usus in illis.  
 signa tubae dederant, cum carcere pronus uterque  
 emicet et summam celeri pede libat harenam.  
 posse putes illos sicco freta radere passu  
 et segetis canae stantes percurrere aristas. 655  
 adiciunt animos iuueni clamorque fauorque  
 uerbaque dicentum "nunc, nunc incumbere tempus.  
 Hippomene, propra. nunc uiribus utere totis.  
 pelle moram, nices." dubium, Megareus heros  
 gaudeat, an uirgo magis his Schoeneia dictis. 660  
 o quotiens, cum iam posset transire, morata est  
 spectatosque diu uultus inuita reliquit!  
 aridus e lasso ueniebat anhelitus ore,  
 metaque erat longe. tum denique de tribus unum  
 fetibus arboreis proles Neptunia misit. 665  
 obstipuit uirgo nitidique cupidine pomi  
 declinat cursus aurumque uolubile tollit.  
 praeterit Hippomeneus; resonant spectacula plausu.  
 illa moram celeri cessataque tempora cursu  
 corrigit atque iterum iuuenem post terga relinquit.  
 et rursus pomi iactu remorata secundi 671  
 consequitur transitque uirum. pars ultima cursus  
 restabat; "nunc" inquit "ades, dea muneris  
 auctor."  
 inque latus campi, quo tardius illa rediret,  
 iecit ab obliquo nitidum iuuenaliter aurum. 675  
 an peteret uirgo uisa est diuulsa: coegi  
 tollere et adieci sublato pondera malo  
 impediique oneris pariter grauitate moraque.  
 neue meus sermo cursu sit tardior ipso,  
 praeterita est uirgo; duxit sua praemia uictor. 680  
 dignane, cui grates ageret, cui turis honorem  
 ferret, Adoni, fui? nec grates inmemor egit,  
 nec mihi tura dedit. subitam conuertor in iram,  
 contemptuque dolens, ne sim spernenda futuris,  
 exemplo caueo meque ipsa exhortor in ambos. 685  
 templa, deum Matri quae quondam clarus Echion  
 fecerat ex uoto, nemorosus abdita siluis,  
 transibant, et iter longum requiescere suasit.  
 illic concubitus intempestiua cupido  
 occupat Hippomeneus, a numine concita nostro. 690  
 luminis exigui fuerat prope templa recessus,  
 speluncae similis, natiuo pumice tectus,  
 religione sacer prisca, quo multa sacerdos  
 lignea contulerat ueterum simulacra deorum.  
 hunc init et uetito temerat sacraria probro. 695  
 sacra retorserunt oculos, turritaque Mater  
 an Stygia fontes dubitauit mergeret unda.  
 poena leuis uisa est. ergo modo leuia fulvae  
 colla iubaee uelant, digiti curuantur in ungues,  
 ex uuneris armi fiunt, in pectora totum 700  
 pondus abit, summae cauda uerruntur harenae.  
 iram ualens habet, pro uerbis murmura reddunt,  
 pro thalamis celebrant siluas; alisque timendi  
 dente premunt domito Cybeleia frenas leones. 704  
 hos tu, care mihi, cumque his genus omne ferarum,  
 quod non terga fugae sed pugnae pectora praebet,  
 effuge, ne uirtus tua sit damnosa duobus."

X 584 inuidiamque MNλ. 589 decoris ελ. 590 mirator magis est ελ. ipse uulg., ille MN ελ. 591 ablata  
 codd. (ex oblata M), uibrata Plan., Korn coll. 1528 sq. 622 nollet M ελ. 637 quod facit edd. uett., quidque agit Heins.,  
 quid factum Merk., quid uelit Nick, quid fuit Housman (l. c. p. 149). 644 damasenum codd., corr. Farnabius.  
 654 laedere p. M. 663 e. a ελ. 673 numinis M. 681 ne cui N ex corr., nec ut M ελ. 691 huminis M, liminis  
 N ελ.

Illa quidem monuit iunctisque per aera cygnis  
 carpit iter; sed stat monitis contraria uirtus.  
 forte suum latebris uestigia certa secuti  
 exciueri canes, silisque exire parantem  
 fixerat obliquo iuuenis Cinyreus ictu.  
 protinus excussit pando uenabula rostro  
 sanguine tincta suo trepidumque et tuta petentem  
 trux aper insequitur totosque sub inguine dentes  
 abdidit et fulua moribundum strauit harena.  
 uecta leni enrru medias Cytherea per auras  
 Cypron olorinis nondum peruenerat alis,  
 agnouit longe gemitum morientis et albas  
 flexit aues illuc; utque aethere uidit ab alto  
 exanimem inque suo iactantem sanguine corpus,  
 desilnit pariterque sinum pariterque capillos  
 rupit et indignis percussit pectora palmis.

710

715

720

questaque cum fatis "sed non tamen omnia uestri  
 iuris erunt:" dixit "luctus moniuenta manebant  
 semper, Adoni, mei, repetitaque mortis imago  
 annua plangoris peraget simulamina nostri.  
 at eror in florem mutabitur. au tibi quondam  
 femineos artus in olentes uertere menthas,  
 Persephone, licuit: nobis Cinyreus heros  
 inuidiae mutatus erit?" sic fata enriore  
 nectare odorato sparsit; qui tactus ab illo  
 intumuit sic ut pluuio perlucida caelo  
 surgere bulla solet. nec plena longior hora  
 facta mora est, cum flos de sanguine concolor ortus,  
 qualem, quae lento celant sub cortice granum,  
 punica ferre solent. breuis est tamen usus in illo;  
 namque male haerentem et nimia leuitate cadueum  
 excutiunt idem, qui praestant nomina, uenti."

730

736

## LIBER VNDECIMVS

Carmine dum tali siluas animosque ferarum  
 Threicius uates et saxa sequentia ducit,  
 ecce nurus Ciconum, tectae lymphiata feruiss  
 pectora uelleribus, tumuli de uertice cernunt  
 Orphea percussis sociantem carmina uernis.  
 e quibus una, leues iactato crine per auras,  
 'eu,' ait 'eu hic est nostri contemptor'; et hastam  
 uatis Apollinei uocalia misit in ora;  
 quae foliis praesuta notam sine uulnere fecit.  
 alterius telum lapis est; qui nullus in ipso  
 aere conceutu uictus uocisque Lyraeque est  
 ac ueluti supplex pro tam furialibus ausis  
 ante pedes iacuit. sed enim temeraria crescent  
 bella, modusque abiit insanaque regnat Erius.  
 cunctaque tela forent cantu mollita; sed iugens  
 clamor et infraeto Berecyntia tibia cornu  
 tympanaque et plausus et Bacchei ululatus  
 obstrepere sono citharae. tum denique saxa  
 non exauditi rubuerunt sanguine uatis.  
 ac primum attonitas etiamnum uoce canentis  
 innumeras uolucres anguesque agmenque ferarum  
 Maenades Orphei titulum rapere theatri.  
 iude cruentatis uertuntur in Orphea dextris  
 et coeunt ut aues, si quando huic uagantem  
 noctis auem cernunt. structoque nrimque theatro  
 ceu matutina cernus periturus haroua  
 praeda canum est, uatem repetunt et fronde nirentes  
 conieciunt thyrsos non haec in munera faetos.  
 hae glaebas, illae direptos arbore ramos,  
 pars torquent silices. neu desint tela furori,  
 forte boues presso subigebant uomere terram,  
 nec procul hinc multo fructum sudore parantes  
 dura lacertosi fodiebant arua coloni.  
 agmine qui uiso fugiunt operisque relinquunt  
 arma sui, uacuosque iacent dispersa per agros  
 sareulaque rastrique graues longique ligones.  
 quae postquam rapere ferae cornuque uinacea  
 diuisere boues, ad uatis fata recurrunt;  
 tendentemque manus atque illo tempore primum  
 inrita dicentem nec quiequam noce mouentem  
 sacrilegae perimunt; perque os, pro Iuppiter, illud

5

10

15

20

26

30

35

40

auditum saxis intellectumque ferarum  
 sensibus in uentos anima exhalata recessit.  
 Te maestae uolucres, Orphei, te turba ferarum,  
 te rigidi silices, te carmina saepe secutae  
 flenerunt siluae, positus te frondibus arbor  
 tonsa comam luxit. lacrimis quoque flumina dicunt  
 increuisse suis, obscuraque carbasa pullo  
 Naides et Dryades passosque habuere capillos.  
 membra iacent diuersa locis. caput, Hebre, lyram-  
 que  
 excipis; et (mirum) medio dum labitur amne,  
 flebile nescioquid queritur lyra, flebile lingua  
 murmurat exanimis, respondent flebile ripae.  
 iamque mare inuictae flumen populare relinquunt  
 et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi.  
 hic feris expositum peregrinis anguis harenis  
 os petit et sparsos stillanti rore capillos.  
 tandem Phoebus adest morsusque inferre parantem  
 [aeret et in lapideum rictus serpentis apertos]  
 congelat et patulos, ut erant, indurat hiatus.  
 Umbra subit terras et, quae loca uiderat ante,  
 cuncta recognoscit; quaerensque per arua piumm  
 inuenit Enrydicea cupidisque amplectitur uluis.  
 hic modo coniunctis spatiantur passibus ambo;  
 nunc praecedentem sequitur, nunc praemius anteit  
 Eurydiceaenque suam iam tuto respicit Orpheus.  
 Non impune tamen scelus hoc sinit esse Lyaeus,  
 amissoque dolens sacrorum mate suorum,  
 protinus in siluis matres Edonidas omnes,  
 quae uidere nefas, torta radice ligant.  
 quippe pedum digitos uia, quam tum est quaeque  
 secuta,  
 traxit et in solidam detrusit acumina terram.  
 utque summi laqueis, quos callidus absdidit auceps,  
 erus ubi commisit uolucris sensitque teneri,  
 plangit ac trepidans adstringit uincula motu:  
 sic, ut quaeque solo defixa cohaeserat harum,  
 exsternata fugam frustra temptabat; at illam  
 lenta tenet radix exultantemque coerect.  
 dumque ubi sint digiti, dum pes ubi quaerit et unguis,  
 adspicit in teretes lignum succedere suras.

45

50

55

60

65

70

75

80

X 710 suis Mλ. 718 Chytron Bergk. 724 sed Korn, est M, et Nελ, at Heins. ex codd. 731 inuidia M. 732 sparsit (eras. t) M, spargit ελ Merk. tinctus Housman, tractus M. 733 fuluo M Nελ, pluuio Dan. Heins. codd. 734 spargere Mλ.

XI 12-14 hos uu. damnat Postgate. 16 inflato ελ, inflato corr. ex infracto N. 22 theatri M Nελ, triumphu uulg. 26 ceu Heins. ex codd., cum M, ut Nελ. 27 uatenuque petuut codd., corr. Korn. 29 dereptos Heins. 30 torquet λ. 37 uinaci Mλ. 40 momentem M. 45 te Bentl., tua codd. 46 arbor Nελ. 47 comam Plan. Heins. ex codd., coma Mε, comas Nλ. 48 obstrusaq. codd., corr. Nεε uar. 57 obstitit et sparsus (sparsus N) M Nλ. 59 hunc u. proscrisperunt Riese C. Schenkl. 64 conuicti M. 66 tutus (us eras. M) M N. 69 siluis merens M. 71, 72 hos uu. secluserunt Korn Zingerle. 71 uia quam tum Housman, in quantum codd. 72 acuiuue N uulg. 76 coherent M. 80 teretis M.

et conata femur maerenti plangere dextra,  
robora percussit. pectus quoque robora fiunt,  
robora sunt umeri, nodosaque brachia ueros  
esse putes ramos, et non fallare putando.

Nec satis hoc Baccho est; ipsos quoque deserit  
agros 85

cumque choro meliore sui nineta Timoli  
Pactolonque petit, quamuis non aureus illo  
tempore nec caris erat inuidiosus harenis.  
hunc adsueta cohors Satyri Bacchaeque frequentant;  
at Silenus abest. titubantem annisque meroque 90  
ruricolae cepere Phryges uinctumque coronis  
ad regem duxere Midan, cui Thracius Orpheus  
orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.

qui sinul agnouit socium comitemque sacrorum,  
hospitis aduentu festum genialiter egit 95  
per bis quinque dies et iunctas ordine noctes.  
et iam stellarum sublimis coegerat agnien

Lucifer undecimus, Lydos cum laetus in agros  
rex uenit et iuueni Silenum reddidit alumno.  
huic deus optandi gratum, sed inutile, fecit 100  
muneris arbitrium, gaudens altore recepto.  
ille male usurus donis ait 'effice quicquid  
corpore contigero fuluum uertatur in aurum.'

adnuit optatis nocituraque munera soluit  
Liber et indoluit quod non meliora petisset. 105  
laetus abit gaudetque malo Berecynthius heros  
pollicitique fidem tangendo singula temptat;

uixque sibi credens non alta fronde uirentem  
ilice detraxit uirgam: uirga aurea facta est.  
tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro. 110  
contigit et glaebam: contactu glaeba potenti  
massa fit. arentis Cereris decerpit aristas:

aurea messis erat. demptum tenet arbore pomum:  
Hesperidas donasse putes. si postibus altis  
admonit digitos, postes radiare uidentur. 115  
ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis,  
unda fluens palmis Danae eludere posset.

uix spes ipse suas animo capit, aurea fingens  
omnia. gaudenti mensas posuere ministri  
extractas dapibus nec tostae frugis egentes. 120  
tum uero, siue ille sua Cerealia dextra  
munera contigerat, Cerealia dona rigebant,  
siue dapes audio conuellerent dente parabat,

lammina fulua dapes, admoto dente, premebat.  
miseretur puris auctorem muneris undis: 125  
fusile per rictus aurum fluitare uideres.  
attonitus nouitate mali diuesque miserque  
effugere optat opes et quae modo uouerat odit.

copiam nulla famem releuat; sitis arida guttur  
urit, et inuiso meritis torquetur ab auro. 130  
ad caelumque manus et splendida brachia tollens  
'da ueniam, Leneae pater; peccauius,' inquit  
'sed miserere, precor, speciosoque eripe damno.'

mite deum numen: Bacchus peccasse fatentem  
restituit pactique fide data munera soluit. 135  
'neue male optato maneat circumlitus auro,  
uade' ait 'ad magnis uicium Sardibus amnem  
perque iugum nitens labentibus obuius undis  
carpe uiam, donec uenias ad fluminis ortus,  
spumigeroque tuum fonti, qua plurimus exit, 140  
subde caput corpusque simul, simul eluce crimen.'

rex iussae succedit aquae. uis aurea tinxit  
flumen et humano de corpore cessit in amnem.  
nunc quoque iam ueteris percepto semine uenae  
arua rigent auro madidis pallentia glaebis. 145

Ille perosus opes siluas et rura colebat

Panaque montanis habitantem semper in antris.  
pingue sed ingenium mansit, nocituraque, ut ante,  
rursus erant domino stolidae praecordia mentis.  
nam freta prospiciens late riget arduus alto 150

Tmolus in ascensu, cliuoque extensus utroque  
Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypaepis.  
Pan ibi dum teneris iactat sua flamina Nymphis  
et leue cerata modulatur harundine carmen,  
ausus Apollineos prae se contemnere cantus, 155  
iudice sub Tmolo certamen uenit ad inpar.  
monte suo senior iudex consedit et aures  
liberat arboribus; quereu coma caerulea tantum  
cingitur, et pendent spectans caua tempora glandes.

isque deum pecoris circum 'in iudice' dixit 160  
'nulla mora est.' calamis agrestibus insonat ille  
barbaricoque Midan (aderat nam forte canenti)  
carmine delent. post hunc sacer ora retorsit  
Tmolus ad os Phoebi; nultum sua silua secuta est.  
ille caput flauum lauro Parnaside uinctus 165  
uerit humum Tyrio saturata murice palla  
instructamque fidem gemmis et dentibus Indis  
sustinet a laeua; tenuit manus altera plectrum.

artificis status ipse fuit. tum stamina docto  
pollice sollicitat; quorum dulcedine captus 170  
Pana iubet Tmolus citharae submittere cannas.  
iudicium sanctique placet sententia montis  
omnibus; arguitur tamen atque iniusta uocatur  
unius sermone Midae. nec Delius aures  
humanam stolidas patitur retinere figuram, 175  
sed trahit in spatium nullisque albertibus inplet  
instabilesque inas facit et dat posse moueri.  
cetera sunt hominis, partem damnatur in unam  
induiturque aures lente gradientis aselli.

Ille quidem celare cupit turpique pudore 180  
tempora purpureis temptat releuare tiaris.  
sed solitus longos ferro resecat capillos  
uiderat hoc famulus. qui cum nec prodere uisum  
dedecus auerent, cupiens efferre sub auras,  
nec posset reticere tamen, secedit humumque 185  
effodit et, domini quales adspexerat aures,  
uoce refert parua terraeque inurmurat haustae;  
indiciumque suae uocis tellure regesta  
obruit et scrobibus tacitus discedit optertis.

creber harundinibus tremulis ibi surgere lucus 190  
coepit et, ut primum pleno maturuit anno,  
prodidit agricolam; leni nam motus ab austro  
obruta uerba refert dominique coarguit aures.

Vltus abit Tmolo liquidumque per aera uectus  
angustum citra pontum Nepheloides Helles 195  
Laumedonteis Latoius adstitit aruis.  
dextera Sigei, Rhoetei laeua profunda  
ara Panomphaeo uetus est sacra Tonanti.  
inde nouae primuui moliri moenia Troiae  
Laumedonta uidet susceptaque magna labore 200  
crescere difficili nec opes exposcere paruas;  
cumque tridentigero tumidi genitore profundo  
mortalem induitur formam Phrygiaeque tyranno  
aedificat muros, pactus pro moenibus aurum.

stabat opus: pretium rex infatigatur et addit, 205  
perfidiae cumulum, falsis periuria uerbis.  
'non inpine ferēs' rector maris inquit, et omnes  
inclinauit aquas ad auarae litora Troiae  
inque freti formam terras compleuit opesque  
abstulit agricolis et fluctibus obruit agros. 210  
poena neque haec satis est; regis quoque filia mon-

stro  
poscitur aequoreo. quam dura ad saxa reuinetam

XI 81 tangere M. 83 nodosaque Postgate, longos quoque M N ε λ, porrectaq. aliquot codd. edd. uett., frondosaq. Korn. 84 fallere M N ε. 95 aduentum M, aduentu N ex corr. 101 ultore M. 112 arentis M Plan., arentes N ε λ uulg. 117 possit M ε λ. 135 pactique Heins. ex codd., factique M N ε λ. fidem codd. aliquot. 138 nitens C. Schenkl, uite M, ripae N in ras. ε, rapae λ. montis codd. pauci Heins., Phrygiae Korn. 147 aruis M. 149 stultae M λ. 153 flamina H. Schenkl, munera Bentl., carmina codd. 161 intonat λ. 163 resoluit N ε λ. 166 saturatur M. 167 instructamque N λ Korn, instructamque M Merk., distinctamque ε. 175 humanas stolidam M. 180 turpemque pudorem codd. aliquot, torpensque pudore C. Schenkl. 181 releuare Housman (Trans. Camb. Phil. Soc. t. iii p. 150), uelare codd. 185 possit M ε λ. 193 coaruit M λ. 198 pana(α λ)ρο M N ε λ, Panomphaeo Plan. R. Regius. 209 terras conuertit ε λ.



aindicat Alcides promissaque muneris dios  
poscit equos; tantique operis mercede negata  
bis periura capit superatae moenia Troiae. 215  
nec pars militaria, Telamon, sine honore recessit,  
Hesioneque data potitur. nam coniuge Peleus  
clarus erat diua; nec aui magis ille superbit  
nomine quam soceri: siquidem Iouis esse nepoti  
contigit haud uni, coniunx dea contigit uni. 220  
Namque senex Thetidi Proteus 'dea' dixerat  
'undae

concipe: mater eris iuuenis, qui fortibus annis  
acta patris uincet maiorque uocabitur illo.  
ergo, ne quicquam mundus Ioue maius haberet,  
quamuis haud tepidos sub pectore senserat ignes, 225  
Iuppiter aequoreae Thetidis conubia fugit  
in suaque Aeaciden succedere nota nepotem  
iussit et amplexus in uirginis ire marinae.

Est sinus Haemoniae curuos falcatus in arcibus  
(braecchia procurruunt) ubi, si foret altior unda, 230  
portus erat: summis inductum est aequor harenis.  
litus habet solidum, quod nec uestigia seruet,  
nec remoretur iter, nec operum pendeat alga.  
myrtea silua subest, bicoloribus obsita bacis.

est specus in medio, natura factus an arte 235  
ambiguum, magis arte tamen; quo saepe uenire  
frenato delphine sedens, Theti, nuda solebas.  
illie te Peleus, ut somno uincta iacebas,  
occupat; et, quoniam precibus temptata repugnas,  
uim parat innectens ambobus colla lacertis. 240

quod nisi uenisses mariatis saepe figuris  
ad solitas artes, auso foret ille potiturus,  
sed modo tu nolueris: uoluerem tamen ille tenebat,  
nunc grauis arbor eras: haerebat in arbore Peleus.  
tertia forma fuit maculosae tigridis: illa 245  
territus Aeacides a corpore braecchia soluit.  
isque deos pelagi uino super aequora fuso  
et pecoris fibris et fumo turis adorata,  
donec Carpathius medio de gurgite uates

'Aeacide, dixit 'thalamis potiere petitis; 250  
tu modo, cum rigido sopita quiescit in antro,  
ignaram laqueis uinctoque innecte tenaci.  
nec te decipiat centum mentita figuras;  
sed preme quicquid erit, dum quod fuit ante re-  
formet.'

dixerat haec Proteus et condidit aequore uultum 255  
admisitque suos in uerba nouissima ductus.  
pronus erat Titan inclinatioque tenebat  
Hesperium temone fretum, cum pulchra relecto  
Nereis ingreditur consueta eubilia ponto.  
uix bene uirgineos Pelens inuaserat artus, 260  
illa nouat formas, donec sua uembra teneri  
sentit et in partes diuersas braecchia tendi.  
tum demum ingenium, 'neque' ait 'sine numine  
uincis',

exhibita estque Thetis. confessam amplectitur heros  
et potitur uotis ingentique inplet Achille. 265

Felix et nato, felix et coniuge Peleus  
et cui, si demas iugulati crimina Phoei,  
omnia contigerant. fraterno sanguine sotentem  
expulsunumque domo patria Trachinia tellus  
accipit. hic regnum sine ui, sine caede regebat 270

Lucifero genitore satus patriumque nitorem  
ore ferens Ceyx. illo qui tempore maestus  
dissimilisque sui fratrem lugebat adeptum.  
quo postquam Aeacides fessus ciraque uiuam  
uenit et intrauit paucis comitantibus urbem, 275

quosque greges pecorum, quae secum armenta trahe-  
bat,

haud procul a muris sub opaca ualle reliquit,  
copia cum facta est adeundis prima tyranni,  
uelamenta manu praetendens supplicae, qui sit  
quoque satus memorat; tantum sua crimina celat  
mentiturque fugae causam; petit urbe uel agro 281  
se iuuet. hunc contra pleioid Trachinius ore

talibus adloquitur: 'mediae quoque commoda plebi  
nostra patent, Peleu, nec inhospita regna tenemus.  
adicis huic animo momenta potentia, clarum 285  
nomen auumque louem. ne tempora perde precando:  
quod petis omne feres; tuaque haec pro parte uocato,  
qualiaecumque uides. ntinam meliora uideres.'

et flebat. moueat tantos quae causa dolores, 289  
Pelensque comitesque rogant. quibus ille profatur:  
'forsitan hanc uoluerem, rapti quae uiuit et omnes  
terret aues, semper pennas habuisse putetis. 292  
frater erat belloque ferox ad uimque paratus, 294  
nomine Daedalion, illo genitore creatus, 295  
qui uocat Anroram caeloque nouissimus exit.

culta mihi pax est, pacis mihi cura tenendae  
coniugique fuit; fratri fera bella placebant.  
illius uirtus reges gentesque subegit,  
quae nunc Thisbaeas agitat imitata columbas. 300

nata erat huic Chione. quae dotatissima forma  
mille procos habuit, bis septem nubilis annis.  
forte reuertentes Phoeibus Maiaeque creatus,  
ille suis Delphis, hic uertice Cylleneo,

uidere hanc pariter, pariter traxere calorem. 305  
spem Veneris differt in tempora noctis Apollo;  
non fert ille moras nigraque mouente soporem  
uirginis os tangit. tactu iacet illa potenti  
uimque dei patitur. nox caelum sparserat astris:

Phoebus animum simulat praereptaque gaudia sumit.  
ut sua maturus compleuit tempora uenter, 311  
alipedis de stirpe dei nersuta propago  
nascitur, Autolyceus, furtum ingeniosis ad omne,  
caecida de nigris et de candidibus atra

qui facere adseruat, patriae non degener artis, 315  
nascitur e Phoebo (namque est enixa gemellos)  
carmine uocali clarus citharaeque Philammon.  
quid peperisse duos et dis placuisse duobus  
et forti genitore et progenitore tonanti

esse satam prodest? an obest quoque gloria multis?  
obfuit huic certe, quae se praefere Dianae 321  
sustinuit faciemque deae enpauit. at illi  
ira ferax nota est "factis" que "placebimus"

inquit.  
nec mora, enruauit cornu neruoque sagittam  
impulit et meritam traiecit harundine linguam. 325  
lingua tacet, nec uox temptataque uerba sequuntur,  
comantemque loqui cum sanguine uita reliquit.  
quo miser amplexus ego tum patrisque dolorem  
corde tuli fratrisque pio solacia dixi!

quae pater haud aliter quam eantes murmura ponti  
accipit et natam delamentatur adeptam. 331  
ut uero ardentem uidit, quater inpetus illi  
in medios fuit ire rogos: quater inde repulsus  
conecta membra fugae mandat similisque imineo  
spicula crabronum pressa ceruice gerenti, 335

qua uia nulla, ruit. iam tum mihi currere uisus  
plus homine est, alasque pedes sumpsisse putares.  
effugit ergo omnes ueloxque cupidine leti  
uertice Parnasi potitur. miseratus Apollo,  
cum se Daedalion saxo misisset ab alto, 340

XI 213 dios Postgate ex Plan. (diuos Boissonade), dictos codd. 218 superbit N (it in ras.), superbus M. 222 annis M N ε, actis λ Plan. 226 uital Heins. ex codd. 233 opertum uulg., opertus (us corr. ex a) M, operta N ε λ. 235 et specus Priscian. 238 uicta N. 247 inde Heins., usque Merk. 261 gelido N ex corr. ε λ. 258 relecto codd., corr. Merk. 259 ponto ε λ, saxo M N. 270 tenebat Heins. ex codd., gerebat Housman (l. c.). 273 dissimilisque M. 278 prima ε, tecta M N λ. 285 momenta Heins. ex codd., momenta M N ε λ. 289 moueat M. 291 rapt. (or eras.) M. 292 putatis ε λ. 293 uir fuit et tanta est animi constantia tantum (iam tum Fuss) codd., damnauerunt edd. plerique duce Heinsio. 294 uer erat codd., corr. Bentl. 297 culta N, cura M ε, hunc u. om. λ. 301 quaeleui nouissima M. 319 tonanti M ε, tonante N λ, nitenti codd. pauci Heins., couanti Merk. collato XV 749. 328 quo Kori, quam M N ε λ, quem Heins. ex cod. Pal. amplexus M<sup>3</sup>, amplexans M<sup>1</sup> Merk., o pietas N in ras. ε λ. patris M, patrium N, patrii λ, patruo ε. 329 dixi N ε λ, misi M. 335 crabronum M N λ. 336 ruit N λ, ε cum fugit pro uar. scr., fuit M.

fecit auem et subitis pendentem sustulit alis  
 oraque adunca dedit, curuos dedit unguibus hamos,  
 uirtutem antiquam, maiores corpore uires.  
 et nunc accipiter, nulli satis aequus, in omnes  
 saeuit aues aliisque dolens fit causa dolendi.' 345

Quae dum Lucifero genitus miracula narrat  
 de consorte suo, cursu festinus anhelo  
 aduolat armenti custos Phocetus Anetor  
 et 'Peleu, Peleu, magnae tibi nuntius adsum  
 cladis' ait. quodcumque ferat, iubet edere Peleus.  
 pendet et ipse metu trepidi Trachinius oris. 351  
 ille refert : 'fessos ad litora curua iuuenos  
 adpuleram, medio cum Sol altissimus orbe  
 tantum respiceret quantum superesse uideret ;  
 parsque boum fuluis genua inclinabat harenis 355  
 latarumque iacens campos spectabat aquarum,  
 pars gradibus tardis illuc errabat et illic,  
 nant alii celsoque extant super aequora collo.  
 templa mari subsunt nec marmore clara neque auro,  
 sed irabibus densis lucoque umbrosa uetusto. 360  
 Nereides Nereusque tenent ; hos nauita ponti  
 edidit esse deos, dum retia litore siccat.  
 iuncta palus huic est, densis obsessa salietis,  
 quam restagnantis fecit maris unda paludem.  
 inde fragore graui strepitans loca proxima terret, 365  
 belua uasta, lupus, iuncisque palustribus exit,  
 oblitus et spumis et sparsus sanguine rictus  
 fulmineos, rubra suffusus lumina flamma.  
 qui quamquam saeuit pariter rabieque fameque,  
 acrior est rabie. neque enim ieiunia curat 370  
 caede boum diramque famem finire, sed omne  
 uulnerat armentum sternitque hostiliter omne.  
 pars quoque de nobis funesto saucia morsu,  
 dum defensamus, leto est data. sanguine litus  
 undaque prima rubet demugitaeque paludes. 375  
 sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit.  
 dum superest aliquid, cuncti coeamus et arma,  
 arma capessamus coniunctaque tela feramus'.  
 dixerat agrestis : nec Pelea damna mouebant, 380  
 sed, memor admissi, Nereida colligit orbam  
 damna sua inferias extincto mittere Phoco.  
 induere arma uiros uiolentaque sumere tela  
 rex iubet Oetaeus ; cum quis simul ipse parabat  
 ire. sed Aleyone coniunx excita tumultu  
 prosilit et, nondum totos ornata capillos, 385  
 discit hos ipsos, colloque infusa mariti,  
 mittat ut auxilium sine se, uerbisque precatur  
 et lacrimis, animasque duas ut seruet in una.  
 Aeacides illi : 'pulchros, regina, piosque  
 pone metus ; plena est promissi gratia uestri. 390  
 non placet arma mihi contra noua monstra moueri :  
 numen adorandum pelagi est.' erat ardua turris,  
 arce pharus summa, fessis loca grata carinis.  
 adscendunt illuc stratosque in litore tauros  
 cum gemitu adspiciunt uastatoremque cruento 395  
 ore ferum, longos infectum sanguine uillos.  
 inde manus tendens in aperti litora ponti  
 caeruleam Peleus Psamathen ut finiat iram  
 orat opemque ferat. nec uocibus illa rogantis  
 flecitur Aeacidae : Thetis hanc pro coniuge supplex  
 accepit ueniam. sed enim reuocatus in acri 401  
 caede lupus perstat, dulcedine sanguinis asper,  
 donec inhaerentem lacerae ceruice iuuencae  
 marmore mutauit. corpus praeterque colorem  
 omnia seruauit : lapidus color indicat illum 405  
 iam non esse lupum, iam non debere timeri.  
 nec tamen hac profugum consistere Pelea terra

fata sinunt : Magnetas adit uagus exul et illic  
 sumit ab Haemonio purgamina caedis Acasto.  
 Interea fratrisque sui fratremque secutus 410  
 anxia prodigijs turbatus pectora Ceyx,  
 consulat ut sacras, hominum oblectamina, sortes,  
 ad Clarium parat ire deum. nam templa profanus  
 inuia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas.  
 consilii tamen ante sui, fidissima, certam 415  
 te facit, Aleyone. cui protinus intima frigus  
 ossa receperunt, buxoque simillimus ora  
 pallor obit, lacrimisque genae maduere profusis  
 ter conata loqui, ter fleatibus ora rigauit,  
 singultuque pius interrumpente querellas 420  
 'quae mea culpa tuam' dixit 'carissime, mentem  
 uertit ? ubi est, quae cura mei prior esse solebat ?  
 iam potes Aleyone securus abesse relicta ?  
 iam uia longa placet ? iam sum tibi carior absens ?  
 at, puto, per terras iter est, tantumque dolebo, 425  
 non etiam metum, curaque timore carebunt.  
 aequora me terrent et ponti tristicus imago.  
 et laceras nuper tabulas in litore uidi,  
 et saepe in tumulis sine corpore nomina legi.  
 neue tuum fallax animum fiducia tangat, 430  
 quod socer Hippotades tibi sit, qui carcere fortes  
 contineat uentos et, cum uelit, aequora placet.  
 cum semel emissi tenuerunt aequora uenti,  
 nil illis uetutum est, incommendataque tellus  
 omnis et omne fretum. caeli quoque nubila uexant  
 excutiuntque feris rutilos concursibus ignes. 436  
 quo magis hos noui, (nam noui et saepe paterna  
 parua domo uidi) magis hoc reor esse timendos.  
 quod tua si flecti precibus sententia nullis,  
 care, potest, coniunx, nimumque es certus eundi,  
 me quoque tolle simul. certe iactabimur una, 441  
 nec, nisi quae patiar, metuum ; pariterque feremus  
 quicquid erit, pariter super aequora lata feremur.'  
 Talibus Aeolidis dictis lacrimisque mouetur  
 sidereus coniunx ; neque enim minor ignis in ipso est.  
 sed neque propositos pelagi dimittere cursus, 446  
 nec uult Aleyonen in partem adhibere pericli,  
 multaque respondit timidum solantia pectus.  
 non tamen idecirco causam probat. addidit illis  
 hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem : 450  
 'longa quidem est nobis omnis mora : sed tibi iuro  
 per patrios ignes, si me modo fata remittent,  
 ante reuersurum, quam luna bis impleat orbem.'  
 his ubi promissis spes est admota recursus,  
 protinus eductant naualibus aequore tingui 455  
 aptarique suis pinum iubet armamentis.  
 qua rursus uisa, ueluti praesaga futuri,  
 horruit Aleyone lacrimasque emisit obortas,  
 amplexusque dedit tristisque miserrima tandem  
 ore 'uale' dixit conlapsaque corpore toto est. 460  
 ast iuuenes, quaerente moras Ceyce, reducunt  
 ordinibus geminis ad fortia pectora remos  
 aequalique ictu scandunt freta. sustulit illa  
 umentes oculos stantemque in puppe recurua  
 concussa manu dantem sibi signa maritum 465  
 prima uidet redditque notas. ubi terra recessit  
 longius, atque oculi nequeunt cognoscere uultus,  
 dum licet, insequitur fugientem lumine pinum.  
 haec quoque ut haud poterat, spatio submotata, nideri,  
 uela tamen spectat summo fluitantia malo. 470  
 ut nec uela uidet, uacuum petit anxia lectum  
 seque toro pontis. renouat lectusque torusque  
 Aleyonae lacrimas et quae pars, admonet, absit.  
 Portibus exierant et mouerat aura rudentes :

XI 343 uirtute antiqua M. 344 nullis N λ, nulli (ras.) sati (ras.) s M, satiatas Riese ex Plan., multae insatiatus Postgate. 358 extant codd. aliquot, instant codd. 361 templi N<sup>2</sup>. 365 strepitans Heins. ex codd., strepitus N ε, strepitu M λ. 366 iuueisq. Korn, cf. VIII 336, niueisq. M, siluisq. N in ras. ε λ, uluisq. Burm. paludibus M N<sup>1</sup>. 367 et sparsus M, et spisso Heins. ex codd., et erasso N (ex sparsu) ε λ, cespersus Merk. 368 fulmineus M N. 381 sua Bentl., suo M λ, sui N (i in ras.). 387 mittat ut N ε λ, eueat M, praestet ut Merk. 393 pharus Heins., locus M N ε λ, focus codd. aliquot, loci codd. duo Heins. loca. nota Madv., lux Merk. 401 ab acri ε, in agris M N. 404 praeterque D. Heins., pariterque codd. 412 oblenimina Korn. 428 et. en ε. 435 fretum est M N ε. 436 fere M. 437, 438 hos uu. om. M N<sup>1</sup>. 449 illi M λ. 452 remittant M N. 461 at N ε λ. 464 relicta M λ. 472 torusque codd. duo (et Housman Journ. Philol. xvi p. 35), locusque codd. 473 abstii λ Priscian. p. 472, obstat ε in ras.

- obuertit lateri pendentes nauita remos 475  
cornuaque in summa locat arbore totaque malo  
carrasa deducit uenientesque accipit auras.  
aut minus aut certe medium non amplius aequor  
puppe seabatur, longeqe erat utraque tellus,  
cum mare sub noctem tumidis albescere coepit 480  
fluctibus et praecipit spirare ualentius Eurus.  
'ardua iam dudum demittite cornua' rector  
clamat "et antennis totum subnectite uelum."  
hic iubet: impediunt aduersae iussa procellae,  
nec sinit audiri noceam fragor aequoris ullam. 485  
sponte tamen propeant alii subducere remos,  
pars munire latus, pars uentis uela negare.  
egerit hic fluctus aequorque refundit in aequor,  
hic rapit antennas. quae dum sine lege geruntur,  
aspera crescit hiemps, omniq; e parte feroees 490  
bella gerunt uenti fretaque indignantis miscet.  
ipse pauet nec se, qui sit status, ipse fatetur  
scire ratis rector, nec quid iubeatne uetetur:  
tanta mali moles tantoq; potentior arte est:  
quippe sonant clamore iuri, stridore rudentes, 495  
uentorum incurso grauis unda, tonitribus aether.  
fluctibus erigitur caelunq; aequare uidetur  
pontus et inductas adspergine tangere nubes.  
et modo, cum fuluas ex imo uertit harenas,  
concolor est illis, Stygia modo nigrior unda, 500  
sternitur interdum spumisq; sonantibus albet.  
ipsa quoque his agit uicibus Trachina puppis  
et nunc sublimis ueluti de uertice montis  
despicere in nalles inuicq; Acheronta uidetur;  
nunc, ubi demissam eorum circumstetit aequor,  
suspiciere inferno summum de gurgite caelum. 506  
saepe dat ingentem fluctu latus icta fragorem  
nec leuius pulsata sonat quam ferrens olim  
cum laeeras aries ballistae conentit arees.  
utque solent sumptis incurso nribus ire 510  
pectore in arma feri protentaq; tela leones,  
sic ubi se uentis admiserat unda coortis,  
ibat in arma ratis multoq; erat altior illis.  
iamque labant emei, spoliataq; tegmine ceruae  
rima patet praebetq; uiam letalibus undis. 515  
ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres,  
inque fretum credas totum descendere caelum,  
inque plagas caeli tumefactum adscendere pontum.  
uela madent nimbis et eum caelestibus undis 519  
aequoreae miscentur aquae. caret igitur aether,  
caecaeque nox premitur tenebris hiemisq; suisque.  
discuntur tamen has praebentq; micantia lumen  
fulmina; fulmineis ardescent igitur imbres.  
dat quoque iam saltus intra eana texta carinae  
fluctus; et ut miles, numero praestantior omni, 525  
cum saepe adsiluit defensae moenibus urbis,  
spe potitur tandem laudisque accensus amore  
inter mille uiros murum tamen occupat unus,  
sic ubi pulsarunt nouiens latera ardua fluctus,  
uastius insurgens decimae ruit impetus undae 530  
nec prius absistit fessam oppugnare carinam,  
quam uelut in captae descendit moenia uanis.  
pars igitur temptabat adhuc inuadere pinnum,  
pars maris intus erat. trepidant haud setius omnes,  
quam solet urbs, aliis murum fodiendibus extra 535  
atque aliis murum, trepidare, tenentibus intus.  
deficit ars animiq; cadunt; totidemq; uidentur,  
quot ueniant fluctus, mere atq; inrumpere mortes.  
non tenet hic lacrimas, stupet hic, noxat ille beatos  
funera quos maneat; hic uotis nimen adorat 540  
braechiaq; ad caelum, quod non uidet, iurita tollens  
poscit opem; subeunt illi fraterq; parensq;  
huc cum pignioribus domus et quodenuiq; relictum  
est.
- Aleyone Ceyea mouet, Ceycis in ore  
nulla nisi Aleyone est; et cum desideret unam, 545  
gaudet abesse tamen. patriae quoque uellet ad oras  
respicere inque domum supremos uertere uultus:  
nerum ubi sit nescit; tanta uertigine pontus  
feruet, et inducta piceis et nubibus umbra  
omne latet caelum, duplicataq; noctis imago est.  
frangitur incurso nimborum turbinis arbor, 551  
frangitur et regimen, spoliisque animosa superstes  
unda uelut uictrix simataq; despicit undas,  
nec leuius quam siquis Athlon Pindumque reuulsos  
sede sua totos in apertum euertit aequor, 555  
praecipitata eadit pariterq; et pondere et ictu  
mergit in ima ratem; cum qua pars magna uirorum,  
gurgite pressa graui neque in aera reddita, fato  
functa suo est: alii partes et membra carinae  
trunca tenent. tenet ipse manu, qua sceptrum sole-  
bat, 560  
fragmina nauigii Ceyx socerumq; patremq;  
inuoat heu frustra. sed plurima nantis in ore  
Aleyone coniunx. illam meminitq; refertq;  
illius ante oculos ut agant sua corpora fluctus  
optat et exanimis manibus tumulter amicis. 565  
dum natat, absentem, quotiens sinit hiscere fluctus,  
nominat Aleyonen ipsiq; innummurat undis.  
ecce super medios fluctus niger aereus aquarum  
frangitur et rupta inersum caput obruit unda.  
Lucifer obscurus nec quem cognoscere posses 570  
illa luce fuit; quoniamq; excedere caelo  
non licuit, densis texit sua nubibus ora.  
Aeolis interea tantorum ignara malorum  
dimmerat noctes; et iam, quas induat ille,  
festinat uestes, iam quas, ubi uenerit ille, 575  
ipsa gerat, reditusq; sibi promittit inanes.  
omnibus illa quidem superis pia tura ferebat,  
ante tamen ennetos Iunonis templi colebat,  
proque uiro, qui nullus erat, ueniebat ad aras,  
utq; foret sospes coniunx suus utq; rediret 580  
optabat, nullamq; sibi praeferebat. at illi  
hoc de tot uotis poterat contingere solum.  
At dea non ultra pro facto morte rogari  
sustinet; utq; manus funestas arecat aris,  
'Iri, meae' dixit 'fidissima nuntia uocis, 585  
nise soporiferam Somni pelociter aniam  
extinctiq; iube Ceycis imagine mittat  
Somnia ad Aleyonen ueros narrantia casus.'  
dixerat: induitur uelamina mille colorum 590  
Iris et arcuato caelum curuamine signans  
tecta petit inssi sub nube latentia regis.  
Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,  
mons caeuis, ignaui domus et penetralia Somni;  
quo nunquam radiis oriens mediusue cadensue  
Phoebus adire potest. nebulae caligine mixtae 595  
exhalantur humo dubiaq; crepuscula lucis.  
non uigil ales ibi cristati cantibus oris  
euocat Auroram, nec uoce silentia rumpunt  
solicite canes canibusq; sagacior anser;  
non fera, non pecudes, non moti flammis rami 600  
humanaeque somnum reddunt conuicia linguae;  
mota quies habitat. saxo tamen exit ab imo  
rius aquae Lethes, per quem cum murmore labens  
inuitat somnos crepitantibus unda lapillis.  
ante fores atri fecunda papauera florent 605  
innumeraeque herbae, quarum de lacte soporem  
Nox legit et spargit per opaeas umida terras.  
iamna nec uerso stridores eardine reddit:  
nulla domo tota, custos in limine nullus.  
at medio tornis est ebena sublimis in antro, 610  
plumbeus, unicolor, pullo uelamine tectus;  
quo cubat ipse deus membris languore solutis.

XI 483 *anptempis* M. 493 *uelitq;* M N λ. 496 *andarum* codd., corr. Bothe. 499 *uertit* M N ε λ, *uerit* uulg.  
507 *fl. grauis* M, *fl. ratis* N in ras. 512 *admiserat* (ad mutatum in co) N, cod. Nicolaitanus, am. M, comm. ε λ. 522  
*micantia* uulg., *micantia* M N ε λ. 523 *imbres* Housman (Trans. Camb. Phil. Soc. t. iii p. 151), *ignes* M, *undae* uulg.  
529 *noiuens* Merk., *celsi* M in ras. N ε pro nar. scr., *aeres* ε, de λ siletur. 534 *setius* Heins., *sequius* ε λ, hunc u. om.  
M N. 542 *fratresque* Heins. ex codd. 555 *euertit* ε λ. 571 *luce* M N λ, *nocte* N<sup>2</sup> in ras. ε. 583 *profuncti* M ε.  
608 *nec* N<sup>2</sup> ex corr. ε, *ne* M λ. *reddat* ε λ. 610 *at. in* M N λ. *hebeno* M N.

hunc circa passim varias imitantia formas  
 Somnia uana iacent totidem, quot messis aristas,  
 silua gerit frondes, eiectas litus harenas. 615  
 quo simul intrauit manibusque obstantia uirgo  
 Somnia dimouit, uestis fulgore reluxit  
 sacra domus: tardaue deus grauitate iacentes  
 uix oculos tollens iterumque iterumque relabens  
 summaque percutiens nutanti pectora mento, 620  
 excussit tandem sibi se, cubitoque leuatus,  
 quid ueniat (cognouit enim) scitatur. at illa:  
 'Somne, quies rerum, placidissime Somne deorum,  
 pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris  
 fessa ministeriis mulces reparasque labori, 625  
 Somnia, quae ueras aequent imitamine formas,  
 Herculea Trachine iube sub imagine regis  
 Alcyonem adeant simulacraque naufraga fingant.  
 inperat hoc Iuno.' postquam mandata peregit,  
 Iris abit; neque enim ulterius tolerare uaporis 630  
 uim poterat, labique ut somnum sensit in artus,  
 effugit et remeare per quos modo uenerat arcus.

At pater e populo natorum mille suorum  
 excitat artificem simulatoremque figurae  
 Morphea. non illo quisquam sollertius alter 635  
 exprimit incessus uultumque sonumque loquendi.  
 adicit et uestes et consuetissima cuique  
 uerba. sed hic solos homines imitatur; at alter  
 fit fera, fit uolucris, fit longo corpore serpens.  
 hunc Icelon superi, mortale Phobetora uulgas 640  
 nominat. est etiam diuersae tertius artis  
 Phantasos: ille in humum saxumque undamque  
 trabemque,

quaeque uacant anima, fallaciter omnia transit.  
 regibus hi ducibusque suos ostendere uultus  
 nocte solent, populos alii plebemque pererrant. 645  
 praeterit hos genitor cunctisque e fratribus unum  
 Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus  
 eligit; et rursus molli languore solutus  
 deposuitque caput stratoque recondidit alto.  
 ille uolat nullos strepitus facientibus alis 650  
 per tenebras intraque morae breue tempus in urbem  
 peruenit Haemoniam positisque e corpore pennis  
 in faciem Ceycis abit; sumptaque figura  
 luridus, exanimi similis, sine uestibus ullis, 654  
 coniugis ante torum miserae stetit. uida uidetur  
 barba uiri, madidisque grauis fluere unda capillis.  
 tum lecto incumbens, fletu super ora profuso,  
 haec ait: 'agnoscis Ceycea, miserrima coniunx?  
 an mea mutata est facies nece? respice; nosces  
 inueniesque tuo pro coniuge coniugis umbram. 660  
 nil opis, Alcyone, nobis tua uota tulerunt:  
 occidimus. falso tibi me promittere noli.  
 nubilus Aegaeo deprendit in aequore nauem  
 Auster et ingenti iactatam flamine soluit,  
 oraque nostra, tuum frustra clamantia nomen, 665  
 implerunt fluctus. non haec tibi nuntiat auctor  
 ambiguus, non ista uagis rumoribus audis;  
 ipse ego fata tibi praesens mea naufragus edo.  
 surge, age, da lacrimas lugubriaque indue nec me  
 indeploratum sub inania Tartara mitte.' 670  
 adicit his uocem Morpheus, quam coniugis illa  
 crederet esse sui. fletus quoque fundere ueros  
 uisus erat, gestumque manus Ceycis habebat.  
 ingemit Alcyone, lacrimas mouet atque lacertos 674  
 per somnum, corpusque petens amplectitur auras  
 exclamatque 'mane. quo te rapis? ibimus una.'  
 uoce sua specieque uiri turbata soporem  
 excutit et primo si sit circumspicit illic  
 qui modo uisus erat: nam moti uoce ministri

intulerant lumen: postquam non inuenit usquam,  
 percutit ora manu laniatque a pectore uestes 681  
 pectoraque ipsa ferit. nec crines soluere curat,  
 scindit, et atrici, quae luctus causa, roganti  
 'nulla est Alcyone, nulla est' ait. 'occidit una  
 cum Ceyce suo. solantia tollite uerba. 685  
 naufragus interiit. uidi agnouique manusque  
 ad discendentem, cupiens retinere, tetendi.  
 umbra fuit; sed et umbra tamen manifesta uirique  
 uera mei. non ille quidem, si quaeris, habebat  
 adsuetos uultus nec, quo prius, ore nitebat. 690  
 pallentem nudumque et adhuc uim capillo  
 infelix uidi. stetit hoc miserabilis ipso  
 ecce loco' et quaerit uestigia siqua supersint.  
 'hoc erat, hoc animo quod diuinante timebam,  
 et ne, me fugiens, uentos sequerere rogabam. 695  
 ad certe uellem, quoniam periturus abibas,  
 me quoque duxisses. tum tum fuit utile tecum  
 ire mihi; neque enim de uitae tempore quicquam  
 non simul egissem, nec mors discreta fuisset.  
 nunc absens perii, iactor quoque fluctibus absens,  
 et sine me me pontus habet. crudelior ipso 701  
 sit mihi mens pelago, si uitam ducere nitar  
 longius et tanto pugnem superesse dolori.  
 sed neque pugnabo nec te, miserande, relinquam,  
 et tibi nunc saltem ueniam comas; inque sepulcro  
 si non urna, tamen iunget nos littera; si non 706  
 ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam.'  
 plura dolor prohibet, inboquo interuenit omni  
 plangor, et attonito genitus a corde trahuntur.

Mane erat; egreditur tectis ad litus et illum 710  
 maesta locum repetit, de quo spectarat euntem.  
 dumque moratur ibi, dumque 'hic retinacula soluit,  
 hoc mihi discedens dedit oscula litore' dicit,  
 dumque notata locis reminiscitur acta fretumque  
 prospicit, in liquida, spatio distante, tuetur 715  
 nescioquid quasi corpus aqua: primoque quid illud  
 esset erat dubium; postquam paulum adpultit unda,  
 et, quamuis aberat, corpus tamen esse liquebat,  
 qui foret ignorans, quia naufragus, omine mota est  
 et, tamquam ignoto lacrimam daret, 'heu miser,'  
 inquit 720  
 'quisquis es, et siqua est coniunx tibi.' fluctibus  
 actum

fit propius corpus. quod quo magis illa tuetur,  
 hoc minus et minus est mentis. iam iamque pro-  
 pinquae  
 admotum terrae, iam quod cognoscere posset, 724  
 cernit. erat coniunx. 'ille est' exclamat et una  
 ora, comas, uestem lacerat tendensque trementes  
 ad Ceyca manus 'sic, o carissime coniunx,  
 sic ad me, miserande, redis?' ait. adiacet undis  
 facta manu moles, quae primas aequoris iras  
 frangit et incursum quae praedelassat aquarum. 730  
 insilit luc, mirumque fuit potuisse, uolabat  
 percutiensque leuem modo natis aera pennis  
 strangebatur summas ales miserabilis undas.  
 dumque uolat, maesto similem plenumque querellae  
 ora dedere sonum tenui crepitantia rostro. 735  
 ut uero tetigit mutum et sine sanguine corpus,  
 dilectos artus amplexa recentibus alis  
 frigida nequiquam duro dedit oscula rostro.  
 senserit hoc Ceyx an uultum motibus undae  
 tollere sit uisus, populus dubitabat; at ille 740  
 senserat. et tandem, superis miserantibus, ambo  
 alite mutantur. fatis obnoxius isdem  
 tunc quoque mansit amor, nec coniugiale solum  
 foedus in alitibus. coeunt fiuntque parentes,

XI 618 *sacra*. atra Heins. 626 *aequant* Heins. ex codd., *aequant* M N ε λ. 630 *uaporem* M, *saporis* λ, *soporis* N ε. 631 *ui* M. 635 ita Riese, *illie quisquam* M N ante ras., *illo iussos* ε λ Merk., *illi* Korn. 640 *icecon* codd., *ταλόν* Plan. 643 *animo* M. 644 *hi* N Plan., *hic* M ε λ. 645 *solent* N Plan., *solet* codd. *plebique per herbam* M. 646 *genitor* Mehler (Mnemosyne, 1878, p. 408), *senior* codd. 659 *facies nunc* M. 665 *dammantia* M (*clam.* in marg.). 673 *manu* M N. 687 *ac—tenenti* M N λ. 692 *ipse* M. 695 *fugeret* M λ. 697 *tum tum* Riese, *multum* M Merk. collato IV 155, *tecum* N λ. 700 *perce* ε, *ponti* M. 701 *sine me* me Heins., *sine te* me Lenz, *sine me te* M N ε λ. 709 a. e. Heins. ex cod. uno. 714 hunc u. om. Heins. Korn. *quae dum tota locis* M, *dumque notata oculis* ε λ, *dumque not[is]ta locis* N<sup>1</sup>. 716 *corpus erat* M. 729 *iras* Heins. ex codd., *undas* M N ε λ, 739 *senserat* M λ ε. 740 *sed uisus* M λ, *et uisus* ε, *eratus* N<sup>1</sup>.

perque dies placidos liberno tempore septem 745  
 incubat Aleyone pendentibus aequore midis.  
 tunc iacet unda maris; uentos custodit et areet  
 Acolus egressu praestatuque nepotibus aequor.  
 Hos aliquis senior iunctim freta lata uolantes  
 spectat et ad finem seruatos laudat amores. 750  
 proximus, aut idem, si fors tulit, 'hic quoque' dixit  
 'quem mare carpentem substrictaque crura geren-  
 tem  
 adspicis,' (ostendens spatiosum in guttura mergunt)  
 'regia progenies; et si descendere ad ipsum  
 ordine perpetuo quaeris, sunt huius origo 755  
 Ius et Assaracus raptusque Ioui Ganymedes  
 Laumedonque senex Priamusque nouissima Troiae  
 tempora sortitus; frater fuit Hectoris iste,  
 qui nisi sensisset prima nota iuuenta,  
 forsitan inferius non Hectore nomen haberet, 760  
 quamuis est illum proles euixa Dymantis,  
 Aesacon umbrosa furtim peperisse sub Ida  
 fertur Alexirhoe, Granico nata bicorni.  
 oderat hic urbes nitidaque remotas ab aula  
 secretos montes et inauitibiosa colebat 765  
 rura, nec Iliacos coetus nisi rarus adibat.  
 non agreste tamen nec inexpugnabile amori  
 pectus habens siluas captant saepe per omnes  
 adspicit Hesperien patria Cebrenida ripa

iniecetos umbris siccantem sole capillos. 770  
 uisa fugit Nymphe, ueluti perterrita fulum  
 cerua lupum longeuo lacu deprensa relicto  
 accipitrem fluuiialis anas. quam Troius heros  
 insequitur celereque metu celer urguet amore.  
 ecce latens herba coluber fugientis adunco 775  
 dente pedem strinxit uirusque in corpore liquit.  
 cum uita suppressa fuga est. amplectitur amens  
 exanimem clamatque "piget, piget esse secutum.  
 sed non hoc timui, neque erat mihi uincere tanti.  
 perdidimus miseram nos te duo: uulnus ab angue,  
 a me causa data est. ego sum scelerator illo; 781  
 qui tibi morte mea mortis solacia mittam."  
 dixit et e scopulo, quem rauca subederat unda,  
 se dedit in pontum. Tethys miserata cadentem  
 molliter excepit nantemque per aequora pemis 785  
 textit, et optatae non est data copia mortis.  
 indignatur amans inuitum uiuere cogi,  
 obstarique animae, misera de sede uolenti  
 exire; utque nouas umbris adsumpserat alas, 789  
 subuolat atque iterum corpus super aequora mittit.  
 pluma leuat casus. furit Aesacon inque profundum  
 pronus abit letique uiam sine fine retemptat.  
 fecit amor maciem. longa intermodia crurum,  
 longa manet ceruix, caput est a corpore longe. 794  
 aequor amat nomenque tenet, quia mergitur illo.

## LIBER DODECIMVS

Nescius adsumptis Priamus pater Aesacon alis  
 uiuere lucebat; tumulo quoque nomen habenti  
 inferias dederat cum fratribus Hector inanes.  
 defuit officio Paradis praesentia tristi,  
 postmodo qui rapta longum cum coninge bellum 5  
 attulit in patriam; coniurataque sequuntur  
 mille rates gentisque simul commune Pelasgae.  
 nec dilata foret uindicta, nisi aequora saeui  
 inuia fecissent uenti Bocotaque tellus 10  
 Anlide piscosa puppes tenuisset ituras.  
 hic patrio de more Ioui cum sacra parassent,  
 ut uetus accensis incanduit ignibus ara,  
 serpere caeruleum Danaï uidere draconem  
 in platanum, coeptis quae stabat proxima sacris.  
 nidus erat uoluerum bis quattuor arbore summa; 15  
 quas simul et matrem circum sua dauma uolentem  
 corripuit serpens auidoque abscondidit ore.  
 obstipere omnes. at ueri prouidus augur  
 Thestorides 'uicemus,' ait 'gaudete, Pelasgi.  
 Troia cadet; sed erit nostri mora longa laboris', 20  
 atque nouem uolucres in belli digere annos.  
 ille, ut erat, uirides amplexus in arbore ramos  
 fit lapis et superat serpentis imagine saxum.  
 Permanet Ioniis Nereus uiolentus in undis  
 bellaque non transfert; et sunt qui parere Troiae  
 Neptunum credant quia moenia fecerat urbis. 26  
 at non Thestorides. nec enim nescitue taetue  
 sanguine uirgineo placandam uirginis iram  
 esse deae. postquam pietatem publica causa  
 rexque patrem uicit castumque datura cruorem 30

lilentibus ante aram stetit Iphigenia ministris,  
 nieta dea est nubemque oculis obiecit et inter  
 officium turbamque sacri uocesque precantum  
 supposita fertur mutasse Mycenida cerua.  
 ergo ubi, qua decuit, lenita est caede Diana, 35  
 et pariter Phocbes, pariter maris ira recessit,  
 accipiunt uentos a tergo mille carinae  
 multaque perpessae Phrygia potiuntur harena.  
 Orbe locus medio est inter terrasque fretumque  
 caelestesque plagas, triplecis confinia mundi, 40  
 unde quod est usquam, quamuis regionibus absit,  
 inspicitur, penetratque cauas uox omnis ad aures.  
 fama tenet, summaque domum sibi legit in arce  
 innumerosque aditus ac mille foramina tectis  
 addidit et nullis inclusit limina portis. 45  
 nocte dieque patet. tota est ex aere sonanti;  
 tota fremit uocesque refert iteratque quod audit:  
 nulla quies intus nullaque silentia parte.  
 nec tamen est clamor, sed paruae murmuris uocis,  
 qualia de pelagi, siquis procul audiat, undis 50  
 esse solent, qualenue sonum, cum Iuppiter atras  
 increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.  
 atria turba tenet: ueniunt, leue uulnus, euntque  
 mixtaque cum ueris passim commenta uagantur  
 milia rumorum confusaque uerba uolutant. 55  
 e quibus hi uacuas implent sermonibus aures,  
 hi narrata ferunt alio, mensuraque fieti  
 crescit, et auditis aliquid nouus adicit auctor.  
 illic Credulitas, illic temerarius Error  
 uanaque Laetitia est consernatique Timores 60

XI 747 iacet unda m. M, uia tuta m. N<sup>2</sup> & λ. 749 iunctim (im ex um) M, circum N<sup>2</sup> & λ. 753 guttura & λ. 755 huius. Ius Polle qui u. 756 damnat. 757 prius -que odd. uett., -ue M N & λ. 763 graclis conata M N, graclis cognata & λ, corr. Pierius Valerian. 769 Hesperien Lactantius, eperien similiaue codl. Cebrenida Plan., crebr. M N & λ. 772 -ue Bentl., -que codl. Merk. 774 auget M, unget N. 779 neque M N λ, nec & Merk. 783 quon N & λ, quo M, qua Merk. 784 se dedit N in ras. T, decidit M & λ. thetis M N λ. 786 morti M. 789 superis assuneret M N. 795 aquora M. tenet & pro uar. ser., manet M N & λ.

XII 9 boe(c)ia M N & λ. 17 udo quas condidit ore M, uide abscondidit Merk., auidoque rcondidit ore & λ, auidaque rcondidit alio N in ras. 18 prodigus auctor M. 21 digere M λ. 23 superat Merk. cuius praefat. uide p. xxxv, seruat codl. 24 nereus codl., Boreas Housman (l. c.). 26 urbis M N corr. ex urbi quod ediderunt Heias. Merk. 30 resque M N in ras. & λ. ueniet & λ. 43 domum. locum N, cf. l 27. 46 aue sonanti M λ.

Seditioque repens dubioque auctore Susurri.  
ipsa quid in caelo rerum pelagoque geratur  
et tellure uidet totumque inquit in orbem.

Feceerat haec notum Graias cum milite forti  
aduentare rates. neque inexpectatus in armis 65  
hostis adest: prohibent aditus litusque tumentur  
Troes et Hectorea primus fataliter hasta,  
Protesilae, cadis, commissaque proelia magno  
stant Danais, fortisque animae nece cognitus Hector.  
nec Phryges exiguo quid Achaica dextera posset 70  
sanguine senserunt. et iam Sigea rubebant  
litora, iam leto proles Neptunia, Cyenus  
mille uiros dederat, iam curru instabat Achilles  
totaque Peliacae sternebat cuspidis ictu  
agnina, perque acies aut Cycnum aut Hectora  
quaerens 75

concreditur Cycno; decimum dilatus in annum  
Hector erat. tum colla iugo canentia pressos  
exhortatus equos curram derexit in hostem  
concutiensque suis uibrantia tela lacertis  
'quisquis es, o iuuenis,' dixit 'solamen habeto 80  
mortis, ab Haemonio quod sis iugulatus Achille.'  
hactenus Aeaecides; uocem grauis hasta secuta est.  
sed quamquam certa nullus fuit error in hasta,  
nil tamen emissi profecit acumine ferri;  
utque hebeti pectus tantummodo contudit ictu, 85  
'nate dea, nam te fama praenouimus,' inquit  
ille 'quid a nobis uulnus miraris abesse?'  
(mirabatur enim) 'non haec, quam cernis, equinis  
fulua iubis cassis neque onus caua parma sinistrae  
auxilio mihi sunt: decor est quaesitus ab istis. 90  
Mars quoque ob hoc capere arma solet. remouebitur  
huius

tegminis officium, tamen indestrictus abibo.  
est aliquid non esse satum Nereide, sed qui  
Nereaque et natas et totum temperat aequor.'  
dixit et haesurum clipei curuamine telum 95  
misit in Aeaeciden; quod et aes et proxima rupit  
terga nouena boum, decimo tamen orbe moratum est.  
excudit hoc heros rursusque tremantia forti  
tela manu torsit; rursus sine uulnere corpus  
sincerumque fuit. nec tertia cuspis apertum 100  
et se praebentem ualuit destringere Cycnum.  
haud secus exarsit quam circo taurus aperto,  
cum sua terribili petit inritamina cornu,  
poeniceas uestes, elusaque uulnera sentit.  
num tamen excedit ferrum, considerat, hastae: 105  
haerebat ligno. 'manus est mea debilis ergo  
quasque' ait 'ante habuit uires, effudit in uno?  
nam certe ualui, uel cum Lynryna primus  
moenia deiici, uel cum Tenedoque suoque  
Eetioneas impleui sanguine Thebas, 110  
uel cum purpureus populari caede Caicus  
fluxit opusque meae bis sensit Telephus hastae.  
hic quoque tot caesis, quorum per litus acruos  
et feci et uideo, ualuit mea dextra ualetque.'  
dixit et, ante actis ueluti male crederet, hastam 115  
misit in aduersum Lycia de plebe Menoeten  
loricamque simul subiectaque pectora rupit.  
quo plangente grauem moribundo pectore terram  
extrahit illud idem calido de uulnere telum  
atque ait, 'haec manus est, haec, qua modo uici-  
mus, hasta. 120  
utur in hoc isdem: sit in hoc, precor, exitus idem.'  
sic fatur Cycnumque petit, nec fraxinus errat  
inque umero sonuit non euitata sinistro;

inde uelut muro solidaque a caute repulsa est.  
qua tamen ictus erat, signatum sanguine Cycnum  
uiderat et frustra fuerat gauisus Achilles. 126  
uulnus erat nullum; sanguis fuit ille Menoetae.  
tum uero praeceps curru fremebundus ab alto  
desilit et nitido securum comminus hostem  
ense petens paruum gladio galeamque cauari 130  
cernit, at in duro laedi quoque corpore ferrum.  
haud tulit ulterius, clipeoque aduersa recteti  
ter quater ora uiri capulo caua tempora pulsat  
cedentique sequens instat turbatque ruitque 134  
attonitoque negat requiem. pauor occupat illum,  
ante oculosque natant tenebrae; retroque ferenti  
auersos passus medio lapis obstitit aruo.  
quem super impulsum resupino corpore Cycnum  
ui multa uertit terraeque adfixit Achilles.  
tum clipeo genibusque premens praecordia duris 140  
uinela trahit galeae; quae presso subdita mento  
elidunt fauces et respiramen iterque  
eripiunt animae. uictum spoliare parabat;  
arma relicta uidet. corpus deus aequoris albam  
contulit in uolucrum, cuius modo nomen habebat.

Hic labor, haec requiem multorum pugna dierum  
attulit et positus pars utraque substitit armis. 147  
dumque uigil Phrygios seruat custodia muros  
et uigil Argolicas seruat custodia fossas,  
festa dies aderat, qua Cyeni uictor Achilles 150  
Pallada maectatae placabat sanguine uaccae.  
cuius ut inposuit prosecta calentibus aris  
et dis acceptus penetrauit in aethera nidor,  
sacra tulere suam, pars est data cetera mensis.  
discubere toris proceres et corpora tosta 155  
carne replent uinoque leuant curasque sitimque.  
non illos citharae, non illos carmina uocum  
longaue multifori delectat tibia buxi,  
sed noctem sermone trahunt, uirtusque loquendi  
materia est. pugnam referunt hostisque suamque,  
inque uices adita atque exhausta pericula saepe 161  
commemorare iuuat. quid enim loqueretur Achilles?  
aut quid apud magnum potius loqueretur Achillem?  
proxima praecipue donito uictoria Cycno  
in sermone fuit. uisum mirabile cunctis, 165  
quod iuueni corpus nullo penetrabile telo  
inuictumque a uulnere erat ferrumque terebat.  
hoc ipse Aeaecides, hoc mirabantur Achiui,  
cum sic Nestor ait: 'uestro fuit unicus aeuo  
contemptor ferri nulloque forabilis ictu 170  
Cycnus. at ipse ulmo patientem uulnera mille  
corpore non laeso Perhaebum Caenea uidi,  
Caenea Perhaebum, qui factis inclitus Othrym  
incoluit; quoque id mirum magis esset in illo,  
femina natus erat.' monstri nouitate mouentur 175  
quisquis adest, narretque rogant. quos inter Achilles:  
'dic age, nam cunctis eadem est audire uoluntas,  
o facunde senex, aevi prudentia nostri,  
quis fuerit Caeneus, cur in contraria uersus,  
qua tibi militia, cuius certamine pugnae 180  
cognitus, a quo sit uictus, si uictus ab ullo est.'  
tum senior: 'quamuis obstet mihi tarda uetustas  
multaque me fugiant primis spectata sub annis,  
plura tamen memini. nec quae magis haereat ulla  
pectore res nostro est inter bellique domique 185  
acta tot. ac si quem potuit spatiosa senectus  
spectatorem operum multorum reddere, uixi  
annos bis centum; nunc tertia uiuitur aetas.  
clara decore fuit proles Elateia Caenis,

XII 61 *repens* Heins., *recens* codd. 69 *fortis*—*nee* Huygens, *fortes*—*neque* codd. 70 *possit* M ε. 71 *Sigea* ed. Iuntina, *signata* M N ε λ. 73 *currus*—*achillis* N ε λ. *stabat* M N ε λ. 77 *candentia* Heins. ex codd. 91 *huius* M, *omne* N ε λ. 92 *indestrictus* Heins., *indestrictus* M N ε λ. 94 *temperet* N. 98 *excudit* ε, *ἀνέπασι* Plan., *excipit* M N λ. 103 *irritamenta* *malorum* M; cf. I 140. 106 *lignum* M. 108 *ualuit* N ε λ. *primum* N ε λ. 110 *ita* Plan. R. Regius, *Sicioneas* λ *peiora* cett. 118 *uertice* Heins. 120 *haec quando* M. 122 *fatus* M. 124 *repulsa* N<sup>2</sup> ex corr., *reulsa* M ε λ. 127 *fuit*. *erat* Heins. 131 *at* Lenz, et codd. 132 *recteti* Ehwald collato Verg. Aen. XII 374, *recteto* M codd. aliquot Heins., *reieto* ε λ, *recepto* M ex corr., *reducto* N. 133 *ita* M, *capulo et uulg.* 138 *corpore* M N ε λ, *pectore* Heins. uulg. 142 *iterque uulg.*, *utrumque* M. 155 *et. sed* M. 166 *iuuenis* N ε λ. 167 *terebat* edd. uett., *fererat* N ε λ, *feribat* M. 174 *quodque* M. 175 *mouentur* N in ras. λ, *mouetur* ε, *feruntur* M Merk. 176 *rogat* M. 182 *luna* (in ras.) *senectus* N. 184 *illa* Heins. 185 *domique* Heins. ex codd., *domusque* M N ε λ. 189 *elate* *lacerans* M.

Thessalidum uirgo pulcherrima perque propinquis  
perque tuas urbes (tibi enim popularis, Achille) 191  
multorum frustra notis optata procorum.  
tempasset Pelens thalamos quoque forsitan illos;  
sed iam aut contingerant illi conubia matris  
aut fuerant promissa tuae. nec Caenis in ullos 195  
denupsit thalamos: seeretaeque litora carpens  
aequorei uim passa dei est; ita fama ferebat.  
utque nouae Veneris Neptunus gaudia cepit,  
"sint tua uota licet" dixit "secura repulsae: 199  
elige quid uoneas." eadem hoc quoque fama ferebat.  
"magnum" Caenis ait "facit haec iniuria uotum,  
tale pati nil posse, mihi. da femina ne sim:  
omnia praestiteris." grauiore nouissima dixit  
uerba sono, poteratque uiri uox illa uideri,  
sicut erat. nam iam uoto deus aequoris alti 205  
adnuerat dederatque super, ne saeuiscis ullis  
uulneribus fieri feruere occumbere posset.  
munere laetus abijt studiisque niriibus aeuum  
exigit Atracides Peneiaque arua prerrat.  
Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus 210  
Nubigenasque feros positus ex ordine mensis  
arboribus teeto disuembere iusserat antro.  
Haemonii proceres aderant, aderamus et ipsi,  
festaque confusa resonabat regia turba.  
ecce canunt Hymenaeon et ignibus atria fumant, 215  
cinctaque adest uirgo matrum nuruumque caeterua,  
praesigne facie. felicem diximus illa  
coniuge Pirithoum; quod paene fefellimus omen.  
nam tibi, saeuorum saeuissime Centaurorum,  
Euryte, quam uino pectus tam uirgine uisa 220  
ardet, et ebrietas geminata libidine regnat.  
protinus euersae turbant conuiuia mensae,  
raptaturque comis per uim noua nupta prehensis.  
Eurytus Hippodamen, alii quam quisque probabant  
aut poterant rapiunt, captaeque erat urbis imago.  
femine clamore sonat domus. oculus omnes 226  
surgimus, et primus "quae te necordia," Theseus  
"Euryte, pulsas," ait, "qui me uiuentem lacessas  
Pirithoum uiolensque duos ignarus in uno?"  
[neue ea magnanimus frustra memorauerit heros 230  
submouet instantes raptumque furentibus aufert.]  
ille nihil contra (neque enim defendere uerbis  
talia facta potest), sed uindictis ora proteruis  
insequitur manibus generosaque pectora pulsat.  
forte fuit iuxta signis extantibus asper 235  
antiquus crater; quem nastum nastior ipse  
sustulit Aegides aduersaque misit in ora.  
sanguinis ille globos pariter cerebrumque merumque  
uulnere et ore uentis madida resupinus harena  
calceitrat. ardescunt germani caede Binembres 240  
certatimque omnes uno ore "arna, arua" loquuntur.  
uina dabant animos. et prima poenula pugna  
missa uolant fragilesque eadi curuque lebetes,  
res epulis quondam, tum bello et caedibus aptae.  
Primus Ophiionides Auyeus penetralia donis 245  
laud timuit spoliare suis et primus ab aede  
lampadibus densum rapuit funale coruscis  
clatumque alte, ueluti qui candida tauri  
rumpere sacrificia molitur colla securi,  
inlisit fronti Lapithae Celadontis et ossa 250  
non agnoscento confusa relinquit in ore.  
exilure oculi disiectisque ossibus oris  
acta retro naris medioque est fixa palato.  
hunc pede conuulso mensae Pellaeus acernae  
strauit humi Pelates dieicto in pectora mento 255  
eumque atro mixtos sputantem sanguine dentes

uulnere Tartareas geminato mittit ad umbras.  
Proximus ut steterat, spectans altaria uultu  
fumida terribili "eur non" ait "utimur istis?"  
eumque suis Gryneus inuaneu sustulit aram 260  
ignibus et medium Lapitharum icieit in agmen  
depressitque duos, Broctean et Orion. Orio  
mater erat Mycale, quam deduxisse canendo  
saepe reluctanti constabat cornua lunae.  
"non impune feres, teli modo copia detur" 265  
dixerat Exadius telique habet instar, in alta  
quae fuerant pinu notium cornua cerui.  
ligitur hinc duplici Gryneus in lumina ramo  
eruiturque oculos; quorum pars cornibus haeret,  
pars fluit in barbani concretaeque sanguine pendet.  
Ecce rapit mediis flagrantem Rhoetus ab aris 271  
prunicem torrem dextraeque a parte Charaxi  
tempora perfringit fuluo protecta capillo.  
correpti rapida, ueluti seges arida, flamma  
arserunt crines, et uulnere sanguis inustus 275  
terribilem stridore sonum dedit, ut dare ferrum  
igne rubens plerumque solet, quod foreipe euria  
cum faber eduxit, lacubus demittit; at illud  
stridet et in tepida submersum sibilat unda,  
sacuiscis hirsutis audum de crinibus ignem 280  
excutit inque umeros limen tellure reuulsum  
tollit, onus plaustri. quod ne permittat in hostem,  
ipsa facit grauitas. socium quoque saxea moles  
oppressit spatio stantem propiore Cometen.  
gaudia nec retinet Rhoetus: "sic, comprocor," inquit  
"caetera sit fortis castrorum turba tuorum," 286  
semieremoque nonat repetitum stipte uulnus  
terque quaterque graui iuncturas uerticis ictu  
rupit, et in liquido sederunt ossa cerebro.  
Victor ad Euagrum Corythumque Dryantaque  
transit. 290  
e quibus ut prima teelus lanugine malas  
proculuit Corythus, "puero quae gloria fuso  
parta tibi est?" Euagnus ait. nec dicere Rhoetus  
plura sinit rutilasque ferax in aperta loquentis  
condidit ora uiri perque os in pectora flammam. 295  
te quoque, saene Drya, circum caput igne rotato  
insequitur; sed non in te quoque constitit idem  
exitus; adsiduae successu caedis onantem,  
qua iuncta est uero ceruix, sude ligis obusta.  
ingemuit duroque sadem uix osse reuellit 300  
Rhoetus et ipse suo madaefactus sanguine fugit.  
fugit et Orneus Lyeabasque et saeuiscis armo  
dexteriore Medon et eum Pisenore Thamas,  
quique pedum nuper certamine uiccat omnes  
Mermeros, accepto tum uulnere tardius ibat, 305  
et Pholus et Melaneus et Abas, praedator aprorum,  
quique suis frustra bellum dissuaserat, augur  
Asbolus. ille etiam metuenti uulnera Nesso  
"ne fuge; ad Herculeos" inquit "seruaberis areus."  
at non Eurynomus Lyeidasque et Aereos et Imbreus  
effugere necem; quos omnes dextra Dryantis 311  
perculit aduersos. aduersum tu quoque, quamuis  
terga fugae dederas, uulnus, Crenaeae, tulisti;  
nam graue respiciens inter duo lumina ferrum,  
qua naris fronti committitur, accipis, imae. 315  
In tanto fremitu cunctis sine line iacebat  
sopitus nenis et inexperreetus Aphidas  
languentique manu carthesia mixta tenebal,  
fusus in Ossaeae uillosis pelibus ursae.  
quem procul ut uidit frustra nulla arma mouentem,  
inserit amento digitos "miscenda" que dixit 321  
"cum Styge uina bibes" Phorbas; nec plura moratus

XII 192 multorumque fuit spes inuidiosa procorum MN; cf. IV 795, IX 10. 198 coepit M. 202 pati iam posse nichil N e A. 205 uotis M ex corr. 224 probabat A. 229 uiolensque N, uiolansque M e A. 230, 231 hos uu. om. M N<sup>1</sup>, damnauerunt Merk. al. 233 proteruus M. 236 surgens u. ipso M. 237 auersaque M. 242 et. sed M. 244 tum. nunc N. 247 iam pelibus M N. 251 cognoscento N e A. 255 Pelates Plan., helutes codd. 256 sputantem Heins., ἐκπύοντα Plan., spuuantem M N A. 262 depressit M ex corr., oppressit A, oppressit s. 264 reluctantis N. 265 illi m. M<sup>1</sup>. 268 ramo uulg., uultu N, uultu M unde uallo suspiciatur Merk. 277 forfice M. 290 drumantaeque M N. 298 om. M N<sup>1</sup>, hic desinit A. 299 se figit M. 300 duroque suo M. reuulsiit Charis. Diomed. Prisc. Merk. 302 lyeidasque M N e h (= Hauniensis), corr. Nauger. 306 menclaus M N e. 308 astilus uel astilos codd., corr. Roscher. 321 insertis digitis telo M. 322 bibes codd., bibas Heins. ex codd. moratus M N<sup>1</sup>, locutus s h.

in iuuenem torsit iaculum, ferrataque collo  
fraxinus, ut casu iacuit resupinus, adacta est.  
mors caruit sensu, plenoque e gutture fluxit 325  
inque toros inque ipsa niger carchesia sanguis.

Vidi ego Petraeum conantem tollere terra  
glandiferam quereum; quam dum complexibus ambit  
et quatit luc illic labefactaque robora iacat,  
lancea Piriithoi costis inmissa Petraei 330  
pectora cum duro luctantia robore fixit.  
Piriithoi cecidisse Lycum uirtute ferebant,  
Piriithoi uirtute Chromin. sed uterque minorem  
uictori titulum quam Dictys Helopsque dederunt:  
fixus Helops iaculo, quod peruia tempora fecit 335  
et missum a dextra laeuam penetrauit ad aurem,  
Dictys, ab ancipiti delapsus acumine montis,  
dum fugit instantem trepidans Ixione natum,  
decidit in praeceps et pondere corporis ornum  
ingentem fregit sauae induit ilia fractae. 340

Ultor adest Aphareus saxumque e monte reuulsum  
mittere conatur. mittentem stipite querno  
occupat Aegides cubitique ingentia frangit  
ossa; nec ulterius dare corpus inutile leto  
aut uacat aut curat, tergoque Bienoris alti 345  
insilit, haud solito quemquam portare nisi ipsum,  
oppositique geuu costis, pensamque sinistra  
caesariem refrenans uultum minitantiaque ora  
robore nodoso praeduraque tempora fregit.  
robore Nedymnum iaculatoremq; Lycotan 350  
sternit et inmissa protectum pectora barba  
Hippason et summis exstantem Riphea siluis  
Thereaque, Haemoniis qui prensos montibus ursos  
ferre domum uiuos indignantesque solebat.

Haud tulit utentem pugnae successibus ultra 355  
Thesea Demoleon: solidoque reueller trunco  
annosam pinum magno molimine temptat;  
quod quia non potuit, praefractam misit in hostem.  
sed procul a telo Theseus uentem recessit  
Pallados admonitu; credi sic ipse uolebat. 360  
non tamen arbor inens cecidit; nam Crantouis alti  
abscedit iugulo pectusque uernerunq; sinistram.  
armiger ille tui fuerat genitoris, Achille,  
quem Dolopum rector, bello superatus, Amyntor  
Aeacidae dederat pacis pignusque fidemque. 365  
hunc procul ut foedo disiectum uulnere Peleus  
uidit, "at inferias, iuuenem gratisse Crantor,  
accipe" ait, ualidoque in Demoleonta lacerto  
fraxineam misit contentis uiribus hastam. 369  
quae laterum cratem praerupit et ossibus haereus  
intremuit. trahit ille manu sine cuspid lignum;  
id quoque uix sequitur; cuspis pulmone retenta est.  
ipse dolor uires animo dabat; aeger in hostem  
erigitur pedibusque uirum proculcat equinis.  
excipit ille ictus galea clipeoque sonantes 375  
defensatque umeros praetentaque sustinet arma  
perque armos uno duo pectora perforat ictu.

Ante tamen leto dederat Phlegraeon et Hylen  
eminus, Iphinoum conlato Marte Claninque.  
additur his Dorylas, qui tempora tecta gerebat 380  
pelle lupi saeuique uicem praestantia teli  
cornua uara boum multo rubefacta cruore.  
huic ego (nam uires animus dabat) "adspice," dixi  
"quantum concedant nostro tua cornua ferro"  
et iaculum torsi. quod cum uitare nequirit, 385  
oppositi dextram passurac uulnera fronti.

adfixa est cum fronte manus. fit clamor, at illum  
haerentem Peleus et acerbo uulnere uictum  
(stabat enim propior) mediam ferit ense sub aluum.  
prosiluit terraque ferox sua uiscera traxit 390  
tractaque calcauit calcataque rupit et illis  
crura quoque impediit et inani concidit aluo.

Nec te pugnantem tua, Cyllare, forma redemit,  
si modo naturae formam concedimus illi.  
barba erat incipiens, barbae color aureus, aurea 395  
ex ueris medios coma dependebat in armos.  
gratus in ore uigor; ceruix umerique manusque  
pectoraque artificum laudatis proxima signis,  
et quacumque uir est. nec equi uendosa sub illo  
deteriorque uiro facies. da colla caputque, 400  
Castore dignus erit. sic tergum sessile, sic sunt  
pectora celsa toris. totus pice nigrior atra,  
candida cauda tamen, color est quoque cruribus albus.  
multae illum petiere sua de gente, sed una  
abstulit Hylonome, qua nulla decentior inter 405  
semiferos altis habitauit femina siluis.  
haec et blanditiis et amando et amare fatendo  
Cyllaron una tenet. cultus quoque, quantus in illis  
esse potest membris, ut sit coma pectine leuis,  
ut modo rore maris, modo se uiolae rosauae 410  
implicet, interdum caenatia lilia gestet,  
bisque die lapsis Pagasaeae uertice siluae  
fontibus ora lauet, bis flumine corpora tinguat,  
nec nisi quae deceant electarumque ferarum  
aut uero aut lateri praetendat uellera laeua. 415  
par amor est illis; errant in montibus una,  
antra simul subeunt. et tum Lapiithia tecta  
intrarant pariter, pariter fera bella gerebant.  
auctor in incerto est, iaculum de parte sinistra  
uenit et inferius, quam collo pectora subsunt, 420  
Cyllare, te fixit. paruo cor uulnere laesum  
corpore cum toto post teli educta refrixit.  
protinus Hylonome morientes excipit artus  
inpositaque manu uulnus fouet oraque ad ora 424  
admonet atque animae fugienti obistere temptat.  
ut uidet exstinctum, dictis quae clamor ad aures  
aruit ire meas, telo, quod inhaeserat illi,  
incubuit moriensque suum complexa maritum est.

Ante oculos stat et ille meos, qui sena leonum  
uinxerat inter se conexis uellera nodis, 430  
Phaeocomes, hominemque simul protectus equum-  
que.

caudice qui misso, quem uix inga bina monerent,  
Tectaphon Oleniden a summo uertice fregit.  
ast ego, dum parat hic armis nudare iacentem,  
(scit tuus hoc genitor) gladium spoliantis in ima  
ilia demisi. Chthonius quoque Teleboasque 436  
ense iacent nostro: ramum prior ille bifurcum  
gesserat, hic iaculum. iaculo mihi uulnera fecit.  
signa uides, apparet adhuc uetus inde cicatrix.  
tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti, 440  
tum poteram magni, si non superare, morari  
Hectoris arma meis. illo sed tempore nullus  
aut puer Hector erat; nunc me mea deficit aetas.  
quid tibi uictorem gemini Periphanta Pyraethi,  
Ampyca quid referam, qui quadrupedantis Echethi  
fixit in aduerso cornum sine cuspid uultu? 446  
nec Pelethronium Macareus in pectus adacto  
strauit Erigdupum. memini et uenabula condi  
inguine Nesseis manibus coniecta Cymeli.

XII 327 *tollere* codd. plerique, *cuellere* N in ras. edd., *uellerer* Merk. 332 hunc u. om. M N<sup>l</sup>. *cecidisse* *lycum* *uirtute* N<sup>2</sup> ε h, u. l. c. edd. plerique. 341 *ultor* ε pro uar. ser. h, *uictor* M N ε. 343 *cubitoque* M N<sup>l</sup>. 347 *pressamque* M. 350 *Αυκάρων* Plan. edd. Argent. et Colon., *lichepen* M N ε, *licetum* aliquot codd. 353 *thereaq.* N, *thescaq.* M, *therreaq.* cod. Tegemseensis teste Hellmuth in Acad. Monac. 1883, p. 237. 356 *solido diuellerer* N ε h. *trunco* cod. Heins. edd., *dumo* M N ε h, *dudum* Merk. 362 *iaculo* M N ε h. 369 *contentis* Heins., *mentis quoque* M ε h, *magis eum* N, *tormenti* Polle. 370 *praerupit* Korn, *praerupit* M, *perrupit* ε h uulg., *perrumpit* N. 375 *sonanti* M. 382 *uara* M, *dura* N ε h. 399 *et qua parte uis* ε h. 401 *erat* N fort. recte. *sunt. stant* Heins. Merk. 408 *cultu* h Haupt. 411 *candentia* N fort. recte. 417 *et eum* M. 420 *quam* Heins. ex codd., *qua* M N ε h. 427 *arguit* M N ε h. 430 *conexis* N in ras. ε pro uar. ser. h, *collectis* M, *coniectis* ε. 432 *caudice* corr. ex *codice* M, *caudice* ε<sup>1</sup>, *codice* h Merk., *codice* N<sup>2</sup>. 433 *Tectaphon Oleniden* Merk. cuius praefat. uide p. xxxvi, *tecta phonolen idemque* M, *theponolen uden* ε, *peiora cett.* *freudit* Merk. post hunc u. h<sup>2</sup> et alii codd. quinque uu. habent damnatos ab edd. recentt. 434 *hunc* Heins. ex codd. 436 *thonius* M ε h, *nomius* N. 440 *capiendo pergama* M. 443 *at p. M.* 444 *Pyraethi* Riese, *pyreti* M N ε, *perithi* h. 449 *nesseis* N<sup>1</sup>, *nessci* M ε h.



nec tu credideris tantum eceivisse futura 450  
 Ampyciden Mopsam : Mopso iaculante biformis  
 oecubuit frustra que loqui temptavit Hodites  
 ad mentem lingua mentoque ad guttura fixo.  
 Quinque neei Caeneus dederat, Stypheumque  
 Bromumque  
 Antimaechumque Elymumque securiferumque Py-  
 raeumque. 455  
 vulnere non memini, numerum nomenque notaui.  
 prouolat Emathii spoliis armatus Halesi,  
 quem dederat leto, membris et corpore Latrens  
 maximus. huic aetas inter iuuenemque senemque,  
 uis iuuenalis erat, uariabant tempora cani. 460  
 qui clipeo gladioque Macedoniae sarissa  
 conspicuus faciemque obuersus in agmen utrumque  
 armaeque concussit certumque equitanti in orbem  
 uerbaque tot fudit uacuas animosus in auras :  
 " et te, Caeni, feram ? nam tu mihi femina semper,  
 tu mihi Caenis eris. nec te natalis origo 466  
 commonuit, mentemque subit, quo praemia facto  
 quaque uiri falsam speciem mercede pararis ?  
 quid sis nata uide, uel quid sis passa, columque,  
 i, cape cum calathis et stamina pollice torque ; 470  
 bella relinque uiris." iactanti talia Caeneus  
 extantum cursu missa laetus eruit hasta,  
 qua uir equo commissus erat. furit ille dolore  
 nudaque Phyllei iuuenis ferit ora sarissa,  
 non secus haec resilit, quam tecti a eulmine grandio,  
 aut si quis paruo feriat caua tympana saxo. 476  
 comminus adgreditur laterique recondere duro  
 inietatur gladium : gladio loca peruia non sunt.  
 " haud taueum effugies ; medio iugulaberis ense,  
 quandoquidem mucro est hebes " inquit et in latus  
 ensem 480  
 obliquat longa que amplectitur ilia dextra,  
 plaga facit genitus in corpore marmoris icti,  
 fractaque dissiluit perussio lammina callo.  
 ut satis inlatus miranti praebuit artus,  
 " nunc age " ait Caeneus " nostro tua corpora ferro  
 temptemus " cupuloque tenuis denisit in armos 486  
 ensem fatiferum caecamque in uiscera mouit  
 uersauitque manum uulnere que in uulnere fecit.  
 ecce ruit uasto rabidi clamore Bimembres  
 telique in hunc omnes unum mittuntque feruntque.  
 tela retusa cadunt, manet imperfossus ab omni 491  
 inque eruentatus Caeneus Elateis ictu.  
 fecerat attonitus noua res. " heu dedecus ingens "  
 Moeyelus exclamat, " populis superamur ab uno  
 uixque uiro. quamquam ille uir est, nos sequibus  
 actis, 495  
 quod fuit ille, sumus. quid membra inmania pro-  
 sunt ?  
 quid geminae uires et quod fortissima rerum  
 in nobis duplex natura animalia iunxit ?  
 nec nos matre dea, nec nos Ixione natos  
 esse reor, qui tantus erat, Iunonis ut altae 500  
 spem caperet ; nos seminari superamur ab hoste.  
 saxa trabesque super totosque inuoluit montes  
 uinaeumque animam missis elidite silnis,  
 silua prenat fauces, et erit pro uulnere pondus."  
 dixit et insani deiecit uiribus Austri 505  
 forte trabem nactus ualidum coniecit in hostem  
 exemplumque fuit. paruoque in tempore nudus  
 arboris Othrys erat, nec habebat Pelios umbrus.  
 obrutus inmani cumulo sub pondere Caeneus  
 aestuat arboreo coniecitque robora duris 510  
 fert ueneris. sed enim postquam super ora caputque

ereuit onus neque habet quas deuat spiritus auras,  
 deficit interdum, modo se super aera frustra  
 tollere conatur iactasque euoluere siluas,  
 interdumque mouet, ueluti, quam eernimus, ecece,  
 ardua si terrae quatiatur motibus Ide. 516  
 exitus in dubio est. alii sub inania corpus  
 Tartara detrusum siluarum mole ferebant ;  
 abnuit Ampycides medioque ex aggero fuluis  
 uidit aera pennis liquidas exire sub auras, 520  
 quae mihi tunc primum, tunc est conspecta supre-  
 mum.

hanc ubi lustrantem leni sua castra nolatu  
 Mopsus et ingenti circum clangore sonautem  
 adspexit, pariterque animis oculisque secutus  
 " o salue, " dixit " Lapithaeae gloria gentis, 525  
 maxime uir quondam, sed nunc anis nica, Caeneu."  
 credita res auctore suo est. dolor addidit iram,  
 oppressumque aegre tulimus tot ab hostibus unum.  
 nec prius abstinimus ferro exercere dolorem, 529  
 quam data pars leto, partem fuga noxque remouit.

Haec inter Lapithas et semibionnes Centauros  
 proelia, Tlepolemus, Pylio referente, didorem  
 praeteriti Alcidae tacito non pertulit ore  
 atque ait : " Herculeae mirum est obliuia laudis  
 acta tibi, senior. certe mihi saepe referre 535  
 Nubigenas domitos a se pater esse solebat."

tristis ad haec Pylius : " quid me meminisse malorum  
 cogis et obduetos amnis rescindere luctus  
 inque tuum genitorem olim offensasque fateri ?  
 ille quidem maiora fide di ! gessit et orbem 540  
 impleuit meritis, quod mallem posse negare,  
 sed neque Deiphobum nec Polydamanta nec ipsum

Hectora laudamus. quis enim laudauerit hostem ?  
 ille tuus genitor Messenia moenia quondam  
 strauit et immeritas urbes Elinque Pylonque 545  
 diruit inque meos ferrum flammamque penates  
 impulit. utque alios taceam, quos ille peremit,  
 bis sex Nelicidae fuimus, conspecta inuentus ;  
 bis sex Herculeis ceciderunt, me minus uno,  
 uiribus. utque alios uinci potuisse ferendum est :  
 mira Periclymeni mors est. cui posse figuras 551  
 sumere quas nellet rursusque reponere sumptas  
 Neptimus dederat, Neli sanguinis auctor.  
 hic ubi nequiquam est formae uariatus in omnes,  
 uertitur in faciem uolueris, quae fulmina curuis 555  
 ferre solet pedibus, ditum gratissima regi.  
 uiribus usus auis pennis rostroque reduco  
 hamatisque uiri lariauerat iugibus ora.

tendit in hanc uinum certos Tiryntius arcus  
 atque inter nubes sublimia membra ferentem 560  
 pendenteque ferit, lateri qua iungitur ala.  
 nec grane nullus erat ; sed rupti uulnere nerui  
 defecit motumque negant uiresque notandi.  
 decidit in terram, non concipientibus anas  
 infirmis pennis, et quae lenis haeserat alae, 565  
 corporis adlaxi pressa est grauitate sagitta  
 perque latus summum iugulo est exacta sinistro.  
 nunc uideor debere tui praeconia relas  
 Herculis, o Rhodiae ductor pulcherrime classis ?  
 nec tamen ulterius quam fortia facta silendo 570  
 uleisor fratres. solida est mihi gratia tecum."

Haec postquam dulci Neleus edidit ore,  
 a sermone seuis repetito uiuere Bacchi  
 surrexere toris ; nox est data cetera somno.

At deus, aequoreas qui cuspidate temperat undas,  
 in uolucrum corpus nati Phaethontida uersum 576  
 mente dolet patria saeuumque perosus Achillem

XII 452 oecubuit edd. uett., acubuit codd. 455 Pyraeum edd., pyraeum M N, pyraeum h, pyraeum h, Pyraeum h, J. C. Jahn. 468 parasti M. 474 ora M N, ossa i h. 483 callo Merk., collo codd. 486 temptamus M N. 487 caecamque Riess. 488 manu N. 489 rapidi M N s. 505 insani h in ras., insanis M N s. 506 ualidum Gronou. 509 tumulo M N s h. 510 coniectaque uulg., coniectaque M, coniectaque N s. 513 super aera codd., superantia Korn. 518 retrusum M. 521 supremum N, uolueris M s h. 522 di Merk. 523 clauore Heins. ex codd., clauore M s h. 524 animis M, animo est N s h. 532 tlepolemus M, triptolemus N s h. 536 pater ipse N in ras. h. 538 rescindere i, res-tinguere M, restringere N. 540 di gessit Heins., digessit M, quoque gessit N s h. 542 neque i. Seruini. 545 Pylonque edd. uett., pylonque codd. 546 peratis M. 561 iungitur uulg., iungitur M in ras. (fuisse iungitur statuit Korn), subditur Merk. 565 inferius Merk. quae Merk., qua M N s h. 568 nunc uulg., uum h Merk., non s. 574 toro M N.

exercet memores plus quam ciuilibus iras.  
iamque fere tracto duo per quinquennia bello  
talibus intonsum compellat *Sminthea* dictis : 580  
'o mihi de fratris longe gratissime natis,  
inrita qui mecum posuisti moenia Troiae,  
ecquid, ubi has iam iam casuras adspicis arces,  
ingemis? aut ecquid tot defendentia muros  
milia caesa doles? ecquid, ne persequar omnes, 585  
Hectoris umbra subit circum sua Pergama tracti?  
cum tamen ille ferox belloque eruentior ipso  
uiuuit adhuc, operis nostri populator, Achilles.  
det mihi se; faxo triplici quid cuspidem possim  
sentiat. at quoniam concurrere comminus hosti  
non datur, occulta necopinum perde sagitta.' 591  
adnuit atque animo pariter patrique suoque  
Delius indulgens nebula uelatus in agmen  
peruenit Iliacum mediaeque in caede uirorum  
rara per ignotos spargentem cernit Achiuos 595  
tela Parin. fassusque deum 'quid spicula perdis  
sanguine plebis?' ait 'siqua est tibi cura tuorum,  
uertere in Aeaciden caesosque ulciscere fratres'.  
dixit et ostendens sternentem Troica ferro  
corpora Peliden arcus obuertit in illum 600

certaque letifera derexit spicula dextra.  
quod Priamus gaudere senex post Hectora posset,  
hoc fuit. ille igitur tantorum uictor, Achille,  
uictus es a timido Graiae raptore maritae.  
at si femineo fuerat tibi Marte cadendum, 605  
Thermodontiaca malles cecidisse bipenni.  
Iam timor ille Phrygum, decus et tutela Pelasgi  
nominis, Aeacides, caput insuperabile bello,  
arserat; armarat deus idem, idemque cremarat.  
iam cinis est, et de tam magno restat Achille 610  
nescioquid, paruam quod non bene compleat urnam;  
at uiuit totum quae gloria compleat orbem.  
haec illi mensura uiro respondet et hac est  
par sibi Pelides nec inania Tartara sentit.  
ipse etiam, ut cuius fuerit cognoscere posses, 615  
bella mouet clipeus, deque armis arma feruntur.  
non ea Tydides, non audent Oileos Ajax,  
non minor Atrides, non bello maior et aeuo  
poscere, non alii. solis Telamone creato  
Laerteque fuit tantae fiducia laudis. 620  
a se Tantalides onus inuidiamque remouit  
Argolieosque duces mediis considerare castris  
iussit et arbitrium litis traiecit in omnes.

## LIBER TERTIUS DECIMVS

Consedere duces et uulgi stante corona  
surgit ad hos clipei dominus septemplex Ajax,  
utque erat inpatiens irae, Sigeia toruo  
litora respexit classemque in litore uultu  
intendensque manus 'agimus, pro Iuppiter,' inquit  
'ante rates causam, et mecum confertur Vlixes. 6  
at non Hectoreis dubitauit cedere flammis,  
nec facere est isti; quantumque ego Marte feroci 11  
inque acie ualeo, tantum ualet iste loquendo.  
nec memoranda tamen uobis mea facta, Pelasgi,  
esse reor; uidistis enim. sua narret Vlixes,  
quae sine teste gerit, quorum nox conscia sola est.  
praemia magna peti fateor. sed demit honorem 16  
aemulus: Aiaci non est tenuisse superbium,  
sit licet hoc ingens, quicquid sperauit Vlixes.  
iste tulit pretium iam nunc temptaminis huius;  
quo cum uictus erit, mecum certasse feretur. 20  
atque ego, si uirtus in me dubitabilis esset,  
nobilitate potens essem, Telamone creatus,  
moenia qui forti Troiana sub Hercule cepit  
litora que intrauit Pagasaea Colcha carina.  
Aeacus huic pater est, qui iura silentibus illic 25  
reddit, ubi Aeoliden saxum graue Sisyphon urguet.  
Aeacon agnoscit summus prolemque fatetur  
Iuppiter esse suam; sic a Ioue tertius Aiax.  
nec tamen haec series in causam prosit, Achiui,  
si mihi cum magno non est communis Achille. 30  
frater erat, fraterna peto. quid sanguine cretus  
Sisyphio furtisque et fraude similimus illi  
inserit Aeacidis alienae nomina gentis?  
an quod in arma prior nulloque sub indice ueni,  
arma neganda mihi? potiorque uidebitur ille, 35  
ultima qui cepit detrectauitque furore

militiam ficto, donec sollertior isto,  
sed sibi inutilior timidi commenta retextit  
Naupliades animi uitataque traxit ad arma? 40  
optima num sumat, quia sumere noluit ulla;  
nos inhonorati et donis patruelibus orbi,  
obtulimus quia nos ad prima pericula, simus?  
atque utinam aut uerus furor ille aut creditus esset,  
nec comes hic Phrygias unquam uenisset ad arces  
hortator scelerum! non te, Poecantia proles, 45  
expositum Lemnos nostro cum crimine haberet!  
qui nunc, ut memorant, siluestribus abditus antris  
saxa mones gemitu, Laertiadaeque precaris  
quae meruit; quae, si di sunt, non uana precaris.  
et nunc ille eadem nobis iuratus in arma, 50  
hen spes una ducum, quo successore sagittae  
Herculis utuntur, fractus morboque fameque  
nelaturque aliturque auiibus uolueresque petendo  
debita Troianis exercet spicula fatis.  
ille tamen uiuit, quia non comitauit Vlixen; 55  
mallet et infelix Palamedes esse relictus,  
[uiueret aut certe letum sine crimine haberet]  
quem male conuicti nimium memor iste furoris  
prodere rem Danaam finxit fictumque probauit  
crimen et ostendit, quod iam praefoderat, aurum. 60  
ergo aut exilio uires subduxit Achiuius  
aut nece; sic pugnat, sic est metuendus Vlixes.  
qui licet eloquio fidum quoque Nestora uincat,  
haud tamen efficiet, desertum ut Nestora crimen  
esse rear nullum. qui cum inploraret Vlixen 65  
uulnere tardus equi fessusque senilibus annis,  
proditus a socio est. non haec mihi crimina fingi  
scit bene Tydides, qui nomine saepe uocatum  
corripuit trepidoque fugam exprobrauit amico.  
adspiciunt oculis superi mortalia iustis. 70  
en eget auxilium, qui non tulit, utque reliquit,  
sic linquendus erat; legem sibi dixerat ipse.

XII 580 *Sminthea* Beroaldus, *cinthia* codd. 592 *patruoque* Heins. ex codd. 596 *parim* M N. 604 *uictus* cs M N h, *uinceris* ε Merk. 609 *cremabat* M N. 611 *paruam* N<sup>2</sup>, *paruum* M ε h. 613 *haec est* Heins., *haec est* codd. 615 *posses* M N ε h, *possis* Heins. ex codd. 619 *creatis* Heins.

XIII 19 *temptaminis* M, *certaminis* N in ras. uulg. 29 *causam* M N (eras. m), *causa* ε h. 30 *non sit* h. 35 *ille* Heins. ex codd., *illis* M N ε h. 38 *sed* Heins. ex cod. uno, *et* M N ε h. 39 *in arma* Heins. Merk. 51 *pars* uulg., corr. Postgate, *pars illa* Korn. 54 *debita* M N; cf. 921. 55 *comitatur* N ε h. 56 *uellet* N ε h. 57 om. M N, *damnauerunt* edd. recentt. duce Merk. 58 *iste* uulg., *esse* M, *ipse* ε. 59 *danaam* M N, *danaum* ε h. 61 *exilio* M.

conclamat socios. adsum uideoque trementem  
pallentemque metu et trepidantem morte futura.  
oppositi molem clipei texique iacentem 75  
seruauitque animam (minimum est hoc laudis) in-  
ertem.

si perstas certare, locum redeamus in illum ;  
redde hostem uulnusque tuum solitumque timorem  
post clipeumque late et mecum contende sub illo.

at postquam eripui, eui standi uulnera uires 80  
non dederam, nullo tardatus uulnere fugit.

Hector adest secumque deos in proelia ducit,  
quaque ruit, non tu tantum terroris, Vluxe,  
sed fortes etiam ; tantum trahit ille timoris.

hunc ego sanguineae successu caedis onantem 85  
eminus ingenti resupinum pondere fudi,

hunc ego poseentem, cum quo concurreret, unus  
sustinui. sortemque meam nouistis, Achiui,  
et uestrae ualuere preces. si quaeritis huius  
fortunam pugnae, non sum superatus ab illo. 90

ecce ferunt Troes ferrumque ignesque Ionemque  
in Danaas classes. ubi nunc facundus Vluxe ?  
nempe ego mille meo protexi pectore puppes,  
spem uestri reditus. date pro tot nauibus arma.

quod si uera licet mihi dicere, quaeritur istis 95  
quam mihi maior honos, coniunctaque gloria nostra  
est,

atque Ajax armis, non Aiaci arma petuntur.

conferat his Ithacus Rhesum inbelli quem Dolona  
Priamidenque Helenum rapta cum Pallade captum  
luce nihil gestum, nihil est Diomedem remoto. 100

si semel ista datis meritis tam uilibus arma,  
diuidite, et pars sit maior Diomedis in illis.

quo tamen haec Ithaco, qui clam, qui semper inermis  
rem gerit et furtis incautum decipit hostem ?  
ipse nitor galeae claro radiantis ab auro 105  
insidias prode manifestabitque latentem.

sed neque Dulichius sub Achillis casside uertex  
pondera tanta feret, nec non onerosa grauisque  
Pelias hasta potest inbellibus esse laertis,  
nec clipeus uasti caelatus imagine mundi 110  
conueniet timidae nataeque ad furta sinistrae.

debilitaturum quid te petis, improbe, munus ?  
quod tibi si populi donauerit error Achini,  
cur spoliis, erit, non cur metuaris ab hoste,  
et fuga, qua sola cunctos, timidissime, mineis, 115  
tarda futura tibi est gestamina tanta trahenti.

adde quod iste tuus, tam raro proelia passus,  
integer est clipeus : nostro, qui tela ferendo  
mille patet plagis, nouus est successor habendus.

denique, quid uerbis opus est ? spectemur agendo.  
arma uiri fortis medios mittantur in hostes ; 121  
inde iubete peti et referentem ornate relatis.

Finierat Telamone satus uulgi que secutum  
ultima murmur erat, donec Laertius heros  
adstitit atque oculos paulum tellure moratos 125  
instultit ad proceres expectatoque resoluit  
ora sono ; neque abest facundis gratia dietis.

' si mea cum uestris ualuisse nota, Pelasgi,  
non foret ambiguus tanti certaminis heres,  
tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille. 130  
quem quoniam non aequa mihi uobisque negarunt  
fata ' (manuque simul neluti lacrimantia ter-sit  
lumina), ' quis magno melius succedit Achilli  
quam per quem magnus Danaus successit Achilles ?  
huius modo ne prosit quod, ut est, hebes esse uidetur,  
neue mihi noceat quod uobis semper, Achiui, 136  
profiuit ingenium, meaque haec facundia, si qua est,  
quae nunc pro domino, pro uobis saepe locuta est,  
inuidia careat, bona nec sua quisque recuset.  
nam genus et proauos et quae non fecimus ipsi, 140

nix ea nostra noco. sed enim, quia rettulit Aiax  
esse Iouis pronepos, nostri quoque sanguinis auctor  
Iuppiter est totidemque gradus distamus ab illo.  
nam mihi Laertes pater est, Areesius illi,  
Iuppiter huic, neque in his quisquam damnatus et  
exul. 145

est quoque per matrem Cylleus addita nobis  
altera nobilitas ; deus est in utroque parente.

sed neque materno quod sum generosior ortu,  
nec mihi quod pater est fraterni sanguinis insons,  
proposita arma peto. meritis expendite causam,  
dummodo, quod fratres Telamon Pelusque fuerunt,  
Aiacis meritum non sit, nec sanguinis ordo ; 152  
sed uirtutis honor spoliis quaeratur in istis.

aut si proximitas primusque requiritur heres,  
est genitor Pelus, est Pyrrhus filius illi ; 155  
quis locus Aiaci ? Phthiam haec Scyrumque ferantur.

nec minus est isto Teueer patruelis Achilli.  
num petit ille tamen, num si petat, auferat illa ?  
ergo operum quoniam nudum certamen habetur,  
plura quidem feci quam quae comprehendere dietis 160  
in promptu mihi sit ; rerum tamen ordine ducar.

praescia uenturi genitrix Nereia leti  
dissimulat cultu natum ; et deceperat omnes,  
in quibus Aiacem, sumptae fallaciae uestis.  
arma ego femineis animum motura uirilem 165  
mercibus inserni ; neque adhuc proiecerat heros  
uirgineos habitus, cum paruum hastamque tenenti  
" nate dea," dixi " tibi se peritura euerant  
Pergama. quid dubitas ingentem euertere Troiam ?"  
iniecique manum fortemque ad fortia misi. 170  
ergo opera illius mea sunt ; ego Telephon hasta  
pugnantem domui, uictum orantemque refeci ;  
quod Thebae cecidere, meum est ; me credite Laedon,  
me Tenedor Chrysenque et Cillan, Apollinis urbes,  
et Scyrum cepisse ; mea concussa putate 175  
procubuisse solo Lyrnesia moenia dextra.

utque alios taceam, qui saecum perdere posset  
Hectora, nempe deli ; per me iacet inclitus Hector.  
illis haec armis, quibus est inuentus Achilles,  
arma peto. uino dederam, post fata reposito. 180  
ad dolor unius Danaos peruenit ad omnes  
Aulidaeque Euboicam conplerunt mille carinae,  
expectata diu, nulla aut contraria classi  
flamina erant, draeque inebant Agamemnona sortes  
inmeritam saecuae natam mactare Dianae. 185  
denegat hoc genitor diuisque irascitur ipsis  
atque in rege tamen pater est. ego mihi parentis  
ingenium uerbis ad publica commoda uerti.  
nunc equidem fateor, fassoque ignoscat Atrides :  
difficilem tenui sub iniquo indice causam 190  
hunc tamen utilitas populi fraterque datique  
summa monet sceptri, laudem ut cum sanguine  
penset.

mittor et ad matrem, quae non hortanda, sed astu  
decipienda fuit. quo si Telamone isset,  
orba suis essent etiam nunc lintea sentis. 195  
mittor et Iliacas andax orator ad arees,  
nisque et intrata est altae mihi curia Troiae ;  
plenaque adhuc erat illa uiris. interritus egi  
quam mihi mandarat communem Graecia causam.  
aeuosoque Parin praedantem Helenamque reposito  
et moneo Priamum Priamoque Antenora iunctum.  
at Paris et fratres et qui rapuere sub illo, 202  
nix tenere manus (seis hoc, Menelae) nefandas,  
primaque lux nostri tecum fuit illa pericli.  
longa referre mora est quae consilioque manuque  
utiliter feci spatiosi tempore belli. 206  
post acies primas urbis se moenibus hostes  
continuere diu, nec aperti copia Martis

XIII 74 *trepidantem* edd. uett., *uelacntem* M N s h. 76 *est hic* M N. 83 *uixit* M. 91 *ignemque* Heins. ex codd. 92 *tunc* s h. 94 *opes* M. *tot pro* Heins. ex codd. 110 *caelatus* N s h (cf. 201), *celatus* Plan., *conuictus* M. 129 et 164 *heros* M. 130 *poteremur* Priscian., *potiremur* codd. 133 *succedit* M N s h, *succedat* Plan. Heins. ex codd. 135 *uti est* M h. *esse fatetur* Kochl. 144 *Areesius* ed. Aldina, *aerisius* codd. 152 *interpunxit* Magnus. 158 *illa* M, *arma* N s h. 163 et om. codd. aliquot Heins. 167 *ent* N. 184 *sunt* s h. 189 *hanc* N Bentl., *uocet* M s h. 195 *clam* uau M, *nunc* corr. ex uau N. 197 *orata est* M. 199 *communis* codd., corr. Bentl.

ulla fuit; decimo demum pugnauius anno.  
 quid facis interea qui nil, nisi proelia, nosti? 210  
 quis tuus usus erat? nam si mea facta requiris,  
 hostibus insidior, fossas munimine cingo,  
 consolor socios ut longi taedia belli  
 mente ferant placida, doceo quo simus alendi  
 armandique modo, mittor quo postulat usus. 215  
 ecce Iouis monitu, deceptus imagine somni,  
 rex iubet incepti curam dimittere belli.  
 ille potest auctore suam defendere uocem. 218  
 non sinat hoc Aiax delendaque Pergama posecat,  
 quodque potest, pugnet. cur non remoratur ituros?  
 cur non arma capit, dat quod uaga turba sequatur?  
 non erat hoc nimium nunquam nisi magna loquenti.  
 quid quod et ipse fugit? uidi, puduitque uidere,  
 cum tu terga dares inhonestaque uela parares.  
 nec mora, "quid facitis? quae uos dementia" dixi  
 "concitat, o socii, captam dimittere Troiam?" 226  
 quidue domum fertis decimo, nisi dedecus, anno?"  
 talibus atque aliis, in quae dolor ipse disertum  
 fecerat, auersos profuga de classe reduxi.  
 conuocat Atrides socios terrore pauentes; 230  
 nec Telamoniades etiam nunc hiscere quiequam  
 audet. at ausus erat reges incessere dietis  
 Thersites, etiam per me haud impune, proteruis.  
 erigor et trepidos ciues exhortor in hostem  
 amissamque mea uirtutem uoce repono. 235  
 tempore ab hoc quodcumque potest fecisse uideri  
 fortiter iste, meum est, qui dantem terga retraxi.  
 denique de Danais quis te laudatue petitue?  
 at sua Tydides mecum communicat acta,  
 me probat et socio semper confidit Vlixes. 240  
 est aliquid de tot Graiorum milibus unum  
 a Dionede legi. nec me sors ire iubebat:  
 sic tamen et spreto noctisque hostisque periclo  
 ausum eadem, quae nos, Phrygia de gente Dolona  
 interimo; non ante tamen quam cuncta coegi 245  
 prodere et edidici quid perfida Troia pararet.  
 omnia cognoram, nec quod speculari habebam,  
 et iam promissa poteram cum laude reuerti.  
 haud contentus eo petii tentoria Rhesi  
 inque suis ipsum castris comitesque peremi. 250  
 atque ita captiuo uictor uotisque potitus  
 ingredior curru laetos imitantem triumphos.  
 cuius equos pretium pro nocte poposcerat hostis,  
 arma negate mihi, fueritque benignior Aiax.  
 quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro 255  
 deuastata meo? cum multo sanguine fudi  
 Coeranon Iphitiden et Alastoraque Chromiumque  
 Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytanim-  
 que  
 exitioque dedi cum Chersidamante Thoona 259  
 et Charopem fatisque inmitibus Ennomon actum  
 quique minus celebres nostra sub moenibus urbis  
 procubuere manu. sunt et mihi uulnera, ciues,  
 ipso pulchra loco. nec uanis credite uerbis:  
 adspicite en' uestemque manu diduxit et 'haec sunt  
 pectora semper' ait 'uestris exercita rebus. 265  
 at nil inpendit per tot Telamonius annos  
 sanguinis in socios et habet sine uulnere corpus.  
 quid tamen hoc refert, si se pro classe Pelasga  
 arma tulisse refert contra Troasque Iouemque  
 confiteorque tulit? neque enim benefacta maligne  
 detractare meum est. sed ne communia solus 271

occupet atque aliquem uobis quoque reddat honorem.  
 reppulit Aetorides sub imagine tutus Achillis  
 Troas ab Acturis cum defensore carinis.  
 ausum etiam Hectoreis solum concurrere telis 275  
 se putat, oblitus regisque ducumque meique,  
 nonus in officio et praelatus munere sortis.  
 sed tamen euentus uestrae, fortissime, pugnae  
 quis fuit? Hector abit uiolatus uulnere nullo.  
 me miserum, quanto cogor meminisse dolore 280  
 temporis illius, quo Graium murus Achilles  
 procubuit! nec me lacrimae luctusque timorque  
 tardarunt quin corpus humo sublime referreim.  
 his umeris, his, inquam, umeris ego corpus Achillis  
 et simul arma tuli; quae nunc quoque ferre laboro.  
 sunt mihi quae ualeant in talia pondera nires, 286  
 est animus certe uestros sensurus honores.  
 scilicet idcirco pro nato caerula mater  
 ambitiosa suo fuit, ut caelestia dona,  
 artis opus tantae, rudis et sine pectore miles 290  
 indueret? neque enim clipei caelamina nouit,  
 Oceanum et terras cumque alto sidera caelo  
 Pleiadasque Hyadasque immunemque aequoris Arc-  
 ton  
 diuersosque orbes nitidumque Orionis ense.  
 [postulat ut capiat quae non intellegit arma.] 295  
 quid quod me duri fugientem munera belli  
 arguit incepto serum accessisse labori,  
 nec se magnanimo maledicere sentit Achilli?  
 si simulasse uocas crimen, simulauimus ambo,  
 si mora pro culpa est, ego sum maturior illo. 300  
 me pia detinuit coniunx, pia mater Achilleni,  
 primaque sunt illis data tempora, cetera uobis.  
 haud timeo, si iam nequeam defendere, crimen  
 cum tanto commune uiro. deprensus Vlixis  
 ingenio tamen ille, at non Aiakis Vlixes. 305  
 neue in me stolidae conuicia fundere linguae  
 admiremur eum, uobis quoque digna pudore  
 obiecit. an falso Palamedem crimine turpe est  
 accusasse mihi, uobis damnasse decorum?  
 sed neque Naupliades facinus defendere tantum 310  
 tamque patens ualuit, nec uos audistis in illo  
 crimina; uidistis praestoque obiecta patebant.  
 nec Poeantiaden quod habet Vulcania Lemnos,  
 esse reus merui: factum defendite uestrum;  
 accusastis enim. nec me suasisse negabo 315  
 ut se subtraheret bellique uiaque labori  
 temptaretque feros requie finire dolores.  
 paruit et uiuit. non haec sententia tantum  
 fida, sed et felix, cum sit satis esse fidelem.  
 quem quoniam uates delenda ad Pergama poseunt,  
 ne mandate mihi; melius Telamonius ibit 321  
 eloquioque uirum morbisque iraque furentem  
 molliet, aut aliqua producet callidus arte.  
 ante retro Simois fluet et sine frondibus Ide  
 stabit et auxilium promittet Achaia Troiae 325  
 quam, cessante meo pro uestris pectore rebus,  
 Aiakis stolidi Danais sollertia prosit.  
 sis licet infestus sociis regique mihi que,  
 dure Philoctete, licet exsecrere meumque  
 deuouas sine fine caput cupiasque dolenti 330  
 me tibi forte dari nostrumque haurire cruorem;  
 te tamen adgrediar mecumque reducere nitar:  
 tamque tuis potiar, faeant Fortuna, sagittis,  
 quam sum Dardanio, quem cepi, uate potitus, 335

XIII 212 fossas, classes Halbertsma (Mnemosyne t. vi p. 106). 221 dat codd., det h Riese. 230 hunc u. inclu-  
 serunt Haupt Korn. 233 proteruis M N h. 235 repono Bentl. et sic cod. Nicolait., reposeo uulg. 243 sic N<sup>2</sup> al.  
 su(ras. post u)m M, sum legit Korn, sed ε h. 244 eadem h, etiam M N ε, quae ε h, qua corr. ex quae M, nunc N.  
 ausus et ausum eadem Korn. 254 ita codd., ferat haec ut dignior Aiaz Muretus. Aiaz. Hector Koepen. de toto  
 loco u. Bentl. Phalaris praef. p. lxx. 264 diduxit N<sup>2</sup> ε, deduxit M, diducit h. 272 atque. aut M N. 273 tectus Bentl.  
 275 Hectoreo—Marti Heins. ex codd. 276-343 desunt in M, post 138 collocat N. 276 ducum Heins., ducis codd. 279  
 Hector abit N h, est Hector ε Merk. 282 luctusue timorue codd. quidam Heins. 291 norit edd. uett. Heins. ex codd.  
 294 ita Haupt ex cod. Bononiensi, diuersaque urbes codd., ursas C. Schenkl recepit Zingerle, feras Siebelis. 295 hunc  
 u. damnauerunt Bentl. Korn. 299 uocat Heins. ex codd. 303 nequeo Heins. ex codd. 312 praestoque Merk., pretioque  
 codd. 317 lenire labores ε. 319 facit esse codd., corr. Ciofanus. 322 morbis (om. que) N Heins. 323 utque tui mihi  
 sic fiat tibi copia nostri N ε h, damnauerunt Merk. alii Plan. 333 om. N<sup>1</sup>. mecumque—nitar. ita edidit Merk., in codd.  
 hic u. uarie suppletus est. mecumque—nitar inclusit Heins. qui statuit Ouidium u. imperfectum reliquisse. cf. Madv.  
 adu. crit. t. ii p. 91.

quam responsa deum Troianaque fata retexi,  
 quam rapui Phrygiae signum penetrabile Mineruae  
 hostibus e mediis. et se mihi conferat Aiax?  
 nempe capi Troiam prohibebant fata sine illo.  
 fortis ubi est Aiax? ubi sunt ingentia magni  
 verba uiri? cur hic metuis? cur audeat Vlixes  
 ire per excubias et se committere nocti  
 perque feros enses non tantum moenia Troum,  
 uerum etiam summas arces intrare snaque  
 eripere aede deum raptamque adferre per hostes?  
 quae nisi fecissem, frustra Telamone creatus  
 gestasset laena taurorum tergora septem.  
 illa nocte mihi Troiae uictoria parsa est;  
 Pergama tunc uici, cum uinci posse coegi.  
 desine Tydiden uultuque et murmure nobis  
 ostentare meum: pars est sua laudis in illo.  
 nec tu, cum socia clipeum pro classe tenebas,  
 solus eras; tibi turba comes, mihi contigit unus.  
 qui nisi pugnam sciret sapiente minore  
 esse nec indomitae deberi praemia dextrae,  
 ipse quoque haec peteret; peteret moderatior Aiax  
 Eurypylusque ferax elaroque Andraemone natus  
 nec minus Idomeneus patriaque creatus eadem  
 Meriones, peteret maioris frater Atridae.  
 quippe manu fortes nec sunt mihi Marte secundi;  
 consiliis cessere meis. tibi dextera bello  
 utilis; ingenium est quod eget moderamine nostro;  
 tu uires sine mente geris, mihi cura futuri;  
 tu pugnare potes, pugnandi tempora necum  
 eligit Atrides; tu tantum corpore prodes,  
 nos animo; quantoque ratem qui temperat anteit  
 remigis officium, quanto dux milite maior,  
 tantum ego te supero. nec non in corpore nostro  
 pectora sunt potiora manu; uigor omnis in illis.  
 at uos, o proceres, uigili date praemia nostro,  
 proque tot annorum cura, quibus anxius egi,  
 hunc titulum meritis pensandum reddite nostris.  
 iam labor in fine est; obstantia fata remouii,  
 altaque posse capi faciendo Pergama cepi.  
 per spes nunc socias casuraque moenia Troum  
 perque deos oro, quos hosti nuper ademi,  
 per siquid superest quod sit sapienter agendum,  
 siquid adhuc audax ex praecipitque petendum  
 est,  
 este mei memores; aut si mihi non datis arma,  
 huic date'; et ostendit signum fatale Mineruae.  
 Mota manus procerum est, et quid faecundia possent  
 re patuit; fortisque uiri tulit arma disertus.  
 Hector qui solus, qui ferrum ignesque Iouenique  
 sustinuit totiens, unam non sustinet iram,  
 inuictumque uirum necit dolor. arripit ense  
 et 'mens hic certe est. an et hunc sibi poscit Vlixes?  
 hoc' ait 'utendum est in me mihi; quique eruoere  
 saepe Phrygium maduit, domini nunc caede maderit,  
 ne quisquam Aiacem possit superare nisi Aiax.'  
 dixit et in pectus tum demum uulnera passum,  
 nec patuit ferrum, letalem condidit ense.  
 expulit ipse eror. rubefactaque sanguine tellus  
 purpureum uiridi genuit de caespite florem,  
 qui prius Oebalio fuerat de uulnere natus.  
 littera communis mediis pueroque niroque  
 inscripta est foliis, haec nomines, illa querellae.  
 Victor ad Hypsipyles patriam elarique Thoantis  
 et ueterum terras infames caede nironum  
 uela dat, ut referat Tirynthia tela sagittas.  
 quae postquam ad Graios domino conitante reuexit,  
 inposita est sero tandem manus ultima bello.

[Troia simul Priamusque cadunt; Priameia coniunx  
 perdidit infelix honinis post omnia formam, 405  
 externasque nouo latratu terruit auras,  
 longus in angustum qua clauditur Hellespontus.]  
 Ilion ardebat, neque adhuc condeserat ignis,  
 exiguumque senis Priami louis ara eruore  
 conbiberat. tractata comis antistitia Phocli 410  
 non profecturas tendebat ad aethera palmas.  
 Dardanidas matres patriorum signa deorum,  
 dum licet, amplexas succensaque templa tenentes  
 inuidiosa trahunt uictores praemia Grai.  
 mittitur Astyanax illis de turribus, unde 415  
 pugnantem pro se proauitaque regna tuentem  
 saepe uidere patrem monstratum a matre solebat.  
 ianuque uiam suadet Boreas, flatuque secundo  
 carbasa mota sonant. iubet ubi nauita uentis.  
 'Troia, uale; rapimur' clamant, dant oscula terrae  
 Troades et patriae fumantia tecta relinquunt. 421  
 ultima conscendit classem, miserabile uisu,  
 in mediis Hecube natorum inuenta sepulcris;  
 prensantem tumulos atque ossibus oscula dantem  
 Dulichiae traxere manus. tamen unius hausit 425  
 inque sinu cineres secum tulit Hectoris haustos;  
 Hectoris in tumulo camini de uertice crinem,  
 inferias inopes, crinem lacrimasque reliquit.  
 Est, ubi Troia fuit, Phrygiae contraria tellus  
 Bistonii habitata uiris. Polymestor illie 430  
 regia diues erat, cui te commisit alendum  
 clam, Polydore, pater Phrygiisque remouit ab armis;  
 consilium sapiens, sceleris nisi praemia magnas  
 adicesset opes, animi irritamen auari.  
 ut cecidit fortuna Phrygium, capit impius ense 435  
 rex Thracum iuguloque sui demisit alumni  
 et, tanquam tolli cum corpore eriuina possent,  
 exanimem scopulo subiectas misit in undas.  
 Litore Threicio classem religat Atrides,  
 dum mare pacatum, dum uentus auicior esset. 440  
 hic subito, quantis cum uiuere esse solebat,  
 exit humo late rupta similisque miranti  
 temporis illius uultum referebat Achilles,  
 quo ferus iniustum petiit Agamemnona ferro.  
 'inmemores' que 'mei disceditis' inquit 'Achiui?  
 obrutaque est mecum uirtutis gratia nostrae? 446  
 ne facite; utque mecum non sit sine honore sepulcrum,  
 praet Achilleos mactata Polyxena manes,  
 dixit, et inmiti sociis parentibus umbrae,  
 rapta simi matris, quam iam prope sola fouebat, 450  
 fortis et infelix et plus quam femina uirgo  
 ducitur ad tumulum diroque fit hostia busto.  
 quae memor ipsa sui, postquam crudelibus aris  
 admota est sensitque sibi fera sacra parari,  
 utque Neoptolemmi stantem ferrumque tenentem  
 inque suo uidit figentem lumina uultu, 456  
 'utere iam dudum generoso sanguine;' dixit  
 'nulla mora est; at tu iugulo uel pectore telum  
 conde meo' iugulumque simul pectusque retexit.  
 'scilicet haud ulli seruire Polyxena uellem. 460  
 mors tantum nellen matrem mea fullere posset. 462  
 mater obest niuuntique necis mihi gaudia; quamuis  
 non mea mors illi, uerum sua uita tremenda est.  
 nos modo, ne Stygios adeam non libera manes, 465  
 (haud per tale sacrum numen placebitis illum) 461  
 este procul, si iusta peto, tactuque uiriles 466  
 uirgineo remouete manus. acceptor illi,  
 quisquis is est quem caede mea placare paratis,  
 liber erit sanguis. siquos tamen ultima nostri  
 uerba mouent oris, Priami uos filia regis, 470  
 non captiua rogat, genetrici corpus inemptum

XIII 338 comparat N e Merk. 356 hoc M N. 360 manus—secundae M. tibi N h. 371 caris N in ras. e h. 379 u. leoninum si troiae fatis aliquid restare putatis (eodd.) expunxerunt edd. 384 iugumque e h; cf. 91. 385 eustulit M N e. 386 uiacit Heins. ex codd. 392 ferro N in ras. e h. 403 est sero codd. aliquot, estque uro e, que fero est M N h. 404-407 secluserunt Benti. al. 406 auras e, oras Bothe, externus—agros Koch. 409-417 secluserunt Merk. al. 410 tractata Heins. ex codd., tractaque M, tractisque N e h. antistitia M N e h. 423 hecbe e, idem fere N h, Hecuba Riese cum M, Hecuba est Merk. 436 demisit N h, diuisit M, dixit e. 444 incastum Magnus, curato codd. 458 at Heins. ex codd., aut M N e h, quin Merk. 460 haud M corr. ex out. ferret h Heins. ex codd. 461 post 465 transp. Postgate. 464 treacunda uulg., tremenda M, crenacuda N. 466 ite M N Riese. 471 non N uulg., uacue M e h.

reddite ; neue auro redimat ius triste sepulcri  
sed lacrimis. tum, cum poterat, redimebat et auro.  
dixerat, at populus lacrimas, quas illa tenebat,  
non tenet. ipse etiam flens inuitusque sacerdos 475  
praebita coniecto rupit praecordia ferro.  
illa super terram defecto poplite labens  
pertulit intrepidus ad fata nouissima uultus.  
tum quoque cura fuit partes uelare tegendas,  
cum caderet, castique decus seruare pudoris. 480  
Troades excipiunt deploratosque recensent  
Priamidas et quod dederit domus una cruoris,  
teque gemunt, uirgo, teque, o modo regia coniunx,  
regia dicta parens, Asiae florentis imago, 484  
nunc etiam praedae mala sors, quam uictor Vlixes  
esse suam nollet, nisi quod tamen Hectora partu  
edideras : dominum matri uix repperit Hector.  
quae corpus complexa animae tam fortis inane,  
quas totius patriae dederat natisque uiroque,  
huic quoque dat lacrimas. lacrimas in uulnera fun-  
dit 490  
osculaue ore tegit consuetaque pectora plangit  
canitiemque suam concretam sanguine uellens  
plura quidem, sed et haec laniato pectore dixit :  
'nata, tuae (quid enim superest?) dolor ultime ma-  
tris, 494  
nata, iaces, uideoque tuum, mea uulnera, uulnus.  
et, ne perdidderim quemquam sine caede meorum,  
tu quoque uulnus habes. at te, quia femina, rebar  
a ferro tutam ; cecidisti et femina ferro,  
totque tuos idem fratres, te perdidit idem,  
exitium Troiae nostrique orbator, Achilles. 500  
at postquam cecidit Parisi Phoebique sagittis,  
nunc certe, dixi, non est metuendus Achilles.  
nunc quoque mi metuendus erat ; cinis ipse sepulti  
in genus hoc saeuit, tumulo quoque sensimus hos-  
tem.  
Aeacidae fecunda fui. iacet Ilion ingens, 505  
euentuque graui finita est publica clades,  
sed finita tamen. soli mihi Pergama restant,  
in cursuque meus dolor est. modo maxima rerum,  
tot generis natisque potens nuribusque uiroque, 509  
nunc trahor exul, inops, tumulus auulsa meorum,  
Penelopae munus. quae me data pensa trahentem  
matribus ostendens Ithacis "haec Hectoris illa est  
clara parens, haec est" dicit "Priameia coniunx."  
postque tot amissos tu nunc, quae sola leuabas  
maternos luctus, hostilia busta piasti. 515  
inferias hosti peperit. quo ferrea resto ?  
quidue moror ? quo me seruas, annosa senectus ?  
quo, di crudeles, nisi quo noua funera cernam,  
uinacem differtis anum ? quis posse putaret  
felicem Priamum post diruta Pergama dici ? 520  
felix morte sua est ; nec te, mea nata, peremptam  
adspicit et uitam pariter regnumque reliquit.  
at, puto, funeribus dotabere, regia uirgo,  
condeturque tum monumentis corpus auitis. 524  
non haec est fortuna domus. tibi munera matris  
contingent fletus peregrinaeque haustus harenae.  
omnia perdidimus ; superest, cur uiuere tempus  
in breue sustineam, proles gratissima matri,  
nunc solus, quondam minimus de stirpe uirili,  
has datus Ismario regi Polydorus in oras. 530  
quid moror interea crudelia uulnera lymphis  
abludere et sparsos inmiti sanguine uultus ?  
dixit et ad litus passu processit anili,  
albetes lacerata comas. 'date, Troades, urnam'  
dixerat infelix, liquidas hauriret ut undas ; 535  
adspicit eiectum Polydori in litore corpus  
factaque Threiciis ingentia uulnera telis.  
Troades exclamant. obmutuit illa dolore,

et pariter uoces lacrimasque introrsus obortas  
denorat ipse dolor. duroque simillima saxo 540  
torpet et aduersa figit modo lumina terra,  
interdum toruos sustollit ad aethera uultus,  
nunc positi spectat ullum, nunc uulnera nati,  
uulnera praecipue, seque armat et instruit ira.  
qua simul exarsit, tamquam regina maneret, 545  
ulcisci statuit poenaeque in imagine tota est.  
utque furit catulo lacente orbata laeana  
signaque nacta pedum sequitur, quem non uidet,  
hostem,  
sic Hecuba, postquam cum luctu miscuit iram,  
non oblita animorum, annorum oblita suorum, 550  
uadit ad artificem dirae Polymestora caedis  
conloquiumque petit ; nam se monstrare relictum  
uelle latens illi, quod nato redderet, aurum.  
credidit Odrysium praedaeque aduetus amore  
in secreta uenit. tum blando callidus ore 555  
'tolle moras, Hecuba,' dixit 'da munera nato.  
omne fore illius quod das, quod et ante dedisti,  
per superos iuro.' spectat triculenta loquentem  
falsaque iurantem tumidaque exaestuauit ira  
atque ita correpto captiuarum agmina matrum 560  
inuoat et digitos in perflida lumina condit  
expellitque genis oculos (facit ira potentem)  
immergitque manus foedataque sanguine sonti  
non lumen, neque enim superest, loca luminis hau-  
rit.  
clade sui Thracum gens irritata tyranni 565  
Troada telorum lapidumque incessere iactu  
coepit. at haec missum rauco cum murmure saxum  
morsibus insequitur, rictuque in uerba parato  
latrauit conata loqui. locus exstat et ex re 569  
nomen habet ; ueterumque diu memor illa malorum  
tum quoque Sithonios ululauit maesta per agros.  
illius Troasque suos hostesque Pelasgos,  
illius fortuna deos quoque mouerat omnes,  
sue omnes, ut et ipsa Iouis coniunxque sororque  
euentus Hecubam meruisse negauerit illos. 575  
Non uacat Aurorae, quamquam isdem fauerat  
armis,  
cladibus et casu Troiaeque Hecubaeque moueri.  
cura deam propior luctusque domesticus angit  
Memnonis amissi, Phrygiis quem lutea campis  
uidit Achillea perentem cuspide mater. 580  
nidit, et ille color, quo matutina rubescunt  
tempora, palluerat, latuique in nubibus aether.  
at non inpositos supremis ignibus artus  
sustinuit spectare parens, sed crine soluto,  
sicut erat, magni genibus procumbere non est 585  
dedignata Ionis lacrimisque has addere uoces :  
'omnibus inferior quas sustinet aureus aether  
(nam mihi sunt totum rarissima templa per orbem),  
diana tamen ueni, non ut delubra diesque  
des mihi sacrificios caliturasque ignibus aras ; 590  
si tamen adspicias, quantum tibi femina praestem,  
tum cum luce noua noctis confinia seruo,  
praemia danda putes ; sed non ea cura neque hic  
est  
nunc status Aurorae, meritos ut poscat honores :  
Memnonis orba mei uenio, qui fortia frustra 595  
pro patruo tulit arma suo primisque sub annis  
occidit a forti, sic uos uoluistis, Achille.  
da, precor, huic aliquem, solacia mortis, honorem,  
summe deum rector, maternaque uulnera leni.'  
Iuppiter adnuerat, cum Memnonis arduus alto 600  
corrui igne rogos nigrique uolumina fumi  
infecere diem, ueluti cum flumina lentas  
exhalant nebulas, nec sol admittitur infra.  
atra fauilla uolat glomerataque corpus in unum

XIII 473 *tum h, tunc uulg.* 482 *quod uulg., quot M, quid N h.* 487 *edideras Heins., ediderat codd.* 490 *uulnera uulg., uulnere M ε, uolnere N.* 492 *ita Postgate, conereto in s. uerrens codd.* 494 *matri Heins. ex codd.* 495 *meum tua u. pectus M N h.* 496 *et ne M ε h, en ne N Heins. al.* 510 *deorum M N.* 513 *nisi uti N ε h.* 523 *donabere M N.* 539 *uocem N ε h.* 544 *iram M N.* 549 *hecuba M.* 556 *hecuba M, Hecuba et Merk.* 562 *exilatque N ε h. potentem h, nocentem M N ε.* 563 *sonti N uulg., sontis M h.* 567 *sarum uulg., iactum M N.* 601 *uolumine M.* 602 *om. M. lentas Postgate, natus codd.* *flumine Nais Housman (l. c. p. 151).* 603 *exhalat M Housman.*

densetur faciemque capit sunitque calorem 605  
 atque animam ex igni; leuitas sua praebuit alas.  
 et primo similis uolueri, mox uera uolueris  
 insonuit pennis. pariter sonuere sorores  
 innuerae, quibus est eadem natalis origo.  
 terque rogam lustrant, et consomnis exit in auras 610  
 ter clangor; quarto seducunt castra uolatu.  
 tum duo diuersa populi de parte feroces  
 bella gerunt rostrisque et aduicis unguibus iras  
 exercent alasque aduersaque pectora lassant.  
 inferiaeque cadunt cineri cognata sepulto 615  
 corpora seque uiro forti meminare creatas.  
 praepetibus subitis nomen facit auctor: ab illo  
 Memnonides dietae, cum sol duodena peregit  
 signa, parentali moriturae more rebellant.  
 ergo aliis latrasse Dynamantida flebile usum est; 620  
 luctibus est Aurora suis intenta piisque  
 nunc quoque dat lacrimas et toto rorat in orbe.  
 Non tamen enceras Troiae cum moenibus esse  
 spem quoque fata sinunt; sacra et, sacra altera,  
 patrem  
 fert ueneris, uenerabile onus, Cythereius heros. 625  
 de tantis opibus praedam pius eligit illam  
 Ascaniumque suum; profugaque per aequora classe  
 fertur ab Antandro scelerataque limina Thracum  
 et Polydoreo manantem sanguine terram  
 linquit et utilibus uentis aestuque secundo 630  
 intrat Apollineam sociis comitantibus urbem.  
 hunc Anius, quo rege homines, antistite Phoebus  
 rite colebatur, temploque domoque recepit  
 urbemque ostendit delubraque nota duasque  
 Latona quondam stirpes pariente retentas. 635  
 ture dato illamuis uinoque in tura profuso  
 caesarumque bonni libris de more crematis  
 regia tecta petunt positisque tapetibus altis  
 munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.  
 tunc pius Anchises: 'o Phoebi lecte sacerdos, 640  
 fallor an et natum, cum primu haec moenia uidi,  
 bisque duas natas, quantum reminiscor, habebas?'  
 huic Anius niueis circumdata tempora nittis  
 coniciens et tristis ait: 'non falleris, heros  
 maxime; uidisti natorum quinque parentem, 645  
 quem nunc (tanta homines rerum inconstantia uersat)  
 paene nides orbum. quod enim nihil filius absens  
 auxilium quem dieta suo de nomine tellus  
 Andros habet, pro parte locumque et regna tenentem?  
 Delius augurium dedit huic; dedit altera Liber 650  
 femineae stirpi uoto maiora fideque  
 munera. nam tactu natarum emecta mearum  
 in segetem laticumque meri canaque Minervae  
 transformabantur, dinesque erat usus in illis.  
 hoc ubi cognouit Troiae populator Atrides, 655  
 ne non ex aliqua uestram sensisse procellam  
 nos quoque parte putes, armorum uiribus usus  
 abstrahit inuitas gremio genitoris, alantque  
 inperat Argolicam caelestis munere classem.  
 effugiunt quo quaeque potest: Euboica duabus, 665  
 et totidem natis Andros fraterna petita est.  
 miles adest et, ni dedantur, bella uiuantur.  
 uicta metu pietas consortia corpora poenae  
 dedit. et timido possis ignoscere fratri.  
 non hic Aeneas, non qui defenderet Andron 665  
 Hector erat, per quem decimum durastis in annum.  
 iamque parabantur captiuis uincla lacertis;

illae tollentes etiam nunc libera caelo  
 brachia "Bacche pater, fer opem" dixere. tulitque  
 numeris auctor opem, si miro perdere more 670  
 ferre uocatur opem. nec qua ratione figuram  
 perdidit potui scire aut nunc dicere possum,  
 summa mali nota est: pennas sumpsere tuaeque  
 coningis in uolueres niueas abiere columbas.  
 Talibus atque aliis postquam conuiuia dictis 675  
 implerunt, mensa somnum petiere remota.  
 cumque die surgunt aduicunt oracla Phoebi;  
 qui petere antiquam matrem cognataque iussit  
 litora. prosequitur rex et dat munus ituris,  
 Anchisae septrum, chlamydem pharetramque  
 nepoti, 680  
 cratera Aeneae, quem quondam transtulit illi  
 hospes ab Aoniis Therses Ismenius oris.  
 miserat hunc illi Therses, fabricauerat Aicon  
 Hyleus et longo caelauerat argumento.  
 urbs erat, et septem posses ostendere portas: 685  
 hae pro nomine erant, et quae foret illa docebant.  
 ante urbem exequiae tumulique ignesque rogique  
 ellusaeque comas et apertae pectora matres  
 significant luctum. Nymphae quoque flere uidentur  
 siccatosque queri fontes; sine frondibus arbor 690  
 nuda riget, rodunt arentia saxa capellae.  
 ecce facit mediis natus Orione Thebis,  
 hanc non femineum iugulo dare uulnus aperto,  
 illam demissa per fortia pectora tela  
 pro populo cecidisse suo pulcherrime per urbem 695  
 funeribus ferri celebrique in parte eremari;  
 tum de uirginea geminis exire fauilla,  
 ne genus intereat, imenes, quos fama Coronas  
 nominat, et cineri materno ducere pompam.  
 haec tunc antiquo signis fulgentibus aere, 700  
 summus inaurato crater erat asper acantho.  
 nec leniora datis Troiani dona remittunt  
 dantque sacerdoti custodem tris acerram,  
 dant patrem clarantque auro genuisque coronam.  
 Inde recordati Teneros a sanguine Teneri 705  
 ducere principium, Creten temere; locique  
 ferre diu nequiere Iouem centumque relictis  
 uiribus Ausonios optant contingere portas.  
 saeuit hiemps iactatque uiros, Strophadamque  
 receptos  
 portubus infidis exterruit ales Aello. 710  
 et iam Dulichios portus Ithacaeque Samonque  
 Neritiasque domus, regum fallacis Vlixis,  
 praeter erant uecti; certatam lite deorum  
 Ambraciam uersique nilent sub imagine saxum  
 indicis, Actiaco quae nunc ab Apolline nota est, 715  
 uocalemque sua terram Dodonida queru  
 Chaoniosque sinus, ubi nati rege Molosso  
 inrita subiectis fugere incendia pennis.  
 Proxima Phaeacum felicibus obsita pomis  
 rura petunt. Epiros ab his regnataque uati 720  
 Butthrotos Phrygio simulataque Troia tenetur.  
 inde futurorum certi, quae cuncta fidei  
 Priamides Helemus monitu praedixerat, intrant  
 Sicaniam. tribus haec excurrit in aequora pennis;  
 e quibus imbriferos adest uersa Paclynos ad Anstros,  
 mollibus oppositum Zephyris Lilybaeou, ad Aretos  
 aequoris expertes spectat Boreamque Peloros. 727  
 hac subeunt Teneri, et remis aestuque secundo  
 sub noctem potitur Zancleae classis arena.

XIII 605 calorem Heius, ex codd., colorem M N s h. 606 animam Heius, ex codd., animum M N s h. 611 clangor Heius, ex codd., planor M N h. 614 tempore iactant M, lassant corr. ex iactant N. 619 more M<sup>2</sup> s h, morte codd. pauci, moritura uoce M N, luce Merk., Marte Heius. 620 est om. N s h. 624 facta M. 632 homines codd., fides Merk. sed conf. Verg. Aen. III 80. 638 positique Heius, ex codd. 653 laticaeque s h. canaque M Korn, bacanaque N s h uulg. 659 classem M N, gentem s h. 663 corpora M N h, pectora s uulg. 666 quem M N, quos s h. 668 etiam nunc Heius, codd. aliquot. 672 possum M N s h, possim Heius, ex codd. 678 antiqua cognataque moenia iussit M N h. 681 cratera N s h, crateram uulg. quem N s h (quam M), quam uulg. 683 hunc N, hanc uulg. 684 Nilcos M N h. 687 rogi que uulg., gyroque M. 692 Orione cdd., ab origine M, ab orione N s h. 693, 694 ita dedit Korn Benti. secutus. 693 hanc non. hae non N, agmen N. uulnus s, pectus M N h. 694 illac N, illas M. demissa—tela Benti., dimisso—telo M, demisso—telo N e cod. Tegernseensis teste Hellmuth, demisso—ferro h, per inertia uulnera M. uide Madv. adu. crit. t. II p. 92. 706 creten cod. unus, Cretan uulg., certam N. 718 inrita Heius., inita M, inopia N s h. pro subiectis Ellis ap. edit. Simmons p. 155 tam subitis covi. 724 pennis M N, linguis s h. 726 oppositum cod. unus (et Housman, l. c. p. 152), impositum M N s, expositum uulg.

Scylla latus dextrum, laeum inrequieta Charybdis  
 infestat. uorat haec raptas reuomitque carinas, 731  
 illa feris atram canibus succingitur aluum,  
 uirginis ora gerens, et, si non omnia uates  
 ficta reliquerunt, aliquo quoque tempore uirgo.  
 hanc nulli petiere proci. quibus illa repulsis 735  
 ad pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis,  
 ibat et elusos iuuenum narrabat amores.  
 cui dum petendos praebet Galatea capillos,  
 talibus adloquitur, repetens suspiria, dictis :  
 ' te tamen, o uirgo, genus haud inmitte uirorum 740  
 expetit, utque facis, potes his impune negare.  
 at mihi, cui pater est Nereus, quam caerulea Doris  
 enixa est, quae sum turba quoque tuta sororum,  
 non nisi per luctus licuit Cyclopi amore  
 effugere ' et lacrimae uocem impediunt loquentis.  
 quas ubi marmoreo detersit pollice uirgo 746  
 et solata deam est, ' refer, o carissima, dixit  
 ' neue tui causam tege (sum tibi fida) doloris.'  
 Nereis his contra rescuta Crataeide natam est :  
 ' Aciserat, Fauno nymphaque Symaethide cretus, 750  
 magna quidem patrisque sui matrisque nolutas,  
 nostra tamen maior ; nam me sibi iunxerat uni.  
 pulcher et octonis iterum natalibus actis  
 signarat teneras molli lanugine malas.  
 hunc ego, me Cyclops nulla cum fine petebat. 755  
 nec, si quaesieris odium Cyclopi amorne  
 Acidis in nobis fuerit praesentior, edam :  
 par utrumque fuit. pro quanta potentia regni  
 est, Venus alma, tui ! nempe ille inmitis et ipsis  
 horrendus siluis et uisus ab hospite nullo 760  
 inpone et magni cum dis contemptor Olympi  
 quid sit amor sentit ualidaque cupidine captus  
 uritur, oblitus pecorum antrorumque suorum.  
 iamque tibi formae, iamque est tibi cura placendi,  
 iam rigidos pectis rastris, Polypheme, capillos, 765  
 iam libet hirsutam tibi falce recidere barbani  
 et spectare feros in aqua et componere uultus.  
 caedis amor feritasque sitisque immensa cruoris  
 cessant, et utuae ueniuntque abeuntque carinae.  
 Telemus interea Siculam delatus ad Aetnen, 770  
 Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,  
 terribilem Polyphemem adit " lumen " que, " quod  
 unum  
 fronte geris media, rapiet tibi " dixit " Vlixes "  
 risit et " o uatum stolidissime, falleris, " inquit,  
 " altera iam rapuit. " sic frustra uera momentem 775  
 spernit et aut gradiens ingenti litora passu  
 degrauat, aut fessus sub opaca reuertitur antra.  
 prominat in pontum cuneatus acumine longo  
 collis ; utrumque latus circumfluit aequoris unda.  
 luc ferns adscendit Cyclops mediusque resedit ; 780  
 lanigeras pedes nullo ducente secutae.  
 cui postquam pinus, baculi quae praebuit usum,  
 ante pedes posita est, antennis apta ferendis,  
 sumptaque harundinibus compacta est fistula  
 centum,  
 senserunt toti pastoria sibila montes, 785  
 senserunt undae. latitans ego rupe meique  
 Acidis in gremio residens procul auribus hausi  
 talia dicta meis auditaque uerba notaui :  
 " candidior folio niuei, Galatea, ligustri,  
 floridior pratis, longa procerior alno, 790  
 splendidior uitro, tenero lasciuior haedo,  
 leuior adsiduo detritis aequore conchis,  
 solibus hibernis, aestiua gratior umbra,  
 nobilior palma, platano conspectior alta,  
 lcidior glacie, matura dulcior uua, 795  
 mollior et cygni plumis et lacte coacto,  
 et, si non fugias, riguo formosior horto ;

saeuior indomitis eadem Galatea iuuenis,  
 durior annosa quereu, fallacior undis,  
 lentior et salicis uirgis et uitibus albis, 800  
 his immobilior scopulis, uiolentior amne,  
 laudato paoune superbiore, acrior igni,  
 asperior tribulis, feta truculentior ursae,  
 surdior aequoribus, calcato inmitior hydro,  
 et, quod praecipue uellem tibi demere possem, 805  
 non tantum ceruo claris latratibus acto,  
 nerum etiam uentis uoluerique fugacior aura.  
 at bene si noris, pigeat fugisse morasque  
 ipsa tuas damnes et me retinere labores.  
 sunt mihi, pars montis, uiuo pendentia saxo 810  
 antra, quibus nec sol medio sentitur in aestu  
 nec sentitur hiemps. sunt poma grauantia ramos,  
 sunt auro similes longis in uitibus uuae,  
 sunt et purpureae ; tibi et has seruumas et illas.  
 ipsa tuis manibus siluestri nata sub umbra 815  
 mollia fraga leges, ipsa autumnalia corna  
 prunaque, non solum nigro luentia suco,  
 uerum etiam generosa nouasque imitantia ceras.  
 nec tibi castaneae me coniuge nec tibi deerunt  
 arbutei fetus ; omnis tibi seruiet arbor. 820  
 hoc pecus omne meum est ; multae quoque ualibus  
 errant,  
 multas silua tegit, multae stabulantur in antris.  
 nec, si forte roges, possim tibi dicere quot sint ;  
 pauperis est numerare pecus. de laudibus harum  
 nil mihi credideris ; praesens potes ipsa uidere, 825  
 ut uix circumeant distentum cruribus uerber.  
 sunt, fetura minor, tepidis in ouilibus agni,  
 sunt quoque, par aetas, aliis in ouilibus haedi.  
 lac mihi semper adest niueum ; pars inde bibenda  
 seruatur, partem liquefacta coagula durant. 830  
 nec tibi deliciae faciles uulgataque tantum  
 munera contingent, dammae leporesque caperque  
 parue columbarum demptusque cacumine nidus ;  
 inueni geminos, qui tecum ludere possint,  
 inter se similes, uix ut dignoscere possis, 835  
 uillosae catulos in summis montibus ursae,  
 inueni et dixi " dominae seruabimus istos. "  
 iam modo caeruleo nitidum caput exsere ponto,  
 iam, Galatea, ueni, nec munera despice nostra.  
 certe ego me noui liquidaeque in imagine uidi 840  
 nuper aquae, placuitque mihi mea forma uidenti.  
 aspice sim quantus. non est hoc corpore maior  
 Iuppiter in caelo ; nam uos narrare soletis  
 nescioquem regnare Iouem. coma plurima toruos  
 prominet in uultus umerosque, ut lucus, obumbrat.  
 nec mea quod rigidis horrent densissima saetis 846  
 corpora turpe puta. turpis sine frondibus arbor,  
 turpis equus, nisi colla iuba flauentia uelent,  
 [pluma tegit uolucres, ouibus sua lana decori est],  
 barba uiros hirtaeque decent in corpore saetae. 850  
 unum est in media lumen mihi fronte, sed instar  
 ingentis clipei. quid ? non haec omnia magnus  
 Sol uidet e caelo ? Soli tamen unicus orbis.  
 adde quod in uestro genitor meus aequore regnat ;  
 hunc tibi do socerum. tantum miserere precesque  
 supplicis exaudi ; tibi enim succumbimus uni. 856  
 quique Iouem et caelum sperno et penetrabile  
 fulmen,  
 Nerei, te uereor ; tua fulmine saeuior ira est.  
 atque ego contemptus essem patientior huius,  
 si fugeres omnes. sed cur Cyclope repulso 860  
 Acin amas praefersque meis complexibus Acin ?  
 ille tamen placeatque sibi placeatque licebit,  
 quod nollem, Galatea, tibi ; modo copia detur,  
 sentiet esse mihi tanto pro corpore uires.  
 uiscera niua traham diuulsaque membra per agros

XIII 731 infestat M N h, infestant ε Merk. 734 ficta uulg., uana N. 738 cui M ε, quam N h Riese. 752 uinxerat M. 754 teneras molli M Korn, dubia teneras ε Merk, teneras dubia N h Riese. 762 sensit M N. 767 aquam M N ε h. 770 et 771 Telephus codd., corr. Raph. Regius. 788 mente notavi codd. aliquot. 794 palma Siebelis, receperunt edd. recentt., forma M, palmis cod. Berolin., pomis N ε h, mobilior dama Madv., mobilior flamma Ellis in edit. Simmons p. 162. 817 labentia M. 833 demptusque h, domitusue M, domitusque N. 838 exere N ε h, exime M. 849 om. MN<sup>1</sup>. 861 complexibus M N, amplexibus N ε h uulg. 865 diuisaque M N.



perque tuas spargam (sic se tibi miscet) undas 866  
 uror enim, laesusque exactuat acrius ignis,  
 eumque suas uideor translata uiribus Aetnen  
 pectore ferre meo; nec tu, Galatea, moueris.”  
 talia nequiquam questus (nam cuncta uidebam) 870  
 surgit et, ut taurus uacca furibundus adempta,  
 stare nequit siluaque et notis saltibus errat,  
 cum ferus ignarus nec quicquam tale timentes  
 ue uidet atque Acin “uideo” que exclamat “et ista  
 ultima sit faciam ueneris concordia uestrae.” 875  
 tantaque uox, quantum Cyclops iratus habere  
 debuit, illa fuit: clamore perhorruit Aetne.  
 ast ego uicino pauca facta sub aequore mergor:  
 terga fugae dederat conuersa Synaethius heros.  
 “adfer opem, Galatea, precor, mihi; ferte, paren-  
 tes,” 880

dixerat “et uestris periturum admittite regnis.”  
 insequitur Cyclops partemque e monte reuulsam  
 mittit, et extremus quamuis peruenit ad illum  
 angulus ex saxo, totum tamen obruit Acin.  
 at nos, quod fieri solum per fata licebat, 885  
 fecimus ut uires adsumeret Acis auitas.  
 puicentis de mole cruor manabat, et intra  
 temporis exiguum rubor euanescere cepit  
 fitque color primo turbati fluminis imbre  
 purgaturque mora. tum moles fracta delibescit, 890  
 uinaque per rimas proceraque surgit harundo,  
 osque eorum saxi sonat exultantibus undis;  
 mira que res, subito media tenus exstitit aluo  
 ineinctus iuuenis flexis noua cornu cannis,  
 qui, nisi quod maior, quod toto caeruleus ore, 895  
 Acis erat. sed sic quoque erat tamen Acis, in animum  
 uersus, et antiquum fenerunt flumina nomen.’

Desierat Galatea loqui, coetneque soluto  
 discedunt placidisque natant Nereides undis.  
 Seylla redit; neque enim uedio se credere ponto  
 audeat; et aut bibula sine uestibus errat harena 901  
 aut, ubi lassata est, seductos naeta recessus  
 gurgitis, inclusa sua membra refrigerat unda.  
 ecce fretum stringens, alti nouus incola ponti  
 nuper in Euboica uersis Authedone membris, 905  
 Glaucus adest uisaeque cupidine uirginis haeret  
 et quaecumque putat fugientem posse morari  
 uerba refert. fugit illa tamen ne loxque timore  
 peruenit in summum positi prope litora montis. 909  
 ante fretum est iugens, apicem collectus in unum,  
 longa sub arboribus conuexus in aequora uertex,  
 constitit hic et tuta loco monstrum deusque  
 ille sit ignorans, admiraturque colorem  
 caesariemque ueros subiectaque terga legentem.  
 ultimaque excipit quod tortilis iugina piscis. 915  
 sensit, et inuitus quae stabat proxima uoli,  
 ‘non ego prodigium nec sum fera belua, uirgo,

sed deus’ inquit ‘aquae; nec maius in aequora  
 Proteus  
 ius habet et Triton Athamantidesque Palaemon.  
 ante tamen mortalis erant; sed, scilicet altis 920  
 debitus aequoribus, iam tum exerebar in illis.  
 nam modo ducebam ducentia retia pisces,  
 nunc in mole sedens moderabar harundine limm.  
 sunt uiridi prato confinia litora, quorum  
 altera pars undis, pars altera cingitur herbis; 925  
 quas neque cornigeras morsu laesere iuuencae,  
 nec placidae carpissitis oues lirtaene capellae.  
 nou apis inde tulit collectos sedula flores,  
 nou data sunt capiti genialia serua, neque nunquam  
 falciferae scenere manus. ego primus in illo 930  
 caespite consedi, dum lina mendantia sicco.  
 utque recensere captiuos ordine pisces,  
 insuper exposui, quos aut in retia casus  
 aut sua credulitas in aduocis egerat hamos.  
 res similis fietae (sed quid mihi lingere prodest?),  
 granioque contacto coepit mea praeda moueri 936  
 et mutare latus terraque, ut in aequore, niti.  
 dumque moror mirorque simul, fugit omnis in undas  
 turba suas dominumque nouum litusque relinquunt.  
 obstipui dubitoque diu causamque requiro, 940  
 num deus hoc aliquis, num sacus fecerit herbae.  
 “quae tamen has” inquam “uires habet herba?”  
 manneque

pabula decerpsi decerptaque dente mouordi.  
 uix bene conbilerant ignotos guttura sicos,  
 cum subito trepidare intus praecordia sensi 945  
 alteriusque rapi naturae pectus amore.  
 nec potui restare diu “repetenda” que “nunquam  
 terra, uale” dixi corpusque sub aequora mersi.  
 di uaris exceptum socio dignantur honore, 949  
 utque mihi, quaecumque feram mortalia, demant,  
 Oceantum Tethyque rogant. ego lustror ab illis,  
 et purgante nefas noniens mihi carmine dicto  
 pectora fluminibus iubeor supponere centum.  
 nec mora, diuersis lapsi de partibus annes  
 totaque uertuntur supra caput aequora uostrum.  
 haecenus aeta tibi possum memoranda referre, 956  
 haecenus haec memini. nec mens mea cetera sensit.  
 quae postquam rediit, alium me corpore toto  
 ac fieram nuper, neque eundem mente recepi. 959  
 hanc ego tum primum uiridem ferrugine barbam  
 caesariemque uicam, quam longa per aequora uerro,  
 ingentesque ueros et caerulea braccia uidi  
 cruraque pinuigero enruata uouissima pisce.  
 quid tamen haec species, quid dis placuisse marius,  
 quid inuat esse deum, si tu non tangeris istis? 965  
 talia dicentem, dicturum plura, reliquit  
 Scylla denm. furit ille iuritusque repulsa  
 prodigiosa petit Titanidos atria Circes.

## LIBER QUARTVS DECIMVS

lanque Giganteis iniectam faucibus Aetnen  
 aruaque Cycloppum, quid rastra, quid usus aratri  
 nescia nec quicquam inuictis debentia bubus,  
 liquerat Euboicis tumidarum cultor aquarum,  
 liquerat et Zanclen aduersaque moenia Rhegi 5  
 naufragumque fretum, gemino quod litore pressum

Ausoniac Siciliaeque tenet confinia terrae.  
 inde manu magna Tyrrhena per aequora nectus  
 herbiferos adit colles atque atria Glaucus  
 Sole satae Circes, mariarum plena ferarum. 10  
 quam simul adspexit, dicta acceptaque salute,  
 ‘diua, dei miserere, precor; nam sola leuare

XIII 877 *actne* N s, *Aetna* uulg. 880 *affer* (a in ras.) M, et *fer* N. 884 *ex saxo* Ellis ex Can. VII (cod. Bodleiano Canonici VII), *e saxo* uulg., *is motus* (us in ras.) M, *ex iacta* Riese. 887 *more* M N s. 890 *fracta* codd. Heins., *tacta* M N s h, *tracta* Ellis ex Can. VII. 904 ita Heins., *fretum scindens* N s h, *freto stridens* M. 911 *sub arboribus* codd. aliquot (*aequoribus* s b) (uide quae adnotauit Ellis l. c.), *sine a.* Heins. ex codd. nonnullis, *longus ab aequoribus* Merk. in M N, ad s h. 918 *aequore* M N h. 921 *debitus* Benti., *deditus* codd. iam tum uulg., *tantum* M. 925 ita codd., *fundit pars altera fungitur undis* M, *unde fundit funditur undis* Ellis, *funditur herbis* Merk. 928 *sedula* Priscian. p. 242, *semine* M N s, *collecto semine* Ellis ex cod. uno Bodl. 937 *uolare* s h. 967 *Scylla furens* M.

XIV 8 *lapsus* s Merk. 10 *uariarum* s h, *umarum* M N.

tu potes hunc,' dixit 'uidear modo dignus, amorem.  
 quanta sit herbarum, Titani, potentia, nulli  
 quam mihi cognitiis, qui sum mutatus ab illis. 15  
 neue mei non nota tibi sit causa furoris,  
 litore in Italico, Messenia moenia contra,  
 Scylla mihi uisa est. pudor est promissa precesque  
 blanditiasque meas contemptaque uerba referre.  
 at tu, siue aliquid regni est in carmine, carmen 20  
 ore moue sacro, siue expugnacior herba est,  
 utere temptatis operosae uiribus herbae.  
 nec medeare mihi sanesque haec uulnera mando ;  
 fine nihil opus est ; partem ferat illa calor.'  
 at Circe (neque enim flammis habet aptius ulla 25  
 talibus ingenium, seu causa est huius in ipsa,  
 seu Venus iudicio facit hoc offensa paterno)  
 talia uerba refert : ' melius sequerere uolentem  
 optantemque eadem parilique cupidine captam.  
 dignus eras ultro (poteras certeque) rogari 30  
 et, si spem dederis, mihi crede, rogaberis ultro.  
 neu dubites absitque tuae fiducia formae,  
 en ego, cum dea sim, nitidi cum filia Solis,  
 carminecum tantum, tantum quoquegraminepossim,  
 ut tua sim uoueo. spernente sperne, sequenti 35  
 redde uices unoque duas ulciscere facto.'  
 talia temptanti ' prius' inquit ' in aequore frondes '  
 Glaucus ' et in summis nascentur montibus algac,  
 sospite quam Scylla nostri mutantur anores.'  
 indignata dea est. et laedere quatenus ipsum 40  
 non poterat (nec uellet amans), irascitur illi,  
 quae sibi praelata est ; uenerisque offensa repulsa,  
 protinus horrendis infania pabula sucis  
 conerit et tritis Hecateia gramina miscet.  
 caerulaque induitur uelamina perque ferarum 45  
 agmen adulantum media procedit ab aula  
 oppositumque petens contra Zancleia saxa  
 Rhegion, ingreditur feruentes aestibus undas,  
 in quibus ut solidis ponit nestigia terris  
 summaque decurrit pedibus super aequora siccis. 50  
 paruus erat gurgis, curuos sinuatus in arcus,  
 grata quies Scyllae ; quo se referebat ab aestu  
 et maris et caeli, medio cum plurimus orbe  
 Sol erat et minimas a uertice fecerat umbras.  
 hunc dea praeuiciat portentificisque uenenis 55  
 inquinat, hic fusos latices radice nocenti  
 spargit et obscurum uerberorum ambage nouorum  
 ter nouiens carmen magico demurmurat ore.  
 Scylla uenit mediaque tenus descenderat aluo,  
 cum sua foedaria latrantibus inguina monstris 60  
 adspicit. ac primo credens non corporis illas  
 esse sui partes, refugitque abigitque timetque  
 ora proterua canum ; sed quos fugit attrahit una.  
 et corpore quaerens femorum crurumque pedumque,  
 Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis, 65  
 statque canum rabie, subiectaue terga ferarum  
 inguinibus truncis nteroque extante coeret.  
 Fleuit amans Glaucus nimiumque hostiliter usae  
 nribus herbarum fugit conubia Circes.  
 Scylla loco mansit, cumque est data copia primum,  
 in Circes odium sociis spoliavit Vlixen. 71  
 mox eadem Teucras fuerat mensura carinas,  
 ni prius in scopulum, qui nunc quoque saxeus extat,  
 transformata foret : scopulum quoque nauita uitat.  
 Hunc ubi Troianaemis auidamque Charybdin 75  
 euicere rates, cum iam prope litus adessent  
 Ausonium, Libycas uento referuntur ad oras,  
 excipit Aeneas illic animoque domoque  
 non bene discidium Phrygii latura mariti  
 Sidonis ; inque pyra sacri sub imagine facta 80  
 incubuit ferro deceptaque decipit omnes.  
 rursus harenosae fugiens noua moenia terrae  
 ad sedenque Erycis fidumque relatus Acestem

sacrificat tumulumque sui genitoris honorat.  
 quasque rates Iris Iunonia paene cremarat, 85  
 soluit et Hippotadae regnum terrasque calenti  
 sulphure fumantis Acheloiadumque relinquit  
 Sirenum scopulos. orbatuque praeside pinus  
 Inarimen Prochytenque legit sterilique locatas  
 colle Pitheceusas, habitantum nomine dictas. 90  
 quippe deum genitor, fraudem et periuria quondam  
 Cercopum exosus gentisque admissa dolosae,  
 in deforme uiros animal mutauit, ut idem  
 dissimiles homini possent similesque uideri,  
 membraque contraxit naresque a fronte resimas 95  
 contudit et rugis perarauit anilibus ora ;  
 totaque uelatos flauenti corpora uillo  
 misit in has sedes. nec nou prius abstulit usum  
 uerberorum et natae dira in periuria linguae ;  
 posse queri tantum rauco stridore reliquit. 100  
 Has ubi praeteriit et Parthenopeia dextra  
 moenia deseruit, laeua de parte canori  
 Aeolidae tumulum et loca feta palustribus undis,  
 litora Cumarum uiuacisque antra Sibyllae  
 intrat, et ad manes ueniat per Auerna paternos 105  
 orat. at illa diu uultum tellure moratum  
 erexit, tandemque deo furibunda recepto  
 ' magna petis,' dixit ' uir factis maxime, cuius  
 dextera pro ferrum, pietas spectata pro ignes.  
 pone tamen, Troiane, metum ; potiere petitis 110  
 Elysiasque domos et regna nouissima mundi  
 me duce cognosces simulacraque cara parentis.  
 inuia uirtuti nulla est uia.' dixit et auro  
 fulgentem ramum silua Iunonis Auernae  
 monstrauit iussitque suo diuellere trunco. 115  
 paruit Aeneas et formidabilis Orici  
 uidit opes atausque suos umbramque senilem  
 magnanimi Anchisae ; didicit quoque iura locorum,  
 quaeque nouis essent adeunda pericula bellis.  
 inde ferens lassos aduerso tramite passus 120  
 eum duce Cumaea mollit sermone laborem.  
 dumque iter horrendum pro opaca crepuscula carpit,  
 ' seu dea tu praesens seu dis gratissima,' dixit  
 ' numinis instar eris semper mihi, neque fatebor  
 muneris esse tui, quae me loca mortis adire, 125  
 quae loca me uisae uoluisti euadere mortis.  
 pro quibus aeras meritis euctus ad auras  
 templa tibi statuum, tribuam tibi turis honores.  
 respicit hunc uates et suspiratibus haustis  
 ' nec dea sum' dixit ' nec sacri turis honore 130  
 humanum dignare caput. neu nescius erres,  
 lux aeterna mihi carituraque fine dabatur,  
 si mea uirginitas Phoebo patuisset amanti.  
 dum tamen hanc sperat, dum praecorumpere donis  
 me cupit, " elige," ait " uirgo Cumaea, quid optes :  
 optatis potiere tuis." ego pulueris hausti 136  
 ostendi cumulum ; quot haberet corpora puluis,  
 tot mihi natales contingere uana rogauit.  
 excidit ut peterei iuuenes quoque protinus annos.  
 hos tamen ille mihi dabat aeternamque iuuentam, 140  
 si uenerem paterer. contempto munere Phoebi  
 innuba permance. sed iam felicio aetas  
 terga dedit tremuloque gradu uenit aetas senectus,  
 quae patienda diu est. nam iam mihi saecula septem  
 acta uides ; superest, numeros ut pulueris aequem, 145  
 ter centum messes, ter centum musta uidere.  
 tempus erit, cum de tanto me corpore paruum  
 longa dies faciet consumptaque membra senecta  
 ad minimum redigentur onus. nec amata uidebor  
 nec placuisse deo. Phoebus quoque forsitan ipse 150  
 uel non cognoscat uel dilexisset negabit ;  
 usque adeo mutata ferar. nulleque uidenda,  
 uoce tamen noscar ; uocem mihi fata relinquent.'  
 Talia conuexum per iter memorante Sibylla

XIV 24 *sine nihil* codd. rec. aliquot, *sineque nil* ε, et *neque nil* M et ut uid. N<sup>1</sup>, *hoc mihi nil* N<sup>2</sup> h. 30 *certe poteratque* ε, *certo* Ellis ex Can. VII. 36 *duos* codd. aliquot. 44 *gramina* M ε h, *amina* N in ras., *carmina* codd. aliquot. 49 *solita est—terris* M, corr. Korn, *solida—terra* N ε h. 66 *rabie* Heins. edd., *rabies* codd. quod defendit Ellis. 75 *hanc* h Merk. 92 *cercopum* M, *peiora* cett. 95 *remissas* codd., corr. Salmasius. 103 *uluis* Heins. ex codd. 105 *ad* M<sup>2</sup>, ut cett. 121 *fallit* N ε. 128 *honoris* M N ε, *honorem* h uulg. 137 *ostendens* ε, N corr. ex *ostendi*.

sedibus Euboieam Stygiis emergit in nrben 155  
Troius Aeneas; sacrisque ex more litatis  
litora addit nondum nutuicis habentia nomen.  
hic quoque substiterat post taedia longa laborum  
Neritus Maeareus, comes experientis Ulixei.  
desertum quondam molliis, en, rupibus Aetnae 160  
noscit Achaemeniden inprouisoque repertum  
niuere miratus 'qui te casusue deusne  
seruat, Achaemiende? eur' inquit 'barbara Graium  
prora uelit? petitur uestra quae terra carina?'  
talia quaerenti, iam non hirsutus amictu, 165  
iam sumis et spinis conserto tegmine nullis,  
fatur Achaemenides: 'iterum Polyphemon et illos  
adspiciam fluidos humano sanguine rictus,  
haec mihi si potior donus est Ithaceae carina,  
si minus Aeneae uenero genitore. nec unquam 170  
esse satis potero, praestem licet omnia, gratis.  
quod loquor et spiro eachumque et sidera solis  
respicio (possimne ingratus et inmemor esse?),  
ille delit, quol non anima haec Cyclopi in ora  
uenit et, ut iam nunc lumen uitale relinquam, 175  
aut tumulo aut certe non illa condar in aluo.  
quid mihi tunc animi (nisi si timor abstulit omuem  
sensum animumque) fuit, cum uos petere alta relictus  
aequora conspexi? nolui inelamare, sed hosti  
prodere me timui. uestrae quoque clamor Ulixis 180  
paene rati nocuit. uidi, cum monte reuulso  
inmauem scopulum medias permisit in undas;  
nidi iterum ueluti tormenti uiribus acta  
nasta Gigante) iaculantem saxa lacerto,  
et ne deprimeret illuctus uentusue carinam, 185  
perituiui, iam me non esse oblitus in illa.  
ut uero fuga uos a certa morte reloxit,  
ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam  
praetemptaque manu siluas et luminis orlus  
rupibus meursat foedataque braecchia tabo 190  
in mare protendens gentem exsecratur Achinam,  
utque ait: "o si quis referat mihi casus Ulixen,  
aut aliquem e sociis, in quem mea saeuat ira,  
uiscera cuius edam, cuius uiuentia dextra  
membra mea laniem, cuius mihi sanguis inuolet 195  
guttur et elisi trepidant sub dentibus artus:  
quam nullum aut leue sit damnum mihi lucis  
ademptae!"  
haec et plura ferox. me lurilus occupat horror  
spectantem uultus etiamnum caede madentes  
erublesque manus et inanen luminis orbem 200  
membraque et humano concretam sanguine barbam.  
mors erat ante oculos, minimum tamen illa malorum.  
et iam prensurum, iam nunc mea uiscera rebar  
in sua mesurum; mentisque haerebat imago  
temporis illius, quo uidi bina meorum 205  
ter quater adligi sociorum corpora terrae,  
cum super ipse iacens hirsuti more leonis  
uisceraque et carnes cuique albis ossa melullis  
semianimesque artus auidam condebat in alumn.  
me tremor inuasit: stabam sine sanguine maestus; 210  
mandentemque nidens ciectantemque cruentas  
ore dapes et frusta nero glomerata nomentem,  
talia lingebam misero mihi fata parari.  
perque dies multos latitans omuemque tremiseens  
ad strepitum, mortemque timens cupidusque moriri,  
glande famem pellens et mixta frondibus herba, 216  
solus, inops, expses, leto poenaepae relictus  
hanc procul adspexi longo post tempore nanem  
oranique fugam gestu ad litusque ecurri  
et moui; Graiumque ratis Troiana recepit. 220

tu quoque paude tuos, comitum gratissime, casus  
et ducis et turbae, quae tecum est credita ponto.'

Aeolon ille refert Tusco regnare profundo,  
Aeolon Hippotaden cohibentem carcere uentos.  
quos bouis inclusos tergo, memorabile munus, 225  
Dulichium sumpsisse ducem Ilatuque secundo  
lucibus isse nouem et terram adspexisse petitam.  
proxima post nonam cum sese Aurora moueret,  
uidia socios praedaeque cupidine uictos,  
esse ratos aurum, dempsisse ligamina uentis; 230  
cum quibus isse retro, per quas modo uenerat mlas,  
Aeolique ratem portus repetisse tyranni.  
'inde Iani ueterem Laestrygonis' inquit 'in urbem  
nenimus. Antiplates terra regnabat in illa.  
missus ad hunc ego sum, numero comitante dnorum,  
uixque fuga quaesita salus comitique milhique; 236  
tertius e nobis Laestrygonis impia linxit  
ora errore suo. fugientibus instat et agmen  
coccitat Antiplates. coeunt et saxa trabesque  
conieciunt merguntque uiros merguntque carinas. 240  
una tamen, quae nos ipsomque uehebat Ulixen,  
alligit. amissa sociorum parte dolentes  
uultaque conquesti terris adlabimur illis,  
quas procul hinc cernis. prouul hinc, mihi crede  
uidemla

insula uisa mihi; tuque, o iustissime Troum, 245  
nate dea (neque enim linito Marte nocendus  
hostis es, Aenea) monco, fuge litora Circes.  
nos quoque Ciraeo religata in litore pinu,  
Antiplatea memores inmausetique Cyclopiis,  
ire negabamus, sed tecta ignota subire 250  
sorte sumus lecti. sors me lidumque Politen  
Eurylochumque simul nimiumque Elpenora uini  
bisque nouem socios Ciraeae ad moenia misit.  
quae simul attigimus stetimusque in limine tecti,  
nulle lupi mixtique lupis ursisque leaeque 255  
ocensu fecere metum. sed nulla timenda  
nullaque erat nostro factura in corpore uulnu  
quin etiam blandas mouere per aera caudas  
nostraque aduantes comitant uestigia, donec  
excipiunt famulae perque atria marmore tecta 260  
ad dominam ducunt. pulchro sedet illa recessu,  
sublimi solio, pallamque induta nitentem  
insuper mirato circumelatur noietu.

Nerides Nymphaeaeque simul, quae melleria dotis  
nulla trahunt digitis nec fila sequentia ducunt; 265  
gramina disponunt sparsosque sine ordine flores  
secernunt calathis uariasque cobribus herbas.  
ipsa quod haec faciunt opus exigit, ipsa quis usus  
quae sit in folio, quae sit concordia mixtis  
nouit et aduertens pensas examinat herbas. 270  
haec ubi nos uulit, dicta acceptaque salute,  
diffudit uultus et reddidit omnia uotis.  
nec mora, misceri tosti iubet hordea grani  
mellaque nimumque meri cum luete coagula passio,  
quique sub hac lateant furtim dulcedine, sacros 275  
uoluit. accipimus sacra data pocula dextra.  
quae simul amenti sitientes hausimus ore,  
et tetigit summos uirga dea dira capillos,  
(et uidet et referam) saetis horrescere coepi,  
nec iam posse loqui, pro uerbis edere rancem 280  
murmur et in terram toto preouebere uultu,  
osque meum sensi pando ocellalescere rostro,  
colla tumere toris, et qua modo pocula parte  
sumpta mihi fuerant, illa uestigia feci.  
cumque eadem passis (tantum medicamina possunt)  
claudor hara. solumque suis caruisse figura 286

XIV 155 emergit h uulg., emersus M N, emersit Can. VII. 159 ulirici h cod. Monacensis Priscian., uliris (is ex e?) M N in ras. e. 160 en Merk., e M h, sub N, in uulg., is Korn. 169 ita restituit Nangerius, haec mihi M, haec m. e b, ha m. N. si (ex ni) potior N<sup>2</sup>, ni potior e Can. VII, ne patiar M, ne potiar h. Ithacique M N, itachique h, itachi atque e. 173 inmemor e, impius M N h. 176 out (tumulo N et Heins., ut tumulo M e b. 181 reuoluo N, reuulsou e h. 185 acutusue M (erasus N), iactansue Merk., fluctusue ictusue Riese. 187 a certa M h, ab aetrua N, ab aetrua e. 188 fremebundus Heins. ex cod. uno. 196 crepitent unus cod. Bentl. 200 orbem M. 215 cupiensque N e. moriri uulg., morique M, morori N. 219 genuit M N h. 244, 245 hinc—tuque uelocit Korn. 250 ad cod. aliquot, set N in ras., uel M h, et e. 252 uinum—uini Thysii. uinum—binos M, uinum—uino uulg., uinum—uini (hui N) N e b. 255 mixtoque (hoc e) l. uisaeque Heins. ex codd. 262 sublimi. sollemni M N b Riese, sublimis codd. aliquot Burn. 269 quoque e. 272 307 desunt in M. 272 omnia Can. VII. 300 reddere Can. VII.

uidimus Eurylochum; solus data pocula fugit.  
 quae nisi uitasset, pecoris pars una manerem  
 nunc quoque saetigeri, nec tantae cladis ab illo  
 certior ad Circeen ultor uenisset Vlixes. 290  
 pacifer huic dederat florem Cyllenius album,  
 moly uocant superi, nigra radice tenetur.  
 tutus eo monitisque simul caelestibus intrat  
 ille domum Circes, et ad insidiosam uocatus  
 pocula, conantem uirga mulcere capillos 295  
 reppulit et stricto pauidam deterruit ense.  
 inde fides dextraeque datae, thalamoque receptus  
 coniugii dotem sociorum corpora poscit.  
 spargimur ignotae sucis melioribus herbae  
 percutimurque caput conuersae uerbere uirgae, 300  
 uerbaque dicuntur dictis contraria uerbis.  
 quo magis illa canit, magis hoc tellure leuati  
 erigimur, saetaeque cadunt, bifidosque relinquit  
 rima pedes, redeunt umeri et subiecta lacertis  
 brachia sunt. fentem flentes amplectimur ipsi 305  
 haeremusque ducis collo; nec uerba locuti  
 ulla priora sumus, quam nos testantia gratos.  
 annua nos illic tenuit mora, multaue praesens  
 tempore tam longo uidi, multa auribus hausi.  
 hoc quoque cum multis, quod clam mihi rettulit una  
 quattuor e famulis ad thalia sacra paratis. 311  
 cum duce namque meo Circe dum sola moratur,  
 illa mihi niueo factum de marmore signum  
 ostendit iuuenale, gerens in uertice picem,  
 aede sacra positum multisque insigne coronis. 315  
 quis foret et quare sacra coleretur in aede,  
 cur hanc ferret auem quaerenti et scire uolenti  
 "accipe," ait "Maereu, dominaeque potentia quae  
 sit,  
 hinc quoque disce meae; tu dictis adice mentem.  
 Picus in Ausoniis, proles Saturnia, terris 320  
 rex fuit, utilium bello studiosus equorum.  
 forma uiro, quam cernis, erat; licet ipse decorem  
 adspicias fictaque probes ab imagine ueram.  
 par animus formae. nec adhuc spectasse per annos  
 quinquennem poterat Graia quater Elide pugnam.  
 ille suos Dryadas Latiis in montibus ortas 326  
 uerterat in uultus, illum fontana petebant  
 numina, Naiades, quas Albula, quasque Numici,  
 quas Anienis aquae cursuque breuissimus Almo  
 Narue tulit praecipis et opacae Farfarus umbrae, 330  
 quaeque colunt Scythicae stagnum nemorale Dianae  
 finitimosque lacus. spretis tamen omnibus unam  
 ille colit Nymphen, quam quondam in colle Palati  
 dicitur Ionio peperisse Venilia Iano.  
 haec ubi nubilibus primum maturuit annis, 335  
 praeposito cunctis Laurenti tradita Pico est:  
 rara quidem facie, sed rarior arte canendi,  
 unde Canens dicta est. siluas et saxa mouere  
 et mulcere feras et flumina longa morari  
 ore suo uolucresque uagas retinere solebat. 340  
 quae dum feminea modulatur carmina uoce,  
 exierat tecto Laurentes Picus in agros,  
 indigenas fixurus apros, tergumque premebat  
 acris equi, laeuaque hastilia bina ferebat,  
 poeniceam fuluo chlamydem contractus ab auro. 345  
 uenerat in silnas et filia Solis eadem,  
 utque nouas legeret fecundis collibus herbas,  
 nomine dicta suo Circaea reliquerat arma,  
 quae simul ac iuuenem uirgultis abdita uidit,  
 obstipuit. cecidit manu quas legerat herbae, 350  
 flammaque per totas uisa est errare medullas.  
 ut primum ualido mentem collegit ab aestu,  
 quid cuperet fassura fuit; ne posset adire,  
 cursus equi fecit circumfusisque satelles.

"non" ait "effugies, uento rapiare licebit, 355  
 si modo me noui, si non euanuit omnis  
 herbarum uirtus, nec me mea carmina fallunt."  
 dixit et effigiem nullo cum corpore falsi  
 finxit apri praeterque oculos transcurrere regis  
 iussit et in densum trabibus nemus ire uideri, 360  
 plurima quia silua est et equo loca peruia non sunt.  
 haud mora, continuo praedae petit inescius umbram  
 Picus equique celer spumantia terga relinquit  
 spemque sequens unam silua pedes errat in alta.  
 concipit illa preces et uerba precantia dicit 365  
 ignotosque deos ignoto carmine adorat,  
 quo solet et niueae uultum confundere Lunae  
 et patrio capiti bibulas subtexere nubes.  
 tum quoque cantato densetur carmine caelum  
 et nebulas exhalat humus, caecisque uagantur 370  
 limitibus comites, et abest custodia regi.  
 nacta locum tempusque "per, o, tua lumina," dixit  
 "quae mea ceperunt, perque hanc, pulcherrime,  
 formam,  
 quae facit ut supplex tibi sim dea, consule nostris  
 ignibus et socerum, qui peruidet omnia, Solem 375  
 accipe, nec durus Titanida despice Circeen."  
 dixerat. ille ferox ipsamque precesque relinquit  
 et "quaecumque es," ait "non sum tuus. altera  
 captum  
 me tenet et teneat per longum, comprecor, aeuum.  
 nec Venere externa socialia foedera laedam, 380  
 dum mihi Ianigenam seruabunt fata Canentem."  
 saepe retemptatis precibus Titania frustra  
 "non inpune ferens, neque" ait "reddere Canenti  
 laesaque quid faciat, quid amans, quid femina disces  
 rebus; at est et amans et laesa et femina Circe."  
 tum bis ad occasus, bis se conuertit ad ortus, 386  
 ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.  
 ille fugit, sed se solito uelocius ipse  
 currere miratur. pennas in corpore uidit  
 quae nouam subito Latiis accedere siluis 390  
 indignatus auem duro fera robora rostro  
 figit et iratus longis dat vulnera ramis.  
 purpureum chlamydis pennae traxere colorem,  
 fibula quod fuerat uestemque momorderat aurum,  
 pluma fit, et fuluo ceruix praecingitur auro; 395  
 nec quicquam antiquum Pico, nisi nomina, restat.  
 Interea comites, clamato saepe per agros  
 nequiquam Pico nullaque in parte reperto,  
 inueniunt Circeen (nam iam tenuauerat auras  
 passaque erat nebulas uentis ac sole recludi) 400  
 criminibusque premunt ueris regemque reposcut  
 uimque ferunt saeuisque parant incescere telis.  
 illa nocens spargit uirus escosque ueneni  
 et Noctem Noctisque deos Ereboque Chaoque  
 conuocat et longis Hecaten ululatus orat. 405  
 exilure loco (dictu mirabile) siluae,  
 ingemuitque solum, uicinaque palluit arbor,  
 sparsaque sanguineis maduerunt pabula guttis,  
 et lapides uisi mugitus edere raucos,  
 et latrare canes et humus serpentibus atris 410  
 squalere et tenues animae uolitare silentium.  
 attonitum monstris uulguis pauet; illa pauentis  
 ora uenenata tetigit mirantia uirga,  
 cuius ab tactu uariarum monstra ferarum  
 in iuuenes ueniunt: nulli sua mansit imago. 415  
 Sparserat occiduis Tartessia litora Phoebus,  
 et frustra coniunx oculis animoque Canentis  
 expectatus erat. famuli populusque per omnes  
 discurrunt siluas atque obuia lumina portant.  
 nec satis est Nymphae flere et lacerare capillos 420  
 et dare plangorem; facit haec tamen omnia seque

XIV 288 *maneret* codd., corr. Gruterus. 300 *percutimurq.* M N h, *percutiturq.* ε. 324 *per* edd. uett., tot M N ε h. 325 *gratia* codd., *Gratos* Farnabius. *Elide* Heins., *edere* (ae M) M N ε Riese. *pugna* M N ε. 329 *quas*, aut Priscianus. 330 *Narne* M, *Narue* N ε h, *Narque* Heins. *undae* ε Merk. 334 *hionio* M, *ancipiti* ε, *onio* codd. nonnulli, *Ausonio* Rappold, *innocuo* Merk. 339 *longa* codd., *prona* Housman. 357 *nec* me ε Haupt, *me* nec N, et non M h Korn. 365 *uerba uenefica* ε Merk. 371 *regis* M N ε. 383 *ait*, *enim* Heins. 385 *at est* et Postgate, *ait* *sed* codd. tum et l. N ε, est l. M, *lucsa* est h. 386 *ocassum* M N h. 390 *latis* M N ε. 396 *antiqui* cod. unus Heins., *antiquo* N. 400 *resolui* N ε. 411 *silentium* ε, *uidentur* M N h. 416 *traphesia* codd., corr. Farnabius. *praeserat* ε Can. VII.

proripit ac Latios errat uestana per agros.  
sex illam noctes, totidem redeuntia solis  
lmina uiderunt inopem somnigae cibique  
per inga, per ualles, qua fors dicebat, euntem. 425  
ultimus adspexit Thybris luctuque uiaque  
fessam et iam longa ponentem corpora ripa.  
illie eum lacrimis ipsos modulata dolores  
nerba sono tenui maerens fundebat, ut olim  
carmina iam moriens canit exequialia cygnus. 430  
luctibus extremum tenues liquefacta medullas  
tabuit inque leues paulatim euauit auras.  
fama tamen signata loco est, quere rite Canentem  
nomine de Nymphae ueteres dixere Camenae.”  
talia multa mihi longum narrata per annum 435  
uisaque sunt. residues et desuetudine tardi  
rursus inire fretum, rursus dare uela iubemur.  
aneipitesque uias et iter Titania uastum  
dixerat et saeui restare pericula ponti.  
pertinui, fateor; naetusque hoc litus adhaesi.’ 440  
Finierat Macareus. unaque Aeneia nutrix  
condita marmorea tumulo breue carmen habebat:  
HIC ME CALETAM NOTAE PIETATIS ALYMNVS  
EREPTAM ARGOLICO, QVO DEBIT, IGNE CREMAUIT.  
soluitur herboso religatus ab aggere funis, 445  
et procul insidias infamataeque relinquunt  
teeta deae leuosque petunt, ubi nubilis umbra  
in mare eum flaua prorupit Thybris harena.  
Faunigenaeque domo potitur ataque Latini,  
non sine Marte tamen. bellum eum gente feroci  
suscepit, praetaque furit pro coniuge Turnus. 451  
concurrit Latio Tyrrenia tota, dinque  
ardua sollicitis uictoria quaeritur armis.  
auget uterque suas externo robore uires,  
et multi Rutulos, multi Troiana tuentur 455  
castra. neque Aeneas Euandri ad moenia frustra,  
at Venulus magnam profugum Diomedis ad urbem  
nenerat. ille quidem sub Iapyge maxima Dauno  
moenia condiderat dotaliaque arua tenebat.  
sed Venulus Turni postquam mandata peregit 460  
auxiliumque petit, uires Aetolius heros  
exeuat; nec se aut soceri committere pugnae  
uelle sui populos aut quos e gente suorum  
armet habere uiros. ‘neue haec commenta putetis,  
admonitu quamquam renouetur luctus amarus, 465  
perpetiar memorare tamen. postquam alta cremata  
est  
Ilios et Danaas panerunt Pergama flammis  
Naryeisque heros, a uirgine uirgine rapta,  
quam meruit poenam solus, digessit in omnes,  
spargimur et uentis inimica per aequora rapti 470  
fulmina, noctem, imbres, iram caelique marisque  
perpetinur Danai eumlibumque Capherea cladis.  
neue morer referens tristes ex ordine easis,  
Graecia tum potuit Priamo quoque flenda uideri.  
me tamen armiferae seruatum cura Minernae 475  
fluctibus eripuit. patriis sed rursus ab agris  
pellor, et antiquo memores de uulnere poenis  
exigit alma Venus. tantosque per alta labores  
aequora sustinui, tantos terrestribus armis,  
ut mihi felices sint illi saepe nocati, 480  
quos communis hiemps importunisque Capherens  
mersit aquis, uellemque horum pars una fuisset.  
ultima iam passi comites belloque fretoque  
defieunt finemque rogant erroris. at Aemon  
feruidus ingenio, tum nero et eladibus asper, 485  
“quid sperest quod iam patientia nostra recuset

ferre, uiri?” dixit; “quid habet Cytherea quod ultra,  
uelle puta, faciat? nam dum peiora timentur,  
est locus in uulnus; sors autem ubi pessima rerum,  
sub pedibus timor est securaque summa malorum.  
audiat ipsa, licet; et, quod facit, oderit omnes 491  
sub Diomede uiros; odium tamen illius omnes  
spernimus; et magno stat magna potentia nobis.”  
talibus iritans Venerem Pleuronius Aemon  
instinrulat uerbis neteremque resuseitat iram. 495  
dieta placent paucis: numeri maioris amici  
Aemona corripimus. cui respondere uolenti  
nox pariter uocisque uia est tenuata, eomaeque  
in plumas abeunt, plumis noua colla teguntur  
pectoraque et tergum, maiores braccia pennas 500  
accipiunt, cubitque leues sinuantur in alas.  
magna pedis digitos pars occupat, oraque cornu  
indurata rigent finemque in acuminis ponunt,  
hunc Lyens, hunc Idas et eum Rhixenore Nycteus,  
hunc miratur Abas; et dum mirantur, eandem 505  
accipiunt faciem. numerusque ex agmine maior  
subuolat et remos plausis circumuolat alis.  
si uoluerum quae sit dubiarum forma requiris,  
ut non cygnorum, sic albis proxima cygnis.  
uix equidem has sedes et Iapygis arida Dauni 510  
arua gener teneo minima eum parte meorum.’  
Haetens Oenides. Venulus Calydonia regna  
Peuceciosque sinus Messapiaque arua relinquunt.  
in quibus antra nidet, quae multa nubila silua  
et lenibus cannis uariantia semicaper Pan 515  
nunc tenet; at quodam tenebant tempore Nymphae.  
Apulus has illa pastor regione fugatas  
ternit et primo subita formidine mouit;  
mox ubi mens rediit et contempsero septentem,  
ad numerum motis pedibus duxere choreas. 520  
inprobat has pastor saltuque imitatus agresti  
addidit obscenis comicia rustica dietis.  
nec prius os taenit, quam guttura condidit arbor.  
arbor enim est sineque licet cognoscere mores.  
quippe notam linguae bacis olestem amaris 525  
exhibet; asperitas nerborum cecit in illas.  
Hinc ubi legati rediere negata ferentes  
arua Aetola sibi, Rutuli sine miribus illis  
bella instructa gerunt; multumque ab utraque  
erroris  
parte datur. fert ecce audias in pinea Turnus 530  
texta faces, ignesque timent, quibus unda pepercit.  
iamque picem et ceras alimentaque cetera flammiae  
Mulciber urebat perque altum ad carbasa malum  
ibat, et inermnae fumabant transtra earinae;  
cui memor has pinus Idaeio uertice caesas 535  
sancta demum genitrix timitibus aera puls  
aeris et inflati conplemit murmure buxi,  
perque leues domitis innecta leonibus auras  
‘irrita sacrilega iactas incendia dextra,  
Turne;’ ait ‘cripian, nec me patiente cremabit 539  
ignis edax nemorum partes et membra meorum.’  
intonuit dicente dea, tonitruumque secuti  
eum saliente graues ecciderunt grandine nimbi,  
aeraque et tumidum subnitens concursibus aequor  
Astraci turbant et eunt in proelia fratres. 545  
e quibus alma parens unius miribus usa  
stuppea praerupit Phrygiae retinacula classis  
fertque rates pronas medioque sub aequore mergit.  
robore mollito liguoque in corpora uerso  
in caputum facies puppes mutantur aduncae, 550  
in digitos abeunt et erura natantia remi,

XIV 427 iam longa M h, longa N, in gelida s. 428 ipsos—dolores Can. VII N<sup>o</sup>, ipso—dolore uulg. 435 mutata per aeuum M et ut uid. N<sup>o</sup>. 436 uisus, s, multaq. M N h. 456 ad limina s. 457 frustra N uulg., magnam M. 461 -que petit codd. aliquot, petit N, petiit M s h. 465 luctus renouentur amari s, renouentur l. amari N. 467 Ilion M N s h. pergama dextras M, diras Merk. 472 capherea M N, Capherea uulg. similiter 481. 473 referens N uulg., referam M s h. 476 agris. Argis duo codd., idem conii. Merk. 482 fuiss N. 484 terroris codd., corr. Accursius. 489 est locus in uultus (us corr. ex ū) M, uulnus Merk., in uoto s h, in uo. to N, est in uoto locus Heins. 493 et magno codd., et paruo Heins., haut magno Ellis. mamiloquentia Merk. 494 iectum M, iratum N s h, corr. Bentl. 502 pedis M N h quod defendit Ellis, pedum s edd. 508 dubiarum M N s h Ellis, subitarum Heins. ex codd. 515 marantia codd., uariantia Ellis, latitanda Korn, natantia Merk. 521 saltuque—auristem M. 523 obticit N in ras. s. 526 bacis codd., foliis Polle. 526 illas N h, illa M, illis s. 534 transtra s h Can. VII, uae M N. 547 classis. puppis M N.

quodque sinus fuerat latus est, mediisque carina  
subdita nauigiis spinæ mutatur in usum ;  
lina comæ molles, antennæ brachia fiunt.  
caerulus, ut fuerat, color est ; quasque ante time-

bant, 555

illas uirgineis exercent lusibus undas  
Naides æquoreæ ; durisque in montibus ortæ  
molle fretum celebrant, nec eas sua tangit origo.  
non tamen oblitæ quam multa pericula sæuo  
pertulerint pelago, iactatis sæpe carinis 560  
supposuere manus, nisi si qua uehebat Achiuos.  
cladis adhuc Phrygiæ memores, odere Pelasgos  
Neritiæque ratis uiderunt fragmina laetis  
multibus, et laetis uidere rigescere puppin  
uultibus Alcinoi saxumque incresecere ligno. 565

Spes erat, in Nymphas animata classe marinas,  
posse metu monstri Rutulum desistere bello.  
perstat, habetque deos pars utraque, quodque deorum  
est

instar, habent animos. nec iam dotalia regna  
nec sceptrum soceri nec te, Lauinia uirgo, 570  
sed uicisse petunt, deponendique pudore  
bella gerunt. tandemque Venus uictricia nati  
arma uidet, Turnusque cadit ; cadit Ardea, Turno  
sospite dicta potens. quam postquam Dardanus  
ignis

abstulit et tepida latuerunt tecta fauilla, 575  
congerie e media tum primum cognita præpes  
subuolat et cineres plausis euerberat alis.  
et sonus et macies et pallor et omnia captam  
quæ deceant urbem, nomen quoque mansit in illa  
urbis ; et ipsa suis deplangitur ardea pennis. 580

Iamque deos omnes ipsamque Aeneia uirtus  
Iunonem ueteres finire coegerat iras,  
cum, bene fundatis opibus crescentis Iuli,  
tempestiuus erat caelo Cythereius heros.  
ambieratque Venus superos colloque parentis 585  
circumfusa sui 'nunquam mihi' dixerat 'ullo  
tempore dure pater, nunc sis mitissimus, opto,  
Aeneæque meo, qui te de sanguine nostro  
fecit auum, quamuis paruum des, optime, numen,  
dummodo des aliquid. satis est inamabile regnum  
adspexisse semel, Stygios semel isse per amnes.' 591  
adnosere dei, nec coniunx regia uultus  
inmotos tenuit, placatoque adnuuit ore.  
tum pater 'estis' ait 'caelesti munere digni,  
quæque petis, pro quoque petis. cape, nata, quod  
optas.' 595

fatus erat. gaudet gratesque agit illa parenti  
perque leues auras iunctis inuecta columbis  
litis adit Laurens, ubi tectus harundine serpit  
in freta flumineis uicina Numicius undis.  
hunc iubet Aeneæ, quæcumque obnoxia morti, 600  
ablueret et tacito deferre sub æquora cursu.  
corniger exsequitur Veneris mandata suisque  
quæquid in Aenea fuerat mortale repurgat  
et respergit aquis ; pars optima restitit illi.  
lustratum genetrix diuino corpus odore 605  
unxit et ambrosia cum dulci nectare mixta  
contigit os fecitque deum. quem turba Quirini  
nuncupat Indigetem temploque arisque recepit.

Inde sub Aseanii ditione binominis Alba  
resque Latina fuit. succedit Siluius illi. 610  
quo satus antiquo tenuit repetita Latinus  
nomina cum scepro. clarus subit *Alba* Latinum.  
Epytus ex illo est. post hunc Capetusque Capysque,  
sed Capys ante fuit. regnum Tiberinus ab illis

cepit et in Tusci demersus fluminis undis 615  
nomina fecit aquæ. de quo Remulusque feroxque  
Acrota sunt geniti. Remulus maturior annis  
fulmineo perit, imitator fulminis, ictu.

fratre suo sceptrum moderatur Acrota forti 620  
tradit Auentino. qui, quo regnarat, eodem

monte iacet positus tribuitque uocabula monti.  
iamque Palatinæ summam Proca gentis habebat.  
rege sub hoc Pomona fuit, qua nulla Latinas  
inter Hamadryadas coluit sollertius hortos

nec fuit arborei studiosior altera fetus ; 625  
unde tenet nomen. non siluas illa nec amnes,  
rus amat et ramos felicia poma ferentes.

nec iaculo grauis est, sed adunca dextera falce,  
qua modo luxurium premit et spatiantia passim  
brachia conpescit, fisso modo cortice lignum 630  
inserit et sucos alieno præstat alumno.

nec sentire sitim patitur bibulaeque recuruas  
radicis fibras labentibus inrigat undis.  
hic amor, hoc studium ; ueneris quoque nulla cupido  
est.

uim tamen agrestum metuens pomaria claudit 635  
intus et accessus prohibet refugitque uiriles.

quid non et Satyri, saltatibus apta iuuentus,  
fecere et pinu præcincti cornua Panes  
Siluanusque suis semper iuuenilior annis,  
quique deus fures uel falce uel inguine terret, 640  
ut poterentur ea ? sed enim superabat amando  
hos quoque Vertumnus, neque erat felicius illis.

o quotiens habitu duri messoris aristas  
corbe tulit uerique fuit messoris imago !  
tempora sæpe gerens faeno religata recenti 645  
desectum poterat gramen uersasse uideri ;  
sæpe manu stimulos rigida portabat, ut illum  
iurasses fessos modo disiunxisse iuuenos ;  
falce data frondator erit utisque putator ;  
induerat sealas, lecturum poma putares ; 650  
miles erat gladio, piscator harundine sumpta.

denique per multas aditum sibi sæpe figuras  
repperit, ut caperet spectatae gaudia formæ.  
ille etiam picta redimitus tempora mitra,  
innitens baculo, positus per tempora canis, 655  
adsimulauit anum cultosque intrauit in hortos  
pomaque mirata est. 'tanto' que 'potentior' inquit,  
paucaque laudatae dedit oscula, qualia numquam  
uera dedisset andos, glæbaque incurua resedit,  
suspiciens pandos autumnii pondere ramos. 660  
ulmus erat contra speciosa nitentibus uuis ;  
quam socia postquam pariter cum uite probauit,  
'at si staret' ait 'caelebs sine palmite truncus,  
nil præter frondes quare peteretur haberet.

haec quoque, quæ iuncta uitis requiescit in ulmo,  
si non nupta foret, terna adclinata iaceret. 666  
tu tamen exemplo non tangeris arboris huius  
concupitusque fugis nec te coniungere curas.  
atque utinam uelles, Helene non pluribus esset  
sollicitata procis, nec quæ Lapitheia mouit 670  
proelia, nec coniunx timidi aut audacis Vlixis.

nunc quoque, cum fugias auerserisque petentes,  
mille uiri cupiunt et semideique dei que  
et quæcumque tenent Albanos numina montes.  
sed tu si sapies, si te bene iungere animumque 675  
hanc audire uoles, quæ te plus omnibus illis,  
plus quam credis, amo, uulgares reice taedas  
Vertumnusque tori socium tibi selige. pro quo  
me quoque pignus habe. neque enim sibi notior ille  
est

XIV 552 sinus uulg., prius N Riese. 559 saeuo N, saepe M h. 574 hospite uicta M N. barbarus codd., corr. Heins. ignis. ensis M N h. 575 patuerunt M N h. 582 cocreuit M N h. 589 paruo M. 594 placato numine M h. 604 respergit Heins. ex codd., respersit M N e h. 612 Alba Politianus, ecce codd. latinus M h, latino N e. 613 est om. e. 622 ita edd. Naugerium secuti, palatinus N e h. summæ loca codd. 629 passim N in ras. uulg., contra M. 630 cortice uirgam Heins. ex codd. 632 recuruas N uulg., repugnans M, repurgans Ellis, rctunas Merk. 641 poterant N, potirentur M e h. 646 desertum—uersare M N h. 648 iurasses M N Can. VII, iurares uulg. 655 ad tempora Heins. ex codd. 657 peritior N (eri N<sup>2</sup>) Can. VII. 658 pluraque laudatae ac dedit Merk. 662 quam copiam—uirtute probauit M, q. compta—u. p. Merk. 666 nupta codd. aliquot, nuda M h, iuncta N<sup>2</sup> e. 671 timidi aut audacis codd., nimium tardantis Riese, tarde remcantis Postgate coll. Stat. S. II. l. 118, 6. 57, alii alia temptarunt. Vlixei Heins.

quam mihi. nec passim toto uagus errat in orbe; 680  
haec loca sola colit; nec, uti pars magna procorum,  
quas modo uidit amat; tu primus et ultimus illi  
ardor eris, solique suos tibi deuouet annos.  
adde quod est iuuenis, quod naturale decoris  
minus habet formasque apte fugetur in omnes, 685  
et quod erit iussus, iubeas licet omnia, fiet.  
quid quod amatis idem? quod, quae tibi poma

coluntur,  
primus habet laetaque tenet tua munera dextra?  
sed neque iam fetus desiderat arbore deumptos,  
nee, quas hortus alit, cum suis mitibus herbas, 690  
nec quaequam nisi te. miserere ardentis et ipsi,  
quod petit, ore meo praesentem erede precari;  
ultiores deos et pectora dura perosam  
Idalien memoremque time Rhannusidam iram.  
quoque magis timeas, (eterim mihi multa uetustas  
scire dedit) referam tota notissima Cypro 696  
facta, quibus flecti facile et mitescere possis.

Viderat a ueteris generosam sanguine Teneri  
Iphis Anaxareten lumili de stirpe creatus,  
uiderat et totis perceperat ossibus aestum, 700  
luetatusque diu, postquam ratione furorem  
uincere non potuit, supplex ad limina uenit  
et modo nutrici miserum confessus amorem,  
ne sibi dura foret, per spes orauit alumnae;  
et modo de multis alicui blanditus amicis 705  
sollicita petiit propensum uoce fauorem.

saepe ferenda dedit blandis sua uerba tabellis,  
interdum madidas lacrimarum rore coronas  
postibus intendit posuitque in limine duro  
molle latus tristisque serae conuicia fecit. 710  
saenior illa freto surgente cadentibus Haedis,  
durior et ferro quod Norieus excoquit ignis,  
et saxo quod adhuc uiuum radice tenetur,  
spernit et iridet factisque immitibus addit

uerba superba ferax et spe quoque fraudat amantem.  
non tulit inpatiens longi tormenta doloris 716  
Iphis et ante fores haec uerba nouissima dixit:

“uineis, Anaxarete, neque erunt tibi taedia tandem  
ulla ferenda mei. lactos molire triumphos  
et Paena uoca nitidaeque incingere lauru; 720  
uineis enim, ueriorque libens. age, ferrea, gaude.

certe aliquid laudare mei cogeris, eritque  
quo tibi sim gratus; meritumque fatebere nostrum.  
non tamen ante tui curam excessisse memento,  
quam uitam, geminaque simul mihi luce earendum.  
nec tibi fama mei uentura est mntia leti: 726  
ipse ego, ne dubites, adero praesensque uidebor,

corpore ut exanimi crudelia lumina pascas,  
si tamen, o superi, mortalia facta uidetis,  
este mei memores (nihil ultra lingua precari 730  
sustinet) et longo facite ut narremur in aeuo,  
et quae dempsistis uitae, date tempora famae.”

dixit et ad postes ornatos saepe coronis  
umentes oculos et pallida brachia tollens,  
cum foribus laquei religaret uincula summis, 735  
“haec tibi sarta placent, erudelis et inopia?” dixit  
inseruitque caput, sed tum quoque uersus ad illam,  
atque onus infelix elisa fauce pepeudit.

icta pedum motu trepidantum [et multa timentum  
uisa dedisse sonum est ad aperta] ianua factum 740  
prodidit. exclamant famuli frustra que leuatum  
(nam pater occiderat) referunt ad limina matris.  
accipit illa sinu, complexaque frigida nati  
membra sui postquam miserorum uerba parentum

edidit et matrum miserarum facta peregit, 745  
funera ducebant mediam lacrimosa per urbem  
luridaque arsuro portabant membra feretro.

forte uiae uicina domus, qua flebilis ibat  
pompa, fuit duraeque sonus plangens ad aures  
uenit Anaxaretae, quam iam deus ultor agebat. 750  
mota tamen “uideamus” ait “miserabile funus”  
et patulis iniit teetum subline fenestris.

uixque bene inpositum lecto prospexerat Iphiu;  
deriguere oculi, calidusque e corpore sanguis  
inducto pallore fugit, conataque retro 755  
ferre pedes, laesit; conata auertere uultus,  
hoc quoque non potuit. paulatimque occupat artus,  
quod fuit in duro iam pridem pectore, saxum.  
neue ea fieta putes, dominae sub imagine signum  
seruat adhuc Salaminis; Veneris quoque nomine  
templum 760

Prosperientis habet. quorum memor, o mea, lentos  
pone, precor, fastus et ananti iungere, Nymphie.  
sic tibi nec uernum nascentia frigus adurat  
poma nec excutiant rapidi florentia uenti.  
haec ubi nequiquam forma deus aptus auili 765  
edidit, in iuuenem rediit et anilia demit  
instrumenta sibi talisque apparuit illi,  
qualis ubi oppositas nitidissima solis imago  
eiecit nubes nullaque obstante reluit;  
uimque parat; sed ui non est opus, inque figura 770  
capta dei Nymphie est et nutua uulnere sensit.

Proximus Ausoniae iniusti miles Amuli  
rexit opes, Nubitorque senex amissa nepotum  
munere regna capit, festisque Palilibus urbis  
moenia eonduntur. Tatiusque patresque Sabini 775  
bella gerunt, arcisque uia Tarpeia reclusa  
dignam animam poena congestis exiit armis;  
inde sati Curibus tacitorum more luporum  
ore preunt uoces et corpora uicta sopore

inuadunt portasque petunt, quas obice tirmo 780  
clauserat Iliades. unam tamen ipsa reclusit  
nec strepitum uerso Saturnia cardine fecit.  
sola Venus portae cecidisse repagula sensit  
et clausura fuit, nisi quod rescindere nunquam  
dis licet acta deum. lauo loca iuncta tenebant 785  
Naides Ausoniae gelido rorantia fonte.

has rogat auxilium. nec Nymphae iusta petentem  
sustinere deum uenasque et lumina fontis  
clieuerunt sui. nondum tamen inuia Iani  
ora patentis erant, neque iter praeceluserat uula. 790  
brida supponunt fecundo sulphura fonti  
incenduntque canas fumante bifumine uenas.

uiribus his aliisque uapor penetravit ad ima  
fontis, et Alpino modo quae certare rigori  
audebatis aquae, non ceditis ignibus ipsis. 795  
flammarum gemini fumant adspergine postes,  
portaque, nequiquam rigidis promissa Sabinis,  
fonte fuit praestructa nouo, dum Martius arma  
indneret miles. quae postquam Romulus ultro

obtulit, et strata est tellus Romana Sabinis 800  
corporibus strata estque suis, generique cruorem  
sanguine cum soceri permiscuit iupius ensis,  
pace lamen sisti bellum nec in ultima ferro  
deceatate placet Tatiumque accedere regno.

Oeciderat Tatius, populisque aequata duobus, 805  
Romule, iura dabas, posita cum casside Maiores  
talibus adfatur diuinumque hominumque parentem:  
“tempus adest, genitor, quoniam fundamine magno  
res Romana ualet nec praeside pendet ab uno,

XIV 681 haec uulg., nec e Merk. magna M N e h, sola cum codd. nonnullis Heins. (cf. Housman Trans. Camb. Philol. Soc. iii p. 141). 682 quam modo N. 695 cauas e edd. uett. 700 ignibus M N b. 705 707 hos uu. om. M expunxit Merk. 711 surdior codd. pauci. austris codd., corr. Comst. Fanensis. hodiis codd. aliquot. 722 eritque N<sup>2</sup> e, amoris M b. 723 hinc u. secluserunt Merk. al. 724 tui Heins. Can. VII, tibi M h, michi N<sup>2</sup> e. curamque egisse M, curam finisse h, excessisse Heins., excessisse codd. plerique. 733 laudatos M N b. 735 somni M. 739 trepidantum—timentum codd. aliquot Heins., trepidantum—timentum M N e h. et—adapertaque damnauit Postgate, trepidantum—sonum Merk. 744 miserorum M N h Ellis, miserorum uulg. edd. 765 forma deus aptus auili M h, formas d. a. in ouanes N<sup>2</sup> e al., formas d. apta senili (senili iam Merkel) Housman, deceptus Ellis (Journ. Philol. vii p. 76), celatus Korn, uelatus Zingerle. 766 anilio. uilia Postgate. 773 nepotis M N e. 774 palibibus M N e, parilibus h. 780 feno. fultas Priscianus. 803 ferro N<sup>2</sup> e, tantum M h. 804 excedere M N b. 809 nec Heins. ex cod. uno, et codd.

<p>praemia, quae promissa mihi dignoque nepoti, 810          soluere et ablatum terris inponere caelo.          tu mihi concilio quondam praesente deorum          (nam memoro memorique animo pia uerba notau)          "unus erit, quem tu tolles in caerulea caeli"          dixisti. rata sit uerborum summa tuorum.' 815          admiit Omnipotens et nubibus aera caecis          occuluit tonitruque et fulgure terruit orbem.          quae sibi promissae sensit rata signa rapinae,          innixusque hastae pressos temone cruento          inpauidus conscendit equos Gradius et ictu          uerberis increpuit, pronusque per aera lapsus          constitit in summo memorosi colle Palati          reddentemque suo iam regia iura Quiriti          abstulit Iliaden. corpus mortale per auras          dilapsum tenues; sic lata plumbea funda          missa solet medio glans intabescere caelo.          pulchra subit facies et puluinaribus altis          dignior, est qualis trabati forma Quirini.          Flebat ut amissum coniunx, cum regia Iuno          Irin ad Hersiliam descendere limite curuo 830          inperat et uacuae sua sic mandata referre :</p>	<p>'o et de Latia, o et de gente Sabina          praecipuum, matrona, decus, dignissima tanti          ante fuisse uiri, coniunx nunc esse Quirini,          siste tuos fletus et, si tibi cura uidendi 835          coniugis est, duce me lucum pete, colle Quirini          qui uiret et templum Romani regis obumbrat.'          paret et in terram pietos delapsa per arcus          Hersiliam iussis compellat uocibus Iris.          illa uerecundo uix tollens lumina uultu 840          'o, dea, namque mihi nec quae sis dicere promptum          est,          et liquet esse deam, duc, o duc' inquit 'et offer          coniugis ora mihi. quae si modo posse uidere          fata semel dederint, caelum accepisse uidebor.'          nec mora, Romuleos cum uirgine Thaumantea 845          ingreditur colles; ibi sidus ab aethere lapsum          decidit in terras, a cuius lumine flagrans          aetherias crinis cum sidere cessit in auras.          hanc manibus notis Romanae conditor urbis          excipit et priscum pariter cum corpore nomen 850          mutat Horamque uocat, quae nunc dea iuncta Quirino          est.</p>
--	---

## LIBER QVINTVS DECIMVS

<p>Quaeritur interea quis tantae pondera molis          sustineat tantoque ueat succedere regi.          destinat inperio clarum praenuntia ueri          fama Numam. non ille satis cognosce Sabinae          gentis habet ritus; animo maiora capaci          concipit et quae sit rerum natura requirit.          huius amor curae, patria Curibusque relictis,          fecit ut Herculei penetraret ad hospitium urbem.          Graia quis Italicis auctor posuisset in oris          moenia quaerenti sic e senioribus unus          rettulit indigenis, ueteris non insecus aeni :          'dices ab Oceano bobus Ioue natus Hiberis          litora felici tenuisse Lacinia cursu          fertur et, armento teneras errante per herbas,          ipse domum magni nec inhospita tecta Crotonis 15          intrasse et requie longum releuasse laborem ;          atque ita discedens "aeno" dixisse "nepotum          hic locus urbis erit." promissaque uera fuerunt.          nam fuit Argolico generatus Alemonone quidam          Myscelus, illius dis acceptissimus aeni.          hunc super incumbens pressum grauitate soporis          Clauiger adloquitur : "patrias, age, desere sedes ;          i, pete diuersi lapidosas Aesaris undas",          et, nisi paruerit, multa ac metuenda minatur.          post ea discedunt pariter somnusque densque. 25          surgit Alemonides tacitaeque recentia mente          uisa refert, pugnatque diu sententia secum.          numen abire iubet; prohibent discedere leges,          poenaeque mors posita est patriam mutare uolenti.          candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol,          et caput extulerat densissima sidereum Nox :          uisus adesce idem deus est eademque monere          et, nisi paruerit, plura ac grauiora minari.          extimuit patriumque simul transferre parabat          in sedes penetrare nouas. fit murmur in urbe, 35</p>	<p>spretarumque agitur legum reus. utque peracta est          causa prior crimenque patens sine teste probatum,          squalidus ad superos tollens reus ora manusque          "o cui ius caeli bis sex fecere labores,          fer, precor" inquit "open; nam tu mihi criminis          auctor." 40          mos erat antiquus niueis atrisque lapillis,          his damnare reos, illis absolue culpa.          tunc quoque sic lata est sententia tristicis; et omnis          calculus inmitem demittitur ater in urnam.          quae simul effudit numerandos uersa lapillos, 45          omnibus e nigro color est mutatus in album,          candidaque Herculeo sententia numine facta          soluit Alemoniden. grates agit ille parenti          Amphitryoniadae uentisque fauentibus aequor          nauigat Ionium Sallentinumque Neretum 50          praeterit et Sybarin [Lacedaemoniun]que Tarentum          Sirinosque sinus] Crimisque et Iapygis arua,          uixque pererratis, quae spectant <i>acquora</i>, terris,          inuenit Aesarei fatalia fluminis ora          nec procul hinc tunulum, sub quo sacrata Crotonis          ossa tegebat humus; iussaque ibi moenia terra 56          condidit et nomen tunulati traxit in urbem.'          talia constabat certa primordia fama          esse loci positaeque Italis in finibus urbis.          Vir fuit hic, ortu Samius; sed fugerat una 60          et Samon et dominos odioque tyrannidis exul          sponte erat. isque, licet caeli regione remotos,          mente deos adiit et quae natura negabat          uisibus humanis, oculis e pectoris hausit.          cumque animo et uigili perspexerat omnia cura, 65          in medium discenda dabat coetusque silentum          dictaque mirantum magni primordia mundi          et rerum causas et, quid natura, docebat,          quid deus, unde niues, quae fulminis esset origo,</p>
---	---

XIV 810 quae Heins. ex codd., sunt M N h, sint ε. 813 pia N ε, tua M h. 814 tollas M N (e ex a) h. 817 orbem M N uulg., urbem ε Can. VII Ellis; cf. Hor. Carm. I 2. 4. 818 data N ε h. 820 inpauidus codd., inpauidos Merk. 823 iam (ia in ras.) M, non N h, nunc codd. multi Heins. 825 sic M in ras., ut ε h Priscian., ccu N. 830 hersilium M, hersilem N<sup>1</sup>, hic desinit M. 831 uiduae codd. pauci Heins. Merk. 832 latio N ε Merk. 836 quirino h. 838 hic desinit N<sup>1</sup>. 844 futebor N<sup>2</sup> in ras. ε Can. VII Merk. 848 aetherias crinis (acc.) Postgate, Hersil(a) crinis codd., Hersilia aetherias Riese.

XV 1 qui tantae codd. pauci Heins. Merk. 20 miculus codd., corr. Scaliger. 34 extimuit Bothe, pertimuit N<sup>2</sup> ε uulg., extremuit h. 37 patens—probatum est h, patet—probatum N<sup>2</sup> codd. aliquot Heins. 39 o cuius cclum codd., corr. Muretus. 42 culpam N<sup>2</sup> h al. 50, 51 laecdaemonium—sallentinum codd., transpos. Riese. tarentum—neretum N<sup>2</sup> ε. 51, 52 Lac.—sinus secluisit Korn. 52 Sirinos Elwald, Thurinos uulg. nemesenque et h, nemesen et N<sup>2</sup>, corr. Burm. 53 spectant litoru codd., corr. Owen (Tristia p. lxxvi) ex Plan.



Iuppiter an venti discussa nube tonarent, quid quateret terras, qua sidera lege mearent, et quodcumque lateat. primusque animalia mensis arguit inponi, primus quoque talibus ora docta quidem soluit, sed non et credita, verbis: 'pareite, mortales, dapibus temerare nefandis corpora; sunt fruges, sunt deducunt ramos pondera poma suo tumidaeque in uitibus uuae, sunt herbae dulces, sunt quae mitescere flamma mollisque queant. nec nobis lacteus umor eripitur, nec mella thymi redolentia florem. prodiga diuitias alimentaque initia tellus suggerit atque epulas sine caede et sanguine praebet. carne ferae sedant ieiunia, nec tamen omnes. quippe quis et pecudes armenta que gramine uiuunt. at quibus ingenium est immansuetumque ferumque, Armeniae tigres iracundique leones cumque lupis ursi, dapibus cum sanguine gaudent. heu quantum scelus est in uiscera uiscera condi congestoque auidum pinguescere corpore corpus alteriusque animantem animantis uiuere leto! scilicet in tantis opibus, quas optima matrum terra creat, nil te nisi tristia mandere saeuo mulnera dente iuuat rictusque referre Cyclopum? nec, nisi perdidideris alium, placare uoracis et male morati poteris ieiunia uentris? at uetus illa aetas, cui fecimus anrea nomen, fetibus arboreis et quas humus educat herbis fortunata fuit nec polluit ora eruere. tunc et aues tuitae mouere per aera pennas, et lepus inpauidus mediis errauit in aruis, nec sua credulitas piscem suspenderit hamo. cuncta sine insidiis nullamque timentia fraudem plenaque pacis erant. postquam non utilis auctor uictibus inuidit, quisquis fuit ille, leonum corporeasque dapes auidam demersit in alium, fecit iter secleri. primoque e caede ferarum inealuisse putes maculatum sanguine ferrum; id quoque fas fuerat, nostrumque potentia letum corpora missa neci salua pietate fatemur. sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt. longius inde nefas abiit, et prima putatur hostia sus meruisse mori, quia semina pando eruerat rostro spemque interceiderat anni. uite caper morsa Baecili maectatus ad aras dicitur ultioris. nocuit sua culpa duobus: quid memistis oues, placidum pecus, inque tuendos natum homines, pleno quae fertis in ubere nectar, mollia quae nobis uestras uelamina lanas praebetis uitaeque magis quam morte iuuatis? quid meruere boues, animal sine fraude dolisque, innocuum, simplex, natum tolerare labores? immemor est demum nec frugum munere dignus, qui potuit curui dempto modo pondere atrari ruricolam maectare suum, qui trita labore illa, quibus totiens durum renouauerat aruum, quot dederat messes, percussit colla securi. nec satis est, quod tale nefas committitur; ipsos inscribere deos secleri, nuncque supernum caede laboriferi credunt gaudere iuueni. nictima labe carens et praestantissima forma (nam placuisse nocet) uitis praesignis et auro sistitur ante aras auditque ignara praecantem inponique suae uidet inter cornua fronti, quas coluit fruges percussa que sanguine entros	70 75 80 86 90 95 100 105 111 115 121 125 130	inficit in liquida praeuisos forsitan unda. protinus ereptas uiuenti pectore libras inspiciunt mentesque deum scrutantur in illis. inde (fames homini uetitorum tanta ciborum) audetis uesci, genus o mortale; quod, oro, ne facite, et monitis animos aduertite nostris. cumque boum dabitis caesorum membra palato, mandere nos nestros scite et sentite colonos. et quoniam deus ora mouet, sequar ora mouentem rite deum Delphosque meos ipsumque recludam aethera et angustiae reserabo oracula mentis. magna nec ingeniis inuestigata priorum, quaeque diu latuere canam. iuuat ire per alta astra, iuuat terris et inertis sede relicta nube ueli ualidique ueris insistere Atlantis palantesque homines passim ac rationis egentes despectare procul trepidosque obitumque timentes sic exhortari seriemque euoluere fati. O genus attonitum gelidae formidine mortis, quid Styga, quid tenebras et nomina uana timetis, materiem natum, falsique pericula mundi? corpora, sine rogus flamma seu tabe uictustas abstulerit, mala posse pati non ulla putetis. morte carent animae semperque prior relicta sede nouis domibus uiuunt habitantque receptae. ipse ego (nam meminimus) Troiani tempore belli Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam haesit in aduerso grauis hasta minoris Atridae. cognoui elipem, laenae gestamina nostrae, nuper Abanteis templo Iunonis in Argis. omnia mutantur, nihil interit. errat et illine huc uenit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus spiritus eque feris humana in corpora transit inque feras noster nec tempore deperit ullo. utque nouis facilis signatur cera lignis, nec manet ut fuerat, nec formam seruat eandem, sed tamen ipsa eadem est; animam sic semper eandem esse, sed in uariis doceo migrare figuras. ergo, ne pietas sit nieta cupidine uentris, pareite, uaticinor, cognatas caede nefanda exturbare animas, nec sanguine sanguis alatur. et quoniam magno feror aequore plenaque uentis nela dedi, nihil est toto quod perstet in orbe; cuncta fluunt, omnisque nagans formatur imago. ipsa quoque adsiduo labuntur tempora motu non secus ut lumen. neque enim consistere lumen nec leuis hora potest; sed ut unda impellitur unda urgeturque eadem ueniente urgetque priorem, tempora sic fugiunt pariter pariterque sequuntur et noua sunt semper. namquod fuit ante relictum est, litque quod haud fuerat, momentaque cuncta nouan- tur. cernis et emensas in lucem tendere noctes, et iubar hoc nitidum nigrae succedere nocti. nec color est idem caelo, cum lassa quiete cuncta iacent media, cumque albo Lucifer exit clarus equo; rursusque alius, cum praemia lucis trandum Phoebus Pallantias inficit orbem. ipse dei elipens, terra cum tollitur ima, mane rubet, terraque rubet emi conditur ima, candidus in summo est, melior natura quod illic aetheris est terraeque procul contagia fugit. nec par aut eadem nocturnae forma Dianae esse potest unquam. semperque hodierna sequente,	135 140 145 150 155 160 165 171 175 179 185 190 195
--	---	--	---

XV 73 *arguit* h al., *areuit* codd. aliquot Beutl. *primus quom* Merk. 80 *florem* codd. nonnulli Heins., *flore* N<sup>2</sup> h. 86 *Armeniaeque* Heins. ex codd. 88 *in uiscere* h al. sed cf. 458. 89 *ingesto* Beutl., *coniesto* N<sup>2</sup>. 92 *erat* h uulg., *parit* N<sup>2</sup> s. 93 *rictusq.* N<sup>2</sup> s. h., *ritusq.* codd. aliquot Plan. edd. uett. 100 *in herbis* s., *in agris* codd. aliquot Heins. 104 *leonum* Bothe; cf. XIV 207 sq., *deorum* N<sup>2</sup> s. h. al., *decoris* Sehenkl., *uirorum* codd. aliquot, *priorum* Heins. 106 *primaque* Heins. ex codd. 107 *potest* s. al., *ptem* Heins. ex codd., *ptis* uulg. 108 *id quoque fas* Postgate. 112 *neem* Probus Merk., *modi* codd. 113 *interfecerat* Probus, *interceperit* s. 114 *maectandus* codd. aliquot. 115 *idque satis* codd. *dicitur* Probus, *ducitur* codd. 122 *is demum est* Zingerle, *imm. est* Deus (= Cereris) Merk. 126 *quot* s<sup>2</sup> Housman, *tot* N<sup>2</sup> s<sup>1</sup> h., *condiderat* Merk. 131 *insignis* h. 136 *corpore* N<sup>2</sup> s. codd. plerique Heins. 137, 138 ita corr. Postgate, *unde* codd. *et illis (unde—ciborum?)* Korn. *ciborum est* codd., *est deluerunt* edd. uett. 139 *immortale* Lachm. 146 *inuestigata* N<sup>2</sup> s. h., *uestigata* Heins. ex codd. 170 *formas—eandem* N<sup>2</sup> s. 173 *nec pictas* s. 180 *ut* h, *ac* s, sed uid. Housman *Classical Review* iv p. 341. 182 *eadem* N<sup>2</sup> s., *prior* h codd. plerique Heins. *ueniente* h, *ueniens* N<sup>2</sup> s. 186 *emensas* s., *emeritis* N<sup>2</sup>, *emersis* codd. aliquot Heins., *inucusas* h. 188 *lapsa* s.

si crescit, minor est, maior, si contrahit orbem.  
quid? non in species succedere quattuor annum  
adspicis, aetatis peragentem imitamina nostrae? 200  
nam tener ac lactens puerique similimus aeuo  
uere nouo est. tunc herba recens et roboris expers  
turget et insolida est et spe delectat agrestes.  
omnia tunc florent, florumque coloribus aeuo  
ludit ager, neque adhuc uirtus in frondibus ulla est.  
transit in aestatem post uer robustior annus 206  
fitque ualens iuuenis; neque enim robustior aetas  
ulla nec uberior, nec quae magis ardeat ulla est.  
excipit autumnus, posito feruore iuuentae  
maturus mitisque inter iuuenemque senemque 210  
temperie medijs, sparsus quoque tempora canis.  
inde senilis hiemps tremulo uenit horrida passu,  
aut spoliata suos aut quos habet alba capillos.  
nostra quoque ipsorum semper requieque sine ulla  
corpora uertuntur, nec quod fuimus sumus 215  
cras erimus. fuit illa dies, qua semina tantum  
spesque hominum primae matris latitauimus alio.  
artifices Natura manus admouit et angi  
corpora uisceribus distentae condita matris  
noluit eque domo uacuas emisit in auras. 220  
editus in lucem iacuit sine uiribus infans;  
mox quadrupes ritique tulit sua membra ferarum  
paulatimque tremens et nondum poplite firmo  
constitit adiutus aliquo conamine neruis.  
inde ualens ueloxque fuit spatiumque iuuentae 225  
transit; et emeritis medii quoque temporis annis  
labitur occiduae per iter decliue senectae.  
subruit haec aevi demoliturque prioris  
robora; fletque Milon senior, cum spectat inanes  
illos, qui fuerant solidorum mole tororum 230  
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.  
flet quoque, ut in speculo rugas adspexit aniles,  
Tyndaris et secum cur sit bis raptus requirit.  
tempus edax rerum, tuque, inuidiosa uetustas,  
omnia destruitis uitiatque dentibus aevi 235  
paulatim lenta consumitis omnia morte.

Haec quoque non perstant, quae nos elementa  
uocamus,  
quasque uices peragant, animos adhibete, docebo.  
quattuor aeternus genitalia corpora mundus  
continet. ex illis duo sunt onerosa suoque 240  
pondere in inferiis, tellus atque unda, feruntur,  
et totidem grauitate carent nulloque premente  
alta petunt, aer atque aere purior ignis.  
quae quamquam spatio distent, tamen omnia fiunt  
ex ipsis et in ipsa cadunt, resolutaque tellus 245  
in liquidas rarescit aquas, tenuatus in auras  
aeraque umor abit, dempto quoque pondere rursus  
in superos aer tenuissimus emicat ignes.  
inde retro redeunt, idemque retextitur ordo.  
ignis enim densum spissatus in aera transit, 250  
hic in aquas, tellus glomerata cogitur unda.  
nec species sua cuique manet, rerumque nouatrix  
ex aliis alias reparat natura figuras,  
nec perit in toto quicquam, mihi credite, mundo,  
sed uariat faciemque nouat. nascique uocatur 255  
incipere esse aliud quam quod fuit ante, morique,  
desinere illud idem. cum sint huc forsitan illa,  
haec translata illuc, summa tamen omnia constant.  
nil equidem durare diu sub imagine eadem  
crediderim. sic ad ferrum uenistis ab auro, 260  
saecula, sic totiens uersa est fortuna locorum.  
uidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,

esse fretum, uidi factas ex aequore terras;  
et procul a pelago conchae iacere marinae, 264  
et uetus inuenta est in montibus ancora summis;  
quodque fuit campus, nallum decursus aquarum  
fecit, et eluue mons est deductus in aequor;  
eque paludosa siccis humus aret harenis,  
quaeque sitim tulerant, stagnata paludibus ument.  
hic fontes natura nouos emisit, at illic 270  
clausit, et aut imis commota tremoribus orbis  
flumina prosiliunt aut exsiccata residunt.  
sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu,  
existit procul hinc alioque renascitur ore.  
sic modo conbiberit, modo tecto gurgite lapsus 275  
redditur Argolicis ingens Erasinus in aruis.  
et Mysum capitisque sui ripaeque prioris  
paenituisse ferunt, alia nunc ire, Caicum.  
nec non Sicanias uolens Amenanus harenas  
nunc fluit, interdum suppressis fontibus aret. 280  
ante bibebatur, nunc, quas contingere nolis,  
fundit Anigrus aquas, postquam, nisi uatibus omnis  
eripienda fides, illic laere Bimbembres  
uulnera, clauigeri quae fecerat Hercules arcus.  
quid? non et Scythiis Hypanis de montibus ortus,  
qui fuerat dulcis, salibus uitiatur amaris? 286  
fluctibus ambitae fuerant Antissa Pharosque  
et Phoenissa Tyros; quarum nunc insula nulla est.  
Leucada continuum ueteres habuere coloni;  
nunc freta circueunt. Zanele quoque iuncta fuisse  
dicitur Italiae, donec confinia pontus 291  
abstulit et media tellurem reppulit unda.  
si quaeras Helicen et Burin, Achaïdas urbes,  
inuenies sub aquis; et adhuc ostendere nautae  
inclinata solent cum moenibus oppida mersis. 295  
est prope Pittheam tumulus Troezena, sine ullis  
arduus arboribus, quondam planissima campi  
area, nunc tumulus; nam (res horrenda relatu)  
uis fera uentorum, caecis inclusa cauernis,  
expirare aliqua cupiens luctataque frustra 300  
liberiere frui caelo, cum carcere rima  
nulla foret toto nec peruia flatus esset,  
extentam tumefecit humum, ceu spiritus oris  
tendere uesicam solet aut derepta bicorni  
terga capro. tumor ille loci permansit, et alti 305  
collis habet speciem longoque induruit aeuo.  
plurima cum subeant audita et cognita nobis,  
pauca super referam. quid? non et lympha figuras  
datque capitque nouas? medio tua, corniger Ammon,  
unda die gelida est, ortuque obituque calescit. 310  
admotis Athamanas aquis accendere lignum  
narratur, mimimos cum luna recessit in orbem.  
flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit  
niscera, quod tactis inducit marmora rebus.  
Crathis et huic Sybaris nostris conterminis oris 315  
electro similes faciunt auroque capillos.  
quodque magis mirum est, sunt qui non corpora  
tantum  
uerum animos etiam ualeant mutare liquores.  
cui non audita est obscenae Salmacis undae? 319  
Aethiopesque lacus, quos siquis faucibus hausit,  
aut furit aut patitur mirum grauitate soporem?  
Clitorio quicumque sitim de fonte leuauit,  
uina fugit gaudetque meris abstemius undis,  
seu uis est in aqua calido contraria uino, 324  
siue, quod indigenae memorant, Anythaone natus,  
Proetidas attonitas postquam per carmen et herbas  
eripuit furiis, purgamina mentis in illas

XV 201 ac h, et N<sup>2</sup> ε. 202 herba nitens h, uirens codd. multi Heins. 205 ridet ager codd. pauci Heins. 211 sparsis per t. c. codd. aliquot. 217 matrisque N<sup>2</sup> ε. latitauimus Korn praeeunte ut uidetur Riese, habitauimus N<sup>2</sup> ε h, materna hab. Heins. ex codd., cubitauimus Merk. 218 abdi Benti. 226 emensis codd. aliquot. 230 solidorum—tororum Heins., solidarum—ferarum N<sup>2</sup> ε h. mole h, more ε, morte codd. pauci. 232 inspexit h. 244 distant ε Merk. 246 tenuatur codd., corr. Micyllus. 250 deorsum Polle. 251 hic codd. aliquot, hinc N<sup>2</sup> ε h. 253 reparat N<sup>2</sup> ε, reddit h. 254 in tanto ε uulg. 255 faciesque h. 270 hinc e cod. Gothan. Merk. 271 antiquis tam multa codd., corr. Merk. collato 798, antiquis non nota Sicbelis. 272 creuacata codd. multi Heins. 275 modo tecto ε uulg., toto modo h, modo toto N<sup>2</sup>, tacito modo Seneca. 279 anasenus codd., corr. Vrsinus. 284 fixerat N<sup>2</sup>. 304 derepta Heins. ex codd., direpta codd. bicornis N<sup>2</sup> h. 305 capri N<sup>2</sup> ε h. 307 et ε h, aut N<sup>2</sup> uulg. 311 adamantis h, athamantis ε, theumatis N<sup>2</sup>, corr. Merk. 315 huic Heins. ex codd., hinc uulg. arvis ε uulg., horis h, oris N<sup>2</sup>. 317 est om. ε. 320 siquis uulg., quisquis N<sup>2</sup> ε codd. multi Heins., quisque ut Seneca. 322 leuauit codd., leuarit edd. plerique.

misit aquas, odiumque meri permansit in undis.  
 huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis,  
 quem quicumque paruum moderato gutture traxit, 330  
 haud aliter titubat quam si mera uina bibisset.  
 est locus Arcadiae, Pheneum dixere priores,  
 ambiguus suspectus aquis, quas nocte timeto:  
 nocte necant potae, sine noxa luce bibuntur.  
 sic alias aliasque lacus et flumina uires 335  
 concipiunt. tempusque fuit, quo nauit in undis,  
 nunc leudet Ortygie. timuit concensibus Argo  
 undarum sparsus Symplegadas elisarum,  
 quae nunc innotae perstant uentibus resistunt.  
 nec quae sulphureis ardet fornacibus Aetne 340  
 ignea semper erit; neque enim fuit ignea scemper.  
 nam siue est animal tellus et uiuit habetque  
 spiramenta locis flammam exhalantia multis,  
 spirandi mutare uias, quotiensque mouetur,  
 has finire potest, illas aperire caernas; 345  
 sine leues imis uenti ecohentur in antris  
 saxaque cum saxis et habentem semina flammæ  
 materiam iactant, ea concipit ictibus ignem,  
 antra relinquuntur sedatis frigida uentis;  
 siue bitumineae rapiunt incendia uires 350  
 luteae exiguis ardescunt sulphura fumis,  
 nempe ubi terra cibos alimentaque pinguia flammæ  
 non dabit absumptis per longum uiribus acuum  
 naturæque suum nutrimentum deerit edaci,  
 non feret illa famem desertaque deseret ignes. 355  
 esse uiros fama est in Hyperborea Pallene,  
 qui soleant leuibus uelari corpora plumis,  
 cum Tritoniaeam nouiens subiere paludem:  
 haud equidem eredo. sparsæ quoque membra uentibus  
 exercere artes Seythides memorant easdem. 360  
 si qua fides rebus tamen est addenda probatis,  
 nomen uides quæcumque mora fluidæ calore  
 corpora taberint in parua animalia uerti?  
 i quoque delectos nactatos obrue tauros:  
 (cognita res usu) de putri uiscere passim 365  
 florilegæ nascuntur apes, quæ more parentum  
 rura colunt operique fanent in spemque laborant.  
 pressus humo bellator equus crabronis origo est.  
 cœcæna litoreo si demas bræchia canero,  
 cetera supponas terræ, de parte sepulta 370  
 scorpius exhibit caudaque minabitur imca.  
 quæque solent canis frondes intextere illis  
 agrestes tineæ, res observata colonis,  
 ferali mutant cum papilionum figuram.  
 semina linus habet uirides generantia ranas, 375  
 et generat truncas pedibus, mox apta natando  
 crura dat, utque eadem sint longis saltibus apta,  
 posterior superat partes mensura priores.  
 nec catulus, partu quem reddidit ursa recenti, 379  
 sed male uina caro est; lambendo mater in artus  
 fingit et in formam, quantum capit ipsa, redieit.  
 nonne uides quos cæra tegit sexangula fetus  
 melliferarum apium sine membris corpora nasci  
 et seroque pedes serasque adsumere pennas?  
 Iunonis nolueren, quæ cauda sidera portat, 385  
 arnigerumque Ionis Cythereiadasque columbas  
 et genus omne auium mediis e partibus oui,  
 ni sciret fieri, quis nasci posse putaret?  
 sunt qui, cum clauso putrefacta est spina sepulero,  
 mutari credant humanas angnæ medullas. 390  
 hæc tamen ex aliis generis primordia ducunt;  
 una est quæ reparat sequæ ipsa resemint ales;  
 Assyrii phoenicia nocant. non fruge neque herbis,  
 sed turis laerimis et suco niuit amoni.  
 hæc ubi quinquæ suæ conpleuit sæcula uitæ, 395  
 illicet in ramis tremulaeque eacumine palmae

unguibus et puro nidum sibi construit ore.  
 quo simul ac casias et nardi lenis aristas  
 quassaque cum fulua subtrauit cinna murra,  
 se super inponit finitque in odoribus æeum. 400  
 inde ferunt, totidem qui uiuere debeat annos,  
 corpore de patrio paruum phoenicia renasci.  
 cum dedit huic ætas uires onerique ferendo est,  
 ponderibus nidi ramos lenat arboris altæ  
 fertque pius cunasque suas patriumque sepulcrum,  
 perque lenes auras Hyperionis urbe potitus 406  
 ante fores sacras Hyperionis aede reponit.  
 si tamen est aliquid miræ nouitatis in istis,  
 alternare uices et, quæ modo femina tergo 409  
 passa marem est, nunc esse marem miremur hyænaum.  
 id quoque quod uentis animal nutritur et aura  
 protinus adsimulat; tetigit quoscumque colores.  
 uicta racemifero lyneæ dedit India Baccho;  
 e quibus, ut memorant, quicquid nescia remisit,  
 uertitur in lapides et congelat aere tacto. 415  
 sic et euralium, quo primum contigit auras  
 tempore, durescit; mollis fuit herba sub nudis.  
 desinet ante dies et in alto Phœbus anhelos  
 æquore tinguet equos, quam consequar omnia uerbis  
 in species translata nouas. sic omnia uerti 420  
 cernimus atque illas adsumere robora gentes,  
 concidere has. sic magna fuit censque uirisque  
 perque decem potuit tantum dare sanguinis annos,  
 nunc humilis ueteres tantummodo Troia ruinas  
 et pro ditiis tumulos ostendit auorum. 425  
 [clara fuit Sparte, magnæ uignere Mycænae,  
 nec non et Cæropis, nec non Amphionis arces.  
 uile solum Sparte est, altæ cecidere Mycænae,  
 Oedipodionia quid sunt, nisi nomina, Thebæ?  
 quid Pandionia restant, nisi nomen, Athenæ?]  
 nunc quoque Dardaniam fama est consurgere Romam,  
 Appenninigenæ quæ proxima Thybridis undis 432  
 mole sub ingenti rerum fundamenta ponit.  
 hæc igitur formam crescendo mutat et o'im  
 inmensi caput orbis erit. sic diere uate: 435  
 fatidinasque ferunt sortes, quantumque recorder,  
 dixerat Aeneæ, cum res Troiana labaret,  
 Priamides Hælenus flenti dubioque salutis:  
 "nate dea, si nota satis præsentia nostræ  
 mentis habes, non tota cadet te sospite Troia. 440  
 flamma tibi ferrumque dabunt iter. ibis et in  
 Pergama rapta feres, donec Troiaque tibi que  
 externum patrio contingat amicus arum.  
 urbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,  
 quanta nec est nec erit nec uisa prioribus annis. 446  
 hæc alii proceres per sæcula longa potentem,  
 sed dominam rerum de sanguine natus Inli  
 elliciet. quo cum tellus erit usa, fruentur  
 aethæriæ sedes, cælumque erit exitus illi." 450  
 hæc Hælenum cecinisse penatigero Aeneæ  
 mente mentor refero cognataque moenia laetor  
 crescere et utiliter Phrygibus uicisse Pelasgos.  
 ne tamen oblitis ad metam tendere longe  
 exspatiemur equis, cælum et quodcumque sub illo  
 est 454  
 inmutat formas tellusque et quicquid in illa est.  
 nos quoque, pars mundi, quoniam non corpora  
 solum,  
 uerum etiam nolueres animæ sumus, inque ferinas  
 possumus ire domos pecundumque in corpora condi,  
 corpora, quæ possunt animas habuisse parentum  
 aut fratrum aut aliquo innetorum foedere nobis 460  
 aut hominum certe, tuta esse et honesta sinamus  
 nere Thyesteis cumulemus viscera mensis.  
 quam male consuescit, quam se parat ille cruori

XV 332 locus Heins. ex codd. Magnus, lacus N<sup>2</sup> h. 334 necant Postgate (cf. Plin. N. H. II 231, XXXI 6), nocent  
 uulg. 339 innotae. sic uocis Plan. 340 athna e h, Aetne Heins. ex codd. Merk. 355 ignis Preibisch, rec. Zingerle. 359  
 ueneno codd. aliquot. 362 fludoque codd., corr. Heins. 364 in N<sup>2</sup>, i e h, hic (hinc, his, in) codd. al., delectos codd.  
 aliquot edd. plerique, delectos N<sup>2</sup> e h, i serobe delecto Madv. (serobe post Heins.), in serobe Iroos Merk. cf. 122, alii alia  
 temptarunt. 396 illicet C. Barth., illicis codd. -uc codd. nonnulli Heins., -que N<sup>2</sup> e h. 397 puro N<sup>2</sup> e h, duro codd.  
 nonnulli, pando Heins. ex codd. 399 myrra N<sup>2</sup> e h. 416 coralium e h, corallium N<sup>2</sup>. 426 430 hos uo. spurios indicant  
 Heins. 443 patria e. 453 nec tamen codd. pauci Heins. 455 -que om. e Merk. 458 pectora e h. 459 possint h Heins.

inpius humano, uituli qui guttura cultro  
 rumpit et inmotas praebet mugitibus aures, 465  
 aut qui uagitus similes puerilibus haedum  
 edentem iugulare potest, aut alite uesci,  
 cui dedit ipse cibos. quantum est quod desit in istis  
 ad plenum facinus? quo transitus inde paratur?  
 bos aret aut mortem senioribus inputet annis, 470  
 horrifera contra Borean ouis arma ministret,  
 ubera dent saturae manibus pressanda capellae.  
 retia cum pedicis laqueosque artesque dolosas  
 tollite nec uolucrum uiscata fallite uirga,  
 nec formidatis ceruos includite pennis, 475  
 nec celate cibis uncas fallacibus hamos.  
 perдите, siqua nocent, uerum haec quoque perditae  
 tantum;  
 ora *cruore* uacent alimenta que mitia carpant.  
 Talibus atque aliis instructo pectore dictis  
 in patriam remeasse ferunt utroque petitum 480  
 accepisse Numam populi Latialis habenas.  
 coniuge qui felix Nympha ducibusque Camenis  
 sacrificos docuit ritus gentemque feroci  
 adsuetam bello pacis traduxit ad artes. 484  
 qui postquam senior regnumque aeuumque peregit,  
 extinctum Latiaeque nurus populusque patresque  
 defleuere Numam. nam coniunx urbe relicta  
 uallis Aricinae densis latet abdita siluis  
 sacraque Orestae questu gemituque Dianae  
 impedit. a quotiens Nymphae nemorisque lacusque  
 ne faceret monuere et consolantia uerba 491  
 dixerunt; quotiens fletu Theseius heros  
 'siste modum;' dixit 'neque enim fortuna querenda  
 sola tua est. similes aliorum respice casus; 494  
 mitius ista ferēs. utinamque exempla dolentem  
 non mea te possent releuare; sed et mea possunt.  
 fando aliquem Hippolytum uestras si contigit  
 aures  
 credulitate patris, sceleratae fraude nouercae  
 occubuisse neci, mirabere, uixque probabo,  
 sed tamen ille ego sum. me Pasiphaeia quondam,  
 temptatum frustra, patrium temerare cubile, 501  
 quod uoluit, uoluisse, infelix, crimine uerso  
 (indiciine metu magis offensane repulsae?)  
 damnauit, meritumque nihil pater eicit urbe  
 hostilique caput prece detestatur euntis. 505  
 Pittheam profugo curru Troezena petebam,  
 iamque Corinthiaci carpebam litora ponti,  
 cum mare surrexit, cumulusque immanis aquarum  
 in montis speciem curuari et crescere uisus  
 et dare mugitus summoque cacumine findi. 510  
 corniger hinc taurus raptis expellitur undis  
 pectoribusque tenuis molles erectus in auras  
 naribus et patulo partem maris euomit ore.  
 corda pauent comitum. mihi mens interrita mansit,  
 exiliis contenta suis; cum colla feroces 515  
 ad freta conuertunt adrectisque auribus horrent  
 quadrupedes monstrique metu turbantur et altis  
 praecipitant currum scopulis. ego ducere uana  
 frena manu spumantis albetibus oblita luctor  
 et retro lentas tendo resupinus habenas. 520  
 nec uires tamen habes rabies superasset equorum,  
 ni rota, perpetuum qua circumuertitur axem,  
 stipitis occurru fracta ac disiecta fuisset.  
 excutior curru, lorisque tenentibus artus  
 uiscera uiua trahi neruosque in stirpe teneri, 525  
 membra rapi partim partimque repressa relinqui,  
 ossa grauem dare fracta sonum fessamque uideres  
 exhalari animam, nullasque in corpore partes,  
 noscere quas posses; unumque erat omnia uulnus.  
 num potes aut audes cladi componere nostrae, 530

Nympha, tuam? uidi quoque regna carentia luce  
 et lacerum foui Phlegethontide corpus in unda.  
 nec nisi Apollineae ualido medicamine prolis  
 reddita uita foret. quam postquam fortibus herbis  
 atque ope Paetonis, Dite indignante, recepi, 535  
 tum mihi, ne praesens auerem muneris huius  
 inuidiam, densas obiecit Cynthia nubes;  
 utque forem tutus possemque inpune uideri,  
 addidit aetatem nec cognoscenda reliquit  
 ora mihi. Cretenque diu dubitauit habendam 540  
 traderet an Delon. Delo Cretaque relictis  
 hic posuit nomenque simul, quod possit equorum  
 admonuisse, iubet deponere, "qui" que "fuisti  
 Hippolytus," dixit "nunc idem Virbius esto."  
 hoc nemus inde colo de disque minoribus unus, 545  
 numine sub dominae lateo atque accenseor illi.

Non tamen Egeriae luctus aliena leuare  
 damna ualent; montisque iacens radicibus imis  
 liquitur in lacrimas donec pietate dolentis  
 mota soror Phoebi gelidum de corpore fontem 550  
 fecit et aeternas artus tenuauit in undas.

Et Nymphas tetigit noua res, et Amazone natus  
 haud aliter stupuit quam cum Tyrrhenus arator  
 fatalem glaebam mediis adspexit in aruis  
 sponte sua primum nulloque agitante moueri, 555  
 sumere mox hominis terraeque amittere formam  
 oraque uenturis aperire recentia fati,  
 (indigenae dixere Tagen, qui primus Etruscam  
 edocuit gentem casus aperire futuros):  
 utue Palatinis haerentem collibus olim 560  
 cum subito uidit frondescere Romulus hastam,  
 quae radice noua, non ferro stabat adacto,  
 et iam non telum, sed lenti uiminis arbor  
 non expectatas dabat admirantibus umbras:

aut sua fluminea cum uidit Cipus in unda 565  
 cornua. uidit enim falsamque in imagine credens  
 esse fidem, digitis ad frontem saepe relatis,  
 quae uidit digitis. nec iam sua lumina damnans  
 restitit, ut uictor domito ueniebat ab hoste,  
 ad caelumque oculos et eodem cornua tollens 570  
 'quicquid,' ait 'superi, monstro potenditur isto,  
 seu laetum est, patriae laetum populoque Quirini,  
 siue minax, mihi sit.' uiridique e caespite factas  
 placat odoratis herbosas ignibus aras  
 uinaque dat pateris mactatarumque bidentum, 575  
 quid sibi significant, trepidantia consulit exta.  
 quae simul adspexit Tyrrhenae gentis haruspex,  
 magna quidem rerum molimina uidit in illis,  
 non manifesta tamen. cum nero sustulit acre  
 a pecudis fibris ad Cipi cornua lumen, 580  
 'rex,' ait 'o salue; tibi enim, tibi, Cipe, tuisque  
 hic locus et Latiae parebit cornibus arces.

tu modo rumpe moras portasque intrare patentes  
 adpropera; sic fata iubent. namque urbe receptus  
 rex eris et sceptrum tutus potiere perenni.' 585  
 rettulit ille pedem toruamque intrare patentes  
 auertens faciem 'procul, a, procul omina' dixit  
 'talia di pellant; multoque ego iustius aeuum  
 exul agam quam me uideant Capitolia regem.'  
 dixit et extemplo populumque grauemque senatum  
 conuocat. ante tamen pacali cornua lauro 591  
 uelat et aggeribus factis a milite forti  
 insistit priscosque deos e more precatns  
 'est' ait 'hic unus, quem uos nisi pellitis urbe,  
 rex erit. is qui sit, signo non nomine dicam: 595  
 cornua fronte gerit; quem nobis indicat augur,  
 si Romam intrarit, famularia iura daturum.  
 ille quidem potuit portas intrumpere apertas;  
 sed nos obstitimus, quamuis coniunctior illo

XV 464 *corpora* N<sup>2</sup> h, *gutturata* Tegernseensis Plan. *cultro* N<sup>2</sup> h, cf. VII 314, *ferro* Korn. 473 *laqueos*. om. que Merk. 475 *includite* codd. nonnulli, *includite* N<sup>2</sup> h. 478 *uacant epulis* codd., corr. Postgate. *mitia*. congrua codd. nonnulli. 481 *latiaris* ε. 497 u. si N<sup>2</sup> ε Merk., u. quoque uulg., u. *puto* codd. nonnulli. 504 ita h codd. plerique, *arguit immeritumque pater proiecit ab urbe* edd. plerique. 515 *intenta* codd. nonnulli. 522 *circumuoletur* ε. 525 que om. uulg. 526 que om. N<sup>2</sup> h. 531 *luce c. regna* ε Merk. 541 *creta deloque* N<sup>2</sup> h. 546 *accenseor* Heins. ex codd., *assentior* N<sup>2</sup> h. 552 *At n.* h uulg. 569 *remcabat* codd. pauci Heins. fortasse recte; cf. VII 836. 570 *cornua* N<sup>2</sup> ε h, *brachia* Heins. ex codd. 574 *herbosas*. *uicbenarum* Merk. 596 *nobis* ε Haupt Merk. *augur* codd., *ductor* Priscian.

nemo mihi est. uos urbe uirum prohibete Quirites,  
 uel, si dignus erit, grauibus uincite catenis, 601  
 aut finite metum fatalis morte tyranni.  
 qualia succinetis, ubi trux insibilat Eurus,  
 nurmura pinetis finit, aut qualia fluctus  
 aequorei faciunt, siquis procul audiat illos, 605  
 tale sonat populus. sed per confusa frementis  
 uerba tamen uulgi uox eminet una 'quis ille est?'  
 et spectant frontes praedictaque cornua quaerunt.  
 rursus ad hos Cipus 'quem poscitis,' inquit 'habetis'  
 et dempta capiti, populo prohibente, corona 610  
 exhibuit gemino praesignia tempora cornu.  
 demiserit oculos omnes genitumque dedere  
 atque illud meritis clarum (quis credere possit?)  
 inuiti uidere caput. nec huiore carere  
 ulterius passi, festam inposuere coronam. 615  
 at proceres, quoniam muros intrare uictaris,  
 rursus honorati tantum tibi, Cipe, dedere,  
 quantum depresso subiectis bobus aratro  
 complecti posses ad finem lucis ab ortu.  
 cornuaque acratris miram referentia formam  
 postibus insepulunt, longum mansura per aeuum. 620  
 Pandite nunc, Musae, praesentia numina natum,  
 (scitis enim, nec uos fallit spatiosa netustas)  
 inde Coronidem circumflua Thyridis alti  
 insula Romuleae sacris adiecerit urbis. 625  
 Dira lues quondam Latias uitiauerat anras,  
 pallidaque exsanguis squalebant corpora morbo.  
 funeribus fessi postquam mortalia cernunt  
 temptamenta nihil, nihil artes posse medentum,  
 auxilium caeleste petunt mediisque tenentes 630  
 orbis humum Delphos adeunt, oracula Phoebii,  
 utque salutifera miseris succurrere rebus  
 sorte uelit tantaeque urbis mala finiat orant.  
 et locus et laurus et, quas habet ipse, pharetrae  
 intremuere simul, cortinaque reddidit imo 635  
 hanc adyto noem paeuactaque pectora monit:  
 'quod petis hinc, propiore loco, Romane, petisses,  
 et pete nunc propiore loco; nec Apolline uobis,  
 qui minnat luctus, opus est, sed Apolline nato.  
 ite bonis auius proleque accersite nostram.' 640  
 inssa dei prudens postquam accipere senatus,  
 quam colat, explorant, inuenis Phoebeius urbem,  
 quique petant neitis Epidauria litora mittunt.  
 quae simul incurua missi tetigere carina,  
 concilium Graiosque patres adiere, darentque 645  
 orantem deum qui praesens funera gentis  
 finiat Ausoniae; certas hoc dicere sortes.  
 dissidet et uariat sententia; parsque negandum  
 non putat auxilium, multi retinere suauique  
 non emittere opem nec numina tradere suadent. 650  
 dum dubitant, seram pepulere erepuscula lucem,  
 umbraque telluris tenebras induxerit orbi,  
 cum deus in somnis opifer consistere uisus  
 ante tumu, Romane, torum, sed qualis in aede  
 esse solet, baculumque tenens agreste sinistra 655  
 caesariem longae dextra deducere barbae  
 et placido tales emittere pectore noces:  
 'pone metus, ueniam simulacraque nostra reliquam.  
 hunc modo serpente, baculum qui nexibus ambit,  
 perspicue et usque nota uisu, ut cognoscere possis. 660  
 nertar in hunc, sed maior ero tantusque nidebor,  
 in quantum uerti caelestia corpora debent.  
 extemplo enim noce dens, enim noce deoque  
 somnus abit, somnique fugam lux alma secuta est.

postera sidereos Aurora fugauerat ignes: 665  
 incerti quid agant, proceres ad templa petiti  
 conueniunt operosa dei, quaque ipse morari  
 sede uelit signis caelestibus, indicet orant.  
 uix bene desierant, cum cristis aureus altis  
 in serpente deus praenuntia sibila misit 670  
 aduentuque suo signumque arasque foresque  
 marmoreumque solum fastigiaque aurea mouit  
 pectoribusque tenuis media sublimis in aede  
 constitit atque oculos circumtulit igne micantes.  
 territa turba pauet. cognouit numina castos 675  
 euinctus uitta crines albente sacerdos  
 et 'deus en, deus est! animis linguisque fanete,  
 quisquis ades' dixit. 'sis, o pulcherrime, uisus  
 utiliter populosque inuices tua sacra colentes.'  
 quisquis adest iussum uenerat numen, et omnes  
 uerba sacerdotis referunt geminata pinque 681  
 Aeneadae praestant et noce et mente fauorem.  
 admittit his motisque deus rata pignora cristis  
 et repetita dedit uibrata sibila lingua.  
 tum gradibus nitidis delabitur oraque retro 685  
 flectit et antiquas abiturns respicit aras  
 aduetsasque domos habitataque templa salutat.  
 inde per iniectis adoperatam floribus ingens  
 serpit humum flectitque sinus medianque per urbem  
 tendit ad incuruo inuinitis aggere portus. 690  
 restitit hic agnecque suum turbatae sequentis  
 officium placido uisus dimittere uultu  
 corpus in Ausonia posuit rate. numinis illa  
 sensit onus, pressa estque dei grauitate carina.  
 Aeneadae gaudent caesoque in litore tauro 695  
 torta coronatae soluunt retinacula puppis.  
 infulerat lenis aura ratem; deus eminet alte  
 inpositaque premens puppim ceruice recurram  
 caeruleas despectat aquas. mollicisque per aequor  
 Ionium zephyris sextae Pallantidos ortu 700  
 Italiam tenuit praeterque Lacinia templo  
 nobilitata deae Seylaeque litora fertur.  
 linquit Iapygiam laeuisque Amphrisia renis  
 saxa fugit, dextra praerupta Coeinthia parte,  
 Rhoemithumque legit Caulonaque Naryciamque 705  
 emicquitque fretum Siculique angusta Pelori  
 Hippotadaeque domos regis Temesesque metalla  
 Lencosiamque petit tepidique rosaria Praesti.  
 inde legit Capreas prouenturumque Mineruae  
 et Surrentino generosos paluite colles 710  
 Heracleamque urbem Stabiasque et in otia natam  
 Parthenopen et ab hac Cumaeae templa Sibyllae.  
 hinc calidi fontes lentiferumque tenetur  
 Litemum multaque trahens sub gurgite harenam  
 Vulturinus uiuicisque frequens Sinuosa columbis 715  
 Minturnaeque granes et quam tumulauit alumnis  
 Antiplataeque domus Trachasque obsessa palude  
 et tellus Ciraea et spissi litoris Antium.  
 huc ubi ueliferam nantae adnertere carinam 719  
 (asper enim iam pontus erat), deus explicat orbem  
 perque sinus erebros et magna uolumina labens  
 templa parentis inuit flammam tangentia litus.  
 aequore paeato patrias Epidaurius aras  
 linquit et hospitio sibi inuicti numinis usus  
 litoream tractu squamae erepuitans harenam 725  
 suleat et inuis moderamine nauis in alta  
 puppe caput posuit, donec Castrumque sacrasque  
 Lauini sedes Tiberinaque ad ostia uenit.  
 huc omnis populi passim matrumque patrumque

XV 600 *mi est* L. Mueller de re metr. p. 338. 606 *uocentis* N<sup>2</sup> h, *frementis* Heins. 620 *auratis* codd., corr. Iac. a Cruce. 624 *alti* codd., *aluro* Heins. Merk. 625 *adiecerit* h, *adiuicrit* codd. nonnulli, *deiecerat* Priscian., *acciecerit* cod. Bononiensis Merk. Korn. *accesserit* ε, *accesserit* N<sup>2</sup>, *adlegerit* Housman (l. c. p. 153). 627 *tabo* Heins. ex codd., *morbo* N<sup>2</sup> h. 630 *tenentis* ε h. 634 *pharetras* ε h. 636 *corpora* h. 640 *accersite* N<sup>2</sup> ε, *arcessite* h uulg. 644 *quae postquam curua* N<sup>2</sup> ε. 647 *certas* hoc Riese, *certant* ita ε uulg., *certant* ita codd. plerique. 662 *debet—uerti* ε Merk. 667 *conueniunt* N<sup>2</sup> ε al., *perueniunt* h codd. multi Heins. 677 sic Riese. et h, en N<sup>2</sup> ε. en N<sup>2</sup> h, est ε. est N<sup>2</sup> ε, cu h. 678 *adest* N<sup>2</sup> h uulg. 680 *uisum* N<sup>2</sup> ε Merk. 682 et m. ct u. N<sup>2</sup> ε uulg. 683 *pignora* h. 685 *tum* N<sup>2</sup> ε, *tunc* uulg. 694 ita ε, *pressaue* dei N<sup>2</sup> uulg., *pressaueque*—*carinam* h. 696 *puppis* h, *uauis* N<sup>2</sup>, *classis* ε. 700 *sexto* N<sup>2</sup>. 702 *Seylaeque* Heins., *scyllaeque* codd. 703 *amplisia* h. 704 *clauia* codd., corr. J. Voss. 705 *Rhoemithumque* h, *Ruethiumque* N<sup>2</sup>, *Rouethiumque* ε Korn. 713 *lentiscigrum* h. 715 *columbis* Heins. ex codd., *colubris* N<sup>2</sup> h. 718 *antrum* codd., corr. Raph. Regius cuius lectio nunc apparet in Tegeriseensi. 723 *placato* h. 724 *inuicti sibi* N<sup>2</sup> ε uulg. 726 *iuuicis* ε uulg. 729 *omnis* ed. Veneta 2, *omnis* codd.

obuia turba ruit, quaeque ignes, Troica, seruant,  
 Vesta, tuos, laetorque deum clamore salutant. 731  
 quaque per aduersas naus cita ducitur undas,  
 tura super ripas aris ex ordine factis  
 parte ab utraque sonant et odorant aera fumis,  
 ictaque coniectos incalfacit hostia cultros. 735  
 iamque, caput rerum, Romanam intrauerat urbem;  
 erigitur serpens summoque acclinia malo  
 colla mouet sedesque sibi circumspicit aptas.  
 scinditur in geminas partes circumfluus amnis,  
 Insula nomen habet, laterumque a parte duorum  
 porrigit aequales media tellure lacertos. 741  
 huc se de Latia pinu Phoebeius anguis  
 contulit et finem specie caeleste resumpta  
 luctibus inposuit uenitque saluifer urbi.

Hic tamen accessit delubris aduena nostris: 745  
 Caesar in urbe sua deus est. quem Marte togaque  
 praecipuum non bella magis finita triumphis  
 resque domi gestae prosperatae gloria rerum  
 in sidus uertere nouum stellamque comantem, 749  
 quam sua progenies. neque enim de Caesaris actis  
 ullum maius opus quam quod pater exstitit huius.  
 scilicet aequoreos plus est domuisse Britannos  
 perque papyriferi septemflua flumina Nili  
 uictrices egisse rates Numidasque rebelles  
 Cinyphiumque Iubam Mithridateisque tumentem  
 nominibus Pontum populo adiecisse Quirini 756  
 et multos meruisse, aliquos egisse triumphos,  
 quam tantum genuisse uirum? quo praeside rerum  
 humano generi, superi, fauistis abunde.  
 ne foret hic igitur mortali semine cretus, 760  
 ille deus faciendus erat. quod ut aurea uidit  
 Aeneae genetrix, uidit quoque triste parari  
 pontifici letum et coniurata arma moueri,  
 palluit et cunctis, ut cuique erat obuia, diuis  
 'adspice,' dicebat 'quanta mihi mole parentur 765  
 insidiae quantaque caput cum fraude petatur,  
 quod de Dardanio solum mihi restat Iulo.  
 solane semper ero iustis exercita curis,  
 quam modo Tydidæ Calydonia uulneret hasta,  
 nunc male defensae confundant moenia Troiae, 770  
 quae uideam natum longis erroribus actum  
 iactarique freto sedesque intrare silentum  
 bellaque cum Turno gerere, aut, si uera fatemur,  
 cum Iunone magis? quid nunc antiqua recorder  
 damna mei generis? timor hic meminisse priorum  
 non sinit; en acui scleratos cernitis enses. 776  
 quos prohibete, precor, facinusque repellite, neue  
 caede sacerdotis flammam exstinguite Vestae.'

Talia nequiquam toto Venus anxia caelo  
 uerba iacit superosque mouet. qui rumpere quam-  
 quam 780  
 ferrea non possunt neterum decreta sororum,  
 sigma tamen luctus dant haud incerta futuri.  
 arma ferunt inter nigras crepitania nubes  
 terribilesque tubas auditaque cornua caelo  
 praemonuisse nefas. solis quoque tristis imago 785  
 lurida sollicitis praebat lumina terris.  
 saepe faces usae mediis ardere sub astris;  
 saepe inter nimbos guttae cecidere eruentae.  
 caerulus et uultum ferrugine Lucifer atra  
 sparsus erat, sparsi Lunares sanguine currus. 790  
 tristia mille locis Stygius dedit omina bubo;  
 mille locis lacrimauit ebur; cantusque feruntur  
 auditi sanctis et uerba minantia lucis.  
 uictima nulla litat magnosque instare tumultus  
 fibra monet, caesumque caput reperitur in extis. 795  
 inque foro circumque domos et templa deorum  
 nocturnos ululasse canes umbrasque silentum

errauisse ferunt motamque tremoribus urbem.  
 non tamen insidias uenturaeque uincere fata  
 praemonitus potuere deum strictique feruntur 800  
 in templum gladii. neque enim locus ullus in urbe  
 ad facinus diramque placet, nisi curia, caedem.  
 tum uero Cytherea manu percussit utraque  
 pectus et Aeneaden molitur condere nube,  
 qua prius infesto Paris est ereptus Atridae 805  
 et Diomedeos Aeneas fugerat enses.  
 talibus hanc genitor: 'sola insuperabile fatum,  
 nata, mouere paras? intras licet debuit, annis.  
 tecta trium; cernes illic molimine uasto  
 ex aere et solido rerum tabularia ferro, 810  
 quae neque concursus caeli neque fulminis iram  
 nec metuunt ullas tuta atque aeterna ruinas.  
 inuenies illic incisa adamante perenni  
 fata tui generis. legi ipse animoque notaui  
 et referam, ne sis etiamnum ignara futuri. 815  
 hic sua compleuit, pro quo, Cytherea, laboras,  
 tempora, perfectis, quos terrae debuit, annis.  
 ut deus accedat caelo templisque colatur,  
 tu facies natusque suus; qui nominis heres  
 inpositum feret unus onus caesique parentis 820  
 nos in bella suos fortissimus ultor habebit.  
 illius auspiciis obsessae moenia pacem  
 uicta petent Mutinae; Pharsalia sentiet illum,  
 Emathiaque iterum madefient caede Philippi,  
 et magnum Siculis nomen superabitur undis, 825  
 Romanique ducis coniunx Aegyptia taedae  
 non bene fisa cadet; frustra erit illa minata  
 seruitura suo Capitolia nostra Canopo.  
 quid tibi barbariam, gentes ab utroque iacentes  
 Oceano numerem? quodcumque habitabile tellus 830  
 sustinet huius erit; pontus quoque seruet illi.  
 pace data terris animum ad ciuilia uertet  
 iura suum legesque feret iustissimus auctor  
 exemplotum suo mores reget inque futuri  
 temporis aetatem uenturorumque nepotum 835  
 prospiciens prolem sancta de coniuge natam  
 ferre simul nomenque suum curasque iubebit;  
 nec nisi cum senior Pylios aequauerit annos,  
 aetherias sedes cognataque sidera tanget.  
 hanc animam interea caeso de corpore raptam 840  
 fac iubar, ut semper Capitolia nostra forumque  
 diuus ab excelsa prospectet Iulius aede.'

Vix ea fatus erat, media cum sede senatus  
 constitit alma Venus nulli cernenda, suique  
 Caesaris eripuit membris neque in aera solui 845  
 passa recentem animam caelestibus intulit astris.  
 dumque tulit, lumen capere atque ignescere sensit  
 emisitque sinu. luna nolat altius illa  
 flammiferumque trahens spatioso limite crinem  
 stella micat; natiue uidens bene facta fatetur 850  
 esse suis maiora et uinci gaudet ab illo.  
 hic sua praeferrere quamquam uetat acta paternis,  
 libera fama tamen nullisque obnoxia iussis  
 inuitum praefert unaque in parte repugnat.  
 sic magnus cedit titulus Agamemnonis Atrous, 855  
 Aegaea sic Theseus, sic Pelea uincit Achilles.  
 denique, ut exemplis ipsos aequantibus utar,  
 sic et Saturnus minor est Ioue. Iuppiter arces  
 temperat aetherias et mundi regna triformis; 859  
 terra sub Augusto est. pater est et rector uterque.  
 di, precor, Aeneae comites, phoebe ensis et ignis  
 cesserunt, dique Indigetis genitorque Quirine  
 urbis et inuicti genitor Gradiue Quirini  
 Vestaque Caesares inter sacrata Penates  
 et cum Caesarea tu, Phoebe domestice, Vesta, 865  
 quique tenes altus Tarpeias Iuppiter arces,

XV 730 *seruat* ε h Magnas, *seruant* N<sup>2</sup>. 737 *acclinia* codd. aliquot Heins., *acclinia* N<sup>2</sup> ε h. 740 *e parte* ε Merk. 751 *ullum est* h. 776 *en me a. h.*, *en in me a.* Plan., *in me a.* N<sup>2</sup> ε uulg. 790 *cursus* h. 793 *minatia* h., *minacia* Heins. ex codd., *sonantia* N<sup>2</sup>. 804 *et aeneaden* codd. duo, *sed tandem* h., *et interdum* N<sup>2</sup> ε. 811 *concursum* N<sup>2</sup> h codd. multi Heins., *concessum* ε Merk. 818 *locetur* N<sup>2</sup> ε codd. multi Heins. 820 *caesique* N<sup>2</sup> h., *caedisque* ε Merk. 829 *barbariem* ε uulg. *gentesque* N<sup>2</sup> uulg. 838 *cum patris senior* h. *Pylios* Heins. Bentl., cf. Trist. V 5. 62, *similes* N<sup>2</sup> ε h al., *patrios* codd. pauci. 848 *sinu* Plan. Heins. ex codd., *simul* N<sup>2</sup> ε h. 855 *magnus* N<sup>2</sup> ε al., *magnis* h al., *magni* Heins. 856 *uicit* ε h. 866 *edes* ε, *acles* Merk.

quosque alios nati fas appellare piunque est :  
 tarda sit illa dies et nostro serior aeuo,  
 qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto  
 accedat caelo faueatque precantibus absens. 870  
 Iamque opus exegi, quod nee Iouis ira nee ignis  
 nec poterit ferrum nec edax abolere uetustas.  
 eum uolet, illa dies, quae nil nisi corporis huius

ius habet, incerti spatium mihi finiat aeni :  
 parte tamen meliore mei super alta perennis 875  
 astra ferar nomenque erit indelebile nostrum.  
 quaque patet domitis Romana potentia terris,  
 ore legar populi perque omnia saecula fama,  
 siquid habent ueri uatum praesagia, uiuam.

XV 869 quem recitat h. 876 indelebile h. s.

P. OVIDI NASONIS  
FASTORVM

LIBER PRIMVS

**T**EMPORA cum causis Latium digesta per  
annum  
lapsaque sub terras orta que signa canam.  
excipe pacato, Caesar Germanice, uultu  
hoc opus et timidæ derige nauis iter :  
officioque, leuem non auersatus honorem,  
huic tibi deuoto numine dexter ades.  
sacra recognoscas annualibus eruta priscis  
et quo sit merito quæque notata dies.  
inuenies illic et festa domestica nobis :  
sæpe tibi pater est, sæpe legendus auus.  
quæque ferunt illi pictos signantia fastos,  
tu quoque cum Druso præmia fratre ferēs.  
Caesaris arma canant alii : nos Caesaris aras  
et quoscumque sacris addidit ille dies.  
adnue conanti per landes ire tuorum  
deque meo pauidos excute corde metus.  
da mihi te placidum : dederis in carmina uiris ;  
ingenium uultu statque caditque tuo.  
pagina iudicium docti subitura mouetur  
principis, ut Clario missa legenda deo.  
quæ sit enim culti facundia sensimus oris,  
ciuica pro trepidis cum tulit anna reis :  
scimus et, ad nostras cum se tulit impetus artes,  
ingenii currant flumina quanta tui.  
si licet et fas est, uates rege uatis habenas,  
auspicio felix totus ut annus eat.  
Tempora digereret cum conditor urbis, in anno  
constituit menses quinque bis esse suo.  
scilicet arma magis quam sidera, Romule, noras,  
curaque finitimos uincere maior erat.  
est tamen et ratio, Caesar, quæ mouerit illum,  
erroremque suum quo tueatur habet.  
quod satis est, utero matris dum prodeat infans,  
hoc anno statuit temporis esse satis.  
per totidem menses a funere coniugis uxor  
sustinet in uida tristitia signa domo.  
haec igitur uidit trabeati cura Quirini,  
cum rudibus populis annua iura daret.  
Martis erat primus mensis, Venerisque secundus :  
haec generis princeps, ipsius ille pater.  
tertius a senibus, iuuenum de nomine quartus,  
quæ sequitur numero turba notata fuit.  
at Numa nec Ianus nec auitas præterit umbras  
mensibus antiquis præposuitque duos.  
Ne tamen ignores nariorum iura dierum,  
non habet officii Lucifer omnis idem.  
ille nefastus erit per quem tria uerba silentur :

fastus erit per quem lege licebit agi.  
nec toti perstare die sua iura putaris :  
qui iam fastus erit, mane nefastus erat. 50  
nam simul exta deo data sunt, licet omnia fari,  
uerbaque honoratus libera prætor habet.  
est quoque quo populum ius est includere sæptis :  
est quoque qui nono semper ab orbe redit.  
uindicat Ausonias Iunonis cura Kalendas ; 55  
Idibus alba Ioui grandior agna cadit ;  
Nonarum tutela deo caret. omnibus istis,  
ne fallare caue, proximus ater erit.  
omen ab euentu est ; illis nam Roma diebus  
damna sub auerso tristia Marte tulit. 60  
haec mihi dicta semel totis haerentia fastis,  
ne seriem rerum scindere cogar, erunt.

1. A. K. IAN. F.

Ecce tibi faustum, Germanice, nuntiat annum  
inque meo priuus carmine Ianus adest. 65  
Iane biceps, anni tacite labentis origo,  
solus de superis qui tua terga uides,  
dexter ades ducibus quorum securâ labore  
otia terra ferax, otia pontus habet.  
dexter ades patribusque tuis populoque Quirini  
et resera nutu candida templa tuo. 70  
prospera lux oritur : linguis animisque fauete ;  
nunc dicenda bona sunt bona uerba die.  
lite uacent aures, insanaque protinus absint  
inrgia : differ opus, liuida turba, tuum.  
cernis odoratis ut luceat ignibus aether,  
et sonet accensis spica Cilissa focus ? 75  
flamma nitore suo templorum uerberat aurum  
et tremulum summa spargit in aede iubar.  
uestibus intactis Tarpeias itar in arces,  
et populis festo concolor ipse suo est. 80  
iamque noui præeunt fasces, noua purpura fulget,  
et noua conspicuum pondera sentit ebur.  
colla rudes operum præbent ferienda iuenci,  
quos aluit campis herba Falisca suis.  
Iuppiter arce sua totum cum spectat in orbem, 85  
nil nisi Romanum, quod tueatur, habet.  
salue, laeta dies, meliorque reuertere semper,  
a populo rerum digna potente coli.  
Quem tamen esse deum te dicam, Iane biformis ?  
nam tibi par nullum Graecia numen habet. 90  
ede simul causam, cur de caelestibus unus,  
sitque quod a tergo, sitque quod ante, uides ?

I 3 uoltu A (Regimensis), ut fere : sic etiam uolguis uolnus. 5 officiique V (rsinianus) τ. 6 huic in ras. A, en V. munere V τ. 11 festos s. fastus V τ. 15 annue A, ut fere. 23 se codd., te ex corr. Peter unus cod. 25 scilicet A<sup>1</sup>. 26 auspicio τ, aspicio et A, auxiliante V, auspice te τ Riese. 27 annum V. 28 suos V. 45 dierum om. A<sup>1</sup>. 46 officium τ. 49 toti uulgo post Kreussler, toto A V τ Merk(el), tuto cett. 54 nonus Kreussler. 58 dies proximus V τ. 60 aduerso V τ. 64 primum A τ. 71 postera V. 74 turba, lingua V τ. 76 falisca τ. 83 ferienda securi A τ. 85 arte A. spectat τ, spectet A V τ Riese. 85 86 post 88 ponere uult C. Schenkl, post 282 Riese. 90 nomen A. 92 ilque quod a tergo est ilque τ.



haec ego cum sumptis agitare mente tabellis, lucidior uisa est quam fuit ante domus. tunc sacer accipiti mirandus imagine Ianus	95	haec anni nouitas iure uocanda fuit. quaesieram multis; non multis ille moratus contulit in uersus sine sua nerba duos; 'bruna noui prima est ueterisque nouissima solis: prineipium capiunt Phoebus et annus idem.'	160
extimui sensique metu friguisse capillos, et gelidum subito frigore pectus erat. ille tenens baculum dextra clauemque sinistra edidit hos nobis ore priore sonos.	100	Post ea mirabar, eur non sine litibus esset prima dies. 'causam percipe' Ianus ait. 'tempora commisi nascentia rebus agendis, totus ab auspicio ne foret annus iners. quisque suas artes ob idem delibabat agendo nec plus quam solitum testificatur opus.'	165
'disce metu posito, uates operose dierum, quod petis et noees percipe mente meas. me Chaos antiqui, nam sum res prisca, uocabant: aspice quam longi temporis aeta euanit.	105	Mox ego, 'cur, quamuis aliorum numina placem, Iane, tibi primum tura merumque fero?' 'ut possis aditum per me, qui limina seruo, ad quoscumque uoles' inquit 'habere deos.'	170
lucidus hic aer et, quae tria corpora restant, ignis, aquae, tellus, uisus acrius erat. ut semel haec rerum recessit lite suarum inque nouas abiit massa soluta domos, flamma petit altum, propior locus aera cepit, sederunt medio terra fretumque solo.	110	'at cur laeta tuis dicuntur uerba Kalendis, et damus alternas accipiunusque preces?' tum deus, incumbens baellu quem dextra gerebat, 'omina principii' inquit 'inesse solent. ad primam uocem timidus aduertitis aures, et uisam primum consulit augur auem.'	175
tunc ego, qui fueram globus et sine imagine moles, in faciem redii dignaque membra deo. nunc quoque, confusae quondam nota parua figurae, ante quod est in me postque, uidetur idem. Accipe quaesitae quae causa sit altera formae, hanc inuasit ut noris olliciumque meum.	115	Desierat Ianus, nec longa silentia feci, sed tetigi uerbis ultima uerba meis: 'quid uult palma sibi rigosaque carica,' dixi 'et data sub niueo candida mella cado?'	180
quiequid ubique uides, caelum, mare, umbila, terras, omnia sunt nostra clausa patentque manu. me penes est unum uasti custodia mundi, et ius uertendi cardinis omne meum est.	120	'omen,' ait 'causa est, ut res sapor ille sequatur, et peragat coeptum dulcis sit annus iter. 'dulcia eur dentur uideo: stipsis adice causam, pars mihi de festo ne habet ulla tuo.'	185
cum libuit Pacem placidus emittere tectis, libera perpetuas ambulat illa uias: sanguine letifero totus miscetur orbis, ni teneant rigidae condita Bella serae.	125	risit et 'o quam te fallunt tua sacenla,' dixit 'qui stipe mel sumpta dulcis esse putas. uix ego Saturno quemquam reuante uidelam, enims non animo dulcila luera forent.	190
praesideo foribus eaeli cum mitibus Floris: it redit ollicio Iuppiter ipse meo. inde uocor Ianus: cui cum Ceriale sacerdos imponit libum farraque mixta sale, nomina riblebis: modo namque Patulcius idem et modo sacrificio Clusius ore uocor.	130	tempore creuit amor, qui nunc est summus, habendi: uix ultra quo iam progrediatur habet.	196
scilicet alterno uoluit ridis illa uetustas nomine diuersas significare uices. Vis mea narrata est: causam nunc disce figurae; iam tamen hanc aliqua tu quoque parte uides. omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontis, e quibus haec populum spectat, at illa Larem.	135	pluris opes nunc sunt quam prisce temporis annis, dum populus pauper, dum noua Roma fuit, dum casa Martigenam capiebat parua Quirinum, et dabat exiguum illumis uha torum.	200
utque sedens primi uester prope limina tecti ianitor egressus introitusque uidet, sic ego perspicio eaelestis ianitor aulae Eoas partes Hesperiasque simul.	140	Iuppiter angusta uix totus stabat in aede, inque Ionis dextra fietile fulmen erat. frondibus ornabant quae uex Capitolia gemmis, paseebatque suas ipse senator ones; nec pudor in stipula placidam cepisse quietem et faenum capiti supposuisse fuit.	205
ora uides Heceates in tres uertentia partes, seruet ut in ternas compita seeta uias: et mihi, ne flexu ceruicis tempora perdam, ceruere non moto corpore bina licet.'	145	iura dabat populis posito modo praetor aratro, et leuis argenti lammina erimen erat. at postquam fortuna loci caput extulit huius, et tetigit summo uertice Roma deos,	210
Dixerat: et uultu, si plura requirere nellen, dillicilem mihi se non fore fassus erat. sumpsi animum gratesque deo non territus egi nerbaque sum spectans plura loentis lunum: 'die age, frigoribus quare nouus incipit annus, qui melius per ner incipiendus erat?'	150	crenerunt et opes et opum furiosa cupido, et cum possideant plurima, plura petunt. quaerere ut absument, absumpta requirere certant, atque ipsae uitii sunt alimenta uices. sic quibus intumuit sullas uenter ab unda, quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae.	215
omnia tunc florent, tunc est noua temporis aetas, et noua de grauido palmite gemma tumet, et modo formatis operitur frondibus arbor, prodit et in summum seminis herba solum, et tepidum uolucres eoncentibus aera mulcent, ludit et in pratis luxuriatque pecus.	155	in pretio pretium nunc est: dat census honores, census amicicias: pauper ubique iacet. tu tamen auspiciu si sit stipsis utile quaeris, curque iuuent uestras aera uetusta manns?	220
tum blandi soles, ignotaque prodit hirundo et luteum celsa sub trabe ligit opus: tum patitur cultus ager et renouatur aratro.		aera dabant olim: melius nunc oneni in auro est, uictaque concessit prisca moneta nouae, nos quoque templa iuant, quamuis antiqua pro- beimus, aurea: maiestas conuenit ista deo. laudamus ueteres, sed nostris utimur annis;	225

I 95 *tum* V M (allersteriensis) τ. 97 *obstupui* V M τ. 99 *dextra baculum* V τ. 106 *erant* τ. 113 *quoniam* A. *figurac* est V τ. 122 *perpetuas* A (teste Keil) V<sup>1</sup> τ, *per tutas* V<sup>2</sup> M τ Riese. 126 *it* τ, et codd. 127 *Cerale* V (ut fore) Riese. 128 *libram* A<sup>1</sup>. 131 *aeterna* A. 135 *frontis* ex A. 137 *uester primi* A. 141 *uergentia* V τ (Guthling). 146 *pectus erat* A τ Riese. 147 *non tri* (cetera erasa) A. 148 *suspectans* A V. *plura Elwald, pauca* codd. Riese al., *pecta* Merk. 153 *amicitor nitibus* V τ. *arbor* V. 157, 159 *tunc* τ. 160 *anno* A. 165 *post haec scitabar* Bentl(ey). 168 *ut auspicio* A in ras. 169 *ihdem* A V<sup>1</sup> τ. 172 *primo* V τ. 177 *regobat* V<sup>1</sup>. 179 *primus uoces* V. post 180 lacunam statuit Riese. 183 *fecit* A<sup>1</sup> ut uid. 186 *condita* A V Merk. Riese. *fano* τ. 192 *patet* V. 196 *quoniam* A. 201 *augusta* A. 202 *Ionis* codd., *dei* Bentl. *lumen* V. 205, 206 circumscripsit Peter, post u. 200 transponendos putat Bachrens. 206 *supposuisse suo* M. 207 *consul* V τ. 211 *prius* et om. A. 212 *uolunt* V. 220 *nostras* τ. 222 *concedit* V. 224 *ipsa* A τ.

mos tamen est aequè dignus uterque coli.  
 Finierat monitus. placidis ita rursus ut ante  
 clauigerum uerbis adloquor ipse deum :  
 'multa quidem didici : sed cur naualis in aere  
 altera signata est, altera forma biceps?' 230  
 'noscere me duplici posses ut imagine,' dixit  
 'ni uetus ipsa dies extenuasset opus.  
 causa ratis superest. Tuscum rate uenit in amnem  
 ante pererrato falcifer orbe deus.  
 hac ego Saturnum memini tellure receptum : 235  
 caelitibus regnis a Ioue pulsus erat.  
 inde diu genti mansit Saturnia nomen ;  
 dicta quoque est Latium terra latente deo.  
 at bona posteritas puppem foruauit in aere,  
 hospitis aduentum testificata dei. 240  
 ipse solum colui cuius placidissima lacum  
 radit harenosi Thybridis unda latus.  
 hic ubi nunc Roma est, incaedua silua uirebat,  
 tantaque res paucis pascua bubus erat.  
 arx mea collis erat, quem uulgus nomine nostro 245  
 nuncupat, haec aetas Ianiculumque uocat.  
 tunc ego regnabam, patiens cum terra deorum  
 esset, et humanis numina mixta locis.  
 nondum Iustitiam facinus mortale fugarat :  
 ultima de superis illa reliquit humum : 250  
 proque metu populum sine ui pudor ipse regebat :  
 nullus erat iustis reddere iura labor.  
 nil mihi cum bello : pacem postesque tuebar ;  
 et clauem ostendens 'haec' ait 'arma gero.'  
 Presserat ora deus. tunc sic ego nostra resolui, 255  
 uoce mea nocēs eliciente dei :  
 'cum tot sint iani, cur stas sacratus in uno  
 hic ubi iuncta foris templa duobus habes?'  
 ille manu mulcens propexam ad pectora barbam  
 protinus Oebalii rettulit arma Tati, 260  
 utque leuis custos armillis capta Sabinos  
 ad summae tacitos duxerit arcis iter.  
 'inde, uelut nunc est, per quem descenditis,' inquit  
 'arduus in ualles per fora clius erat.  
 et iam contigerant portam, Saturnia cuius 265  
 desperat oppositas insidiosa seras.  
 cum tanto ueritus committere numine pugnam  
 ipse meae noui callidus artis opus,  
 oraque, qua pollens ope sum, fontana reclusi  
 sumque repentinas eiaculatus aquas. 270  
 ante tamen madidis subieci sulphura uenis,  
 clauderet ut Tatio feruidus umor iter.  
 cuius ut utilitas pulsus percepta Sabinis,  
 quae fuerat tuto reddita forma loco est.  
 ara mihi posita est paruo coniuncta sacello : 275  
 haec adolet flammis cum strue farra suis.'  
 'At cur pace lates motisque recluderis armis?'  
 nec mora, quaesiti reddita causa mihi est :  
 'ut populo reditus pateant ad bella profecto,  
 tota patet dempta ianua nostra sera. 280  
 pace fores obdo, ne qua discedere possit ;  
 Caesareoque diu nomine clausus ero.'  
 dixit, et attollens oculos diuersa uidentes  
 aspexit toto quidquid in orbe fuit.  
 pax erat ; et uestri, Germanice, causa triumphii, 285  
 tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.  
 Iane, fac aeternos pacem pacisque ministros  
 neue snuni praesta deserat auctor opus.  
 Quod tamen ex ipsis licuit mihi discere fastis,  
 sacrauere patres hac duo templa die. 290

accepit Phoebō nymphaque Coronide natum  
 insula, diuidua quam premit amnis aqua.  
 Iuppiter in parte est ; cepit locus unus utrumque.  
 iunctaque sunt magno templa nepotis auo.

## 2. BF 3. CC 4. DC

Quis uetat et stellas, ut quaeque oriturque caditque,  
 dicere? promissi pars sit et ista mei. 296  
 felices animae, quibus haec cognoscere primis  
 inque domus superas scandere cura fuit.  
 credibile est illas pariter uitisque locisque  
 altius humanis exeruisse caput. 300  
 non Venus et unum sublimia pectora fregit,  
 officiumque fori, militiaeque labor ;  
 nec leuis ambitio perfusaque gloria fuco  
 magnanarumque fames sollicitauit opum.  
 admouere oculis distantia sidera nostris 305  
 aetheraque ingenio supposuere suo.  
 sic petitur caelum : non ut ferat Ossan Olympus,  
 summaque Pellicae sidera tangat apex.  
 nos quoque sub ducibus caelum metabimur illis  
 ponemusque suos ad uaga signa dies. 310  
 Ergo ubi nox aderit uenturis tertia Nonis,  
 sparsaque caelesti rore mada bit humus,  
 octipedis frustra quaerentur brachia Cancri :  
 praecepit eciuidas ille subibit aquas.  
 institerint Nonae, missi tibi nubibus atris 315  
 signa dabunt imbres ex oriente Lyra.

## 5. ENON.F 6. FF 7. GC 8. HC 9. A AGON

Quattuor adde dies ductos ex ordine Nonis ;  
 Ianus Agonalis luce piandus erit.  
 nominis esse potest succinctus causa minister,  
 hostia caelitibus quo feriente cadit, 320  
 qui calido strictos tincturos sanguine cultros  
 semper agatne rogat nec nisi iussus agit.  
 pars, quia non ueniant pecudes sed agantur, ab actu  
 nomen Agonale credit habere diem.  
 pars putat hoc festum priscis Agnalia dictum, 325  
 una sit ut proprio littera dempta loco.  
 an, quia praeuisus in aqua timet hostia cultros,  
 a pecoris lux est ipsa notata metu ?  
 fas etiam fieri solitis aetate priorum  
 nomina de ludis Graeca tulisse diem. 330  
 et pecus antiquus dicebat agonia sermo ;  
 ueraque iudicio est ultima causa meo.  
 utque ea non certa est, ita rex placare sacrorum  
 numina lanigerae coniuge debet ouis.  
 Victima quae cecidit dextra uictrice uocatur ; 335  
 hostibus a domitis hostia nomen habet.  
 ante, deos homini quod conciliare ualeret,  
 far erat et puri lucida mica salis.  
 nondum pertulerat lacrimatas cortice murras  
 acta per aequoreas hospita nauis aquas ; 340  
 tura nec Euphrates nec miserat India costum,  
 nec fuerant rubri cognita fila croci.  
 ara dabat fumos herbis contenta Sabinis  
 et non exiguo laurus adusta sono.  
 siquis erat factis prati de flore coronis 345  
 qui posset uiolas addere, dines erat.  
 hic qui nunc aperit percussi uiscera tauri,  
 in sacris nullum culter habebat opus.  
 prima Ceres auidae gauisa est sanguine porcae,

I 227 *finierat*, m. *distinx*. E. Hoffmann (Neue Jahrb. 1877, 396). *pauidis* Peter. 231 *ut codd.*, in  $\tau$ , sub Madv. (fig). 236 ab I. V  $\tau$ . 239 *seruauit*  $\tau$ , *sacrauit* Bentl. 241 *coluit* V. 243 *tunc ardua* A  $\tau$ . 245 *ara mea est colli* A. *quem cultrix*  $\tau$  Peter (post Merk.), *uolsus, quem* Merk. 248 *focis* Merk. 249 *figurat* A<sup>1</sup>. 255 *resoluo* A<sup>1</sup>  $\tau$ . 259 *in pectore* V. 261 *Sabinis*  $\tau$ . 262 *duxerat*  $\tau$ . 264 *per* A, et V Riese al., *ad*  $\tau$  Peter. 265 *contigerat* A V  $\tau$  Merk. 266 *inuidiosa* A V  $\tau$  Riese al. 268 *noui* A. 270 *et iaculatus* A. 272 *latio* A<sup>1</sup>. 282 *numine*  $\tau$  Riese al. 283 *tuentes*  $\tau$  Merk. 289 *dicere* A<sup>1</sup>  $\tau$ . 293 *utrumque* A<sup>1</sup>. 295 *quid* V. 296 *stet* et Merk., *fuit*  $\tau$ , *ipsa* A Merk. al. 298 *domos* V  $\tau$ . 299 *illos* A  $\tau$ . *populisque* Bentl., *uitisque* C. Schenkl. *iocisque* A  $\tau$  (de V non liquet). 302 *officiumque* A  $\tau$ . 308 *imaque* A, *ipsaque* Merk. 313 *quaeruntur* A. 314 *praecepte* A  $\tau$ . *subiit* cod. unus edd. quidem. 315 *nonae* A V. *imbres*  $\tau$ . 317 *dictos* A, *dictis* V, *ductis*  $\tau$  Merk. 322 *rogas*  $\tau$ . *agat* A  $\tau$ , *agat* V. 323, 326, 325, 324 *ordiantur* A  $\tau$  hos uu. *circumscr.* Merk. 325 *agonalia* (sed o eras.) A. 329 *fas* codd., *pars* pauci Riese, qui 329, 330 post 326 *trausp.* 331 *pirus* A, *pirus*  $\tau$ . 332 *est* om. A. 333 *non* A  $\tau$ , *nunc* V  $\tau$ . 338 *fas* A. 347 *percussit* A.

ulta suas merita eade noentis opes.	350	hanc eupit, hanc optat, sola suspirat in illa,
nam sata uere nouo teneris lactentia sucis		signaque dat nutu sollicitatque notis.
spargitur adfuso cornua, Bacehe, mero.		fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam :
sus dederat poenas : exemplo territus huius		irrisum uultu despicit illa suo.
palmitē debueras abstinuisse, eaper.		420
quem spectans aliquis dentes in uite prementem	355	nox erat, et uino somnum faciente iacebant
talia non tacito dicta dolore dedit :		corpore diuersis uicta sopore locis.
'rode, eaper, uitem: tamen hinc, cum stabis ad		Lotis in herbosa sub acernis ultima ramis,
aran,		sicut erat lusu fessa, quieuit humo.
in tua quod spargi cornua possit erit.'		surgit amans animamque tenens uestigia furtim
uerba fides sequitur: noxae tibi deditus hostis		suspensio digitis fert taciturna gradu.
spargitur adfuso cornua, Bacehe, mero.	360	ut tetigit niueae secreta cubilia nymphae,
culpa sui nocuit, nocuit quoque culpa eapellae :		ipsa sui flatus ne sonet aura canet.
quid bos, quid placidae commeruistis oues ?		et iam finitima corpus librabat in herba :
flebat Aristaeus, quod apes cum stirpe necatas		illa tamen multi plena soporis erat.
uiderat inceptos destituisse fauos.		430
caerula quem genitrix aegre solata dolentem	365	gaudet et a pedibus traeto uelamine uota
addidit haec dictis ultima uerba suis :		ad sua felici coeperat ire uia.
'siste, puer, lacrimas. Proteus tua damna leuabit		ecce rudens rauco Sileni uector asellus
quoque modo repares quae perire dabit.		intempetuos edidit ore sonos.
decipiat ne te uersis tamen ille figuris,		terrata consurgit Nymphae manibusque Priapum
impediunt geminas uincula firma manus.'	370	reicit et fugiens concitat omne nemus.
peruenit ad uatem iuuenis resolutaque somno		at deus obscena nimium quoque parte paratus
alligat aequorei brachia capta senis.		omnibus ad lunae lumina risus erat.
ille sua faciem transformis adulterat arte :		morte dedit poenas auctor clamoris : et haec est
mox domitus uinculis in sua membra redit,		Hellespontiaco uictima grata deo.
oraque caerulea tollens rorantia barba	375	440
'qua' dixit 'reparet arte requiris apes ?		Intactae fueratis aues, solacia ruris,
obruē mactati corpus tollere iuueni :		adsuetum siluis innocuumque genus,
quod petis a nobis obrutus ille dabit.'		quae facitis nidos, quae plumis oua fouctis
iussa facit pastor. ferent examina patri		et facili dulces editis ure modos.
de boue : mille animas una necata dedit.	380	sed nil ista iuuant, quia linguae crimen habetis,
poscit ouem fatum : uerbenas improba carpsit,		dique putant mentes nos aperire suas.
quas pia dis ruris ferre solebat anus.		nee tamen hoc falsum: nam, dis ut proxima
Quid tuti superest, animam cum ponat in aris		quaeque,
lanigerumque pecus ruricolaeque boues ?		nunc pinna ueras, nunc datis ore notas.
placet equo Persis radiis Hyperiona cinctum,	385	tuta diu uoluerum proles tum denique caesa est,
ne detur eeleri uictima tarda deo.		iuueruntque deos iudicis exta sui.
quae semel est triplici pro uirgine caesa Dianae,		450
nunc quoque pro nulla uirgine cerua cadit.		ergo saepe suo coniunx abducta marito
exta canum uidi Triuiae libare Sapaecos		uritur Idaliis alla columba foecis.
et quicumque tuas accolit, Ilacme, niues.	390	nee defensa iuuant Capitolia, quo minus auiser
caeditur et rigido custodi ruris asellus ;		det iecur in lances, Iuaculi uacca, tuas.
causa pudenda quidem, sed tamen apta deo.		nocte deae Nocti cristatus caeditur ales,
festa corymbiferi celebrabas, Graecia, Bacceli,		455
tertia quae solito tempore bruma refert.		quod tepidum uigili prouocet ore diem.
di quoque cultores in idem uenere Lyaei,	395	Interea Delphin charmi super aequora sidus
et quicumque iocis non alienus erat :		tollitur et patriis exerit ora uadis.
Panes et in Venerem Satyrorum prona iuuentus,		
quaeque colunt annes solaque rura deae.		
generat et senior pando Silenus asello,		
quique ruber pauidas inguine terret aues.	400	
dulcia qui dignum nemus in conuiuia nacti		
gramine uestitis acubuere toris.		
uina dabat Liber, tulerat sibi quisque coronam,		
miscendas large riuus agebat aquas.		
Naiades effusis aliae sine pectinis usu,	405	
pars aderant positus arte manumque comis.		
illa super suras tunicam collecta ministrat,		
altera disuto pectus aperta sinu.		
exerit haec uerum, uestem trahit illa per herbas ;		
impediunt teneros uincula nulla pedes.	410	
hinc aliae Satyris incendia mita praebent ;		
pars tibi, qui pinu tempora nexa geris.		
te quoque, inextinctae Silene libidinis, urunt :		
nequitia est quae te non sinit esse senem.		
at ruber, hortorum decus et tutela, Priapus	415	
omnibus ex illis Lotide captus erat.		

## 10. BEN.

Postera lux hiemem medio discrimine signat,  
aequaque praeteritae quae superabit erit. 460

## 11. C. CAR. N. 12. DC

Proxima prospiciet Tithono Aurora relicto  
Arcadiae sacrum pontificale deae.  
te quoque lux eadem, Turni soror, acce recepit  
hic ubi Virginea Campus obitur aqua.  
unde petam causas horum moremque sacrorum? 465  
deriget in medio quis mea uela freto?  
ipsa mone, quae nomen habes a carmine ductum,  
propositoque faue, ne tuis erret honor.  
orta prior luna, de se si creditur ipsi,  
a magna tellus Arcade nomen habet. 470  
hic fuit Enander, qui, quamquam clarns utroque,  
nobilior sacrae sanguine matris erat.  
quae simul aetherios animo conceperat ignes,  
ore dabat pleno carmina uera dei.  
dixerat haec nato motus instare sibi, 475  
multaque praeterea, tempore nacta fidem.  
nam iuuenis nimium uera eum matre fugatus

I 350 merito A. 351 latetia A. sulcis A τ Peter. 361 sua A. 365 genitrix A ut ubique. soluta dolore A<sup>1</sup>. 373 suam codd. 381 palseit A. ouis prato A<sup>2</sup> in ras. 387 quod V τ. triplicis A<sup>2</sup> in ras., gemina V. 389 sabeos codd. 393 uacemiferi V. celebrabat codd. (excepto A). 396 loeis A τ, nero V corr. Dousac. crit A<sup>1</sup>. 400 auidas A. 409 uestes A τ. 413 uiguit V. 418 solidatque A<sup>1</sup>. 422 iacta V. 435 consurgens V. 436 genus V. 441 solatia codd. 443 sic V, et plumis codd. 447 id V τ. 448 pinna ex A. 452 utitur A. in calidis codd., corr. Heinsius. 453 iuuent A<sup>1</sup>. 454 sic M τ, bacca V, inache laute A τ, laula τ uulgo. 455 nocte. nocti V, postis A<sup>1</sup>, -us A<sup>2</sup>, noctis τ. 461 respiciet V. T. ut nuta A<sup>1</sup>, T. nupta V. 465 petunt A<sup>1</sup>. 466 derigit A, dirigit cett. 476 multam praeteritio Benti. tempora V.

deserit Arcadiam Parrhasiumque larem.  
 cui genetrix flenti 'fortuna uiriliter' inquit  
 'siste, precor, lacrimas) ista ferenda tibi est. 480  
 sic erat in fati; nec te tua culpa fugauit,  
 sed deus; offenso pulsus es urbe deo.  
 non meriti poenam pateris, sed numinis iram:  
 est aliquid magnis crimen abesse malis.  
 conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra  
 pectora pro facto spemque metumque suo. 486  
 nec tamen ut primus maere mala talia passus:  
 obruit ingentes ista procella uiros.  
 passus idem est, Tyriis qui quondam pulsus ab  
 oris  
 Cadmus in Aonia constitit exul humo: 490  
 passus idem Tydeus et idem Pagasaesus Iason,  
 et quos praeterea longa referre mora est.  
 omne solum forti patria est, ut piscibus aequor,  
 ut uolucris uacuo quicquid in orbe patet.  
 nec fera tempestas toto tamen horret in anno: 495  
 et tibi (crede mihi) tempora ueris erunt.  
 uocibus Euander firmata mente parentis  
 naue secat fluctus Hesperiamque tenet.  
 iamque ratem doctae monitu Carmentis in amnem  
 egerat et Tuscis obuius ibat aquis. 500  
 fluminis illa latus, cui sunt uada iuncta Tarenti,  
 aspicit et sparsas per loca sola casas;  
 utque erat, immissis puppem stetit ante capillis  
 continuitque manum torua regentis iter.  
 et procul in dextram tendens sua brachia ripam 505  
 pinea non sano ter pede texta ferit;  
 neue daret saltum properans insistere terrae,  
 uix est Euandri uixque retenta locorum.  
 'di' que 'petitorum' dixit 'saluete locorum,  
 tuque nouos caelo terra datura deos, 510  
 fluminaque et fontes, quibus utitur hospita tellus,  
 et nemorum Nymphae Naiadumque chori.  
 este bonis aibus uisi natoque mihi que,  
 ripaque felici tacta sit ista pede.  
 fallor, an hi fient ingentia moenia colles, 515  
 iuraque ab hac terra cetera terra petet?  
 montibus his olim totus promittitur orbis  
 quis tantum fati credat habere locum?  
 et iam Dardaniae tangent haec litora pinus;  
 hic quoque causa noui femina Martis erit. 520  
 care nepos, Palla, funesta quid induis arma?  
 indue: non humili uindice caesus eris.  
 uicta tamen uinces euersaque, Troia, resurges:  
 obruit hostiles ista ruina domos.  
 urite uictrices Neptunia Pergama flammae: 525  
 num minus hic toto est altior orbe cinis?  
 iam pius Aeneas sacra et, sacra altera, patrem  
 adferet: Iliacos accipe, Vesta, deos.  
 tempus erit, cum uos orbemque tuebitur idem,  
 et fient ipso sacra colente deo, 530  
 et penes Augustos patriae tutela manebit;  
 hanc fas imperii frena tenere domum.  
 inde nepos natusque dei, licet ipse recuset,  
 pondera caelesti mente paterna feret.  
 utque ego perpetuis olim sacrorum in aris, 535  
 sic Augusta nouum Iulia numen erit.  
 talibus ut dictis nostros descendit in annos,  
 substitit in medio praesencia lingua sono.  
 puppibus egressus Latia stetit exul in herba,  
 felix, exilium cui locus ille fuit! 540  
 nec mora longa fuit, stabant noua tecta, neque alter  
 montibus Ausoniis Arcade maior erat.  
 ecce boues illuc Erytheidas applicat heros

emensus longi clauiger orbis iter.  
 dumque huic hospitium domus est Tegeaea, uagantur  
 incustoditae latta per arua boues. 546  
 mane erat: excussus somno Tirynthius actor  
 de numero tauros sentit abesse duos.  
 nulla uidet quaerens taciti uestigia furti:  
 traxerat auersos Cacus in antra feros, 554  
 Cacus, Auentinae timor atque infamia siluae,  
 non leue finitimis hospitibusque malum.  
 dira uiro facies, uires pro corpore, corpus  
 grande: pater monstri Mulciber huius erat:  
 proque domo longis spelunca recessibus ingens, 555  
 abdita, uix ipsis inuenienda feris.  
 ora super postes adfixaque brachia pendent,  
 squalidaque humanis ossibus albet humus.  
 seruata male parte bouum loue natus abibat:  
 mugitum rauco furta dedere sono. 560  
 'accipio reuocamen' ait uocemque secutus  
 impia per siluas ultor ad antra uenit.  
 ille aditum fracti praestruxerat obice montis;  
 uix iuga mouissent quinque bis illud opus.  
 nititur hic ueris (caelum quoque sederat illis) 565  
 et uastum motu conlabefactat onus.  
 quod simul euersum est, fragor aethera terruit ipsum,  
 ietaque subsedit pondere molis humus.  
 prima mouet Cacus collata proelia dextra  
 remque ferox saxis stiptibusque gerit. 570  
 quis ubi nil agitur, patrias male fortis ad artes  
 confugit et flammis ore sonante uomit.  
 quas quotiens proflat, spirare Typhoea credas  
 et rapidum Aetnaeo fulgur ab igne iaci.  
 occupat Alcides, adductaque claua trinodis 575  
 ter quater aduerso sedit in ore uiri.  
 ille cadit mixtosque uomit cum sanguine fumos  
 et lato moriens pectore plangit humum.  
 immolat ex illis taurum tibi, Iuppiter, unum  
 uictor et Euandrum ruricolaeque uocat; 580  
 constituitque sibi, quae Maxima dicitur, aram,  
 hic ubi pars urbis de boue nomen habet.  
 nec tacet Euandri mater prope tempus adesse,  
 Hercule quo tellus sit satis usa suo.  
 at felix uates, ut dis gratissima uixit, 585  
 possidet hunc Iani sic dea mense diem.

## 13. E EID·Nº 14. F ENDI·S·VITIOS·EX S·O

Idibus in magni castus Iouis aede sacerdos  
 semimaris flammis uiscera libat ouis:  
 redditaque est omnis populo prouincia nostro,  
 et tuus Augusto nomine dictus auus. 590  
 perlege dispositas generosa per atria ceras:  
 contigerunt nulli nomina tanta uiro.  
 Africa uictorem de se uocat; alter Isauras  
 aut Cretum domitas testificatur opes;  
 hunc Numidae faciunt, illum Messana superbum,  
 ille Numantina traxit ab urbe notam; 596  
 et mortem et nomen Druso Germania fecit.  
 me miserum, uirtus quam breuis illa fuit!  
 si petat a uictis, tot sumat nomina Caesar,  
 quot numero gentes maximus orbis habet. 600  
 ex uno quidam celebres aut torquis adempti  
 aut corui titulos auxiliariis habent.  
 Magne, tuum nomen rerum est mensura tuarum:  
 sed qui te uicit nomine maior erat.  
 nec gradus est supra Fabios cognominis ullus: 605  
 illa domus meritis Maxima dicta suis.  
 sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes;

I 481 factis A. 484 magni A. 489 est om. τ Güthl. 494 et V τ. uaeua A. 495 errat A τ. 497 et firma A τ, formata V. 501 terenti V<sup>2</sup> τ Güthl., parenti V<sup>1</sup>. 505 s. br. r. erasa A. 506 tecta A. 512 nemorum siluae A. 524 obruit A M, obruct Riese al. 526 nunc minor A τ. 528 excipe V. ueste A. 533 recuses A. 536 nomen A V τ. 538 medios p. l. sonos A V τ Merk. al. 546 lacta V Merk. al. 547 actor Heins., auctor ucl heros A, hospes V. 550 ad V. ferox A V τ Riese. 553 dura A τ. 554 mulcifer V τ. 556 obdita V. 559 abibas A<sup>2</sup> Merk. 562 uictor A τ Merk. al. 563 perstruxerat A. 564 bis iuga A. onus V τ. 568 iacta A. mollis A. 576 aduersus A<sup>1</sup>. 585 undis A τ. 586 mente A<sup>1</sup>. 589 uestro A (ue eras.) et V, oneris p. p. uestri Merk. 591 cinerosa A τ. 593 alitis aura A, aler is aura V. 599, 600 post 602 transponit Postgate. 600 quod A. 602 torui A. habet V. 604 aue A. te quoque maior V τ. erit Postgate. 605 super A<sup>1</sup>, ultra V τ Merk. al.

hic socium summo cum Ioue nomen habet.  
sancta uocant augusta patres, augusta uocantur  
templa sacerdotum rite dicata manu. 610  
huius et augurium dependet origine uerbi,  
et quodcumque sua Iuppiter auget ope.  
augeat imperium nostri ducis, augeat annos,  
protegat et uestrae querna corona fores:  
auspicibusque deis tanti cognominis heres 615  
omine suscipiat quo pater orbis onus.

## 15. G CAR

Respiciet Titan actas ubi tertius Idus,  
fient Parrhasiae sacra relata deae.  
nam prius Ausoniae matres carpenta uehebant:  
haec quoque ab Euandri dieta parente reor. 620  
mox honor eripitur, matronaque destinat omnis  
ingratos nulla prole nouare uiros:  
neue daret partus, ietu temeraria caeco  
uisceribus crescens excutiebat onus.  
corripuisse patres ausas inuitia nuptas, 625  
ius tamen exemptum restituisse ferunt:  
binaque nunc pariter Tegeaee sacra parenti  
pro pueris fieri uirginibusque iubent.  
scortea non illi fas est inferre sacello,  
ne uiolent pueros exanimata focos. 630  
siquis amas ueteres ritus, assiste preecanti:  
nomina percipies non tibi nota prius.  
Porrimum placatur Postuertaque, siue sorores  
siue fugae comites, Maenali diua, tuae.  
altera quod porro fuerat, eecinisse putatur, 635  
altera, uersurum postmodo quidquid erat.

## 16. HC

Candida te niueo posuit lux proxima templo,  
qua fert sublimes alta Moneta gradus:  
nunc bene prospicies Latiam, Concordia, turbam;  
nunc te sacraatae constituere manus. 640  
Furius antiquam, populi superator Etrusci,  
nouerat et noti soluerat ille fidem.  
causa, quod a patribus sumptis secesserant armis  
uulgus, et ipsa suas Roma timebat opes.  
causa recens melior: passos Germania crimes 645  
porrigit auspiciis, dux uenerande, tuis.  
inde triumphatae libasti munera gentis  
templaque fecisti, quam colis ipse, deae.  
haec tua constituit genetrix et rebus et ara,  
sola toro magni digna reperta Iouis. 650

17. AC 18. BC 19. CC 20. DC  
21. EC 22. FC 23. GC

Haec ubi transierint, Capricorno, Phoebe, relicto  
per iuuenis curres signa gerentis aquam.  
Septimus hinc oriens cum se demiserit undis,  
fulgebunt toto iam Lyra nulla polo. 655  
Sidere ab hoc ignis ueniens nocte, Leonis  
qui micat in medio pectore, mersus erit.

## 24. HC 25. AC 26. BC

Ter quater enolui signantes tempora fastos,  
nec sementina est ulla reperta dies:  
cum mihi (sensit enim) 'lux haec indicitur,' inquit  
Musa 'quid a fastis non stata sacra petis?' 660  
utque dies incerta sacro, sic tempora certa,  
seminibus laetis est ubi fetus ager.

state coronati plenum ad praesepe iuueni:  
cum tepido uestrum palo suspendat aratrum: 665  
rusticus emeritum palo suspendat aratrum:  
omne reformidat frigida uulnus humus.  
uilice, da requiem terrae semente peracta;  
da requiem terram qui coluere uiris.  
pagus agat festum: pagum lustrate, coloni,  
et date paganis annua liba foies. 670  
placentur frugum matres Tellusque Ceresque,  
farre suo grauidae uisceribusque suis.  
officium commune Ceres et Terra tuentur:  
haec praebet causam frugibus, illa locum. 675  
consortes operis, per quas correcta uetustas,  
quernaque glans uicta est utiliore eibo,  
frugibus immensis anidos satiate colonos,  
ut capiant cultus praemia digna sui.  
nos date perpetuos teneris semcutibus auctus,  
nec noua per gelidas herba sit usta niues. 680  
cum serimus, caelum uentis aperite serenis;  
cum latet, aetheria spargite semen aqua.  
neue graues cultis Cerialia rura, caute,  
agnine laesuro depopulentur aues.  
uos quoque, forniciae, subiectis parcite granis: 685  
post inensem praedae copia maior erit.  
interea crescat scabrae robiginis expers,  
nec nitio caeli palleat aegra seges,  
et neque deficiat macie neque pinguior aequo  
diuitiis pereat luxuriosa suis 690  
et careant loliis oculos uitiantibus agri,  
nec sterilis culto surgat auena solo;  
triticicos fetus passuraeque farra bis ignem  
hordeaque iugenti fenore reddat ager.  
haec ego pro uobis, haec uos optate coloni, 695  
efficiatque ratas utraque diua preces.  
bella diu tenere uiros: erat aptior ensis  
uomere, eedebat taurus arator equo;  
sarcula cessabant, nersique in pila ligones,  
factaque de rastro pondere cassis erat. 700  
gratia dis domique tuae; religata catenis  
ianpridem nostro sub pede bella iacent.  
sub iuga bos ueniat, sub terras semen aratas.  
pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.

## 27. CC 28. DC 29. EC

At quae uenturas praecedat sexta Kalendas,  
hae sunt Ledaicis templa dicata deis.  
fratribus illa deis fratres de gente deorum  
circa Iuturnae digna composuere lacus. 705

## 30. FN 31. GC

Ipsam nos earmen deduxit Pacis ad aram:  
haec erit a mensis fine secunda dies. 710  
froudibus Aetiaeis comptos redimita capillos  
Pax ades et toto mitis in orbe mane.  
dum desint hostes, desit quoque causa triumphi:  
tu ducibus bello gloria maior eris.  
sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma, 715  
canteturque fera nil nisi pompa tuba.  
horreat Aeneadas et primus et ultimus orbis:  
siqua parum Romam terra timebat, amet.  
tura, sacerdotes, Paecalibus addite flammis,  
albaque perfusa metima fronte cadat. 720  
utque domus quae praestant eam cum pace pereunet,  
ad pia propensos nota rogat deos.  
Sed iam prima mei pars est exacta laboris,  
cumque suo finem mense libellus habet.

I 611 originis urbi A<sup>2</sup> τ. 615 dies A. 618 relicta A<sup>1</sup>. 622 ianare V. 625 causas A. 626 creertum A, amissum V.  
636 uenturum codd. (exc. 2). erit A<sup>2</sup>. 639 prospiciens A<sup>1</sup> Kreussler, qui et 640 ut te, nam te mauult Riese. 640  
restituere V. 642 ante V. 645 passus A<sup>1</sup>, sparsos A<sup>2</sup> V τ. 646 corripit A τ Merk. 649 hanc Peter cum duobus codd.  
652 uentis Heins., regentis codd. 654 ful. uullo A τ. 658 se uentita AV, semcutina τ Peter. 660 Musa in ras. A.  
661 sacra est V. tempore certo A τ. 662 laetis V. 665 uillicus V. suspudit A<sup>1</sup>. 666 frigore A τ Riese. 667 uilice  
ex A<sup>1</sup>. 668 terrae A V. quam V. 675 operis duo, superis codd. 677 fructibus V. 683 graues om. A. cultus A<sup>1</sup>.  
dona V<sup>2</sup> τ Merk. 688 uita A, usta τ Riese. 691 uincutibus V. 700 cuspis W. Gemoll (Neue Jahrb. 1878, p. 694).  
705 praecedet V τ Merk. 707 dies A τ. 713 desunt A<sup>2</sup> τ. 718 timebit A<sup>2</sup> τ. 720 percussa V τ Peter. 721 perhectus  
A<sup>1</sup>. 722 at A.

## LIBER SECVNDVS

Ianus habet finem. cum carmine crescit et annus :  
 alter ut hic mensis, sic liber alter eat.  
 nunc primum uelis, elegi, maioribus itis :  
 exiguum, meminini, nuper eratis opus.  
 ipse ego uos habui faciles in amore ministros, 5  
 cum lusit numeris prima iuuenta suis.  
 idem sacra cano signataque tempora fastis :  
 equis ad haec illinc crederet esse uiam ?  
 haec mea militia est ; ferimus quae possumus arma,  
 dextraque non omni munere nostra uacat. 10  
 si mihi non ualido torquentur pila lacerto  
 nec bellatoris terga premuntur equi,  
 nec galea tegimur nec acuto cingimur ense  
 (his habilis telis quilibet esse potest),  
 at tua prosequimur studioso pectore, Caesar, 15  
 nomina, per titulos ingredimurque tuos.  
 ergo ades et placido paulum mea munera uultu  
 respice, pacando siquid ab hoste uacat.  
 februa Romani dixere piamina patres :  
 nunc quoque dant uerbo plurima signa fidem. 20  
 pontifices ab rege petunt et flamine lanas,  
 quis ueterum lingua februa nomen erat :  
 quaeque capit lictor domibus purgamina certis,  
 torrida cum mica farra, uocantur idem :  
 nomen idem ramo, qui caesus ab arbore pura 25  
 casta sacerdotum tempora fronde tegit.  
 ipse ego flaminicam poscentem februa uidi ;  
 februa poscenti pinea uirga data est.  
 denique quodcumque est, quo corpora nostra piantur,  
 hoc apud intonsos nomen habebat auos. 30  
 mensis ab his dictus, secta qua pelle Luperci  
 omne solum lustrant idque piamen habent :  
 aut quia placatis sunt tempora pura sepulcris,  
 tunc cum ferales praeteriere dies.  
 omne nefas omnemque mali purgamina causam 35  
 credebant nostri tollere posse senes.  
 Graecia principum moris dedit. illa nocentis  
 impia lustratos ponere facta putat.  
 Actoriden Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci  
 caede per Haemonias soluit Acastus aquas. 40  
 uectam frenatis per inane draconibus Aegeus  
 credulus inmerita Phasida fouit ope.  
 Amphiareides Naupactoo Acheloo  
 'solue nefas' dixit, soluit et ille nefas.  
 a nimium faciles, qui tristitia crimina caedis 45  
 fluminea tolli posse putatis aqua !  
 sed tamen (antiqui ne nescius ordinis erres),  
 primus ut est Iani mensis, et ante fuit.  
 qui sequitur Ianum ueteris fuit ultimus anni :  
 tu quoque sacrorum, Termine, finis eras. 50  
 primus enim Iani mensis, quia ianua prima est :  
 qui sacer est imis manibus, imus erat.  
 postmodo creduntur spatio distantia longo  
 tempora bis quini continuasse uiri.

## 1. H·K·FEB·N

Principio mensis Phrygiae contermina Matri 55  
 Sospita delubris dicitur aucta nouis.

nunc ubi sunt, illis quae sunt sacrata Kalendis  
 templa deae ? longa procubere die.  
 cetera ne simili caderent labefacta ruina,  
 cauit sacrati prouida cura ducis, 60  
 sub quo delubris sentitur nulla senectus ;  
 nec satis est homines, obligat ille deos.  
 templorum positor, templorum sancte repostor,  
 sit superis opto mutua cura tui :  
 dent tibi caelestes quos tu caelestibus annos, 65  
 proque tua maneant in statione domo.  
 Tunc quoque uicini lucus celebratur Helerni,  
 qua petit aequoreas advena Thybris aquas.  
 ad penetrale Numae Capitolinumque Tonantem  
 inque Iouis summa caeditur arce bidens. 70  
 saepe graues pluuias adoptus nubibus Auster  
 concitat, aut posita sub niue terra latet.

## 2. AN 3. BN

Proximus Hesperias Titan abiturus in undas  
 gemmea purpureis cum iuga demet equis,  
 illa nocte aliquis tollens ad sidera uultum 75  
 dicit 'ubi est hodie quae Lyra fulsit heri ?'  
 dumque Lyram quaeret, mediis quoque terga Leonis  
 in liquidas subito mersa notabit aquas.

## 4. CN

Quem modo caelatum stellis Delphina uidebas,  
 is fugiet uisus nocte sequente tuos : 80  
 seu fuit occultis felix in amoribus index,  
 Lesbida cum domino seu tulit ille lyram.  
 quod mare non nouit, quae nescit Ariona tellus ?  
 carmine currentes ille tenebat aquas.  
 saepe sequens agnam lupus est a uoce retentus, 85  
 saepe auidum fugiens restitit agna lupum :  
 saepe canes leporesque umbra iacuere sub una,  
 et stetit in saxo proxima cerua leae :  
 et sine lite loquax cum Palladis alite cornix  
 sedit, et accipitrix iuncta columba fuit. 90  
 Cynthia saepe tuis fertur, uocalis Arion,  
 tamquam fraternis obstipuisse modis.  
 nomen Arionium Siculas impleuerat urbes,  
 captaque erat lyricis Ausonis ora sonis.  
 inde domum repetens puppem conscendit Arion, 95  
 atque ita quaesitas arte ferebat opes.  
 forsitan, infelix, uentos undasque timebas :  
 at tibi naue tua tutius aequor erat.  
 namque gubernator dstricto constitit ense  
 ceteraque armata conscia turba manu. 100  
 quid tibi cum gladio ? dubiam rege, nauita, puppem :  
 non haec sunt digitis arma tenenda tuis.  
 ille, metu uiduus, 'mortem non deprecor,' inquit  
 'sed liceat sumpta pauca referre lyra.'  
 dant ueniam ridentque moram. capit ille coro-  
 nam, 105  
 quae possit crines, Phoebe, decere tuos ;  
 induerat Tyrio bis tinctam murice pallam ;  
 reddidit icta suos pollice chorda sonos ;

II 1 crescat V τ. 2 hinc Heins., it τ. 8 et quis A τ, sed quis V τ. 15 et t. prosequitur A1. 18 aspice V τ. uacat  
 codd. 23 certis A V τ, tersis Heins., uersis (post Merk.) Peter, ternus Merk., certa (casta) Koch, cortis Th. Bergk.  
 24 turbida A corr. m. l. 27 flammīna tum A1. 30 hic A. 33 corpora conī. Riese. 37 fuit τ Merk. al. 39 auctor  
 idem A. 42 uiuit V Merk. 43 Amphiaraidēs Merk. ed. maior. 46 putalis posse A, putastis Bentl. 63 repertor A V τ.  
 66 pro ex per A. 67 tum V. Helerni Heins., asyli V τ, auerni A τ. 71 aether A V τ. uu. 73-78 ab Ouidio in altera  
 recensione retractatos esse putat Güthl., coll. I 653 sqq. 78 notauit V. 81 felix moribus A1. 83 qui A1, quo A2.  
 mare om. A1. 85 hac uoce Heins. cum uno cod. 86 respicit V. 89 cornix, supra scr. coruus A. 93 undas A V τ  
 Peter. 95 conscendis A1. 98 at. hac V. 100 armata est V τ. 101 puppim V τ, pinum τ. 103 uiduus Merk.,  
 pavidus A V Peter, uacuus τ Riese al. 106 posset V

lilebilibus numeris ueluti eanentia dura  
 traiectus pinna tempora eantat olor. 110  
 protinus in medias ornatus desilit undas ;  
 spargitur impulsa caerulea puppis aqua.  
 inde (fide maius) tergo delphina recuruo  
 se memorant oneri supposuisse nouo,  
 ille sedens eitharanque tenet, pretiumque uelendi,  
 cantat et aequoreas earmine mulcet aquas. 116  
 di pia facta uident : astris delphina recepit  
 Iuppiter et stellas iussit habere nouem.

## 5. D NON

Nunc mihi mille sonos quoque est memoratus  
 Aehilles, 120  
 uellem, Maeonide, pectus inesse tuum,  
 dum canimus sacras alterno pectine Nonas :  
 maximus hic fastis accumulatur honos.  
 deficit ingenium, maiorique miribus urget :  
 haec mihi praecipuo est ore canenda dies.  
 quid uolui demens elegis imponere tantum 125  
 ponderis ? heroi res erat ista pedis.  
 sanete pater patriae, tibi plebs, tibi curia nomen  
 hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques :  
 res tamen ante dedit : sero quoque nera tulisti  
 nomina, iam pridem tu pater orbis eras. 130  
 hoe tu per terras, quod in aethere Iuppiter alto,  
 nomen habes : hominum tu pater, ille deum.  
 Romule, concede. facit hic tua magna tuendo  
 moenia ; tu dederas transiienda Remo.  
 te Tatinus paruique Cures Caeninaque sensit : 135  
 hoe duce Romanum est solis utrumque latus.  
 tu breue nescioquid uictae telluris habebas :  
 quodcumque est alto sub Ioue, Caesar habet.  
 tu rapis, hic castas duce se iubet esse maritas :  
 tu recipis luco, repellit ille nefas. 140  
 nis tibi grata fuit : florent sub Caesare leges.  
 tu domini nomen, principis ille tenet.  
 te Remus inuasit : ueniam dedit hostibus ille,  
 caelestem fecit te pater, ille patrem.  
 Iam puer Idaeus media tenus cuninet aluo 145  
 et liquidas mixto neclare fundit aquas.  
 en etiam siquis Borean horrere solebat,  
 gaudeat ; a Zephyris mollior aura uenit.

## 6. EN 7. FN 8. GN 9. HN 10. AN

Quintus ab aequoreis nitidum iubar extulit undis  
 Lucifer, et primi tempora ueris eunt. 150  
 ne fallare tamen, restant tibi frigora, restant ;  
 magnaue discedens signa reliquit hiemps.

## 11. BN 12. CN

Tertia nox ueniat, Custodem protinus Vrsae  
 aspicias geminos exernisse pedes.  
 inter Hamadryadas exulatricenque Dianam 155  
 Callisto sacri pars fuit una chori.  
 illa deae tangens arcus ' quos tangimus arcus,  
 este meae testes uirginitatis,' ait.  
 Cynthia laudauit ' promissa' que ' foedera serua,  
 et eomitum princeps tu mihi' dixit ' eris.' 160  
 foedera seruasset, si non formosa fuisset.  
 cauit mortales ; de Ioue crimen habet.  
 mille feras Phoebe siluis uenata redibat  
 aut plus aut medium sole tenente diem.  
 ut tetigit lucum (densa niger ilice lucus, 165

in medio gelidae fons erat altus aquae),  
 'haec' ait 'in silua, uirgo Tegeaea, lauemur ;  
 erubuit falso uirginis illa sono.  
 dixerat et Nymphis : Nymphae nelamina ponunt ;  
 hanc pudet, et tardae dat mala signa morae. 170  
 exuerat tunicas ; uteri manifesta tumore  
 proditur indicio ponderis ipsa sui.  
 cui dea 'uirgineos, periura Lycaoni, coetus  
 desere nee castas pollue' dixit 'aquas.'  
 Inna nouum decies implebat cornibus orbem : 175  
 quae fuerat uirgo credita, mater erat.  
 laesa furit Iuno formam mutatque puellae.  
 quid facis ? inuito est pectore passa Iouem.  
 utque ferae uidit turpes in paelice uultus,  
 'huius in amplexus Iuppiter' inquit 'eat.' 180  
 ursa per incultos errabat squalida montes,  
 quae fuerat summo nuper amata Ioui.  
 iam tria lustra puer furto conceptus agebat,  
 cum mater nato est obuia facta suo.  
 illa quidem, tamquam cognosceret, adstitit amens  
 et genuit : gemitus uerba parentis erant. 186  
 hanc puer ignarus iaculo fixisset acuto,  
 ni foret in superas raptus uterque domos.  
 signa propinqua micant : prior est quam dicimus  
 Areton,  
 Aretophylax formam terga sequentis habet. 190  
 saeuit adhuc canamque rogat Saturnia Tethyn,  
 Maenaliam tactis ne lauet Areton aquis.

## 13. D EID. N

Idibus agrestis fumant altaria Fauni  
 hic, ubi discretas insula rumpit aquas.  
 haec fuit illa dies, in qua Vicentibus armis 195  
 ter centum Fabii ter occidere duo.  
 una domus uires et onus susceperat urbis,  
 sumunt gentiles arma professa manus.  
 egreditur castris miles generosus ab isdem,  
 e quis dux fieri quilibet aptus erat. 200  
 Carmentis portae dextro est nia proxima Iano :  
 ire per hanc noli, quisquis es ; omen habet.  
 illa fama refert Fabios exisse trecentos :  
 [porta uacat culpa, sed tamen omen habet.]  
 ut celeri passu Cremeram tetigere rapacem, 205  
 (turbidus hibernis ille luebat aquis)  
 castra loco ponunt : districtis ensibus ipsi  
 Tyrrhenum ualido Marte per agmen eunt ;  
 non aliter quam cum Libya de caute leones  
 inuadunt sparsos lata per arua greges. 210  
 diffugiunt hostes inhonestaque uulnera tergo  
 accipiunt : Tusco sanguine terra rubet.  
 sic iterum, sic saepe eadunt. ubi uincere aperte  
 non datur, insidias armaque tecta parant.  
 campus erat, campi claudabant ultima colles 215  
 siluaque montanas occulere apta feras.  
 in medio paucos armentaque rara relinquant,  
 cetera uirgultis abdita turba latet.  
 ecce uelut torrens undis pluuiabilibus auctus  
 aut nix, quae Zephyro uicta tepente fluit, 220  
 per sata perque uias fertur nec, ut ante solebat,  
 riparum clausas margine linit aquas :  
 sic Fabii uallem latis discursibus implent  
 quodque uident sternunt : nec metus alter inest.  
 quo mitis, generosa domus ? male creditis hosti :  
 simplex nobilitas, peruida tela eaque. 226  
 fraude perit uirtus : in apertos undique campos  
 prosiliunt hostes et latus omne tenent.

11 109, 110 circumscr. Merk. 110 pinna ex A. pectora con. Riese, olos V. 113 fides maior V. 115 tens A<sup>1</sup>, tenens A<sup>2</sup> V τ. 117 d. uidebis A<sup>1</sup>. 119 quibus est V. 121 pectore A V<sup>1</sup> τ. 122 onus A<sup>1</sup>. 124 tuis A<sup>1</sup>. 132 deus A<sup>1</sup>. 137, 138 circumscr. Githl. 139 duce te A. 140 summouit τ Peter al. illa A. 141 uic A. 147 si qui boream A. 150 erunt A V τ. 152 hionis A. hionis cett. 153 ueniet V τ. 167 hac τ, hgc A<sup>1</sup>, hic A<sup>2</sup> V τ. tegea lauemur A<sup>1</sup>. 171 tunica A. 172 ipsa ponderis suo A<sup>1</sup>. 173 uirginitas A<sup>1</sup>. 174 nec M, re corr., ne A. 186 parantibus Bentl. 191 rogat om. A. petit τ, adit τ. 195 uolentibus V. 196 et 199 circumscr. Merk. qui 198, 197 transp. 199 et 204 eicit Housman, qui 200 post 203 transp. coll. Liv. II 49. 4. 201 carmenti A<sup>1</sup> V. est dicit ut A<sup>1</sup>, dextra est nia A<sup>2</sup> V τ Merk. 202 quae fera nomen V. 203, 204 om. A V τ Peter circumscr. Githl. 204 M alium uersum habet, eiecit Riese. 209 cante Postgate, gente A V τ Riese alii, rupe τ Merk. 220 repente V τ.

quid faciant pauci contra tot milia fortes?  
 quidue, quod in misero tempore restet, adest?  
 sicut aper longe siluis Laurentibus actus 231  
 fulmineo celeres dissipat ore canes,  
 mox tamen ipse perit, sic non moriuntur inulti  
 uulneraque alterna dantque feruntque manu.  
 una dies Fabios ad bellum miserat omnes; 235  
 ad bellum missos perdidit una dies.  
 ut tamen Herculeae superessent semina gentis,  
 credibile est ipsos consuluisse deos.  
 nam puer impubes et adhuc non utilis armis  
 unus de Fabia gente relictus erat: 240  
 scilicet ut posses olim tu, Maxime, nasci,  
 cui res cunctando restituenda foret.

## 14. EN

Continuata loco tria sidera, Coruus et Anguis  
 et medius Crater inter utrumque iacet.  
 Idibus illa latent, oriuntur nocte sequenti. 245  
 quae sibi cur tria sint consociata canam.  
 forte Ioui Phoebus festum sollempne parabat:  
 non faciet longas fabula nostra moras:  
 'i, mea' dixit 'auis, ne quid pia sacra moretur,  
 et tenuem uiuis fontibus adfer aquam.' 250  
 coruus inauratum pedibus cratera recuruis  
 tollit et aerium perulot altus iter.  
 stabat adhuc duris ficus densissima pomis:  
 temptat eam rostro; non erat apta legi.  
 inmemor imperii sedisse sub arbore fertur, 255  
 dum fierent tarda dulcicia poma mora.  
 iamque satur nigris longum rapit unguibus hydrum  
 ad dominumque redit fictaque uerba refert:  
 'hic mihi nauc morae, uiuarum obsessor aquarum:  
 hic tenuit fontes officiumque meum.' 260  
 'addis' ait 'culpae mendacia' Phoebus 'et audes  
 fatidicum uerbis fallere uelle deum?  
 at tibi, dum lactens haerebit in arbore ficus,  
 de nullo gelidae fonte bibentur aquae.' 265  
 dixit: et, antiqui monumenta perennia facti,  
 Anguis Auis Crater sidera iuncta micant.

## 15. F LVPER · N

Tertia post Idus nudos Aurora Lupercos  
 aspicit, et Fauni sacra bicornis eunt.  
 dicite, Pierides, sacrorum quae sit origo,  
 attigerint Latias ueteres petita domos. 270  
 Pana deum pecoris ueteres coluisse feruntur  
 Arcades: Arcadii plurimus ille iugis.  
 testis erit Pholoe, testes Stymphalides undae,  
 quique citis Ladon in mare currit aquis,  
 cinctaque pinetis nemoris iuga Nonacrini, 275  
 altaque Cyllene Parrhasiaeque niues.  
 Pan erat armenti, Pan illic numen equarum,  
 munus ob incolumes ille ferebat oues.  
 transtulit Euander siluestria numina secum.  
 hic, ubi nunc urbs est, tum locus urbis erat. 280  
 inde deum colimus deuictaque sacra Pelasgis:  
 flamen ad haec prisco more Dialis erat.  
 Cur igitur currant, et cur (sic currere mos est)  
 nuda ferant posita corpora ueste, rogas?  
 ipse deus uelox discurrere gaudet in altis 285  
 montibus, et subitas concepit ipse fugas;  
 ipse deus nudus nudos iubet ire ministros;  
 nec satis ad cursus comoda nestis erat.  
 ante Iouem genitum terras habuisse feruntur

Arcades, et luna gens prior illa fuit. 290  
 uita feris similis, nullos agitata per usus:  
 artis adhuc expert et rude uulgo erat.  
 pro domibus frondes norant, pro frugibus herbas,  
 nectar erat palmis hausta duabus aqua.  
 nullus anhelabat sub adunco uomere taurus, 295  
 nulla sub imperio terra colentis erat:  
 nullus adhuc erat usus equi; se quisque ferebat:  
 ibat ouis lana corpus amicta sua.  
 sub Ioue durabant et corpora nuda gerebant,  
 docta graues imbres et tolerare Notos. 300  
 nunc quoque detecti referunt monumenta uetusti  
 moris, et antiquas testificantur opes.  
 Sed cur praecipue figiat uelamina Faunus,  
 traditur antiqui fabula plena ioci.  
 forte comes dominae iuuenis Tiryntius ibat: 305  
 uidit ab excelso Faunus utrumque iugo.  
 uidit, et incaluit, 'montana' que 'numina,' dixit  
 'nil mihi uobiscum est: hic meus ardor erit.'  
 ibat odoratis umeros perfusa capillis  
 Maeonis, aurato conspicienda sinu: 310  
 aurea pellebant tepidos umbracula soles,  
 quae tamen Herculeae sustinuerunt manus.  
 iam Baechi nemus et Tmoli uincta tenebat,  
 Hesperos et fusco roscidus ibat equo.  
 antra subit tofis laqueata et pumice uiuo; 315  
 garrulus in primo limine riuus erat.  
 dumque parant epulas potandaque uina ministri,  
 cultibus Alciden instruit illa suis.  
 dat tenuis tunicas Gaetulo murice tinctas,  
 dat teretem zonam, qua modo cincta fuit. 320  
 uentre minor zona est; tunicarum uincla relaxat,  
 ut posset magnas exeruisse manus.  
 fregerat armillas non illa ad braccia factas;  
 scindebant magni uincla parua pedes.  
 ipsa capit clauamque grauem spoliumque leonis 325  
 conditaque in pharetra tela minora sua.  
 sic epulis functi sic dant sua corpora somno  
 et positus iuxta secubare toris.  
 causa, repertori uitis quia sacra parabant,  
 quae facerent pure, cum foret orta dies. 330  
 noctis erat medium. quid non amor improbus audet?  
 roscida per tenebras Faunus ad antra uenit,  
 utque uidet comites somno uinoque solutos,  
 spem capit in dominis esse soporis idem.  
 intrat et huc illic temerarius errat adulter 335  
 et praefert cautas subsequiturque manus.  
 uenerat ad strati captata cubilia lecti  
 et felix prima sorte futurus erat.  
 ut tetigit fului saetis hirsuta leonis  
 uellera, pertimuit sustinuitque manum, 340  
 attonitusque metu rediit, ut saepe uiator  
 turbatum uiso rettulit angue pedem.  
 inde tori, qui iunctus erat, uelamina tangit  
 mollia, mendacae decipitur nota.  
 ascendit spondaque sibi propiore recumbit, 345  
 et tunnidum cornu durius inguen erat.  
 interca tunicas ora subducit ab ima:  
 horrebant densis aspera crura pilis.  
 cetera temptantem subito Tiryntius heros  
 reppulit: e summo decidit ille toro. 350  
 fit sonus, inclamat comites et lumina poscit  
 Maeonis: inlatis ignibus acta patent.  
 ille gemit lecto grauius deiectus ab alto  
 membraque de dura nix sua tollit humo.  
 ridet et Alcides et qui uidere iacentem, 355  
 ridet amatorem Lyda puella suum.

II 230 restat A<sup>1</sup>. habent V<sup>2</sup>. 231 siluis A<sup>1</sup>, om. V, fuluis Riese. laurentibus τ, latratibus A V τ, latrantibus τ Riese (uid. Güthl. ad h. l.). 234 alternas A<sup>1</sup>, 244 iacet V τ, latet A τ, nitet Bentl. 246 tibi A. tum sociata A<sup>1</sup>, tam soc. V τ Peter. 252 aethercum V. 263 lactans (supra scr. cns) A<sup>1</sup> Riese. 265 patentia V. 276 Troezenē A V τ Merk. 277 aquarum A τ. 281, 282 om. V. 282 erit A<sup>2</sup> τ. 283 sic om. A. 286 conceit τ Peter al. ille V τ. 288 erit V. 292 rude. hNIde A. 299 se quoque dux V. 302 antiquae V. opes corruptum esse susp. Riese. 306 loco A τ Riese. 313 iamque nemus B. T. τ Merk. al., et molli (l. eras.) A. tenbant V τ. 314 Hesperos ex A. 321 uincla laxant V. 322 possit τ Güthl. uastas V τ Merk. al. 325 cupit A. 328 succub. A, sic cub. V. 329 pia τ Peter al. 335 et. ad A. 338 forte A<sup>1</sup> Merk. 341 manu A. 341, 342 circumser. Merk. 349 cubito τ Merk. 351 inclamant A V τ.



ueste deus lus fallentes lumina nestes  
 non amat et nudos ad sua sacra uocat.  
 Adde peregrinis causas, mea Musa, Latinas,  
 inque suo noster puluere currat equus. 360  
 cornipedi Fauno caesa de more capella  
 uenit ad exiguas turba uocata dapes.  
 dumque sacerdotes neribus transita salignis  
 exta parant, medias sole tenente uias,  
 Romulus et frater pastoralisque iuuentus 365  
 solibus et campo corpora nuda dabant.  
 caestibus et iaculis et misso pondere saxi  
 braccia per lusum experienda dabant :  
 pastor ab excelso 'per deuia rura iuuenos,  
 Romule, praedones, et Remo,' dixit 'agunt.' 370  
 longum erat armari; diuersis exit uterque  
 partibus; occursum praeda recepta Remi.  
 ut rediit, ueribus stridentia detrahit exta  
 atque ait 'haec certe non nisi uictor edet.'  
 dicta facit Fabiique simul. uenit iruitus illuc 375  
 Romulus et mensas ossaque nuda uidet.  
 risit et indoluit Fabios potuisse Remumque  
 uincere, Quintilios non potuisse suos.  
 fama manet facti. posito uelamine currunt,  
 et memorem famam, quod bene cessit, habet. 380  
 Forsitan et quaeras, cur sit locus ille Lupercal,  
 quaque diem tali nomine causa notet.  
 Silua Vestalis caelestia semina partu  
 ediderat, patruo regna tenente suo.  
 is iubet auferri paruos et in anme necari. 385  
 quid facis? ex istis Romulus alter erit.  
 iussa recusantes peragunt lacrimosa ministri,  
 fleunt tamen, et geminos in loca iussa ferunt.  
 Albulam, quem Tiberim mersus Tiberinus in uicis  
 reddidit, hibernis forte tuncibat aquis. 390  
 hic, ubi nunc fora sunt, lintres errare uideres,  
 quaque iacent ualles, Maxime Circe, tuae.  
 huc ubi uenerunt (neque enim procedere possunt  
 longius), ex illis unus et alter ait :  
 'at quam sunt similes! at quam formosus uterque!  
 plus tamen ex illis iste uigoris habet. 396  
 si genus arguitur uultu, nisi fallit imago,  
 nescioquem nobis suspicor esse deum.  
 at si quis uestrae deus esset originis auctor,  
 in tam praecipiti tempore ferret opem : 400  
 ferret opem certe, si non ope mater egeret,  
 quae facta est uno mater et orba die.  
 nata simul, moritura simul, simul ite sub undas  
 corpora.' desierat deposuitque sinu.  
 uagierunt ambo pariter : sensisse putares. 405  
 hi redeunt udis in sua tecta genis.  
 sustinet impositos summa cauius aluens unda.  
 hen quantum fati parua tabella tulit!  
 aluens in limo siluis adpulsus opacis  
 paulatim fluuio deliciente sedet. 410  
 arbor erat : remanent uestigia, quaeque uocatur  
 Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.  
 uenit ad expositos, mirum, lupa feta gemellos.  
 quis credat pueris non nocuisse feram?  
 non nocuisse parum est, prodest quoque. quos lupa  
 nutrit, 415  
 perdere cognatae sustinere manus.  
 constitit et cauda teneris blanditur alumnis  
 et fingit lingua corpora bina sua.  
 Marte satos seires : timor affluit. ubera ducunt  
 nec sibi promissi lactis aluntur ope. 420  
 illa loco nomen fecit, locus ipse Lupereis.  
 magna dati nutrix praemia lactis habet.

Quid uetat Areadio dietos a monte Lupereos?  
 Faunus in Arcadia templa Lycaeus habet.  
 Nupta, quid expectas? non tu pollutibus herbis 425  
 nec prece nec magico carmine mater eris.  
 excipe fecundae patienter uerbera dextrae;  
 iam socer optatum nomen habebit aui.  
 nam fuit illa dies, dura cum sorte maritae  
 reddebant uteri pignora rara sui. 430  
 'quid mihi' clamabat 'prodest rapuisse Sabinas,'  
 Romulus (hoc illo scepra tenente fuit)  
 'si mea non nires sed bellum iniuria fecit?  
 utilius fuerat non habuisse uirus.'  
 monte sub Esquilio multis incaedens annis 435  
 Iunonis magnae nomine lucus erat.  
 huc ubi uenerunt, pariter nuptaeque uirique  
 suppliciter posito proclubere genui :  
 eum subito motae tremuere cacumina siluae,  
 et dea per lucos mira locuta suos. 440  
 'Italidas matres' inquit 'sacer hircus inuito.'  
 obstipuit dubio territa turba sono.  
 augur erat; nomen longis intercidit annis :  
 nuper ab Etrusea uenerat exul humo.  
 ille caprum mactat : inssae sua terga puellae 445  
 pellibus exsectis percutienda dabant.  
 luna resumebat decimo noua cornua motu,  
 uirque pater subito, nuptaque mater erat.  
 gratia Lucinae. dedit haec tibi nomina lucus,  
 aut quia principium tu, dea, lucis habes. 450  
 parce precor grauidis, facilis Lucina, puellis,  
 maturumque utero mollior aufer onus.  
 Orta dies fuerit, tu desine credere uentis;  
 perdidit illius temporis aura fidem.  
 flamma non constant, et sex reserata diebus 455  
 carceris Aecolii lanua lata patet.  
 iam leuis obliqua subsedit Aquarius urna :  
 proximus aetheris excipe, Piscis, equos.  
 te memorant fratremque tuum (nam iuncta micatis  
 signa) duos tergo sustinuisse deos. 460  
 terribilem quondam fugiens Typhona Dione,  
 tunc cum pro caelo Iuppiter arma tulit,  
 uenit ad Euphratem comitata Cupidine paruo  
 inque Palaestinae margine sedit aquae.  
 populus et carmae riparum summa tenebant, 465  
 spemque dabant salices, hos quoque posse tegi.  
 dum latet, insonuit nento nemus. illa timore  
 pallet et hostiles credit adesse manus.  
 utque sinu tenuit natum, 'succurrite, Nymphae,  
 et dis auxilium ferte duobus' ait. 470  
 nec mora, prosiluit. pisces subiere gemelli :  
 pro quo nunc cerni sidera munus habent.  
 inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis  
 nec uiolant timidi piscibus ora Syri.

## 16. GEN 17. II QVIR-N

Proxima lux uacua est. at tertia dieta Quirino. 475  
 qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit :  
 sine quod hasta curis priseis est dieta Sabinis,  
 bellicus a telo uenit in astra deus :  
 siue suo regi nomen posuerit Quirites :  
 seu quia Romanis iunxerat ille Cures. 480  
 nam pater arripotens, postquam noua moenia uidit  
 multaue Romulea bella peracta manu,  
 'Iuppiter,' inquit 'habet Romana potentia uires :  
 sanguinis officio non eget illa mei.  
 redde patri natum. quamuis intercidit alter, 485  
 pro se proque Remo qui mihi restat erit.

II 360 tuo A τ. 361 cornipedem (m. eras.) A. de more caesa c. A. 363 transfixa V τ. 367 uestibus A τ. 367,  
 368 circumsert. Gütthl., dabant aut hic aut in. 366 mutandum putat Riese. 380 gessit A τ. 382 diem. locum A<sup>2</sup> τ. 391 nunc  
 om. A<sup>1</sup>. 392 quaeque taceat A<sup>1</sup>. 393 hic A. neque iam V. 394 an alter V. erit A<sup>1</sup>. 396 istis A V τ. 398 e uobis τ.  
 suspicor A<sup>1</sup> τ uulgo. patrem Bentl. 405 uagierant codd. (exc. A V). 408 dedit A<sup>2</sup>, uenit τ Gütthl. 412 rumina  
 (romule A<sup>2</sup>, romula τ) nunc f. rumina A τ. 418 fuit A<sup>1</sup>, tingit V τ. 419 affuit A<sup>1</sup>. 420 et sibi per. V τ. 421 illa.  
 ipsa V τ. 423, 424 circumsert. Riese uersui 421 adiectos ratus. 425 nuptaq; despectas A. 428 optati V. ait A. 439  
 notae A<sup>1</sup>. 453 fuerat A<sup>1</sup>. 456 laeua τ Merk. 457 uim Iouis Merk. 465 tegbant τ. 466 his Heinsius. 469 si (i in  
 ras.) tenuit A. 471 gemellis A. 472 cerni Heins., cernis codd. munus τ, nomen A V τ, habet A. 477 cures A V.  
 485 altum A.

“ unus erit, quem tu tolles in caerula caeli ”  
 tu mihi dixisti : sint rata dicta Iouis.  
 Iuppiter annuerat. nutu tremefactus uterque  
 est polus, et caeli pondera nouit Atlas. 490  
 est locus, antiqui Capreae dixere paludem :  
 forte tuis illis, Romule, iura dabas.  
 sol fugit, et remouent subeuntia nubila caelum,  
 et grauis effusus decidit imber aquis.  
 hinc fonat, hinc missis abrumptur ignibus aether.  
 fit fuga, rex patriis astra petebat equis. 496  
 luctus erat, falsaeque patres in crimine caedis ;  
 haesissetque animis forsitan illa fides :  
 sed Proculus Longa ueniebat Iulius Alba,  
 lunaque fulgebant, nec facis usus erat, 500  
 cum subito motu saepes tremuere sinistrae :  
 rettulit ille gradus, horrueruntque comae :  
 pulcher et humano maior trabeaque decorus  
 Romulus in media uisus adesse uia,  
 et dixisse simul ‘ prohibe lugere Quirites,  
 nec uiolent lacrimis numina nostra suis.  
 tura ferant placentque nouum pia turba Quirinum,  
 et patrias artes militiamque colant.’  
 iussit, et in tenues oculis euauit auras.  
 conuocat hic populos, iussaque uerba refert. 510  
 templa deo fiunt. collis quoque dictus ab illo est,  
 et referunt certi sacra paterna dies.  
 Lux quoque cur eadem Stultorum festa uocetur,  
 accipe. parua quidem causa sed apta subest.  
 non habuit doctos tellus antiqua colonos :  
 lassabant agiles aspera bella uiros. 515  
 plus erat in gladio quam curuo laudis aratro :  
 neglectus domino pauca ferebat ager.  
 farra tamen ueteres iaciebant, farra metebant,  
 primitias Cereri farra resecta dabant. 520  
 usibus admoniti flammis torrenda dederunt,  
 multaque peccato damna tulere suo.  
 nam modo uerberant nigras pro farre fauillas,  
 nunc ipsas ignes corripuere casas.  
 facta dea est Fornax. laeti Fornace coloni 525  
 orant, ut fruges temperet illa suas.  
 curio legitimis nunc Fornacalia uerbis  
 maximus indicit nec stata sacra facit :  
 inque foro, multa circum pendente tabella,  
 signatur certa curia quaeque nota. 530  
 stultaque pars populi quae sit sua curia nescit,  
 sed facit extrema sacra relata die.

## 18. AC 19. BC 20. CC 21. D FERAL-F

Est honor et tumulis, animas placare paternas,  
 paruaque in extructas munera ferre pyras.  
 parua petunt manes : pietas pro diuite grata est 535  
 munere : non audios Styx habet ima deos.  
 tegula porrectis satis est uelata coronis  
 et sparsae fruges parcaque mica salis,  
 inque mero mollita Ceres uiolacaeque solutae :  
 haec habeat media testa relicta uia. 540  
 nec maiora ueto ; sed et his placabilis umbra est :  
 adde preces positis et sua uerba focis.  
 hunc morem Aeneas, pietatis idoneus auctor,  
 attulit in terras, iuste Latine, tuas.  
 ille patris Genio sollemnia dona ferebat : 545  
 hinc populi ritus edidicere pios.  
 at quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis  
 bella, Parentales deseruere dies.

non impune fuit ; nam dicitur omne ab isto  
 Roma suburbanis incaluisse rogis. 550  
 uix equidem credo, bustis exisise feruntur  
 et tacitae questi tempore noctis aui ;  
 perque uias urbis Latiosque uulasse per agros  
 deformes animas, nulgus inane, ferunt.  
 post ea praeteriti tumulis redduntur honores, 555  
 prodigiisque uenit funibusque modus.  
 dum tamen haec fuerit, uiduae cessate puellae :  
 expectet puros pinea taeda dies.  
 nec tibi, quae cupidae matura uidebere matri,  
 comat uirgineas hasta recurra comas. 560  
 conde tuas, Hymenaeae, faces et ab ignibus atris  
 aufer. habent alias maesta sepulera faces.  
 di quoque templorum foribus celentur opertis ;  
 ture uacent arae stentque sine igne foci.  
 nunc animae tenues et corpora functa sepulcris 565  
 errant, nunc positio pascitur umbra cibo.  
 nec tamen haec ultra, quam tot de mense supersint  
 Luciferi, quot habent carmina nostra pedes.  
 hanc, quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem ;  
 ultima placandis manibus illa dies. 570  
 ecce anus in mediis residens annosa puellis  
 sacra facit Tacitae : uix tamen ipsa tacet :  
 et digitis tria tura tribus sub limine ponit,  
 qua breuis occultum mus sibi fecit iter :  
 tum cantata tenet cum fuso licia plumbo, 575  
 et septem nigras uersat in ore fabas.  
 quodque pice adstrinxit, quod acq. traiecit aena,  
 obsutum maenae torret in igne caput ;  
 uina quoque instillat. uini quodcumque relictum  
 est,  
 aut ipsa aut comites, plus tamen ipsa bibit. 580  
 ‘ hostiles linguas inimicaeque uinximus ora ’  
 dicit discedens ebriaque exit anus.  
 Protinus a nobis quae sit dea Muta requires :  
 disce per antiquos quae mihi nota senes.  
 Iuppiter, inmodico Iuturnae uictus amore, 585  
 multa tulit tanto non patienda deo.  
 illa modo in siluis inter coryleta latebat,  
 nunc in cognatas desiliebat aquas.  
 conuocat hic Nymphas, Latium quaecumque tene-  
 bant,  
 et iacit in medio talia uerba choro : 590  
 ‘ inuidet ipsa sibi uitatque, quod expedit illi,  
 uestra soror summo iungere membra deo.  
 consulite ambobus. nam quae mea magna uoluptas,  
 utilitas uestrae magna sororis erit.  
 uos illi in prima fugienti obsistite ripa, 595  
 ne sua fluminea corpora mergat aqua. ’  
 dixerat : adnuerant nymphae Tiberinides omnes,  
 quaeque colunt thalamos, Iliia diua, tuos.  
 forte fuit Nais, Lara nomine ; prima sed illi  
 dicta bis antiquum syllaba nomen erat, 600  
 ex uitio positum. saepe illi dixerat Almo  
 ‘ nata, tene linguam ’ : nec tamen illa tenet.  
 quae simul ac tetigit Iuturnae stagna sororis,  
 ‘ effuge ’ ait ‘ ripas, ’ dicta refertque Iouis.  
 illa etiam Innonem adiit miserataque nuptam 605  
 ‘ Naida Iuturnam uir tuus ’ inquit ‘ amat. ’  
 Iuppiter intumuit, quaque est non usa modeste,  
 eripit huic linguam, Mercuriumque uocat :  
 ‘ duc hanc ad Manes ; locus ille silentibus aptus.  
 Nympha, sed infernae Nympha paludis erit. ’ 610  
 iussa Iouis fiunt. accepit lucus euntes :

II 487 sidera V τ. 490 nouit τ, mouit A V Peter al. 492 tura A. 493 remanent V. caeli A<sup>1</sup> V. 494 effusus d. i. aquas A<sup>1</sup>. 495 intonat emissis crumpitur V. 499 procul e A V τ. 500 surgebat V τ. 506 ne V τ. lumina A. 507 que om. A<sup>1</sup>. quiritum A. 513 fellita A. 523 proferre A. 524 igni V τ. 526 ipsa A<sup>1</sup>. 532 relicta A V τ. 538 puraque Postgate coll. I 338, paruaq. A<sup>1</sup> τ Riese, sparsaq. τ. 547 a tandem A<sup>1</sup>. 553 latiosque τ, latosque V τ Peter, latus A<sup>2</sup> in ras. τ. 557 fieret A<sup>1</sup>, ficut A<sup>2</sup> τ, cessare A. 561 facis A. 562 sepulchra A (ut ubique). 564 que om. A. 567 hoc V. quot τ, quod A τ. 568 quod A. dies A τ, fides Th. Bergk opusc. I 660. 572 nec tamen V τ, illa A. 573 simul sub A. 575 tum τ E. Hoffmann, tunc uulg. ligat V τ Merk. al. cum fusco A Merk. al. rhombo τ Merk. al. 577 adstrixit A. transfixit V τ. 578 obtusum V. maenae Heins., mente A V τ. 581 lingas A (etiam 602, 608). 582 dicit A τ. 583 forsitan τ Gütthl. 585 indomito I. captus V τ Merk. al. 587 iacebat A τ. 591 ipsa dei A. 592 concubuisse deo A τ Riese al. 594 prima V Merk. 595 uis A. 597 om̄s. tibi, omnes A, omnes T. udae Merk. 599 Iar A τ. 600 erit A. 602 ipsa A. 603 teteget A. 605 nuptas A τ Merk. 608 eripit huic. eripuit τ Merk. al. monet V.

dicitur illa duei tunc placuisse deo.  
uim parat hic, uultu pro uerbis illa precatur,  
et frustra muto nititur ore loqui.  
fitque grauis geminosque parit, qui compita seruant  
et uigilant nostra semper in urbe Lares. 616

## 22. EC

Proxima cognati dixere Caristia eari,  
et uenit ad socios turba propinqua deos.  
scilicet a tumulis et qui periere, propinquis  
protinus ad uiuos ora ferre iuuat, 620  
postque tot amissos, queicquid de sanguine restat,  
aspicere, et generis dinumerare gradus.  
innocui ueniunt. procul hinc, procul impius esto  
frater et in partus mater acerba suos ;  
eui pater est inuax, qui matris digerit annos, 625  
quae premit inuisam socrus iniqua nurum.  
Tantalidae fratres absint et Iasonis uxor  
et quae ruricolis semina tosta dedit  
et soror et Proene Tereusque duabus iniquis  
et queicunq; suas per scelus auget opes. 630  
dis generis date tura boni : Concordia fertur  
illa praecipue mitis adesse die.  
et libate dapes, ut, grati pignus honoris,  
nutriat incinctos missa patella Lares.  
iamque ubi suadebit placidos nox umida somnos,  
larga precaturi sumite inima manu, 636  
et 'bene uos, bene te, patriae pater, optime Caesar !'  
dicite sulluso per sacra uerba mero.

## 23. F TER·N

Nox ubi transierit, solito celebretur honore  
separat iudicio qui deus arua suo. 640  
Termine, siue lapis, siue es defossus in agro  
stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.  
te duo diuersa domini de parte coronant,  
binaque sarta tibi binaque liba ferunt.  
ara fit : huc ignem curto fert rustica testu  
sumptum de tepidis ipsa colona focis. 645  
ligna senex minuit concisaque constructi arte  
et solida ramos figere pugnat humo :  
tum siccio primas irratat cortice flammis ;  
stat puer et manibus lata canistra tenet. 650  
inde ubi ter fruges medios immisit in ignis,  
porrigit incisos filia parua fauos.  
uina tenent alii : libantur singula flammis ;  
spectant, et linguis candida turba fauet.  
spargitur et caeso communis Terminus agno 655  
nec queritur, lactans cum sibi porca datur.  
conueniunt celebrantque dapes meinia simplex  
et cantant laudes, Termine sancte, tuas :  
'tu populos urbesque et regna ingentia linis :  
omnis erit sine te litigiosus ager. 660  
nulla tibi ambitio est, nullo corrumperis auro,  
legitima seruas credita rura fide.  
si tu signasses olim Thyreatida terram,  
corporea non leto missa trecenta forent,  
nec foret Othryades congestis lectus in armis. 665  
o quantum patrii sanguinis ille dedit !  
quid, noua cum fierent Caputodia ? nempe deorum  
cuncta Ioni cessit turba locumque dedit.  
Terminus, ut ueteres memorant, inuentus in aede  
restitit et magno eum loue templa tenet. 670  
nunc quoque, se supra nequid nisi sidera cernat,  
exiguam templi tecta foramen habent.

Termine, post illud leuitas tibi libera non est :  
qua positus fueris in statione mane ;  
nec tu uicino queicquam concede roganti, 675  
ne uideare hominem praeposuisse Ioui :  
et seu uomeribus seu tu pulsabere rastris,  
clamato " tuus est hic ager, ille tuus."'  
Est uia quae populum Laurentes ducit in agros,  
quondam Dardanio regna petita duci. 680  
illa lanigeri peoris tibi, Termine, fibris  
sacra uidet fieri sextus ab urbe lapis.  
gentibus est aliis tellus data limite certo :  
Romanae spatium est urbis et orbis idem.

## 24. G REGIF·N

Nunc mihi dicenda est regis fuga. traxit ab illa  
sextus ab extremo nomina mense dies. 686  
ultima Tarquinius Romanae gentis habebat  
regna, uir iniustus, fortis ad arma tamen.  
ceperat hic alias, alias ceuerterat urbes,  
et Gabios turpi fecerat arte suos. 690  
namque trium minimus, proles manifesta Superbi,  
in medios hostes nocte silente uenit.  
nudarant gladios : 'occidite' dixit 'inremem ;  
hoc cupiant fratres Tarquiniusque pater,  
qui mea crudeli lacerauit uerbera terga.' 695  
dicere ut hoc posset, uerbera passus erat.  
luna fuit : spectant iuuenem gladiosque recondunt  
tergaque, deducta ueste, notata uident :  
flent quoque et ut secum teneat bella precantur :  
callidus ignaris adnuit ille uiris. 700  
iamque potens misso genitorem appellat amico,  
perdendi Gabios quod sibi monstret iter.  
hortus odoratis suberat entissimus herbis,  
sectus humum riuo lene sonantis aquae.  
ille Tarquinius mandata latentia nati 705  
accipit, et uirga lilia summa metit.  
munitus ut rediit decussaque lilia dixit,  
filius 'agnosco iussa parentis' ait.  
nec mora, principibus caesis ex urbe Gabina,  
traduntur dueibus moenia nuda suis. 710  
ecce, nefas uisum, mediis altaribus anguis  
exit et extinctis ignibus exta rapit.  
consulitur Phoebris. sors est ita reddita : 'matri  
qui dederit princeps oscula, uictor erit.'  
oscula quisque suae matri properata tulerunt, 715  
non intellecto credula turba deo.  
Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset  
tutus ab insidiis, dire Superbe, tuus.  
ille iacens pronus matri dedit oscula Terrae,  
creditus offenso procubuisse pede. 720  
cingitur interea Romanis Ardea signis  
et patitur lentas obsidione moras.  
dum uacat et metunt hostes committere pugnam,  
inditur in castris, otia miles agit.  
Tarquinius iuuenis socios dapibusque meroque 725  
accipit. ex illis rege creatus ait :  
'dum nos sollicitos pigro tenet Ardea bello  
nec sinit ad patrios arma referre deos,  
aequid in officio torus est socialis ? et aequid  
coniugibus nostris inuita cura sumus ?'  
quisque suam laudat ; studiis certamina crescent  
et fernet multo linguaque corque mero.  
surgit cui dederat clarum Collatia nomen :  
'non opus est uerbis, credite rebus' ait.  
'nox superest. tollamur equis urbemque petamus.' 735  
dicta placent ; frenis impediuntur equi.

II 627 *tantalides* A. 633 *amoris* A<sup>2</sup> V<sup>2</sup> τ. 634 *intinctos* A τ. *cibos* A V τ. 636 *uina. uerba* A. 637 *nos* τ Heins. Bentl. 638 *in sacra* A<sup>1</sup> V τ. *sint boua* M, *sint rata* Heins., *ter sacra* Riese, *sub sua* Peter, *per bona* Merk. 642 *nouena* A V τ. 643 *pro* τ Merk. 644 *dona ferunt* A τ. 645 *hinc* A. *texta* A<sup>1</sup>, *testo* A<sup>2</sup>. 646 *tepidis, lapis* A<sup>1</sup>. 649 *inuitat* V. 653 *alibi* A. 663 *thyreatida* A V τ. 665 *lectus* Barth, *tectus* codl. 666 *patrii* τ Postgate, *patriae* A V τ uulg. 668 om. A<sup>1</sup>. 669 *innotus* W. Gemoll (Neue Jahrb. 1878, p. 494), *tum lentus* Burm. 674 *maues* A τ. 676 *nec* A. 678 *tuus—suus* A<sup>2</sup> V<sup>2</sup> τ Peter al., *suus—tuus* τ Merk. 683, 684 circumser. Merk. 694 *cupiant* V τ. 700 *adnuit* ex A. 705 *T. aquis mandatis* A<sup>1</sup>. 722 *longis* A<sup>2</sup> V τ, *longis* A<sup>1</sup>. 723 *contempneret* A. 725 *iuuencus* Heins. 726 *en illis* Githl. ex Ries. conii. 727 *nos difficilis* τ Merk. al. 732 *ferunt* τ Merk

pertulerant dominos. regalia protinus illi  
 tecta petunt: custos in fore nullus erat.  
 ecce nurus regis fuis per colla coronis  
 inueniunt posito peruigilare mero. 740  
 inde cito passu petitur Lucretia, cuius  
 ante torum calathi lanaque mollis erat.  
 lumen ad exiguum famulae data pensa trahebant:  
 inter quas tenni sic ait illa sono:  
 'mittenda est domino (nunc, nunc properate, puellae)  
 quamprimum nostra facta lacerna manu. 746  
 quid tamen auditis? nam plura audire potestis:  
 quantum de bello dicitur esse super?  
 postmodo uicta cades: melioribus, Ardea, restas,  
 improba, quae nostros cogis abesse uiros. 750  
 sint tantum reduces! sed enim temerarius ille  
 est meus, et stricto quolibet ense ruit.  
 mens abit et morior, quotiens pugnantis imago  
 me subit, et gelidum pectora frigus habet.  
 desinit in lacrimas intentaque fila remittit 755  
 in gremio uultum deposuitque suum.  
 hoc ipsum decuit: lacrimae decuere pudicae,  
 et facies animo dignaque parque fuit.  
 'pone metum, ueni' coniunx ait. illa reuixit  
 deque uiri collo dulce pependit onus. 760  
 interea iuuenis furiales regnis ignis  
 concipit et caeco raptus amore furit.  
 forma placet niueusque color flauisque capilli,  
 quique aderat nulla factus ab arte decor:  
 uerba placent et uox, et quod corrumpere non est;  
 quoque minor spes est, hoc magis ille cupit. 766  
 iam dederat cantus lucis praenuntius ales,  
 cum referunt iuuenes in sua castra pedem.  
 carpitur attonitos absentis imagine sensus  
 ille. recordanti plura magisque placent. 770  
 sic sedit, sic culta fuit, sic stamina neuit,  
 neglectae collo sic iacere comae,  
 hos habuit uultus, haec illi uerba fuerunt,  
 hic color, haec facies, hic decor oris erat.  
 ut solet a magno fluctus languescere flatu, 775  
 sed tamen a uento, qui fuit, unda tumet,  
 sic, quamuis aberat placitae praesentia formae,  
 quem dederat praesens forma manebat amor.  
 ardet et iniusti stimulis agitatur amoris:  
 comparat indigno uimque dolumque toro. 780  
 'exitus in dubio est: audebimus ultima' dixit.  
 'uiderit. audentes forsque deusque iuuat.  
 cepimus audendo Gabios quoque.' talia fatus  
 ense latus cinxit tergaque pressit equi.  
 accipit aerata iuuenem Collatina porta, 785  
 condere iam uultus sole parante suos.  
 hostis ut hospes init penetralia Collatini:  
 comiter excipitur; sanguine iunctus erat.  
 quantum animis erroris inest! parat inscia rerum  
 infelix epulas hostibus illa suis. 790  
 functus erat dapibus, poscunt sua tempora somnum;  
 nox erat, et tota lumina nulla domo.  
 surgit et auratum uagina liberat ensem  
 et uenit in thalamos, nupta pudica, tuos.  
 utque torum pressit, 'ferrum, Lucretia, mecum est.  
 natus' ait 'regis Tarquiniusque loquor.' 796  
 illa nihil: neque enim uocem uiresque loquendi  
 aut aliquid toto pectore mentis habet:  
 sed tremit, ut quondam stabulis deprensa relictis  
 parua sub infesto cum iacet agna lupi. 800  
 quid faciat? pugnet? uinctur femina pugnans.  
 clamet? at in dextra, qui uetet, ensis erat.  
 effugiat? positus urgentur pectora palmis,

tunc primum externa pectora tacta manu. 804  
 instat amans hostis precibus pretioque minisque:  
 nec prece nec pretio nec mouet ille minis.  
 'nil agis: eripiam,' dixit 'per crimina uitam:  
 falsus adulterii testis adulter ero:  
 interimam famulum, cum quo deprensa fereris.'  
 succubuit famae uicta puella metu. 810  
 quid, uictor, gaudes? haec te uictoria perdet.  
 heu quanto regnis nox stetit una tuis!  
 iamque erat orta dies: passis sedet illa capillis,  
 ut solet ad nati mater itura rogum,  
 grandaeuumque patrem fido cum coniuge castris  
 euocat, et posita uenit uterque mora. 816  
 utque uident habitum, quae luctus causa requirunt,  
 cui paret exequias, quoue sit icta malo?  
 illa diu reticet pudibundaque celat amictu  
 ora: fluunt lacrimae more perennis aquae. 820  
 hinc pater, hinc coniunx lacrimas solantur et orant  
 indicet et caeco flentque pauentque metu.  
 ter conata loqui ter destitit: ausaque quarto  
 non oculos ideo sustulit illa suos.  
 'hoc quoque Tarquinio debebimus? eloquar,' inquit  
 'eloquar infelix dedecus ipsa meum?' 826  
 quaeque potest narrat. restabant ultima: fleuit,  
 et matronales erubere genae.  
 dant ueniam facto genitor coniunxque coactae:  
 'quam' dixit 'ueniam uos datis, ipsa nego.' 830  
 nec mora, celato fixit sua pectora ferro  
 et cadit in patrios sanguinolenta pedes.  
 tunc quoque iam moriens ne non procumbat honeste  
 respicit; haec etiam cura cadentis erat.  
 ecce super corpus communia damna gementes 835  
 oblitum decoris uirque paterque iacent.  
 Brutus adest tandemque animo sua nomina fallit  
 fixaque semianimi corpore tela rapit  
 stillantemque tenens generoso sanguine cultrum  
 edidit impavidus ore minante sonos: 840  
 'per tibi ego hunc iuro fortem castumque cruorem  
 perque tuos manes, qui nihil numen erunt,  
 Tarquinius profuga poenas cum stirpe daturum.  
 iam satis est uirtus dissimulata diu.'  
 illa iacens ad uerba oculos sine lumine mouit 845  
 uisaeque concussa dicta probare coma.  
 fertur in exequias animi matrona uirilil  
 et secum lacrimas inuidiamque trahit.  
 uulnus inane patet. Brutus clamore Quirites  
 concitat et regis facta nefanda refert. 850  
 Tarquinius cum prole fugit: capit annua consul  
 iura: dies regnis illa suprema fuit.

## 25. HC 26. A EN

Fallimur, an ueris praenuntia uenit hirundo  
 nec metuit, ne qua uersa recurat hiemps?  
 saepe tamen, Progne, nimum properasse quereris,  
 uirque tuo Tereus frigore laetus erit. 856

## 27. B EQ-N 28. CC

Iamque duae restant noctes de mense secundo,  
 Marsque citos iunctis curribus urget equos.  
 ex uero positum permansit Equirria nomen,  
 quae deus in Campo prospicit ipse suo. 860  
 iure uenis, Gradiue: locum tua tempora poscunt,  
 signatusque tuo nomine mensis adest.  
 uenimus in portum libro cum mense peracto:  
 nauiget hinc alia iam mihi linter aqua.

II 739 *nurus* Nodell ad Auian. p. 109, *nurum* codd. 741 *Lucretia: nebat* = Merk. al. 744 *ipsa* = Merk. 752  
*qualibet* A V =. 755 *lacrimis ineptioque* (-taque A<sup>2</sup>) A. *remisit* A = Riese. 756 *suo* A = Riese. 757 *pudicam* A =  
 Riese. 759 *uenio* = Merk. al., om. V. 761 *furiatus* V =, *furiatos* Heins. 765 *et quam* A =. 769 *attonitus* V. 772  
*inlectae* A. 775 *lang. fluctu* A. 776 *quo fluit* V. 777 *sed* A. 780 *metumque* A =. 782 *forsque mensque* A, *forsne*  
*deusne* V Merk. *iuuet* Merk. 785 *acceptae rato* A. 787 *Collatina* = Merk. 790 *hospitis i. sui* V. 791 *somni* V. 793  
*aurata* A = Riese. 795 *ferrumque* A. es A. 796 *uocor* =. 799 *fremit* V. 802 *uocat* A. *adest* V. 805 *ministro* V.  
 808 *erit* V =. 818 *par ex. A. quoque A. acta* A<sup>1</sup>. *modo* A in ras. =. 819 *retinet* A. 824 *adco* V =, *ad cos* = Koch.  
 829 *coacto* V =. 831 *fligit* V =. 835, 836 interpolatos susp. Riese, circumscrip. Güthl. 838 *semianim//s* (corr. is) A.  
 845 *auersa* Bentl. 847 *ad* = Güthl. 853-864 om. V. 854 *nee* Koch (Symb. Ritschel. 353), et A = Merk. 862 *erat* A.

## LIBER TERTIVS

Bellice, depositis clipeo paulisper et hasta, Mars, ades et nitidas casside solue comas. forsitan ipse roges, quid sit cum Marte poetae? a te qui canitur nomina mensis habet.		omnibus agricolis armentorumque magistris Iliadae fratres iura petita dabant. saepe domum ueniunt praedonum sanguine laeti et redigunt actos in sua rura boues.	
ipse uides manibus peragi fera bella Mineruae : 5		ut genus audierunt, animos pater editus auget, 65	
num minus ingenuis artibus illa uacat? Palladis exemplo ponendae tempora sume cuspidis. inuenies et quod inermis agas.		et pudet in paucis nomen habere casis : Romuloque cedit traiectus Amulius ense, regnaque longaeuo restituuntur ano.	
tunc quoque inermis eras, cum te Romana sacerdos cepit, ut huic urbi semina digna dares. 10		moenia conduntur; quae quamuis parua fuerunt, non tamen expedit transiluisse Remo. 70	
Silua Vestalis (quid enim uetat inde moneri?) sacra lanaturas mane petebat aquas. uentum erat ad molli declinem tramite ripam : ponitur e summa fictilis urna coma :		Iam, modo qua fnerant siluae pecorumque recessus, urbs erat, aeternae cum pater urbis ait : 'arbiter armorum, de cuius sanguine natus credor et, ut credar, pignora multa dabo,	
fessa resedit humo uentosque accepit aperto pectore turbatas restituitque comas. 15		a te principium Romano dicimus anno : 75	
dum sedet, umbrosae salices uoluerisque canorae fecerunt somnos et leue murmur aquae. blanda quies furtim uictis obrepit ocellis, et cedit a mento languida facta manus. 20		primus de patrio nomine mensis erit. uox rata sit, patrioque uocat de nomine mensem. dicitur haec pietas grata fuisse deo. et tamen ante omnes Martem coluere priores ; hoc dederat studiis bellica turba suis. 80	
Mars uidet hanc uisumque cupit potiturque cupita et sua diuina furta felellit ope. somnia abit, laet ipsa grauis. iam scilicet intra uiscera Romanae conditor urbis erat.		Pallada Cecropidae, Minoa Creta Dianam, Vulcanum tellus Hypsipylea colit ; Iunonem Sparte Pelopeidesque Mycenae, pinigerum Fanni Maenalis ora caput :	
languida consurgit nec seit eura languida surgat, 25		Mars Latio uenerandus erat, quia praesidet armis ; arma ferac genti remque decusque dabant. 86	
et peragit talis arbore nixa sonos : 'utile sit faustumque precor, quod imagine somni uidimus : an somno clarius illud erat? ignibus Iliacis aderam, cum lapsa capillis decidit ante sacros lanca uitta focos. 30		quod si forte uacae, peregrinos inspicie fastos : mensis in his etiam nomine Martis erit. tertius Albanis, quintus fuit ille Falaiscis ; sextus apud populos, Hernica terra, tuos. 90	
inde duae pariter, nisu mirabile, palmae surgunt : ex illis altera maior erat, et grauibas ramis totum protexerat orbem contigeratque sua sidera summa coma.		inter Aricinos Albanaque tempora constat factaque Telegoni moenia celsa manu. quintum Laurentes, bis quintum Aequiculus acer, a tribus hunc primum turba Curensis habet.	
ecce meus ferrum patrum molitur in illas : terreor admonitu, corque timore micat. 35		et tibi cum proanis, miles Paelignae, Sabinis conuenit ; huic genti quartus utriusque deus. Romulus hos omnes ut inuecerat ordine saltem, sanguinis auctori tempora prima dedit.	
Martia, picus, auis gemino pro stipite pugnant et lupa : tuta per hos utraque palma fuit. dixerat et plenam non firmis uiribus urnam sustulit : impletur, dum sua uisa refert. 40		Nec totidem ueteres, quod nunc, habuere Kalendas : ille minor geminis mensibus annus erat. 100	
intera crescente Remo, crescente Quirino caelestis tumidis pondere uenter erat. quo minus emeritis iam duo signa deo. Silua fit mater : Vestae simulacra feruntur uirgineas oculis opposuisse manus. 45		nondum tradiderat uictas uictoribus artes Graecia, facundum sed male forte genus. qui bene pugnat, Romanam uenerat artem ; mittere qui poterat pila, disertus erat.	
ara deae certe tremuit pariente ministra, et subit cineres territa flamma suos. hoc ubi cognouit contemptor Amulius aequi (nam raptas fratri uictor habebat opes) 50		quis tunc aut Hyadas aut Pliadas Atlanteas senserat, aut geminis esse sub axe polos ? esse duas Aretos, quarum Cynosura petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notet ? signaque quae longo frater perenseat anno, ire per haec uno mense sororis equos ? 110	
anne iubet mergi geminos. scelus unda refugit ; in sicca pueri destituuntur humo. lacte quis infantes nescit creuisse ferino, et piem expositis saepe tulisse cibos ?		libera currebant non obseruata per annum sidera ; constabat sed tamen esse deos. non illi caelo labentia signa tenebant, sed sua, quae magnum perdere erimen erat.	
non ego te, tantae nutrix Larentia gentis nec tacam uestras, Faustule pauper, opes. 55		illa quidem faeno ; sed erat reuerentia faeno, quantam nunc aquilas cernis habere tuas. pertica suspensos portabat longa maniplos, unde manipularis nomina miles habet. ergo animi indociles et adhuc ratione carentes mensibus egerunt lustra minora decem. 120	
uester honos ueniet, cum Larentalia dicam : acceptus genis illa December habet. Martia ter senos proles adoleuerat annos, et suberat flauae iam noua barba comae : 60			

III 2 adest A. 10 coepit et A. magna A V τ. 15 humi τ. 20 e A<sup>1</sup>. 23 illa V τ Merk. al. nam A. 30 sacros om.  
A. uita A. 35 mollitur A. 36 pauet V τ. 37 pugnant A. 44 sui signa A. 51 pueros V. 53 late et necat A.  
55 laurentia codd. 57 honor V τ. laurentalia codd. 61 ministris A τ. 64 iura A V τ. 65 agnitus V. 71 quae f.  
A V τ. 76 eris A. 88 eris A. 93 quartum laur. unus Gütbl. (coll. Henschke d. röm. Jahr, p. 9), nonum Th. Bergk  
Op. I 662. asper V τ Peter al. 94 forensis A τ Merk. 96 uterque A V τ. 102 gratia corr. gretia A. 106 polo A.  
107 uocatur V. 108 grauiora A<sup>1</sup>. uocat V. 111 et inols. V τ Merk. al. 112 constabant et deo/ A. 115 foeno  
bis A. 119 indocibiles A<sup>1</sup>.

annus erat, decimum cum luna receperat orbem :  
 hic numerus magno tunc in honore fuit ;  
 seu quia toti digiti, per quos numerare solemus,  
 seu quia bis quino femina mense parit,  
 seu quod adusque decem numero crescente uenitur,  
 principium spatii sumitur inde nouis. 126  
 inde patres centum denos secreuit in orbem  
 Romulus, hastatos instituitque decem ;  
 et totidem princeps, totidem pilanus habebat  
 corpora, legitimo quique merebat equo. 130  
 quin etiam partes totidem Titiensibus ille,  
 quosque uocant Ramnes, Luceribusque dedit.  
 aduetos igitur numeros seruauit in anno.  
 hoc luget spatio femina maesta uirum.  
 Neu dubites primae fuerint quin ante Kalendae 135  
 Martis, ad haec animum signa referre potes.  
 laurea, flaminibus quae toto perstitit anno,  
 tollitur, et frondes sunt in honore nouae.  
 ianua tunc regis posita uiret arbore Phoebi :  
 ante tuas fit idem, curia prisca, fores. 140  
 Vesta quoque ut folio niteat nelata recenti,  
 cedit ab Iliacis laurea cana focis.  
 adde quod arcana fieri nouis ignis in aede  
 dicitur, et uires flamma relecta capit.  
 nec mihi parua fides, annos hinc isse priores, 145  
 Anna quod hoc coepta est mense Perenna coli.  
 hinc etiam ueteres initi memorantur honores  
 ad spatium belli, perfide Poene, tui.  
 denique quintus ab hoc fuerat Quintilis, et inde  
 incipit, a numero nomina quisquis habet. 150  
 primus oliuiferis Romam deductus ab aruis  
 Pompilius menses sensit abesse duos,  
 siue hoc a Samio doctus, qui posse renasci  
 nos putat, Egeria siue monente sua.  
 sed tamen errabant etiam nunc tempora, donec 155  
 Caesaris in multis haec quoque cura fuit.  
 non haec ille deus tantaëque propaginis auctor  
 credidit officiis esse minoras suis,  
 promissumque sibi uoluit praenosceri caelum  
 nec deus ignotas hospes inire domos. 160  
 ille moras solis, quibus in sua signa rediret,  
 traditur exactis disposuisse notis.  
 is decies senos trecentum et quinque diebus  
 iunxit et e pleno tempora quinta die.  
 hic anni modus est : in lustrum accedere debet, 165  
 quae consummatur partibus una dies.

## 1. D·K·MAR·N

‘ Si licet occultos monitus audire deorum  
 uatibus, ut certe fama licere putat,  
 cum sis officiis, Gradiue, uirilibus aptus,  
 dic mihi, matronae cur tua festa colant.’ 170  
 sic ego. sic posita dixit mihi casside Manors,  
 sed tamen in dextra missilis hasta fuit :  
 ‘ nunc primum studiis pacis, deus utilis armis,  
 aduocor et gressus in noua castra fero.  
 nec piget incepti. iuuat hac quoque parte morari,  
 hoc solam ne se posse Minerua putet. 176  
 disce, Latinorum uates operose dierum,  
 quod petis, et memori pectore dicta nota.  
 parua fuit, si prima uelis elementa referre,  
 Roma : sed in parua spes tamen huius erat. 180  
 moenia iam stabant, populis angusta futuris,  
 credita sed turbae tunc nimis ampla suae.  
 quae fuerit nostri, si quaeris, regia nati,

aspice de canna straminibusque domum.  
 in stipula placidi capiebant munera somni, 185  
 et tamen ex illo uenit in astra toro.  
 iamque loco maius nomen Romanus habebat,  
 nec coniunx illi nec socer ullus erat.  
 spernebant generos inopes uicinia diues,  
 et male credebant sanguinis auctor ego. 190  
 in stabulis habebatse et oues pauisse nocebat  
 iugeraque inculti pauca tenere soli.  
 cum pare quaeque suo coeunt nolucresque feraeque,  
 atque aliquam de qua procreet anguis habet.  
 extremis dantur conubia gentibus : at quae 195  
 Romano uellet nubere nulla fuit.  
 indolui patriamque dedi tibi, Romule, mentem.  
 ‘ tolle preces,’ dixi ‘ quod petis arma dabunt.’  
 festa parat Conso. Consus tibi cetera dicit,  
 illo facta die dum sua sacra canes. 200  
 intumere Cures et quos dolor attigit idem :  
 tum primum generis intulit arma socer.  
 iamque fere raptae matrum quoque nomen habe-  
 bant,  
 tractaque erant longa bella propinqua mora.  
 conueniunt nuptae dictam Iunonis in aedem, 205  
 quas inter mea sic est nurus orsa loqui :  
 ‘ o pariter raptae, quoniam hoc commune tenemus,  
 non ultra lentae possumus esse pie.  
 stant acies : sed utra di sint pro parte rogandi,  
 eligit : hinc coniunx, hinc pater arma tenet. 210  
 quaerendum est, niduae fieri malitis, an orbae.  
 consilium uobis forte piumque dabo.’  
 consilium dederat. parent crinesque resoluunt  
 maestaque funerea corpora ueste tegunt.  
 iam steterant acies ferro mortique paratae, 215  
 iam lituus pugnae signa daturus erat :  
 cum raptae ueniunt inter patresque uirosque  
 inque sinu natos, pignora cara, tenent.  
 ut medium campi scissis tetigere capillis,  
 in terram posito procubere genu : 220  
 et quasi sentirent, blando clamore nepotes  
 tendebant ad auos braccia parua suos.  
 qui poterat clamabat auum tum denique uisum,  
 et qui uix poterat posse coactus erat.  
 tela uiris animique cadunt, gladiisque remotis 225  
 dant soceri generis accipiuntque manus,  
 laudatasque tenent natas, scutoque nepotem  
 fert auus. hic senti dulcor usus erat.  
 inde diem, quae prima mea est, celebrare Kalendas  
 Oebaliae matres non leue munus habent, 230  
 aut quia committi strictis mucronibus ausae  
 finierant lacrimis Martia bella suis :  
 uel quod erat de me feliciter Iliia mater,  
 rite colunt matres sacra diemque meum.  
 quid, quod hiemps adoperta gelu tunc denique cedit,  
 et pereunt uictae sole tepente niues ? 236  
 arboribus redeunt detonsae frigore frondes,  
 uidaque in tenero palmite gemma tumet :  
 quaeque diu latuit, nunc se qua tollat in auras,  
 fertilis occultas inuenit herba nias. 240  
 nunc fecundus ager, pecoris nunc hora creandi,  
 nunc auis in ramo lecta laremque parat.  
 tempora iure colunt Latiae fecunda parentes,  
 quarum militiam uotaque partus habet.  
 adde quod, excubias ubi rex Romanus agebat, 245  
 qui nunc Esquilias nomina collis habet,  
 illic a nuribus Iunoni templa Latinis  
 hac sunt, si memini, publica facta die.

III 124 quinto Madv. Adu. t. ii 106. 130 legitima quoque A. 135 debites A. 140 sit A. 145 esse A. 146 repe||nte A. 147 penna (na corr.) V. 150 a. in A. 155 tunc V. 156 Güthl. 161 regna V. 162 noctis A. 164 iuncta V. 165 quarta Riese al. sed uid. Peter ad loc. 167 scilicet A. 169 uiribus A. 176 solum A. 185 carpebat = Merk. al. 188 sacer A. 191 paruisse A. 193 compare A. 199 parat (t. eras.) A. para V. Peter al. 200 cum = 201 quod A. 206 ausa A. 208 lente et piae codd., corr. Madv. (Adu. t. ii 106). 211 malimus V. 212 nobis A. 213 plorant V. 215 stabant V. 216 Riese al. 219 passis V. 220 Peter al. 223, 224 circumscr. Riese. 223 tum A. V. tunc A. marg. man. pr. 228 auos A. 229, 230 post 232 ponit Riese. 229 mea est Rappold (Zeitschr. f. österr. Gymn. 31 p. 809), meas codd., diem, quae priua, meas Merk., mei primas mensis Riese, diem primasque meas = 230 nomen hab. A. 231, 232 circumscr. Merk. 231 aut A. 232, an V. 233, hac Merk., sic uel iam Riese. 236 lapsae A. 237 Peter al., ‘ fort. tactae’ Riese. 238 nudaque A., uidaque = Peter, humidaque =

quid moror et uariis onero tua pectora cansis? eminet ante oculos quod petis ecce, tuos.	250	hunc tu non poteris per te deducere caelo, at poteris nostra forsitan usus ope.
mater amat nuptas : matris me turba frequentat. haec nos praecipue tam pia causa decet.		dixerat haec Faunus ; par est sententia Pici :
ferre deae flores : gaudet florentibus herbis haec dea : de tenero cingite flore caput :		'deme' tamen 'nobis uincula,' Picius ait :
dicite 'tu nobis lucem, Lucina, dedisti' :	255	'Iuppiter huc ueniet ualida perductus ab arte. nubila promissi Styx mihi testis erit.'
dicite 'tu uoto parturientis ades.'		emissi laqueis quid agant, quae carmina dicant, quaque trahant superis sedibus arte Iouem,
siqua tamen grauida est, resoluta crine precetur, ut soluat partus molliter illa smos.		scire nefas homini. nobis concessa canentur
Quis mihi nunc dicet, quare caelestia Martis arma ferant Sali, Mamuriumque canant ?	260	quaeque pio dici uatis ab ore licet. eliciunt caelo te, Iuppiter. unde minores nunc quoque te celebrant Eliciumque uocant.
Nymphæ, mone, Nemori stagnoque operata Dianæ ; Nymphæ, Numæ coniunx, ad tua facta ueni.		constat Auentinae tremuisse caecumina siluae, terraque subsedit pondere pressa Iouis.
uallis Aricinae silua praecinctus opaca est lacus antiqua religione sacer.		corda micant regis, totoque e corpore sanguis fugit, et hirsutae deriguere comæ.
hic latet Hippolytus furis direptus equorum, unde nemus nullis illud adiret equis.	265	ut rediit animus, 'da certa piamina' dixit 'fulminis, altorum rexque paterque deum,
licia dependent longas uelantia saepes, et posita est meritae multa tabella deae.		si tua contigimus manibus donaria puris,
saepæ potens uoti frontem redimita coronis femina lucentes portat ab urbe faeces.	270	hoc quoque, quod petitur, si pia lingua rogat. adunit oranti, sed uerum ambage reuotum abdedit et dubio terruit ore uirum.
regna tenent fortes manibus pedibusque fugaces, et perit exemplo postuouo quisque suo.		'caedenda est hortis eruta cepa meis.'
delitit incerto lapidosus murrure riuus : saepæ, sed exiguis haustibus inde bibi.		addidit hic 'hominis : 'sumes' ait ille 'capillos.' postulat hic animam, cui Numa 'piscis' ait.
Egeria est quae praebet aquas, dea grata Camoenis : illa Numæ coniunx consiliunumque fuit.	276	risit, et 'his' inquit 'facito mea tela procures, o uir conloquio non abigende deum.
principio nimium promptos ad bella Quiritis molliri placuit iure deumque metu.		sed tibi, protulerit eum totum crastinus orbem 'Cynthiaus, imperii pignora certa dabo.'
inde datae leges, ne firuor omnia posset ; coepataque sunt pure tradita sacra coli.	280	dixit, et ingenti tonitru super aethera motum fertur, adorantem destituitque Numam.
exiit feritas, armisque potentius aequum est, et cum cine pudet conseruisse manus.		ille redit laetus memoratque Quiritibus acta. tarda uenit dictis difficilisque fides.
atque aliquis, modo trux, nisa iam uertitur ara ninaque dat tepidis farraque salsa focis.		'at certe credemur,' ait 'si uerba sequetur exitus : en audi crastina, quisquis ades.
ecce deum genitor rutilas per nubila flammis spargit et effluis aethera siccet aquis :	285	protulerit terris eum totum Cynthiaus orbem, Iuppiter imperii pignora certa dabit.'
non alias missi cecidere frequentius ignes ; rex pauet et uulgi pectora terror habet.		discedunt dubii, promissaque tarda uidentur, dependetque fides a ueniente die.
cui dea 'ne nimium ferrere : piabile fulmen est,' ait 'et sacri flectitur ira Iouis.	290	mollis erat tellus rotata mane prima : ante sui populus limina regis adest.
sed poterunt ritum Picius Faunusque piandi tradere, Romani nunc uenit utrumque soli.		prodit et in solio medius consedit acerno. innumeri circa stantque silentique uiri.
nec sine ui tradent : adhibeto uincula captis' : atque ita qua possint erudit arte capi.		ortus erat summo tantummodo margine Phoebus : solicitatae mentes speque metueque pauent.
lucus Auentino suberat niger ilicis umbra, quo posses uiso dicere 'nunc inest.'	295	constitit atque caput nuncio nelatus amictu iam bene dis notas sustulit ille manus,
in medio gramen, muscoque adoperta uirenti manabat saxo uena perennis aquae :		atque ita 'tempus adest promissi numeris,' inquit 'pollicitam dietis, Iuppiter, adde fidem.'
inde fere soli Fannus Picensque bibebant. huc uenit et Fonti rex Numa maectat ouem,	300	dum loquitur, totum iam sol emonerat orbem, et grauis aethero uenit ab axe fragor.
plenaque odorati disponit pocula Baechi, eumque snis autro conditus ipse latet.		ter tonuit sine nube dens, tria fulgura misit. credite dicenti : mira sed acta loquor :
ad solitos ueniunt siluestria numina fontes et releuant multo pectora siccæ mero.		a media caelum regione delihesce coepit ; summisere ocnlos enim duce turba suo.
uina quies sequitur : gelido Numa prodit ab antro nineluque sopitas addit in arta manus.	306	ecce leui scutum uersatum leuiter aura decidit. a populo clamor ad astra uenit.
somnus ut abscessit, pugnando ninela temptant rumpere : pugnantes fortis illa tenent.		tollit humo munus caesa prius ille iuuenta,
tunc Numa : 'di nemorum, factis ignoseite nostris, si scelus ingenio scitis abesse meo ;	310	quae dederat nulli colla premenda ingo ; atque ancile uocat, quod ab omni parte reeissum est,
quoque modo possit fulmen monstrare piari,' sic Numa ; sic quatiens cornua Fannus ait :		quaque notes oculis, angulus omnis abest. tum, memor imperii sortem consistere in illo, consilium multae calliditatis inuit.
'magna petis nec quae uouit tibi discere nostro fas sit. habent finis numina nostra suos.		plura iubet fieri simul eaclata figura, error ut ante oculos insidiantis eat.
di sumus agrestes et qui dominemur in altis montibus : arbitrium est in sua tela Ioui.	315	Manuarius, morum fabraene exactior artis,

III 251 *matris me* Heins., *matrem quoque* V, *matrum me* A  $\tau$  Riese, *matrem mea* Merk. 260 *mamuriumque* A. 261 *adoperta*  $\tau$  Peter al. 264 et A. 265 *loris* A  $\tau$ . 271 *pedibusque*, *manibusque* A<sup>1</sup>, corr. marg. 273 *riuus* A. 274 *antibus* A. *bibit* A  $\tau$ . 284 *salsaque farra*  $\tau$  Merk. 288 *res* A. *torræ* A. 292 *utroque*  $\tau$ . 293 *adhibeto* A V  $\tau$ . 294 *adidit* A V  $\tau$ , 'recte'  $\tau$ . Riese, *trahidit*  $\tau$ . 313 *neque mon.* et *dicere* A. 316 *lecta* A  $\tau$ . *ionis* V. 320 (et 342) *erit* A<sup>1</sup>. 323 *laquei* A. *dicat* A. 324 *qui (qua A<sup>2</sup>) trahat a s. A.* 331 *pectore* V  $\tau$  Peter al. 332 *derig.* ex A. 334 *fluminis* A. 337 *remotum*  $\tau$  nar. scr. Peter, *remota* A V  $\tau$ . 341 *summos*  $\tau$  Merk. al. 351 *credemus* A  $\tau$ . 356 *adueniente* A  $\tau$ . 359 *acerno* A. 363 *aque caput* A. 367 *conuolucrat* V. 368 *aethero* V. 369 *fulurina* A  $\tau$  Riese. 377, 378 cm. A<sup>1</sup>, add. in mg. A<sup>2</sup>. 378 *quomque* V<sup>2</sup>  $\tau$ . 379 *tunc* A<sup>2</sup>  $\tau$  Riese.

difficile est, illud, dicere, clausit opus.  
cui Numa munificus 'facti pete praemia;' dixit 385  
'si mea nota fides, inrita nulla petes.'  
iam dederat Saliis a saltu nomina dicta  
armaque et ad certos uerba canenda modos.  
tum sic Mamurius: 'merces mihi gloria detur,  
nominaque extremo carmine nostra sonent.' 390  
inde sacerdotes operi promissa uetusto  
praemia persoluunt Mamuriumque uocant.  
Nubere siqua uoles, quamuis properabitis ambo,  
differ; habent paruae commoda magna morae.  
arma mouent pugnas, pugna est aliena maritis; 395  
condita cum fuerint, aptius omen erit.  
His etiam coniunx apicati sancta Dialis  
lucibus inplexas debet habere comas.

## 2. EF 3. FC 4. GC

Tertia nox dimensa suos ubi mouerit ignes,  
conditus e geminis Piscibus alter erit. 400  
nam duo sunt; Austris hic est, Aquilonibus ille  
proximus. a uento nomen uterque tenet.

## 5. HC

Cum croceis rorare genis Tithonia coniunx  
coeperit et quintae tempora lucis agat,  
sine est Arctophylax, sine est piger ille Bootes, 405  
mergetur uisus effugietque tuos.  
at non effugiet Vindemitor. hoc quoque causam  
unde trahat sidus, parua docere mora est.  
Ampelon intonsum Satyro Nymphaque creatum  
fertur in Ismariis Bacchus amasse inguis: 410  
tradidit huic uitem pendentem e frondibus ulmi,  
quae nunc de pueri nomine nomen habet.  
dum legit in ramo pictas temerarius unas,  
decidit: amissum Liber in astra tulit.

6. AN<sup>2</sup> HOC·DIE·CAESAR·PONTIF·MAXIM·FACT·EST

Sextus ubi Oceano cliuosum scandit Olympum 415  
Phoebus et alatis aethera carpit equis,  
quisquis ades castaeque colis penetralia Vestae,  
gratare Iliacis turaque pone focis.  
Caesaris innumeris, quos maluit ille mercri,  
accessit titulis pontificalis honor. 420  
ignibus aeternis aeterni numina praesunt  
Caesaris: imperii pignora iuncta uides.  
di ueteris Troiae, dignissima praeda ferenti,  
qua grauis Aeneas tutus ab hoste fuit;  
ortus ab Aenea tangit cognata sacerdos 425  
numina: cognatum, Vesta, tuere caput.  
quos sancta fouet ille manu, bene uiuitis ignes.  
uiuite inextincti, flammaque duxque, precor.

## 7. B NON·F

Vna nota est Marti Nonis, sacrata quod illis  
templa putant lucos Vedioius ante duos. 430  
Romulus ut saxo lucum circumdedit alto,  
'quilibet huc' dixit 'confuge, tutus eris.'  
o quam de tenui Romano origine creuit!  
turba uetus quam non inuidiosa fuit!  
ne tamen ignaro nouitas tibi nominis obstet, 435  
disce quis iste deus, curue uocetur ita.  
Iuppiter est iuuenis. iuuenalis aspice uultus:  
aspice deinde, manu fulmina nulla tenet.

fulmina post ausos caelum adfectare Gigantas  
sunpta Ioui; primo tempore inermis erat. 440  
ignibus Ossa nouis et Pelion altius Ossa  
arsit et in sidula fixus Olympus humo.  
stat quoque capra simul: Nymphae pauisse feruntur  
Cretides; infanti lac dedit illa Ioui.  
nunc uocor ad nomen. uegrandia farra coloni, 445  
quae male creuerunt, uescaque parua uocant.  
uis ea si uerbi est, cur non ego Vedioius aedem  
aedem non magni suspicer esse Iouis?  
Iamque ubi caeruleum uariabant sidera caelum,  
suspice: Gorgonei colla uidebis equi. 450  
creditur hic caesae grauida ceruice Medusae  
sanguine perserpis prosiluisse iulis.  
huic supra nubes et subter sidera lapso  
caelum pro terra, pro pede pinna fuit,  
iamque indignanti noua frena receperat ore, 455  
cum leuis Aonias ungula fodit aquas.  
nunc fruitur caelo, quod pinnis ante petebat,  
et nitidus stellis quinque decemque micat.  
Protinus aspicias uenienti nocte Coronam  
Gnosida. Theseo crimine facta dea est. 460  
iam bene periuro mutarat coniuge Bacchum,  
quae dedit ingrato fila legenda uiro.  
sorte tori gaudens 'quid flebam rustica?' dixit  
'utiliter nobis perfidus ille fuit.'  
interea Liber depexos crinibus Indos 465  
uicit et Eoo diues ab orbe redit.  
inter captiuas facie praestante puelas  
grata nimis Baccho filia regis erat.  
flebat amans coniunx spatiaataque litore curno  
edidit incultis talia uerba comis: 470  
'en iterum, fluctus, similis audite querellas:  
en iterum lacrimas accipe, harena, meas.  
dicebam, memini, "periure et perfide Theseu!"  
ille abiit; eadem crimina Bacchus habet.  
nunc quoque "nulla uiro" clamabo "femina credat."  
nomine mutato causa relata mea est: 476  
o utinam mea sors, qua primum coeperat, isset,  
iamque ego praesenti tempore nulla forem!  
quid me desertis morituram, Liber, harenis  
seruabas? potui dedoluisse semel. 480  
Bacche leuis leuiorque tuis, quae tempora cingunt,  
frondibus, in lacrimas cognite Bacche meas,  
ausus es ante oculos adducta paelice nostros  
tam bene compositum sollicitare torum?  
heu ubi pacta fides? ubi, quae iurare solebas? 485  
me miseram, quotiens haec ego uerba loquar?  
Thesea culpabas fallacemque ipse uocabas:  
iudicio peccas turpi ipse tuo.  
ne sciat hoc quisquam, tacitisque doloribus urar,  
ne totiens falli digna fuisse puter. 490  
praecipue cupiam celari Thesea, ne te  
consortem culpa gaudeat esse suae.  
at, puto, praeposita est fuscae mihi candida paelix.  
eueniat nostris hostibus ille color!  
quid tamen hoc refert? uitio tibi gratior ipso est.  
quid facis? amplexus inquinat illa tuos. 496  
Bacche, fidem praesta, nec praefere amoribus ullam  
coniugis. adseui semper amare uirum.  
ceperunt matrem formosi cornua tauri,  
me tua: at hic laudi est, ille pudendus amor. 500  
ne noceat, quod amo. neque enim tibi, Bacche,  
nocebat,  
quod flammis nobis fassus es ipse tuas.  
nec, quod nos uris, mirum facis. ortus in igne

III 384 est ulli A  $\tau$ . clausit corruptum susp. Riese. 386 pedes A. 387 numina A<sup>1</sup>. ducta V. 397-400 in mg. add. A<sup>3</sup>. 397 cineta  $\tau$  Merk., capitis conu. distincta A<sup>3</sup>, conu. capitis discincta V  $\tau$ . 399 ortus  $\tau$ . 402 utrumque A  $\tau$ . 409 satyris A  $\tau$ . 411, 412 circumscr. Heins. 411 e om. A  $\tau$  Merk. al. fontibus A<sup>1</sup>. 415 ubi e terra A  $\tau$ . scandet V  $\tau$ . 416 acquora A. carpet V  $\tau$ . aquis A<sup>1</sup>. 418 cratera V  $\tau$ . 419 quem  $\tau$  Riese, quo Merk. 422 uidet A  $\tau$ . 429 nonhis A. 430 utiouis A  $\tau$ , ueiouis V  $\tau$ . 432 inquit V Peter. 433 detinuit A. 435 nec A  $\tau$ . 438 manum  $\tau$  Peter al. 439 gigantes A  $\tau$  Riese. 444 cyrnides A<sup>1</sup>. 445 hunc et uegrandia A. colonae V  $\tau$  Merk., colone A<sup>1</sup>. 447 ueiouis A  $\tau$ , ueiouis V  $\tau$ . 448 ioui A. 451 caesa grauidae Madv. Adu. t. ii 106. 452 comis A  $\tau$ . 454 pinna ex A, ita ex corr. u. 457. 462 regenda A  $\tau$ , 'recte?' Riese. 465 depexis edd. aliquot. 466 uincit V  $\tau$  Githl. 469 littora A. 479 perituram  $\tau$  Merk. 487 theseu A. 489 haec A<sup>1</sup>  $\tau$ . utor A<sup>1</sup>. 493 ut A  $\tau$  Merk. 499-504 circumscr. Merk. 500 sic Heins. me uiuat (uiat A, muat V) et ledit A V  $\tau$ , me tua me laedit  $\tau$  Merk. 502 ūris A<sup>1</sup>. 503 ne A.



diceris et patria raptus ab igne manu.  
 illa ego sum, cui tu solitus promittere caelum. 505  
 ei mihi, pro caelo qualia dona fero!'  
 dixerat: audibat iam dudum uerba querentis  
 Liber, ut a tergo forte secutus erat.  
 occupat amplexu lacrimasque per oscula siceat  
 et 'pariter caeli summa petamus' ait: 510  
 'tu mihi iuncta toro mihi iuncta uocabula sumes;  
 nam tibi iunctatae Libera nomen erit.  
 sintque tuae tecum faciam monumenta coronae,  
 Vuleanus Veneri quam dedit, illa tibi.'  
 dieta facit gemmasque nouem transformat in ignes:  
 aurea per stellis nunc micat illa nouem. 516

8. CF 9. DC 10. EC 11. FC  
 12. GC 13. HEN 14. AEQ-N

Sex ubi sustulerit, totidem demerserit orbes,  
 purpureum rapido qui uelut axe diem,  
 altera gramineo spectabilis Equirria Campo,  
 quem Tiberis curuis in latus urget aquis. 520  
 qui tamen eiecta si forte tenebitur unda,  
 Caели accipiet puluerulentus equos.

### 15. BEID-N

Idibus est Annae festum geniale Perennae  
 haud procul a ripis, aduena Thybri, tris.  
 plebs uenit ac uirides passim disiecta per herbas 525  
 potat, et accumbit cum pare quisque sua.  
 sub loue pars durat, pauci tentoria ponunt,  
 sunt quibus e ramis frondea facta casa est,  
 pars, ubi pro rigidis calamos statuere columbis,  
 desuper extentas imponere togas. 530  
 sole tamen uinoque calent annosque precantur,  
 quot sumant cyathos, ad numerumque bibunt.  
 inuenies illic, qui Nestoris cibant annos,  
 quae sit per calices facta Sibylla suos.  
 illie et cantant quicquid didicere theatris, 535  
 et iactant faciles ad sua uerba manus;  
 et ducunt posito duras eratere choreas,  
 eultraque dilulsis saltat amica conuis.  
 eum redeunt, titubant et sunt spectacula uulgi,  
 et fortunatos obuia turba uocat. 540  
 occurrit nuper (uisa est mihi digna relatu)  
 pompa: senem potum pota trahentibus  
 quae tamen haec dea sit, quoniam rumoribus errat,  
 fabula proposito nulla tegenda meo.  
 arserat Aeneae Dido miserabilis igne, 545  
 arserat exstructis in sua fata rogis;  
 compositisque ciuis, tunulique in marmore carmen  
 hos breue, quod moriens ipsa reliquit, erat:  
 PRAEBVIT AENEAS ET CAUSAM MORTIS ET ENSEM.  
 IPSA SVA DIDO CONCIDIT VSA MANV. 550  
 protinus inuadunt Numidae sine uindice regnum,  
 et potitur capta Mauris larba domo,  
 seque memor spreto, 'thalamis tamen' inquit  
 'Elissae  
 en ego, quem totiens reppulit illa, fruor.'  
 dilugiunt Tyrii, quo quemque agit error, ut olim  
 amisso dubiae rege uagantur apes. 556  
 tertia nudaudas acceperat area messes,  
 inque cauos ierant tertia mpta lacus;  
 pellitur Anna domo lacrimansque sororia linquit  
 moenia. germanae iusta dat ante snae: 560  
 mixta bibunt molles lacrimis unguenta fauillae,  
 nectice libatas accipiuntque comas.  
 terque 'uale!' dixit, cineres ter ad ora relatos

pressit, et est illis uisa subesse soror.  
 nancta ratem comitesque fugae pede labitur aequo  
 moenia respiciens, dulce sororis opus. 566  
 fertilis est Melite sterili uicina Cosyrae  
 insula, quam Libyci uerberat unda freti.  
 hanc petit hospitio regis confisa uetusto;  
 hospes opum diues rex ibi Battus erat. 570  
 qui postquam didicit casus utriusque sororis,  
 'haec,' inquit 'tellus quantalucumque tua est.'  
 et tamen hospitii seruasset ad ultima munus;  
 sed timuit magnas Pygmalionis opes.  
 signa recensuerat bis sol sua, tertius ibat 575  
 annus, et exilio terra paranda noua est.  
 frater adest belloque petit. rex arma perosus  
 'nos sumus inbelles, tu fuge sospes' ait.  
 iussa fugit uentoque ratem committit et undis:  
 asperior quoniam aequore frater erat. 580  
 est prope piseosos lapidosi Crathidis amnes  
 paruus ager, Cameren incola turba uocat:  
 illuc cursus erat. nec longius afuit inde,  
 quau quantum nomies mittere funda potest:  
 uela cadunt primo et dubia librantur ab aura: 585  
 'indite renugio' nauita dixit 'aquis.'  
 dumque parant torto subducere earbasa lino,  
 perentitur rapido puppis aduena noto  
 inque patens aequor frustra pugnantem magistro  
 fertur, et ex oculis uisa refugit humus. 590  
 adsiliunt fluctus, inuolue a gurgite pontus  
 uertitur, et eunas aluenis haurit aquas.  
 uincitur ars uento: nec iam moderator habenis  
 titur, et uotis is quoque poscit opem.  
 iactatur tumidas exul Phoenissa per undas, 595  
 unidaque opposita lumina ueste tegit.  
 tunc primum Dido felix est dieta sorori  
 et quaecumque aliquam corpore pressit humum.  
 ducitur ad Laurens ingenti flumine litus  
 puppis et expositis omnibus hausta perit. 600  
 iam pius Aeneas regno nataque Latini  
 auctus erat populos miscueratque duos.  
 litore dotali solo comitatus Achate  
 secretum nudo dum pede carpit iter,  
 aspiciet errantem, nec credere sustinet Annam 605  
 esse: 'quid in Latios illa uenit agros?'  
 dum secum Aeneas, 'Anna est!' exclamat Achates.  
 ad nomen uultus sustulit illa suos.  
 quo fugiat? quid agat? quos terrae quaerat hiatus?  
 ante oculos miserae fata sororis erant. 610  
 sensit et adloquitur trepidam Cythereis heros;  
 illet tamen admonitu motus, Elissa, tui:  
 'Anna, per hanc iuro, quam quondam audire solebas  
 tellurem fato prosperiore dari,  
 perque deos comites, haec nuper sede locatos, 615  
 saepe meas illos increpuisse moras.  
 nec timui de morte tamen: metus afit iste.  
 ei mihi, credibili fortior illa fuit.  
 ne refer: aspexi non illo pectore digna  
 uulnera, Tartareae ausus adire domos. 620  
 at tu, seu ratio te nostris appulit oris,  
 siue deus, regni commoda carpe mei.  
 multa tibi memores, nil non debemus Elissae,  
 nomine grata tuo, grata sororis eris.'  
 talia dicenti (neque enim spes altera restat) 625  
 credidit errores exposuitque suos.  
 utque donum intrauit Tyrios induta paratus,  
 incipit Aeneas: cetera turba silet:  
 'haec tibi cur tradam, pia causa, Lauinia coniunx,  
 est mihi. consumpsi naufragus huius opes. 630  
 orta Tyro est, regnum Libyca possedit in ora;

III 508 sequutus A. uu. 564 589 ante 516 ponit A. 517 ē (cum V) deserit A V τ, dimiserit τ. 522 accipiat A τ Merk. 524 non A τ. 529 ibi A τ, sibi V τ. 532 sumunt τ. 537 iunctas V<sup>2</sup> τ Riese. 541 occurri τ Merk. al. 545 mirabilis A. 547 cinis, ignis A τ. 557 nudatas A V τ, mandatas unus cod. Beutl. 564 est uisa illa sub. A, est illi uisa M τ. 567 milites A. 575 recensbat A V τ. 585 cadunt corruptum esse susp. Riese. 593, 594 circumser. Merk. 594 et Postgate, au(ser u. cras. A) A V τ Merk., a unus Koch. is A τ, sic Riese, diis V, his Merk., disque reposcit Burn. 599 figurat τ Merk. al., truditur M. C. Gertz (Noid. Tidsk. 1888). 609 heu fug. A. quos terrae quid agat A<sup>1</sup>. 610 facta A τ. 612 admonitus A. mortis E. tuac τ. 619 corpore A V τ, 'recte?' Riese. 620 uoluerat A<sup>1</sup>, unde uulnera clicias. 628 lectet A Riese.

quam precor ut carae more sororis ames.<sup>7</sup>  
omnia promittit falsumque Lauinia uulnus  
mente premit tacita dissimulatque fremens ;  
donaque cum uideat praeter sua lumina ferri 635  
multa palam, mitti clam quoque multa putat.  
non habet exactum, quid agat. furialiter odit  
et parat insidias et cupit ultra mori.  
nox erat : ante torum uisa est adstare sororis  
squalenti Dido sanguinulenta coma 640  
et 'fuge, ne dubita, maestum fuge' dicere 'tectum :'  
sub uerbum querulas impulit aura fores.  
exilit et uelox humili super arua fenestra  
se iacit : audacem fecerat ipse timor.  
quaque metu rapitur, tunica uelata recincta 645  
currit, ut auditis territa damna lupis.  
corniger hanc tumidis rapuisse Numicius undis  
creditur et stagnis oculuisse suis.  
Sidonis interea magno clamore per agros  
quaeritur : apparent signa notaque pedum : 650  
uentum erat ad ripas ; inerant uestigia ripis.  
sustinuit tacitas conscius amnis aquas.  
ipsa loqui uisa est 'placidi sum nympha Numici :  
anne perenne latens Anna Perenna uocor.'  
protinus erratis laeti uescuntur in agris 655  
et celebrant largo remque diemque mero.  
sunt quibus haec Luna est, quia mensibus impleat  
annum ;  
pars Themis, Inachiam pars putat esse bouem.  
inuenies, qui te nymphen Atlantida dicant,  
teque Ioui primos, Anna, dedisse cibos. 660  
haec quoque, quam referam, nostras perucnit ad  
aures  
fama, nec a ueri dissidet illa fide.  
plebs uetus et nullis etiam tunc tuta tribunis  
fugit et in Sacri uertice montis agit.  
iam quoque, quem secum tulerant, defecerat illos  
uictus et humanis usibus apta Ceres. 666  
orta suburbanis quaedam fuit Anna Bouillis,  
pauper, sed multae sedulitatis anus.  
illa leui mitra canos incincta capillos  
fingebat tremula rustica liba manu ; 670  
atque ita per populum fumantia mane solebat  
diuidere : haec populo copia grata fuit.  
pace domi facta signum posuere, perennem  
quod sibi defectis illa tulisset opem.  
nunc mihi cur cantent superest obscena puellae 675  
dicere. nam coeunt certaue probra canunt.  
nuper erat dea facta : uenit Gradiuus ad Annam  
et cum seducta talia uerba facit :  
'mense meo coleris, iunxi mea tempora tecum :  
pendet ab officio spes mihi magna tuo. 680  
armifer armiferae correptus amore Mineruae  
uror et hoc longo tempore uulnus alo.  
effice di studio similes coeamus in unum.  
conueniunt partes hae tibi, comis anus.'  
dixerat. illa deum promisso ludit inani 685  
et stultam dubia spem trahit usque mora.  
saepius instanti 'mandata peregrinus,' inquit  
'euieta est : precibus uix dedit illa manus.'  
credit amans, thalamosque parat. deducitur illuc  
Anna tegens uultus, ut noua nupta, suos. 690  
oscula sumpturus subito Mars aspicit Annam.  
nunc pudor elusum, nunc subit ira deum :  
ridet amatorem carae noua diua Mineruae,  
nec res hac Veneri gratior ulla fuit.

inde ioci ueteres obscenaque dicta canuntur, 695  
et iuuat hanc magno uerba dedisse deo.  
Praeteriturus eram gladios in principe fixos,  
cum sic a castis Vesta locuta focus :  
'ne dubita meminisse : meus fuit ille sacerdos,  
sacrilegae telis me petiere manus. 700  
ipsa uirum rapui simulacraque nuda reliqui.  
quae cecidit ferro, Caesaris umbra fuit.'  
ille quidem caelo positus Iouis atria uidit  
et tenet in magno templa dicata foro.  
at quicumque nefas ausi, prohibente deorum 705  
numine, polluerant pontificale caput,  
morte iacent merita. testes estote Philippi,  
et quorum sparsis ossibus albet humus.  
hoc opus, haec pietas, haec prima elementa fuerunt  
Caesaris, ulcisci iusta per arma patrem. 710

## 16. CF

Postera cum teneras Aurora refecerit herbas,  
Scorpios a prima parte uidendus erit.

## 17. D LIB-N

Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho.  
Bacche, faue uati, dum tua festa cano.  
nec referam Semelen, ad quam nisi fulmina secum  
Iuppiter adferret, spretus inermis erat ; 716  
nec, puer ut posses maturo tempore nasci,  
expletum patrio corpore matris opus.  
Sithonas et Scythicos longum est narrare triumphos  
et domitas gentes, turifer Inde, tuas. 720  
tu quoque Thebanae mala praeda tacebere matris,  
inque tuum furis acte, Lycurge, genu.  
ecce libet subitos pisces Tyrrhenaque monstra  
dicere : sed non est carminis huius opus.  
carminis luius opus causas exponere, quare 725  
uillis antus populos ad sua liba uocet.  
ante tuos ortus arae sine honore fuerunt,  
Liber, et in gelidis herba reperta focus.  
te memorant Gange totoque Oriente subacto  
primitias magno seposuisse Ioui. 730  
cinnama tu primus captiuamque tura dedisti  
deque triumphato uiscera tosta boue.  
nomine ab auctoris ducunt libamina nomen  
libaque, quod sacris pars datur inde focus.  
liba deo fiunt, succis quia dulcibus idem 735  
gaudet, et a Baccho melle reperta ferunt.  
ibat harenoso Satyris comitatus ab Hebro,  
(non habet ingratos fabula nostra iocos)  
iamque erat ad Rhodopen Pangaeaque florida uen-  
tum ;  
aeriferae comitum conerepere manus. 740  
eccc nouae coeunt uolucres tinnitibus actae,  
quosque mouent sonitus aera secuntur apes.  
colligit errantes et in arbore claudit inani  
Liber et inuenti praemia mellis habet.  
ut Satyri leuisque senex tetigere saporem, 745  
quaerebant fauos per nemus omne fauos.  
audit in exesa stridorem examinis ulmo  
aspicit et ceras dissimulatque senex ;  
utque piger pandi tergo residebat aselli,  
applicat hunc ulmo corticibusque cauis. 750  
constitit ipse super ramoso stipite nixus  
atque auide trunco condita mella petit.

III 633 *clausum* Koch. 634 *fremens* V τ, *metus* A τ, *metum* M Güthl. 635 *mitti* V τ. 636 *multa tamen* A τ. 639 *adstare* ex A. 640 *squalenti* A. 641 *et fuge*. *effuge* A V τ. 643 *illi super* A τ. *ausa* A V τ. 645 *cumque* A V. 646 *damna* A. 647 *cupidis* τ Peter. 651 *inierant* A. 653 *uisa est loqui* A<sup>1</sup>. 655 *uescuntur* A. 656 *remque* A, *segue* V τ Peter al. 659 *nymphe nalanida* A V<sup>1</sup>. 662 *uera* τ Merk. ed. maior. 663 *est nullis etiam nunc tura* A<sup>1</sup>. 664 *agit* Bentl., *abit* V τ, *erat* A τ Riese. 665 *illis* V τ. 668 *mundae* τ Merk. 669 *redimita* M τ Merk. al. 670 *cingebat* A. 673 *perennem* Merk., *perenne* codd. 674 *defectus* A. *fecerat* A τ. 679 *iunxit* A. *secum* A corr. 684 *haec* A Merk. al. 688 *et uictas unus, euictas* τ Merk. al. 689 *gaudet* V τ Peter. 693 *ludis am.* A V τ. *canae* M. C. Gertz, *rauae* Bentl., *castae* Francius. 694 *a Veneri* A. 705 *et* A τ. 711 *referunt* A<sup>1</sup>, *ant* A<sup>2</sup>. 712 *erat* A. 715 *nisi* codd., *cum* unus Koch. 716 *spretus* Riese, *paruus* codd., *partus* Heins. *inherb(m A<sup>2</sup>)is* A<sup>1</sup>, *eras* A τ, *partus acerbis eras* Koch (Symb. Ritsch. 354). 719 *est om.* A τ. 722 *genus* A τ. 723 *subito* A. 725 *expromere* τ Merk. 734 *sanctis* A V τ Güthl. 736 *referta* A. 737 *libat* A. *ad hebro* A. 738 *fab. sera* A. 739 *florida* τ, *flumina* A V τ. 742 *secuntur* ex A. 751 *uocet* A.

milia crabronum coeunt et uertice nudo  
 spicula defigunt oraque sima notant.  
 ille cadit praecipus et caele feritur aselli 755  
 inelamatque suos auxiliūque rogat.  
 concurrunt Satyri turgentiaque ora parentis  
 rident : percusso elaudiat ille genu.  
 ridet et ipse deus limūque inducere monstrat ;  
 hic parat mouitis et limit ora luto. 760  
 melle pater fruitur ; liboque infusa calenti  
 iure repertori candida mella danus.  
 femina eur presset, non est rationis opertae :  
 femineos thyrsos concait ille ehoros.  
 eur anus hoc faciat, quaeris ? uinolor aetas 765  
 haec est et grauidae munera uitis amat.  
 eur hedera cincta est ? hedera est gratissima Baccho ;  
 hoc quoque eur ita sit, dicere nulla mora est.  
 Nysiadus nymphas puerum quaerente nouerca  
 hanc frondem cuius opposuisse ferunt. 770  
 restat ut inueniam, quare toga libera detur  
 Lucifero pueris, candide Bacche, tuo.  
 sine quod ipse puer semper inuenisque uideris,  
 et media est aetas inter ntrumque tibi :  
 seu quia tu pater es, patres sua pignora natos 775  
 commendant enrac numinibusque tuis :  
 sine, quod es Liber, uestis quoque libera per te  
 sumitur et uitae liberioris iter :  
 an quia, cum colerent praei studiosius agros,  
 et faceret patrio iure senator opus, 780  
 et caperet fasces a curio consul aratro,  
 nec erimen duras esset habere manus,  
 rusticus ad ludos populus ueniebat in urbem :  
 (sed dis, non studiis ille dabatur honor :  
 luce sua ludos uuae commentor habebat, 785  
 quos cum taedifera nunc habet ille dea)  
 ergo ut tironem celebrare frequentia posset,  
 uisa dies dandae non aliena togae ?  
 mite caput, pater, huc placatae cornua uertas  
 et des ingenio uela secunda meo. 790  
 itur ad Argeos (qui sint, sua pagina dicet)  
 haec, si communiui, praeteritaque die.  
 stella Lyaoniam nergit declinās ad Arcton  
 Miluus : haec illa nocte nidenda uenit.  
 quid dederit uolueri si uis cognoscere caelum : 795  
 Saturnus regnis a Ioue pulsus erat ;  
 concait iratus ualidos Titanas in arma,  
 quaeque fuit fati debita, temptat opem.  
 matre satus Terra, monstrum mirabile, taurns  
 parte sui serpens posteriore fuit : 800  
 huic triplici umro lucis inluserat atris  
 Parearum monitu Styx uiolenta trium.  
 uiscera qui tauri flammis adolenda dedisset,  
 sors erat aeternos uiuere posse deos.  
 immolat hunc Briarens facta ex adamante securi,  
 et iam iam flammis exacta daturus erat : 806  
 Iuppiter alitibus rapere imperat ; attulit illi  
 miluus et uertitis uenit in astra suis.

18. EC 19. F QVIN·N 20. GC 21. HC. 22. AN

Vna dies media est, et fiunt sacra Mineruae  
 nominaque a iunctis quinque diebus habent. 810  
 sanguine prima uacat, nec fas concurrere ferro :  
 causa, quod est illa nata Minerua die.  
 altera tresque super rasa celebrantur harena :  
 ensibus exsertis bellica laeta dea est.  
 Pallada nunc pueri teneraeque orate puellae ; 815  
 qui bene placarit Pallada, doctus erit.  
 Pallade placata lanam mollire puellae

discant et plenas exonerare colos.  
 illa etiam stantis radio pereurrere telas  
 erudit et rarum pectine denset opus. 820  
 hanc cole, qui maculas laesis de uestibus aufers :  
 hanc cole, uelleribus quisquis aena paras.  
 nec quisquam inuita faciet bene uincula plantae  
 Pallade, sit Tychio doctior ille licet :  
 et licet antiquo manibus coulatas Epeo 825  
 sit prior, irata Pallade mancus erit.  
 uos quoque, Phoebae morbos qui pellitis arte,  
 munera de nestris pauca referte deae.  
 nec uos, turba fere censu frandata, magistri,  
 spernite ; discipulos atrahit illa uolus : 830  
 quique mones caelum, tabulamque coloribus uris,  
 quique facis docta mollia saxa manu.  
 mille dea est operum : certe dea carminis illa est.  
 si mereor, studiis adsit amica meis.  
 Caelius ex alto qua mons descendit in aequum 835  
 hic, ubi non plana est, sed prope plana uia,  
 parua licet uideas Captae delubra Mineruae,  
 quae dea natali coepit habere suo.  
 nominis in dubio causa est. capitale uocamus  
 ingenium sollers : ingeniosa dea est. 840  
 an quia de capitis fertur sine matre paterni  
 uertice enim clipeo prosiluisse diuo ?  
 an quia perdonitis ad nos captiua Faliscis  
 uenit ? et hoc ipsum littera prisea docet.  
 an quod habet legem, capitis quae pendere poenas  
 ex illo iubeat furta reperta loco ? 846  
 a quacumque trahis ratione uocabula, Pallas,  
 pro duobus nostris aegida semper habe.

## 23. B TVBIL·N

Summa dies e quinque tubas lustrare canoras  
 admonet et forti sacrificare deae. 850  
 nunc potes ad soleui sublato dicere uultu  
 'hic here Phrixiae uellera pressit onis.'  
 seminibus tostis sceleratae fraude nouercae  
 sustulerat nullas, ut solet, herba comas.  
 mittitur ad tripodas certa qui sorte reportet, 855  
 quam sterili terrae Delphicus edat opem.  
 hic quoque corruptus eum semine mntiat Helles  
 et iumenis Phruxi funera sorte peti.  
 utque recusantem ciues et tempus et Ino  
 compulerunt regem iussa nefanda pati, 860  
 et soror et Phrixus uelati tempora nitris  
 stant simul ante ares iunctaque fata gemunt.  
 aspicit hos, ut forte penderat aethere, mater  
 et ferit attonita pectora nuda manu,  
 iuque draconigenam niubis comitantibus urbem  
 desilit et natos eripit inde suos. 866  
 utque figam capiant, aries nitidissimus auro  
 traditur : ille uehit per freta longa duos.  
 dicitur infirma cornu tenuisse sinistra  
 femina, enu de se nomina fecit aquae. 870  
 paene simul periit, dum nult succurrere lapsae,  
 frater, et extentas porrigit usque manus.  
 debat, ut amissa gemini consorte pericli,  
 caeruleo innetam nescius esse deo.  
 litoribus tactis aries fit sidus : at huius 875  
 peruenit in Colchas aurea lana domos.

## 24. C Q·REX·C·F 25. DC 26. EC

Tres ubi Luciferos ueniens praemisit Eos,  
 tempora nocturnis aequa diurna ferēs.

III 753 *cabronum* A, *crabronum* V. 754 *sima* Heins., *prima* A τ, *summa* V τ. 755 *asellus* A<sup>1</sup>, *asello* V. 762 *splendida* A τ. 763 *eur praestet* τ Peter. 766 *erat* A V τ Merk. *amans* V τ Merk. 768 *discere* A τ. 772 *luciferi* et *tua* A. 775 *sed* A. 777 n. q. l. A. 787 *cirouum* A. *possit* A τ. 789 *mitte* A τ. 793 *proclius* V τ Merk., *declinās* τ. 795 *derit* A. 802 *uolent acrium* A. 810 *nomina quoc iunctis* Ald. prim. Merk. al., *numinaque adiunctis* A τ. *habes* A. 813 *strata* V τ Peter. 814 *expertis* A τ. 815 *ornatae* A. 819 *lanas* A<sup>1</sup>. 824 *pticio* A, *stychio* V. *dictior* A<sup>1</sup>. 825 *antiqua* A. 829 *feri* V τ, *Phari* Merk., *brevi* Heins. *sensu* A V τ. 829, 830 post 834 *traponendos* Bupp. C. Schenk., 'immo post 832' Postgate. 836 *huc* A. 844 *hoc signo* A τ, 'an sic nos' Riese. *prima* A τ. 845 *poena* Bentr. 846 *repta* A τ. 859 *usque* A τ. 860 *compulerat* V τ. 862 *cunctaque* facta A.

27. F N<sup>o</sup> HOC DIE CAESAR ALEXAND' RECEPIT  
28. GC 29. HC 30. AC (N<sup>o</sup>)

Inde quater pastor saturos ubi clauserit haedos,  
canuerint herbae rore recente quater, 88o  
Ianus adorandus cumque hoc Concordia mitis

et Romana Salus ara que Pacis erit.

31. CC

Luna regit mensis: huius quoque tempora mensis  
finit Auentino Luna colenda iugo.

## LIBER QVARTVS

'Alma, faue,' dixi 'geminorum mater Amorum!  
ad uatem uultus rettulit illa suos:  
'quid tibi' ait 'mecum? certe maiora canebas.  
num uetus in molli pectore uulnus habes?'  
'scis, dea,' respondi 'de uulnere.' risit, et aether  
protinus ex illa parte serenus erat. 6  
'saucius an sanus numquid tua signa reliqui?  
tu mihi propositum, tu mihi semper opus.  
quae decuit primis sine crimine lusinus annis  
nunc teritur nostris area maior equis. 10  
tempora cum causis annalibus eruta priscis  
lapsaque sub terras ortaque signa cano.  
uenimus ad quartum, quo tu celeberrima mense;  
et uatem et mensem scis, Venus, esse tuos.' 15  
mota Cytheriaca leuiter mea tempora myrto  
contigit et 'coeptum perfice' dixit 'opus.'  
sensimus, et causae subito patuere dierum.  
dum licet et spirant flamina, nauis eat.  
si qua tamen pars te de fastis tangere debet,  
Caesar, in Aprili quo tenearis habes. 20  
hic ad te magna descendit imagine mensis  
et fit adoptiua nobilitate tuus.  
hoc pater Iliades, cum longum scriberet annum,  
uidit et auctores rettulit ipse suos:  
utque fero Marti primam dedit ordine sortem, 25  
quod sibi nascendus proxima causa fuit,  
sic Venerem gradibus multis in gente repertam  
alterius uoluit mensis habere locum;  
principiumque sui generis reuolutaque quaerens  
saccula cognatos uenit adusque deos. 30  
Dardanon Electra nesciret Atlantide natum  
scilicet, Electram concubuisse Ioui?  
huius Erichthonius: Tros est generatus ab illo:  
Assaracon creat hic, Assaracusque Capyn.  
proximus Anchises, cum quo commune parentis 35  
non dedignata est nomen habere Venus.  
hinc satus Aeneas, pietas spectata, per ignes  
sacra patremque ueris, altera sacra, tulit.  
uenimus ad felix aliquando nomen Iuli,  
unde domus Teneros Iulia tangit auos. 40  
Postumus hinc, qui quod siluis fuit ortus in altis,  
Siluius in Latia gente uocatus erat.  
isque, Latine, tibi pater est. subit Alba Latinum:  
proximus est titulus Epytus, Alba, tuis.  
ille dedit Capyi repetita uocabula Troiae 45  
et tuus est idem, Calpete, factus auus.  
cumque patris regnum post hunc Tiberinus haberet,  
dicitur in Tuscae gurgite mersus aquae.  
iam tamen Agrippan natum Remulumque nepotem  
uiderat. in Rennulum fulmina missa ferunt. 50  
uenit Auentinus post hos, locus unde uocatur,  
mons quoque. post illum tradita regna Procae.  
quem sequitur duri Numitor germanus Amuli.

Ilia cum Lauso de Numitore sati.  
ense cadit patruo Lausus. placet Iliia Marti 55  
teque parit, gemino iuncte Quirine Remo.  
ille suos semper Venerem Martemque parentes  
dixit et emeruit uocis habere fidem:  
neue secuturi possent nescire nepotes,  
tempora dis generis continuata dedit. 60  
Sed Veneris mensem Graio sermone notatum  
auguror; a spumis est dea dicta maris.  
nec tibi sit mirum Graeco rem nomine dici;  
Itala nam tellus Graecia maior erat.  
uenerat Euander plena cum classe suorum; 65  
uenerat Alcides; Grauius uterque genus.  
(hospes Auentinis armentum pauit in herbis  
clauiger, et tanto est Albula pota deo.)  
dux quoque Neritius; testes Laestrygones extant  
et quod adhuc Circes nomina litus habet. 70  
et iam Telegoni, iam moenia Tiburis udi  
stabant, Argolicae quod posuere manus.  
uenerat Atridae fatis agitatius Halaesus,  
a quo se dictam terra Falisca putat.  
adice Troianae suasorem Antenora pacis, 75  
et generum Oeniden, Apule Daune, tuum.  
serus ab Iliacis et post Antenora flammis  
attulit Aeneas in loca nostra deos.  
huius erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida,  
a quo Sulmonis moenia nomen habent: 80  
Sulmonis gelidi, patriae, Germanice, nostrae.  
me miserum, Scythico quam procul illa solo est!  
ergo ego tam longe—sed supprime, Musa, querellas:  
non tibi sunt maesta sacra canenda lyra.  
Quo non liuor abit? sunt qui tibi mensis honorem  
eripuisse uelint inuideantque, Venus. 86  
nam quia uer aperit tunc omnia densaque cedit  
frigoris asperitas fetaeque terra patet,  
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum:  
quem Venus iniecta uindicat alma manu. 90  
illa quidem totum dignissima temperat orbem;  
illa tenet nullo regna minora deo;  
iuraque dat caelo, terrae, natalibus undis,  
perque suos initus continet omne genus.  
illa deos omnes (longum est numerare) creauit: 95  
illa satis causas arboribusque dedit;  
illa rudes animos hominum contraxit in unum  
et docuit iungi cum pare quemque sua.  
quid genus omne creat uoluerum, nisi blanda  
uoluptas?  
nec coeant pecudes, si leuis absit amor. 100  
cum mare trux aries cornu decertat; at idem  
frontem dilectae laedere parit ouis.  
deposita sequitur taurus feritate iuuenecam,  
quem toti saltus, quem nemus omne tremit.  
uis eadem lato quodcumque sub aequare uiuit 105

III 880 *canuerintque* cod. unus Güthl.

IV 7 *nunquam* τ. 9 *lus. campis (amnis A<sup>2</sup>) A.* 11, 12 *circumscr. Merk.* 12 *eamam (m. eras.) A.* 13 *mensem* τ. Peter al. 14 *mole A<sup>2</sup>)ntem A.* 15 *cythara A.* 16 *cytherea V.* 20 *quod tuaris A.* 21 *originc* τ. 24 *tuos A* τ. 25 *primam* om. A. 26 *nascenti A* V τ. Peter al. 27 *receptam A.* 29 *quero A.* 30 *cognatosque A.* 45 *Capyi* Scaliger, *eaptae* codd. *repetita A* V τ, *recidua* τ. Merk. al., *an rept. u. Troia?* 46 *auos A.* 47 *tib. ab illo A* τ. 49 *nepotes A* τ. 53 *amulli A.* 55 *patrio A.* 57 *parentis A.* 63 *grecorum A.* 67, 68 *hic alienos esse monuit* Postgate. 70 *circe A.* 72 *quae* τ. Güthl. 73 *Atrides V* τ. 76 *genum A.* 79 *solemus A.* 83 *sic Peter, ego unus uel duo codd., age ceteri Merk. al. tam* gold., *tu Riese, iam conii. Peter. longe A<sup>1</sup> duo, longas* cett. Merk. al. *et V.* 85 *adit A* V τ. Peter. 88 *parit* τ. 91 *annum* τ.

seruat et innumeris piscibus implet aquas.  
 prima feros habitus homini detraxit: ab illa  
 uenerunt cultus mundaque enra sui.  
 primus anans crimen uigilatum nocte negata  
 dieitur ad clausas conceinuisse fores: 110  
 eloquiumque fuit duram exorare puellam,  
 proque sua causa quisque disertus erat.  
 mille per hanc artes motae; studioque placendi  
 quae latuere prius multa reperta ferunt.  
 hanc quisquam titulo mensis spoliare secundi 115  
 audeat? a nobis sit furor iste procul.  
 quid, quod ubique potens templisque frequentibus  
 aucta

urbe tamen nostra ius dea maius habet?  
 pro Troia, Romane, tua Venus arma ferebat,  
 cum genuit teneram cuspidae laesa manu; 120  
 caelestesque duas Troiano iudice uicit:  
 a, nolim uictas hoc meminisse deas.  
 Assaracique nurus dicta est, ut seilicet olim  
 magnus Iuleos Caesar haberet auos.  
 nec Veneri tempus quam uer erat aptius ullum:  
 uere nitent terrae, uere remissus ager. 126  
 nunc herbae rupta tellure cacumina tollunt,  
 nunc tumido gemmas cortice palnes agit.  
 et formosa Venus formoso tempore digna est,  
 utque solet, Marti continuata suo. 130  
 uere monet curuas materna per aequora puppes  
 ire nec hibernas iam timuisse minas.

1. *CKA[PRIL·N]*

Rite deam colitis Latiae matresque nurusque  
 et uos, quis uitae longaque uestis abest.  
 aurea marmoreo redimicula demite collo, 135  
 demite diuitias: tota lauanda dea est.  
 aurea siccato redimicula reddite collo:  
 nunc alii flores, nunc noua danda rosa est.  
 uos quoque sub uiridi myrto iubet ipsa lauari:  
 canaque, eur iubeat, discite, certa subest. 140  
 litore siccabat rorantes nuda capillos:  
 uiderunt Satyri, turba proterua, deam.  
 sensit et opposita texit sua corpora myrto.  
 tanta fuit facto uosque referre iubet,  
 discite nunc, quare Fortuna tura Virili  
 detis eo, calida qui loeas uinet aqua. 145  
 accipit ille locus posito uelamine cunctas  
 et uitium nudi corporis omne uidet.  
 ut tegat hoc celetque niros, Fortuna Virilis  
 praestat et hoc paruo turo rogata facit. 150  
 nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer  
 sumere et expressis mella liquata fauis.  
 cum primum cupido Venus est deducta marito,  
 hoc bibit: ex illo tempore nupta fuit. 155  
 supplicibus uerbis illam placate: sub illa  
 et forma et mores et bona fama manet.  
 Roma pudicitia proanorum tempore lapsa est:  
 Cynaean, ueteres, consulistis annu.  
 templa iubet fieri Veneri: quibus ordine faetis  
 inde Venus uerso nomina corde tenet. 160  
 semper ad Aeneadas placido, pulcherrima, multu  
 respice totque tuas, diua, tuere mirus.  
 Dum loquor, elatae metuendus acumine eandae  
 Scorpions in nridis praecipitatur aquas.

2. *D[F]*

Nox ubi transierit, caelumque rubescere primo 165  
 coeperit, et tactae rore querentur aues,  
 semiustamque facem nigilata nocte uiator

ponet, et ad solitum rusticus ibit opus,  
 Phiaes incipient umeros releuare paternos,  
 quae septem dici, sex tamen esse solent: 170  
 seu quod in amplexum sex hinc uenere deorum:  
 (nam Steropen Marti concubuisse ferunt,  
 Neptuno Aleyonen et te, formosa Celaeno,  
 Maian et Electram Taygetenque Ioui)  
 septima mortali Meropae tibi, Sisyphoe, nupsit; 175  
 paenitet, et facti sola pudore latet:  
 siue quod Electra Troiae spectare ruinas  
 non tulit ante oculos opposuitque manum.

3. *EC* 4. *FC LVDI MATR·MAG*

Ter sine perpetuo caelum nersetur in axe,  
 ter iungat Titan terque resolut equos; 180  
 protinus inflexo Berecynthia tibia cornu  
 flabit, et Idaeae festa parentis erunt.  
 ibunt seminariae et inania tympana tudent,  
 aeraque tinnitus aere repulsa dabunt.  
 ipsa sedens molli comitum ceruice feretur 185  
 urbis per medias exululata uias.  
 scaena sonat, ludique uocant. spectate, Quirites,  
 et fora Marte suo litigiosa uacant.  
 quaerere multa libet; sed me sonus aeris acuti  
 terret et horrendo lotos aduica sono. 190  
 'da, dea, quem sciter.' doctas Cybeleia neptes  
 uidit et has curae iussit adesse meae.  
 'pandite, mandati memores, Heliconis alumnae,  
 gaudeat assiduo cur dea Magna sono.'  
 sic ego. sic Erato (mensis Cythereius illi 195  
 cessit, quod teneri nomen amoris habet):  
 'reddita Saturno sors haec erat: "optime regum,  
 a nato sceptris exequere tuis."  
 ille suam metuens, ut quaeque erat edita, prolem  
 denorat, immersam uisceribusque tenet. 200  
 saepe Rhea quæta est totiens fecunda nec unquam  
 mater et indoluit fertilitate sua.  
 Iuppiter ortus erat (pro magno teste uetustas  
 creditur; acceptam parce mouere fidem):  
 ueste latens saxum caelesti gutture sedit. 205  
 sic genitor fati decipiendus erat.  
 ardua iam dudum resonat timitibus Ide,  
 tintus ut infanti uagiat ore puer.  
 pars elipeos rudibus, galeas pars tmdit inanes:  
 hoc Curetes habent, hoc Corybantis opus. 210  
 res latuit patrem: prisciue imitamina facti,  
 aera deae comites rauaque terga movent.  
 cymbala pro galeis, pro sentis tympana pulsant:  
 tibia dat Phrygijs, ut dedit ante, modos.'  
 desierat. coepi: 'cur hinc genus aere leones 215  
 praebent insolitas ad iuga curua iugas?'  
 desieram. coepit: 'feritas mollita per illam  
 creditur: id curru testificata suo.'  
 'at cur turris eaput est onerata corona?  
 an primis turres urbibus illa dedit?' 220  
 ammit. 'unde uenit' dixi 'sua membra secandi  
 impetus?' ut tacui, Pteris orsa loqui:  
 'Phryx puer in siluis facie spectabilis Attis  
 turrigeram casto nixit amore deam.  
 hunc sibi seruari uoluit, sua templa tueri, 225  
 et dixit "semper fac puer esse uelis."  
 ille fidem iussis dedit et "si mentiar," inquit  
 "ultima, qua fallam, sit Venus illa mihi."  
 fallit et in nymphe Sagaritide desinit esse  
 quod fuit. hinc poenias exigit ira deae. 230  
 Naida uulneribus succedit in arbore factis,  
 illa perit; fatum Naidos arbor erat.  
 hic furit et credens thalami proeunbere tectum

IV 108 cura solo A V τ. 113 nolac A τ Riese. 114 fuerunt A. 127, 128 circumser. Merk. 130 suo est A τ. 131, 132 post 126 ponendos susp. Riese, post 128 C. Schenkl uer remonet coniciens. 133 Latiae colitis τ Peter. 135 soluite τ Merk. 136, 137 om. A V τ. 136 delicias Koch. 141 sulantes ruras A. 143 tempora A. 146 gelida A τ. 158 Coeneam A. 159 Veneri om. A. 164 scorpio A, scorpis uett. 167 semiustamque A τ. 191 quam scite A V. 199 proles V. 200 immersam A. 201 uicque A. 203 magna cod. unus uulg., sed Postgate cf. Pont. III 9 50. 209 rudibus duo, manibus add. Merk., subibus Lactant. l 21. 211 τ. l. prisciue manent τ Peter al. 215 leonum A τ Peter. 224 uenit τ. 231 Naida et 232 Naidos Unger (anal. Prop. 23).

- effugit et cursu Dindyma summa petit ;  
et modo "tolle faces!" "remoue" modo "uer-  
bera!" clamat ; 235
- saepe Palaestinas iurat adesse deas.  
ille etiam saxo corpus laniauit acuto,  
longaque in immundo puluere tracta coma est,  
uoxque fuit "merut; ueritas do sanguine poenas.  
a, pereant partes quae nocuerat mihi!" 240  
"a, pereant" dicebat adhuc, onus inguinis aufert,  
nullaque sunt subito signa relicta uiri.  
uenit in exemplum furor hic, mollesque ministri  
caedunt iactatis uilia membra conis.  
talibus Aoniae facunda uoce Camenae 245  
reddita quaesiti causa furoris erat.  
'Hoc quoque, dux operis, moneas, precor, unde petita  
uenerit. an nostra semper in urbe fuit?'  
'Dindymon et Cybelen et amoenam fontibus Iden  
semper et Iliacas Mater amauit opes : 250  
cum Troiam Aeneas Italos portare in agros,  
est dea sacriferas paene secuta rates ;  
sed nondum fatis Latio sua numina posci  
senserat, adsuetsis substiteratque locis.  
post, ut Roma potens opibus iam saecula quinque  
uidit et edonito sustulit orbe caput, 256  
carminis Euboici fatalia uerba sacerdos  
inspicit ; inspectum tale fuisse ferunt :  
"mater abest : matrem iubeo, Romane, requiras.  
cum nenet, casta est accipienda manu." 260  
obscurae sortis patres ambagibus errant,  
quaeue parens absit, quouae petenda loco.  
consultur Paean, "diuum" que "arcessite Matrem ;"  
inquit "in Idaeo est inuenienda iugo."  
mittuntur proceres. Phrygiae tunc sceptrum tenebat  
Attalus : Ausoniis rem negat ille uiris. 266  
mira canam. longo tremuit cum murmure tellus,  
et sic est adytis diua locuta suis :  
"ipsa peti uolui. ne sit mora, mitte uolentem.  
dignus Roma locus, qui deus omnis eat." 270  
ille soni terrore pauens "proficiscere," dixit  
"nostra eris : in Phrygios Roma refertur auos."  
protinus innumerae caedunt pineta secures  
illa, quibus fugiens Phryx pius usus erat.  
mille manus coeunt, et picta coloribus ustis 275  
caelestem Matrem concaua puppis habet.  
illa sui per aquas fertur tutissima nati  
longaque Phrixiae stagna sororis adit  
Rhoeteumque rapax Sigeaque litora transit  
et Tenedum et ueteres Eetionis opes. 280  
Cyclades excipiunt, Lesbo post terga relicta,  
quaeque Carysteis frangitur unda uadis.  
transit et Icarium, lapsas ubi perdidit alas  
Icarus, et uastae nomina fecit aquae.  
tum laeua Creten, dextra Pelopeidas undas 285  
deserit et Veneris sacra Cythera petit.  
hinc mare Trinacrium, candens ubi tingere ferrum  
Brontes et Steropes Aemonidesque solent,  
aequoraque Afra legit Sarloaque regna sinistris  
respicit a remis Ansoniamque tenet. 290  
ostia contigerat, qua se Tiberinus in altum  
diuidit et campo liberiore natat :  
omnis eques mixtaeque grauis cum plebe senatus  
obuius ad Tusci fluminis ora uenit.  
procedunt pariter matres nataeque nurusque 295  
quaeque colunt sanctos uirginitate focos.  
sedula fune uiri contento brachia lassant :  
uix subit aduersas hospita nauis aquas.  
sicca diu fuerat tellus, sitis usserat herbas :
- sedit limoso pressa carina uado. 300  
quisquis adest operi, plus quam pro parte laborat,  
adiuuat et fortis uoce sonante manus.  
illa uelut medio stabilis sedet insula ponto.  
attoniti monstro stantque pauentque uiri.  
Claudia Quinta genus Claudio referebat ab alto, 305  
nec facies impar nobilitate fuit :  
casta quidem, sed non et credita. rumor iniquus  
laeserat, et falsi criminis acta rea est.  
cultus et ornatis uarie prodisse capillis  
obfuit ad rigidos promptaque lingua senes. 310  
conscia uens recti fama mendacia risit :  
sed nos in uitium credula turba sumus.  
haec ubi castarum processit ab agmine matrum  
et manibus puram fluminis hausit aquam,  
ter caput inrorat, ter tollit in aethera palmas 315  
(quicumque aspiciunt, mente carere putant)  
summissoque genu uultus in imagine diuae  
figit et hos edit crine iacente sonos :  
"supplicis, alma, tuae, genetrice fecunda deorum,  
accipe sub certa condicione preces. 320  
casta negor. si tu damnas, meruisse fatebor ;  
morte luam poenas iudice uicta dea.  
sed si crimen abest, tu nostrae pignora uitae  
re dabis et castas casta sequere manus."  
dixit, et exiguo funem conamine traxit. 325  
mira, sed et scaena testificata loquar :  
mota dea est sequiturque ducem laudatque sequendo.  
index laetitiae fertur in astra sonus.  
fluminis ad flexum ueniunt (Tiberina priores  
atria dixerunt), unde sinister abit. 330  
nox aderat. querno religant in stipite funem  
dantque leui somno corpora functa cibo.  
lux aderat : querno soluunt a stipite funem ;  
ante tamen positu tura dedere foco ;  
ante coronarunt puppem et sine labe iuuenecam 335  
mactarunt operum coniugique rudem.  
est locus, in Tiberim qua lubricus influit Almo  
et nomen magno perdit in amne minor.  
illie purpurea canum cum ueste sacerdos  
Almonis dominam sacraque lauit aquis. 340  
exululant comites, furiosaque tibia flatur,  
et ferunt molles taurea terga manus.  
Claudia praecedit laeto celeberrima uultu,  
credita uix tandem teste pudica dea ;  
ipsa sedens plastro porta est inuecta Capena : 345  
sparguntur iunctae flore recente boues.  
Nasica accepit. templi non perstitit auctor :  
Augustus nunc est, ante Metellus erat.  
substitit hic Erato. mora fit ; sic cetera quaero.  
'dic' inquam 'parua cur stipe quaerat opes.' 350  
'contulit aes populus, de quo delubra Metellus  
fecit : ait 'dandae mos stipis inde manet.'  
cur uicibus factis ineant conuiuia, quaero,  
tunc magis indictas concelebrentque dapes.  
'quod bene mutarit sedem Berecynthia,' dixit 355  
'captant mutatis sedibus omen idem.'  
institeram, quare primi Megalensia ludi  
urbe forent nostra, cum dea (sensit enim)  
'illa deos' inquit 'peperit. cessere parenti,  
principiumque dati Mater honoris habet.' 360  
'cur igitur Gallos, qui se excidere, uocamus,  
cum tanto a Phrygia Gallica distet humus ?'  
'inter' ait 'uiridem Cybelen altasque Celaenas  
amnis ite insana, nomine Gallus, aqua.  
qui bibit inde, furit : procul hinc discedite, quis est  
cura bonae mentis : qui bibit inde, furit.' 366

IV 236 *Meletinas* Merk., *palam Stygius* Klussmann (in interpr. Germ.) Roeper, *palam trinas* Madv. (Adu. II 107), *palamnacas* E. Hoffmann (Neue Jahrb. 1877, p. 400). 247 *quesita* A<sup>1</sup>, 261 *sortes* A =. 262 *queq; parens* V. 263 *arcessite* V = Peter. 267, 268 post 286 A. 268 *adutis* A. 269 *nescit* A, *nec sit* =. 277 *aquas, meritū* A<sup>1</sup>. 279 *capax* A =. 280 *Tenedon ueteres* = Merk. *et iou(i A<sup>2</sup>)s opes* A. 282 *quaque* V = Merk. al. 283, 284 *eiecit* W. Gemoll (Neue Jahrb. 1877, p. 400), ante 281 transponere uult Riese. 285 *tunc* A =. 286 *Veneris* =. 290 *adspicit* V. 295 *natiq; uirique* A =. 309 *ornatus* A =, *ornatos* =, *ornato* Heins. *judisse* =. *capillos* A =, *capillo* Heins. 315 *in. ad* = Güthl. 326 *et scaena. euentu* Riese. 328 *ad* = Peter al. 330 *ostia* V =. 331 *a stipite* = Merk. 333 *solutum* A. 335 *coronatum* =. *et post puppem* add. =. 338 *ab amne* = Merk. 342 *aurea* A. 343 *uulgo Polle* coll. Met. VI 165. 349 *mora sit* A =. *si e.* A = Merk. al. *quacram* = Merk. al. 353 *quedam* A =. 357 *megalensia* ex V. 362 *a om.* = Merk.

'non pudet herbosum' dixi 'posuisse moretum  
in dominae mensis. an sua causa subest?'  
'lacte mero veteres usi narrantur et herbis,  
sponte sua siquas terra ferebat' ait. 370  
'candidus elisae miscetur caseus herbae,  
cognoscat priscos ut dea prisea eibos.'

## 5. G NON LVDI

Postera enim caelo motis Pallantias astris  
fulserit, et niteos Luna lenarit equos,  
qui dicit 'quondam sacrata est colle Quirini 375  
haec Fortuna die Publica', nerus erit.

6. H N LVDI 7. AN LVDI 8. BN LVDI  
9. CN LVDI

Tertia lux (menini) Indis erat, ac mihi quidam  
spectanti senior continuusque loco  
'haec' ait 'illa dies, Libyis qua Caesar in oris  
perfidia magnanimum contudit arma Iubae. 380  
dux mihi Caesar erat, sub quo mernisse tribunus  
gloriosior: olivae praefuit ille meo.  
hanc ego militia sedem, tu pace parasti,  
inter bis quinos usus honore viros.'  
plura locuturi subito seducimur umbra: 385  
pendula caelestis Libra movebat aquas.  
ante tamen, quam summa dies spectacula sistat,  
ensifer Orion aequore mersus erit.

## 10. DN LVD IN CIR

Proxima metricem cum Roman inspexerit Eos,  
et dederit Phoebos stella fugata locum, 390  
eireus erit pompa celebris numeroque deorum,  
primaque ventosis palma petetur equis.

## 11. EN 12. FN LVDI CERERI

Hinc Cereris ludi. non est opus indice causae;  
sponte deae munus promeritumque patet.  
panis erat primis nrides mortalibus herbae, 395  
quas tellus nullo sollicitante dabat;  
et modo carpebant niuax et caespitis gramen,  
nunc epulae tenera fronde eacumen erant.  
postmodo glans nata est. bene erat iam glande  
reperita,  
duraque magnificas querens habebat opes. 400  
prima Ceres homine ad meliora alimenta uocato  
mutauit glandes utiliore cibo.  
illa iugo tauros collum praebere coegit:  
tunc primum soles eruta didit humis.  
aes erat in pretio, chalybeia massa latebat: 405  
eleu, perpetuo debuit illa tegi.  
pace Ceres facta est; et nos orate, coloni,  
perpetuam pacem pacificumque ducem.  
farra deae miteaque licet salientis honorem  
detis et in neteres turea grana focos; 410  
et, si tura aberant, nectas accendite taedas.  
parua bonae Cereri, sint modo casta, placent.  
a bone succineti cultros remouete ministri:  
bos aret; ignauam sacrificae suem.  
apta iugo ceruix non est ferienda seenri; 415  
niuat et in dura saepe laboret humo.  
Exigit ipse locus, raptus ut uirginis edam.  
plura recognosces, paucis docendus eris.  
terra tribus scopulis nastium praerurit in aequor  
Trinaeris, a positu nomen adeptae loci, 420

grata domus Cereri. multas ea possidet urbes,  
in quibus est culto fertilis Henna solo.  
frigida caelestium matres Arethusa nocarat:  
uenerat ad sacras et dea flaua dapes. 425  
filia, consuetis ut erat conuitata puellis,  
errabat modo per sua prata pede.  
nalle sub umbrosa locus est, aspergine multa  
nidius ex alto desilientis aquae.  
tot fuerant illie, quot habet natura, colores,  
pietaque dissimili flore nitabat humus. 430  
quam simul aspexit, 'comites, accedite' dixit  
'et mecum plenos flore referet sinus.'  
praeda puellares animos proferat inanis,  
et non sentitur sedulitate labor.  
haec inplet lento calathos e uimine nexos, 435  
haec grenium, laxos degraat illa sinus:  
illa legit calthas, huic sunt niolaria curae,  
illa papaueras subsecat ungue conas:  
has, hyacinthe, tenes; illas, amarante, moraris:  
pars thyma, pars easiam, pars meliloton auant.  
plurima lecta rosa est; sunt et sine nomine flores.  
ipsa crocos tenues liliaque alba legit. 442  
carpendi studio paulatim longius itur,  
et dominam casu nulla secuta comes.  
hanc uidet et uisam patrum uelociter auferit 445  
regnaque caeruleis in sua portat equis.  
illa quidem clamabat 'io, carissima mater,  
auferor!' ipsa suos abscederatque sinus:  
panditur interea Diti uia, namque diurnum  
lumen inuadenti nix patiuntur equi. 450  
at ehorus aequalis, eumilatae flore ministrae,  
'Persephone,' clamant 'ad tua dona ueni!'  
ut clamata silet, montes uululibus implet,  
et ferunt maestae pectora nuda manus.  
attonita est plangere Ceres (modo uenerat Hennam),  
nec mora, 'me miseram!' filia, dixit 'ubi es?' 455  
mentis inops rapitur, quales audire solemus  
Threicias fuis Maenadas ire couis.  
ut nitulo mugit sua mater ab ubere raptio  
et quaerit fetus per nemus omne suos: 460  
sic dea nec retinet gemitus et concita cursu  
fertur et a campis incipit, Henna, tuis.  
inde puellaris nacta est uestigia plantae  
et pressam noto pendere uidit humum;  
forsitan illa dies erroris summa fuisset, 465  
si non turbassent signa reperta sues.  
ianque Leontinos Amenanaque Iliuina cursu  
praeterit et ripas, herbifer Aei, tuas:  
praeterit et Cyanen et fontes lenis Anapi  
et te, uerticibus non aduende Gela. 470  
liquerat Ortygien Megaraque Pantagienque,  
quaque Symaethas accipit aequor aquas,  
atruque Cyclopin positus exusta canius,  
quique locus curuae uomina falsis habet:  
Hiueraque et Didymen Aeragantaque Taurome-  
nnumque 475  
sacrarumque Melan paseua laeta bonum.  
hinc Camerinan adit Thapsonque et Heloria Tempe,  
quaque patet Zephyros semper apertus Eryx.  
ianque Peloriadem Lilybaeaeque ianque Pachynon  
lustrarat, terrae cornua triua suae. 480  
quaenunqu ingreditur, miseris loca eumeta querellis  
inplet, ut amissum cum genuit ales Ityn.  
perque mices modo 'Persephone!' modo 'filia!'  
clamat;  
clamat et alternis nomen ntrumque eiet,  
sed neque Persephone Cererem nec filia matrem 485  
audit, et alternis nomen utrumque perit;

IV 369 memorantur  $\tau$  Merk. 371 dicac  $\tau$ . 384 bis denos Nipperdey. 385 subducimur A V  $\tau$ . 388 cusiger  $\tau$  Merk. al. 393 causa A V  $\tau$  Merk. al. 395 panis. uessis  $\tau$  Merk. erant  $\tau$ . 397 niuax de  $\tau$  Merk. uiuaci V. 405 placbat A  $\tau$ . 421 multas et A. 422 ethna  $\tau$ . 429 tot florent V, tot suberant Pe er, floruerant C. Schenkl, tot uernant et u. 430 renidet Heius. Bentl. 432 mecum dixit fl. A. 433 inanes A. 440 pars rose et mel. A, pars rorem pars mel.  $\tau$  Peter. amat A  $\tau$  Peter. 441 lecti sine Heius., 'fort. sumpti' Riese. 447 etualo A. 451 cumulato V. 454 maesta  $\tau$  Peter. manus A, manu cett. Riese al. 456 ubi est  $\tau$  Merk. 457 rap, ut quas A  $\tau$ . 459 uera A. 461 cure (A<sup>2</sup>) A. 462 a  $\tau$ , e uolig. 469 erant A. 475 agrigentaque A V  $\tau$ . tauromenunqu  $\tau$  Merk. 476 Mylam Riese, qui et Mylas proposuit. 478 inect A V  $\tau$  Peter. 479 peloriadem A V  $\tau$  Merk. 480 trina I. Vltius, prima codd.

unaque, pastorem uidisset an arua colentem,  
 uox erat 'hac gressus equa puella tulit?'  
 iam color unus inest rebus, tenebrisque teguntur  
 omnia, iam uigiles conticuere canes : 490  
 alta iacet uasti super ora Typhoeos Aetne,  
 cuius anhelatis ignibus ardet humus ;  
 illic accendit geminas pro lampade pinus.  
 hinc Cereris sacris nunc quoque taeda datur.  
 est specus excsi structura pumicis asper ; 495  
 (non homini regio, non adeunda ferae) ;  
 quo simul ac uenit, frenatos curribus angues  
 iungit et aequoreas sicca pererrat aquas.  
 effugit et Syrtes et te, Zanclaea Charybdis,  
 et uos, Nisaei, naufraga monstra, canes, 500  
 Hadriacumque patens late, binaremque Corinthum :  
 sic uenit ad portus, Attica terra, tuos.  
 hic primum sedit gelido maestissima saxo :  
 illud Ceeropidae nunc quoque Triste uocant.  
 sub Ioue durauit multus innotata diebus, 505  
 et lunae patiens et pluuialis aquae.  
 fors sua cuique loco est. quod nunc Cerialis Eleusin  
 dicitur, hoc Celei rura fuere senis.  
 ille domum glandes excussaque mora rubetis  
 portat et arsuris arida ligna focis. 510  
 filia parua duas redigebat monte capellas,  
 et tener in cunis filius aeger erat.  
 'mater,' ait uirgo (mota est dea nomine matris)  
 'quid facis in solis incomitata locis?'  
 restitit et senior, quamuis onus urget, et orat, 515  
 tecta suae subeat quantulacumque casae.  
 illa negat. (simularat anum mitraque capillos  
 presserat.) instanti talia dicta refert :  
 'sospes eas semperque parens. mihi filia rapta est.  
 heu, melior quanto sors tua sorte mea est !' 520  
 dixit, et ut lacrimae (neque enim lacrimare deorum  
 est)  
 decidit in tepidos lucida gutta sinus.  
 flent pariter molles animis uirgoque senexque ;  
 e quibus haec insti uerba fuere senis :  
 'sic tibi, quam raptam quereris, sit filia sospes, 525  
 surge, nec exiguae despice tecta casae.'  
 cui dea 'duc ;' inquit 'scisti, qua cogere posses ;'  
 seque leuat saxo subsequiturque senem.  
 dux comiti narrat, quam sit sibi filius aeger  
 nec capiat somnos inuigiletque malis. 530  
 illa soporiferum, paruos initura penates,  
 colligit agresti lene papauer humo.  
 dum legit, oblito fertur gustasse palato,  
 longamque imprudens exsoluisse famem.  
 quae quia principio posuit ieiunia noctis, 535  
 tempus habent mystae sidera uisa cibi.  
 limen ut intrauit, luctus uidet omnia plena :  
 iam spes in puero nulla salutis erat.  
 matre salutata (mater Metanira uocatur)  
 iungere dignata est os puerile suo. 540  
 pallor abit, subitasque uident in corpore uires.  
 tantus caelesti uenit ab ore uigor.  
 tota domus laeta est ; hoc est materque paterque  
 nataque : tres illi tota fuere domus.  
 mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte 545  
 pomaque et in ceris aurea mella suis.  
 abstinet alma Ceres somnique papauera causas  
 dat tibi cum tepido lacte bibenda, puer.  
 noctis erat medium placidique silentia somni :  
 Triptolemmum gremio sustulit illa suo, 550  
 terque manu permulsit eum, tria carmina dixit,  
 carmina mortali non referenda sono ;  
 inque foco corpus pueri uiuente fauilla  
 obruit, humanum purget ut ignis onus.  
 excutit somno stulte pia mater et amens 555

'quid facis?' exclamat membraque ab igne rapit.  
 cui dea 'dum non es' dixit 'scelerata, fuisti :  
 inrita materno sunt mea dona metu.  
 iste quidem mortalis erit : sed primus arabit  
 et seret et culta praemia tollet humo.' 560  
 dixit et egrediens nubem trahit inque dracones  
 transit et alifero tollitur axe Ceres.  
 Sunion expositum Piraeaque tuta recessu  
 linquit et in dextrum quae iacet ora latas.  
 hinc init Aegaeum, quo Cycladas aspicit omnes, 565  
 Ioniumque rapax Icariumque legit,  
 perque urbes Asiae longum petit Hellespontum,  
 diuersumque locis alta pererrat iter.  
 nam modo turilegos Arabas, modo despicit Indos,  
 hinc Libys, hinc Meroe siccaque terra subest : 570  
 nunc adit Hesperios, Rhenum Rhodanumque Padum-  
 que  
 teque, future parens, Thybri, potentis aquae.  
 quo feror ? immensum est erratas dicere terras.  
 praeteritus Cereri nullus in orbe locus.  
 errat et in caelo liquidique immunia ponti 575  
 adloquitur gelido proxima signa polo.  
 'Parrhasides stellae, (namque omnia nosse potestis,  
 aequoreas numquam cum subeatis aquas)  
 Persephonen natam miserae monstrate parenti.'  
 dixerat. huic Helice talia uerba refert : 580  
 'crimine nox uacua est ; Solem de uirgine rapta  
 consule, qui late facta diurna uidet.'  
 Sol aditus 'quam quaeris,' ait 'ne uana labores,  
 nupta Iouis fratri tertia regna tenet.'  
 questa diu secum, sic est adfata Tonantem, 585  
 maximaque in uultu signa dolentis erant :  
 'si memor es, de quo mihi sit Proserpina nata,  
 dimidium curae debet habere tuae.  
 orbe pererrat sola est iniuria facti  
 cognita. commissi praemia raptor habet. 590  
 at neque Persephone digna est praedone marito,  
 nec gener hoc nobis more parandus erat.  
 quid granius uictore Gyge captiua tulissesem,  
 quam nunc te caeli sceptrata tenente tuli ?  
 uerum impune ferat, nos haec patiemur inultae ; 595  
 reddat et emendet facta priora nouis.'  
 Iuppiter hanc lenit, factumque excusat amore,  
 'nec gener est nobis ille pudendus' ait.  
 'non ego nobilior : posita est mihi regia caelo.  
 possidet alter aquas, alter inane chaos. 600  
 sed si forte tibi non est mutabile pectus,  
 statque semel iuncti rumpere uincla tori,  
 hoc quoque temptemus, siquidem ieiunia remansit ;  
 si minus, inferni coniugis uxor erit.'  
 Tartara iussus adit sumptis Caducifer alis 605  
 speque redit citius uisaeque certa refert :  
 'rapta tribus' dixit 'soluit ieiunia granis,  
 Punica quae lento cortice poma tegunt.'  
 laud secus indoluit, quam si modo rapta fuisset,  
 maesta parens longa uixque refecta mora est 610  
 atque ita 'nec nobis caelum est habitabile ;' dixit  
 'Taenaria recipi me quoque ualle lubet.'  
 et factura fuit, pactus nisi Iuppiter esset,  
 bis tribus ut caelo mensibus illa foret.  
 tum demum uultumque Ceres animumque recepit  
 imposuitque suae spicea sarta comae : 616  
 largaque prouenit cessatis messis in aruis,  
 et uix congestas area cepit opes.  
 alba decent Cererem ; uestis Cerialibus albas  
 sumite ; nunc pulli uelleris usus abest. 620

## 13. G E I D · N° LVDI

Occupat Aprilis Idus cognomine Victor

IV 490 *continueret* A. 496 *regio, facilis* A = Riese. 499 *ad syrtes*. A. 500 *niferi* A, *scyllei* V =. 501 *petens* A<sup>1</sup> V. 503 *huc* A. 507 *quo* V = Merk. al. *eleusin* V =. 508 *fuisse* V = Riese al. 511 *rupe* V Heins. 515 *perstitit* A V =. 519 *eris* Koch (Symb. Ritsch. 355). 525 *quaeris* A =. 527 *duc* om. A, *sic* =. 532 *leue* A =. 537 *lumen* A. 539 *menalia* A, *melanira* V. 546 *teneris* = *fauis* V teste Heins. 548 *trepidi* A. 557 *non uis* =. 566 *capax* A =. 569 *dispicit* Lach. 572 *aquas* (s eras.) A. 575 *inmonia* A<sup>1</sup>. 590 *post comm.* interpunxit Riese. 593 *Gyge* Scaliger. 609 *non* A = Peter. 612 *Tanaria* A<sup>1</sup>. *lubet* Polle (Neue Jahrb. 1892, p. 492), *iube* uulg. 615 *uolt.* A =. 619 *deest* A. *cerealibus* V = Riese.



Iuppiter. haec illi sunt data templa die.  
hac quoque, ni fallor, populo dignissima nostro  
atria Libertas coepit habere sua.

## 14. HN LVDI

Luce secutura tutos pete, nauita, portus : 625  
uentus ab ocaasu grandine mixtus erit.  
scilicet ut fuerit, tamen hac Mutinensia Caesar  
grandine militia pereulit arma sua.

## 15. A FORD · N° LVDI 16. BN LVDI

Tertia post Veneris cum lux surrexerit Idus,  
pontifices, forda sacra litate bone. 630  
forda ferens bos est fecundaque, dicta ferendo :  
hinc etiam fetus nomen habere putant.  
nunc grauidum pceus est, grandiae nunc semine  
terrae :

Telluri plenae uictima plena datur.  
pars cadit arce Ionis, ter denas curia uaccas 635  
accipit et largo sparsa errore madet.  
ast ubi uisceribus uitulos rapere ministri  
sectaque fumosis exta dedere focis,  
igne cremat uitulos quae natu maxima uirgo,  
luce Palis populos purget ut ille cinis. 640

rege Numa, fructu non respondente labori,  
inrita decepti nota colentis erant.  
nam modo sicus erat gelidis Aquilonibus annus,  
nunc ager assidua luxuriabat aqua. 645  
saepe Ceres primis dominum fallebat in herbis,  
et leuis obsesso stabat anena solo ;

et pceus ante diem partus edebat acerbos,  
agnaque nascendo saepe necabat onem.  
silua netus nullaque dur niolata securi  
stabat, Maenatio sacra relicta deo. 650

ille dabat tacitis animo responsa quieto  
noctibus. hic geminas rex Numa maectat ones.  
prima cadit Fauno, leni cadit altera Somno :  
sternitur in duro uellus utrumque solo. 655

bis caput intonsum fontana spargitur unda,  
bis sua faginea tempora fronde premit.  
usus abest Veneris, nec fas animalia mensis  
ponere, nec digitis anulus ullus inest.

ueste rudi tectus supra nona uellera corpus  
ponit, adorato per sua uerba deo. 660  
interea placidam redimita papauer frontem  
nox uenit et secum somnia nigra trahit.

Faunus adest, ouinnique premens pede uellera duro  
edidit a dextro talia uerba toro :

'morte bonum tibi, rex, Tellus placanda duarum :  
det sacris animas uia uenena duas.' 666  
excutitur terrore quies : Numa nisa renouit,  
et secum ambages caecaeque iussa refert.

expedit errantem Nemori gratissima coniunx  
et dixit 'grandiae poseceris exta bonis.' 670  
exta bonis grandiae dantur, fecundior annus  
prouenit, et fructum terra pceusque ferunt.

hanc quondam Cytherea diem properantius ire  
iussit et admissos praecipitant equos,  
ut titulum imperii quam primum luce sequenti 675  
Augusto iuneni prospera bella darent.

## 17. CN LVDI 18. DN LVDI

Sed iam praeteritas quartus tibi Lucifer Idus  
respicit ; hac Hyades Dorida nocte tenent.

## 19. E CER · N LVD IN · CIR

Tertia post Hyadas cum lux erit orta remotas,  
carcere partitos Circus habebit equos. 680  
cur igitur missae uinctis ardentia taedis  
terga ferant uulpes, causa docenda mihi est.

frigida Carseolis nec oliuis apta ferendis  
terra, sed ad segetes ingeniosus ager.  
hac ego Paelignos, nataha rura, petebam, 685  
parua, sed assiduis obuia semper aquis.  
hospitis antiqui solitas intrauimus aedes ;  
denpserat emeritis iam iuga Phoebus equis.

is mihi multa quidem, sed et haec narrare solebat,  
unde meum praesens instrueretur opus : 690  
'hoc' ait 'in campo' (campumque ostendit) 'habebat  
rus breue cum duro para colonia uirio.

ille suam peragebat humum, siue usus aratri  
seu curuae falcis siue bidentis erat.  
haec modo uerrebant stertem tibiunc uillam, 695  
nunc matris plumis oua fouenda dabat,  
aut uirides maluas ant fungos colligit albos,  
ant humilem grato calfacit igne focum.

et tamen assiduis exeret brachia telis  
aduersusque minas frigoris arma parat. 700  
filius huius erat primo lasciuus in aeuo  
addideratque annos ad duo lustra duos.

is capit extremi uulpem commale salietii :  
abstulerat multas illa cohortis alicui.  
captiuam stipula faenogae immoluit et ignes 705  
admouet : urentes effligit illa manus :

qua fugit, incendit nestitos messibus agros ;  
dammosis uires ignibus aura dabat.  
factum abiit, monumenta manent. incendere captam  
nunc quoque lex uulpem Carseolana uetat ; 710  
utque luat poenas, gens haec Cerialibus ardet ;  
quoque modo segetes perdidit, ipsa perit.'

## 20. FN.

Proxima cum ueniet terras misura patentes  
Memnonis in roseis lutea mater equis,  
de duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hellen, 715  
sol abit. egresso uictima maior adest.  
uacca sit an tauris, non est cognoscere promptum :  
pars prior apparet, posteriora latent.

sen tamen est tauris sine est hoc femina signum,  
Iunone inuita munus amoris habet. 720

## 21. G PARN°

Nox abiit, oriturque Aurora : Parilia poseor.  
non poscor frustra, si fauet alma Pales.  
alma Pales, faueas pastoria sacra canenti,  
prosequor officio si tua festa pio. 725

certe ego de uitulo cinerem stipulasque fabalis  
saepe tuli plena, febrina casta, manu. 725  
certe ego transilui positus ter in ordine flammis,  
udaque rotatas laurea misit aquas.

mota dea est operique fauet. nanalibus exi,  
puppis ; habent uentos iam mea uela snos. 730  
i, pete uirginea, populus, suttimen ab ara ;  
Vesta dabit, Vestae munere purus cris.

sanguis equi suttimen erit mitulique fauilla,  
tertia res durae culmen inane fauae.  
pastor, ones saturas ad prima crepuscula lustra : 735  
unda prius spargat, uirgaque nerrat humum,  
frondibus et fixis decorentur ouilia ramis,

IV 627 *sit licet* = Riese, et fuerit A = Riese, 'fort. *sit licet et fuerit*' C. Schenkl. 633 *auidum* A. *quoque sem.* = Peter. 640 *uules* A =. 648 *uigabat* A. 649 *dic* A =. 652 *luc* A<sup>1</sup>. 655 *fortuna* A. 666 *tegit* A V = Riese. 657, 658 circumscrib. Gilbert (Neue Jahrb. 1878, p. 778). 659 *uesper ubi* A, *uesper ubi est* =. 660 *ponere* A. 664 *dicta* = Heins. 666 *uacata* = Heins. 667 *resoluit* A. 671 *felicitior* =. 675 *quam* = Riese, cum A, tum V. 682 *uulpes* A. 686 *uuida* unus Riese al., *humida* =. 688 *et ueritis* A. 692 *rursus* A. 697 *at uir* A. 709 *incendite* Postgate, *nam dicere* A =, *non dicere* Merk., *namque uoce* Huelsen. *certam* A =. 711 *cerialibus* V = Riese al. 715 *puendis* A. 717 *uacca* sic A tauris A. 721 sic A V, *parilia* cett. 724 *sacra meo* A V =. 725 *stipulamque* A. 726 *lota* A =. 728 *rotudes* A, *rotantes* =. 729 *exit* = Peter.

et tegat ornatas longa corona fores, caerulei fiant uiuo de sulphure fumi, tactaque fumanti sulphure balet ouis.	740	ipse locus causas uati facit. urbis origo uenit. ades factis, magne Quirine, tuis. iam luerat poenas frater Numitoris, et omne pastorum gemino sub duce uulgus erat.	810
ure mares oleas taedamque herbasque Sabinas, et repet in mediis laurus adusta focis. libaque de milio milii fiscella sequatur: rustica praecipue est hoc dea laeta cibo.		'nil opus est' dixit 'certamine' Romulus 'ullo: magna fides auium est, experiamur aues.'	
adde dapes mulctramque suas, dapibusque resectis siluicolam tepido lacte precare Palem.	746	res placet. alter adit nemorosi saxa Palati: alter Auentinum mane cacumen init.	815
'consule' dic 'pecori pariter pecorisque magistris: effugiat stabulis noxa repulsa meis. siue sacro paui, sediuue sub arbore sacra, pabulaque e bustis inscia carpsit ouis:	750	sex Remus, hic uolucres bis sex uidet ordine. statur, et arbitrium Romulus urbis habet. apta dies legitur, qua moenia signet aratro. sacra Palis suberant: inde mouetur opus.	820
si nemus intraui uetitum, nostrisque fugatae sunt oculis Nymphae semicaperque deus: si mea falx ramo lucum spoliauit opaco, unde data est aegrae fiscina frondis oui: da ueniam culpa; nec, dum degrandinat, obsit agresti fano supposuisse pecus;	755	indefremens stinam designat moenia sulco; alba iugum niueo cum boue uacca tulit. nox fuit haec regis: 'condenti, Iuppiter, urbem et genitor Mauors Vestaque mater ades. quosque pium est adhibere deos, aduertite cuncti. auspicibus nobis hoc mihi surgat opus.	830
nec noceat turbasse lacus; ignoscite, Nymphae, mota quod obscuras ungula fecit aquas. tu, dea, pro nobis fontes fontanaque placa numina, tu sparsos per nemus omne deos.	760	longa sit huic aetas dominaeque potentia terrae, sitque sub hac oriens occidusque dies. ille precabatur, tonitru dedit omnia laeou Iuppiter et laeou fulmina missa polo. angurio laeti iaciunt fundamina ciues, et nouus exiguo tempore murus erat.	835
nec Dryadas nec nos uideamus labra Dianae nec Faunum, medio cum premit arua die. pelle procul morbos; ualeant hominesque gregesque, et ualeant uigiles, prouida turba, canes. neue minus multos redigam, quam mane fuerunt, neue gemam referens uellera rapta lupo.	766	hoc Celer urget opus, quem Romulus ipse uocarat, 'sint,' que 'Celer, curae' dixerat 'ista tuae. neue quis aut muros aut factam uomere fossam transeat; audentem talia dede neci.'	840
absit iniqua fames: herbae frondesque supersint, quaeque lauent artus, quaeque bibantur, aquae. ubera plena premam, referat mihi cascus aera, dentque uiam liquido uimina rara sero.	770	quod Remus ignorans humiles contemnere muros coepit et 'his populus' dicere 'tutus erit?' nec mora, transiit. rutro Celer occupat ausum; ille premit duram sanguinolentum humum. haec ubi rex didicit, lacrimas introrsus obortas deorat et clausum pectore uulnus habet.	845
sitque salax aries, conceptaque semina coniunx reddat, et in stabulo multa sit agna meo. lanaque proueniat nullas laesura puellas, mollis et ad teneras quamlibet apta manus. quae precor, eueniant, et nos faciemus ad annum pastorum dominae grandia liba Pali.'	776	flere palam non uult exemplaque fortia seruat 'sic' que 'meos muros transeat hostis' ait. dat tamen exequias; nec iam suspendere fletum sustinet, et pietas dissimulata patet; osculaque adplicuit posito suprema feretro atque ait 'inuito frater adempte, uale!' arsurosque artus unxit. fecere, quod ille, Faustulus et maestas Acca soluta comas.	850
his dea placanda est: haec tu conuersus ad ortus dic quater et uiuo perlue rore manus. tum licet adposita, ueluti cratera, camella lac niueum potes purpureamque sapham.	780	tum iuuenem nondum facti fleuere Quirites. ultima plorato subdita flamma rogo est. urbs oritur (quis tunc hoc ulli credere posset?) uictorem terris impositura pedem. cuncta regas et sis magno sub Caesare semper, saepe etiam pluris nominis huius habe.	855
moxque per ardentis stipulae crepitanis aceros traicias celeri strenua membra pede. Expositus mos est. moris mihi restat origo. turba facit dubium coeptaque nostra tenet. omnia purgat edax ignis uitiumque metallis excoquit: idcirco cum duce purgat ouis? an, quia cunctarum contraria semina rerum sunt duo discordes, ignis et unda, dei, iunxerunt elementa patres aptumque putarunt ignibus et sparsa tangere corpus aqua?	785	et quotiens steteris domito sublimis in orbe, omnia sint ueris inferiora tuis.	860
an, quod in his uitae causa est, haec perdidit exul, his noua fit coniunx, haec duo magna putant? uix equidem credo; sunt qui Phaethonta referri credant et nimias Deucalionis aquas. pars quoque, cum saxis pastores saxa feribant, scintillam subito prosiluisse ferunt. prima quidem periit, stipulis excepta secunda est. hoc argumentum flamma Parilis habet? an magis hunc morem pietas Aeneia fecit, innocuum uictor cui dedit ignis iter?	790		
num tamen est uero propius, cum condita Roma est, transferri iussos in noua tecta Lares mutantesque domum tectis agrestibus ignem et cessaturae supposuisse casae? per flammam saluisse pecus, saluisse colonos? quod fit natali nunc quoque, Roma, tuo.	795		

## 22. H N 23. A VIN·N

Dieta Pales nobis; idem Vinalia dicam.  
una tamen media est inter utramque dies.  
numina, uulgares, Veneris celebrate, puellae;  
multa professorum quaestibus apta Venus.  
poscite ture dato formam populiue fanorem,  
poscite blanditias dignaque uerba loco.  
cumque sua dominae date grata sisymbria myrto  
tectaue composita iuncea uinca rosa.

IV 739 puro A V. 743 sequetur A V. uulg. 745 relictis V. 746 palam A, palen = Merk. al. 748 tabulis A. 752 semicaperue V = Merk. 754 fascina = Merk. 756 fauno A. 758 uirgula A. 775 faciemus, faciamus uulg. 779 dum A. 781 comitatis A<sup>1</sup>. 788 diae A. 795 ferebant A, terebant Heins. 798 parilis ex A, palidis cett. 800 uictor Postgate, uieto uulg. 803 ignis A<sup>1</sup>. 807 locum casus A, causas in ras. V. 815 init A V = Güthl. 824 nouos et finditur A. 836 nouos A. 837 uocauit A<sup>1</sup>. 839 ad m. A. 842 in his A V. 843 rutro Heins., retor A<sup>1</sup>, retro A<sup>2</sup>, retro V. 845 introrsus A. 848 m. mores A. 853-856 circumscrib. Merk. 855 Quirites. quod ille A. 861, 862 circumscrib. Merk. al. 863 palis A. 866 culta Heins., rite Kreussler. 872 tenet A.

utque Syracusas Arethusidas abstulit armis  
 Claudius et bello te quoque cepit, Eryx,  
 caruine uiuacis Venus est translata Silyllae, 875  
 inque suae stirpis maluit urbe coli.  
 eur igitur Veneris festum Vinalia dicant,  
 quaeritis, et quare sit Iouis ista dies?  
 Turnus, an Aeneas Latiae gener esset Amatae,  
 bellum erat: Etruscas Turnus adoptat opes. 880  
 clarus erat sumptisque ferox Mezentius armis  
 et uel equo magnus uel pede maior erat:  
 quem Rutuli Turnusque suis asciscere temptat  
 partibus. haec contra dux ita Tuscus ait:  
 'stat mihi non paruo uirtus mea: uulnera testor  
 armaque, quae sparsi sanguine saepe meo. 886  
 qui petis auxilium, non grandia diuide mecum  
 praemia de lacubus proxima musta tuis.  
 nulla mora est operae. uestrum est dare, uincere  
 nostrum.  
 quam uelit Aeneas ista negata mihi!' 890  
 aduerant Rutuli. Mezentius induit arma,  
 induit Aeneas, adloquiturque Iouem:  
 'hostica Tyrrheno uota est uindemia regi:  
 Iuppiter e Latio palmite musta feres.'  
 uota ualent meliora. eadit Mezentius ingens, 895  
 atque indignanti pectore plangit humum.  
 uenerat Autumnus caleatis sordidus uuis:  
 redduntur merito debita uina Ioui.  
 dicta dies hinc est Vinalia. Iuppiter illam  
 uindicat et festis gaudet inesse suis. 900

## 24. BC 25. CROB'N'

Sex ubi, quae restant, luces Aprilis habebit,  
 in medio cursu tempora ueris erunt,  
 et frustra pecudem quaeres Athamantidos Helles,  
 signaque dant imbres, exoriturque Canis.  
 hac mihi Nomento Romam eum luce redirem, 905  
 obstitit in media candida turba uia.  
 flamen in antiquae lucum Robiginis ibat,  
 exta canis flammis, exta daturus ouis.  
 protius accessi, ritus ne nesciis essem.  
 edidit haec flamen uerba, Quirine, tuus: 910  
 'aspera Robigo, pareas Cerialibus herbis,  
 et tremat in summa leue cacumen humo.  
 tu sata sideribus caeli nutrita secundi

erescere, dum fiant falceibus apta, sinas.  
 uis tua non leuis est: quae tu frumenta notasti, 915  
 maestus in amissis illa colonus habet.  
 nec uenti tantum Cereri nocuere nec imbres,  
 nec sic marmoreo pallet adusta gelu,  
 quantum si culmos Titan incalfacit udos:  
 tunc locus est irae, diua timenda, tuae. 920  
 parce, precor, scabrasque manus a messibus aufer,  
 neue noce cultis; posse nocere sat est.  
 nec teneras segetes, sed durum amplectere ferrum,  
 quodque potest alios perdere, perde prior.  
 utilius gladios et tela nocentia carpes: 925  
 nil opus est illis; otia mundus agit.  
 sareula nunc durusque bideus et uomer aduncus,  
 ruris opes, uiteant; inquinat arma situs.  
 couatusque aliquis magna ducere ferrum,  
 astrictum longa sentiat esse mora. 930  
 at tu ne uiola Cererem, semperque colonus  
 absenti possit soluere uota tibi.'  
 dixerat: a dextra uillis mantele solutis  
 eunque meri patera turis acerra fuit.  
 tura foecis nunquam dedit fibrasque bidentis 935  
 turpiaque obsecnae (uidimus) exta canis.  
 tum mihi 'cur detur saeris noua uictima, quaeris?'  
 (quaesieram) 'causam percipe' flamen ait.  
 'est Causis, Icarium dieunt, quo sidere moto  
 tosta sitit tellus, praecipiturque seges. 940  
 pro cane sidereo canis hic imponitur arae,  
 et quare pereat, nil nisi nomen habet.'

## 26. DF 27. EC 28. F'N' LVD FLOR 29. GC LVDI 30. IIC LVDI

Cum Phrygis Assaraci Tithonia fratre relicto  
 sustulit immenso ter iubar orbe suum,  
 mille uenit uariis florum dea nexa coronis; 945  
 senena iocis morem liberioris habet.  
 exit et in Maias sacrum Florale Kalendas:  
 tunc repetaui; uunc me grandius urget opus.  
 aufer, Vesta, diem: cognati Vesta recepta est  
 limine. sic iusti constituere patres. 950  
 Phoebus habet partem: Vestae pars altera cessit.  
 quod superest illis, tertius ipse tenet.  
 state, Palatinae laurus, praetextaque quereu  
 stet domus: aeternos tres habet una deos.

## LIBER QUINTVS

Quaeritis, unde putem Maio data nomina mensi?  
 non satis est liquido cognita causa mihi.  
 ut stat et incertus, qua sit sibi, nescit, eundem,  
 cum nidet ex omni parte uiator iter:  
 sic, quia posse datur diuersas reddere causas, 5  
 qua ferar, ignoro, copiaeque ipsa nocet.  
 dicite, quae fontes Aganippidos Hippocrenes,  
 grata Medusaei signa tenetis equi.  
 dissensere deae. quarum Polyhymnia cepit  
 prima; silent aliae dictaque mente notant. 10  
 'post chaos ut primum data sunt tria corpora mundo,  
 inque nouas species omne recessit opus,  
 pondere terra suo subsedit et aequa traxit:  
 at caelum leuitas in loca summa tulit;  
 sol quoque cum stellis nulla grauitate retentus 15

et nos lunares exiluius equi.  
 sed neque Terra diu Caelo nec cetera Phoebus  
 sidera celebant; par erat omnis honos:  
 saepe aliquis solio, quod tu, Saturne, tenebas,  
 ausus de media plebe sedere deus: 20  
 nec latus Oceano numquam deus aduena iunxit;  
 Tethys extrema saepe recepta loco est:  
 donec Honor placidoque decens Reuerentia uultu  
 corpora legitimis imponere toris.  
 hinc sata Maiestas, quae mundum temperat omnem;  
 quaque die partu est edita, magna fuit. 26  
 nec mora, cousedit medio sublimis Olympo  
 aurea, purpureo conspicienda sinu.  
 cousedere simul Pudor et Metus. omne uideres  
 nuuiem ad hanc cultus composuisse suos. 30

IV 883 temptant τ Riese. 892 om. A. 897 horridus A τ. 899 illa A τ. 907 robig. ex A, sic et 911. 911 cerialibus ex A, cerc. cett. Riese. 912 prenat et leue A τ. 913 nutritas et uillis A<sup>1</sup>, secudus τ. 925 utilior A. 934 ruit A τ. 940 siti A τ. 942 quare fiat A V τ. 943 tum A. 949 aufert τ. uestra A.

V 3 et om. A. 14 tenet A. 21 nec—nunquam ego, nec—quisquam codd. Peter (sed et V), nec—plus quam Merk., et—cum quis Riese, et—quis iam C. Schenkl. clausit Peter. 22 et thesis A, et themis τ, et thetis cett. 24 hic desinit A. 25 hos est dea censet parentes tres Helius. 30 uultus V<sup>2</sup> τ Peter.

protinus intrauit mentes suspectus honorum :  
 fit pretium dignis, nec sibi quisque placet.  
 hic status in caelo multos permansit in annos,  
 dum senior fatis excidit aere deus.  
 Terra ferus partus, inmania monstra, Gigantas 35  
 edidit auros in Iouis ire domum.  
 mille manus illis dedit et pro cruribus angues,  
 atque ait "in magnos arma mouete deos."  
 extruere hi montes ad sidera summa parabant  
 et magnum bello sollicitare Iouem. 40  
 fulmina de caeli iaculatus Iuppiter arce  
 uertit in auctores pondera uasta suos.  
 his bene Maiestas armis defensa deorum  
 restat et ex illo tempore culta manet.  
 assidet inde Ioui, Iouis est fdisissima custos 45  
 et praestat sine ui scepra tenenda Ioui.  
 uenit et in terras. coluerunt Romulus illam  
 et Numa; mox alii, tempore quisque suo.  
 illa patres in honore pio matresque tuetur;  
 illa comes pueris uirginibusque uenit. 50  
 illa datos fascas commendat eburque curule;  
 illa coronatis alta triumphat equis.  
 finierat uoces Polyhymnia. dicta probarunt  
 Clioque et curuae scita Thalia lyrae.  
 excipit Vranie: fecere silentia cunctae,  
 et nox audiri nulla nisi illa potest. 55  
 magna fuit quondam capitis reuerentia cani,  
 inque suo pretio ruga senilis erat.  
 Martis opus iuuenes animosaque bella gerebant,  
 et pro dis aderant in statione suis: 60  
 uiribus illa minor nec habendis utilis armis  
 consilio patriae saepe ferebat opem.  
 nec nisi post annos patuit tunc curia seros,  
 nomen et aetatis mite senatus erat.  
 iura dabat populo senior; finitaque certis 65  
 legibus est aetas, unde petatur honor.  
 et medius iuuenum, non indignantibus ipsis,  
 ibat et interior, si comes unus erat.  
 uerba quis auderet coram scene digna rubore  
 dicere? censuram longa senecta dabat. 70  
 Romulus hoc uidit selectaque pectora patres  
 dixit: ad hos urbis summa relata nouae.  
 hinc sua maiores tribuisse uocabula Maio  
 tangor et aetati consuluisse suae.  
 et Numitor dixisse potest "da, Romule, mensem 75  
 hunc senibus" nec auum sustinuisse nepos.  
 nec leue propositi pignus successor honoris  
 Iunius, a iuuenum nomine dietus, habet.  
 tunc sic, neglectos hedera redimita capillos,  
 prima sui coepit Calliopea chori: 80  
 "duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn,  
 qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.  
 hinc sata Pleione cum caelifero Atlante  
 iungitur, ut fama est, Pleiadasque parit.  
 quarum Maia suas forma superasse sorores 85  
 traditur et summo concubuisse Ioui.  
 haec enixa iugo cupressiferae Cyllenes,  
 aetherium uolueri qui pede carpit iter.  
 Arcades hunc Ladonque rapax et Maenalus ingens  
 rite colunt, luna credita terra prior. 90  
 exul ab Arcadia Latios Euander in agros  
 uenerat, impositos attuleratque deos.  
 hic, ubi nunc Roma est, orbis caput, arbor et herbae  
 et paucae pecudes et casa rara fuit.  
 quo postquam uentum est, "consistite!" praescia 95  
 mater  
 "nam locus imperii rus erit istud" ait.  
 et matri et uati paret Nonacrius heros  
 inque peregrina constitit hospes humo.

sacraque multa quidem, sed Fauni prima bicornis  
 has docuit gentes alipedisque dei. 100  
 semicaper, coleris cinctus, Faune, Lupercis,  
 cum lustrant celebres uellera secta uias.  
 at tu materno donasti nomine mensem,  
 inuentor curuae, furibus apte, fidis.  
 nec pietas haec prima tua est: septena putaris, 105  
 Pleiadum numerum, fila dedisse lyrae.  
 haec quoque desierat: laudata est uoce sororum,  
 quid faciam? turbae pars habet omnis idem.  
 gratia Pieridum nobis aequaliter adsit,  
 nullaque laudetur plusue minusue mihi. 110

1. [A·K·MAI·N<sup>o</sup> LVDI]

Ab Ioue surgat opus. prima mihi nocte uidenda  
 stella est in cunas officiosa Iouis:  
 nascitur Oleniae signum pluuiiae Capellae;  
 illa dati caelum praemia lactis habet.  
 Nais Amalthea, Cretaea nobilis Ida, 115  
 dicitur in siluis oculuisse Iouem.  
 huic fuit haedorum mater formosa duorum,  
 inter Dictaeos conspicienda greges,  
 cornibus aeris atque in sua terga recuruis;  
 ubere, quod nutrix posset habere Iouis. 120  
 lac dabat illa deo. sed fregit in arbore cornu  
 truncaque dimidia parte decoris erat.  
 sustulit hoc Nymphae cinxitque recentibus herbis  
 et plenum pomis ad Iouis ora tulit.  
 ille ubi res caeli tenuit solioque paterno 125  
 sedit, et inuicto nil loue maius erat,  
 sidera nutricem, nutricis fertile cornu  
 fecit, quod dominae nunc quoque nomen habet.  
 Praestitibus Maiiae Laribus uidere Kalendae  
 aram constitui paruaque signa deum: 130  
 uouerat illa quidem Curius: sed longa uetustas  
 destruit: et saxo longa senecta nocet.  
 causa tamen positi fuerat cognominis illis,  
 quod praestant oculis omnia tuta suis.  
 stant quoque pro nobis et praesunt moenibus urbis  
 et sunt praesentes auxiliumque ferunt. 136  
 at canis ante pedes saxo fabricatus eodem  
 stabat: quae standi cum Lare causa fuit?  
 seruat uterque domum, domino quoque fidus  
 uterque;  
 compita grata deo, compita grata cani. 140  
 exagitant et Lar et turba Diana fures:  
 peruigilantque Lares peruigilantque canes.  
 bina gemellorum quaerebam signa deorum  
 uiribus annosae facta caduca morae:  
 mille Lares Geniumque ducis, qui tradidit illos, 145  
 urbs habet, et uici numina trina colunt.  
 quo feror? Augustus mensis mihi carminis huius  
 ius habet. interea Diua canenda Bona est.  
 est moles natua loco, res nomina fecit:  
 appellant Saxum; pars bona montis ea est. 150  
 huic Remus institerat frustra, quo tempore fratri  
 prima Palatinae signa dedistis aues.  
 templa Patres illic oculos exosa uirilis  
 leniter aeclini constituere iugo.  
 dedicat haec ueteris Clausorum nominis heres, 155  
 uirgineo nullum corpore passa uirum.  
 Liuia restituit, ne non imitata maritum  
 esset et ex omni parte secuta tuirum.

## 2. [BF LVDI]

Postera cum roseam pulsus Hyperionis astris  
 in matutinis lampada tollet equis, 160

V 35 gigantes codd. 37, 38 circumscribunt. Merk. suadentibus Heins. et Bentl. 46 timenda V = Riese, tenere M. 49 suo τ. 60 suis. senes V. 64 rite Riese. habet V τ. 71 corpora τ. 75, 76 circumscribunt. Güthl. 77 successit V τ. 78 adest τ. 91 arcadiis τ. 102 uerbera M τ. 106 numero τ. 115 cretaea et V. 120 quod/ V. possit V τ. 123 de orbibus V<sup>1</sup> τ. decentibus τ. 131 sic V τ. ars erat M<sup>1</sup> Merk., ara erat M<sup>2</sup> τ. arserat Jordan (Neue Jahrb. 1864, 328) Haupt (Op. III 356). curibus M τ. Merk. al., laribus τ. Jordan. multa u. τ. 132 interpunxit Housman. 133 illa V. 143 dabit τ. 152 regna codd., corr. Heins. 153 illis V<sup>1</sup>. 154 aeclius τ. 155 clausorum V<sup>2</sup>, erassorum cett. 158 et est VM τ. suum Heins., uicem Merk., duem Postgate. 160 tollit V<sup>1</sup> M τ.

- frigidus Argestes summas mulebit aristas,  
candidaque a Calabris ucla dabuntur aquis.  
at simul inducent obscura crepuscula noctem,  
pars Hyadum toto de grege nulla latet.  
ora micant Tauri septem radiantia flammis, 165  
nauita quas Hyadas Graius ab imbre uocat.  
pars Bacehū nutrisse putat, pars eredit esse  
Tethyos has neptes Oceanique senis.  
nondum stabat Atlas nmeros operatus Olympo,  
eum satus est forma conspiciendus Hyas. 170  
hunc stirps Oceani maturis nixibus Aethra  
edidit et Nymphas; sed prior ortus Hyas.  
dum noua lanugo est, pauidos formidine ceruus  
terret, et est illi praeda benigna lepus.  
at postquam uirtus annis adoleuit, in apros 175  
andet et hirsutus comminus ire leas.  
dumque petit latebras faetae catulosque leaenae,  
ipse fuit Libycae praeda erentia ferae.  
mater Hyan et Hyan maestae fleuere sorores  
ceruicemque polo suppositurus Atlas. 180  
uictus uterque parens tamen est pietate sororum:  
illa dedit caelum, nomina fecit Hyas.  
'Mater, ades, florum, ludis celebranda iocosis.  
distuleram partes mense priore tuas.  
incipis Aprili, transis in tempora Mai: 185  
alter te fugiens, eum venit, alter habet.  
eum tua sint cedantque tibi conlinia mensum,  
conuenit in laudes ille uel ille tuas.  
Circus in hunc exit clamataque palma theatris:  
hoc quoque cum Circi munere carmen eat. 190  
ipsa doce, quae sis. hominum sententia fallax:  
'optima tu proprii nominis auctor eris.'  
sic ego. sic nostris respondit diua rogatis:  
dum loquitur, uernas efflat ab ore rosas.  
'Chloris eram, quae Flora uocor. corrupta Latino  
nominis est nostri littera Graeca sono. 196  
Chloris eram, nympha Campi Felicis, ubi audis  
rem fortunatis ante fuisse niris.  
quae fuerit mihi forma, graue est narrare modestae;  
sed generum matri repperit illa denum. 200  
uer erat, errabam: Zephyrus conspexit, abibam.  
insequitur, fugio: fortior ille fuit.  
et dederat fratri Boreas ius omne rapinae,  
ausus Erechthea praemia ferre domo.  
nim tamen emendat dando mihi nomina nuptae, 205  
inque meo non est ulla querella toro.  
uere fror semper: semper nitidissimus annus,  
arbor habet frondes, pabula semper humus.  
est mihi fecundus dotalibus hortus in agris;  
aura fonet; liquidae fonte rigatur aquae: 210  
hunc mens impleuit generoso flore maritus,  
atque ait "arbitrium tu, dea, floris habe."  
saepe ego digestos uolui numerare colores  
nec potui; numero copia maior erat.  
roscida cum primum foliis excussa pruina est 215  
et nariae radiis intepuere comae,  
conueniunt pictis ineinctae uestibus Horae  
inque leues calathos munera nostra legunt.  
protinus accedunt Charites nectuntque coraas  
sertaque caelestes implicitura comas. 220  
prima per immensas sparsi noua semina gentes:  
unius tellus ante coloris erat.  
prima Therapnaeo feci de sanguine florem,  
et manet in folio scripta querella suo.  
tu quoque nomen habes cultos, Nareisse, per hortos,  
infelix, quod non alter et alter eras. 226  
quid Crocon aut Attin referam Cynraque creatum,  
de quorum per me uulnere surgit honor?  
Mars quoque, si nescis, per nostras editus artes:  
Iuppiter hoc, ut adhuc, nesciat usque, precor. 230  
saneta Iouem Iuno nata sine matre Minerua  
officio doluit non eguisse suo.  
ibat, ut Oceano quereretur facta mariti;  
restitit ad nostras fessa labore fores.  
quam simul aspexi, "quid te, Saturnia," dixi 235  
"attulit?" exponit quem petat illa locum,  
addidit et causam. uerbis solabar amiceis:  
"non" inquit "uerbis cura leuanda mea est.  
si pater est factus neglecto coniugis usu  
Iuppiter et solus nomen utrumque tenet, 240  
cur ego desperem fieri sine coniuge mater  
et parere intacto, dummodo casta, uiro?  
omnia temptabo latis medicamina terris  
et freta Tartareos excutiamque sinus."  
uox erat in cursu: multum dubitantis habebam. 245  
"nescioquid, Nympha, posse uideris" ait.  
ter nolui promittere opem, ter lingua retenta est:  
ira Iouis magni causa timoris erat.  
"fer, precor, auxilium;" dixit "relabitur auctor"  
et Stygiae numen testificatur aquae. 250  
"quod petis, Oleniis" inquam "mihi missus ab  
aruis  
flos dabit: est hortis unicus ille meis.  
qui dabat, 'hoc' dixit 'sterilem quoque tange in-  
ueneam,  
mater erit.' tetigi, nec mora, mater erat."  
protinus haerentem decerpsi pollice florem; 255  
tangitur et taeto concepit illa sim.  
ianque granis Thraecen et laena Propontidos intrat  
litque potens noti, Marsque creatus erat.  
qui memor accepti per me natalis "habeto  
tu quoque Romulea" dixit "in urbe locum." 260  
forsitan in teneris tantum mea regna coronis  
esse putes? tangit numen et arua memm.  
si bene floruerint segetes, erit arua diues:  
si bene floruerit minea, Bacehus erit;  
si bene floruerint oleae, nitidissimus annus; 265  
ponaque prouentum temporis huius habent.  
flore semel laeso perent uiciaeque fabaeque,  
et perent lentes, aduena Nile, tuae.  
uina quoque in magnis operose condita cellis  
floreant, et nebulae dolia summa tegunt. 270  
mella meum munus: uolueres ego mella daturas  
ad niolam et cytisos et thyma cana uoco.  
[nos quoque ideam facimus tunc cum iuuenalibus  
annis  
luxuriant animi corporaque ipsa nigent.]  
talia dicentem tacitus mirabar. at illa 275  
'ins tibi discendi, signa requiris' ait.  
'dic, dea,' respondi 'Iudorum quae sit origo.'  
uix bene desieram, retulit illa mihi:  
'cetera luxuriae nondum instrumenta nigebant;  
aut peens aut latam diues habebat humum; 280  
hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est:  
sed iam de uetito quisque parabat opes.  
nenerat in morem populi depascere saltus,  
idque diu lenit, pecunae nulla fuit.  
nindice seruabat nullo sua publica uulgus; 285  
ianque in primato pascere inertis erat.  
plebis ad aediles perducta licentia talis  
Publicios; animus defuit ante uiris.  
rem populus recipit, multam subiere nocentes:  
nindicibus laudi publica cura fuit. 290  
multa data est ex parte mihi, magnoque fauore  
uictores ludos instituere nonos.  
parte locant clium; qui tunc erat ardua rupes,  
utile nunc iter est. Publiciisque uocant.'  
anma credideram spectacula facta. neganit, 295  
addidit et dietis altera uerba suis:  
'nos quoque tangit honor. festis gaudemus et  
aris,  
turbaque caelestes ambitiosa sumus.

V 162 a canis V τ Riese, qui et incanis coniecit, in canis C. Schenk, a campis τ. 163 inducent τ. 169 athlans V. 176 leas V τ edd. uett., feras M τ. 178 ferat τ Heims., leae V M τ. 185 mui V τ. 197, 198 spurios esse susp. Postgate. 203, 204 circumser. Güthl. 203 et in en mutandum susp. C. Schenk. 207 uere est mit. τ Riese. 210 sponte V M τ. 230 interpinxit Madv. 250 testificabor V τ. 254 tetigit V τ. 267 simul τ. 269 274 fort. spurios esse putat Güthl. 273, 274 deleuit Benth. 287 tandem E. F. Metzger (in interpr. Germ.). 293 clui τ.

- saepe deos aliquis peccando fecit iniquos,  
 et pro delictis hostia blanda fuit. 300  
 saepe Ioueni uidi, cum iam sua mittere uellet  
 fulmina, ture dato sustinuisse manum.  
 at si neglegimur, magnis iniuria poenis  
 soluitur, et iustum praeterit ira modum.  
 respice Thestiaden : flammis absentibus arsit ; 305  
 causa est, quod Phoebes ara sine igne fuit.  
 respice Tantaliden : eadem dea uela tenebat.  
 uirgo est, et spretos bis tamen ulta focos.  
 Hippolyte infelix, uelles coluisse Dionen,  
 cum consternatis diriperetis equis. 310  
 longa referre mora est correctae obliuia damnis.  
 me quoque Romani praeteriere patres.  
 quid facerem, per quod fierem manifesta doloris ?  
 exigerem nostrae qualia damna notae ?  
 excidit officium tristi mihi. nulla tuebar 315  
 rura, nec in pretio fertilis hortus erat :  
 lilia deciderant, uiolas arere uideres,  
 filaque puniceae languida facta croci.  
 saepe mihi Zephyrus "dotes corrumpere noli  
 ipsa tuas" dixit. dos mihi uilis erat. 320  
 florebant oleae ; uenti nocuere proterui :  
 florebat segetes ; grandine laesa Ceres :  
 in spe uitis erat ; caelum nigrescit ab Austris,  
 et subita frondes decutiuntur aqua.  
 nec uolui fieri, nec sum crudelis in ira ; 325  
 cura repellendi sed mihi nulla fuit.  
 conuenere patres et, si bene floreat annus,  
 numinibus nostris annua festa uouent.  
 adnuimus uoto. consul cum consule ludos  
 Postumio Laenas persoluerit mihi. 330  
 quaerere conabar, quare lasciuia maior  
 his foret in ludis liberiorque iocus.  
 sed mihi succurrit, numen non esse seuerum,  
 aptaque deliciis muna ferre deam.  
 tempora sutilibus cinguntur pota coronis, 335  
 et latet iniecta splendida mensa rosa.  
 ebrius incinctis philyra conuiua capillis  
 saltat et imprudens utitur arte meri.  
 ebrius ad durum formosae limen amicae  
 cantat, habent unctae mollia sarta comae. 340  
 nulla coronata peraguntur seria fronte,  
 nec liquidae uinctis flore bibuntur aquae.  
 donec eras mixtus nullis, Acheloe, racemis,  
 gratia sumendae non erat ulla rosae.  
 Bacchus amat flores : Baccho placuisse coronam 345  
 ex Ariadne sidere nosse potes.  
 scaena leuis decet hanc : non est, mihi credite, non  
 est  
 illa coturnatas inter habenda deas.  
 turba quidem cur hos celebret meretricia ludos,  
 non ex difficili causa petita subest. 350  
 non est de tetricis, non est de magna professis :  
 uult sua plebeio sacra patere choro.  
 et monet aetatis specie, dum floreat, uti ;  
 contemni spinam, cum cecidere rosae.  
 cur tamen, ut dantur uestes Cerialibus albae, 355  
 sic haec est cultu uersicolore decens ?  
 an quia maturis albescit messis aristis,  
 et color et species floribus omnis inest ?  
 adnuit, et motis flores cecidere capillis,  
 accidere in mensas ut rosa missa solet. 360  
 lumina restabant, quorum me causa latebat ;  
 cum sic errores abstulit illa meos :  
 "uel quia purpureis collucent floribus agri,  
 lumina sunt nostros uisa decere dies ;  
 nel quia nec flos est hebeti nec flamma colore, 365  
 atque oculos in se splendor uterque trahit ;  
 uel quia deliciis nocturna licentia nostris  
 conuenit. a uero tertia causa uenit."  
 'est breue praeterea, de quo mihi quaerere restat,  
 si liceat' dixi : dixit et illa 'licet.' 370  
 'cur tibi pro Libycis clauduntur rete laeanis  
 imbelles capreae sollicitusque lepus ?'  
 non sibi, respondit, siluas cessisse, sed hortos,  
 aruaque pugnaci non adeunda ferae.  
 omnia finierat : tenues secessit in auras, 375  
 mansit odor : posses scire fuisse deam.  
 floreat ut toto carmen Nasonis in aeno,  
 sparge, precor, donis pectora nostra tuis.
3. [CC LVD-IN-CIR]
- Nocte minus quarta promet sua sidera Chiron  
 semiuir et flauo corpore mixtus equi. 380  
 Pelion Haemoniae mons est obuersus in Austros :  
 summa uirent pinu, cetera quercus habet.  
 Phillyrides tenuit. saxo stant antra uetusto,  
 quae iustum memorant incoluisse senem.  
 ille manus olim missuras Hectorsa leto 385  
 creditur in lyricis detinuisse modis.  
 uenerat Alcides exhausta parte laborum,  
 iussaque restabant ultima paene uiro.  
 stare simul casu Troiae duo fata uideres :  
 hinc puer Aeacides, hinc Ioue natus erat. 390  
 excipit hospitio iuuenem Philyreus heros,  
 et causam aduentus hic rogat, ille docet.  
 perspicit interea clauam spoliumque leonis,  
 'uir' que ait 'his armis armaque digna uiro.'  
 nec se, quin horrens auderent tangere saetis 395  
 uellus, Achilleae continere manus.  
 dumque senex tractat squalentia tela uenenis,  
 excidit et laeuo fixa sagitta pede est.  
 ingemuit Chiron traxitque e corpore ferrum :  
 et gemit Alcides Haemoniusque puer. 400  
 ipse tamen lectas Pagasaeis collibus herbas  
 temperat et uana uulnera mulcet ope.  
 mirus edax superabat opem, penitusque recepta  
 ossibus et toto corpore pestis erat.  
 sanguine Centauri Lernaee sanguis echidnae 405  
 mixtus ad auxilium tempora nulla dabat.  
 stabat, ut ante patrem, lacrimis perfusus Achilles.  
 sic flendus Peleus, si moreretur, erat.  
 saepe manus aegras manibus fingebat amicis :  
 morum, quos fecit, praemia doctor habet : 410  
 oscula saepe dedit, dixit quoque saepe iacenti  
 'uiue, precor, nec me, care, relinque, pater !'  
 nona dies aderat, cum tu, iustissime Chiron,  
 bis septem stellis corpora cinctus eras.
4. [DC] 5. EC
- Hunc Lyra curua sequi cuperet, sed idonea nondum  
 est uia. nox aptum tertia tempus erit. 416
6. FC
- Scorpios in caelo, cum cras lucescere Nonas  
 dicimus, a media parte notatus erit.
7. G NON-N 8. HF 9. A LEM-N
- Hinc ubi protulerit formosa ter Hesperus ora,  
 ter dederint Phoebo sidera uicta locum, 420  
 ritus erit ueteris, nocturna Lemuria, sacri :  
 inferias tacitis manibus illa dabunt.  
 annus erat breuior, nec adhuc pia februa norant,  
 nec tu dux mensum, Iane biformis, eras :  
 iam tamen extincto cineri sua dona ferebant, 425  
 compositique nepos busta piabat aui.  
 mensis erat Maius, maiorum nomine dictus,  
 qui partem prisce nunci quoque moris habet.

V 304 metum duo. 305 thestiadem V τ. 311 collecta V τ. 314 exigerent τ. 322 l. seges V τ. Riese. 325 nimium cr.  
 Koch, uel tum con. Riese. 335 tota codd. Merk., qui et laeta proposuit, Iota Hertzberg. 350 fuit V τ., 'an subit ?'  
 Postgate. 354 contemnunt V τ. Riese. 355 utentur V. cercalibus V τ. Riese. 358 at col. τ. 376 possem V<sup>1</sup>. 391  
 hosp. iunctum Merk. 394 ait hic V τ. 402 et uaria V<sup>1</sup> τ. 414 tempora V. 418 notandus τ., uidendus τ.

nox ubi iam media est, somnosque silentia praebent,  
 et canis et mariae conticuitis aues, 430  
 ille memor ueteris ritus timidusque deorum  
 surgit; habent gemini uincula nulla pedes:  
 signaque dat digitis medio cum pollice iunctis,  
 occurrat tacito ne leuis umbra sibi.  
 cumque manns p̄ras fontana perliuit unda, 435  
 uertitur et nigras accipit ante fabas  
 auersusque iacit. sed dum iacit, 'haec ego mitto,  
 his' inquit 'redimo neque meosque fabis!'  
 hoc nouies dicit nec respicit. umbra putatur  
 colligere et nullo terga uidentem sequi. 440  
 rursus aquam tangit Temesaeque conerepat aera  
 et rogat, ut tectis exeat umbra suis.  
 cum dixit nouies 'manes exite paterni,'  
 respicit et pure sacra peracta putat.  
 Dieta sit n̄de dies, quae nominis extet origo, 445  
 me fugit. ex aliquo est imenienda deo.  
 Pleiade mate, mone, nigra nenerande potenti:  
 saepe tibi est Stygii regia nisa louis.  
 uenit adoratus Caduceifer. accipe causam  
 nominis: ex ipso est cognita causa deo. 450  
 Romulus ut tumultu fraternas condidit umbras,  
 et male ueloci insta soluta Remo,  
 Faustulus infelix et passis Aecca capillis  
 spargelant lacrimis ossa perusta suis.  
 inde domum redeunt sub prima crepuscula maesti,  
 utque erat, in duro prociubere toro. 455  
 umbra eruenta Remi uisa est assistere lecto,  
 atque haec exiguo murmure uerba loqui:  
 'en ego dimidium nestri parsque altera noti,  
 cernite, sim qualis, qui modo qualis eram! 460  
 qui modo, si nolneres habuisses regna iubentes,  
 in populo potui maximis esse meo,  
 nunc sum elapsa rogi flammis et inanis imago:  
 haec est ex illo forma relictā Remo.  
 heu ubi Mars pater est, si nos modo uera loenti, 465  
 uberaque expositis ille ferina dedit.  
 quem lupa seruauit, manus hunc temeraria cuius  
 perdidit. o quanto mitior illa fuit!  
 saeue Celer, crudelente animam per milnera reddas,  
 utque ego, sub terras sanguinolentus eas. 470  
 noluit hoc frater, pietas aequalis in illo est.  
 quod potuit, lacrimas manibus ille dedit.  
 hunc nos per lacrimas, per nostra alimenta rogare,  
 ut celebrem nostro signet honore diem.'  
 mandantem amplecti cippint et brachia tendunt:  
 lubrica prensantes elligit umbra manus. 475  
 ut secum fugiens somnos abduxit imago,  
 ad regem uoces fratris uterque ferunt.  
 Romulus obsequitur, lucemque Remuria dieit  
 illam, qua positis iusta feruntur auis. 480  
 aspera mutata est in lenem tempore longo  
 littera, quae toto nomine prima fuit;  
 mox etiam lenures animas dixere silentium.  
 hic sensus uerbi, nis ea nocis erat.  
 fana tamen neteres illis clausere diebus, 485  
 ut nunc ferali tempore operta nides,  
 nec uidnae taedis eadem nec uirginis apta  
 tempora. quae nupsit, non diuturna fuit.  
 haec quoque de causa, si te prouerbia tangunt,  
 mense malum Maio uulbere uulgus ait. 490  
 Sed tamen haec tria sunt sub eodem tempore festa  
 inter se nulla continuata die.

## 10. BC 11. CLEMEN

Quorum si mediis Boeotum Oriona quaeres,  
 falsus eris. signi causa canenda mihi. 495  
 Iuppiter et lato qui regnat in aequore frater  
 carpebat socias Mercuriusque uias.

tempus erat, quo uersa iugo referuntur aratra,  
 et pronus saturae lae bibit agnus ouis.  
 forte senex Hyrieus, angusti cultor agelli,  
 hos uidet, exigam stabat ut ante casam. 500  
 atque ita 'longa uia est, nec tempora longa super-  
 sunt,'  
 dixit 'et hospitibus ianua nostra patet.'  
 addidit et uultum uerbis iterumque rogauit:  
 parent promissis dissimulantque deos.  
 tecta senis subeunt nigro deformia fumo; 505  
 ignis in hesterno stipite paruus erat.  
 ipse genu nixus flammis exsuscitat aura,  
 et promit quassas eomunitique faeces.  
 stant calices; minor inde fabas, holus alter habebat,  
 et spumant testa pressus uterque suo. 510  
 dumque mora est, tremula dat uina rubentia dextra:  
 accipit aequoreus pocula prima deus.  
 quae simul exhansit, 'da nunc libat ordine' dixit  
 'Iuppiter.' audito pallnit ille loue.  
 ut rediit animus, cultorem pauperis agri 515  
 immolat et magno torret in igne bouem.  
 quaeque puer quondam primis diffuderat annis,  
 promit fumoso condita uina cado.  
 nec mora, flumineam lino celantibus ulnam,  
 sie quoque non altis, incubere toris. 520  
 nunc dape, nunc posito mensae nituere Lyaeo;  
 terra rubens crater, pocula fagus erant.  
 uerba fuere louis: 'siquid fert impetus, opta:  
 omne feres.' pleiadi uerba fuere senis:  
 'cara fuit coniunx, primae mihi cura inuentae 525  
 cognita. nunc ubi sit, quacritis? arma tegit.  
 hunc ego iratus, uobis in uerba uocatis,  
 "coningio" dixi "sola fuere meo."  
 et dixi et seruo. sed enim diuersa uoluntas  
 est mihi; nec coniunx, sed pater esse nolo.' 530  
 admerant omnes; omnes ad terga inueni  
 constiterant. pudor est ulteriora loqui.  
 tum superiuncta texere inuentia terra:  
 iamque decem menses, et puer ortus erat.  
 hunc Hyrieus, quia sic genitus, uocat Vriona. 535  
 perdidit antiquum littera prima sonum.  
 crenerat immensum; comitem sibi Delia sumpsit,  
 ille deae custos, ille satelles erat.  
 uerba moment iram non circumspecta deorum.  
 'quam nequeam' dixit 'nucere, nulla fera est.'  
 Scorpion immisit Tellus. fuit impetus illi 541  
 curna gemelliparae spienla ferre deae.  
 obstitit Orion. Latona nitentibus astris  
 addidit et 'meriti praemia' dixit 'habe.'

## 12. DN) LYD MART IN CIRCO

Sed quid et Orion et cetera sidera mundo 545  
 cedere festinant, noxque coartat iter?  
 quid solito citius liquido inbar aequore tollit  
 candida, Lucifero praenepiente, dies?  
 fallor, an arma sonant? non fallimur, arma  
 sonabant:  
 Mars uenit et ueniens bellica signa dedit. 550  
 Vltor ad ipse snos caelo descendit honores  
 templaque in Augusto conspicienda foro.  
 et deus est ingens et opus. debet in urbe  
 non aliter nati Mars habitare sui.  
 digna Giganteis haec sunt delubra tropaeis: 555  
 hinc fera Gradinum bella mouere decet,  
 seu quis ab Eoo nos impius orbe lacesset,  
 seu quis ab occiduo sole domandis erit.  
 prospicit Armipotens operis fastigia summi  
 et probat iunctos summa tenere deos. 560  
 prospicit in foribus duersae tela lignrae  
 armaque terrarum milite uieta suo.

V 429 somnoque s. praebet τ. Heins. 435 pure V τ. 436 ore f. τ. Riese. 447 Pleiade τ. 448 est om. τ. edd. multi. 460 modo talis τ. 463 sum om. τ. 466 illa V τ. 471 et qualis—est, Postgate (o q. cod. unus, en? q. Heins.). 479 dixit τ. 490 malas V τ. uulg. 491 nomine τ. 493 medio τ. 507 exensit ab V τ. 510 spumant V τ. 517 defuderat Heins. 525 carac m. prima iuente V, cara m. prima iuuenta τ, primae m. flore iuuentae Bentl. 526 condita τ. 530 sed. et prob. Heins. 535 oriona V τ. 539 iram V, iras cett. 545 mundi V τ. 559 perspexit τ. 561 perspexit V τ. Merk.

hinc uidet Aenean oneratum pondere caro  
 et tot Iuleae nobilitatis auos :  
 hinc uidet Iliaden ueris ducis arma ferentem, 565  
 claraque dispositis acta subesse uiris.  
 spectat et Augusto praetextum nomine templum,  
 et uisum lecto Caesare maius opus.  
 nouerat hoc iuuenis tunc, cum pia sustulit arma.  
 a tantis Princeps incipiendus erat. 570  
 ille manus tendens, hinc stanti milite iusto,  
 hinc coniuratis, talia dicta dedit:  
 'si mihi bellandi pater est Vestaeque sacerdos  
 auctor, et uleisci numen utrumque paro :  
 Mars, ades, et satia scelerato sanguine ferrum, 575  
 stetque fauor causa pro meliore tuus.  
 templa feres et, me nictore, uocaberis Ultor.'  
 nouerat et fuso laetus ab hoste redit.  
 nec satis est meruisse semel cognomina Marti :  
 persequitur Parthi signa retenta manu. 580  
 gens fuit et campis et equis et tuta sagittis  
 et circumfusus inuia luminibus.  
 addiderant animos Crassorum funera genti,  
 cum periiit miles signaque duxque simul.  
 signa, decus belli, Parthus Romana tenebat, 585  
 Romanaeque aquilae signifer hostis erat.  
 isque pudor mansisset adhuc, nisi fortibus armis  
 Caesaris Asoniae protegerentur opes.  
 ille notas ueteres et longi dedecus aeuī  
 sustulit, agnorunt signa recepta suos. 590  
 quid tibi nunc solitae mitti post terga sagittae,  
 quid loca, quid rapidi profuit usus equi,  
 Parthe? refers aquilas, uictos quoque porrigis  
 arcus :  
 pignera iam nostri nulla pudoris habes.  
 rite deo templumque datum nomenque bis ulto, 595  
 et meritis noti debita soluit honor.  
 sollemnes ludos Circo celebrate, Quirites.  
 non uisa est fortem scaena decere deum.

## 13. E LEM·N

Pliadas aspicias omnes totumque sororum  
 agmen, ubi ante Idus nox erit nna super. 600  
 tum mihi non dubiis auctoribus incipit aestas,  
 et tepidi finem tempora ueris habent.

## 14. FC

Idibus ora prior stellantia tollere Taurum  
 indicat. huic signo fabula nota subest.  
 praebuit ut taurus Tyriae sua terga puellae 605  
 Iuppiter et falsa cornua fronte tulit.  
 illa iubam dextra, laeua retinebat amictus,  
 et timor ipse noui causa decoris erat.  
 aura sinus implet, flauos mouet aura capillos :  
 Sidoni, sic fueras aspicienda Ioui. 610  
 saepe puellares subduxit ab aequore plantas,  
 et metuit tactus adsilientis aquae :  
 saepe deus prudens tergum demisit in undas,  
 haereat ut collo fortius illa suo.  
 litoribus tactis stabat sine cornibus ullis 615  
 Iuppiter inque deum de boue uersus erat.  
 taurus init caelum : te, Sidoni, Iuppiter implet,  
 parsque tuum terrae tertia nomen habet.  
 hoc alii signum Phariam dixere iuuenam,  
 quae bos ex homine est, ex boue facta dea. 620  
 Tum quoque priscorum uirgo simulacra uirorum  
 mittere roboreo scirpea ponte solet. 622  
 fama uetus tunc cum Saturnia terra uocata est, 625  
 talia fatidici dicta fuisse dei :

'falcifero libata seni duo corpora gentis  
 mittite, quae Tusce excipiantur aquis' :  
 donec in haec uenit Tirythius arua, quotannis  
 tristia Leucadio sacra peracta modo ; 630  
 illum stramineo in aquam misisse Quirites :  
 Hercules exemplo corpora falsa iaci.  
 pars putat, ut ferrent iuuenes suffragia soli,  
 pontibus infirmos praecipitasse senes.  
 corpora post decies senos qui credidit annos 623  
 missa neci, sceleris crimine damnat auos. 624  
 Thybri, doce uerum. tua ripa uetustior urbe est,  
 principium ritus tu bene nosse potes. 636  
 Thybris harundiferum medio caput extulit alueo  
 raucaque dimouit talibus ora sonis :  
 'haec loca deserta uidi sine moenibus herbas :  
 pascebat sparsas utraque ripa bones. 640  
 et quem nunc gentes Tiberim noruntque timentque,  
 tunc etiam pecori despiciendus eram.  
 Arcadis Euandri nomen tibi saepe refertur :  
 ille meas remis aduena torsit aquas.  
 nenit et Alcides, turba comitatus Achia. 645  
 Albula, si memini, tunc mihi nomen erat.  
 excipit hospitio iuuenem Pallantius heros,  
 et tandem Caco debita poena fuit.  
 uictor abit secumque boues, Erytheida praedam,  
 abstrahit : at comites longius ire negant ; 650  
 (magnaque pars horum desertis uenerat Argis)  
 montibus his ponunt spemque laremque suum.  
 saepe tamen patriae dnici tanguntur amore,  
 atque aliquis moriens hoc breue mandat opus :  
 "mittite me in Tiberim Tiberinis uectus ut undis  
 litus ad Inachium puluis inanis eam." 656  
 displicet heredi mandati cura sepulchri :  
 mortuū Ausonia conditur hospes humo ;  
 scirpea pro domino Tiberi iactatur imago,  
 ut repetat Graias per freta longa domos.' 660  
 hactenus. ut subiit uiuo rorantia saxo  
 antra, leues cursum sustinuistis aquae.

15. G EID·N 16. HF  
 17. AC 18. BC 19. CC

Clare nepos Atlantis, ades, quem montibus olim  
 edidit Arcadii Pleias una Ioui,  
 pacis et armorum superis imisque deorum 665  
 arbiter, alato qui pede carpis iter,  
 laete lyrae pulsu, nitida quoque laete palaestra,  
 quo didicit culte lingua docente loqui,  
 templa tibi posuere patres spectantia Circum 670  
 Idibus ; ex illo est haec tibi sacra dies.  
 te, quicumque suas profitetur uendere merces,  
 ture dato, tribuas ut sibi luca, rogant,  
 est aqua Mercurii portae uicina Capenae ;  
 si iuuat expertis credere, numen habet. 675  
 huc uenit incinctus tunicam mercator et urna  
 purus sufflita, quam ferat, haurit aquam.  
 uda fit hinc laurus, lauro sparguntur ab uda  
 omnia, quae dominos sunt habitura nouos.  
 spargit et ipse suos lauro rorante capillos 680  
 et peragit solita fallere uoce preces :  
 'abne praeteriti peritura temporis, inquit  
 abne praeteritae perfida uerba die.  
 sine ego te feci testem falsone citauī  
 non audituri numina magna Iouis,  
 siue denm prudens alium diuamue fefelli, 685  
 abstulerint celeres improba uerba Noti.  
 et pateant neniente die peritura nobis,  
 nec eurent superi siqua locutus ero.  
 da modo luca mihi, da facto gaudia lucro,

V 563 sacro V Heins. al. 571 instanti V  $\tau$ . 574 auctor es V. 579 martis codd. multi. 585 ducis V<sup>1</sup>  $\tau$ . 594 pignera ex V. 595 ultum V<sup>1</sup>  $\tau$ , ultor V<sup>2</sup>  $\tau$ . 613 de(di)mittit  $\tau$ . 623, 624 post 634 transp. Postgate. 626 fuere V  $\tau$  Heins. senis V  $\tau$  Riese, iouis unus Merk. al. 627 quot corp. Merk. gentes V  $\tau$  Merk. 630 deo  $\tau$ . 633, 634 et 647, 648 circumscr. Merk. 648 uenit  $\tau$  Heins. al. 650 et V  $\tau$ . negant. lubet V, iubet  $\tau$ . 651 uencrat. mansit in V  $\tau$ . Argis Heins, agris V  $\tau$ . 655 me tiberi Heins. in undis  $\tau$  Merk. 661 et  $\tau$  Merk. al. 662 restituitis Kreuzsler. 664 uda Benti. 668 fauente  $\tau$ . 670 sacra V<sup>2</sup>  $\tau$ , facta V<sup>1</sup> M<sup>1</sup>  $\tau$ , festa  $\tau$  Merk. al. 675 tunica V  $\tau$ , tunicas  $\tau$ . 676 suffitam V. 682 praeteritae Scaliger, praeterita codd. Merk. 634 uana V  $\tau$ . 686 dicta  $\tau$  Heins. 687 percant  $\tau$ .



et fae, ut emptori uerba dedisse iuuet.' 690  
 talia Mercurius poscentem ridet ab alto,  
 se memor Ortygias surripuisse boues.

## 20. DC

At mihi pande, precor, tanto meliora petenti,  
 in Geminos ex quo tempore Phocbus cat.  
 'eum totidem de mense dies superesse uidebis, 695  
 quot sunt Herculei facta laboris' ait.  
 'die' ego respondi 'causam mihi sideris huius.'  
 causam facundo reddidit ore deus:  
 'abstulerant raptas Phocben Phocbesque sororem  
 Tyndaridae fratres, hic eques, ille pugil. 700  
 bella parant repetuntque suas et frater et Idas,  
 Leucippo fieri pactus uterque gener.  
 his amor, ut repetant, illis, ut reddere nolint,  
 suadet; et ex causa pugnat uterque pari.  
 effugere Oebalidae cursu potuere sequentes, 705  
 sed uisum celeri uincere turpe fuga.  
 liber ab arboribus locus est, apta area pugnae:  
 constiterant illo (nomen Aphidna) loco.  
 pectora traiectus Lynceo Castor ab ense  
 non expectato uulnere pressit humum. 710  
 ultor adest Pollux et Lyncea perforat hasta  
 qua ceruix umeros continuata premit.  
 ibat in hunc Idas, uixque est Iouis igne repulsus;  
 tela tamen dextrae fulmine rapta negant.  
 iamque tibi, Pollux, caelum sublime patebat, 715  
 cum "mea" dixisti "percipe uerba, pater:  
 quod mihi das uni caelum, partire duobus:  
 diuidium toto munere maius erit."

dixit et alterna fratrem statione redemit.  
 utile sollicitae sidus utrumque rati.' 720

## 21. E AGON·N·

Ad Ianum redeat, qui quaerit, Agonia quid sint,  
 quae tamen in fastis hoc quoque tempus habent.

## 22. FN

Nocte sequente diem canis Erigoncius exit.  
 est alio signi reddita causa loco.

## 23. G TVB·N·

Proxima Vulcani lux est, Tubilustria dicunt:  
 lustrantur purae, quas facit ille, tubae. 725

## 24. H Q·R·C·F

Quattuor inde notis locus est, quibus ordine lectis  
 uel mos sacerorum uel fuga regis inest.

25. AC 26. BC 27. CC 28. DC  
 29. EC 30. FC 31. GC

Nec te praeterco, populi Fortuna potentis  
 Publica, cui templum luce sequente datum est.  
 hanc ubi diues aquis acceperit Amphitrite, 731  
 grata Ioui fuluae rostra uidebis auis.  
 auferet ex oculis ueniens Aurora Booten,  
 continuaque die sidus Hyantis erit.

## LIBER SEXTVS

Hic quoque mensis habet dubias in nomine causas;  
 quae placeant, positus omnibus ipse leges.  
 facta canam; sed erunt qui me finxisse loquantur  
 nullaque mortali numina uisa putent.  
 est deus in nobis; agitante calescimus illo: 5  
 impetus hic sacrae semina mentis habet.  
 fas mihi praecipue uultus uidisse deorum,  
 uel quia sum uates, uel quia sacra cano.  
 est nemus arboribus densum, secretus ab omni  
 uoce locus, si non obstreperet aquis. 10  
 hic ego quaerebam, coepti quae mensis origo  
 esset, et in cura nominis huius eram.  
 ecce deas uidi: non quas praepceptor arandi  
 uiderat, Aseraeas cum sequeretur oues,  
 nec quas Priamides in aquosae uallibus Idae 15  
 contulit: ex illis sed tamen una fuit.  
 ex illis fuit una, sui germana mariti;  
 haec erat, agnoui, quae stat in arce Iouis.  
 horreram tacitoque animum pallore fatelam.  
 tum dea, quos fecit, sustulit ipsa metus. 20  
 namque ait 'o uates, Romani conditor anni,  
 ause per exiguis magna referre modos,  
 ius tibi fecisti munus caeleste uidentis,  
 cum placuit numeris condere festa tuis.  
 ne tamen ignores uulgi que errore traharis, 25  
 Iunius a nostro nomine nomen habet.  
 est aliquid nupsisse Ioui, Iouis esse sororem.  
 fratre magis, dubito, gloriar anne uiro.  
 si genus aspicitur, Saturnum prima parentem  
 feci, Saturni sors ego prima fui. 30

a patre dieta meo quondam Saturnia Roma est;  
 haec illi a caelo proxima terra fuit.  
 si torus in pretio est, dicor matrona Tonantis,  
 iunctaque Tarpeio sunt mea templa Ioui.  
 an potuit Maio pater dare nomina mensi, 35  
 hic honor in nobis inuidiosus erit?  
 cur igitur regina uocor princepsque dearum?  
 aurea cur dextrae sceptrata dedere meae?  
 an facient mensem huc, Lucinaeque ab illis  
 dicar et a nullo nomina mense traham? 40  
 tum me paeniteat posuisse fideliter iras  
 in genus Electrae Dardanianae domum:  
 [causa duplex irae: raptu Ganymede dolebam,  
 forma quoque Idaeo iudice uicta mea est.]  
 paeniteat, quod non foueo Carthaginis arces, 45  
 eum mea sint illo currus et arma loco:  
 paeniteat Sparten Argosque measque Mycenae  
 et neterem Latio supposuisse Samon:  
 adde senem Tatium Iunonicolasque Faliseos,  
 quos ego Romanis succubuisse tuli. 50  
 sed neque paeniteat nec gens mihi carior ulla est.  
 hic colar, hic teneam cum Ioue templa meo.  
 ipse mihi Mauros "commendo moenia" dixit  
 "haec tibi tu pollens urbe nepotis eris."  
 dieta fides sequitur. centum celebrantur in aris: 55  
 nec leuior quouis est mihi mensis honor.  
 nec tamen hunc nobis tantummodo praestat honorem  
 Roma. suburbani dant mihi munus idem.  
 inspicere, quos habeat memorialis Aricia fastos  
 et populus Laurens Lannuiumque meum; 60

V 690 face V<sup>2</sup> τ. 691 poscentes τ Merk. 708 illic M<sup>1</sup> Heins. nomina fida V τ. 712 tegit V τ. 731 amphitrites  
 VM τ. 733 auferat τ Heins., aufert τ.

VI 2 lege V. 32 cura Bentl. 35, 36 'num post 26 ponendi?' Riese. 43, 44 circumscri. Gthl. suadente Peter.  
 45 foueam τ. 52 color et teno τ. 60 nemus V<sup>1</sup>.

est illic mensis Iunonius. inspicie Tibur  
 et Praenestinae moenia sacra deae ;  
 Iunonale leges tempus. nec Romulus illas  
 condidit : at nostri Roma nepotis erat.  
 finierat Iuno. respeximus : Hercules uxor 65  
 stabat, et in uultu signa doloris erant.  
 ' non ego, si toto mater me cedere caelo  
 iusserit, inuita matre morabor ' ait.  
 ' nunc quoque non luctor de nomine temporis huius :  
 blandior et partes paene rogantis ago, 70  
 remque mei iuris malim tenuisse precando :  
 et faenas causae forsitan ipse meae.  
 aurea possedit socio Capitolia templo  
 mater et, ut debet, cum Ioue summa tenet.  
 at decus omne mihi contingit origine mensis. 75  
 unicus est, de quo sollicitamur, honor.  
 quid graue, si titulum mensis, Romane, dedisti  
 Herculis uxorī posteritasque memor ?  
 haec quoque terra aliquid debet mihi nomine magni  
 coniugis ; huc captas appulit ille boues ; 80  
 hic male defensus flammis et dote paterna  
 Cacus Auentinam sanguine tinxit lumum.  
 ad propiora uocor. populum digessit ab annis  
 Romulus in partes distribuitque duas :  
 haec dare consilium, pugnare paratior illa est ; 85  
 haec aetas bellum suadet, at illa gerit.  
 sic statuit, mensesque nota secreuit eadem :  
 Iunius est iuuenum ; qui fuit ante, senum.  
 dixit. et in litem studio certaminis issent,  
 atque ira pietas dissimulata foret : 90  
 uenit Apollinea longas Concordia lauro  
 nexa comas, placidi numen opusque ducis.  
 haec ubi narrauit Tatiū fortemque Quirinum  
 binaque cum populis regna coisse suis,  
 et lare communis soceros generosque receptos, 95  
 ' his nomen iunctis Iunius ' inquit ' habet.'  
 dicta triplex causa est. at uos ignoscite, diuāe :  
 res est arbitrio non dirimenda meo.  
 ite pares a me. perierunt indice formae  
 Pergama : plus laedunt, quam iuuat una, duae. 100

## 1. [HK·IVN·]N

Prima dies tibi, Carna, datur. dea cardinis haec est :  
 numine clausa aperit, clauditi aperta suo.  
 unde datas habeat uires, obscurior aeuo  
 fama : sed e nostro carmine certus eris.  
 adiacet antiquus Tiberino locus Helerni : 105  
 pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt.  
 inde sata est Nymphē (Craenaen dixere priores)  
 nequiquam multis saepe petita precis.  
 rura sequi iaculisque feras agitare solebat  
 nodosasque cana tendere ualle plagas. 110  
 non habuit pharetram, Phoebi tamen esse sororem  
 credebant ; nec erat, Phoebe, pudenda tibi.  
 huic aliquis iuuenum dixisset amantia uerba,  
 reddebat tales protinus illa sonos :  
 ' haec loca lucis habent nimis et cum luce pudoris.  
 si secreta magis ducis in antra, sequor. ' 116  
 credulus ante ut iit, frutices haec nacta resistit  
 et latet et nullo est inueniendi modo.  
 uiderat hanc Ianus uisaeque cupidine captus  
 ad duram uerbis mollibus usus erat. 120  
 Nympha iubet quaeri de more remotius antrum  
 utque comes sequitur destituitque ducem.  
 stulta, uidet Ianus quae post sua terga gerantur :  
 nil agis, et latebras respicit ille tuas.  
 nil agis, en ! dixi : nam te sub rupe latentem 125  
 occupat amplexu speque potitus ait :  
 ' ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto ;  
 hoc pretium positae uirginitatis habe. '  
 sic fatus spinam qua tristes pellere posset  
 a foribus noxas (haec erat alba) dedit. 130  
 sunt auidae uolucres, non quae Phineia mensis  
 guttura fraudabant, sed genus inde trahunt :  
 grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinis ;  
 canities pinnis, unguibus hamis inest.  
 nocte uolant puerosque petunt nutricis egentes 135  
 et nitiant cunis corpora rapta suis.  
 carpere dicuntur lactentia uiscera rostris  
 et plenum poto sanguine guttur habent.  
 est illis strigibus nomen ; sed nominis huius  
 causa, quod horrenda stridere uoce solent. 140  
 siue igitur nascuntur aues, seu carmine fiunt,  
 neniaque in uolucres Marsa figurat anus,  
 in thalamos uenere Procae. Proca natus in illis  
 praeda recens auium quinque diebus erat :  
 pectoraque exsorbet auidis infantia linguis ; 145  
 at puer infelix uagit openque petit.  
 territa uoce sui nutrix accurrit alumni,  
 et rigido sectas inuenit ungue genas.  
 quid faceret ? color oris erat, qui frondibus olim  
 esse solet seris, quas noua laesit hiemps. 150  
 peruenit ad Craenaen, et rem docet. illa ' timorem  
 pone : tuus sospes ' dixit ' alumnus erit.'  
 uenerat ad cunas : flebant materque paterque :  
 ' sistite uos lacrimas, ipsa medebor ' ait.  
 protinus arbutea postes ter in ordine tangit 155  
 fronde, ter arbutea limina fronde notat ;  
 spargit aquis aditus (et aquae medicamen habebant)  
 extaque de porca cruda bimestre tenet ;  
 atque ita ' noctis aues, extis puerilibus ' inquit  
 ' parcite : pro paruo uictima parua cadit. 160  
 cor pro corde, precor, pro fibris sumite fibras.  
 hanc animam uobis pro meliore damus.'  
 sic ubi libauit, prosecta sub aethere ponit,  
 quique adsint sacris, respicere illa uetat :  
 uirgaque Ianalas de spina ponitur alba, 165  
 quae lumen thalamis parua fenestra dabat.  
 post illud nec aues cunas uiolasse feruntur,  
 et rediit puero, qui fuit ante, color.  
 pingua cur illis gustentur larda Kalendis,  
 mixtaque cum calido sit faba farre, rogas ? 170  
 prisca dea est aliturque cibus, quibus ante solebat,  
 nec petit ascitas luxuriosa dapes.  
 piscis adhuc illi populo sine fraude natabat,  
 ostreaque in conchis tuta fuere suis.  
 nec Latium norat, quam praebet Ionia diues, 175  
 nec quae Pygmaeo sanguine gaudet, auem ;  
 et praeter pinnas nihil in panone placebat.  
 nec tellus captas miserat ante feras.  
 sus erat in pretio, caesa suae festa colebant.  
 terra fabas tantum duraque farra dabat. 180  
 quae duo mixta simul sextis quicumque Kalendis  
 ederit, huic laedi uiscera posse negant.  
 Arce quoque in summa Iunoni templa Monetae  
 ex uoto memorant facta, Camille, tuo.  
 ante domus Manli fuerat, qui Gallica quondam 185  
 a Capitolino reppulit arma Ioue.  
 quam bene, di magni, pugna cecidisset in illa,  
 defensor solii, Iuppiter alte, tui !  
 uixit, ut occideret damnatus crimine regni.  
 hunc illi titulum longa senecta dabat. 190  
 Lux eadem Marti festa est, quem prospicit extra  
 appositum Tectae porta Capena uiae.  
 Te quoque, Tempestat, meritam delubra fatemur,  
 cum paene est Corsis obruta classis aquis.  
 Haec hominum monumenta patent. si quaeritis 195  
 astra,  
 tunc oritur magni praepes adunca Iouis.

VI 61 aspice τ. 66 uigoris V M τ Riese, dolentis τ Merk., decoris τ. 67 nune V. 68 inu. parte V. 86 suadeat illa gerat V<sup>1</sup> τ. 92 pl. munus τ. 100 laedant Benth. iuuat τ Heins. al. 107 granen V<sup>1</sup> τ, eranen V<sup>2</sup> Peter, gramen τ (sic et 151). 117 ante iuit τ Riese, ante ut V, ante inuit τ. 125 dixit V τ. 140 horrendum Vlitius. uoce Heins., nocte codd. 142 falsa τ. 147 occurrit V. 165 sumitur V τ. 173 illis populis M τ. 176 auis codd. multi. 178 t. e. m. arte f. uuus, t. c. m. Afra f. Heins., Delus capos m. ante feros Burin. 185 mali V τ. 192 Tectae. dextrae V τ. 195 quacrimus M τ.

## 2. [AF]

Postera lux Hyadas, Taurinae cornua frontis,  
euocat, et multa terra madescit aqua.

## 3. BC

Mane nbi bis fuerit Phoebusque iterauerit ortus  
factaque erit posito rore bis uda seges, 200  
hac sacrata die Inseo Bellona duello  
dicitur, et Latio prospera semper adest.  
Appius est auctor, Pyrrho qui pace negata  
multum animo uidit, lumine captus erat.  
prospicit a templo summum breuis arca Circum, 205  
est tibi non paruæ parua columna notae :  
hinc solet hasta manu, belli praenuntia, mitti,  
in regem et gentes eum placet arma capi.

## 4. CC

Altera pars Circi Custode sub Hercule tuta est :  
quod deus Euboico carmine munus habet. 210  
muneris est tempus, qui Nonas Lucifer ante est :  
si titulum quaeris, Sulla probauit opus.

## 5. D NON

Quaerebam, Nonas Sanco Fidione referrem  
an tibi, Semo pater. tum mihi Saenens ait :  
' cuiusque ex istis dederis, ego munus habebō. 215  
nomina terna fero. sic uolere Cures.'  
hunc igitur ueteres donarunt aede Sabini  
inque Quirinali constituere iugo.

## 6. EN

Est mihi (sitque, precor, nostris diuturnior annis)  
filia, qua felix sospite semper ero. 220  
hanc ego cum uellem genero dare, tempora taedis  
apta requirebam, quaeque cauenda forent :  
tum mihi post sacras monstratur lunius Idus  
utilis et nuptis, utilis esse uiris ;  
primaque pars huius thalamis aliena reperta est. 225  
nam mihi sic coniuux sancta Dialis ait :  
' donec alii Iliaca placidus purgamina Vesta  
detulerit Ilaus in mare Thybris aquis,  
non mihi detonsas crines depectere buxo,  
non ungues ferro subseuissis licet ; 230  
non tetigisse uirum, quamuis Iouis ille sacerdos,  
quamuis perpetua sit mihi lege datus.  
tu quoque ne propera. melius tua filia nubet,  
igneæ eum pura Vesta nitetibus humo.'

## 7. FN

Tertia post Nonas remonere Lycaona Phoebe 235  
fertur, et a tergo non habet Vrsa metum.  
tunc ego me memini ludos in gramine Campi  
aspicere et dici, lulrice Thybri, tuos.  
festa dies illis, qui lina madentia ducunt,  
quique tegunt paruis aera recurua cibus. 240

## 8. GN MENTI IN CAPIT

Mens quoque numen habet. Mentis delubra nide-  
mus  
nota metu belli, perfide Poene, tui.  
Poene, rebellaras, et leto consulis omnes  
attoniti Mauras pertinere manus.

spem metus expulerat, cum Menti nota senatus 245  
suseipit, et melior protinus illa uenit.  
aspicit instantes medius sex Iuibus Idus  
illa dies, qua sunt uota soluta deae.

## 9. II VEST PER VESTAE

Vesta, faue ! tibi nunc operata resoluimus ora,  
ad tua si nobis sacra uenire licet. 250  
in prece totus eram : caelestia numina sensi,  
lactaque purpurea luce refulsit humus.  
non equidem uidi (ualeant mendacia uatum)  
te, dea ; nec fueras aspicienda uiro.  
sed quae nescieram, quorumque errore tenebar, 255  
cognita sunt nullo praecipiente mihi.  
dena quater memorant habuisse Parilia Romam,  
eum flammae custos aede recepta dea est.  
regis opus placidi, quo non metuentius ullum  
munimin ingenium terra Sabina tulit. 260  
quae nunc aere uides, stipula tum tecta uideres,  
et paries lento uimine textus erat.  
hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestae,  
tunc erat intonsi regia magna Numae.  
forma tamen templi quae nunc manet, ante fuisse  
dicitur ; et formae causa probanda subest. 266  
Vesta eadem, quae terra. subest uigil ignis utriusque :  
significat sedem terra focusque suam.  
terra pilae similis, nullo fulcimine nixa,  
aere subiecto tam graue pendet omnis. 270  
ipsa nobilitas libratum sustinet orbem,  
quique premat partes, angulus omnis abest.  
cuiusque sit in media rerum regione locata,  
ut tangat nullum plusne minusue latus,  
ni conuexa foret, parti uecinior esset, 275  
nec medium terram mundus haberet omis  
arte Syracosia suspensus in aere clauso  
stat globus, immensi parua figura poli,  
et quantum a summis, tantum recessit ab imis  
terra ; quod ut fiat, forma rotunda facit. 280  
par facies templi ; nullus procerit in illo  
angulis, a pluuio nudicat umbre tholis.  
cur sit uirginibus, quaeris, dea culta ministris ?  
inueniam causas hae quoque parte suas.  
ex Ope Iunonem memorant Cereremque creatas 285  
semine Saturni ; tertia Vesta fuit.  
utraque nupserunt, ambae peperisse feruntur ;  
de tribus impatiens restitit una uiri.  
quid mirum, uirgo si uirgine lacta ministra  
admittit castas ad sua sacra manus ? 290  
nec tu aliud Vestam, quam uiuam intellege flam-  
mam ;  
nataque de flamma corpora nulla uides.  
iure igitur uirgo est, quae semina nulla reuittit  
nec capit ; et comites uirginitatis habet.  
esse diu stultus Vestae simulacra putauit, 295  
mox didici curuo nulla subesse tholo.  
ignis inextinctus tempore celatur in illo.  
effligem nullam Vesta nec ignis habet.  
stat in terra sua ; ui stando Vesta uocatur ;  
causaque par Grai nominis esse potest. 300  
at foens a flammis et quod fenolet omnia, dictus ;  
qui tamen in primis aedibus ante fuit.  
hinc quoque uestibulum dei reor : iude preceando  
praefamur Vestam, quae loca prima tenet.  
ante focos olim seannis considerare longis 305  
mos erat et mensae credere adesse deos.  
nunc quoque, eum fiunt antiquae sacra Vacnae,  
ante Vacnales stantque sedentque focos.  
uenit in hos annos aliquid de more uetusto :

VI 205 a tergo M τ. 211 quo V, autem Heins. 212 sylva V τ. 213 sancto τ Peter (sic et 214). 214 semicaper V (in ras.) τ, semipater M τ. 223 monstrabat V. 229 detonso V M τ Merk., dentata uel dentosa (dentoso cod. unus) Heins. crinem V τ. 241 menti τ. 245 extulerat τ. 247 ser. ea V. 257 parilia ex V. 258 sua est τ. 261 uirginit τ. 267 ead. est quae τ Gütthl. 268 significantque deam tecta (tempta Peter) f. s. Hertzberg Peter. 271 276 circumscr. Merk. (omissis in M τ). 271 278 circumscr. Bontl. al. 274 ut Postgate, et coll. 277 syracosia V M τ. 283 uirginis τ Merk. 290 in τ. 294 amat τ Peter. 298 habent τ. 300 pars V M τ. 301 uel quod τ Gütthl. 304 praefamur Heins., quae famur V M τ. uesta V, uesta est τ. 309 aliquo et uetustas τ.

- fert missos Vestae pura patella cibos. 310  
 ecce coronatis panis dependet asellis,  
 et uelant scabras florida sarta molas.  
 sola prius furnis torrelbant farra coloni,  
 (et Fornacali sunt sua sacra deae :)  
 suppositum cineri panem focus ipse parabat 315  
 strataque erat tepido tegula quassa solo.  
 inde focum seruat pistor dominamque focorum  
 et quae puniceas uersat asella molas.  
 Praeteream referamne tuum, rubicunde Priape,  
 dedecus ? est multi fabula parua ioci. 320  
 turrigera frontem Cybele redimita corona  
 conuocat aeternos ad sua festa deos.  
 conuocat et Satyros et, rustica numina, Nymphas ;  
 Silenus, quamuis nemo uocarat, adest.  
 nec licet et longum est epulas narrare deorum. 325  
 in multo nox est peruigilata mero.  
 hi temere errabant in opacae uallibus Idae,  
 pars iacet et molli gramine membra leuat ;  
 hi ludunt, hos somnus habet ; pars bracchia necit  
 et uiridem celeri ter pede pulsata humum. 330  
 Vestae iacet placidamque capit secura quietem,  
 sicut erat, positum caespite fulta caput.  
 at ruber hortorum custos Nymphasque deasque  
 captat et errantes fertque refertque pedes.  
 aspicit et Vestam. dubium, Nymphamne putarit,  
 an scierit Vestam ; scisse sed ipse negat. 336  
 spem capit obscenam furtimque accedere temptat  
 et fert suspensos corde micante gradus.  
 forte senex, quo uectus erat, Silenus asellum  
 liquerat ad ripas lene sonantis aquae. 340  
 ibat, ut inciperet longi deus Hellesponti,  
 intempestiuo cum rudit ille sono.  
 territa uoce graui surgit dea ; conuolat omnis  
 turba, per infestas effugit ille manus.  
 Lampsacos hoc animal solita est mactare Priapo :  
 apta asini flammis indicis exta damus. 346  
 quem tu, diua, memor de pane monilibus ornas ;  
 cessat opus, uacuae conticuerunt molae.  
 Nomine quam pretio celebrat arce Tonantis,  
 dicam, Pistoris quid uelit ara Ionis. 350  
 cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis :  
 fecerat obsidio iam diuturna famem.  
 Iuppiter, ad solium superis regale uocatis,  
 'incipe' ait Marti. protinus ille refert :  
 'scilicet ignotum est, quae sit fortuna meorum, 355  
 et dolor hic animi uoce querentis eget.  
 si tamen ut referam breuiter mala iuncta pudori  
 exigit, Alpino Roma sub hoste iacet.  
 haec est, cui fuerat promissa potentia rerum,  
 Iuppiter ? hanc terris impositurus eras ? 360  
 iamque suburbanos Etruscaque contudit arma.  
 spes erat in cursu ; nunc lare pulsa suo est.  
 uidimus ornatos aerata per atria picta  
 ueste triumphales oecubuisse senes.  
 uidimus Iliacae transferri pignera Vestae 365  
 sede. putant aliquos scilicet esse deos.  
 at si respicerent, qua nos habitatis in arce,  
 totque domos uestras obsidione premi,  
 nil opis in cura seirent superesse deorum,  
 et data sollicita tura perire manu. 370  
 atque utinam pugnae pateat locus ! arma capessant,  
 et, si non poterunt exsuperare, cadant.  
 nunc inopes uictus ignanaeque fata timentes  
 monte suo clausos barbara turba premit.'  
 tunc Venus et lituo pulcher trabeaque Quirinus 375  
 Vestaque pro Latio multa locuta suo est.
- ' publica ' respondit ' cura est pro moenibus istis ;  
 Iuppiter ' et poenas Gallia uicta dabit.  
 tu modo quae desunt fruges, superesse putentur,  
 effice, nec sedes desere, Vesta, tuas. 380  
 quodecumque est solidae Cereris, caua macluna  
 frangat,  
 mollitanque manu duret in igne focus.'  
 iusserat, et fratris uirgo Saturnia iussis  
 adnuit, et mediae tempora noctis erant ;  
 iam ducibus somnum dederat labor. increpat illos  
 Iuppiter et sacro, quid uelit, ore docet : 386  
 ' surgite et in medios de summis arcibus hostes  
 mittite, quam minime perdere uultis, open.'  
 somnus abit, quaeruntque nouis ambagibus acti,  
 perdere quam nolint et inbeantur open. 390  
 esse Ceres uisa est. iaciunt Cerialia dona,  
 iacta super galeas scutaque longa sonant.  
 posse fame uinci spes excidit. hoste repulso  
 candida Pistori ponitur ara Ioui.  
 Forte reuertebat festis Vestalibus illa, 395  
 qua Noua Romano nunc uia inneta foro est.  
 huc pede matronam uidi descendere nudo :  
 obstipui tacitus sustinique gradum.  
 sensit anus uicina loci insumque sedere  
 alloquitur quatinus uoce tremente caput : 400  
 ' hoc ubi nunc fora sunt, udae tenere paludes ;  
 anne redundatis fossa madaebat aquis.  
 Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,  
 nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit.  
 qua Velabra solent in Circum ducere pompas, 405  
 nil praeter salices cassaque canna fuit.  
 saepe suburbanas rediens conuina per undas  
 cantat et ad nautas ebria uerba iacit.  
 nondum conueniens diuersis iste figuris  
 nomen ab anerso ceperat anne deus. 410  
 hic quoque lucus erat Iuicis et harundine densus  
 et pede uelato non aedeunda palus.  
 stagna recesserunt et aquas sua ripa coerceat,  
 siccaque nunc tellus : mos tamen ille manet  
 reddiderat causam. ' ualeas, anus optima ; ' dixi 415  
 ' quod superest aevi, molle sit omne, tui.'  
 Cetera iam pridem didici peruilibus annis,  
 non tamen idcirco praetereunda mihi.  
 moenia Dardanides nuper noua fecerat Ilus :  
 Ilus adhuc Asiae diues habebat opes : 420  
 creditur armeriferae signum caeleste Mineruae  
 urbis in Iliacae desiluisse inga.  
 cura uidere fuit, uidi templumque locumque.  
 hoc superest illi, Pallada Roma tenet.  
 consulitur Smintheus hucque obscurus opaco 425  
 hos non mentito reddidit ore sonos :  
 ' aetheriam seruate deam, seruabitis urbem :  
 imperium secum transferet illa loci.'  
 seruat, et inclusam summa tenet Ilus in arce,  
 cruraque ad heredem Laumedonitae redit. 430  
 sub Priamo seruata parum. sic ipsa uolebat,  
 ex quo iudicio forma reuicta sua est.  
 seu genus Adrasti, seu furtis aptus Vlixes,  
 seu pius Aeneas (eripuisse ferunt),  
 auctor in incerto, res est Romana. tuetur 435  
 Vesta, quod assiduo lumine cuncta uidet.  
 heu quantum timere patres, quo tempore Vesta  
 arsit et est tectis obruta paene suis.  
 flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes,  
 mixtaque erat flammae flamma profana piae. 440  
 attonitae flebant demisso crine ministrae :  
 abstulerat uires corporis ipse timor.

VI 313 *tota uel solda* Madv. (Adu. II 107). 316 *cassa* I. H. Voss. 317 *observat* V = Madv. 318 *quas* V. 320 *plena* τ. 341 *institerat* Madv. (Adu. II 108). 343, 344 *spurius* esse censet Bentl. 343 *conuocat* V. 345, 346 *circumscripterunt* Heins. Merk. 345 *lampsacos* ex τ. 346 *fata* (= *dicens*) 'as.—*damus* Madv. (Adu. II 108). *domans* conf. Th. Bergk (Op. I 664). 349 *quam fert* Merk. 355 *malorum* VM τ. 363 *reserata* Heins., *sacrata* Merk., *cerata* Lipsius. 380 *deses d. V. tuos* Merk. 381 *cereris solidae* τ Güthli. 388 *perdere* tres Heins. al., *mittere* V, *tradere* cett. edd. aliquot. 390 *perdere* Burm., *tradere* codd. 396 *quae* Madv. (Adu. II 108). 399 *loci* V, *loco* cett. 402 *redundantis* V, *redundanti* M τ. 406 *crassaque* V τ. 410 *aduerso* V M τ. 414 *inde* unus Merk. Güthli. 424 *illi* ex V, *illie* cett. Peter al. 430 *uenit* M τ. 433, 434 *circumscr.* Merk. 433 *gener* V τ. 434 *eripiere deam* Heins.

pronolat in medium, et magna 'succurrite!' uoce  
 'non est auxilium flere' Metellus ait.  
 'pignera uirginis fatalia tollite palmis. 445  
 non ea sunt noto, sed rapienda manu.  
 me miserum! dubitatis?' ait. dubitare uidebat,  
 et pauidas positio procubuisse genu.  
 haurit aquas, tollensque manus 'ignoscite,' dixit  
 'sacra uir intrabo non aduenda uiro. 450  
 si scelus est, in me commissi poena redundet:  
 sit capitis damno Roma soluta mei.'  
 dixit et irrupit. factum dea rapta probauit  
 pontificisq; sui munere tuta fuit.  
 Nunc bene lucetis sacrae sub Caesare flammae: 455  
 ignis in Iliacis nunc erit estque focus.  
 nullaque dicitur uittas temerasse sacerdos  
 hoc duce, nec uiuae defodiatur humo.  
 sie incesta perit, quia quam uiolauit, in illam  
 conditur, et Tellus Vestaque numen idem est. 460  
 Tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste  
 fecit et Hispanam sanguine tinxit humum.  
 scilicet interdum miscentur tristia laetis,  
 nec populum toto pectore festa iuuant.  
 Crassus ad Eufraten aquilas natumque suosque  
 perdidit et leto est ultimis ipse datus. 466  
 'Parthe, quid exultas?' dixit dea 'signa remittes,  
 quique necem Crassi nindicet, ultor erit.'

## 10. AN

At simul auritis uiolae demuntur acellis,  
 et Cereris fruges aspera saxa terunt, 470  
 nauita puppe sedens 'Delphina uidebimus,' inquit  
 'umida eum pulso nox erit orta die.'

## II B MATR-N

fam, Phryx, a nupta quercus, Tithone, relinqui,  
 et uigil Eois Lucifer exit aquis:  
 ite, bonae matres (uestrum Matralia festum), 475  
 illaque Thebanae reddite lilia deae.  
 pontibus et magno inneta est celeberrima Circo  
 area, quae positio de bone nomen habet.  
 haec ibi luce ferunt Matritae sacra parenti  
 sceptriferas Serui templa dedisse manus. 480  
 quae dea sit, quare famulas a limine templi  
 arceat (arceat enim) libaque tosta petat,  
 Bacche, racemiferos hedera redimite capillos,  
 si domus illa tua est, derige uatis opis. 485  
 arserat obsequio Seneca Iouis. accipit Iuo  
 te, puer, et summa sedula nutrit ope.  
 intumuit Iuno, raptum quod paelice intum  
 ednoet. at sanguis ille sororis erat.  
 hinc agitur furiis Athanas et imagine falsa,  
 tuque cadis patria, parue Leache, manu. 490  
 maesta Leacheas mater tumulauerat umbras  
 et dederat miseris omnia iusta rogis.  
 haec quoque, funestos ut erat lamata capillos,  
 prosilit et emisit te, Melicerta, rapit.  
 est spatium contracta breui, freta bina repellit 495  
 unaque pulsatur terra duabus aquis.  
 huc uenit insanis natum complexa laertis  
 et secum et caelo mittit in alta iugo,  
 excipit illaesos Panope centumque sorores,  
 et placido lapsu per sua regna ferunt. 500  
 nondum Leneothea, nondum puer ille Palaemon,  
 uerticibus densi Thybridis ora tenent.  
 hucus erat; dubium Semelae Stimulaene uocetur:  
 Maenadas Ausonias incoluisse ferunt.  
 quaerit ab his Iuo, quae gens foret. Arcadas esse  
 audit et Euandrum scepra tenere loci. 506

dissimulata deam Latias Saturnia Bacchas  
 instimulat fictis insidiosa sonis:  
 'o nimium faciles, o toto pectore captae,  
 non uenit haec nostris hospes amica choris. 510  
 fraude petit sacrique parat cognoscere ritum.  
 quo possit poenas pendere, pignus habet.'  
 uix bene desiderat, complent ululatibus auras  
 Thyiades, effusis per sua colla comis,  
 iniunguntque manus puerumque reuellere pugnant.  
 quos ignorat adhuc, inuocat illa deos: 516  
 'dique uirique loci, miserae succurrite matri!'  
 clamor Auentini saxa propinqua ferit.  
 appulerat ripae uaccas Octaeus Iliberas:  
 audit et ad uocem conceitus urget iter. 520  
 Hereulis aduentu, quae nim modo ferre parabant,  
 turpia femineae terga dedere fugae.  
 'quid petis hinc,' (cognorat enim) 'matertera Bacchi?  
 an numen, quod me, te quoque uexat?' ait.  
 illa docet partim, partim praesentia nati  
 continet et furiis in scelus isse pudet. 525  
 rumor, ut est uelox, agitatibus percolat alis;  
 estque frequens, Iuo, nomen in ore tuum.  
 hospita Carmentis fidos intrasse penates  
 dixeris et longam deposuisse famem. 530  
 lila sua properata manu Tegeaea sacerdos  
 traditur in subito coepta dedisse foco.  
 nunc quoque lila iuuant festis Matralibus illam.  
 rustica sedulitas gratior arte fuit.  
 'nunc,' ait 'o nates, uenientia fata resigna, 535  
 qua licet. hospitibus hoc, precor, adde meis.'  
 parua mora est, caelum uates ac numina sumit  
 litque sui toto pectore plena dei.  
 uix illam subito posses cognoscere, tanto  
 sanetior et tanto, quam modo, maior erat. 540  
 'laeta eunam, gaude, defuncta laboribus Iuo,'  
 dixit 'et huic populo prospera semper ades.  
 numen eris pelagi: natum quoque pontus habebit.  
 in uestris aliud sumite nomen aquis:  
 Leneothea Grais, Matuta uocabere nostris: 545  
 in portus nato ius erit omne tuo,  
 quem nos Portunum, sua lingua Palaemona dicit.  
 ite, precor, nostris aequus interque locis.'  
 aduenerat, promissa fides, posuere labores:  
 nomina mutarunt. hic deus, illa dea est. 550  
 Cur uetet ancillas accedere, quaeritis? odit:  
 principiumque odii, si sinat illa, canam.  
 una ministrarum solita est, Cadmei, tuarum  
 saepe sub amplexus coniugis ire tui.  
 improbus hanc Athanas furtim dilexit; ab illa 555  
 comperit agricolis semina tosta dari.  
 ipsa quidem fecisse negat, sed fama recepit.  
 hoc est, eum odio sit tibi serua manus.  
 Non tamen hanc pro stirpe sua pia mater adoret,  
 ipsa parum felix nisa fuisse parens. 560  
 alterius prolem melius mandabit illi.  
 utilior Baccho quam fuit ipsa suis.  
 hanc tibi 'quo properas?' memorant dixisse, Rutili,  
 'luce mea Marso consul ab hoste cades.'  
 exitus accessit uerbis, flumenque Toleni 565  
 purpureum mixtis sanguine fluxit aquis.  
 proximus amicus erat: Pallantide caesus eadem  
 Didius hostiles ingeminant opes.  
 Lux eadem, Fortuna, tua est auctorque locusque.  
 sed superiniectis quis latet iste togis? 570  
 Seruus est; et constat enim. sed causa latendi  
 discrepat et dubium me quoque mentis habet.  
 dum dea furtinos timide profitetur amores,  
 caelestemque homini conculuisse pudet  
 (arsit enim magno correpta epinide regis 575  
 caecaeque in hoc uno non fuit illa uiro),

VI 444 officium τ. 456 erit usque L. Mueller (Rhein. Mus. 1865, 263). 458 sic Postgate, uina defodiatur codd. unlg. 463, 464 'an post 466 ponendi?' Riese. 464 ne et inuent τ. 482 petit V τ. 487 raptum τ edd. plerique, rapta V τ. 495 'fort. quae spatium' Riese. 498 com. V, or τ Riese. 502 densi Heinss., densis codd. 505 his uia V. 514 thgades V. 515 auellere temptant τ. 533 illa τ Merk. 543 adrs V. 544 nostris τ. 549 annuerunt τ. 563 caducei cod. unus, cadmea cett. 557 neque Ma Iv. (Adu. II 109). 559 sibi V. 562 illa V M τ. 563 tibi proposito V τ. 567 cretus V τ. 571 et V τ, iam V τ, id C. Scheukl, ceterum constat τ Peter.

- nocte domum parua solita est intrare fenestra :  
unde Fenestellae nomina porta tenet.  
nunc pudet, et uultus uelamine celat amatos,  
oraque sunt multa regia tecta toga. 580  
an magis est uerum, post Tulli funera plebem  
confusam placidi morte fuisse senis :  
nec modus ullus erat, crescebat imagine luctus,  
donec eum positus occulere togis?  
tertia causa mihi spatio maiore canenda est ; 585  
nos tamen adductos intus agemus equos.  
Tullia coniugio, sceleris mercede, peracto  
his solita est dietis extimulare uirum :  
'quid inuat esse pares, te nostrae caede sororis,  
meque tui fratris, si pia uita placet? 590  
uiuere debuerant et uir meus et tua coniunx,  
si nullum ausuri maius eramus opus.  
et caput et regnum facio dotale parentis.  
si uir es, i, dictas exige dotis opes.  
regia res scelus est. socero cape regna necato, 595  
et nostras patrio sanguine tingue manus.'  
talibus instinctus solio priuatus in alto  
sederat. attonitum uulgos ad arma ruit :  
hinc cruor, hinc caedes, infirmaque uincitur aetas :  
sceptra gener socero rapta Superbus habet. 600  
ipse sub Esquilis, ubi erat sua regia, caesus  
concidit in dura sanguinolentus humo.  
filia carpento patrios initura penates  
ibat per medias altra feroxque uias.  
corpus ut aspexit, lacrimis auriga profusis 605  
restitit. hunc tali corripit illa sono :  
'vadis, an expectas pretium pietatis amarum?  
due, inquam, inuitas ipsa per ora rotas.'  
certa fides facti. dictus Sceleratus ab illa  
nicus, et aeterna res ea pressa nota. 610  
post tamen hoc ausa est templum, monumenta pa-  
rentis,  
tangere. mira quidem, sed tamen acta loquar.  
signum erat in solio residens sub imagine Tulli ;  
dicitur hoc oculis opposuisse manum,  
et uox audita est 'uultus abscondite nostros, 615  
ne natae uideant ora nefanda meae!'  
ueste data tegitur. uetat hanc Fortuna moueri  
et sic e templo est ipsa locuta suo :  
'ore reuelato qua primum lice patebit  
'Seruius, haec positi prima pudoris erit.' 620  
parcite, matronae, uetitas attingere uestes ;  
sollemni satis est noce mouere preces.  
sitque caput semper Romano tectus amietu,  
qui rex in nostra septimus Vrbe fuit.  
arserat hoc templum. signo tamen ille pepercit 626  
ignis ; opem nato Muleiber ipse tulit.  
nanique pater Tulli Vulcanus, Oeresia mater  
praesignis facie Corniculana fuit.  
hanc secum Tanaquil, sacris de more peractis,  
iussit in ornatum fundere uina focum. 630  
hie inter cineres obsceni forma uirilil  
aut fuit, aut uisa est : sed fuit illa magis.  
iussa loco captiua sedet. conceptus ab illa  
Seruius a caelo semina gentis habet.  
signa dedit genitor tunc cum caput igne corusco  
contigit, inque comis flammeus arsit apex. 636  
Te quoque magnifica, Concordia, dedicat aede  
Liuiam, quam primo praestitit ipsa niro.  
disce tamen, ueniens aetas, ubi Liuiam nunc est  
porticus, immensae tecta fuisse domus. 640  
urbis opus domus una fuit, spatiumque tenebat,  
quo breuius muris oppida multa tenent.  
haec aequata solo est, nullo sub crimine regni,  
sed quia luxuria uisa nocere sua.
- sustinuit tantas operum subuertere moles, 645  
totque suas heres perdere Caesar opes.  
sic agitur censura et sic exempla parantur,  
cum iudex, alios quod monet, ipse facit. 580
12. CN 13. D EID-N
- Nulla nota est ueniente die, quam dicere possis.  
Idibus Inuicto sunt data templa Ioui. 650  
et iam Quinquatrus iubeor narrare minores.  
nunc ades o coeptis, flaua Minerua, meis.  
'cur uagus incedit tota tibicen in Vrbe?  
quid sibi personae, quid stola longa uolunt?' 655  
sic ego. sic posita Tritonia cuspidi dixit :  
(possim utinam doctae uerba referre deae !)  
'temporibus ueterum tibicinis usus auorum  
magnus et in magno semper honore fuit :  
cantabat fanis, cantabat tibia ludis,  
cantabat maestis tibia funeribus : 660  
dulcis erat mercede labor. tempusque secutum,  
quod subito gratiae frangeret artis opus ;  
adde quod aedilis, pompam qui funeris irent,  
artifices solos iusserat esse decem.  
exilio mutant urbem Tiburque recedunt. 665  
exilium quodam tempore Tibur erat.  
quaeritur in scaena caua tibia, quaeritur aris ;  
ducit supremos nenia nulla toros.  
seruierat quidam, quantolibet ordine dignus,  
Tibure, sed longo tempore liber erat. 670  
rure dapes parat ille suo turbamque canoram  
conuocat : ad festas conuenit illa dapes.  
nox erat, et uinis oculique animique natabant,  
cum praecomposito nuntius ore uenit,  
atque ita "quid cessas conuiuia soluere?" dixit 676  
"anctor uindictae iam uenit ecce tuae."  
nec mora, conuiuiae ualido titubantia uino  
membra mouent : dubii stantque labantque pedes.  
at dominus "discedite" ait plastroque morantes  
sustulit : in plastro scirpea lata fuit. 680  
allicient somnos tempus motusque merumque,  
potaque se Tibur turba redire putat.  
iamque per Esquilias Romanam intrauerat urbem,  
et mane in medio plaustra fuere foro.  
Plautius, ut posset specie numeroque senatum  
fallere, personis imperat ora tegi, 686  
admissetque alios et, ut hunc tibicina coetum  
augeat, in longis uestibus esse iubet ;  
sic reduces bene posse tegi, ne forte notentur  
contra collegae iussa redisse sui. 690  
res placuit, cultuque nouo licet Idibus uti  
et canere ad ueteres uerba iocosa modos.'  
Haec ubi perdocuit, 'superest mihi discere' dixi  
'cur sibi Quinquatrus illa uocata dies.'  
'Martius' inquit 'agit tali mea nomine festa, 695  
estque sub inuentis haec quoque turba meis.  
prima terebrato per rara foramina buxo  
ut daret, effeci, tibia longa sonos.  
uox placuit : faciem liquidis referentibus undis  
uidi uirgineas intumuisse genas. 700  
"ars mihi non tanti est ; ualeas, mea tibia"  
dixi :  
excipit abiectam caespitem ripa suo.  
inuentam Satyrus primum miratur et usum  
nescit et inflatum sensit habere sonum ;  
et modo dimittit digitis, modo concepit auras. 705  
iamque inter Nymphas arte superbus erat.  
prouocat et Phoebum. Phoebos superante pepen-  
dit ;  
caesa recesserunt a cute membra sua.

VI 582 *ducis* codd. Güthl. 584 *eam* τ. 593 *facito* V τ. 594 *i* cod. unus Heins., in codd. 598 *in a.* V τ. 599 *et caedes* V τ. 609 *illo conii.* Riese. 629 *paratis* τ. 633 *foco* V τ uulg., *fouet* τ Heins. Burm. *ab illo* V. 635 *tum* τ Peter. 638 *primo* V, *primo* C. Schenk, 'fort. proprio' Riese. 640 *fuere* V<sup>1</sup> τ. 648 *iudex* V τ. 649 *discre* τ Peter, *duere* τ. 652 *raua* Bentl. 654 *toga* V τ. 656 *possem* τ. 662 *grauae* τ Heins. *al. opes* τ. post hunc uersum lacunam notauit Pighius. 663 *pompam* V, *pompa* cett. 682 *totaque* V τ. 685 *Plautius* Pighius. *callidus* V<sup>1</sup> M τ, *claudius* V<sup>2</sup> τ Riese. *possent* Pighius. *senatus* V<sup>1</sup> τ. 690 *uenire* V. 691 *libet* cod. unus Merk. 696 *cura* Koch (Symb. Ritsch. 357). 700 *uidi* et V τ. 701 *ars mea* V. 702 *efflatam* V τ. *sentit* τ.

sum tamen inuentrix auctorque ego carminis huius.  
hoe est, cur nostros ars colat ista dies.' 710

## 14 E E[N] 15 F Q-ST-D-F

Tertia lux ueniet, qua tu, Dodoni Thyone,  
stabis Agenorei fronte uidenda bouis.  
haec est illa dies, qua tu purgamina Vestae,  
Thybrī, per Etruscas in mare mittis aquas.  
siqua fides uentis, Zephyro date carbasa, nautae.  
eras ueniet uestris ille secundus aquis. 716

## 16. GC 17. HC 18. AC

At pater Heliadum radios ubi tinxerit undis,  
et cinget geminos stella serena polos,  
tollet humo ualidos proles Hyriae lacertos.  
continua Delphin nocte uidendus erit. 720  
scilicet hic olim Volscos Aequosque fugatos  
uiderat in campis, Algida terra, tuis:  
unde suburbano clarus, Tuberte, triumpho  
uectus es in niueis, Postume, uictor equis.

## 19. BC

Iam sex et totidem luces de mense supersunt, 725  
hinc unum numero tu tamen adde diem.  
sol abit a Geminis, et Caneri signa rubeant:  
coepit Auentina Pallas in arce coli.

## 20. CC

Iam tua, Laumedon, oritur nurus ortaue noctem  
pellit, et e pratis nda pruina fugit: 730  
reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur  
tum, cum Romanis, Pyrrhe, timendus eras.  
Hanc quoque cum patriis Galatea receperit undis,  
plenaque securae terra quietis erit,  
surgit humo iuuenis telis allatus auitis, 735  
et gemino nexas porrigit angue manus.  
notus amor Phaedrae, nota est iniuria Thesei:  
deuonit natum credulus ille suum.  
non iurpne pius iuuenis Troezena petebat:  
diuidit obstantes pectore taurus aquas. 740  
solliciti terrentur equi, frustraue retenti  
per scopulos dominum duraque saxa trahunt.  
excederat currū lorisque morantibus artus  
Hippolytus lacero corpore raptus erat  
reddideratque animam, multum indignante Diana.  
'nulla' Coronides 'causa doloris' ait: 746  
'namque pio iuueni nitam sine uulnere reddam,  
et cedent arti tristia fata meae.'  
gramina continuo loculis deprouit eburnis:  
profuerant Glauci manibus illa prius, 750  
tuue cum obseruatas angur descendit in herbas,  
usus et auxilio est anguis ab angue dato.  
pectora ter tetigit, ter uerba salubria dixit:  
depositum terra sustulit ille caput.  
lucis cum Nemorisque tui, Dietyrna, recessus 755  
celat: Aricino Virbius ille lacu.  
at Clymenus Clotho que dolent: haec, fila reneri,  
hic, fieri regni iura minora sui.  
Iuppiter, exemplum ueritus, direxit in ipsum  
fulmina, qui iniuria mouerat artis opem. 760  
Phoebe, querebaris: deus est; placere parenti;  
propter te, fieri quod uetat, ipse facit.

## 21. DC

Non ego te, quamuis properabis uincere, Caesar,  
si uetet auspiciū, signa mouere uelim.  
sint tibi Flaminius Trasimenaque litora testes, 765  
per uolucres aequos multa monere deos.  
tempora si ueteris quaeris temeraria damni,  
quintus ab extremo mense bis ille dies.

## 22. EC

Postera lux melior. superat Masinissa Syphacem,  
et cecidit telis Hadrubal ipse suis. 770

## 23. FC 24. GC

Tempora labuntur, tacitissime senescimus annis,  
et fugiunt freno non renouante dies.  
quam cito uenerunt Fortunae Fortis honores!  
post septem luces Iunius actus erit. 775  
ite, deam laeti Fortem celebrate, Quirites:  
in Tiberis ripa munera regis habet.  
pars pede, pars etiam celeris decurrere cumba,  
nec pudeat potos iude redire domum.  
ferre coronatae iuuenum conuiuia fntres,  
multaque per medias uina bibantur aquas. 780  
plebs colit hanc, quia qui posuit, de plebe fuisse  
fertur et ex humili scepra tulisse loco.  
conuenit et seruis, serua quia Tullius ortus  
constituit dubiae templa propinqua deae.

## 25. HC 26. AC

Ecce suburbana rediens male sobrius aede 785  
ad stellas aliquis talia uerba iacit:  
'zona latet tua nunc, et cras fortasse latebit:  
dehinc erit, Orion, aspicienda mihi.'  
at si non esset potus, dixisset eadem  
nenturum tempus solstitiale die. 790

## 27. BC

Lucifero subeunte Lares delubra tulerunt  
hic, ubi fit docta multa corona manu.  
tempus idem Stator aedis habet, quam Romulus olim  
ante Palatini condidit ora iagi.

## 28. CF

Tot restant de mense dies, quot nomina Pareis, 795  
cum data sunt trabeae templa, Quirine, tuae.

## 29. DF 30. EC

'Tempus Iuleis cras est natale Kalendis:  
Pierides, coeptis addite summa meis.  
dicite, Pierides, quis uos adiunxerit isti,  
cui dedit inuitas uicta nouerca manus?' 800  
sic ego. sic Clio: 'clari monumenta Philippi  
aspicis, unde trahit Marcia casta genus:  
Marcia, sacrificio deductum nomen ab Anco,  
in qua par facies nobilitate sua est.  
[par animo quoque forma suo respondet; in illa Sos  
et genus et facies ingeniumque simul.]  
nec quod laudamus formam, tu turpe pararis:  
laudamus magnas haec quoque parte deas,  
nupta fuit quondam matertera Caesaris illi.  
o deus, o sacra femina digna domo!' 810  
sic cecinit Clio. doctae assensere sorores;  
adnuat Alcides increpuitque lyram.

VI 711 nox V τ. dione τ. thylene Naugierus. 721 hinc V. 723 turbe V τ. 724 postmodo V<sup>1</sup> M τ. 727 a. e M τ. 735 stellis V τ. acatis V. 736 geminas neo Peter, Geminis nexas Th. Bergk (Op. I 665). 739, 740 om. M τ. circumscr. Heins. al. 751, 752 circumscr. Heins. 751 anguis cod. unus Merk. ad umbras duo Merk. 755 sui M τ. recessu V τ. 757 Clymeus Heins., Clymenes τ. lachesis V τ. reneri Salmasius, teueri codd. 759 exempli V<sup>1</sup>, exemplo V<sup>2</sup> M τ. 760 nouerat V M τ. Riese. 763 770 post 794 ponit Riese. 768 quartus τ. Merk. mense erit V τ. Riese. 789 stultus V τ. pulsus M τ. 793 quam V, quod cett. 799 adduxerit V M τ. istuc V τ. 803, 804 citat Gilbert (Neue Jahrb. 1878, p. 783). 804 pars Merk. est om. M τ. 805 806 circumscr. Bronkbusius al. 806 'an est grauis?' Riese. 807 tam tarpe V M τ. 812 lyra M τ.

P. OVIDI NASONIS  
TRISTIVM

LIBER PRIMVS

I

**P**ARVE (nec inuideo) sine me, liber, ibis in  
urbem :  
ei mihi, quod domino non licet ire tuo.  
uade, sed incultus, qualem decet exulis esse :  
infelix habitum temporis huius habe.  
nec te purpureo uelent naccinia fuco : 5  
non est conueniens luctibus ille color :  
nec titulus nimio nec cedro charta notetur,  
candida nec nigra cornua fronte geras.  
felices ornent haec instrumenta libellos :  
fortunae memorem te decet esse meae. 10  
nec fragili geminae poliantur punice frontes,  
hirsutus sparsis ut uideare comis.  
nene liturarum pudeat. qui uiderit illas,  
de lacrimis factas sentiat esse meis.  
uade, liber, uerbisque meis loca grata saluta : 15  
contingam certe quo licet illa pede.  
si quis, ut in populo, nostri non inmemor illi,  
si quis, qui quid agam forte requirat, erit :  
uiuere me dices, saluum tamen esse negabis :  
id quoque, quod uiuam, munus habere dei. 20  
atque ita tu tacitus (quaerenti plura legendum)  
ne quae non opus est forte loquere, caue.  
profinus admonitus repetet mea crimina lector,  
et peragar populi publicis ore reus.  
tu caue defendas, quamuis mordebere dictis : 25  
causa patrocinio non bona maior erit.  
inuenies alicquem qui me suspiret ademptum,  
carmina nec siccis perlegat ista genis,  
et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet,  
sit mea lenito Caesare poena leuis : 30  
nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ille, precamur,  
placatos miseris qui uolet esse deos :  
quaeque uolet, rata sint, ablataque principis ira  
sedibus in patriis det mihi posse mori.  
ut peragas mandata, liber, culpabere forsan 35  
ingeniique minor laude ferere mei.  
iudicis officium est, ut res, ita tempora rerum  
quaerere : quaesito tempore tutus eris.  
carmina proneniunt animo deducta sereno :  
nubila sunt subitis tempora nostra malis. 40  
carmina secessum scribentis et otia quaerunt :  
me mare, me uenti, me fera iactat hiemps.  
carmimbus metus omnis abest : ego perditus ensem  
haesurum iugulo iam puto iamque meo.  
haec quoque quod facio, iudex mirabitur aequus, 45  
scriptaque cum uenia qualicumque leget.  
da mihi Maeoniden, et tot circumspice casus :  
ingenium tantis excidet omne malis.  
denique securus famae, liber, ire memento,

nec tibi sit lecto displicuisse pudor. 50  
non ita se praebet nobis fortuna secundam,  
ut tibi sit ratio laudis habenda tuae.  
donec eram sospes, tituli tangebar amore,  
quaerendique mihi nominis ardor erat.  
carmina nunc si non studiumque, quod obfuit, odi,  
sit satis : ingenio sic fuga parta meo. 56  
tu tamen i pro me, tu, cui licet, aspice Romam :  
di facerent, possem nunc meus esse liber.  
nec te, quod uenias magnam peregrinus in urbem,  
ignotum populo posse uenire puta. 60  
ut titulo careas, ipso noscere colore :  
dissimulare uelis, te liquet esse meum.  
clam tamen intrato, ne te mea carmina laedant :  
non sunt ut quondam plena fauoris erant.  
si quis erit qui te, quia sis mens, esse legendum 65  
non putet, e gremio reiciatque suo,  
'inspice' dic 'titulum. non sum praeceptor amoris ;  
quas meruit, poenas iam dedit illud opus.'  
forsitan expectes, an in alta palatia missum  
scandere te iubeam Caesareamque domum. 70  
ignoscant augusta mihi loca dique locorum :  
uenit in hoc illa fulmen ab arce caput.  
esse quidem memini mitissima sedibus illis  
numina ; sed timeo qui nocuere deos.  
terretur minimo pennae stridore columba, 75  
unguibus, accipiter, saucia facta tuis.  
nec procul a stabulis audet discedere, si qua  
exussa est auidi dentibus agna lupi.  
uitaret caelum Phaethon si uiueret, et quos  
optarat stulte, tangere nollet equos. 80  
me quoque, quae sensi, fateor Iouis arma timere :  
me reor infesto, cum tonat, igne peti.  
quicumque Argolica de classe Capherea fugit,  
semper ab Euboicis uela retorquet aquis.  
et mea cumba semel uasta percussa procella 85  
illum, quo laesa est, horret adire locum.  
ergo caue, liber, et timida circumspice mente :  
ut satis a media sit tibi plebe legi.  
dum petit infirmis nimium sublimia pennis  
Icarus, aequoreis nomina fecit aquis. 90  
difficile est tamen hinc, remis utaris an aura,  
dicere. consilium resque locusque dabunt.  
si poteris uacuo tradi, si cuncta uidebis  
mitia, si uires fregerit ira suas :  
si quis erit qui te dubitantem et adire timentem 95  
tradat et ante tamen pauca loquatur, adi.  
luce bona dominoque tuo felicior ipso  
peruenias illuc et mala nostra leues,  
namque ea uel nemo, uel qui mihi uulnera fecit,  
solus Achilleo tollere more potest. 100  
tantum ne noceas, dum uis prodesse, uideto.

I I 12 *sparsis* G(uelferbytanus) H(olkhamieus) ω, *passis* A (= Mareianus Politiani) P(alatinus 910) V(aticanus 1606) τ. 14 *sentiet* τ. 17 *illi* G V τ, *illo* A H τ, *extat* τ. 18 *requirat* τ. 21 *legendus* Riese. 21, 22 *tu—caue. te—dabis* τ. 26 *peior* τ edd. ; sed uide ed. Ox. prolegg. p. lxxi. 43 *obest* Francius. 47 *circumspice* Heins. 83 *eapherea* codd. ; cf. V vii 36. 84 *retorsit* Bentl. 90 *aequoreis nomina f. aquis* τ, *aequoreas nomine f. aquas* Γ (= consensus librorum A G H P V), *Iearias nomine f. aquas* ω.



nam spes est animi nostra timore minor :  
 quaeque quiescebat, ne mota resacuat ira,  
 et poenae tu sis altera causa, caue.  
 cum tamen in nostrum fueris penetrabile receptus 105  
 contigerisque tuam, serinia curua, domum,  
 aspicias illic positos ex ordine fratres,  
 quos studium cunctos euigilauit idem.  
 cetera turba palam titulos ostendat apertos,  
 et sua detecta nomina fronte geret ; 110  
 tres procul obscura latitantes parte uidebis :  
 (hi qui, quod nemo nescit, amare docent)  
 hos tu uel fugias uel, si satis oris habebis,  
 Oedipodas facito Telegonosque uoces.  
 deque tribus, moneo, si qua est tibi cura parentis,  
 ne quenuquam, quamuis ipse docebit, ames. 116  
 sunt quoque mutatae, ter quinque uolumina, formae,  
 nuper ab excoquis carmina rapta meis.  
 his maudo dicas inter mutata referri  
 fortunae nullum corpora posse meae. 120  
 namque ea dissimilis subito est effecta priori,  
 flectendaque nunc, aliquo tempore laeta fuit.  
 plura quidem mandare tibi, si quaeris, habebam :  
 sed uereor tardae causa fuisse uiae.  
 et si quae subeunt, tecum, liber, omnia ferres, 125  
 sarcina laturo magna futurus eras.  
 longa uia est, propera : nobis habitabitur orbis  
 ultimus, a terra terra remota mea.

## II

Di maris et caeli (quid enim nisi nota supersunt ?)  
 soluere quassatae parcite membra ratis,  
 neue, precor, magni subscribite Caesaris irae :  
 saepe premente deo fert deus alter opem.  
 Mulceber in Troiam, pro Troia stabat Apollo : 5  
 aequa Venus Teueris, Pallas iniqua fuit.  
 oderat Aeneam propior Saturnia Turno :  
 ille tamen Veneris iuimine tutus erat.  
 saepe feroc cautum petiit Neptunus Mlixem,  
 eripuit patrum saepe Minerua suo. 10  
 et nobis aliquid, quamuis distamus ab illis,  
 quis uetat irato mumen adesse deo ?  
 uerba miser frustra non profluentia perdo ;  
 ipsa graues spargunt ora loquentis aquae,  
 terribilisque Notus iactat mea dicta, precesque, 15  
 ad quos mittuntur, non sinit ire deos.  
 ergo idem uenti, ne causa laedar in una,  
 uelaeque nescioquo uotaque nostra ferunt.  
 me miserum, quanti montes uoluntur aquarum !  
 iam iam tacturos sidera summa putes. 20  
 quantae diducto subsidunt aequore ualles !  
 iam iam tacturas Tartara nigra putes.  
 quocumque aspicio, nihil est nisi pontus et aer,  
 fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.  
 inter utrumque fremunt immani murmuris uenti : 25  
 nescit, cui domino pareat, unda maris.  
 nam modo purpureo uires capit Eurus ab ortu,  
 nunc Zephyrus sero uespere missus adest,  
 nunc sicca gelidus Boreas bacehatrur ab Areto,  
 nunc Notus aduersa proelia fronte gerit. 30  
 rector in incerto nec quid fugiatque petatue  
 inuenit : ambiguis ars stupet ipsa malis.  
 scilicet occidimus, nec spes est ulla salutis,  
 dumque loquor, uultus obruit unda meos.  
 opprimit hanc animam fluctus, frustaque precanti  
 ore necaturas accipiemus aquas. 36  
 at pia nil aliud quam uen dolet exule coniunx  
 hoc unum nostri scitque gemitque iunx.

nescit in immenso iactari corpora ponto,  
 nescit agi uentis, nescit adesse necum. 40  
 o bene, quod non sum necum conscendere passus,  
 ne mihi mors misero his patienda foret.  
 at nunc ut peream, quoniam carct illa periclo,  
 dimidia certe parte superstes ero.  
 ci mihi, quam celeri micuerunt nubila flamma ! 45  
 quantus ab aetherio personat axe fragor !  
 nec leuius tabulae laterum feriuntur ab undis,  
 quam graue balistae moenia pulsant onus.  
 qui nenit hic fluctus, fluctus supereminet omnes :  
 posterior nono est undecimoque prior. 50  
 nec letum timeo : genus est miserabile leti.  
 demite naufragium, mors mihi munus erit.  
 est aliquid, fatone suo ferreus cadentem  
 in solida moriens ponere corpus humo,  
 et mandare suis aliqua, et sperare sepulcrum, 55  
 et non aequoreis piscibus esse cibum.  
 fugite me dignum tali nece, non ego solus  
 hic uehor : inmeritos cur mea poena trahit ?  
 pro superi uiridesque dei, quibus aequora curae,  
 utraque iam uestras sistite turba minas : 60  
 quamque dedit uitam mitissima Caesaris ira,  
 hanc sinite infelix in loca iussa feram.  
 si quoque quam uerui poenam me pendere uultis,  
 culpa mea est ipso indice morte minor.  
 mittere me Stygias si iam noluisset in undas 65  
 Caesar, in hoc uestra non eguisset ope.  
 est illi nostri non inuidiosa cruoris  
 copia ; quodque dedit, cum uolet, ipse feret.  
 uos modo, quos certe nullo, puto, crimine laesi,  
 contenti nostris iam, precor, este malis. 70  
 nec tamen, ut enneti miserum seruare uelitis,  
 quod periit, saluum iam caput esse potest.  
 ut mare considat uenti-que ferentibus utar,  
 ut mihi pareatis, non minus exul ero.  
 non ego diuitias auidus sine fine parandi 75  
 latum mutandis mercibus aequor aro :  
 nec peto, quas quondam petii studiosus, Athenas,  
 oppida non Asiae, non loca uisa prius,  
 non ut Alexandri clarum delatus in urbem  
 delicias uideam, Nile iocose, tuas. 80  
 quod faciles opto uentos, (quis credere posset ?)  
 Sarmatis est tellus, quam mea uela petunt.  
 obligor, ut tangeri laeui fera litora Ponti ;  
 quodque sit a patria iam figa tarda, queror.  
 nescioquo uideam positos ut in orbe Tomitas, 85  
 exilium facio per mea uota uiam.  
 seu me diligitis, tantos compositae fluctus,  
 pronaque sint nostrae uoluntates rati ;  
 seu magis odistis, iussae me aduertite terrae :  
 supplicii pars est in regione mei. 90  
 ferte (quid hic facio ?) rapidi mea corpora uenti :  
 Ausonios fines cur mea uela uolunt ?  
 noluit hoc Caesar, quid, quem fugat ille, tenetis ?  
 aspiciat uultus Ponticae terra meae.  
 et iubet et merui ; nec, quae damnauerit ille, 95  
 crimina defendi fasque piunque puto.  
 si tamen acta deos nunquam mortalia fallunt,  
 a culpa facinus scitis abesse mea.  
 immo ita si scitis, si me meus abstulit error,  
 stultaque mens nobis, non scelerata, fuit : 100  
 quod licet et minimis, domui si fauimus illi,  
 si satis Augusti publica iussa mihi :  
 hoc duce si dixi felicia saecula proque  
 Caesare tura piis Caesaribusque dedi :  
 si fuit hic animus nobis, ita parcite diui : 105  
 si minus, alta cadens obruat unda caput.  
 fallor, an incipiunt grauidae uanescere nubes,

I 112 hi qui G V, hi quoque A H P  $\omega$ , sic quoque Benth. Madv. 124 niae A G V, morue H P  $\omega$ . II 41  $\omega$ , di f. 63 fatone—ferroue Heims. edd., fatone—ferroue f  $\omega$ . eudentem  $\tau$ , calcendum f  $\omega$ . 54 solida  $\tau$ , solida f  $\omega$ . 55 aliqua et  $\tau$ , aliquid (om. cl)  $\tau$  Burnm., aliquid cl f  $\omega$ . 63 q. quam A G H P, q. quia V, quoniam  $\omega$ , quantam Rappold Elhw. pocnum—pendere  $\tau$ . 65 in. ad  $\tau$  edd. 77, 78 post 80 transposuit Elhw. 78 loca. uiri  $\omega$ . 81 faciles Heims., facile est cold. possit A G H P  $\omega$ , possit V  $\tau$ . 84 tam G  $\tau$ , iua A H P V  $\omega$ . 90 mei Canonianus Lat. I, quod coniecerat Heims., moti cett. 92 nihil  $\tau$ . 96 fasce piunne  $\tau$ . 100 meas nobis, non  $\omega$ , non nobis uenas f, ego in ed. Ox. 101 q. t. el G, q. t. e A H P V  $\omega$ , quantibet e  $\tau$ . 104 pius f  $\tau$ , pius  $\tau$ .

uictaque mutati frangitur unda maris?  
non casu, uos sed sub condicione uocati,  
fallere quos non est, hanc mihi fertis open. 110

## III

Cum subit illius tristissima noctis imago,  
qua mihi supremum tempus in urbe fuit,  
cum repeto noctem qua tot mihi cara reliqui,  
labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.  
iam prope lux aderat, qua me discedere Caesar  
fimbis extremas iusserat Ausoniae.  
nec spatium nec mens fuerat satis apta parandi:  
torpuerant longa pectora nostra mora.  
non mihi seruorum, comites non cura legendi,  
non aptae profugo uestis opisue fuit. 10  
non aliter stupui, quam qui louis ignibus ictus  
uiuuit et est uitae nescius ipse suae.  
ut tamen hanc animi nubem dolor ipse remouit,  
et tandem sensus conualuere mei,  
alloquor extremum maestos abiturus amicos,  
qui modo de multis unus et alter erat. 15  
uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,  
imbre per indignas usque cadente genas.  
nata procul Libycis aberat diuersa sub oris  
nec poterat fati certior esse mei. 20  
quocumque aspiceres, luctus gemitusque sonabant,  
formaque non taciti funeris intus erat.  
femina uirque meo, pueri quoque funere maerent:  
inque domo lacrimas angulus omnis habet.  
si licet exemplis in paruis grandibus uti, 25  
haec facies Troiae, cum caperetur, erat.  
iamque quiescebant uoces hominumque canumque,  
Lunaque nocturnas alta regebat equos.  
hanc ego suspiciens et ad hanc Capitolia cernens,  
quae nostro frustra iuncta fuere Lari, 30  
'numina uicinis habitantia sedibus' inquam,  
'iamque oculis numquam templa uidentia meis,  
dique relinquendi, quos urbs habet alta Quirini,  
este salutati tempus in omne mihi.  
et quamquam sero clipeum post uulnera sumo, 35  
attamen hanc odiis exonerata fugam;  
caelestique uiro, quis me deceperit error,  
dicite, pro culpa ne scelus esse putet.  
ut quod uos scitis, poenae quoque sentiat auctor,  
placato possun non miser esse deo.' 40  
haec prece adoranti superos ego: pluribus uxor,  
singultu medios impediens sonos.  
illa etiam ante Lares passis adstrata capillis  
contigit extinctos ore tremente focos,  
multaque in aduersos effudit uerba Penates 45  
pro deplorato non ualitura uiro.  
iamque morae spatium nox praecipitata negabat,  
uersaque ab axe suo Parrhasis Aretos erat.  
quid facerem? blando patriae retinebar amore:  
ultima sed inssae nox erat illa fugae. 50  
a, quotiens aliquo dixi properante 'quid urges?  
uel quo festinas ire, uel unde, uide.'  
a, quotiens certam me sun mentitus habere  
horam, propositae quae foret apta uiae.  
ter limen tetigi, ter sun reuocatus, et ipse 55  
indulgens animo pes mihi tardus erat.  
saepe 'uale' dicto rursus sun multa locutus,  
et quasi discedens oscula summa dedi.  
saepe eadem mandata dedi meque ipse fefelli,  
respiens oculis pignora cara meis. 60  
denique 'quid provero? Scythia est quo mittimur,'  
inquam:

'Roma relinquenda est. utraque iusta mora est.  
uxor in aeternum uiuo mihi uibra negatur,  
et domus et fidae dulcisa membra domus,  
quosque ego dilexi fraterno more sodales, 65  
o mihi Thesea pectora iuncta fide.  
dum licet, amplectar: nunquam fortasse licebit  
amplius. in lucro est quae datur hora mihi.'  
nec mora, sermonis uerba imperfecta relinquo,  
complectens animo proxima quaeque meo. 70  
dum loquor et flemus, caelo nitidissimus alto,  
stella grauis nobis, Lucifer ortus erat.  
diuidor haud aliter, quam si mea membra relinquam,  
et pars abruppi corpore uisa suo est.  
sic doluit Mettus tunc, cum in contraria uersos 75  
ultores habuit proditionis equos.  
tum uero exoritur clamor gemitusque meorum,  
et feriunt maestae pectora nuda manus.  
tum uero coniunx ueris abeuntis inhaerens  
miscuit haec lacrimis tristitia uerba meis: 80  
'non potes auelli. simul hinc, simul ibimus,' inquit:  
'te sequar et coniunx exul ero.  
et mihi facta uia est, et me capit ultima tellus:  
accedam profugae sarcina parua rati.  
te iubet e patria discedere Caesaris ira, 85  
me pietas. pietas haec mihi Caesar erit.'  
taliam temptabat, sicut temptauerat ante,  
uixque dedit uictas utilitate manus.  
egredior, sine illud erat sine funere ferri,  
squalidus, inmissis lirta per ora comis. 90  
illa dolore amens tenebris narratur obortis  
semianimis media prociubis domo:  
utque resurrexit foedatis puluere turpi  
crinibus et gelida membra leuauit humo,  
se modo, desertos modo complorasse Penates, 95  
nomen et erepti saepe uocasse uiri,  
nec gemuisse minus, quam si nataeque uirique  
uidisset structos corpus habere rogos,  
et uoluisse mori, moriendo ponere sensus,  
respectuque tamen non periisse mei. 100  
uiuat, et absentem, quoniam sic fata tulerunt,  
uiuat ut auxilio subleuet usque suo.

## IV

Tingitur oceano custos Erymanthidos ursae,  
aequoreasque suo sidere turbat aquas.  
nos tamen Ionium non nostra findimus aequor  
sponte, sed audaces cogimur esse metu.  
me miscrum! quantis inrescunt aequora uentis, 5  
erutaeque ex imis feruet harena fretis.  
monte nec inferior prorae puppiae recuruae  
insilit et pios uerberat unda deos.  
pineae texta sonant, pulsus stridore rudentes,  
ingemit et nostris ipsa carina malis. 10  
nauita confessus gelidum pallore timorem  
iam sequitur uictus, non regit arte ratem.  
utque parum ualidis non proficientia rector  
cervicis rigidae frenam remittit equo,  
sic non quo uoluit, sed quo rapit impetus undae, 15  
aurigam uideo uela dedisse rati.  
quod nisi mutatas emisit Aeolus auras,  
in loca iam nobis non adeunda ferar.  
nam procul Illyriis laeua de parte relictis  
interdicta mihi cernitur Italia. 20  
desinat in netitas quaeso contendere terras,  
et mecum magno pareat aura deo.  
dum loquor, et timeo pariter cupioque repelli,  
inrepuuit quantis uiribus unda latus!

II 109 sed uos τ. III 4 nunc V, tunc A GHP ω. 7 fuerat nec mens τ. 16 erant ω. 25 paruis GHPV τ, paruo A τ. 29 ad hanc Γ, ab hac ω. 43 lares AHP ω, aras GV τ; uide ed. Ox. p. lxi. sparsis ω. adstrata G, attracta HP, attracta V, intracta A, prostrata ω. 44 aeternos Γ. 75 Mettus Salmassius, metius codd. duo, priamus Γ ω. 85 c. a ω. 97 uirique GHV, meumque A τ, nataeque meum τ. 99 mali Madv. 102 ut Salmassius, et codd. IV 5 inrescunt A<sup>2</sup>, me crescunt A GHPV, nigrescunt ω. 6 fretis A G(?) PV, uadis H ω. 7 puppiae GH, puppisue V, puppique AP ω. 9 pulsus Rothmaler. 19 Illyriis T. Faber, illyricis codd. 23 ita GH τ, timco cupio nimiumque V, cupio pariter timeoque AP ω.

parcite caerulei, uos parcite, numina ponti,  
infestumque mihi sit satis esse Iouem.  
uos animam saeuae fessam subducite morti,  
si modo, qui periit, non periisse potest.

## V

O mihi post ullos numquam memorande sodales,  
et cui praecipue sors mea uisa sua est :  
attonitum qui me, memini, carissime, primus  
ausus es alloquio sustinuisse tuo ;  
qui mihi consilium uiuendi mite dedisti,  
cum foret in misero pectore mortis amor.  
scis bene, cui dicam, positus pro nomine siguis,  
officium nec te fallit, amice, tuum.  
haec mihi semper erunt imis infixa medullis,  
perpetuusque animae debitor huius ero :  
spiritus et uacuas prius hic tenuandus in auras  
ibit et in tepido deseret ossa rogo,  
quam subeant animo meritorum obliuia nostro,  
et longa pietas excidat ista die.  
di tibi sint faciles, tibi di nullius egentem  
fortunam praesent dissimilemque meae.  
si tamen haec nauis uento ferretur amico,  
ignoraretur forsitan ista fides.  
Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,  
si non infernas uiuas adisset aquas.  
ut foret exemplum ueri Phocens amoris,  
fecerunt furiae, tristes Oresta, tuae.  
si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes,  
Hyrtacidae Nisi gloria nulla foret.  
scilicet ut flauum spectatur in ignibus aurum,  
tempore sic duro est inspicienda fides.  
dum inuat et uultu ridet Fortuna sereno,  
indelibatas cuncta secuntur opes :  
at simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,  
agminibus comitum qui modo cinctus erat.  
atque haec, exemplis quondam collecta priorum,  
nunc mihi sunt propriis cognita uera malis.  
uix duo tresque mihi de tot superestis amici :  
cetera Fortuna, non mea turba fuit.  
quo magis, o pauce, rebus succurrit laesis,  
et date naufragio litora tuta meo.  
neue metu falso nimium trepidate, timentes  
haec offendatur ne pietate deus.  
saepe fidem aduersis etiam laudauit in armis,  
inque suis amat hanc Caesar, in hoste probat.  
causa mea est melior, qui non contraria Ioni  
arma, sed hanc merui simplicitate fugam.  
iunigiles igitur nostris pro casibus, oro,  
deminui siqua numinis ira potest.  
scire meos casus siquis desiderat omnis,  
plus, quam quod fieri res sinit, ille petit.  
tot mala sum passus quot in aethere sidera lucent,  
paruaque quot sicus corpora puluis habet :  
multaque credibili tulinus maiora ratamque,  
quamuis acciderint, non habitura fidem.  
pars etiam quaedam mecum moriatur oportet,  
neque uelim possit dissimilante tegi.  
si uox infragilis, pectus mihi firmius aere,  
pluraque eum linguis pluribus ora forent :  
non tamen ideo complecterer omnia uerbis,  
materia uires exsuperante meas.  
pro duce Neritio, docti, mala nostra, poetae,  
scribite : Neritio nam mala plura tuli.  
ille breui spatio multis errauit in annis  
inter Dulichias Iliacasque domos :  
nos freta sideribus totis distantia mensos

sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus.  
ille habuit fidamque manum sociosque fideles :  
me profugum comites deseruere mei.  
ille snam laetus patriam uictorque petebat :  
a patria fugi uictus et exul ego.  
nec mihi Dulichium domus est Ithaceae Samosue,  
poena quibus non est grandis abesse locis :  
sed quae de septem totum circumspecti orbem  
montibus, inperii Roma deumque locus.  
illi corpus erat durum patiensque laborum :  
innalidae uires ingenuaeque mihi.  
ille erat assidue saeuus agitatus in armis :  
adsuetus studiis mollibus ipse fui.  
me deus oppressit, nullo mala nostra leuante :  
bellatrix illi diua ferebat open.  
eumque minor Ioue sit tumidis qui regnat in undis,  
illum Neptuni, me Iouis ira premit.  
adde, quod illius pars maxima ficta laborum,  
ponitur in nostris fabula nulla malis.  
denique quaesitos tetigit tamen ille penates,  
quaeque diu petiti, contigit arua tamen :  
at mihi perpetuo patria tellure earendum,  
ni fuerit laesi mollior ira dei.

## VI

Nec tantum Clario est Lyde dilecta poetae,  
nec tantum Coe Bittis anata suo est,  
pectoribus quantum tu nostris, uxor, inhaeres,  
digna minus misero, non meliore uiro.  
te mea subposita neluti trabe fulra ruina est :  
siquid adhaec ego sum, muneris omne tui est.  
tu facis, ut spoliū non sim, nec nuder ab illis  
naufragii tabulas qui petiere mei.  
utque rapax stimulante fame cupidusque cruoris  
incustoditum captat ouile lupus,  
aut ut edax uultur corpus circumspecti equod  
sub nulla positum cernere possit limbo,  
sic mea nescioquis, rebus male fidus acerbis,  
in bona uenturus, si paterere, fuit.  
hunc tua per fortis uirtus summouit amicos,  
nulla quibus reddi gratia digna potest.  
ergo quam misero, tam uero teste probaris,  
hic aliquod pondus si modo testis habet.  
nec probitate tua prior est aut Hectors uxor,  
aut comes extincto Laudamia uiro.  
tu si Maeonium uatem sortita fuisses,  
Perelopes esset fama secunda tuae :  
siue tibi hoc debes, nulli pia facta magistro,  
cunq̄ue nona mores sunt tibi haec dati,  
femina ser princeps omnes tibi culta per annos  
te docet exemplum coniugis esse bonae,  
adsimilemque sui longa aduuetudine fecit,  
grandia si parris adsimulare licet.  
ei mihi, non magnas quod habent mea carmina  
uires,  
nostraque sunt meritis ora minora tuis ;  
siquid et in nobis uiui fuit ante uigoris,  
extinctum longis occidit omne malis !  
prima locum sanctas heroidas inter haberes,  
prima bonis animi conspicerere tui.  
quantumcumque tamen praeconia nostra ualebunt,  
carniūibus uiues tempus in omne iueis.

## VII

‘ Si quis habes nostris similes in imagine uultus,  
deme meis hederas, Bacchia sarta, comis.

IV 25 u. saltem n. ω. V 1 nullos unquam P Madv. 2 cl. o ω. 5 an rite? 11 hic incipit L(aurentianus). et. hic τ. hic ten. hic euandus L, extenuandus τ. 15 tibi di Ehw., sisui L, et opis V ω. 22 Oresta Bersmann, oreste codd. 25 flauum scripsi, Classical Review ii p. 180, saluum L, fuluum V ω. 44 deminui L, dim. V ω. supra. ||||q||| nunc L. 53 aere τ, heret L, esset V ω. 62 sors tulit τ, detulit V L τ. Sarmaticosque L τ, Sarmatis ora V. 66 fugi L τ, fugio V ω. 74 at ductus L. 83 earendum est V ω. VI 1 est Lyde tres cold., est idem L, lyde V ω. 2 Bittis Merkel, battis codd. amica L. 6 fl. (i.e. esse) tui L (omne tui est corr. L<sup>2</sup>), unde ecce tui conieci. 20 Laudamia Gūthl., Laod. cold. 23 nulli L, nullo V L<sup>2</sup> ω. 33, 34 post 22 transposuerunt Machly Ehw. 34 om. L. VII 2 bacchia A, bacera L, bacchica G H P V ω.

ista decent laetos felicia signa poetas :  
 temporibus non est apta corona meis.  
 hoc tibi dissimula, senti tamen, optime, dici,  
 in digito qui me fersque refersque tuo,  
 effigiemque meam fulvo complexus in auro  
 cara relegati, quae potes, ora uides.  
 quae quotiens spectas, subeat tibi dicere forsan  
 'quam procul a nobis Naso sodalis abest.'  
 grata tua est pietas : sed carmina maior imago  
 sunt mea, quae mando qualiacumque legas,  
 carmina mutatas hominum dicentia formas,  
 infelix domini quod fuga rupit opus.  
 haec ego discedens, sicut bene multa meorum,  
 ipse mea posui maestus in igne manu.  
 utque cremasse suum fertur sub stipite natum  
 Thestias et melior matre fuisse soror,  
 sic ego non meritos mecum peritura libellos  
 imposui rapidis uiscera nostra rogis :  
 uel quod eram musas, ut crimina nostra, perosus,  
 uel quod adhuc crescens et rude carmen erat.  
 quae quoniam non sunt penitus sublata, sed extant  
 (pluribus exemplis scripta fuisse reor),  
 nunc precor, ut uiuant et non ignaua legentem  
 otia delectent admonentque mei.  
 nec tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,  
 nesciet his summam siquis abesse manum.  
 ablatum mediis opus est incendibus illud,  
 defuit et scriptis ultima lima meis.  
 et ueniam pro laude peto, laudatus abunde,  
 non fastiditus si tibi, lector, ero.  
 hos quoque sex uersus, in primi fronte libelli  
 si praeponeudos esse putabis, habe :  
 'orba parente suo quicumque uolumina tangis,  
 his saltem uestra detur in urbe locus.  
 quoque magis fauceas, haec non sunt edita ab ipso,  
 sed quasi de domini funere raptas sui.  
 quicquid in his igitur uitii rude carmen habebit,  
 emendaturus, si licuisset, eram.'

## VIII

In caput alta suum labentur ab aequore retro  
 flumina, conuersis locumque recurret equis :  
 terra feret stellas, caelum findetur aratro,  
 unda dabit flammam, et dabit ignis aquas :  
 omnia naturae praepostera legibus ibunt,  
 parsque suum mundi nulla tenebit iter :  
 omnia iam fient, fieri quae posse negabant,  
 et nihil est, de quo non sit habenda fides.  
 haec ego uaticinor, quia sum deceptus ab illo,  
 laturum misero quem mihi rebar opem.  
 tantane te, fallax, cepere obliuia nostri,  
 afflictumque fuit tantus adire timor,  
 ut neque respiceres nec solarere iacentem,  
 dure, neque exequias prosequerere meas ?  
 illud amicitiae sanetum et uenerabile nomen  
 re tibi pro uili est sub pedibus iacet ?  
 quid fuit, ingent. prostratum mole sodalem  
 uisere et alloquio parte leuare tuo,  
 inque meos si non lacrimam demittere casus,  
 pauca tamen ficto uerba dolore pati,  
 idque, quod ignoti faciunt, uel dicere saltem,  
 et uocem populi publicaque ora sequi ?  
 denique lugubres uultus nunquamque uidendos  
 cernere supremo dum licuitque die,  
 dicendumque semel toto non amplius aeuo  
 accipere et parili reddere uoce 'uale' ?

VIII 11 *cauta* L<sup>1</sup>. 14-20 hoc ordine habet L, 14, 17, 13, 19, 16, 15, 20. 23 *nesciet* GL<sup>τ</sup>, *nesciat* AHPV<sup>τ</sup>. 33 *primi* Heins., *prima* codd. 37 *non haec sunt* Γ<sup>ω</sup>. VIII 7 *negabant* codex Musei Britannici Add. 18384, quod et ipse conieceram, *negabat* L (*negabit* L<sup>2</sup>), *negabam* Γ<sup>ω</sup>, *negauit* Riese. 16 *est* add. Riese. 18 *alloquio*—*tuo* Leidensis 177, *alloqui*—*sui* L, *alloqui*—*tui* Γ<sup>ω</sup>, *adloqui*—*tuis* Ehw. 19 *dimittere* Γ<sup>ω</sup>. 20 *pati* (supraser. *loqui*) L, *loqui* Γ<sup>ω</sup>. 21 *uel dicere* Merk., *ualedicere* codd. 25 *simul* L. 30 *iunctus* AGHLV<sup>ω</sup>, *uinctus* P<sup>τ</sup>. 33 *om. L, mihi cognitus esses* Γ<sup>ω</sup>, *tibi cognitus essem* τ. 34 *loci* AHLV<sup>ω</sup>, *ioci* GV<sup>τ</sup>. 38 *mea* Ehw., *meo* codd., *mihl* L, *pede est* Γ<sup>ω</sup>. 41 *silicis*—*uenae* ω, *silices*—*neue* L, *silices*—*nati* Γ. 45 *aut* GHVP<sup>τ</sup>, *at A, haut* L<sup>ω</sup>, *nunc* LV, *non* AGHP<sup>ω</sup>. *putares* L<sup>τ</sup>, *putasses* Γ<sup>τ</sup>. 48 *suis. malis* L. IX 1 *inoffenso* L, *inoffensae* Γ<sup>ω</sup>. 5 *sospes* L, *felix* cett. 13 *sequitur. quetr* (supraser. *ri*) L. 14 *nocte* ΓL (supraser.) τ, *nube* τ. 20 *cunetaque* L<sup>τ</sup>. 24 *quamlibet* τ, *qualibet* L, *quotlibet* Γ<sup>ω</sup>. 27 *argolico* codd., corr. Heins. *orestis* Parisinus 8465, *orestes* L, *orestae* Γ<sup>ω</sup>. 37 *haec* om. L. 40 *processu* L, *pro sensu* Γ<sup>ω</sup>.

at fecere alii nullo mihi foedere iuncti,  
 et lacrimas animi signa dedere sui.  
 quid, nisi conuictu causisque ualentibus essem  
 temporis et longi iunctus amore tibi ?  
 quid, nisi tot lusus et tot mea seria nosset,  
 tot nossem lusus seriae ipse tua ?  
 quid, si dumtaxat Roma mihi cognitus esses,  
 adscitus totiens in genus omne loci ?  
 cunctane in aethereos abierunt irrita uentos ?  
 cunctane Lethaeis mersa feruntur aquis ?  
 non ego te genitum placida reor urbe Quirini,  
 urbe mea, quae iam non adeunda mihi,  
 sed scopulis, Ponti quos haec habet ora sinistri,  
 inque feris Scythiae Sarmaticisque iugis :  
 et tua sunt silicis circum praecordia uenae,  
 et rigidum ferri semina praectus habet :  
 quaeque tibi tenero quondam ducenda palato  
 plena dedit nutrix ubera, tigris erat :  
 aut mala nostra minus quam nunc aliena putares,  
 duritiaeque mihi non agerere reus.  
 sed quoniam accedit fatalibus hoc quoque damnis,  
 ut careant numeris tempora prima suis,  
 effice, peccati ne sim memor huius, et illo  
 officium laudem, quo queror, ore tuum.

## IX

Detur inoffenso uitae tibi tangere metam,  
 qui legis hoc nobis non inimicus opus :  
 atque utinam pro te possent mea uota ualere,  
 quae pro me duros non tetigere deos !  
 donec eris sospes, multos numerabis amicos :  
 tempora si fuerint nubila, solus eris.  
 aspicias, ut ueniant ad candida tecta columbae,  
 accipiat nullas sordida turris aues ?  
 horrea formicae tendunt ad inania nunquam :  
 nullus ad amissas ibit amicus opes.  
 utque comes radios per solis euntibus umbra est,  
 cum latet hic pressus nubibus, illa fugit :  
 mobile sic sequitur fortunae lumina uulgus,  
 quae simul inducta nocte teguntur, abit.  
 haec precor, ut semper possint tibi falsa uideri :  
 sunt tamen euentu uera fatenda meo.  
 dum stetimus, turbae quantum satis esset, habebat  
 nota quidem sed non ambitiosa domus.  
 at simul impulsa est, omnes timere ruinam,  
 cautaque communi terga dedere fugae.  
 saeuia neque admiror metuunt si fulmina, quorum  
 ignibus adflari proxima quaeque solent.  
 sed tamen in duris remanentem rebus amicum  
 quamlibet inuiso Caesar in hoste probat,  
 nec solet irasci (neque enim moderatior alter),  
 cum quis in aduersis, siquid amauit, amat.  
 de comite Argolici postquam cognouit Orestis,  
 narratur Pyladen ipse probasse Thoas.  
 quae fuit Actoridae cum magno semper Achille,  
 laudari solita est Hectoris ore fides.  
 quod pius ad manes Theseus comes iret amico,  
 Tartareum dicunt indoluisse deum.  
 Euryali Nisique fide tibi, Turne, relata  
 credibile est lacrimis inaduisse genas.  
 est etiam miseris pietas, et in hoste probatur :—  
 ei mihi, quam paucos haec mea dicta mouent !  
 is status, haec rerum nunc est fortuna mearum,  
 debeat ut lacrimis nullus adesce modus.  
 at mea sunt, proprio quamuis maestissima casu,  
 pectora processu facta serena tuo.

hoc ego uenturum iam tunc, carissime, uidi,  
 ferret adhuc ista cum minus aura ratem,  
 siue aliquod morum seu uitae labe earentis  
 est pretium, nemo pluris emendus erat :  
 siue per ingenuas aliquis caput extulit artes, 45  
 quaelibet eloquio fit bona causa tuo.  
 his ego commotus dixi tibi protinus ipsi  
 ' scaena manet dotes grandis, amice, tuas.'  
 haec mihi non ouium fibrae tonitrusus sinistri,  
 linguae seruatæ pennae dixit ausis : 50  
 augurium ratio est et coniectura futuri :  
 hac diuinaui notitiamque tuli,  
 quae quoniam uera est, tota tibi mente mihique  
 gratulor, ingenium non latuisse tuum.  
 at nostrum tenebris utinam latuisse in inuis ! 55  
 expedit studio lumen abesse meo.  
 utque tibi prosunt artes, facunde, seuerac,  
 dissimiles illis sic nocere mihi.  
 uita tamen tibi nota mea est. seīs artibus illis  
 auctoris mores abstinuisse sui : 60  
 seīs uetus hoc iuueni lusum mihi carmen, et istos,  
 ut non laudandos, sic tamen esse iocos.  
 ergo ut defendi nullo mea posse colore,  
 sic excusari erinina posse puto.  
 qua potes, excensa, nec amici desere causam : 65  
 quo bene coepisti, sic bene semper eas.

X

Est mihi sitque, precor, flauae tutela Mineruae,  
 nauis et a picta casside nomen habet.  
 siue opus est uelis, minimam bene currit ad auram,  
 siue opus est remo, remige carpit iter.  
 nec comites uolueri contenta est uincere eursu, 5  
 occupat egressas quamlibet ante rates,  
 et pariter fluctus ferit atque silentia longe  
 aequora, nec saeuis uicta madescit aquis.  
 illa, Corinthiacis primum mihi cognita Cenchreis,  
 fida manet trepidae duxque comeseque fugae, 10  
 perque tot euentus et iniquis conieita uentis  
 aequora Palladio numine tuta fuit.  
 nunc quoque tuta, precor, uasti secat ostia Ponti,  
 quasque petiti, Getici litoris intret aquas.  
 quae simul Aeoliae mare me deduxit in Helles, 15  
 et longum tenui limite fecit iter,  
 fleximus in laeuum eursus, et ab Hectoris urbe  
 uenimus ad portus, hurbria terra, tuos,  
 inde, leui uento Zerynthia litora nacta,  
 Threicam tetigit fessa carina Samon : 20  
 saltus ab hac contra breuis est Tempyra petenti :  
 hac dominum tenuis est illa secuta suum.  
 nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos :  
 Hellespontiacas illa relegit aquas,  
 Dardaniumque petit, auctoris nomen habentem, 25  
 et te ruricola, Lampsacae, tuta deo,  
 quodque per angustas uectae male uirginis undas  
 Seston Abydena separat urbe fretum,  
 inque Propontiacis haerentem Cyzicon oris,  
 Cyzicon, Haemoniae nobile gentis opus, 30  
 quacque tenent Ponti Byzantia litora fauces :  
 hic locus est gemini ianua uasta maris.  
 haec, precor, emineat, propulsaque fortibus Austris  
 transeat instabilis strenua Cyaneas  
 Thyniacosque sinus, et ab his per Apollinis urbem

arta sub Anchiali moenia tendat iter. 36  
 inde Mesembriacos portus et Odeson et arees  
 praetereat dictas nomine, Baeche, tuo,  
 et quos Aleathoi memorant e moenibus ortos  
 sedibus his profugos constituisse larem. 40  
 a quibus adueniat Miletida sospes ad urbem,  
 offensi quo me detulit ira dei.  
 haec si contigerint, meritaecadet agna Mineruae :  
 non facit ad nostras hostia maior opes.  
 uos quoque, Tyndaridae, quos haec colit insula,  
 fratres, 45  
 mite precor duplei numen adesse niae.  
 altera namque parat Symplegadas ire per artas,  
 scindere Bistonias altera puppis aquas.  
 uos facite, ut uentos, loca cum diuersa petamus,  
 illa suos habeat, nec minus illa suos. 50

XI

Littera quaecumque est toto tibi lecta libello,  
 est mihi sollicito tempore facta niae.  
 aut haec me, gelido tremere cum mense Decembri,  
 scribentem mediis Hadria uidit aquis :  
 aut, postquam binarem cursu superauimus Istlunon,  
 alteraque est nostrae sumpta carina fugae, 6  
 quod facerem uersus inter fera murmura ponti,  
 Cycladas Aegaeas obstipuisse puto.  
 ipse ego nunc miror tantis aniuique uariisque  
 fluctibus ingenium non cecidisse meum. 10  
 seu stupor huic studio siue est insania nomen,  
 omnis ab hac cura meus releuata mea est.  
 saepe ego nimboris dubius iactabar ab Haedis,  
 saepe minax Steropes sidere pontus erat,  
 fuscabatque diem custos Atlantidos ursae, 15  
 aut Hyadas seris hauserat Auster aquis :  
 saepe maris pars intus erat ; tamen ipse trementi  
 carmina ducebam qualiacumque manu.  
 nunc quoque contenti stridunt Aquilone rudentes,  
 inque modum tumuli concaua surgit aqua. 20  
 ipse gubernator tollens ad sidera palmas  
 exposcit uotis, inmemor artis, open.  
 quocumque aspexi, nihil est nisi mortis imago,  
 quam dubia timeo mente timensque precor ;  
 attigero portum, portu terrebor ab ipso : 25  
 plus habet infesta terra timoris aqua.  
 nam simul insidiis hominum pelagique laboro,  
 et faciunt geminos ensis et mda metus.  
 ille meo ueror ne speret sanguine praedam,  
 haec titulum nostrae mortis habere uelit. 30  
 barbata pars laena est audidaeque adueta rapinae,  
 quam error et caedes bellaque semper habent :  
 eumque sit hibernis agitatam fluctibus aequor,  
 pectora sunt ipso turbidiora mari.  
 quo magis his debes ignoscere, candide lector, 35  
 si spe sunt, ut sunt, inferiora tua.  
 non haec in nostris, ut quondam, scripsimus hortis,  
 nec, consue, meum, lectule, corpus habes :  
 iactor in indomito brumali luce profundo,  
 ipsaque caeruleis charta feritur aquis. 40  
 improba pugnat hiemps indignaturque, quod ausim  
 scribere se rigidas incutiente nias.  
 uineat hiemps hominem ; sed eodem tempore, quaeso,  
 ipse modum statuam carminis, illa sui.

IX 42 ista L, istam Γ ω edd. fere omnes. cum minus Γ τ, comminus L, cum minor τ. 50 p̄naue L. 53 uera est L ω, rata sunt (om. sunt) A G H P Γ. 61 hasos m. carminis i. L. X 6 sic τ, quolibet arte Γ L ω. 7 ferit A H P V, flēllrit L, fert G, fertque ω, atque silentia A G (?) L V, atque assilētia H, assilētia P ω. 9 conata L. 11 om. L. 21 contra Γ L τ, terra ω. 24 relegit Bodleianus B. N. Rawl. 107, relinquit Leidensis 177, reliquit Γ L ω, reuisit Ehwald, Burs. Jahresbericht xliii p. 272. 27 quodque τ, quidque L, quaque Γ ω. 33 fortibus austris A H L P V ω, flatibus austri G τ. 35 Thyniacosq. Merula, thynantiosq. L, thynatiosq. A, trinachiosq., euiochosq. similia cett. 36 arta cod. Gothanus, apta L, uecta A H P V, alta G ω. 37 opesou es L, opesou et, opesous similia cett., corr. Merula. 41 a, in L. 42 detulit L, pertulit H, contulit A G P V ω. 46 adesse A L V, adeste cett. XI 12 inser. Gruteri 637. 5 omnis ab hac cura cura leuata mea est. 14 erat, habent L. 15 atlantidos L τ, arantidos G H V, Erymanthidos A P ω edd. ; dixi de hoc loco Classical Review ii p. 180. 30 hic tamulum L. 31 audidaeque τ, audice Γ L ω, adueta rapina Haupt, ad ethera penne L, substrata r. A τ, subtracta r. V.

## LIBER SECVNDVS

Quid mihi uobiscum est, infelix cura, libelli, ingenio perii qui miser ipse meo ?		quid referam libros illos quoque, crimina nostra, mille locis plenos nominis esse tui ?	
cur modo damnatas repeto, mea crimina, musas ? an semel est poenam commeruisse parum ?		inspice maius opus, quod adhuc sine fine tenetur, in non credendos corpora uersa modos :	
carmina fecerunt, ut me cognoscere uellet omine non fausto femina uirque meo :	5	inuenies uestri praeconia nominis illic, inuenies animi pignora multa mei.	65
carmina fecerunt, ut me moresque notaret iam demum uisa Caesar ab arte mea.		non tua carminibus maior fit gloria, nec quo, ut maior fiat, crescere possit, habet.	
deme mihi studium, uitae quoque crimina demes ; acceptum refero uersibus esse nocens.	10	fama Ioui super est : tamen hunc sua facta referri et se materiam carminis esse iuuat :	70
hoc pretium curae uigilatorumque laborum cepimus : ingenio est poena reperta meo.		cumque Gigantei memorantur proelia belli, credibile est laetum laudibus esse suis.	
si saperem, doctas odissem iure sorores, numina cultori pernicioosa suo.		te celebrant alii, quanto deceat ore, tuasque ingenio laudes uberiore canunt.	
at nunc (tanta meo comes est insania morbo) saxa malum refero rursus ad icta pedem :	15	sed tamen, ut fuso taurorum sanguine centum, sic capitur minimo turis honore deus.	75
scilicet ut uictus repetit gladiator harenam, et redit in tumidas naufraga puppis aquas.		a, ferus et nobis crudelior omnibus hostis, delicias legit qui tibi cumque meas,	
forsitan ut quondam Teuthrantia regna tenenti, sic mihi res eadem uulnus opemque feret ;	20	carmina ne nostris quae te uenerantia libris iudicio possint candidiore legi.	80
musaque, quam mouit, motam quoque leniet iram : exorat magnos carmina saepe deos.		esse sed irato quis te mihi posset amicus ? uix tunc ipse mihi non inimicus eram.	
ipse quoque Ausoniae Caesar matresque nurusque carmina turrigeras dicere iussit Opi :		cum coepit quassata domus subsidere, partes in proclinas omne recumbit onus :	
iusserat et Phoebos dici, quo tempore ludos fecit, quos aetas aspicit una semel.	25	cum quae fortuna rimam faciente dehiscunt, ipsa suo quodam pondere tracta ruunt.	85
his, precor, exemplis tua nunc, mitissime Caesar, fiat ab ingenio mollior ira meo.		ergo hominum quaesitum odium mihi carmine, quaque	
illa quidem iusta est, nec me meruisse negabo : non adeo nostro fugit ab ore pudor.	30	debut, est uultus turba secuta tuos. at, memini, uitamque meam moresque probabas	
sed nisi peccassem, quid tu concedere posses ? materiam ueniae sors tibi nostra dedit.		illo, quem dederas, praetereuntis equo. quod si non prodest et honos et gloria nulla	90
si, quotiens peccant homines, sua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore inermis erit :		redditur, at nullum crimen adeptus eram. nec male commissa est nobis fortuna reorum	
nunc tibi detonuit strepituque exterruit orbem, purum discussis aera reddit aquis.	35	lisque decem deciens inspicienda uiris. res quoque priuatas statui sine crimine iudex,	95
iure igitur genitorque deum rectorque uocatur ; iure capax mundus nil Ioue maius habet.		deque mea fassa est pars quoque uicta fide. me miserum ! potui, si non extrema nocerent,	
tu quoque, cum patriae rector dicare paterque, utere more dei nomen habentis idem.	40	iudicio tutus non semel esse tuo. ultima me perdunt, imoque sub aequore mergit	
idque facis, nec te quisquam moderatius umquam inperii potuit frena tenere sui.		incolumem totiens una procella ratem. nec mihi pars nocuit de gurgite parua, sed omnes	100
tu ueniam parti superatae saepe dedisti, non concessurus quam tibi uictor erat.		pressere hoc fluctus oceanusque caput. cur aliquid uidi ? cur noxia lumina feci ?	
diuitiis etiam multos et honoribus auctos uidi, qui tulerant in caput arma tuum.	45	cur imprudenti cognita culpa mihi ? inscius Actaeon uidit sine ueste Dianam :	105
quaqueque dies bellum, belli tibi sustulit iram, parsque simul templis utraque dona tulit.		praeda fuit canibus non minus ille suis. scilicet in superis etiam fortuna luenda est	
utque tuus gaudet miles, quod uicerit hostem, sic uictum cur se gaudeat, hostis habet.	50	nec ueniam laeso numine casus habet. illa nostra die, qua me malus abstulit error,	
causa mea est melior, qui nec contraria dicor arma nec hostiles esse secutus opes.		parua quidem perit, sed sine labe domus : sic quoque parua tamen, patrio dicatur ut aeuo	110
per mare, per terras, per tertia numina iuro, per te praesentem conspicuumque deum :		clara nec ullius nobilitate minor : ut neque diuitiis nec paupertate notanda,	111
hunc animum fauisse tibi, uir maxime, meque, qua sola potui, mente fuisse tuum.	55	unde sit in neutrum conspiciendus eques : si quoque nostra domus uel censu parua uel ortu,	112
optaui, peteres caelestia sidera tarde, parsque fui turbatae parua precantis idem,		ingenuo certe non latet illa meo. quo uidear quamuis nimium iuuenaliter usus,	116
et pia tura dedi pro te, cumque omnibus unus ipse quoque adiuiui publica uota meis.	60	grande tamen toto nomen ab orbe fero : turbaque doctorum Nasonem nouit, et audet	

II 1-3 om. L<sup>1</sup>. 9 uitam q. carmine L. 16 ista Parisinus 7993, Ehw. 20 fecit L Bentl. 21 leniat = Bentl. 23 in ausonia L. 38 mundi L. 49 qui HPV =. 55 hunc animam L, hanc animam codd. Gothanus et Turonensis 879. 63 tenetur L, reliquis cett. codd. 77 ita L V, nimium crudelior G ω, nimium crudeliter A H P. 79 ne—quae te. de—cum te Merk. Madvig, ne—te deuenerantia Ellis in Hermath. vii p. 190, nam—quot te Ehw. 80 iudicio G =. 85 cum quae scripsi cumq; L, cunctaque cett. codd. 86 quondam A ω. tecta G =, Merk. et Ehw. uersum corruptum censent; sed uide ed. Ox. prolegg. p. xcv. 91-92 multis suspectos delenerunt Merk., Ehw., post 98 transposuit Riese. 91 et honos et scripsi, et honori codex Medicus Politiani, et honesti Γ L ω. 94 lisque Heins., usque codd. 111-112 post 114 transposui in ed. Ox., recte, opinor. 113 ut H L, et A G L<sup>3</sup> P V ω.

non fastiditis adnumerare uiris.	120	solus ad egressus missus septemplicis Histri	
corrui haec igitur Musis accepta sub uno		Parrhasiae gelido uirginis axe premor.	190
sed non exiguo crimine lapsa domus:		cumque alii causa tibi sint grauiore fugati,	193
atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modo laesi		ulterior nulli, quam mihi, terra data est.	194
ematuruerit Caesaris ira, queat.		longius hac nihil est, nisi tantum frigus et hostes,	195
cuius in euentu poenae elementia tanta est,	125	et maris adstricto quae coit unda gelu.	196
uenerit ut nostro lenior illa inctu.		hactenus Euxini pars est Romana sinistri:	197
nita data est, citraque necem tua constitit ira,		proxima Basternae Sauromataeque tenent.	198
o princeps parce uiribus use tuis.		Sidones et Coli Tibarenaque turba Getaeque	191
insuper accedunt, te non alimente, paternae,		Danuuii mediis uix prohibentur aquis.	192
tamquam uita parum muneris esset, opes.	130	haec est Ausonio sub iure nouissima, uixque	
nec mea decreto damnasti facta senatus,		haeret in inperii margine terra tui.	200
nec mea selecto iudice iussa fuga est.		unde precor supplex, ut nos in tuta releges,	
tristibus inuectus iudicis (ita principe dignum)		ne sit cum patria pax quoque adempta mihi,	
ultus es offensas, ut deceat, ipse tuas.		ne timeam gentes, quas non bene summouet Hister,	
adde quod edietum, quamuis inmitte minaxque,	135	neue tuus possim cuius ab hoste capi.	
attamen in poenae nomine lene fuit:		fas prohibet Latio quemquam de sanguine natum	205
quippe relegatus, non exuli, dicor in illo,		Caesaribus saluis dum barbara uincula pati.	
prinaque fortunae sunt tibi uerba uerae.		perdiderint cum me duo crimina, carmen et error,	
nulla quidem sano grauior mentisque potenti		alterius facti culpa silenda mihi:	
poena est, quam tanto displicuisse uiro:	140	nam non sum tanti, renouem ut tua uulnera, Caesar,	
sed solet interdum fieri placabile mumen:		quem nimio plus est indoluisse semel.	210
nube solet pulsa candidus ire dies.		altera pars superest, qua turpi carmine factus	
uidi ego pampineis oneratam uitibus uinum,		argnor obsceni doctor adulterii.	
quae fuerat saeui fulmine tacta Louis.		fas ergo est aliqua caelestia pectora falli,	
ipse licet sperare netes, sperauimus usque:	145	et sunt notitia multa minora tua?	
hoc unum fieri te prohibente potest.		utque deos caelumque simul subline tuenti	215
spes mihi magna subit, cum te, mittissime princeps,		non uacat exiguis rebus adesse Ioui,	
spes mihi, respicio cum mea facta, eadit.		de te pendente sic dum circumspicis orbem,	
ac ncluti uentis agitantibus acra non est		effugiunt euras inferiora tuas?	
aequalis rabies continuusque furor,	150	scilicet inperii princeps statione relicta	
sed modo subsidunt intermissisque silesunt,		inparibus legeres carmina facta modis?	220
uimque putes illos deposuisse suam:		non ea te moles Romani nominis urget,	
sic abeunt redeuntque mei uariantque timores,		inque tuis ueris tam lene fertur onus,	
et spem placandi dantque negantque tui.		lusibus ut possis aduvertere nomen ineptis,	
per superos igitur, qui dant tibi longa dabuntque	155	executiasque oculis otia nostra tuis.	
tempora, Romanum si modo nomen amant:		nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda; 225	
per patriam, quae te tuta et secura parete est,		Raetia nunc praebent Thraciaeque arma metum;	
eius, ut in populo, pars ego nuper eram:		nunc petit Armeniam pacem, nunc porrigit arcus	
sic tibi, quem semper factis animoque mereris,		Parthus eques timida captaque signa manu;	
reddatur graeae debitus urbis amor:	160	nunc te prole tua inuenem Germania sentit,	
Liua sic tecum sociales compleat annos,		bellaque pro magno Caesaris Caesar obit.	230
quae, nisi te, nullo coniuge digna fuit,		denique (ut in tanto, quantum non extitit inquam,	
quae si non esset, caelebs te uita deceret,		corpore pars nulla est, quae labat, imperii)	
nullaque, cui posses esse maritus, erat:		urbs quoque te et legum lassat tutela tuarum	
sospite sit tecum natus quoque sospes, et olim	165	et mormi, similis quos cupis esse tuis.	
imperium regat huc cum seniore senex:		non tibi contingunt, quae genitibus otia praestas; 235	
ut faciuntque tui, sidus inuenale, nepotes,		bellaque cum multis inrequita geris.	
per tua perque sui facta parentis eant:		miror in hoc igitur tantarum pondere rerum	
sic adsueta tuis semper Victoria castris		te nunquam nostros euoluisse locos?	
nunc quoque se praestet uotaque signa petat,	170	at si, quod mallem, naeuum tibi forte fuisset,	
Ausoniumque ducem solitis circumuolet alis,		nullum legisse crimen in Arte mea.	240
ponat et in nitida laurea sarta coma,		illa quidem fateor frontis non esse seuerae	
per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas,		scripta, nec a tanto principe digna legi:	
auspicium cui das grande deosque tuos,		non tamen ideoque legum contraria iussis	
dimidioque tui praesens es et aspicias urbem,	175	dant ea Romanas erudiuntque nurus.	
dimidio procul es saenaque bella geris:		neue, quibus scribam, possis dubitare, libellos,	245
hic tibi sic redeat superato uictor ab hoste,		quattuor hos uersus e tribus unus habet:	
inque coronatis fulgeat altus equis:		'este procul, nitae tennes, insigne pudoris,	
parce, precor, fulmenque tuum, fera tela, reconde,		quaeque tegis medios instita longa pedes!	
heu nimium misero cognita tela mihi!	180	nil nisi legitimum concessaque furta canemus,	
paret, pater patriae, nec nominis inmemor huius		inque meo nullum carmine crimen erit.'	250
olim placandi spem mihi tolle tui.		ecquid ab haec omnes rigide summouimus Arte,	
non precor, ut redeam, quamuis maiora petitis		quas stola contingi nitaeque sumpta uetat?	
credibile est magnos saepe dedisse deos:		'at matrona potest alienis artibus uti,	
mitius exilium si das propiusque roganti,	185	quoque trahat, quamuis non doceatur, habet.	
pars erit ex poena parua lenata mea.		nil igitur matrona legat, quia carmine ab omni	255
ultima perpetui medius eiectus in hostes,		ad delinquendum doctior esse potest.	
nec quisquam patria longius exul abest.		quodcumque attigerit siqua est studiosa sinistri,	

II 126 uenerit ut L et Leidensis 177, ut fuerit cett. 133 priuaque L, paruaque G H V, parcaque A P ω. 145 sperabimus P ω, usque Heins., utque L, atque cett. 160 amor, honor P τ. 165 sit tecum Leidensis 191 d, si (sic L) tecum L, sic te sit P ω. 175 es et aspicias τ Heins., et respicias P L. 186 parua L, magna P ω. 191-192 post 198 traieci, post 200 posuit Riese. 191 Sidones scripsi, Ciziges L, Iazyges codd. plurimi. Coli scripsi, Colchi codd. Tibarenaque scripsi, macteraque codd. uid. Ellis in Herinath, vii p. 191. 217 de G H P V, sic L, a A ω. 230 obit H L P V, habet G ω. 231 et Postgate. 232 labat L, latet P, label cett., quia labet Housman. 235 non H L τ, nec A G P V ω. 237 miror G H P V. 239 tibi forte, fortasse L. 244 dant Postgate, sunt codd. 245 libellus A τ.

ad uitium mores instruet inde suos.  
 sumpserit Annales (nihil est hirsutius illis),  
 facta sit unde parens Ilia, nempe leget. 260  
 sumpserit 'Aeneadam genetrix' ubi prima, requiret,  
 Aeneadam genetrix unde sit alma Venus,  
 persequar inferius, modo si licet ordine ferri,  
 posse nocere animis carminis omne genus.  
 non tamen idcirco crimen liber omnis habebit: 265  
 nil prodest, quod non laedere possit idem.  
 igne quid utilius? si quis tamen urere tecta  
 comparat, audaces instruit igne manus.  
 eripit interdum, modo dat medicina salutem,  
 quaeque iuuet, monstrat, quaeque sit herba  
 nocens. 270  
 et latro et cantus praecingitur ense uiator:  
 ille sed insidias, hic sibi portat opem.  
 discitur, innocens ut agat facundia causas:  
 protegit haec sotes, inmeritosque premit.  
 sic igitur carmen, recta si mente legatur, 275  
 constabit nulli posse nocere meum.  
 'at quasdam uitio.' quicumque hoc concipit, errat,  
 et nimium scriptis arrogat ille meis.  
 ut tamen hoc fatear, ludi quoque semina praebent  
 nequitiae: tolli tota theatra iube. 280  
 peccandi causam multis quam saepe dederunt,  
 Martia cum durum sternit harena solum.  
 tollatur Circus; non tuta licentia Circi est:  
 hic sedet ignoto iuncta puella uiro.  
 cum quaedam spatientur in hoc, ut amator eodem  
 conueniat, quare porticus ulla patet? 286  
 quis locus est templis augustior? haec quoque uidet,  
 in culpam si qua est ingeniosa suam.  
 cum steterit Iouis aede, Iouis succurret in aede,  
 quam multas matres fecerit ille deus. 290  
 proxima adoranti Iunonis templa subibit,  
 paeliceibus multis hanc doluisse deam.  
 Pallade conspecta, natum de crimine uirgo  
 sustulerit quare, quaeret, Erichthonium.  
 uenerit in magni templum, tua munera, Martis,  
 stat Venus Vltori iuncta, uir ante fores. 296  
 Isidis aede sedens, cur hanc Saturnia, quaeret,  
 egerit Ionio Bosphorioque mari?  
 in Venerem Anchises, in Lunam Latminus heros,  
 in Cererem Iasion, qui referatur, erit. 300  
 omnia peruersas possunt corrumpere mentes:  
 stant tamen illa suis omnia tuta locis.  
 et procul ab scripta solis meretricibus Arte  
 summuget ingenuas pagina prima manus.  
 quaecumque erupit, qua non sinit ire sacerdos, 305  
 protinus huic dempti criminis ipsa rea est.  
 nec tamen est facinus uersus euoluere mollis:  
 multa licet castae non facienda legant.  
 saepe supercilii nudas matrona seueri  
 et Veneris stantis ad genas omne uidet. 310  
 corpora Vestales oculi meretricia cernunt,  
 nec domino poenae res ea causa fuit.  
 at cur in nostra nimia est lasciuiua musa,  
 curue meus cuiquam suadet amare liber?  
 nil nisi peccatum manifesta culpa fatenda est:  
 paenitet ingenii iudicium me. 316  
 cur non Argolicis potius quae conceidit armis  
 uexata est iterum carmine Troia meo?  
 cur tacui Thebas et uulnera mutua fratrum,  
 et septem portas, sub duce quamque suo? 320  
 nec mihi materiam bellatrix Roma negabat:  
 et pius est patriae facta referre labor.  
 denique cum meritis inpleueris omnia, Caesar,  
 pars mihi de multis una canenda fuit,  
 utque trahunt oculos radiantia lumina solis, 325  
 traxissent animum sic tua facta meum.

arguor inmerito. tenuis mihi campus aratur:  
 illud erat magnae fertilitatis opus.  
 non ideo debet pelago se credere, si qua  
 audet in exiguo ludere cumba lacu. 330  
 forsitan (et hoc dubitem) numeris leuioribus aptus  
 sim satis, in paruos sufficiamus modos:  
 at si me iubeas domitos Iouis igne Gigantas  
 diicere, conantem debilitabit onus.  
 diuitis ingenii est inmania Caesaris acta 335  
 condere, materia ne superetur opus.  
 et tamen ausus eram. sed detractare uidebar,  
 quodque nefas, damno uiribus esse tuis.  
 ad leue rursus opus, iuuenalia carmina, ueni,  
 et falso moui pectus amore meum. 340  
 non equidem uellum: sed me mea fata trahebant,  
 inque meas poenas ingeniosus eram.  
 ei mihi, quid didici? cur me docuere parentes,  
 litteraque est oculos ulla morata meos?  
 haec tibi me inuisum lasciuiua fecit, ob Artes, 345  
 quas ratus es uetitos sollicitare toros.  
 sed neque me nuptae didicerunt furta magistro,  
 quodque parum nouit, nemo docere potest.  
 sic ego delicias et mollia carmina feci,  
 strinxerit ut nomen fabula nulla meum. 350  
 nec quisquam est adeo media de plebe maritus,  
 ut dubius uitio sit pater ille meo.  
 crede mihi, distant mores a carmine nostro  
 (uita uerecunda est, musa iocosa niea)  
 magna pars mendax operum est et ficta meorum:  
 plus sibi permisit compositor suo. 356  
 nec liber indicium est animi, sed honesta uoluntas:  
 plurima mulecendis auribus apta ferens.  
 Accius esset atrox, conuiua Terentius esset,  
 essent pugnaces qui fera bella canunt. 360  
 denique composui teneros non solus amores:  
 composito poenas solus amore dedi.  
 quid, nisi cum multo Venerem confundere uino,  
 praecepit lyrici Teia musa senis?  
 Lesbia quid docuit Sappho nisi amare puellas? 365  
 tuta tamen Sappho, tutus et ille fuit.  
 nec tibi, Battiaede, nocuit, quod saepe legenti  
 delicias uersu fassus es ipse tuas.  
 fabula iucundi nulla est sine amore Menandri,  
 et solet hic pueris uirginibusque legi. 370  
 Ilias ipsa quid est aliud, nisi adultera de qua  
 inter amatorem pugna uirumque fuit?  
 quid prius est illi flamma Briseidos, utque  
 fecerit iratos rapta puella duces?  
 aut quid Odyssea est, nisi femina propter amorem  
 dum uir abest, multis una petita uiris? 376  
 quis nisi Maenoides Venerem Martemque ligatos  
 narrat in obsceno corpora pressa toro?  
 unde nisi indicio magni sciremus Homeri  
 hospitis igne duas incaluisse deas? 380  
 omne genus scripti grauitate tragoedia uincit:  
 haec quoque materiam semper amoris habet.  
 numquid in Hippolyto, nisi caecae flamma nouercae?  
 nobilis est Canace fratris amore sui.  
 quid? non Thantalides agitante Cupidine currus 385  
 Pisaeam Phrygiis uexit eburnus equis?  
 tingeret ut ferrum natorum sanguine mater,  
 concitus a laeso fecit amore dolor.  
 fecit amor subitas nolucres cum paelice regem,  
 quaeque suum luget nunc quoque mater Itym.  
 si non Aepopen frater sceleratus amasset, 391  
 auersos Solis non legeremus equos.  
 inopia nec tragicos tetigisset Scylla coturnos,  
 ni patrium crinem descuisset amor.  
 qui legis Electran et egentem mentis Orestem, 395  
 Aegisthi crimen Tyndaridosque legis.

II 277 *quasdam uitio* L, *quaedam uitia* A G τ, *quasdam uitiat* H V, *quidam aut quaedam uitiat* P. 281 *multis quam* Riese, *multi quam* L, *quam multis* Γ ω, *nimi quam* Ehw. 285 *eudem* P τ. 296 *uir* L, *uiro* L<sup>3</sup> cett. 306 *huic* Rothmaler, *hinc* τ, *haec* Γ L ω. *dempti. uctiti* τ. *ipsa. acta* τ. 319 *uulnera mutua* L Leidensis 177, *mutua uulnera* cett. 333 *Gigantes* codd. 343 *quid. quod* A τ. *cur* τ. 357-358 dixi de hoc loco Class. Rev. ii 181. *animi. sit honesta uoluntas*, Postgate, ante 359 lacunam susp. Housman. 378 *pressa* L τ, *prensa* Γ ω. 383 *num* L, *nam* cett. 395 *Electranque* ego in ed. Ox.



nam quid de tetrico referam dormitore Climaerae,  
quem leto fallax hospita paene dedit?  
quid loquar Hermionem, quid te, Schoeneia uirgo,  
teque, Mycenaeo Phoebas amata duci? 400  
quid Danaen Danaesque uirum matremque Lyaei  
Haemonaque et noctes cui coiere duae?  
quid Peliae generum, quid Thesea, quique Pelasgum  
Hliaeam tetigit de rate primus humum?  
huc Iole Pyrrhique parens, huc Hereulis uxor, 405  
huc accedat Hylas Hliaeusque puer.  
tempore deficiat, tragicos si persequar ignes,  
nixque mens capiet nomina nuda liber.  
est et in obseens commixta tragoedia risus,  
multaque praeteriti uerba pudoris habet. 410  
nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,  
infregisse suis fortia facta modis.  
iunxit Aristides Milesia crimina scenam:  
pulsus Aristides nec tamen urbe sua est.  
nec qui descripsit corrumpi semina matrum, 415  
Eubius, in urae conditor historiae,  
nec qui composuit nuper Sybaritica, fugit,  
nec qui concubitus non tacere suos.  
suntque ea doctorum monumentis sancta uirorum,  
muneribusque ducum publica facta patent. 420  
neue peregrinis tantum defendat ab armis,  
et Romanus habet multa iocosa liber.  
utque suo Martem cecinit grauis Ennius ore,  
Emius ingenio maximus, arte rudis:  
explicat ut causas rapidi Lucretius ignis, 425  
casurumque triplex uaticinatur opus:  
sic sua lasciuo cantata est saepe Catullo  
femina, cui falsum Lesbia nomen erat.  
nec contentus ea, multos vulgavit amores,  
in quibus ipse sum fassus adulterium est. 430  
par fuit exigui similisque licentia Calui,  
detexit uariis qui sua furta modis.  
Cinna quoque his coimes est, Cinnaque proeacior  
Anser, 435  
et leue Cornifici parque Catonis opus. 436  
quid referam Ticideae, quid Memmi carmen, apud  
quos 433  
rebus adest nomen nominibusque pudor,  
et quorum libris modo dissimulata Perilla est?  
nomine nunc legitur dieta, Metelle, tuo.  
is quoque, Phasias Argon qui duxit in undas,  
non potuit Veneris furta tacere suae. 440  
nec minus Hortensi nec sunt minus improba Serui  
carmina. quis dubitet nomina tanta sequi?  
nertit Aristidem Siseina, nec olfuit illi  
historiae turpis inseruisse iocos.  
non fuit obprobrio celebrasse Lycorida Gallo, 445  
sed linguam nimio non tenuisse mero.  
credere iuranti durum putat esse Tibullus,  
sic etiam de se quod neget illa uirgo.  
fallere custodes totiens docuisse fatetur,  
seque sua miserum nunc ait arte premi. 450  
saepe, uelut geminam dominae signumque probaret,  
per causam meminuit se tetigisse manum.  
utque refert, digitis saepe est intusque loentus,  
et tacitum mensae duxit in orbe notam;  
et quibus e suis abeat de corpore, liuor, 455  
inpresso fieri qui solet ore, docet.  
denique ab incanto minimum petit ille marito,  
se quoque uti seruet, peccet ut illa minus.  
scit cui latretur eum solus obambulet, ipsas

eui totiens clausas exsercet ante fores, 460  
multaque dat furti talis praecepta docetque  
qua nuptae possint fallere ab arte uiros.  
non fuit hoc illi fraudi, legiturque Tibullus  
et placet, et iam te principe notus erat.  
inuenies eadem blandi praecepta Properti:  
detrictus minima nec tamen ille nota est. 465  
his ego successi, quoniam praestantia eandor  
nomina uiuorum dissimulare iubet.  
non timui, factor, ne, qua tot iere carinae,  
naufraga seruatibus omnibus una foret. 470  
sunt aliis scriptae, quibus alea luditur, artes:  
(hoc est ad nostros non leue erimen auos)  
quid ualeant tali, quo possis plurima laetu  
figere, damnosos effugasque caues:  
tessera quos habeat numeros, distante uocato 475  
mittere quo deceat, quo dare missa modo;  
discolor ut recto grassetur limite uiles,  
cui medius gemino calculus hoste perit;  
ut comitare sequens sciat et reuocare priorem,  
nec tuto fugiens incontinentatus eat; 480  
parua sit ut ternis instructa tabella lapillis,  
in qua uicisse est continuasse suos,  
quique alii lusus (neque enim nunc persequat omnes)  
perdere, non caram, tempora nostra solent.  
ecce canit formas alius iactusque pilarum, 485  
hic artem uandi praecipit, ille trochii.  
composita est aliis fuerant cura coloris,  
hic epulis leges hospitioque dedit:  
alter humum, de qua fingantur pocula, monstrat,  
quaeque, docet, liquido testa sit apta uero. 490  
talia luduntur fumoso mense Decembri,  
quae damno nulli composuisse fuit.  
his ego deceptus non tristia carmina feci;  
sed tristis nostros poena secuta iocos.  
denique nec uideo tot de scribentibus mmi, 495  
quem sua perdidit mmi, repertus ego.  
quid, si scripsissem minus obscena iocantes,  
qui semper netiti crimen amoris habent?  
in quibus assidue cultus procedit adulter,  
uerbaque dat stulto callida nupta uiro. 500  
nubilis hoc uirgo matronaque uirque puerque  
spectat, et ex magna parte senatus iudet.  
nec satis incestis tenerari nocibus aures;  
aduescent oculi multa pudeunda pati:  
cumque fefellit amans aliqua nouitate maritum, 505  
plauditur et magno palma fauore datur.  
quoque minus prodest, scaena est lucrosa poetae,  
tantaque non paruo crimina praetor emit.  
inspice ludorum sumptus, Anguste, tuorum:  
empta tibi magno talia multa leges. 510  
haec tu spectasti spectandaque saepe dedisti,  
(maiestas adeo comis ubique tua est.)  
luminibusque tuis, totus quibus utitur orbis,  
scaenica uidisti lentus adulteria.  
scribere si fas est imitantes turpia mimos, 515  
materiae minor est debita poena meae.  
an genus hoc scripti faciunt sua pulpita tantum,  
quodque licet, mimis scaena licere dedit?  
et mea sunt populo saltata poemata saepe,  
saepe oculos etiam detimere tuos. 520  
scilicet in domibus nostris ut praece uiuorum  
artificis fulgent corpora picta manu,  
sic quae concubitus uarios Venerisque figuras  
exprimat, est aliquo parua tabella loco.

II 402 cui Rouerus, qui I., quae cett. duae Rouerus, duas codd. 403 quine Genonensis, quine L., quidne cett. 409 commixta G H P, commista L V, defleca A 2, demissa Tauk. 419 sancta scripsi, saxa L, tecta G H P V, mixta A (?) 2, salua Ehw. 433 434 post 436 Riesium seentus transposui. 437 Perilla est scripsi, per illos codd. uid. Ellis in Hermath. vii p. 191. 449 custodes totiens scripsi, custodem tandem l L, custodem denum 2, custodem dominum I. F. Gronouius, custodes idem Francius, custodem damnum Ellis in Hermath. vii p. 191. 459 ipsas scripsi, cf. Tibull. I 5. 74, ipsa Bodleianus Auct. F. I. 17, ipse cett. et edd. 474 iungere A G H P 2, effugasque A H P 2. 479 comitare scripsi, cf. ed. Ox. p. xvi, uallare censor ignotus, The Athenaeum, n. 3276 (1890), p. 183, uare uelle l, ualle uelle G V, uage uelle cett. sequi 2, sequens l L. ut Martem sequens erat reuocetne priorem Ehw., Bursian's Jahresbericht xliii p. 270. 481 sit ut ternis Ehw., sed uteris L, sed (sit V) interis G H L P V, sed interius P, sedet ternis A (?) 2. 495 deque, nec inuideo, tot idem scribentibus unus (hoc l.) Housman, praecepta Bentl. 498 netiti 7, uieti G H L P V, uinctum A, inneti 7. 501 hic A (?), hos P 2. 507 quodque l 2, scaeno Heumann, poena codd. hoc distichon damnat Housman.

utque sedet uultu fassus Telamonius iram, inque oculis facinus barbara mater habet, sic madidos siccat digitis Venus ubi capillos, et modo maternis tecta uidetur aquis. bella sonant alii telis instructa eruentis, parsque tui generis, pars tua facta canunt. inuida me spatio natura coercuit arto, ingenio uires exiguasque dedit. et tamen ille tuae felix Aeneidos auctor contulit in Tyrios arma uirumque toros, nec legitur pars ulla magis de corpore toto, quam non legitimo foedere iunctus amor. Phyllidis hic idem teneraeque Amaryllidis ignes bucolicis iuuenis luserat ante modis. nos quoque iam pridem scripto peccauimus isto : supplicium patitur non noua culpa nouum ; carminaque edideram, cum te delicta notantem praeterii totiens inreprehensens eques. ergo quae iuuenis mihi non nocitura putau scripta parum prudens, nunc nocere seni. sra redundauit ueteris uindicta libelli, distat et a meriti tempore poena sui. ne tamen omne meum credas opus esse remissum, saepe dedi nostrae grandia uela rati. sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos, cumque suo finem mense uolumen habet ; idque tuo nuper scriptum sub nomine, Caesar,	525 530 535 540 545 550	et tibi sacratum sors mea rupit opus. et dedimus tragicis scriptum regale coturnis, quaeque grauis debet uerba coturnus habet ; dictaque sunt nobis, quamuis manus ultima coeptis defuit, in facies corpora uersa nouas. atque utinam reuoces animum paulisper ab ira, et uacuo iubeas hinc tibi pauca legi, pauca, quibus prima surgens ab origine mundi in tua deduxi tempora, Caesar, opus : aspicies, quantum dederis mihi pectoris ipse, quoque fauore animi teque tuosque canam. non ego mordaci destrinxi carmine quemquam, nec meus ullius crimina uersus habet. candidus a salibus suffusis felle refugi, nulla uenenato littera mixta ioco est. inter tot populi, tot scriptis, milia nostri, quem mea Calliope laeserit, unus ero. non igitur nostris ullum gaudere Quiritem auguror, at multos indoluisse malis : nec mihi credibile est, quemquam insultasse iacenti, gratia candori siqua relata meo est. his, precor, atque aliis possint tua numina flecti, o pater, o patriae cura salusque tuae : non ut in Ausoniam redeam, nisi forsitan olim, cum longo poenae tempore uictus eris : tutius exilium pauloque quietius oro, ut par delicto sit mea poena suo.	556 560 565 570 575
--	--	---	---------------------------------

## LIBER TERTIVS

## I

'Missus in hanc uenio timide liber exulis urbem : da placidam fesso, lector amice, manum. neue reformida, ne sim tibi forte pudori : nullus in hac charta uersus amare docet. haec domini fortuna mei est, ut debeat illam infelix nullis dissimulare iocis. id quoque, quod uiridi quondam male lusit in aeuo, heu nimium sero damnat et odit opus. inspice quid portem : nihil hic nisi triste uidebis, carmine temporibus conueniente suis. clauda quod alterno subsidunt carmina uersu, uel pedis hoc ratio uel uia longa facit : quod neque sum cedro fuluus nec punice leuis, erubui domino cultior esse meo : littera suffusas quod habet maculosas lituras, laesit opus lacrimis ipse poeta suum. si qua uidebuntur casu non dicta Latine, in qua scribebat, barbara terra fuit. dicite, lectores, si non graue, qua sit eundum, quasque petam sedes hospes in urbe liber.' haec ubi sum furtim lingua titubante locutus, qui mihi monstraret, uix fuit unus, iter. 'di tibi dent, nostro quod non tribuere poetae, molliter in patria uiuere posse tua. duc age, namque sequar, quamuis terraque marique longinquo referam lassus ab orbe pedem.' paruit, et ducens 'haec sunt fora Caesaris,' inquit, 'haec est, a sacris quae uia nomen habet ; hic locus est Vestae, qui Pallada seruat et ignem ; haec fuit antiqui regia parua Numae.' inde petens dextram 'porta est' ait 'ista Palati ; hic Stator, hoc primum condita Roma loco est.' singula dum miror, uideo fulgentibus armis	5 10 15 20 26 30	conspicuos postes tectaque digna deo. 'et Iouis haec' dixi 'domus est?' quod ut esse putarem, augurium menti querna corona dabat. cuius ut accepi dominum, 'non fallimur,' inquam, 'et magni uerum est hanc Iouis esse domum. cur tamen opposita uelatur ianua lauro, cingit et augustas arbor opaca comas ? num quia perpetuos meruit domus ista triumphos ? an quia Leucadio semper amata deo est ? ipsane quod festa est, an quod facit omnia festa ? quam tribuit terris, pacis an ista nota est ? utque uiret semper laurus nec fronde caduca carpitur, aeternum sic habet illa decus ? causa superposita est, scripto testante, coronae : seruatos ciues indicat huius ope. adice seruatis unum, pater optime, ciuemi, qui procul extremo pulsus in orbe latet : in quo poenarum, quas se meruisse fatetur, non facinus causam, sed suus error habet. me miserum, uereorque locum uereorque potentem, et quatitur rapido littera nostra metu. aspicis exsangu chartam pallere colore ? aspicis alternos intremuisse pedes ? quandocumque, precor, nostro placere parenti isdem et sub dominis aspicere domus inde tenere pari gradibus sublimia celsis ducor ad intonsi candida templa dei, signa peregrinis ubi sunt alterna columnis Belides et stricto barbarus ense pater, quaeque uiri docto neteres cepere nouique pectore, lecturis aspicenda patent. quaerebam fratres, exceptis scilicet illis, quos suus optaret non genuisse pater. quaerentem frustra custos et sedibus illis	35 40 45 55 60 65
---	---------------------------------	---	----------------------------------

II 542 *inreprehensens* Guelferbytanus Extr. 76, 3, *irrequietus* Γ L ω, *irreuocatus* Bentl. 555 *coeptis* H P, *coepti* L, *coepo* cett. 567 *scripti* Γ ω.

III I 13 *fuluus* G H I<sup>β</sup> V, *fluus* L, *flauus* A (?) ω. 32 *sator* Γ L cum plerisque codicibus. 39 *apposita* G H P V ω. 47 *sic* ego, *superpositas* L, *superpositae* cett. *testata* Γ ε. 58 *et* add. Ehw. 63 *peperere* Ellis in Hermath. vii p. 197.

praepositus sancto iussit abire loco.  
 altera templa peto, vicino innecta theatro:  
 haec quoque erant pedibus non aedeunda meis. 70  
 nec me, quae doctis patuerunt prima libellis,  
 atria Libertas tangere passa sua est.  
 in genus auctoris miseri fortuna redundat,  
 et patitur nati, quam tulit ipse, fugam.  
 forsitan et nobis olim minus asper et illi 75  
 euictus longo tempore Caesar erit.  
 di, precor, atque adeo (neque enim mihi turba  
 roganda est)  
 Caesar, ades uoto, maxime diue, meo.  
 interea, quoniam statio mihi publica clausa est,  
 priuato liceat delituisse loco. 80  
 uos quoque, si fas est, confusa pudore repulsae  
 sumite plebeicae carmina nostra manus.

## II

Ergo erat in fati Scythiam quoque uisere nostris,  
 quaeque Lyeaonio terra sub axe iacet ;  
 nec uos, Picrides, nec stirps Letoia, uestro  
 docta sacerdoti turba tullistis open.  
 nec siquid lusi nero sine crimine, prodest,  
 quodque magis uita morsa iocata mea est :  
 plurima sed pelago terraque pericula passum  
 ustus ab assiduo frigore Pontus habet.  
 quique, fugax rerum scenaeque in otia natus,  
 mollis et inpatiens ante laboris eram, 10  
 ultima nunc patior, nec me mare partibus orbium  
 perdere, diuersae nec potuere mae ;  
 sufficit atque malis animus ; nam corpus ab illo  
 accepit uires nixque ferenda tulit.  
 dum tamen et terris dubius iactabar et undis, 15  
 fallebat curas aegraeque corda labor :  
 ut uia finita est et opus requieuit eundi,  
 et poenae telus est mihi tacta meae,  
 nil nisi flere libet, nec nostro parcor imber  
 lumine, de uerna quam nunc manat aqua. 20  
 Roma domusque subit desideriumque locorum,  
 quicquid et amissa restat in urbe mei.  
 ei mihi, quo totiens nostri pulsata sepulcri  
 ianua, sed nullo tempore aperta fuit ?  
 cur ego tot gladios fugi, totiensque minata  
 obruit infelix nulla procella caput ? 25  
 di, quos experior nimium constanter iniquos,  
 participes irae quos deus unus habet,  
 exstimulate, precor, cessantia fata mique  
 interitus clausas esse uetate fores. 30

## III

Haec mea si casu miraris epistula quare  
 alterius digitis scripta sit, aeger eram.  
 aeger in extremis ignoti pulsata sepulcri  
 incertusque meae paene salutis eram.  
 quem mihi nunc animum dira regione iacenti 5  
 inter Sauronatas esse Getasque putes ?  
 nec caelum patior nec aquis adsueuimus istis,  
 terraque nescioquo non placet ipsa modo.  
 non domus aeta satis, non hic cibus pilis aegro ;  
 nullus, Apollinea qui lenet arte malum ; 10  
 non qui soletur, non qui labentia tarde  
 tempora narrando fallat, amicus adest.  
 lassus in externis iaceo populisque loeisque,  
 et subit adfecto nunc mihi, quicquid abest.  
 omnia cum subeant, mineis tamen omnia, coniunx,  
 et plus in nostro pectore parte tenes. 16

te loquor absentem, te uox mea nominat unam ;  
 nulla uenit sine te nox mihi, nulla dies.  
 quin etiam sic me dicunt aliena locutum,  
 ut foret amenti nomen in ore tuum. 20  
 si iam deficiam, subpressaue lingua palato  
 uix instillato restituenda mero,  
 nuntiet huc aliquae dominam uenisse, resurgam,  
 spesque tui nobis causa uigoris erit.  
 ergo ego sum dubius uitae, tu forsitan istic 25  
 incundum nostri nescia tempus agis ?  
 non agis, adfirmo. liquet hoc, carissima, nobis,  
 tempus agi sine me non nisi triste tibi.  
 si tamen impleuit mea sors, quos debuit, annos,  
 et mihi uiuendi tam cito finis adest, 30  
 quantum erat, o magni, morituro parere, diui,  
 ut saltem patria contumelater humo !  
 uel poena in tempus mortis dilata fuisset,  
 uel praecepisset mors properata fugam.  
 integer hanc potui nuper bene reddere lucem ; 35  
 exul ut occiderem, nunc mihi uita data est.  
 tam procul ignotis igitur moriemur in oris,  
 et fiet ipso tristia fata loco ;  
 nec mea consuetudo languescunt corpora lecto,  
 depositum nec me qui fleat, ullus erit ; 40  
 nec dominae lacrimis in nostra cadentibus ora  
 accedent animae tempora parua meae ;  
 nec mandata dabo, nec cum clamore supremo  
 labentes oculos condet amicae mams ;  
 sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri 45  
 indeploratum barbara terra teget.  
 eequid, ubi audieris, tota turbare mente,  
 et feries pauida pectora fida manu ?  
 eequid in has frustra tendens tua brachia partes  
 clamulatis miseri nomen inane uiri ? 50  
 parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos :  
 non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero,  
 cum patriam amisi, tunc me periisse putato :  
 et prior et granior mors fuit illa mihi.  
 nunc, si forte potes (sed non potes, optima coniunx),  
 finitis gaude tot mihi morte malis. 56  
 quod potes, extenua forti mala corde ferendo,  
 ad quae iam pridem non rude pectus habes.  
 atque utinam pereant animae cum corpore nostrae,  
 effugiatque anidos pars mihi nulla rogos. 60  
 nam si morte carens uacua uolat altus in aura  
 spiritus, et Sannii sunt rata dicta senis,  
 inter Sarmaticas Romana uagabitur umbras,  
 perque feros manes hospita semper erit.  
 ossa tamen facito parua referantur in urna : 65  
 sic ego non etiam mortuus exul ero.  
 non uetat hoc quisquam : fratrem Thebaea peremp-  
 tum  
 supposuit tumulo rege uetante soror.  
 atque ea cum foliis et amomi pulvere misce,  
 inque suburbano condita pone solo. 70  
 quosque legat uersus oculo peroperante niator,  
 grandibus in tituli marmore caede notis :  
 HIC EGO QUI LACEO TENERORVM LVSOR AMORVM  
 INGENIO PERH NASO POETA MEO.  
 AT TIBI QUI TRANSIS NE SIT GRAUE QVISQVIS  
 AMASTI 75  
 DICERE NASONIS MOLLITER OSSA CVBENT.  
 hoc satis in titulo est. etenim maiora libelli  
 et diuturna magis sunt monumenta mihi,  
 quos ego confido, quamuis noeuere, daturus  
 nomen et auctori tempora longa suo. 80  
 tu tamen extineto feralia munera semper  
 deque tuis lacrimis umida sarta dato.  
 quamuis in cineres corpus mutauerit ignis,  
 sentiet officium maesta familia piium.

I 76 et uictus L. II 3 Latonia A G P V ω. 5 ita scripsi, uid. ed. Ox. p. lxxi, nec mihi si quid lusi L. nec mihi quod lusi cett. 13 sufficit atque L. Leidensis 177, sufficitque cett. 23 quo L, quod cett. 24 sub P L. III 20 amanti V, amentis A H P ω. 21 sic codd. perique, i.e. 'si mecum deficiat lingua palato suppressa' (Ellis, Hermathena vii p. 197). deficiat Genouecensis, unde in ed. Ox. si iam deficiat sub erasso lingua palato conici. 25 illic P ω. 39 languescunt A G H L τ. 60 mihi L. Leidensis 177, uca P ω. 61 uacuum—auram A P ω, uacuas—auras τ, 63 umbra G V τ. 72 tumuli P ω. 77 tumulo V ω. 81 semper A H L τ, ferio cett.

scribere plura libet: sed uox mihi fessa loquendo 85  
dictandi uires siccaque lingua negat.  
accipe, supremo dictum mihi forsitan ore,  
quod tibi qui mittit non habet ipse, 'uale.'

## IV

O mihi care quidem semper, sed tempore duro  
cognite, res postquam procubuere meae,  
usibus edocto si quicquam credis amico,  
uiue tibi et longe nomina magna fuge.  
uiue tibi, quantumque potes, praelustria uita: 5  
saeuum praelustri fulmen ab igne uenit.  
nam quamquam soli possunt prodesse potentes,  
non prosit potius, si quis obesse potest.  
effugit hibernas demissa antenna procellas,  
lataque plus paruis uela timoris habent. 10  
aspicis, ut summa cortex leuis innatet unda,  
cum graue nexa simul retia mergat onus.  
haec ego si monitor monitus prius ipse fuissem,  
in qua debebam forsitan urbe forem.  
dum tecum uixi, dum me leuis aura ferebat, 15  
haec mea per placidas cumba curcurrit aquas.  
qui cadit in plano (uix hoc tamen euenit ipsum),  
sic cadit, ut tacta surgere possit humo:  
at miser Elpenor tecto delapsus ab alto  
occurrit regi debilis umbra suo. 20  
quid fuit, ut tutas agitare Daedalus alas,  
Icarus immensas nomine signet aquas?  
nempe quod hic alte, demissius ille uolabat:  
nam pennas ambo non habuere suas.  
crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, et intra 25  
fortunam debet quisque manere suam.  
non foret Eumedes orbis, si filius eius  
stultus Achilleos non adamasset equos:  
nec natum in flamma uidisset, in arbore natas,  
cepisset genitor si Phaethonta Merops. 30  
tu quoque formida nimium sublimia semper,  
propositique, precor, contrahe uela tui.  
nam pede inoffenso spatium decurrere uitae  
dignus es et fato candidiore frui.  
quae pro te ut uoueam, miti pietate mereris 35  
haesuraque fide tempus in omne mihi.  
uidi ego te tali uultu mea fata gementem,  
qualem credibile est ore fuisse meo.  
nostra tuas uidi lacrimas super ora cadentes,  
tempore quas uno fidaque uerba bibi. 40  
nunc quoque summotum studio defendis amicum,  
et mala uix ulla parte leuanda leuas.  
uiue sine inuidia mollesque inglorius annos  
exige, amicitias et tibi iunge pares,  
Nasonisque tui, quod adhuc non exulat unum, 45  
nomen ama: Scythicus cetera Pontus habet.

IV<sup>b</sup>

Proxima sideribus tellus Erymanthidos ursae  
me tenet, adstricto terra perusta gelu.  
Bosphoros et Tanais superant Scythiaequae paludes  
uix satis et noti nomina pauca loci. 50  
ulterius nihil est nisi non habitabile frigus.  
heu quam uicina est ultima terra mihi!  
at longe patria est, longe carissima coniunx,  
quiquid et haec nobis post duo dulce fuit.  
sic tamen haec adsunt, ut quae contingere non est  
corpore: sunt animo cuncta uidentia meo. 56

ante oculos errant domus, urbs, *fora*, forma locorum,  
acceduntque suis singula facta locis.  
coniugis ante oculos, sicut praesentis, imago:  
illa meos casus ingrauat, illa leuat: 60  
ingrauat hoc, quod abest; leuat hoc, quod praestat  
amorem  
inpositumque sibi firma tuetur onus.  
uos quoque pectoribus nostris haeretis, amici,  
dicere quos cupio nomine quemque suo.  
sed timor officium cautus compescit, et ipsos 65  
in nostro poni carmine nolle puto.  
ante uolebatis, gratique erat instar honoris,  
uersibus in nostris nomina uestra legi.  
quod quoniam est anceps, intra mea pectora quemque  
alloquar, et nulli causa timoris ero. 70  
nec meus indicio latitantes uersus amicos  
protrahit: occulte, siquis amabat, amet.  
scite tamen, quamuis longe regione remotus  
absim, uos animo semper adesse meo;  
et qua quisque potest, aliqua mala nostra leuate, 75  
fidam proiecto neue negate manum.  
prospera sic maneat uobis fortuna, nec umquam  
contacti simili sorte rogetis idem.

## V

Vsus amicitiae tecum mihi paruus, ut illam  
non aegre posses dissimulare, fuit;  
nec me complexus uinculis propioribus esses,  
naue mea nento forsitan emite suo.  
ut cecidi cunctique metu fugere ruina 5  
uersaque amicitiae terga dedere meae,  
ausus es igne Iouis percussum tangere corpus  
et deploratae limen adire domus:  
idque recens praestas nec longo cognitus usu,  
quod ueterum misero uix duo tresue mihi. 10  
uidi ego confusos uultus uisusque notaui,  
osque madens fletu pallidusque meo:  
et lacrimas cernens in singula uerba cadentes  
ore meo lacrimas, auribus illa bibi;  
brachiaque accepi presso pendientia collo, 15  
et singultatis oscula mixta sonis.  
sum quoque, care, tuis defensus uiribus absens:  
(scis 'carum' ueri nominis esse loco),  
multaque praeterea manifesta signa fauoris  
pectoribus teneo non abitura meis. 20  
di tibi posse tuos tribuant defendere semper,  
quos in materia prosperiore iues.  
si tamen interea, quid in his ego perditus oris  
(quod te credibile est quaerere) quaeris, agam:  
spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli, 25  
tristia leniri numina posse dei.  
seu temere expecto siue id contingere fas est,  
tu mihi, quod cupio, fas, precor, esse proba,  
quaeque tibi est linguae facundia, confer in illud,  
ut doceas uotum posse ualere meum. 30  
quo quisque est maior, magis est placabilis irae,  
et faciles motus mens generosa capit.  
corpora magnanimo satis est prostrasse leoni;  
pugna suum finem, cum iacet hostis, habet:  
at lupus et turpes instant morientibus ursi 35  
et quaecumque minor nobilitate fera.  
maius apud Troiam forti quid habemus Achille?  
Dardanii lacrimas non tulit ille senis.  
quae ducis Emathii fuerit clementia, Porus  
Dareique docent funeris exequiae. 40  
neue hominum referam flexas ad mitius iras,

IV 8 sic A  $\tau$ , uide ed. Ox. p. lxxi. non—potius. uel, non prosit potius G (?) V, non prodest potius G<sup>2</sup>, non potius prodest HP. si—potest. plurimum (supraser. si quis L<sup>2</sup>) obesse potest L, plurimum obesse solent G eras. (si quis obesse potest G<sup>2</sup>) V. 21 agitarit Heins. 36 fide—mihi L, mihi—fide cett. IV<sup>b</sup> priori adiungunt FL  $\omega$ . 50 uix satis et H, uix satis est ALP, uixque satis G V  $\omega$ . 55 adsunt L, absunt cett. 57 errat  $\Gamma$   $\omega$ . fora Rothmaler, et codd. 58 succeduntque  $\Gamma$   $\omega$ . 67 honoris L, amoris  $\Gamma$   $\omega$ . 72 protrahet  $\Gamma$   $\omega$ . amauit  $\Gamma$   $\omega$ , amabit Housman. 73 longe defloratio Parisina 8069, longa cett. V 3 nec Laurentiani 36, 33 man. sec. Bentl., ni cett. 15 presso P  $\tau$ , presto L, maesto A G H V  $\omega$ . 16 singultantis  $\Gamma$  L. 19 manifesta que Haueniensis, manifesta L, manifesti cett. 31 quisque est. quisquis L eras., quis est G (?) H V. 40 Dareique L, praclarique  $\Gamma$   $\omega$ .

Innonis gener est, qui prius hostis erat.  
denique non possum nullam sperare salutem,  
cum poenae non sit causa cruenta meae.  
non mihi quaerenti possum dare cuncta petitum 45  
Caesarem caput est, quod caput orbis erat :  
non aliquid dixi, elatane lingua loquendo est,  
lapsaque sunt nimio uerba profana uero :  
inscia quod crimen uiderunt lumina, peccor,  
peccatunq; oculos est habuisse memm. 50  
non equidem totam possum defendere culpam ;  
sed partem nostri criminis error habet.  
spes igitur superest facturum tui molliat ipse  
mutati poenam condicione loci.  
hos utinam nitidi Solis praenuntius ortus 55  
afferat aduisso Lucifer albus equo.

## VI

Foedus amicitiae nec nis, carissime, nostrae  
nec, si forte uelis, dissimulare potes.  
donec enim licuit, nec te mihi carior alter  
nec tibi me tota iunctior nrbe fuit.  
isque erat usque adeo populo testatus, ut esset 5  
paene magis quam tu quamque ego notus, amor :  
quique est in caris animi tibi candor amicis,  
cognitus est ipsi, quem colis, iste uiro.  
nil ita celabas ut non ego conscius essem,  
pectoribusq; dabas multa tegenda meis : 10  
cuique ego narrabam secreti quicquid habebam,  
excepto quod me perdidit, unns eras.  
id quoque si scisses, salno fruerere sodali,  
consilioque forem sospes, amice, tuo.  
sed mea me in poenam nimirum fata trahebant : 15  
omne bonae claudunt utilitatis iter ?  
sine malum potui tamen hoc uitare cauendo,  
seu ratio fatma uincere nulla ualet :  
tu tamen, o nobis usu iunctissime longo,  
pars desiderii maxima paene mei, 20  
sis memor, et siquas fecit tibi gratia uires,  
illas pro nobis experire, rogo,  
numinis ut laesi fiat mansuetior ira,  
mutatoque minor sit mea poena loco ;  
idque ita, si nullum scelus est in pectore nostro, 25  
principiumue mei criminis error habet.  
nec breue nec tutum quo sint mea dicere casu  
Inmina funesti conscia facta mali :  
mensque reformidat, uelnti sua uulnera, tempus  
illud, et admonitu fit nonus ipse pudor : 30  
sed quacumque adeo possunt allerre pudorem,  
illa tegi caeca condita nocte decet.  
nil igitur referam nisi me peccasse, sed illo  
praemia peccato nulla petita mihi,  
stultitiamque meum crimen debere nocari, 35  
nonina si facto reddere uera uelis.  
quae si non ita sunt, alim, quo longius absim,  
quaere : suburbana est hic mihi terra locus.

## VII

Vade salutatam, subito perarata, Perillam,  
littera, sermonis fida ministra mei.  
ant illam inuenies dulci cum matre sedentem,  
ant inter libros Pieridasque suas.  
quicquid aget, eum te scierit uenisse, relinquet, 5  
nec mora, quid nenias quidne, requiret, agam ;  
uiuere me dicēs, sed sic ut uiuere nolim,

nec mala tam longa nostra leuata mora ;  
et tamen ad Musas, quamuis nocuere, reuerti,  
aptaque in alternos cogere uerba pedes. 10  
tu quoque, die studiis communibus ecquid inhaeres.  
doctaque nunc patrio carmina more canis ?  
nam tibi cum fatis mores natura pudicos  
et raras dotes ingeniumque dedit.  
hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas, 15  
ne male fecundae uena periret aquae ;  
primus id aspexi teneris in uirginis annis,  
utque pater natae duxque comesque fui.  
ergo si remanent ignes tibi pectoris idem,  
sola tuum uates Lesbica uinct opus. 20  
sed uereor, ne te mea nunc fortuna retardet,  
postque meos casus sit tibi pectus iners.  
dum licuit, tua saepe mihi, tibi nostra legebam :  
saepe tui iudex, saepe magister eram :  
aut ego praebam factis modo uersibus aures, 25  
aut, ubi cessaras, causa ruboris eram.  
forsitan exemplo, quia me laesere libelli,  
tu quoque sis poenae facta soluta meae.  
pone, Perilla, metum : tantummodo femina nulla  
neue uir a scriptis discat amare tuis. 30  
ergo desidiae remoue, doctissima, causas,  
inque bonas artes et tua sacra redi.  
ista decens facies longis uitabitur annis,  
rugaque in antiqua fronte senilis erit,  
inicietque manum formae damnosa senectus, 35  
quae strepitus passu non faciente uenit.  
cumque aliquis dicet ' fuit haec formosa ' dolebis,  
et speculum mendax esse querere tuum.  
sunt tibi opes modicae, cum sis dignissima magnis :  
linge sed immensis censibus esse pares. 40  
nempe dat id quodcumque libet fortuna rapitque,  
Irus et est subito, qui modo Croesus erat.  
singula ne referam, nil non mortale tenemus  
pectoris exceptis ingenique bonis.  
eu ego, cum caream patria uobisque domoque, 45  
raptaque sint, adim quae potuere mihi,  
ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque :  
Caesar in hoc potuit iuris habere nihil.  
quilibet hanc sacro uitam mihi linat ense,  
me tamen extincto fama superstes erit, 50  
dumque suis uictrix omnem de montibus orbem  
prospiciet domitum Martia Roma, legar.  
tu quoque, quam studii maneat felicior usus,  
effinge neutros, qua potes, usque rogos.

## VIII

Nunc ego Triptolemi cuperem consistere curru,  
misit in ignotum qui rinde semen humum :  
nunc ego Medae malleu frenare dracones,  
quos habuit fugiens aece, Corinthe, tua :  
nunc ego iactandas optarem sumere pennas, 5  
siue tuas, Perseu, Daedale, siue tuas :  
ut tenera nostris cedente uolatibus aura  
aspicerem patriae dulce repente solum,  
desertaeque domus uultus, memoresque sodales,  
caraque praecipue coniugis ora meae. 10  
stulte, quid haec frustra notis peribibus optas,  
quae non ulla tibi fertque foretque dies ?  
si semel optandum est, Augusti numen adora,  
et quem sensisti, rite precare, deum.  
ille tibi pennasque potest currusque nolucres 15  
tradere. det reditum, protinus ales eris.  
si precer hoc (neque enim possum maiora rogare),

V 47 dixi codd. uolataque L, uolotataque A G H V τ, uolotataque P ω. locuta est τ. 50 meum H<sup>2</sup> P τ, meos A G H L V ω. 55 hos Riese, hoc codd., correxit Ellis, Hermathena vii p. 199. VI 8 cognita sunt—ista, uiro codd., deo Heins., Ioui Housman. 16 bonae claudens L, correxit Ellis, l. e. p. 200, bonum claudunt G, bonae claudunt cett., o mala ne claudant ego in ed. Ox. p. xxxviii. 26 principiumque P (?) τ edd. 30 pudor G H L P V, dolor cett. VII 2 deest L usque ad IV l. II. 12 nunc H, non A G P V ω. 26 cessaras τ. 28 soluta scripsi, acuta P, ruina x, remissa Muretus, reclusa Ellis et Zingerle (Nene Phil. Rundschau v p. 70) pro se quisque. 30 neue uir a. deuia ne A τ. 41 id τ, et P ω. 43 ne. quid τ. 51 omnem. septem H x. VIII 1 conscendere currus A (?) x. 3 mitem A (?) x. 12 tibi. tulit G H P V.

ne mea sint, timeo, nota modesta parum.  
forsitan hoc olim, cum iam satiauerit iram,  
tum quoque sollicita mente rogandus erit. 20  
quod minus interea est, instat mihi muneris ampli,  
ex his me iubeat quolibet ire locis.  
nec caelum nec aënae faciunt nec terra nec auræ ;  
et mihi perpetuus corpora languor habet.  
seu utiant artus aërae contagia mentis, 25  
siue mei causa est in regione mali,  
ut tetigi Pontum, uexant insomnia uixque  
ossa tegit macies nec iuuat ora cibus ;  
quique per autumnum percussis frigore primo  
est color in foliis, quæ noua laesit hiemps, 30  
is mea membra tenet, nec uiribus alleuor ullis,  
et numquam queruli causa doloris abest.  
nec melius ualeo quam corpore mente, sed aëgra est  
utraque pars aëque, binaque damna fero.  
haeret et ante oculos ueluti spectabile corpus 35  
astat fortunæ forma legenda meae :  
cumque locum moresque hominum cultusque  
sonumque  
cernimus, et qui sim qui fuerimque subit,  
tantus amor necis est, querat ut cum Caesaris ira,  
quod non offensas uindictet ense suas. 40  
at quoniam semel est odio ciuilitur usus,  
mutato leuior sit fuga nostra loco.

## IX

Hic quoque sunt igitur Graiæ (quis crederet?) urbes  
inter inhumanae nomina barbariæ :  
huc quoque Mileto missi uenere coloni,  
inque Getis Graias constituere domos.  
sed uetus huic nomen positaque antiquius urbe 5  
constat ab Absyrti caede fuisse loco.  
nam rate, quæ cura pugnacia facta Mineruæ  
per non temptatas prima cucurrit aquas,  
impia desertum fugiens Medea parentem  
dicitur his remos applicuisse uadis. 10  
quem procul ut uidit tumulo speculator ab alto,  
'hospes,' ait 'nosco, Colchide, uela, uenit.'  
dum trepidant Minyæ, dum soluitur aggere funis,  
dum sequitur celeres anchora tracta manus,  
conscia percussit meritorum pectora Colchis 15  
ausa atque ausura multa nefanda manu ;  
et quamquam superest ingens audacia menti,  
pallor in attonitæ uirginis ore fuit.  
ergo ubi prospexit uenientia uela 'tenemur,  
et pater est aliqua fraude morandus' ait. 20  
dum quid agat quaerit, dum uersat in omnia uultus,  
ad fratrem casu lumina flexa tulit.  
cuius ut oblata est praesentia, 'uicinius:' inquit  
'hic mihi morte sua causa salutis erit.'  
protinus ignari nec quicquam tale timentis 25  
innocuum rigido perforat ense latus,  
atque ita diuellit diuisaque membra per agros  
dissipat in multis inuenienda locis.  
neu pater ignoret, scopulo proponit in alto  
pallentesque manus sanguineumque caput, 30  
ut genitor luctuque nouo tardetur et artus  
dum legit extinctos triste moretur iter.  
inde Tomis dictus locus hic, quia fertur in illo  
membra soror fratris consecuisse sui.

## X

Siquis adhuc istic meminit Nasonis ademti,  
et superest sine me nomen in urbe meum,  
suppositum stellis numquam tangentibus aequor

me sciat in media uiuere barbaria.  
Sauromatae cingunt, fera gens, Bessique Getaeque, 5  
quam non ingenio nomina digna meo.  
dum tamen aura tepet, medio defendimur Histro :  
ille suis liquidis bella repellit aquis.  
at cum tristis hiemps squalentia protulit ora,  
terraque marmoreo est candida facta gelu, 10  
dum parat et Boreas et nix habitare sub Areto,  
tum patet has gentes axe tremente premi.  
nix iacet, et iactam ne sol pluuiæque resoluant  
indurat Boreas perpetuamque facit :  
ergo ubi delicit nondum prior, altera uenit, 15  
et solet in multis bima manere locis ;  
tantaque commoti uis est Aquilonis, ut altas  
aequet humo turres tectaque rapta ferat.  
pellibus et sutis arcant mala frigora braxis,  
oraque de toto corpore sola patent. 20  
saepè sonant moti glacie pendente capilli,  
et nitet inducto candida barba gelu ;  
nudaque consistunt formam seruantia testae  
uina, nec hausta meri, sed data frusta bibunt.  
quid loquar, ut uincti concreascent frigore riui, 25  
deque lacu fragiles effodiantur aquae ?  
ipse papyrifero qui non angustior amne  
miscetur uasto multa per ora freto,  
caeruleos uentis latices durantibus, Hister  
congelat et tectis in mare serpit aquis ; 30  
quaque rates ierant, pedibus nunc itur, et undas  
frigore concretas ungula pulsat equi ;  
perque nouos pontes, subter labentibus undis,  
ducunt Sarmatici barbara plaustra boues.  
uix equidem credar, sed cum sint praemia falsi 35  
nulla, ratam debet testis habere fidem :  
uidimus ingentem glacie consistere pontum,  
lubricaque inmotas testa premebat aquas.  
nec uidisse sat est : durum calcauimus aequor,  
undaque non udo sub pede summa fuit. 40  
si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuisset,  
non foret angustae mors tua crimen aquae.  
tum neque se pandi possunt delphines in auras  
tollere ; conantes dura coeret hiemps ;  
et quamuis Boreas iactatis insonet alis, 45  
fluctus in obsesso gurgite nullus erit,  
inclusaëque gelu stabunt in margine puppes,  
nec poterit rigidas findere remus aquas.  
uidimus in glacie pisces haerere ligatos,  
sed pars ex illis tum quoque uina fuit. 50  
siue igitur nimii Boreae uis saeuia marinas  
siue redundatas flumine cogit aquas :  
protinus aequato siccis Aquilonibus Histro  
inuelitur celeri barbarus hostis equo ;  
hostis equo pollens longeque uolante sagitta 55  
uicinam late depopulatur humum.  
diffugiunt alii, nullisque tuentibus agros  
incustoditae dripiuntur opes,  
ruris opes paruæ, pecus et stridentia plaustra,  
et quas diuitias incola pauper habet. 60  
pars agit uinctis post tergum capta lacertis,  
respiens frustra rura Laremque suum :  
pars cadit hamatis misere confixa sagittis,  
nam uolueri ferro tinetile uirus inest.  
quæ nequeunt secum ferre aut abducere, perdunt, 65  
et cremat insontes hostica flamma casas.  
tum quoque, cum pax est, trepidant formidine  
belli,  
nec quisquam presso uomere sulcat humum.  
aut uidet aut metuit locus hic, quem non uidet,  
hostem :  
cessat iners rigido terra relicta situ. 70  
non hic pampinea dulcis latet uua sub umbra,  
nec cumulat altos feruida musta lacus.

VIII 24 *ei A G ω. 41 aut A G H V. IX 14 anchora G H V = (cf. V 2. 42, ed. Ox. p. xcvi), ancora A (?) P (?) ω. 32 moretur A H P V, retardet G ω. 33 Tomis A G, Tomus H V τ, Tomos P (?) ω. X 8 liquidus G = edd. 11 parat scripsi, patet codd. (ex u. sequenti illatum). habitare Γ τ. iniecta τ. eum parat et Boreas et nix regnare sub areto Ehw. 13 ne G, nec A H P V ω. resoluant Ehw., resoluunt G, resoluunt cett. 25 cuncti A P V ω. 47 in margine V τ, in marmore A G H P ω.*

poma negat regio, nec haberet Acontius, in quo  
scriberet hic dominae uerba legenda suae:  
aspiceret nudos sine fronde, sine arbore campos: 75  
heu loca felici non adeunda uiro!  
ergo tam late pateat cum maximus orbis,  
haec est in poenas terra reperta meas.

## XI

Siquis es insultus qui casibus, inprobe, nostris,  
meque reum dempto sine eruentis agas,  
natus es e seopulis et pastus lacte ferino,  
et dicam silices pectus habere tuum.  
quis gradus ulterior, quo se tua porrigat ira, 5  
restat? quidue meis eernis abesse malis?  
barbara me tellus et inhospita litori Ponti  
cunq; suo Borea Maenalis Vrsa nidet.  
nulla mihi cum gente fera commercia linguae:  
omnia solliciti sunt loca plena metus, 10  
utque fugax auidis eernus deprehensus ab ursis,  
cinctaue montanis ut pauet agna lapis,  
sic ego belligeris a gentibus undique saeptus  
terroer, hoste meum paene premente latus.  
utque sit exiguum poenae, quod coniuge eara, 15  
quod patria careo pignoribusque meis,  
ut mala nulla feram nisi nudam Caesaris iram,  
nuda parum est nobis Caesaris ira mali?  
et tamen est aliquis qui uulnera cruda retractet,  
solhat et in mores ora diserta meos, 20  
in causa facili euinis licet esse deserto,  
et minimae uires frangere quassa ualent.  
subruere est arees et stantia moenia nirtus:  
quilibet ignaui praecipitata premunt.  
non sum ego quod fueram, quid inanem proteris  
unibrum? 25  
quid eimerem saxis bustaque nostra petis?  
Hector erat tum cum bello certaret: at idem  
uinctus ad Haemonios non erat Hector equos.  
me quoque, quem noras olim, non esse memento:  
ex illo superant haec simulacra uiro. 30  
quid simulacra, ferox, dictis incessis amaris?  
parce, precor, manes sollicitare meos.  
omnia uera puta mea crimina, nil sit in illis  
quod magis errorem quam scelus esse putes:  
pendimus en profingi (satis tua pectora) poenas 35  
exilioque graues exillique loco.  
earnifici fortuna potest mea flenda uideri:  
et tamen est uno iudice mersa parum.  
saenior es tristi Busiride, saenior illo,  
qui falsum lento torruit igne bouem, 40  
quique bonem Sienlo fertur donasse tyranno,  
et dictis artes conciliasse suas:  
'munere in hoc, rex, est usus, sed imagine maior,  
nec sola est operis forma probanda mei.  
aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri? 45  
haec tibi, quem perdes, coniciendus erit.  
protinus inclusum lentis carbonibus ure:  
mugiet, et ueri nox erit illa bouis.  
pro quibus inuentis, ut minus munere penses,  
da, precor, ingenio praemia digna meo.' 50  
dixerat. at Phalaris 'poenae mirande repertor,  
ipse tum praesens imbue' dixit 'opus.'  
nec mora, monstratis erideller ignibus usus  
exhibuit geminos ore tremente sonos.  
quid mihi enim Siculis inter Scythiamque Getasque?

ad te, quisquis is es, nostra querela redit. 56  
utque sitim nostro possis explere eriore,  
quantaque uis, auido gaudia corde feras,  
tot mala sum fugiens tellure, tot aequire passus,  
te quoque ut auditis posse dolere puteum. 60  
erede mihi, si sit nobis collatus Vlixes,  
Neptunine minor quam Iouis ira fuit?  
ergo quicumque es, rescindere crimina noli,  
deque graui duras uulnera tolle manus:  
utque meae famam tenuent obliuia culpae, 65  
facta cicatricem duere nostra sine,  
humanaeque memor sortis, quae tollit eosdem  
et premit, incertas ipse uerere uiees.  
et quoniam, fieri quod nunquam posse putau,  
est tibi de rebus maxima cura meis, 70  
non est quod timeas: fortuna miserrima nostra est;  
omne trahit seum Caesaris ira malum.  
quod magis ut liqueat, neue hoc fingere credar,  
ipse uelim poenas experiare meas.

## XII

Frigora iam Zephyri minunt, annoque peracto  
longior abscedit uix Tanaitis hiemps:  
impositaque sibi qui non bene pertulit Hellen  
tempora nocturnis aequa diurna facit.  
iam uiolam puerique legunt hilaresque puellae, 5  
rustica quae nullo nata serente uenit;  
prataque pubescunt uariorum flore eolorum,  
indocilique loquax gutture uernat auis;  
utque malae matris crimen deponat, hirundo  
sub trabibus cunas tectaque parua facit; 10  
herbaeque, quae latuit Cerealibus obruta sulcis,  
exit et expandit molle cacumen humo;  
quoque loco est uitis, de palmito genma mouetur  
(nam proenl a Getico litore uitis abest);  
quoque loco est arbor, turgescit in arbore ramus 15  
(nam proenl a Geticis linibus arbor abest).  
otia nunc istie, inmetisque ex ordine ludis  
cedunt uerbosi garrula bella fori.  
usus equi nunc est, lenibus nunc luditur armis;  
nunc pila, nunc celeri uertitur orbe trochus; 20  
nunc ubi perfusa est oleo labente inuentus,  
defessos artus Virgine tingit aqua.  
saena niget stndiisque fauor distantibus ardet  
proque tribus resonant terna theatra foris.  
o quantum et quotiens non est numerare beatum,  
non interdicta cui licet urbe frui! 26  
at mihi sentitur nix erno sole soluta,  
quaque lacu durae non fodiantur aquae:  
nec mare concrescit glacie nec, ut ante, per Histrum  
stridula Sauromates planstra bubulcus agit. 30  
incipient aliquae tamen huc adnare carinae,  
hospitaque in Ponti litore puppis erit:  
sedulus occurram nantae, dictaque salute,  
quid ueniat quaeram quisque quibusue locis.  
ille quidem mirum ni de regione propinqua 35  
non nisi nicias tutus ararit aquas.  
rarus ab Italia tantum mare nauita transit,  
litora rarus in haec portibus orba uenit,  
sive tamen Graeca scierit, sive ille Latina  
uoce loqui, (certe gratior huius erit; 40  
fas quoque ab ore freti longaeque Propontidos undis  
huc aliquem certo uela dedisse Noto:)  
quisquis is est, memori rimorem uoce referre

X 75 aspiceret V, aspiceres cett. 78 poena—mea A V, poenam—meam G ω. XI 3 et pastus A H P V, eductus G, eductus τ, nutritus τ. 5 quo se tua (sua G, om. H) G H τ, aut quo se cett. 12 cincta (om. -ue) G, cinctaque ω. 21 disertum G ω. 24 quamlibet A τ. 27 certaret G H P, certabat cett. 28 uictus ab Haemonio—equo P, uectus uel tractus ab Haemonio—equo ω. 46 hinc A V, hic H P ω. perdis P τ. 52 princeps Heins., praesens coneci. 54 tremente H τ, fremente A, gemente G P V ω. 62 Neptunine scripsi (cf. Stat. Theb. IV 618), Neptunique P τ, Neptuni minor, est quam Iouis ira, fuit τ. XII 2 abscedit scripsi, antiquis A G H V ω, antiqua P τ. uix Tanaitis scripsi, uisu Maeotis codd., intepit uisa Tomitis Lachmann ad Lucr. I 360, ante tribus uisa madescit Housmau, codicum scripturam tucter Ellis, Hermathena vii p. 202. 12 exit—expandit. exerit e tepida A (?) τ. 18 uerboso—foro A H P τ. 19 lusus A H P V ω, equis A (?) τ. 20 uoluitur A τ. 25 quantum o P, quater d G V ω. 28 quodque A H. duro P ω. non. uix P τ. fodiantur τ. 31 incipiunt A H P V τ. 34 quibusque A H V. 36 ararit Heins., arabit Laurentianus 36, 33, araret cett. 40 huius. usus P τ.

et fieri famae parsque gradusque potest.  
 is, precor, auditos possit narrare triumphos 45  
 Caesaris et Latio reddita uota Ioui,  
 teque rebellatrix, tandem, Germania, magni  
 triste caput pedibus subposuisse ducis.  
 haec mihi qui referet, quae non uidisse dolebo,  
 ille meae domui profinus hospes erit. 50  
 ei mihi, iamne domus Scythico Nasonis in orbe est?  
 iamque sum mihi dat pro lare poena locum?  
 di facite ut Caesar non hic penetrare domumque,  
 hospitium poenae sed uelit esse meae.

## XIII

Ecce superuacuis (quid enim fuit utile gigni?)  
 ad sua natalis tempora noster adest.  
 dure, quid ad miseris ueniebas exulis annos?  
 debueras illis inposuisse modum.  
 si tibi cura mei, uel si pudor ullus inesset, 5  
 non ultra patriam me sequerere meam:  
 quoque loco primum tibi sum male cognitus infans,  
 illo temptasses ultimus esse mihi:  
 inque relinquendo, quod idem fecere sodales,  
 fu quoque dixisses tristis in urbe 'uale.' 10  
 quid tibi cum Ponto? num te quoque Caesaris ira  
 extremam gelidi misit in orbis humum?  
 scilicet expectas solitum tibi moris honorem,  
 pendeat ex umeris uestis ut alba meis,  
 fumida cingatur florentibus ara coronis, 15  
 micaque sollemni turis in igne sonet,  
 libaque dem proprie genitale notantia tempus,  
 concipiamque bonas ore fauente preces.  
 non ita sum positus, nec sunt ea tempora nobis,  
 aduentu possin laetus ut esse tuo. 20  
 funeris ara mihi, ferali cincta cupresso,  
 conuenit et structis flamma parata rogis.  
 nec dare tura libet nil exorantia diuos,  
 in tantis subeunt nec bona uerba malis.  
 si tamen est aliquid nobis hac luce petendum, 25  
 in loca ne redeas amplius ista, precor,  
 dum me terrarum pars paene nouissima, Pontus,  
 Euxinus falso nomine dictus, habet.

## XIV

Cultor et antistes doctorum sancte uirorum,  
 quid facis, ingenio semper amice meo?  
 ecquid, ut incolumem quondam celebrare solebas,

nunc quoque ne uidear totus abesse caues?  
 conficis exceptis ecquid mea carmina solis 5  
 Artibus, artificii quae nocuere suo?  
 immo ita fac, quaeos, uatum studiosae nouorum,  
 quaque potes retine corpus in urbe meum.  
 est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis,  
 qui domini poenam non meruere sui. 10  
 saepe per externas profugus pater exulat oras,  
 urbe tamen natis exulis esse licet.  
 Palladis exemplo de me sine matre creata  
 carmina sunt, stirps haec progeniesque mea est.  
 hanc tibi commendo, quae quo magis orba parente  
 est, 15  
 hoc tibi tutori sarcina maior erit.  
 tres mihi sunt nati contagia nostra secuti;  
 cetera fac curae sit tibi turba palam.  
 sunt quoque mutatae, ter quinque uolumina, formae,  
 carmina de domini funere rapta sui. 20  
 illud opus potuit, si non prius ipse perissem,  
 certius a summa nomen habere manu:  
 nunc incorrectum populi peruenit in ora,  
 in populi quicquam si tamen ore meum est.  
 hoc quoque nescioquid nostris appone libellis, 25  
 diuerso missum quod tibi ab orbe uenit.  
 quod quicumque leget (siquis leget), aestimet ante,  
 compositum quo sit tempore quoque loco.  
 aequum erit scriptis, quorum cognouerit esse  
 exilium tempus barbariamque locum: 30  
 inque tot aduersis carmen mirabitur ullum  
 ducere me tristi sustinuisse manu.  
 ingenium fregere meum mala, cuius et ante  
 ions infecundus paruaque uena fuit.  
 sed quaecumque fuit, nullo exercente refugit, 35  
 et longo periit arida facta situ.  
 non hic librorum, per quos inuiter alarumque,  
 copia: pro libris arcus et arma sonant.  
 nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius  
 intellecturis auribus utar, adest. 40  
 non quo secedam locus est: custodia muri  
 summo uet infestos clausaque porta Getas.  
 saepe aliquid quaero uerbum nomenque locumque,  
 nec quisquam est a quo certior esse queam.  
 dicere saepe aliquid conanti (turpe fateri) 45  
 uerba mihi desunt dedidicique loqui.  
 Threicio Scythicoque fere circumsonor ore,  
 et uideor Geticis scribere posse modis.  
 crede mihi, timeo ne Sintia mixta Latinis  
 inque meis scriptis Pontica uerba legas. 50  
 qualemque igitur uenia dignare libellum,  
 sortis et excusa condicione meae.

## LIBER QVARTVS

## I

Si qua meis fuerint, ut erunt, uitiosa libellis,  
 excusata suo tempore, lector, habe.  
 exul eram, requiesque mihi, non fama, petita est,  
 mens intenta suis ne foret usque malis.  
 hoc est cur cantet uinctus quoque compede fossor, 5  
 indocili numero cum graue mollit opus.  
 cantat et innitens limosae pronus harenae,  
 aduerso tardam qui trahit amne ratem:  
 quique refert pariter lentos ad pectora remos,  
 in numerum pulsa brachia uersat aqua. 10

fessus ubi incubuit baculo saxone resedit  
 pastor, harundineo carmine mulcet oues.  
 cantantis pariter, pariter data pensa trahentis,  
 fallitur ancillae decipiturque labor. 15  
 fertur et abducta Lyrneside tristis Achilles  
 Haemonia curas attenuasse lyra.  
 cum traheret siluas Orpheus et dura canendo  
 saxa, bis amissa coniuge maestus erat.  
 me quoque Musa leuat Ponti loca iussa petentem:  
 sola comes nostrae perstitit illa fugae, 20  
 sola nec insidias, Sinti nec militis ensem  
 nec mare nec uentos barbariamque timet.

XII 47 te quoque bellatrix I. XIII 1 gigni. nobis A V. 3 miseri G τ. 9 relinquendum A, iamque relinquenda Heins. 21 cupressu G ω. XIV 2 qui A τ. 5 colligis τ, suscipis τ, suspicis Ehw. 11 extremas G. 23 in. ad A H V τ. 30 barbariemque G τ. 39 si. cuius G, cui P τ. 47 fero H V τ. 49 ne Sintia mixta Housman, sint inmixta codd. IV I 10 uersat Leidensis 177 τ, pulsat V ω. 11 ut V ω. 19 tenentem Lachn. ad Lucr. V 396. 21 Sinti nec Ehw., secutus Iac. Gronouium, scui nec Leid. 177 (m. 3), inter nec FL ω.



scit quoque, cum perii, quis me deceperit error,  
 et culpam in facto, non scelus, esse meo,  
 scilicet hoc ipso nunc aequa, quod obfuit ante, 25  
 eum mecum iuncti criminis acta rea est.  
 non equidem uellem, quoniam nocitura fuerunt,  
 Pieridum sacris inposuisse manum.  
 sed nunc quid faciam? uis me tenet ipsa sacrorum,  
 et carmen, demens, carmine laesus amo. 30  
 sic noua Dulichio lotos gustata palato  
 illo quo nocuit grata sapore fuit.  
 sentit amans sua damna fere, tamen haeret in illis,  
 materiam culpae persequiturque suae.  
 nos quoque delectant, quamuis nocuere, libelli, 35  
 quodque mihi telum uulnera fecit, amo.  
 forsitan hoc studium possit furor esse uideri,  
 sed quiddam furor hic utilitatis habet.  
 semper in optata mentem uetat esse malorum,  
 praesentis casus inmemoremque facit. 40  
 utque suum Bacche non sentit saucia uulnus,  
 dum stupet Idaeis exulata modis,  
 sic ubi mota calent uiridi inea pectora thyrso,  
 altior humano spiritus ille nalo est.  
 ille nec exilium, Scythici nec litora Ponti, 45  
 ille nec iratos sentit labere deos.  
 utque soporiferae biberem si pocula Lethes,  
 temporis aduersi sic mihi sensus abest.  
 iure deas igitur ueneror mala nostra leuantes,  
 sollicitae comites ex Helicone fugae, 50  
 et partim pelago partim uestigia terra  
 uel rate dignatas uel pede nostra sequi.  
 sint, precor, haec saltem faciles mihi! namque deorum  
 cetera cum magno Caesare turba facit,  
 meque tot aduersis cumulant, quot litus harenas, 55  
 quotque fretum pisces, onaque pisces habet.  
 uere prius flores, aestu numerabis aristas,  
 poma per autumnum frigidioribus niues,  
 quam mala quae toto patior iactatus in orbe,  
 dum miser Euxini litora laeua peto. 60  
 nec tamen, ut ueni, leuior fortuna malorum est:  
 huc quoque sunt nostras fata secuta uias:  
 hic quoque cognosco natalis stamina nostri,  
 stamina de nigro uellere facta mihi.  
 utque neque insidias capitisque pericula narrem, 65  
 uera quidem, ueri sed grauiora fide,  
 uiuere quam miserum est inter Bessosque Thetasque  
 illum, qui populi semper in ore fuit.  
 quam miserum est porta uitam muroque tueri,  
 uixque sui tutum uiribus esse loci. 70  
 aspera militiae iuuenis certamina fugi,  
 nec nisi lusura mouimus arma manu;  
 nunc senior gladioque lato scutoque sinistram,  
 canitiem galeae subicique meam.  
 nam dedit et specula custos nbi signa tumultus, 75  
 induimus tepida protinus arma manu.  
 hostis habens areus inbutaque tela uenenis  
 saeuus anhelanti mocnia lustrat equo;  
 utque rapax pecudem, quae se non texit onili,  
 per sata per siluas fertque trahitque lupus: 80  
 sic, siquem nondum portarum saepe receptum  
 barbarus in campis reperit hostis, habet:  
 aut sequitur captus coniectaque uincula collo  
 accipit, aut telo uirus habente perit.  
 hic ego sollicitae lateo nouus incola sedis, 85  
 heu nimium fati tempora longa mei!  
 et tamen ad numeros antiquaque sacra reuerti  
 sustinet in tantis hospita Misa malis.  
 sed neque eui recitem quisquam est mea carmina,  
 nec qui  
 auribus accipiat uerba Latina suis. 90  
 ipse mihi (quid enim faciam?) scriboque legoque,  
 tutaque iudicio littera nostra suo est.

saepe tamen dixi 'cui nunc haec eura laborat?  
 an mea Sauromatae scripta Getaeque legent?'  
 saepe etiam lacrimae me sunt scribente profusae, 95  
 unidaque est fletu littera facta meo,  
 corque uetusta meum tamquam noua uulnera nouit,  
 inque sinum maestae labitur inber aquae.  
 cum nice mutata qui sim fuerimque recordor,  
 et tulerit quo me casus et unde subit; 100  
 saepe manus demens, studiis irata sibi que,  
 misit in arsueros carmina nostra rogos.  
 atque eadem, e multis quoniam non multa supersunt,  
 eum uenia facito, quisquis es, ista legas.  
 tu quoque non melius quam sunt mea tempora 105  
 carmen,  
 interdicta mihi, consule, Roma, boni.

## II

Iam fera Caesaribus Germania, totus ut orbis,  
 uicta potest flexo succubuisse genu,  
 altaque uelentur fortasse Palatia sertis,  
 turrae in igne sonent inficiantque diem,  
 candidaque adducta collum percussa securi 5  
 uictima purpureo sanguine pulset humum,  
 donaque amicorum templa promissa deorum  
 reddere uictores Caesar interque parent,  
 et qui Caesareo iuuenes sub nomine crescunt,  
 perpetuo terras ut domus illa regat, 10  
 cumque bonis nuribus pro sospite Livia nato  
 munera det meritis saepe data deis,  
 et pariter matres et quae sine crimine castos  
 perpetua seruant uirginitate focos;  
 plebs pia cumque pia laetetur plebe senatus, 15  
 paruaque eius erant pars ego nuper eques.  
 nos procul expulsos communia gaudia fallunt,  
 famaue tam longe non nisi parua uenit.  
 ergo omnis populus poterit spectare triumphos,  
 cumque ducum titulis oppida capta leget, 20  
 uinclaque captiua roges ceruice gerentes  
 ante coronatos ire uidebit equos,  
 et cernet uultus aliis pro tempore uersos,  
 terribiles aliis inmemoresque sui.  
 quorum pars causas et res et nomina quaeret, 25  
 pars referet, quamuis nouerit illa parum:  
 'hic, qui Sidonio fulget sublimis in ostro,  
 dux fuerat belli, proximus ille duei.  
 hic qui nunc in humo lumen miserabile fixit,  
 non isto uultu, cum tulit arma, fuit. 30  
 ille ferox et adhuc oculis hostilibus ardens  
 hortator pugnae consiliumque fuit.  
 perfidus hic nostros inclusit fraude locorum,  
 squalida promissis qui tegit ora comis.  
 illo, qui sequitur, diemnt maetata ministro 35  
 saepe recusanti corpora capta deo.  
 hic lacus, hi montes, haec tot castella, tot amnes  
 plena ferae caedis, plena erueris erant.  
 Drusus in his uernit quondam cognomina terris,  
 quae bona progenies, digna parente, fuit. 40  
 eornibus hic fractis uiridi male teetus ab ulua  
 decolor ipse suo sanguine Rhenus erat.  
 erinibus en etiam fertur Germania passis,  
 et dncis inuicti sub pede maesta sedet,  
 collaque Romanae praebens animosa securi 45  
 uincula fert illa qua tulit arma manu.'  
 hos super in curru, Caesar, uictore uelheris  
 purpureus populi rite per ora tui,  
 quaque ibis, manibus circum plaudere tuorum,  
 undique iactato flore tegente uias. 50  
 tempora Phoebea lauro eingetur 'io' que  
 miles 'io' magna uoce 'triumphie' canet.

I 26 adiuncti A V τ. 31 lotus L. 39 sic HL, obtutu cett. codd. 42 modis, iugis G ω. 50 sollicitae codd., corr. los. Scaliger. 53 haec A V τ. 55 cumulat A G V τ. 60 laeua codex Buslidianus, saeua FL ω. 77 ueneno A HP V ω. 81 saepe τ, sede FL ω. 85 lateo L, laeco cett. 86 longa G H L P V τ, lenta A L 2 τ. 97 uerit A L V τ. 103 eadem, e Postgate, ea de codd. 104 iste conieceram. II 4 turque G P V ω. 6 tinguat V. 34 proluxis A G H. 51 eingetur L V, eingentur cett.

ipse sono plausuque simul fremituque canentum  
quadriugos cernes saepe resistere equos.  
inde petes arcem et delubra fauentia uotis, 55  
et dabitur merito laurea uota Ioui.  
haec ego summotus qua possum mente uidebo :  
erepti nobis ius habet illa loci :  
illa per immensas spatiatur libera terras,  
in caelum celeri peruenit illa fuga ; 60  
illa meos oculos mediam deducit in urbem,  
innunes tanti nec sinit esse boni ;  
inuenitque animus, qua currus spectet eburnos ;  
sic certe in patria per breue tempus ero.  
uera tamen capiet populus spectacula felix, 65  
laetaque erit praesens cum duce turba suo.  
at mihi fingendo tantum longeuque remotis  
auribus hic fructus percipiendus erit,  
atque procul Latio diuersum missus in orbem,  
qui narret cupido, uix erit, ista mihi. 70  
is quoque iam serum referet ueteremque triumphum :  
quo tamen audiero tempore, laetus ero.  
illa dies ueniet, mea qua lugubria ponam,  
causaque priuata publica maior erit.

## III

Magna minorque ferae, quarum regis altera Graias,  
altera Sidonias, utraque sicca, rates,  
omnia cum summo positae uideatis in axe,  
et maris occiduas non subeatis aquas,  
aetherianque suis cingens amplexibus arcem 5  
ueter ab intacta circulus extet humo,  
aspicite illa, precor, quae non bene moenia quondam  
dicitur Iliades transiluisse Remus,  
inque meam nitidos dominam conuertite uultus,  
sitque memor nostri necne, referte mihi. 10  
ei mihi, cur timeam ? quae sunt manifesta, requiro :  
cur labet ambiguo spes mea mixta metu ?  
crede, quod est et uis, ac desine tuta uereri,  
deque fide certa sit tibi certa fides.  
quodque polo fixae nequeunt tibi dicere flammae, 15  
non mentitura tu tibi uoce refer :  
esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est,  
quodque potest secum nomen habere tuum.  
uultibus illa tuis tamquam praesentis inhaeret,  
teque remota procul, si modo uiuit, amat. 20  
aequid ubi incubuit iusto mens aegra dolori,  
lenis ab admonito pectore somnus abit ?  
tunc subeunt curae, dum te lectusque locusque  
tangit et oblitam non sinit esse mei,  
et ueniunt aestus, et nox immensa uidetur, 25  
fessaque iactati corporis ossa dolent ?  
non equidem dubito quin haec et cetera fiant,  
detque tuus maesti signa doloris amor,  
nec cruciere minus, quam cum Thebana cruentum  
Hectora Thessalico uidit ab axe rapi. 30  
quid tamen ipse precor dubito, nec dicere possum  
affectum quem te mentis habere uelim.  
tristis es ? indignor quod sim tibi causa doloris :  
non es ? at amisso coniuge digna fores.  
tu uero tua damna dole, mitissima coniunx, 35  
tempus et a nostris exige triste malis,  
fleque meos casus : est quaedam flere uoluptas ;  
expletur lacrimis egeriturque dolor.  
atque utinam lugenda tibi non uita, sed esset  
mors mea, morte fores sola relicta mea. 40  
spiritus hic per te patrias exisset in auras,  
sparsissent lacrimae corpora nostra piae,  
supremoque die notum spectantia caelum

texissent digiti lumina nostra tui,  
et cinis in tumulo positus iacisset auito, 45  
tactaque nascenti corpus haberet humus ;  
denique, ut et uixi, sine crimine mortuus essem.  
nunc mea supplicio uita pudenda suo est.  
me miserum, si tu, cum diceris exulis uxor,  
auertis uultus et subit ora rubor ! 50  
me miserum, si turpe putas mihi nupta uideri !  
me miserum, si te iam pudet esse meam !  
tempus ubi est illud, quo te iactare solebas  
coniuge, nec nomen dissimulare uiri ?  
tempus ubi est, quo te (nisi non uis illa referri) 55  
et dici, memini, iuuuit et esse meam ?  
utque proba dignum est, omni tibi dote placebam :  
addebat ueris multa fauentis amor.  
nec, quem praeferres (ita res tibi magna uidebar)  
quemque tuum malles esse, uir alter erat. 60  
nunc quoque ne pudeat quod sis mihi nupta ; tuusque  
non debet dolor hinc, debet abesse pudor.  
cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu,  
num legis Euhadnen erubuisse uiro ?  
nec quia rex mundi compescuit ignibus ignes, 65  
ipse suis Phaethon infitiandus erat.  
nec Semele Cadmo facta est aliena parenti,  
quod precibus perit ambitiosa suis.  
nec tibi, quod saeuus ego sum Iouis ignibus ictus,  
purpureus molli fiat in ore pudor. 70  
sed magis in curam nostri consurge tucndi,  
exemplumque mihi coniugis esto bonae,  
materiamque tuis tristem uirtutibus inple :  
ardua per praeceps gloria uadit iter.  
Hectora quis nosset si felix Troia fuisset ? 75  
publica uirtutis per mala facta uia est.  
ars tua, Tiphy, iacet, si non sit in aequore fluctus ;  
si ualeant homines, ars tua, Phoebe, iacet.  
quae latet inque bonis cessat non cognita rebus,  
apparet uirtus arguiturque malis. 80  
dat tibi nostra locum tituli fortuna, caputque  
conspicuum pietas qua tua tollat habet.  
utere temporibus quorum nunc munere facta est  
et patet in laudes area magna tuas.

## IV

O qui, nominibus cum sis generosus auorum,  
exsuperas morum nobilitate genus,  
cuius inest animo patrii candoris imago,  
non careat neruis candor ut iste suis,  
cuius in ingenio est patriae facundia linguae, 5  
qua prior in Latio non fuit ulla foro :  
quod minime uolui, positus pro nomine signis  
dictus es : ignoscas laudibus ipse tuis.  
nil ego peccauit : tua te bona cognita produnt.  
si quod es, appares, culpa soluta mea est. 10  
nec tamen officium nostro tibi carmine factum  
princeps tam iusto posse nocere puto.  
ipse pater patriae (quid enim est ciuilius illo ?)  
sustinet in nostro carmine saepe legi,  
nec prohibere potest, quia res est publica Caesar, 15  
et de communi pars quoque nostra bono est.  
Iuppiter ingeniis praebet sua numina uatum  
seque celebrari quolibet ore sinit.  
causa tua exemplo superorum tuta duorum est,  
quorum hic aspiciunt, creditur ille deus. 20  
ut non debuerim, tamen hoc ego crimen habebō :  
non fuit arbitrii littera nostra tui.  
nec noua, quod tecum loquor, est iniuria nostra,  
incolumis cum quo saepe locutus eram.

II 53 *canentum* Γ L<sup>3</sup>, *canente* L, *calentes* ω. 60 *uia* A G H V ω. 63 *inuenitque* L Leid. 177, *inuenietque* Γ ω. III 11 *timui* A ω. 12 *labet* Parisinus 8239, *latet* L, *labat* cett. 19 *ita* L Leid. 177, *praesentibus* haeret cett. 22 *abest* A V. 34 *at* Bentl., *ut* codd. 41 *hic certe* Burm. 47 *at uixi*. *uixi* G L, *ad uixi* V. 48 *suo est*. *foret* A H V τ. 55 *quo—uis*. *illud quo te* |||| (suprascr. *nisi non uis* L<sup>3</sup>) L, *illud* (suprascr. *quo te* G<sup>2</sup>) *nisi non uis* G, *illud quo non fugis* V, *illud quo ni fugis* (suprascr. *non uis* H) A H, *illud quo nisi fugis* P. 57 *probae* A V ω. 64 *cum* L (corr. m. 3), *non* A V ω. 70 *rubor* A H P V τ. 83 *facta est* Elhw., *freta est* L Leid. 177, *freta est* cett., an legendum *freta est patet* ?

quo vereare minus, ne sim tibi crimen amicus, 25  
 inuidiam, si qua est, auctor habere potest.  
 nam tuus est primis cultus mihi semper ab annis  
 (hoc certe noli dissimulare) pater,  
 ingeniumque meum (potes hoc meminisse) proba-  
 bat,  
 plus etiam quam me iudice dignus eram; 30  
 deque meis illo referebat uersibus ore,  
 in quo pars magnae nobilitatis erat.  
 non igitur tibi nunc, quod me domus ista recepit,  
 sed prius auctori sunt data uerba tuo.  
 non data sunt, mihi crede, tamen: sed in omnibus  
 actis, 35  
 ultima si demas, uita tuenda mea est.  
 hanc quoque qua perii culpam scelus esse negabis,  
 si tanti series sit tibi nota mali.  
 aut timor aut error nobis, prius obfuit error.  
 a, sine me fati non meminisse mei; 40  
 neue retractando nondum eoentia rumpam  
 uulnera: uix illis proderit ipsa quies.  
 ergo ut iure damus poenas, sic affuit omne  
 peccato facinus consiliumque meo;  
 idque deus sentit; pro quo nec lumen ademptum, 45  
 nec mihi detractas possidet alter opes.  
 forsitan hanc ipsam, uinam modo, finiet olim  
 tempore cum fuerit lenior ira fugam.  
 nunc precor hinc alio iubeat discedere, si non  
 nostra uerecundo uota pudore earent. 50  
 mitius exilium pauloque propinquius opto,  
 quique sit a saeno longius hoste locus;  
 quantaque in Augusto clementia, siquis ab illo  
 hoc peteret pro me, forsitan ille daret.  
 frigida me eohibent Enxini litora Ponti; 55  
 dictus ab antiquis Axenus ille fuit:  
 nam neque iactantur moderatis aequora uentis,  
 nec placidos portus, hospita uasis, adis.  
 sunt circa gentes quae praedam sanguine quaer-  
 runt:  
 nec minus infida terra timetur aqua. 60  
 illi quos audis hominum gaudere cruore  
 paene sub eiusdem frigoris axe iacent.  
 nec procul a nobis locus est ubi Taurica dira  
 caede pharetratae spargitur ara deae.  
 haec prius, ut memorant, non inuidiosa nefandi 65  
 nec cupienda bonis regna Thoantis erant.  
 hic pro subposita uirgo Pelopeia cerua  
 sacra deae coluit qualiacumque saae.  
 quo postquam, dubium pius an sceleratus, Orestes  
 exactus furis uenerat ipse suis, 70  
 et comes exemplum ueri Phoeceus amoris,  
 qui duo corporibus mentibus unus erant,  
 protinus euncti tristem ducuntur ad aram,  
 quae stabat geminas ante cruenta fores.  
 nec tamen hunc sua mors nec mors sua terruit  
 illum; 75  
 alter ob alterius funera maestus erat.  
 et iam constitit stricto microne sacerdos,  
 cinxerat et Graias barbara nitta contas,  
 cum uice sermonis fratrem cognouit et illi  
 pro nece complexus Iphigenia dedit. 80  
 laeta deae signum crudelia sacra perosae  
 transtulit ex illis in meliora locis.  
 haec igitur regio, magni paene ultima mundi,  
 quam fugere homines dique, propinqua mihi est;  
 aequa mea terra prope sunt funebria sacra, 85  
 si modo Nasoui barbara terra sua est.  
 o utinam uenti, quibus est ablatus Orestes,  
 placato referant et mea uela deo!

## V

O mihi dilectos inter pars prima sodales,  
 unica fortunis ara reperta meis,  
 cuius ab alloquiis animae haec moribunda reuixit,  
 ut uigil infusa Pallade flamma solet;  
 qui ueritus non es portus aperire fideles 5  
 fulmine percensae confugimque rati;  
 cuius eram censu non me sensurus egentem,  
 si Caesar patrias eripisset opes:  
 temporis oblitum dum me rapit inpetus huius,  
 excidit heu nomen quam mihi paene tuum! 10  
 tu tamen agnoscis tactusque cupidine laudis  
 'ille ego sum' enperes dicere posse palam.  
 certe ego, si sineres, titulum tibi reddere uellem,  
 et raram fauae conciliare fidem;  
 ne noceam grato uereor tibi carmine neue 15  
 intempestius nominis obstet honor  
 quod licet (hoc tutum est), intra tua pectora gaude  
 meque tui memorem teque fuisse piam.  
 utque facis, renis ad open luctare ferendam,  
 dum ueniat placido mollior aura deo; 20  
 et tutare caput nulli seruabile, si non  
 qui mersit Stygia sublenet illud aqua;  
 teque, quod est gratum, praesta constanter ad omne  
 indeclinatae munus amicitiae.  
 sic tua processus habet fortuna perennes; 25  
 sic ope non egeas ipse inuesque tuos:  
 sic aequet tua nupta uirum bonitate perenni,  
 incidat et uestro nulla querela toro:  
 diligat et semper socins te sanguinis illo,  
 quo pius affleto Castora frater amat; 30  
 sic iuuenis similisque tibi sit natus, et illum  
 moribus agnoscat quilibet esset tuum:  
 sic faciat socerum taeda te nata iugali,  
 nec tardum iuueni det tibi nomen aui.

## VI

Tempore ruricolae patiens fit taurus aratri,  
 praebet et incuruo colla premeunda iugo;  
 tempore paret equus lentis animosus habenis,  
 et placido duros accipit ore lupos;  
 tempore Poenorum compescitur ira leonum, 5  
 nec feritas animo, quae fuit ante, manet;  
 quaeque sui monitis obtemperat Inda magistri  
 belua, seruitum tempore uicta subit.  
 tempus ut extensis timeat facit una racemis  
 uixque merum capiant grana quol intus habent;  
 tempus et in canas semen producit aristas, 11  
 et ne sint tristi poma sapore canet.  
 hoc tenet dentem terras seudentis aratri;  
 hoc rigidas silices, hoc adamanta terit.  
 hoc etiam sacuas paulatim mitigat iras, 15  
 hoc minuit luctus maestaque corda leuat.  
 euncta potest igitur tacito pede lapsa uetustas  
 praeterquam curas attenuare meas.  
 ut patria careo, bis fragilibus arca trita est,  
 dissiluit nudo pressa bis una pede. 20  
 nec quaesita tamen spatio patientia longo est,  
 mensque mali sensum nostra recentis habet.  
 scilicet et ueteres fugiunt iuga saepe iuueni,  
 et domitus freno saepe repugnat equus.  
 tristior est etiam praesens aerumna priore: 25  
 ut sit enim sibi par, creuit et aucta mora est.  
 nec tam nota mihi, quam sunt, mala nostra fuerunt;

IV 34 sed—data, sed sunt (supra ser. I<sup>3</sup> prius) auctori non tua (supra ser. I<sup>3</sup> sunt data) I, unde Riese sed sunt a. iam data uerba tuo. 41 rumpam AV, rupem I, rumpe cett. 47 uiuam codicis Moreti man. sec., uiuat I, uiuat cett. 52 locum G I<sup>3</sup> (locus I) τ. 56 Aecius τ, curinus I, curinus codd. plerique. 58 adis I, adit I<sup>3</sup> V, habet A G H P ω. 65 nefandis Γ ω. 76 ub—funere Γ ω. 85 aequa conieceram; idem in fragmento Treuirico saec. X se inuenisse ad me scripsit Elw. cuius uid. Ad historiam carin. Onid. symbolae (Gothae, 1892), p. 3, atque codd. mea terra I, meam terram cett. V 17 hoc I, τ, et Γ ω. 23 gratum Parisinus 8239, ratum I, rarum cett. 27 nouitate G I. 31 iuuenis, iunctus Housman. 33 taeda, lett I, lecto G H P V. VI 12 canet I. Leid. 177, facit cett. 13 terram I<sup>3</sup> ω, terra L. semouentis I, renouantis A (?) I<sup>3</sup> τ, pectentis V.

nunc magis hoc quo sunt cognitiora grauant,  
 est quoque non nihilum uires adferre recentes,  
 nec praeconsumptum temporis esse malis. 30  
 fortior in fulua nouus est luctator harena,  
 quam cui sunt tarda brachia fessa mora :  
 integer est melior nitidis gladiator in armis,  
 quam cui tela suo sanguine tincta rubent.  
 fert bene praecipites nauis modo facta procelias : 35  
 quamlibet exiguo soluitur imbre uetus.  
 nos quoque quae ferimus, tulimus patientius ante :  
 uae, mala sunt longa multiplicata die.  
 credite, deficio nostroque a corpore quantum  
 auguror, accedunt tempora parua malis. 40  
 nam neque sunt uires nec qui color esse solebat :  
 uix habeo tenuem quae tegat ossa cutem.  
 corpore sed mens est aegro magis aegra malique  
 in circumspectu stat sine fine sui.  
 urbis abest facies, absunt, mea cura, sodales, 45  
 et qua nulla mihi carior, uxor abest.  
 uulgus adest Scythicum bracataque turba Getarum :  
 sic me quae uideo non uideoque mouent.  
 una tamen spes est quae me soletur in istis,  
 haec fore morte mea non diuturna mala. 50

## VII

Bis me sol adit gelidae post frigora brumae,  
 bisque suum tacto Pisce peregit iter.  
 tempore tam longo cur non tua dextera uersus  
 quamlibet in paucos officiosa fuit ?  
 cur tua cessauit pietas scribentibus illis, 5  
 exiguus nobis cum quibus usus erat ?  
 cur quotiens alicui chartae sua uincula dempsi,  
 illam speraui nomen habere tuum ?  
 di faciant ut saepe tua sit epistula dextra  
 scripta sed ex multis reddita nulla mihi. 10  
 quod precor esse liquet : credam prius ora Medusae  
 Gorgonis anguinis ciucta fuisse comis,  
 esse canes utero sub uirginis, esse Chimaeram  
 a truce quae flammis separat angue leam,  
 quadrupedesque hominis cum pectore pectora iunctos,  
 tergeminumque uirum tergeminumque canem, 16  
 Splungaque et Harpyias serpentipedesque Gigantas,  
 centimanumque Gyan semibouemque uirum.  
 haec ego cuncta prius quam te, carissime, credam  
 mutatum curam deposuisse mei. 20  
 innumeri montes inter me teque uiaque  
 fluminaque et campi nec freta pauca iacent.  
 mille potest causis a te quae littera saepe  
 missa sit in nostras rara uenire manus ;  
 mille tamen causas scribendo uince frequenter, 25  
 excusum ne te semper, amice, mihi.

## VIII

Iam mea cygneas imitantur tempora plumas,  
 inficit et nigras alba senecta comas.  
 iam subeunt anni fragiles et inertior aetas,  
 iamque parum firmo me mihi ferre graue est.  
 nunc erat ut posito deberem fine laborum 5  
 uiuere, me nullo sollicitante metu,  
 quaeque meae semper placuerunt otia menti  
 carpere et in studiis molliter esse meis,  
 et paruam celebrare domum ueteresque penates  
 et quae nunc domino rura paterna carent, 10  
 inque sinu dominae carisque sodalibus inque  
 securus patria consensisse mea.  
 haec mea sic quondam peragi sperauerat aetas ;  
 hos ego sic annos ponere dignus eram.

VI 28 nunc L, sed Γ ω. 29 minimum AHPV ω. 38 uae scripsi, quae Γ L ω. 48 me L τ, mala Γ ω. mouent A (?) L, nocent cett. VII 12 anguineis Γ. 15 homines HP ω, hominum A G V. VIII 16 iactum AHPV τ. 19 adeptus G V, adeptus A, adeptus ω. 25-28 ante 5 transp. Postgate. 33 immensus quo nil mitius Housman coll. V 2. 38, 8. 26. 43 Delphi Scaliger, delphis uel delphos codd. IX 3 clementiu A G ω, clementia H P V, corr. Postgate. 10 istine τ, istie GHPV ω, isto A τ. 27 et. at D'Orville. 29 iam toruus GHPV, tamen acer cett.

non ita dis uisum est, qui me terraque marique 15  
 actum Sarmaticis exposuere locis.  
 in caua ducuntur quassae naualia puppes,  
 ne temere in mediis dissoluantur aquis :  
 ne cadat et multas palmas inhonestet adeptus,  
 languidus in pratis gramina carpit equus : 20  
 miles ubi emeritis non est satis utilis annis,  
 ponit ad antiquos quae tulit arma lares.  
 sic igitur tarda uires minuente senecta  
 me quoque donari iam rude tempus erat.  
 tempus erat nec me peregrinum ducere caelum, 25  
 nec siccam Getico fonte leuare sitim,  
 sed modo, quos habui, uacuos secedere in hortos,  
 nunc hominum uisu rursus et urbe frui.  
 sic animo quondam non diuinante futura  
 optabam placide uiuere posse senex. 30  
 fata repugnantur, quae cum mihi tempora prima  
 mollia praebuerint, posteriora grauant.  
 iamque decem lustris omni sine labe peractis  
 parte premor uitae deteriorae meae,  
 nec procul a metis, quas paene tenere uidebar, 35  
 curriculo grauis est facta ruina meo.  
 ergo illum demens in me saeuire coegi,  
 mitius immensus quo nihil orbis habet ;  
 ipsaque delictis uicta est clementia nostris,  
 nec tamen errori uita negata meo est. 40  
 uita procul patria peragenda sub axe Boreo,  
 qua maris Euxini terra sinistra iacet.  
 hoc mihi si Delphi Dodonaque diceret ipsa,  
 esse uideretur uanus uterque locus.  
 nil adeo ualidum est, adamas licet alliget illud, 45  
 ut maneat rapido firmius igne Iouis ;  
 nil ita sublime est supraque pericula tendit,  
 non sit ut inferius suppositumque deo.  
 nam quamquam uitio pars est contracta malorum,  
 plus tamen exitii numinis ira dedit. 50  
 at uos admoniti nostris quoque casibus este  
 aequantem superos emeruisse uirum.

## IX

Si licet et pateris, nomen facinusque tacebo,  
 et tua Lethaeis acta dabuntur aquis,  
 nostraque uincetur lacrimis uementia seris,  
 fac modo te pateat paenituisse tui :  
 ut maneat rapido firmius igne Iouis ; 5  
 tempora, si possis, Tisiphonea tuae.  
 sin minus, et flagrant odio tua pectora nostro,  
 induet infelix arma coacta dolor.  
 sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem,  
 nostra suas istinc prorriget ira manus. 10  
 omnia, si nescis, Caesar mihi iura reliquit,  
 et sola est patria poena carere mea.  
 et patriam, modo sit sospes, speramus ab illo :  
 saepe Iouis telo quercus adusta uiret.  
 denique uindictae si sit mihi nulla facultas, 15  
 Pierides uires et sua tela dabunt.  
 quod Scythicis habitem longe summotus in oris,  
 siccaque sint oculis proxima signa meis,  
 nostra per immensas ibunt praeconia gentes,  
 quodque querar notum qua patet orbis erit. 20  
 ibit ad occasum quicquid dicemus ab ortu,  
 testis et Hesperiae uocis Eous erit.  
 trans ego tellurem, trans altis audiar undas,  
 et gemitus uox est magna futura mei.  
 nec tua te sontem tantummodo saecula norint : 25  
 perpetuae crimen posteritatis eris.  
 iam feror in pugnas et nondum cornua sumpsi,  
 nec mihi sumendi causa sit illa uelim.  
 Circus adhuc cessat : spargit iani toruus harenam

taurus et infesto iam pede pulsat humum. 30  
hoc quoque quam uolui plus est: cane, Musa,  
receptus,  
dum licet huius nomen dissimulare suum.

## X

Ille ego qui fuerim tenerorum lusor amorum,  
quem legis, ut noris, accipe posteritas.  
Sulmo mihi patria est, gelidus uberrimus nndis,  
nilia qui nouis distat ab urbe decem.  
editus hic ego sum, nec non ut tempora noris, 5  
cum cecidit fato consul uterque pari,  
si quis et a proauis usque est uetus ordinis heres,  
non modo fortunae munere factus eques.  
nec stirps prima fui; genito sum fratre creatus,  
qui tribus ante quater mensibus ortus erat. 10  
Lucifer amborum natalibus affluit idem:  
una celebrata est per duo liba dies.  
haec est armiferae festis de quinque Minernae,  
quae fieri pugna prima eruenta solet.  
protinus excolimur teneri curaque parentis 15  
inuis ad insignes urbis ab arte uiros.  
frater ad eloquium uiridi tendebat ab aeno,  
fortia uerbosi natus ad arma fori.  
at mihi iam puero caelestia sacra placebant,  
inque summi furtim Musa trahebat opus. 20  
saepe pater dixit 'studium quid inutile temptas?  
Maconides nullas ipse reliquit opes.'  
motus eram dictis totoque Helicone relicto  
scribere temptabam uerba soluta modis:  
sponte sua carmen numeros ueniebat ad aptos, 25  
et quod temptabam dicere uersus erat.  
interea tacito passu labentibus annis  
liberior fratri sumpta mihiq; toga est,  
induturque ueneris cum lato purpura clauo,  
et stadium nobis, quod fuit ante, manet. 30  
iamque decem uitae fratrem genuinauerat annos,  
cum perit, et coepi parte carere mei.  
cepimus et tenerae primos aetatis honores,  
eque nris quondam pars tribus una fui.  
curia restabat; clauus mensura coacta est; 35  
mans erat nostris uiribus illud onus.  
nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,  
sollicitaeque fugax ambitionis eram;  
et pelere Aoniae suadebant tanta sorores  
otia iudicio semper amata meo. 40  
temporis illius colui fouique poetas,  
quotique aderant nates, rebar adesse deos.  
saepe suas uolueres legit mihi grandior aeno,  
quaque nocet serpens, quae inuat herba, Macer.  
saepe suos solitus recitare Propertius ignes, 45  
iure sodalicii, quo mihi iunctus erat.  
Ponticus heros, Bassus quoque clarus iambis  
dulcia conuictis membra flere mei;  
et tenuit nostras numerosos Horatius aures,  
dum ferit Asonia carmina culta lyra. 50  
Vergilium nidi tantum: nec auara Tibullo  
tempus amicitiae fata dedere meae.  
successor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi;  
quartus ab his serie temporis ipse fui:  
utque ego maiores, sic me colere minores, 55  
nolaque noui tarde facta Thalia mea est.  
carmine cum primum populo iuuenalia legi,  
barba resecta mihi bisue semelne fuit.  
mouerat ingenium totam cantata per urbem  
nonne non uero dicta Corinna mihi. 60  
multa quidem scripsi, sed quae nitiosa putau,  
euendaturis ignibus ipse dedi.  
tunc quoque, enim fugerem, quaedam placitura  
cremaui,

iratus studio carminibusque meis.  
molle Cupidinis nec inexpugnabile telis 65  
cor mihi, quodque leuis causa moneret, erat.  
cum tamen hic essem minimoque accenderer igni,  
nonne sub nostro fabula nulla fuit.  
paene mihi puero nec digna nec utilis uxor  
est data, quae tempus per brene nupta fuit. 70  
illi successit quamuis sine crimine coniunx,  
non tamen in nostro firma futura toro.  
ultima, quae mecum seros permansit in annos,  
sustinuit coniunx exilis esse uiri.  
filia me mea bis prima fecunda iuuenta 75  
sed non ex uno coniuge fecit animum.  
et iam complebat genitor sua fata nonemque  
addiderat Iustris altera Iustra nouem.  
non aliter fleui quam me fleturns ademptum  
ille fuit. matris proxima busta tuli. 80  
felices ambo tempestiueque sepulti,  
ante diem poenae quod periere meae.  
me quoque felicem quod non uinentibus illis  
sum miser, et de me quod dolere nihil.  
si tamen extinetis aliquid nisi nomina restat, 85  
et gracilis structos effugit umbra rogos,  
fama, parentales, si uos mea contigit, umbrae,  
et sunt in Stygio erimina nostra foro:  
scite, precor, causam (nec uos mihi fallere fas est)  
errorem iussae non scelus esse fugae. 90  
manibus hoc satis est: ad uos, studiosa, recuro,  
pectora, quae uitae quaeritis acta meae.  
iam mihi canities pulsus melioribus amnis  
nenerat, antiquas miscueratque comas,  
postque meos ortus Pisaea uinctus oliua 95  
abstulerat decies praemia uictor equis,  
cum maris Euxini positos ad laeua Tomitas  
quaerere me laesi principis ira iubet.  
causa meae cunctis nimium quoque nota ruinae  
iudicio non est testificanda meo. 100  
quid referam comitumque nefas famulosque no-  
centes?  
ipsa multa tuli non leniora fuga.  
indignata malis mens est succumbere seque  
praestitit inuictam uiribus usa suis:  
oblitusque mei ductaeque per otia uitae 105  
insolita cepi temporis arma manu:  
totque tuli terra casus pelagoque quot inter  
occultum stellae conspicuumque polum.  
taeta mihi tandem longis erroribus acta  
iuueta pharetratis Sarmatis ora Geta. 110  
hic ego finitimis quamuis circumsoner armis,  
tristia, quo possim, carmine fata leuo.  
quod quamuis nemo est, cuius referatur ad aures,  
sic tamen absumo decipioque diem.  
ergo quod nino durisque laboribus obsto, 115  
nec me sollicitae taedia lucis habent,  
gratia, Musa, tibi: nam tu solacia praebes;  
tu curae requies, tu medicina uenis.  
tu dux et comes es, tu nos abducis ab Ilistro,  
in medioque mihi das Helicone locum; 120  
tu mihi, quod rarum est, nino sublime dedisti  
nomen, ab exequiis quod dare fama solet.  
nec qui detractat praesentia liuor iniquo  
ullum de nostris dente momordit opus.  
nam tulerint magnos cum saecula nostra poetas, 125  
non fuit ingenio fama maligna meo,  
cunisque ego praepo nam multos mihi, non minor  
illis  
dicor et in toto plurimum orbe legor.  
siquid habent igitur natum praesagia ueri,  
protinus ut moriar, non ero, terra, tuus. 130  
siue fauore tuli sine haec ego carmine famam,  
iure tibi grates, candidae lector, ago.

IX 32 hic Vogel. X 7 quid A G H P w. 24 conabar V w. 26 scribere G P a. 29 humeros H P V τ. 34 deque A τ, haccque H P. 44 nocens H P, necet A. inuict A H τ. 46 qui A τ. 51 auara τ. 80 matris V w. iusta Cuiacius. 85 restant A V τ. 96 equis Strachan, eques codd., iquus Bentl. 102 ipsa A, ipseque cett.

## LIBER QVINTVS

## I

Hunc quoque de Getico, nostri studiose, libellum  
 litore praemissis quattuor adde meis.  
 hic quoque talis erit, qualis fortuna poetae :  
 inuenies toto carmine dulce nihil.  
 flebilis ut noster status est, ita flebile carmen,  
 5 materiae scripto conueniente suae.  
 integer et laetus laeta et iuuenalia lusi :  
 illa tamen nunc me composuisse piget.  
 ut cecidi, subiti perago praeconia casus,  
 10 sumque argumenti conditor ipse mei.  
 utque iacens ripa deflere Caystrius ales  
 dicitur ore suam deficiente necem,  
 sic ego Sarmaticas longe proiectus in oras  
 efficio tacitum ne mihi funus eat.  
 15 delicias siquis lasciuaque carmina quaerit,  
 praemoneo, non est scripta quod ista legat.  
 aptior huic Gallus blandique Propertius oris,  
 aptior, ingenium come, Tibullus erit.  
 atque utinam numero non nos essemus in isto !  
 20 ei mihi, cur umquam Musa iocata mea est ?  
 sed dedimus poenas, Scythicique in finibus Histri  
 ille pharetrati lusor Amoris abest.  
 quod superest, animos ad publica carmina flexi,  
 et memores iussi nominis esse mei.  
 25 si tamen ex uobis aliquis tam multa requiret  
 unde dolenda canam, multa dolenda tuli.  
 non haec ingenio, non haec componimus arte :  
 materia est propriis ingeniosa malis.  
 et quota fortunae pars est in carmine nostrae ?  
 30 felix qui patitur quae numerare potest.  
 quot frutices siluae, quot flauas Thybris harenas,  
 mollia quot Martis gramina campus habet,  
 tot mala pertulimus, quorum medicina quiesque  
 nulla nisi in studio est Pieridumque mora.  
 'quis tibi, Naso, modus lacrimosi carminis ?' inquis ;  
 36 idem, fortunae qui modus huius erit.  
 quod querar, illa mihi pleno de fonte ministrat,  
 nec mea sunt, fati uerba sed ista mei.  
 at mihi si cara patriam cum coniuge reddas,  
 40 sint uultus hilares, simque quod ante fui.  
 lenior inuicti si sit mihi Caesaris ira,  
 carmina laetitiae iam tibi plena dabo.  
 nec tamen, ut lusit, rursus mea littera ludet :  
 sit semel illa ioco luxuriata meo.  
 quod probet ipse, canam, poenae modo parte leuata  
 46 barbariam rigidos effugiamque Getas.  
 interea nostri quid agant nisi triste libelli ?  
 tibia funeribus conuenit ista meis.  
 'at poteras' inquis 'melius mala ferre silendo,  
 et tacitus casus dissimulare tuos.'  
 50 exigit ut nulli gemitus tormenta sequantur,  
 acceptoque graui uulnere flere uetas.  
 ipse Perilleo Phalaris permisit in aere  
 edere mugitus et bouis ore queri.  
 55 cum Priami lacrimis offensus non sit Achilles,  
 tu fletus inhibes durior hoste meos.  
 cum faceret Nioben orbam Latonia proles,  
 non tamen et siccas iussit habere genas.  
 est aliquid, fatale malum per uerba leuare :  
 hoc querulam Prognen Halcyonenque facit :  
 60 hoc erat, in gelido quare Poeantius antro

uoce fatigaret Lemnia saxa sua.  
 strangulat inchnsus dolor atque exaestuatur intus,  
 cogitur et uires multiplicare suas.  
 da ueniam potius, uel totos tolle libellos,  
 65 sic mihi quod prodest si tibi, lector, obest.  
 sed neque obesse potest, ulli nec scripta fuerunt  
 nostra nisi auctori perniciosa suo.  
 'at mala sunt.' fateor. quis te mala sumere cogit ?  
 aut quis deceptum ponere sumpta netat ?  
 70 ipse nec emendo, sed, ut hic deducta legantur,  
 non sunt illa suo barbariora loco ;  
 nec me Roma suis debet conferre poetis :  
 inter Sauromatas ingeniosus eram.  
 denique nulla mihi captatur gloria quaeque  
 75 ingenii stimulos subdere fama solet.  
 nolimus assiduis animi tabescere curis,  
 quae tamen irrumpunt quoque uetantur eunt.  
 cur scribam, docui. cur mittam, quaeritis, isto ?  
 80 uobiscum cupio quolibet esse modo.

## II

Ecquid ubi e Ponto noua uenit epistula, palles,  
 et tibi sollicita soluitur illa manu ?  
 pone metum, ualeo ; corpusque, quod ante laborum  
 inpatiens nobis inualidumque fuit,  
 5 sufficit, atque ipso uexatum induruit usu.  
 an magis infirmo non uacat esse mihi ?  
 mens tamen aegra iacet nec tempore robora sumpsit,  
 affectusque animi qui fuit ante, manet.  
 quaeque mora spatioque suo coitura putauit  
 uulnera, non aliter quam modo facta dolent.  
 10 scilicet exiguis prodest annosa uetustas,  
 grandibus accedunt tempore damna malis.  
 paene decem totis aluit Poeantius annis  
 pestiferum tumido uulnus ab angue datum.  
 15 Telephus aeterna consumptus tabe perisset,  
 si non, quae nocuit, dextra tulisset opem.  
 et mea, si facinus nullum commisimus, opto,  
 uulnera qui fecit, facta leuare uelit,  
 20 contentusque mei iam tandem parte doloris  
 exiguum pleno de mare demat aquae.  
 detrahat ut multum, multum restabit acerui,  
 parsque meae poenae totius instar erit.  
 litora quot conchas, quot amoena rosaria flores,  
 quotue soporiferum grana papauer habet,  
 25 silua feras quot alit, quot piscibus unda natatur,  
 quot tenerum pennis aera pulsat auis,  
 tot premior aduersis : quae si comprehendere coner,  
 Icariae numerum dicere coner aquae.  
 30 utque uiae casus, ut amara pericula ponti,  
 ut taceam strictas in mea fata manus,  
 barbara me tellus orbisque nouissima magni  
 sustinet et saeno cinctus ab hoste locus.  
 hinc ego traicerer (neque enim mea culpa cruenta  
 est),  
 esset, quae debet, si tibi cura mei.  
 35 ille deus, bene quo Romana potentia nixa est,  
 saepe suo uictor lenis in hoste fuit.  
 quid dubitas et tuta times ? accede rogaque :  
 Caesare nil ingens mitius orbis habet.

V I 7 integer et. donec eram AHPV. 16 non est Gronouius, nostra G (?) H P V, numquam A (?) ω 19 ne nos P, nos non ω. 20 locuta Γ. 23 socios P ω, alios Housman, numeros Ehw. 24 criminis Burm. 66 sic V τ, sit A G H P, si ω. 71 emendo, hoc mando ω, uide ed. Ox. p. ci. 79 isto Ruhnken, istos Γ ω. II 21 acerbi A (?) ω. 23 amoena rosaria. amoenos hostia (postia A) Γ.

me miserum! quid agam, si proxima quacque relin-  
quunt?  
subtrahis effracto tu quoque colla iugo? 40  
quo ferar? unde petam lassiss solacia rebus?  
anchora iam nostram non tenet ulla ratem.  
viderit ipse; sacram quamvis inuisus ad aram  
confugiam: nullas summouet ara manus.

II<sup>b</sup>

Alloquor en absens absentia numina supplex, 45  
si fas est homini cum Ioue posse loqui:  
arbiter imperii, quo certum est sospite eunctos  
Ausoniae curam gentis habere deos,  
o decus, o patriae per te florentis imago,  
o nix non ipso, quem regis, orbe minor, 50  
(sic habites terras et te desideret aether,  
sic ad pacta tibi sidera tardus eas)  
parce, precor, minimamque tuo de fulmine partem  
deme: satis poenae, quod superabit, erit.  
ira quidem moderata tua est, uitamque dedisti, 55  
nec mihi ius ciuis nec mihi nomen abest,  
nec mea concessa est aliis fortuna, nec exul  
edicti uerbis nominor ipse tui.  
omniaque haec timui, quia me meruisse uidebam:  
sed tua peccato lenior ira meo est. 60  
arua relegatum iussisti uisere Ponti,  
et Scythicum profuga scindere puppe fretum.  
iussus ad Euxini deformia litora neni  
aequoris (haec gelido terra sub axe iacet)  
nec me tam cruciat nunquam sine frigore caelum  
glacbaque canenti semper obusta gelu, 66  
nesciaque est noeis quod barbara lingua Latinae,  
Graecaque quod Getico uicta loquela sono est,  
quam quod finitimo cinctus premor undique Marte,  
nixque breuis tutum murus ab hoste facit. 70  
pax tamen interdum est, pacis fiducia nunquam:  
sic hic nunc patitur, nunc timet arma locus.  
hinc ego dum muter, uel me Zancleae Charybdis  
deuoret atque suis ad Styga mittat aquis,  
uel rapidae flammis urar patienter in Actnae, 75  
uel freta Leucadii mittat in alta dei.  
quod petimus, poena est: neque enim miser esse  
recuso,  
sed precor ut possim tutius esse miser.

## III

Illa dies haec est, qua te celebrare poetae  
(si modo non fallunt tempora), Baeche, solent,  
festaque odoratis innectunt tempora sertis,  
et dicunt laudes ad tua nina tuas.  
inter quos, memini, dum me mea fata sinebant, 5  
non inuisa tibi pars ego saepe fui,  
quem nunc suppositum stellis Cynosuridos ursae  
iuncta tenet erudis Sarmatis ora Getis.  
quique prius mollem uacuaque laboribus egi  
in studiis uitam Pieridumque choro, 10  
nunc procul a patria Geticis circumsonor armis,  
multa prius pelago mullaque passus humo,  
sive mihi casus sine hoc dedat ira deorum,  
nubila nascenti sen mihi Pareae fuit,  
tu tamen e sacris hederæ cultoribus unum 15  
numine debueras sustinuisse tuo.  
an dominae fati quicquid cecinerit sorores,  
omne sub arbitrio desinit esse dei?  
ipse quoque aetherias meritis inuectus es arces,  
quo non exiguo facta labore nixa est. 20  
nec patria est habitata tibi, sed adnscue nitosum  
Strymona uenisti Martioelamque Geten,  
Persidaque et lato spatiantem lumine Gangen,

et quascumque bibit decolor Indus aquas.  
scilicet hanc legem nentes fatalia Pareae 25  
stamina bis genito bis cecinerit tibi.  
me quoque, si fas est exemplis ire deorum,  
ferrea sors uitae difficilisque premit.  
illo nec leuius cecidi, quem magna locutum  
reppulit a Thebis Iuppiter igne suo. 30  
ut tamen audisti percussum fulmine uatem,  
admonitu matris condoluisse potes,  
et potes aspiciens circum tua sacra poetas  
'nescioquis nostri' dicere 'cultor abest.'  
fer, bone Liber, opem: sic altera degrauet ulmum 35  
uitis et incluso plena sit uua mero,  
sic tibi cum Bacchis Satyrorum gnaua iuuentus  
adsit, et attonito non taceare sono,  
ossa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi,  
impia nec poena Pentheos umbra uacet, 40  
sic micet aeternum uicinaque sidera uiucat  
coningis in caelo clara corona tuae:  
huc ades et casus releues, pulcherrime, nostros,  
numm de numero me memor esse tuo.  
sunt dis inter se comiercia. Ilectere tempta 45  
Caesareum numen numine, Baeche, tuo.  
uos quoque, consortes studii, pia turba, poetae,  
haec eadem sumpto quisque rogare mero.  
atque aliquis nestrum, Nasonis nomine dicto,  
opponat lacrimis pocula mixta suis, 50  
admonitusque mei cum circumspexerit omnes,  
dicat 'ubi est nostri pars modo Naso chori?'  
idque ita, si nestrum merui candore fauorem,  
nullaque iudicio littera laesa meo est,  
si, ueterum digne ueneror cum scripta uirorum, 55  
proxima non illis esse minima reor.  
sic igitur dextro faciatis Apolline carmen,  
quod licet, inter uos nomen habete meum.

## IV

Litore ab Euxino Nasonis epistula ueni,  
lassaque facta mari lassaque facta uia,  
qui mihi flens dixit 'tu, cui licet, aspice Roman.  
heu quanto melior sors tua sorte mea est!' 1  
flens quoque me scripsit: nec qua signabar, ad os est  
ante, sed ad madidas gemma relata genas. 6  
tristitiae causam si quis cognoscere quaerit,  
ostendi solem postulat ille sibi;  
nec frondein in siluis nec aperto mollia prato  
gramina nec pleno flumine cernit aquam: 10  
quid Priamus doleat mirabitur Hectore rapti,  
quidne Philoctetes lectus ab angue gemat.  
di facerent utinam talis status esset in illo,  
ut non tristitiae causa dolenda foret!  
fert tamen, ut debet, casus patienter amarus, 15  
more nec indomiti frenâ recensat equi.  
nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,  
conscius in culpa non scelus esse sua.  
saepe refert, sit quanta dei clementia, cuius  
se quoque in exemplis adnumerare solet: 20  
nam, quod opes teneat patrias, quod nomina ciuis,  
denique quod uiuat, munus habere dei.  
te tamen (o, si quid credis mihi, carior illi  
omnibus) in toto pectore semper habet:  
teque Menoetiaden, te, qui comitatus Oresten, 25  
te uocat Aegiden Enryalunque suum.  
nec patriam magis ille suam desiderat et quae  
plurima cum patria sentit abesse sibi,  
quam multos oculosque tuos, o dulcor illo  
melle, quod in ceris Atticae ponit apis. 30  
saepe etiam maerens tempus reminiscitur illud,  
quod non praecuentum morte fuisse dolet;  
cumque alii fugerent subitae contagia cladis,

II 40 *e fracto* P V τ, *et fracto* τ. 43 *uideris! ipse* Elw. II<sup>b</sup> priori continuant τ Heins. 67 *nescia quam* H P τ. 69 *fnitima—morte* A G H V recte, opinor. 70 *tutos* A G H V ω. 73 *Zancleae* Morula, *punchca*, *panthea* similia codd. 77 *patimur* G H V τ. III 15 *hederæ*, *me de* A G H τ. 35 *altam* P τ. 40 *uacet* A τ, *caret* G H P V τ. 50 *opponat* A G τ. IV 10 *aquis* G τ. 14 *non*, *mih* V τ.

nec uellent ictae limen adire domus,  
 te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem, 35  
 si paucos aliquis tresue duosue uocat.  
 quamuis attonitus, sensit tamen omnia, nec te  
 se minus aduersis indoluisse suis.  
 uerba solet uultumque tuum gemitusque referre,  
 et te flente suos emaduuisse sinus: 40  
 quam sibi praestiteris, qua consolatus amicum  
 sis ope, solandus cum simul ipse fores.  
 pro quibus affirmat fore se memoremque piūmque,  
 siue diem uideat siue tegatur humo,  
 per caput ipse suum solitus iurare tuumque, 45  
 quod scio non illi uilius esse suo.  
 plena tot ac tantis referetur gratia factis,  
 nec sinet ille tuos litus arare boues.  
 fac modo, constanter profugum tueare: quod ille,  
 qui bene te nouit, non rogat, ipsa rogo. 50

## V

Annus assuetum dominae natalis honorem  
 exigit: ite manus ad pia sacra meae.  
 sic quondam festum Laertius egerat heros  
 forsan in extremo coniugis orbe diem.  
 lingua fauens adsit nostrorum oblita malorum, 5  
 quae, puto, deditit iam bona uerba loqui;  
 quaeque semel toto uestis mihi sumitur anno,  
 sumatur fatis discolor alba meis;  
 araque gramineo uiridis de caespite fiat,  
 et uelet tepidos nexa corona focos. 10  
 da mihi tura, puer, pingues facientia flammās,  
 quodque pio fustum stridat in igne merum.  
 optime natalis, quamuis procul absumus, opto  
 candidus huc uenias dissimilisque meo,  
 si quod et instabat dominae miserabile uulnus, 15  
 sit perfuncta meis tempus in omne malis;  
 quaeque graui nuper plus quam quassata procella est,  
 quod superest, tutum per mare nanis eat.  
 illa domo nataque sua patriaque fruatur  
 (erepta haec uni sit satis esse mihi), 20  
 quatenus et non est in caro coniuge felix,  
 pars uitae tristi cetera nube uacet.  
 uiuat ametque uirum, quoniam sic cogitur, absens,  
 consumatque annos, sed diuturna, suos.  
 adicerem et nostros, sed ne contagia fati 25  
 corruptant timeo, quos agit ipsa, mei.  
 nil homini certum est: fieri quis posse putaret,  
 ut facerem in mediis haec ego sacra Getis?  
 aspice, ut aura tamen fumos e ture coortos  
 in partes Italas et loca dextra ferat. 30  
 sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis:  
 consilio fugiunt aethera, Ponte, tuum.  
 consilio, commune sacrum cum fiat in ara  
 fratribus, alterna qui periēre manu,  
 ipsa sibi discors, tamquam mandetur ab illis, 35  
 scinditur in partes atra fauilla duas.  
 hoc, memini, quondam fieri non posse loquebar,  
 et me Battiadēs iudice falsus erat:  
 omnia nunc credo, cum tu non stultus ab Arcto  
 terga, uapor, dederis Ausonianque petas. 40  
 haec ergo lux est, quae si non orta fuisset,  
 nulla fuit misero festa uidentia mihi.  
 edidit haec mores illis heroisin aequos,  
 quis erat Eetion Icariusque pater:  
 nata pudicitia est, oris probitasque, fidesque, 45  
 at non sunt ista gaudia nata die,  
 sed labor et curae fortunaque moribus impar,  
 iustaque de uiduo paene querela toro.  
 scilicet aduersis probitas exercita rebus

tristi materiam tempore laudis habet. 50  
 si nihil infesti durus uidisset Vlīxēs,  
 Penelope felix sed sine laude foret.  
 uictor Echionias si uir penetrasset in arces,  
 forsitan Euadnen nix sua nosset humus.  
 cum Pēlia genitae tot sint, cur nobilis una est? 55  
 nempe fuit misero nupta quod una uiro.  
 effice ut Iliacas tangat prior alter harenas:  
 Laudamia nihil cur referatur erit.  
 et tua, quod malles, pietas ignota maneret,  
 implerent uenti si mea uela sui. 60  
 di tamen et Caesar dis accessure, sed olim,  
 aequarint Pylīos cum tua fata dies,  
 non mihi, qui poenam fateor meruisse, sed illi  
 parcite, quae nullo digna dolore dolet.

## VI

Tu quoque, nostrarum quondam fiducia rerum,  
 qui mihi confugium, qui mihi portus eras,  
 tu quoque suscepti curam dimittis amici,  
 officiique piūm tam cito ponis onus?  
 sarcina sum, fateor, quam si non tempore nostro 5  
 depositurus eras, non subeunda fuit.  
 fluctibus in mediis nauem, Palinure, relinquis?  
 ne fuge, neue tua sit non arte fides.  
 numquid Achilleos inter fera proelia fidi  
 deseruit leuitas Automedontis equos? 10  
 quem semel excepit, numquam Podalirius aegro  
 promissam medicae non tulit artis opem.  
 turpius eicitur quam non admittitur hospes:  
 quae patuit, dextrae firma sit ara meae.  
 nil nisi me solum primo tutatus es; at nunc 15  
 me pariter serua iudiciumque tuum,  
 si modo non aliqua est in me noua culpa, tuamque  
 mutarunt subito crimina nostra fidem.  
 spiritus hic, Scythica quem non bene ducimus aura,  
 quod cupio, membrīs exeat ante meis, 20  
 quam tua delicto stringantur pectora nostro,  
 et uideat merito uilior esse tibi.  
 non adeo toti fatis urgemur iniquis,  
 ut nea sit longis mens quoque mota malis.  
 finge tamen motam, quotiens Agamemnone natum  
 dixisse in Pyladen improba uerba putas? 26  
 nec procul a uero est quin et pulsarit amicum:  
 mansit in officiis non minus ille suis.  
 hoc est cum miseris solum commune beatis,  
 ambobus tribui quod solet obsequium: 30  
 ceditur et caecis et quos praetexta uerendos  
 uirgaque cum uerbis imperiosa facit.  
 si mihi non parcis, fortunae parcere debes:  
 non habet in uobis ullius ira locum.  
 elige nostrorum minimum minimumque malorum:  
 isto, quod quereris, grandius illud erit. 36  
 quam multa madidae celantur harundine fossae,  
 florida quam multas Hybla tuetur apes,  
 quam multae gracili terrena sub horrea ferre  
 limite formicae grana reperta solent, 40  
 tam me circumstat densorum turba malorum:  
 crede mihi, uero est nostra querela minor.  
 his qui contentus non est, in litus harenas,  
 in segetem spicas, in mare fundat aquas.  
 intemptuosus igitur compece tumores, 45  
 uela neque in medio desere nostra mari.

## VII

Quam legis, ex illa tibi uenit epistula terra,  
 latus ubi aequoreis additur Hister aquis.

IV 40 *demaduuisse* ω edd. V 16 *defuncta* τ Madv. 32 *consilium*—*cetera paene* codd., corr. Withof. 43 *heroibus* codd., corr. Salmas. 45 *oris* scripsi, *moris* Γ, *mores* τ, *morum* τ, *nata est* Ehw., Burs. Jahresh. xliii p. 270. 46 *fide* A H P V τ, *die uel fide* G. 58 *laudomia* codd. multi, correxit Gütthling. 59 *malle* A. VI 5 *quam si non*, *quamvis sine V*, *quam si tu ω*, *nostro*, *duro* G τ, uide ed. Ox. p. ci. 27 *quin et* Berolinensis, *quod non* Γ τ, *quod uel* τ, *quin uel* τ Madv. 35 *laborum* A H P V τ. 36 *illo* A H P V. *quo* H P V τ. *reris* A, unde *quo reris* Merk. 41 *circumdut* A G, *circumdunt* H P V. 45 *tumores* τ, *timores* Γ ω.



si tibi contingit cum dulci vita salute,  
 candida fortunae pars manet una meae.  
 scilicet, ut semper, quid agam, carissime, quaeris, 5  
 quamuis hoc uel me scire tacente potes :  
 sum miser, haec breuis est nostrorum summa malo-  
 rum,  
 quisquis et offenso Caesare uiuit, erit.  
 turba Tomitanae quae sit regionis et inter  
 quos habitem mores discere eura tibi est. 10  
 mixta sit haec quamuis inter Graecosque Getasque,  
 a male peccatis plus trahit ora Getis.  
 Sarmaticae maior Geticaeque frequentia gentis  
 per medias in equis itque reditque uias.  
 in quibus est nemo qui non coryton et arcum 15  
 telaque uipereo lurida felle gerat.  
 nox fera, trux uultus, uerissima Martis imago,  
 non coma, non ulla barba resecta manu,  
 dextera non segnis fixo dare uulnera cultro,  
 quem iunctum lateri barbarus omnis habet. 20  
 uiuit in his heu nunc, lusorum oblitus amorum,  
 hos uidet, hos nates audit, amice, tuus :  
 atque utinam uiuat non et moriatur in illis,  
 absit ab inuisis et tamen umbra locis.  
 earmina quod pleno saltari nostra theatro 25  
 nersibus et plaudi scribis, amice, meis :  
 nil equidem feci (tu seis hoc ipse) theatris,  
 Musa nec in planus ambitiosa mea est.  
 non tamen ingratum est, quodeumque obliuia  
 nostri  
 impedit et profugi nomen in ora refert. 30  
 quamuis interdum, quae me laesisse recorder,  
 carmina deuoueo Pieridasque meas,  
 cum bene deuoni, nequeo tamen esse sine illis,  
 uulneribusque meis tela cruenta sequor,  
 quaeque modo Euboicis lacerata est fluctibus,  
 audet 35  
 Graia Caphereaui currere puppis aquam.  
 nec tamen, ut lauder, uigilo curamque futuri  
 nominis, utilius quod latuisset, ago :  
 detineo studiis animum falloque dolores,  
 experior curis et dare uerba meis. 40  
 quid potius faciam desertis solus in oris,  
 quamue malis aliam quaerere coner opem ?  
 sine locum specto, locus est inamabilis, et quo  
 esse nihil toto tristius orbe potest,  
 sine homines, uix sunt homines hoc nomine digni,  
 quamque lupi, saeuae plus feritatis habent. 46  
 non metuunt leges ; sed cedit niris aequum,  
 uictaque pugnaci iura sub ense iacent.  
 pellibus et laxis arcant mala frigora bracis,  
 oraque sunt longis horrida tecta comis. 50  
 in paucis extant Graecae uestigia linguae,  
 haec quoque iam Getico barbaria facta sono.  
 nunc in hoc nemo est populo, qui forte Latine  
 quaelibet e medio reddere uerba queat.  
 ille ego Romanus uates (ignoscite, Musae) 55  
 Sarmatico cogor plurima more loqui.  
 en pudet et fateor, iam desuetudine longa  
 nix subeunt ipsi uerba Latina mihi.  
 nec dubito quin sint et in hoc non pauca libello  
 barbara : non hominis culpa, sed ista loci. 60  
 ne tamen Ausoniae perdam commercia linguae,  
 et fiat patrio nox mea muta sono,  
 ipse loquor mecum desuetaque uerba retracto,  
 et studii repeto signa sinistra mei.  
 sic animum tempusque traho sic meque reduco 65  
 a contemplatu summoueoque mali.  
 earminibus quaero miserarum obliuia rerum :  
 praemia si studio consequar ista, sat est.

## VIII

Non adeo cecidi, quamuis abiectus, ut infra  
 te quoque sim, inferius quo nihil esse potest.  
 quae tibi res animos in me facit, improbe, curue  
 casibus insultas quos potes ipse pati ?  
 nec mala te reddunt mitem placidumque iacenti 5  
 nostra quibus possint illacrimare ferae ;  
 nec metuis dubio Fortunae stantis in orbe  
 numen et exosae uerba superba deae.  
 exigit a dignis ultrix Rhammsia poenas :  
 imposito calcas quid mea fata pede ? 10  
 nidi ego naufragium qui risit in aequora mergi,  
 et 'numquam' dixi 'iustior unda fuit.'  
 uilia qui quondam miseris alimenta negarat,  
 nunc mendicato pascitur ipse cibo.  
 passibus ambignis Fortuna uolubilis errat 15  
 et manet in nullo certa tenaxque loco,  
 sed modo laeta uenit, uultus modo sumit acerbos,  
 et tantum constans in leuitate sua est.  
 nos quoque florimus : sed flos erat ille caducus,  
 flammaque de stipula nostra breuisque fuit. 20  
 nene tamen tota capias fera gaudia mente,  
 non est placandi spes mihi nulla dei,  
 uel quia peccaui citra scelus, utque pudore  
 non caret, inuidia sic mea culpa caret,  
 uel quia nil ingens ad finem solis ab ortu 25  
 illo, cui pareat, mitius orbis habet.  
 scilicet ut non est per uim superabilis ulli,  
 molle cor ad timidam sic habet ille preces,  
 exemploque demum, quibus accessurus et ipse est,  
 eum poenae uenia plura rogata dabit. 30  
 si numeres anno soles et nubila toto,  
 inuenies nitidum saepius esse diem.  
 ergo ne nimium nostra lactere ruina,  
 restitui quondam me quoque posse puta :  
 posse puta fieri lenito principe uultus 35  
 ut uideas media tristis in urbe meos,  
 utque ego te uideam causa grauiore fugatum,  
 haec sunt a primis proxima uota meis.

## IX

O tua si sineres in nostris nomina poni  
 carminibus, positus quam mihi saepe fores !  
 te canerem solum, meriti memor, inque libellis  
 creuisset sine te pagina nulla meis.  
 quid tibi deberem, tota sciretur in urbe, 5  
 exul in amissa si tamen urbe legor.  
 te praesens mitem nosset, te serior actas,  
 scripta uetustatem si modo nostra ferunt,  
 nec tibi cessaret doctus bene dicere lector :  
 hic te seruato uate maneret honor. 10  
 Caesaris est primum munus quod ducimus anras :  
 gratia post magnos est tibi habenda deos.  
 ille dedit uitam : tu quam dedit ille tueris,  
 et facis accepto munere posse frui.  
 cumque perhorrnerit casus pars maxima nostros, 15  
 pars etiam credi perituisse uelit,  
 naufragiumque meum tumulto spectarit ab alto,  
 nec dederit nanti per freta saeua manum,  
 seminecem Stygia reuocasti solus ab unda :  
 hoc quoque, quod memores possumus esse, tuum 20  
 est.  
 di tibi se tribuant cum Caesare semper amicos :  
 non potuit notum plenius esse meum.  
 haec meus argutis, si tu paterere, libellis

VII 17 sic Gothani manus sec., mortis cett. 21 nunc lusorum Ehw., nullus eorum (om. eorum A H) A G H, nullus tenerorum P, uiuit in illis nullus eorum V. 23 non et Heins., et non codd. 24, ut tamen (Parisinus 8254) Ellis, Hermathena vii 208. 36 Cupharea—uqua A H P τ. 42 cogor P. 53 nemo—populo, populo uix est A. 65 sic meque Gothanus, me sicque A τ, mecumque G H P V, meque ipse τ Ellis. VIII 1, 2 damnat Housman. 9 exigit H P, exiget A τ. at dignas—poenas A τ. 11 naufragium qui risit Meucken, naufragiumque uiros et codd. 17 uenit Heins., manet codd. ex u. 16, rubet conieci. 30 rogata scripsi, roganda G H P V ω, rogenda A. dabit T. Faber, petam codd. 32 esse τ. IX 17 spectarit Heins., spectaret codd.

poneret in multa luce uidenda labor ;  
 nunc quoque se, quamuis est iussa quiescere, quin te  
 nominet inuitum, uix mea Musa tenet. 26  
 utque canem pauidae nactum uestigia ceruae  
 latrantem frustra copula dura tenet,  
 utque fores nondum reserati carceris acer  
 nunc pede, nunc pressa fronte lacessit equus, 30  
 sic mea lege data uincta atque inclusa uoluntas  
 per titulum uetiti nominis ire cupit.  
 ne tamen officio memoris laedaris amici,  
 parebo iussis (parce timere) tuis.  
 at non parerem si non meminisse putares. 35  
 hoc quod non prohibet uox tua, gratus ero.  
 dumque (quod o breue sit !) lumen uitale uidebo,  
 seruiet officio spiritus iste tuo.

## X

Vt sumus in Ponto, ter frigore constitit Hister,  
 facta est Euxini dura ter unda maris.  
 at mihi iam uideor patria procul esse tot annis,  
 Dardana quot Graio Troia sub hoste fuit.  
 stare putes, adeo procedunt tempora tarde,  
 et peragit lentis passibus annus iter. 5  
 nec mihi solstitium quicquam de noctibus aufert,  
 efficit angustos nec mihi bruma dies.  
 scilicet in nobis rerum natura nouata est,  
 cumque meis curis omnia longa facit. 10  
 an peragunt solitos communia tempora motus,  
 stantque magis uitae tempora dura meae,  
 quem tenet Euxini mendax cognomine litus,  
 et Scythici uere terra sinistra freti ?  
 innumeræ circa gentes fera bella minantur,  
 quae sibi non raptu uiuere turpe putant. 15  
 nil extra tutum est : tumulus defenditur ipse  
 moenibus exiguis ingenioque loci.  
 cum minime credas, ut aues, densissimus hostis  
 aduolat et praedam uix bene uisus agit. 20  
 saepe intra muros clausis uenientia portis  
 per medias legimus noxia tela uias.  
 est igitur rarus, rus qui colere audeat, isque  
 hac arat infelix, hac tenet arma manu. 25  
 sub galea pastor iunctis pice cantat auenis,  
 proque lupo pauidae bella uerentur oues.  
 uix ope castelli defendimur. et tamen intus  
 mixta facit Graecis barbara turba metum.  
 quippe simul nobis habitat discrimine nullo  
 barbarus et teeti plus quoque parte tenet. 30  
 quorum, ut non timeas, possis odisse uidendo  
 pellibus et longa corpora tecta coma.  
 hos quoque, qui geniti Graia creduntur ab urbe,  
 pro patrio cultu Persica braca tegit.  
 exercent illi sociae commercia linguae :  
 per gestum res est significanda mihi. 35  
 barbarus hic ego sum qui non intellegor ulli,  
 et rident stolidi uerba Latina Getae ;  
 meque palam de me tuto male saepe loquuntur,  
 forsitan obiciunt exiliumque mihi. 40  
 utque fit, in se aliquid statui, dicentibus illis  
 abnuerim quotiens annuerimque, putant.  
 adde quod iniustum rigidum ius dicitur ense,  
 dantur et in medio uulnera saepe foro.  
 o duram Lachesin, quae tam graue sidus habenti  
 fila dedit uitae non breuiora meae ! 46  
 quod patriae uultu uestroque caremus, amici,  
 atque hic in Scythicis gentibus esse queror :  
 utraque poena grauis. merui tamen urbe carere,  
 non merui tali forsitan esse loco. 50

quid loquor, a, demens ? ipsam quoque perdere uitam,  
 Caesaris offenso numide, dignus eram.

## XI

Quod te nescioquis per iurgia dixerit esse  
 exulis uxorem, littera questa tua est.  
 indolui, non tam mea quod fortuna male audit,  
 qui iam consueui fortiter esse miser,  
 quam quia, cui minime uellem, sum causa pudoris,  
 teque reor nostris erubuisse malis. 6  
 perfer et obdura ; multo grauiora tulisti,  
 eripuit cum me principis ira tibi.  
 fallitur iste tamen quo iudice nominor exul :  
 mollior est culpam poena secuta meam. 10  
 maxima poena mihi est ipsum offendisse, priusque  
 uenisset mallet funeris hora mihi.  
 quassa tamen nostra est, non mersa nec obruta nauis,  
 utque caret portu, sic tamen extat aquis. 15  
 nec uitam nec opes nec ius mihi cuius ademit,  
 qui merui uitio perdere cuncta meo ;  
 sed quia peccato facinus non affuit illi,  
 nil nisi me patriis iussit abesse focus.  
 utque aliis, quorum numerum comprehendere non est,  
 Caesareum numen sic mihi mite fuit. 20  
 ipse relegati, non exulis utitur in me  
 nomine : tuta suo iudice causa mea est.  
 iure igitur laudes, Caesar, pro parte uirili  
 carmina nostra tuas qualiacumque canunt :  
 iure deos ut adhuc caeli tibi limina claudant 25  
 teque uelint sine se comprecor esse deum.  
 optat idem populus ; sed ut in mare flumina uastum,  
 sic solet exiguae currere riuus aquae.  
 at tu fortunam, cuius uocor exul ab ore,  
 nomine mendaci parce grauare meam. 30

## XII

Scribis ut oblectem studio lacrimabile tempus,  
 ne pereant turpi pectora nostra situ.  
 difficile est quod, amice, uones, quia carmina laetum  
 sunt opus et pacem mentis habere uolunt. 5  
 nostra per aduersas agitur fortuna procellas,  
 sorte nec ulla mea tristior esse potest.  
 exigis ut Priamus natorum funere plaudat,  
 et Niobe festos ducat ut orba choros.  
 luctibus an studio uideor debere teneri,  
 solus in extremos iussus abire Getas ? 10  
 des licet en ualido pectus mihi robore fultum,  
 fama refert Anyti quale fuisse reo,  
 fracta cadet tantae sapientiae mole ruinae ;  
 plus ualet humanis uiribus ira dei.  
 ille senex, dictus sapiens ab Apolline, nullum 15  
 scribere in hoc casu sustinisset opus.  
 ut ueniant patriae, ueniant obliuia uestri,  
 omnis et amissi sensus abesse queat,  
 at timor officio fungi uetat ipse quietum ;  
 cinctus ab innumero me tenet hoste locus. 20  
 adde quod ingenium longa rubigine laesum  
 torpet et est multo quam fuit ante minus.  
 fertilis assiduo si non renouatur aratro,  
 nil nisi cum spinis gramen habebit ager.  
 tempore qui longo steterit, male currit, et inter 25  
 carceribus missos ultimus ibit equus.  
 uertitur in teneram cariem rimisque delihciscit,  
 siqua diu solitis cumba uacauit aquis.  
 me quoque despera, fuerim cum paruus et ante,

IX 25 *sc quamuis est* Naugerius e codicibus nescio quibus, *iam quamuis est* A, *quamuis est iam* G H P V ω. 30 *pressa* Leid. 177, Turonensis 879, *ipsa* Γ ω. 31 *uoluntas*. *Thalia* A ω. 38 *ipse* A H P V τ. X 12 *suntque* Γ ω, corr. Housman. *suntque—uersa* conieceram in ed. Oxon. 13 *litus* Leid. 177 τ, *tempus* A, *tellus* G H V, *pontus* ω. 16 *raptus* A P ω. 19 *auis* A τ. 23 *rus qui* Postgate, *qui rus* Bodleianus B. N. Rawl. 107, *iam qui* cett. 31 *quorum*. *quos* A ω. 41 *sc* C. Schenk, *me* codd. *utque fit, insidias*, Vogel. *statui* scripsi, *sceleris* ed. Hauniensis, *finq̄* Ellis. *siquidem* G H P V, *si quid* A ω. *in me aliquid stupidi* censor ignotus, The Athenaeum, n. 3276 (1890), p. 184. 43 *et iustum* G H P V. XII 7 *brudat* A P ω. 11 *en conieci, in* codd. locutione inaudita, l. *uualido* Postgate. 12 *reo*. *scnis* A. 17 *nostris* Γ. 19 *ipse* τ, *esse* Γ ω, *ecce* Güthl. 23 *renouetur* A P ω, *renouetur* H. 25 *currer* V τ. 28 *uacauit* codd. quidam teste Merkel, *uacabit* codd.

illi, qui fueram, posse redire parem. 30  
 contudit ingenium patientia longa malorum,  
 et pars antiqui nulla uigoris adest.  
 siqua tamen nobis, ut nunc quoque, sumpta tabella  
 est,  
 inque suos uolui cogere uerba pedes,  
 carmina nulla mihi sunt scripta, aut qualia cernis, 35  
 digna sui domini tempore, digna loco.  
 denique ' non paruas animo dat gloria uires,  
 et fecunda facit pectora laudis amor.'  
 nominis et fauiae quondam fulgore trahebar,  
 dum tulit antennas aura secunda meas. 40  
 non adeo est bene nunc ut sit mihi gloria curae;  
 si liceat, nulli cognitus esse uelim.  
 an quia cesserunt primo bene carmina, suades  
 scribere, successus ut sequar ipse meos?  
 pace, nouem, uestra liceat dixisse, sorores: 45  
 uos estis nostrae maxima causa fugae.  
 utque dedit iustas tauri fabricator aeni,  
 sic ego do poenas artibus ipse meis.  
 nil mihi debebat eum uersibus amplius esse;  
 quin fugerem merito naufragus omne fretum. 50  
 at, puto, si demens studium fatale retempum,  
 hic mihi praeberebit carminis arma locus.  
 non liber hic ullus, non qui mihi commodet aurem,  
 uerbaque significent quid mea norit, adest.  
 omnia barbariae loca sunt uocisque ferinae, 55  
 omniaque hostilis plena timore soni.  
 ipse mihi uideor iam dedidicisse Latine:  
 nam didici Getice Sarmaticeque loqui.  
 nec tamen, ut uerum fatear tibi, nostra teneri  
 a componendo carmine Musa potest. 60  
 scribimus et scriptos absunimus igne libellos:  
 exitus est studii parua familia mei.  
 nec possum et cupio non nullos ducere uersus,  
 ponitur ideoque noster in igne labor;  
 nec nisi pars casu flammis crepta dolone 65  
 ad uos ingenii peruenit ulla mei.  
 sic utinam, quae nil metuentem tale magistrum  
 perdidit, in cineres Ars mea uersa foret!

## XIII

Hanc tuus e Getico mittit tibi Naso salutem,  
 mittere si quisquam, quo caret ipse, potest.  
 aeger enim traxi contagia corpore mentis,  
 libera tormento pars mihi nequa uacet,  
 perque dies multos lateris cruciatibus uror; 5  
 scilicet inmodico frigore laesit hiemps.  
 si tamen ipse uales, aliqua nos parte ualemus:  
 quippe mea est numeris fulta ruina tuis.  
 quid, mihi cum dederis ingentia pignora, cumque  
 per mineros omnes hoc tuare caput, 10  
 quod tua me raro solatur epistula, peccas,  
 remque piam praestas, sed mihi uerba negas?  
 hoc, precor, emenda: quod si correxeris mimum,  
 nullus in egregio corpore naeuus erit.  
 phuribus accensum, fieri nisi possit, ut ad me 15  
 littera non ueniat, missa sit illa tamen.  
 di faciant ut sit temeraria nostra querela,  
 teque putem falso non meminisse mei.  
 quod precor, esse liquet: neque enim mutabile robur  
 credere me fas est pectoris esse tui. 20  
 cana prius gelido desint absinthia Ponto,

et careat dulci Trinacris Hybla thymo,  
 inmemorem quam te quisquam conuincat amici.  
 non ita sunt fati staminata nigra mei.  
 tu tamen, ut possis falsae quoque pellere culpae 25  
 crimina, quod non es, ne uideare, caue.  
 utque solebamus consumere longa loquendo  
 tempora, sermonem deficiente die,  
 sic ferat ac referat tacitas nunc littera uoces,  
 et peragant linguae charta manusque uices. 30  
 quod fore ne nimium uidear diffidere, sitque  
 uersibus hoc paucis admonuisse satis,  
 accipe, quo semper finitur epistula uerbo,  
 (atque meis distent ut tua fata!) ' uale.'

## XIV

Quanta tibi dederim nostris monumenta libellis,  
 o mihi ne coniunx carior, ipsa nix.  
 detrahat auctori multum fortuna licebit:  
 tu tamen ingenio clara ferere meo;  
 dumque legar, pariter mecum tua fama legetur, 5  
 nec potes in maestos omnis abire rogos;  
 cumque uiri casu possis miseranda uideri,  
 inimicus aliquas quae, quod es, esse uelint,  
 quae te, nostrorum cum sis in parte malorum,  
 felicem dicant inuideantque tibi. 10  
 non ego diuitias dando tibi plura dedissem:  
 nil feret ad manes diuitis umbra suos.  
 perpetui fructum donauit nominis idque,  
 quo dare nil potui munere manus, habes.  
 adde quod, ut rerum sola es tutela mearum, 15  
 ad te non parui uenit honoris onus,  
 quod nunquam uox est de te mea muta tuique  
 iudicis debes esse superba niri.  
 quae nequis possit temeraria dicere, persta  
 et pariter serua meque piamque fidem. 20  
 nam tua, dum stetimus, turpi sine crimine mansit  
 et tantum probitas inreprehensa fuit:  
 aera de nostra nunc est tibi facta ruina;  
 conspiciunt uirtus hic tua ponat opus.  
 esse bonam facile est, ubi quod uetet esse remotum  
 est, 25  
 et nihil officina nupta quod opstet habet:  
 eum dens intommit, non se subducere nimbo,  
 id demum est pietas, id socialis amor.  
 rara quidem uirtus quam non Fortuna gubernet,  
 quae maneat stabili, cum fugit illa, pede. 30  
 siqua tamen pretii sibi merces ipsa petiti,  
 inque parum laetis ardua robus adest,  
 ut tempus numeres, per saecula nulla tacetur,  
 et loca mirantur, qua patet orbis iter.  
 aspicias ut longo tenent laudabilis aeno 35  
 nomen inextinctum Penelopea fides.  
 cernis ut Admeti cantetur et Hectoris uxor  
 ansaque in accensos Iphias ire rogos:  
 ut uiuat fama coniunx Phylaceia, enius  
 Hiacam celeri uir pede pressit humum. 40  
 morte nihil opis est pro me sed amore fideque:  
 non ex difficili fama petenda tibi est.  
 nec te eredideris, quia non facis, ista moneri:  
 neta damus, quamuis iamque nauis eat.  
 qui monet ut facias quod iam facis, ille mouendo  
 laudat et hortatu comprobata suo. 46

XII 33 siqua Benth., saepe codd. 35 carmina sunt mihi scripta aut nulla a. q. c. G H P (?) V, carmina scripta mihi sunt nulla a. q. c. A τ. 50 quin Postgate, cum codd. 56 hostilis Merkel, possint A G H V τ, possunt P τ. XIII 6 scilicet inmodico scripsi, uide ed. Ox. p. ciii, sed quod in inmodico H V, sed quod non modico A G P ω, seu me non modico Ehw., sic me n. m. Ellis. 9 qui A P ω. 12 sed τ, si (i. e. s;?) P ω. 27 multa G τ. 28 sermonem τ, sermone G H V, sermone A P ω. XIV 15 ut Heins., et codd. 22 tanta (tuanta G) P τ. 23 aera de Withof, par ca de τ, par (per P) eadem P ω. 26 obstat, optet, optat codd. 29 gubernat P. 31 pretium—petitum G H P V.

P. OVIDI NASONIS  
EX P O N T O

LIBER PRIMVS

I

**N**ASO Tomitanae iam non nouus incola  
terrae  
hoc tibi de Getico litore mittit opus.  
si uacat hospitio peregrinos, Brute, libellos  
excipe, dumque aliquo, quolibet abde loco.  
publica non audent intra monimenta uenire, 5  
ne suus hoc illis clausierit auctor iter.  
a, quotiens dixi 'certe nil turpe docetis :  
ite, patet castis uersibus ille locus.'  
non tamen accedunt, sed, ut adspicis ipse, latere 10  
sub lare priuato tutius esse putant.  
quaeris ubi hos possis nullo componere laeso ?  
qua steterant Artes, pars uacat illa tibi.  
quid ueniant, nouitate roges fortasse sub ipsa.  
accipe, quodcumque est, dummodo non sit amor.  
inuenies, quamuis non est miserabilis index, 15  
non minus hoc illo triste, quod ante dedi.  
rebus idem, titulo differt : et epistula cui sit  
non occultato nomine missa docet.  
nec uos hoc uultis, sed nec prohibere potestis,  
Musaque ad inuitos officiosa uenit. 20  
quicquid id est, adiunge meis. nihil inpedit ortos  
exule seruatis legibus urbe frui.  
quod metuas, non est. Antoni scripta leguntur,  
doctus et in promptu scrinia Brutus habet.  
nec me nominibus furiosus confero tantis : 25  
saeva deos contra non tamen arma tuli.  
denique Caesareo, quod non desiderat ipse,  
non caret e nostris ullus honore liber.  
si dubitas de me, laudes admitte deorum  
et carmen dempto nomine sume meum. 30  
adiuuat in bello pacatae ramus oliuae :  
proderit auctorem pacis habere nihil ?  
cum foret Aeneae ceruix subiecta parenti,  
dicitur ipsa uiro flamma dedisse uiam :  
fert liber Aeneaden, et non iter omne patebit ? 35  
at patriae pater hic, ipsius ille fuit.  
ecquis ita est audax, ut limine cogat abire  
iactantem Pharia tinnula sinistra manu ?  
ante deum Matrem cornu tibicen adunco  
cum canit, exiguae quis stipis aera negat ? 40  
scimus ab imperio fieri nil tale Dianae :  
unde tamen uiuat, uaticinator habet.  
ipsa mouent animos superiorum numina nostros,  
turpe nec est tali credulitate capi.  
en ego pro sistro Phrygiique foramine buxi 45  
gentis Iuleae nomina sancta fero.

uaticinor moneoque. locum date sacra ferenti.  
nec mihi sed magno poscitur ille deo.  
nec quia uel merui uel sensi principis iram,  
a nobis ipsum nolle putate coli. 50  
uido ego linigerae numen uiolasse fatentem  
Isidis Isiacos ante sedere focos.  
alter ob huic similem priuatus lumine culpam,  
clamabat media se meruisse uia.  
talia caelestes fieri praeconia gaudent, 55  
ut sua quid ualeant numina teste probent.  
saepe leuant poenas ereptaque lumina reddunt,  
cum bene peccati paenituisse uident.  
paenitet, o, siquid miserorum creditur ulli :  
paenitet, et factio torqueor ipse meo. 60  
cumque sit exilium, magis est mihi culpa dolori ;  
estque pati poenam, quam meruisse, minus.  
ut mihi di faneant, quibus est manifestior ipse,  
poena potest demui, culpa perennis erit.  
mors faciet certe, ne sim, cum uenerit, exul : 65  
ne non peccarim, mors quoque non faciet.  
non igitur mirum, si mens mea tabida facta  
de niue manantis more liquescit aquae.  
estur ut occulta uitata teredine nauis,  
aequorei scopulos ut cauat unda salis ; 70  
roditur ut scabra positum rubigine ferrum,  
conditus ut tineae carpitur ore liber :  
sic mea perpetuos curarum pectora morsus,  
fine quibus nullo conficiantur, habent.  
nec prius hi mentem stimuli quam uita relinquet :  
quique dolet, citius quam dolor ipse, cadet. 76  
hoc mihi si superi, quorum sumus omnia, credent,  
forsitan exigua dignus habebor ope,  
inque locum Scythico uacuum mutabor ab arcu. 80  
plus isto, duri, si precer, oris ero.

II

Maxime, qui tanti mensuram nominis implet  
et geminas animi nobilitate genus :  
qui nasci ut posses, quamuis cecidere trecenti,  
non omnis Fabios abstulit una dies :  
forsitan, haec a quo mittatur epistula quaeras, 5  
quisque loquar tecum certior esse uelis.  
et mihi, quid faciam ? uereor, ne nomine lecto  
durus et auersa cetera mente legas.  
uideris : audebo tibi me scripsisse fateri, 10  
qui, cum me poena dignum grauiore fuisse

I I 4 modo a (= consensus librorum A (Hamburgensis), B (Monacensis Lat. 384 siue Bauarici), C (Monacensis Lat. 19476). 24 carmina A O(xoniensis Canonicianus Lat. 1) τ. 36 patriae est pater exc. Pol. 65, 66 eictos ab Heinsio aliisque tutantur Korn Rhein. Mus. 22 p. 205 sqq., Dinter comm. i 14. 77 credant C H(olkhamicus) O ω. II 9 uideris Heins., uiderit codd. 10 om. a. pro toto disticho hos quattuor uersus habent H O ω manus rec. codicis B uiderit haec siquis tibi me scripsisse fateri] audebo et propriis ingemuisse malis] uiderit audebo tibi me (me iam H) scripsisse fateri] atque modum poenae notificare meae. 'qui uersus intercidit eo nihil aliud potuit contineri quam nomen ipsum poetae.' Dinter comm. i 22.

confitear, possum uix grauiora pati.  
 hostibus in mediis interque pericula uersor,  
 tamquam cum patria pax sit adempta mihi :  
 qui, mortis saeuo geminent ut uulnere easas, 15  
 omnia uipereo spicula felle linunt.  
 his eques instructus perturbata moenia lustrat  
 more lupi clausas circumuentis oues.  
 at semel intentus neruo leuis arcus equino  
 uincula semper habens iuresoluta manet. 20  
 tecta rigent fixis ueluti uallata sagittis,  
 portaque uix firma summouet arma sera.  
 adde loci faciem nec fronde nec arbore tecti,  
 et quod iners hiemi continuatur hiemps.  
 hic me pugnantem eum frigore eumque sagittis 25  
 eumque meo fato quarta fatigat hiemps.  
 sine carent lacrimae, nisi cum stupor obstitit illis,  
 et similis morti pectora torpor habet.  
 felicem Nioben, quamuis tot funera uidit,  
 quae posuit sensum, saxea facta malis : 30  
 uos quoque felices, quarum clamantia fratrem  
 cortice uelant populus ora nouo.  
 ille ego sum, lignum qui non admittit in ullum :  
 ille ego sum, frustra qui lapis esse uelim.  
 ipsa Medusa oculis ueniat licet obuia nostris, 35  
 amittit nires ipsa Medusa suas.  
 niuius ut nunquam sensu eareamus amaro,  
 et grauior longa sit mea poena mora.  
 sic inconsumptum Tityi semperque renascens  
 non perit, ut possit saepe perire, iecur. 40  
 at, puto, cum requies medicinae publica eurae  
 somnus adest, solitis nox uenit orba malis.  
 somnia me terrent ueros imitantia casus,  
 et uigilant sensus in mea dauna mei.  
 aut ego Sarmaticas uideo utare sagittas, 45  
 aut dare captiuas ad fera uincula manus :  
 aut ubi decipior melioris imagine somni,  
 aspicio patriae tecta relicta meae ;  
 et modo uobiscum, quos sum ueneratus, amici,  
 et modo cum eara coniuge modo loquor. 50  
 sic ubi precepta est breuis et non uera uoluptas,  
 peior ab admonitu fit status iste boni.  
 siue dies igitur caput hoc miserabile cernit,  
 siue pruinosi Noctis aguntur equi,  
 sic mea perpetuis liquefuit pectora curis, 55  
 ignibus admotis ut noua cera solet.  
 saepe precor mortem, mortem quoque deprecor  
 idem,  
 ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.  
 cum subit Augustus quae sit clementia, credo  
 mollia naufragii litora posse dari. 60  
 eum uideo quam sint mea fata tenacia, frangor,  
 spesque leuis magno uicta timore cadit.  
 nec tamen ulterius quiequam spero precorue,  
 quam male mutato posse carere loco.  
 aut hoc, aut nihil est, pro me temptare modeste 65  
 gratia quod saluo uestra pudore queat.  
 suscipe, Romanae facundia, Maxime, linguae,  
 difficilis causae mite patrocinium.  
 est mala, confiteor ; sed te bona fiet agente,  
 lenia pro misera fac modo uerba fuga. 70  
 nescit enim Caesar, quamuis deus omnia norit,  
 ultimus hic qua sit condicione locus.  
 magna tenent illud numen molimina rerum :  
 haec est caelesti pectore cura minor.  
 nec uacat, in qua sint positi regione Tomitae, 75  
 quaerere, finitimo uix loca nota Getae :  
 aut quid Sauromatae faciunt, quid Iazyges acres  
 eultaque Orestae Taurica terra laeae :  
 quaeque aliae gentes, ubi frigore constitit Hister,

dura meant eeleri terga per amnis equo. 80  
 maxima pars hominum nec te, pulcherrima, curat,  
 Roma, nec Ausonii nullitis arma timet.  
 dant illis animos arcus pleneaque pharetrae,  
 quamque libet longis cursibus aptus equus,  
 quodque sitim didicere diu tolerare famemque, 85  
 quodque sequens nullas hostis habebit aquas.  
 ira uiri mitis non me misisset in istam,  
 si satis haec illi nota fuisset humus.  
 nec me nec quemquam Romanum gaudet ab hoste,  
 neque minus, uitam cui dabat ipse, capi. 90  
 noluit, ut poterat, minimo me perdere nutu :  
 nil opus est ullis in mea fata Getis.  
 sed neque, cur morerer, quiequam mihi comperit  
 actum,  
 et minus infestus, quam fuit, esse potest.  
 tunc quoque nil fecit nisi quod facere ipse coegi : 95  
 pacem etiam merito parior ira meo est.  
 di faciant igitur, quorum iustissimus ipse est,  
 alma nihil maius Caesare terra ferat,  
 utque diu sub eo sit publica sarcina terrae,  
 perque manus huius tradita gentis eat. 100  
 at tu tam placido, quam nos quoque sensimus illum,  
 iudice pro lacrimis ora resolu meis.  
 non petito ut bene sit, sed uti male tutius, utque  
 exilium saeuo distet ab hoste meum :  
 quamque dedere mihi praesentia numina uitam, 105  
 non adimat strieto squalidus ense Getes :  
 denique, si moriar, subeant pacatius arum,  
 ossa nec a Seythica nostra premantur humo,  
 nec male compositos, ut scilicet exule dignum,  
 Bistonii cineres ungula pulset equi : 110  
 et ne, si superest aliquis post funera sensus,  
 terreat et manes Sarmatis umbra meos.  
 Caesaris haec animum poterant audita mouere,  
 Maxime, mouissent si tamen ante tuum.  
 nox, precor, Augustas pro me tua molliat aures, 115  
 auxilio trepidis quae solet esse reis :  
 aduetaque tibi doctae uelud eedine linguae  
 aequandi superis pectora flecte uiri.  
 non tibi Theromedon crudusque rogabitur Atreus,  
 quique suis homines pabula fecit equis : 120  
 sed piger ad poenas princeps, ad praemia uelox,  
 quique dolet quotiens cogitur esse ferus :  
 qui uicit semper, uictis ut parere posset,  
 clausit et aeterna ciuica bella sera :  
 multa metu poenae, poena qui pauca coeret, 125  
 et laeit inuita fulmina rara manu.  
 ergo tam placidas orator missus ad aures,  
 ut propior patriae sit fuga nostra, roga,  
 ille ego sum, qui te colui, quem festa solebat  
 inter conuiuas mensa uidere tuos : 130  
 ille ego, qui duxi uestros Hymenaeon ad ignes  
 et cecei fausto carmina digna toro :  
 cuius te solitum meminisse laudare libellos,  
 exceptis domino qui nocere suo :  
 eni tua nonnumquam miranti scripta legebas : 135  
 ille ego de uestra cui data nupta domo est.  
 hanc probat et primo dilectam semper ab aeuo  
 est inter conuites Marcia censa suas,  
 inque suis habuit matertera Caesaris ante :  
 quarum iudicio si qua probata, proba est. 140  
 ipsa sua melior fama, laudantibus istis,  
 Claudia diuina non eguisset ope.  
 nos quoque praeteritos sine labe peregrimus annos :  
 proxima pars uitae transilienda meae.  
 sed de me ut sileam, coniunx mea sarcina uestra est :  
 non potes hanc salua dissimulare fide. 146  
 confugit haec ad uos, uestras amplectitur aras

II 18 *circumuentis* CH cod. Bersmanni, *circumuentis* A, *circueuntis* B cett. codd. 21 *ueluta* A B<sup>2</sup> (recte B).  
 23 *lacti* O<sup>2</sup> Vaticanus Heinssii. 90 *dabat* Merk. cf. vii 52, *dabit a*, *dedit* B<sup>2</sup> w. 91 *at* BC exc(e)pta Pol(itiani).  
 99 sic τ, *sit publica sarcina terra* B<sup>2</sup> τ, *sic sit publice saroterra* A, *sic sit sub Caesare terra* BC O w, *sit publica*  
*sarcina rerum* (uundi H) H τ Weber, *sit publica Caesare terra* Ellis, cf. II 8. 67. 100 *cant* HO τ. 103 *petito* Chr.  
 Daumius, *petite* O<sup>2</sup>, *petit* Vaticanus, *petis* O cett. codd. 109 *dignum est* BC. 119 *crudusque* B. 125 sic Argentora-  
 tensis. *poenae* om. A. *cohibet* HO (Argentorat. m<sup>2</sup>). *et qui multa metu sed poena p. e. B. C.* 144 *meae est* BC τ.  
 146 *taccam* B O.

(iure uenit cultos ad sibi quisque deos)  
flensque rogat, precibus lenito Caesare uestris,  
busta sui fiant ut propiora uiri.

150

## III

Hanc tibi Naso tuus mittit, Rufine, salutem :  
qui miser est, ulli si suus esse potest.

reddita confusae nuper solacia menti  
auxilium nostris spemque tulere malis ;

utque Machaoniis Poeantius artibus heros

lenito medicam uulnere sensit opem,

sic ego mente iacens et acerbo saucius ictu

admonitu coepi fortior esse tuo :

et iam deficiens sic ad tua uerba reuixi,

ut solet infuso uena redire mero.

non tamen exhibuit tantas facundia uires,

ut mea sint dictis pectora sana tuis.

ut multum demas nostrae de gurgite curae,

non minus exhausto quod superabit erit.

tempore ducetur longo fortasse cicatrix :

horrent admotas uulnera cruda manus.

non est in medico semper releuetur ut aeger :

interdum docta plus ualet arte malum.

cernis ut e molli sanguis pulmone remissus

ad Stygias certo limite ducat aquas.

afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,

sanabit nulla uulnera cordis ope.

tollere nodosam nescit medicina podagram,

nec formidatis auxiliatur aquis.

cura quoque interdum nulla medicabilis arte est :

aut, ut sit, longa est extenuanda mora.

cum bene firmarunt animum praecepta iacentem,

sumptaque sunt nobis pectoris arma tui,

rursus amor patriae ratione ualentior omni,

quod tua fecerunt scripta, retextit opus.

siue pius uis hoc siue hoc muliebre uocari,

confiteor misero molle cor esse mihi.

non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat

fumum de patriis posse uidere focis.

nescioqua natale solum dulcedine cunctos

ducit et inmemores non sinit esse sui.

quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?

huc tamen ex illa barbarus urbe fugit.

cum bene sit clausae cauea Pandione natae,

nititur in siluas illa redire suas.

adsuetos tauri saltus, adsueta leones

(nec feritas illos impedit) antra petunt.

tu tamen exilii morsus et pectore nostro

fomentis speras cedere posse tuis.

effice nos ipsi ne tam mihi sitis amandi,

talibus ut leuius sit carnisse malum.

at, puto, qua genitus fueram, tellure carenti

in tamen humano contigit esse loco.

orbis in extremi iaceo desertus harenis,

fert ubi perpetuas obruta terra niues.

non ager hic pomum, non dulces educat uuas ;

non salices ripa, robora monte uirent.

neue fretum laudes terra magis, aequora semper

uentorum rabie solibus orba tument.

quocumque aspicias, campi cultore carentes

uastaque, quae nemo uindicat, arua iacent.

hostis adest dextra laeuaque a parte timendus,

uicinoque metu terret utrumque latus.

altera Bistonias pars est sensura sarisas,

altera Sarmatica spicula missa manu.

i nunc et ueterum nobis exempla uirorum,

qui forti casum mente tulere refer,

et graue magnanimi robur mirare Rutili

non usi reditus condicione dati :

Smyrna uirum tenuit, non Pontus et hostica tellus,  
paene minus nullo Smyrna petenda loco.

non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus,

legit enim sedes, Attica terra, tuas.

arma Neoclides qui Persica contudit armis,

Argolica primam sensit in urbe fugam.

pulsus Aristides patria Laedaemona fugit,

inter quas dubium, quae prior esset, erat.

caede puer facta Patroclus Opuntia reliquit

Thessalicamque adiit hospes Achillis humum.

exul ab Haemonia Pirenida cessit ad undam,

quo duce trabs Colcha sacra cucurrit aqua.

liquit Agenorides Sidonia moenia Cadmus,

poneret ut muros in meliore loco.

uenit ad Adrastum Tydeus Calydone fugatus,

et Teucrum Veneri grata recepit humus.

quid referam ueteres Romanae gentis, apud quos

exulibus tellus ultima Tibur erat?

persequar ut cunctos, nulli datus omnibus aenis

tam procul a patria esset horridiorne locus.

quo magis ignoscat sapientia uestra dolenti,

qui facit ex dictis non ita multa tuis.

nec tamen infitior, si possint nostra coire

uulnera, praeceptis posse coire tuis,

sed uereor ne me frustra seruare labores,

neu iuuer admotam perditus aeger ope.

nec loquor haec quia sit maior prudentia nobis,

sed sum quam medico notior ipse mihi.

ut tamen hoc ita sit, munus tua grande uoluntas

ad me peruenit consuliturque boni.

## IV

Iam mihi deterior canis aspergitur aetas,

iamque meos uultus ruga senilis arat :

iam uigor et quasso languent in corpore uires,

nec, iuueni lusus qui placere, iuuant.

nec, si me subito uideas, agnoscere possis,

aetatis facta est tanta ruina meae.

confiteor facere hoc annos ; sed et altera causa est,

anxietas animi continuusque labor.

nam mea per longos siquis mala digerat annos,

crede mihi, Phlio Nestore maior ero.

cernis ut in duris (et quid bone firmius?) aruis

fortia taurorum corpora frangat opus.

quae numquam uacuo solita esse cessare nouali,

fructibus assiduis lassa senescit humus.

occidet, ad Circi siquis certamina semper

non intermissis cursibus ibit equus.

firma sit illa licet, soluetur in aequore nauis,

quae numquam liquidis sicca carebit aquis.

me quoque debilitat series immensa malorum,

ante meum tempus cogit et esse senem.

otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis :

inmodicus contra carpit utrumque labor.

aspice, in has partes quod uenerit Aesone natus,

quam laudem a sera posteritate ferat.

at labor illius nostro leuiorque minorque est,

si modo non uerum nomina magna premunt.

ille est in Pontum Pelia mittente profectus,

qui uix Thessaliae fine timendus erat :

Caesaris ira mihi nocuit, quem solis ab ortu

solis ad occasus utraque terra tremit.

inunctior Haemonia est Ponto, quam Roma, sinistro,

et breuius, quam nos, ille peregit iter.

ille habuit comites primos telluris Achiuae :

at nostram cuncti destituerunt fugam.

nos fragili ligno uastum sulcauimus aequor :

quae tulit Aesonidem, sacra carina fuit.

nec mihi Tiphys erat rector, nec Agenore natus

III 47 *genitus fueram* B cod. Italus Bersmanni, *fueram genitus* cett. codd. 55 *aspicias* τ. 56 *uindictet* τ. 85, 86 del. Bentr. Korn, defenderunt Dinter comm. ii 36 sqq., Merk. ed Teubn. alt. p. xxv. 86 *quae* BHO τ. *faciam* Dinter, *capit* Burm. 91 *quin sit—nobis* exc. Pol. 94 *consuliturque* B, *consuluitque* B<sup>2</sup> C τ, *consuluitque* τ quod Riesio et Ellisio placuit. IV 19 *laborum* (cf. u. 22) BO τ. 31, 32 *damnarunt* Heins. al. *sinistro* Burm., *sit histro* codd. 36 *sa carina* A, *saccarina* C<sup>1</sup>, *densa carina* excerpta Scaligeri, *firma carina* O τ.

quas fugerem docuit quas sequerereque uias.  
illum tutata est cum Pallade regia Iuno :  
defendere meum numina nulla caput. 40  
illum fortuinae iunere Cupidinis artes :  
quas a me nellen non didicisset Amor.  
ille domum rediit : nos his moriemur in armis,  
perstiterit laesi si grauis ira dei.  
durius est igitur nostrum, fidissima coniunx, 45  
illo, quod subiit Aesone natus, onus.  
te quoque, quam inuenem discedens urbe reliqui,  
credibile est nostris insensuisse malis.  
o, ego di faciant talem te cernere possim,  
caraque mutatis oscula ferre comis 50  
amplectique meis corpus non pingue lacertis  
et 'gracile hoc fecit' dicere 'cura mei'  
et narrare meos fleuti fleus ipse labores,  
sperato nunquam conloquioque frui,  
turaque Caesaribus cum coniuge Caesare digna, 55  
dis ueris, memori debita ferre manu.  
Memnonis hanc utinam lenito principe mater  
quam primum roseo prouocet ore diem.

## V

Ille nos quondam non ultimus inter amicos,  
ut tua uerba legas, Maxime, Naso rogat.  
in quibus ingenium desiste requirere nostrum,  
nescius exilii ne uidere mei.  
cernis ut ignauium corrumpant otia corpus, 5  
ut capiant uitium, ni moueantur, aquae.  
et mihi si quis erat duceudi carminis usus,  
deficit estque minor factus inerte situ.  
haec quoque quae legitis, siquid mihi, Maxime,  
credis, 10  
seribimus inuita uixque coacta manu.  
non libet in talis animum contendere curas,  
nec uenit ad duos Musa uocata Getas.  
ut tamen ipse uides, luctor deducere uersum :  
sed non fit fato mollior ille meo.  
cum relego, scripsisse pudet, quia plurima cerno 15  
me quoque qui feci iudice digna lini.  
nec tamen emendo : labor hic quam scribere maior,  
mensque pati durum sustinet aegra nihil.  
scilicet incipiam lima mordacius uti,  
et sub iudicium singula uerba nocem ? 20  
torquet enim fortuna parum, nisi Lissus in Hebrum  
confluat, et frondes Alpidibus addat Atho ?  
parendum est animo miserabile nullus habenti.  
subducunt oneri colla perusta boues.  
at, puto, fructus adest, iustissima causa laborum, 25  
et sata cum multo fauore reddit ager ?  
tempus ad hoc nobis, repetas licet omnia, nullum  
profruit (atque utinam non nocuisse !) opus.  
cur igitur scribam, miraris : miror et ipse,  
et tecum quaero saepe quid inde petam. 30  
an populus uere sauos uogat esse poetas,  
sumque fides huius maxima noxio ego ?  
qui, sterili totiens cum sim deceptus ab aruo,  
daunosa persto condere semen humo.  
scilicet est cupidus studiorum quisque snornu, 35  
tempus et adueta ponere in arte inuat.  
saucius ciurat pugnam gladiator, et idem  
inmemor antiqui uulneris arua capit.  
nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus u. dis,  
et dicit remos qua modo nauit aqua. 40  
sic ego constanter studium noui utile seruo,  
et repeto, nollem quas coluisse, deas.  
quid potius faciam ? non sum qui signa dueam  
otia : mors nobis tempus habetur iners.  
nec inuat in lucem niuio marecere uiuo, 45  
nec tenet incertas alea blanda manus.

eum dedimus somno quas corpus postulat horas,  
quo ponam uigilans tempora longa modo ?  
moris an oblitus patrii contendere discam  
Sarmaticos arcus, et trahar arte loci ? 50  
hoc quoque me studium prohibent adsumere uires,  
meusque magis gracili corpore nostra uolet.  
cum bene quaesieris quid agam, magis utile nil est  
artibus his, quae nil utilitatis habent.  
consequor ex illis casus obliuia nostri : 55  
hanc messem satis est si mea reddidit humus.  
gloria nos aenat, uos, ut recitata probentur  
carmina, Pieriis iuuigilate choris.  
quod uenit ex facili, satis est componere nobis,  
et nimis intenti causa laboris abest. 60  
cur ego sollicita poliam mea carmina cura ?  
an uerear ne non adprobet illa Getes ?  
forsitan audacter faciam, sed gloriol Histrum  
ingenio nullum uains habere meo.  
hoc, ubi niuendum est, satis est, si consequor aruo,  
inter inhumanos esse poeta Getas. 66  
quo mihi diuersum fama contendere in orbem ?  
quem fortuna dedit, Roma sit ille loens.  
hoc mea contenta est infelix Musa theatro :  
sic merui, magni sic uoluerere dei. 70  
nec reor hinc istuc nostris iter esse libellis,  
quo Boreas pinna deficiente uenit.  
diuidimur caelo, quaeque est procul urbe Quirini,  
aspicit hirsutos communiu Vrsa Getas.  
per tantum terrae, tot aquas uix credere possum 75  
iudicium studii transiuisse mei.  
linge legi, quodque est mirabile, linge placere :  
auctorem certe res inuat ista nihil.  
quid tibi, si calida, prosit, laudare Syene,  
aut ubi Taprobanen India cingit aqua ? 80  
altius ire libet ? si te distantia longe  
Pleiadum laudent signa, quid inde feras ?  
sed neque peruenio scriptis mediocribus istuc,  
famaque enim domino fugit ab urbe suo.  
nosque, quibus perii tunc cum mea fama sepulta  
est, 85  
nunc quoque de nostra morte tacere reor.

## VI

Equid, ut andisti (nam te diuersa tenebat  
terra) meos casus, cor tibi triste fuit ?  
dissimules metuasque licet, Graeciae, fateri,  
si beue te noni, triste fuisse liquet.  
non cadit in mores feritas inamabilis istos, 5  
nec minus a studiis dissidet illa tuis.  
artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,  
pectora mollescent asperitasque fugit.  
nec quisquam meliore fide complectitur illas,  
qua sinit olleium militiaeque labor. 10  
certe ego, cum primum potui sentire quid essem,  
(nam fuit attonito mens mihi nulla diu)  
hoc quoque fortunam sensi, quod amicus abesses,  
qui mihi praesidium grande futurus eras.  
tecum tunc aberant aegrae solacia mentis, 15  
magnaue pars animi consiliique mei.  
at nunc, quod superest, fer opem, precor, eminus  
nam  
adloquioque inua pectora nostra tuo,  
quae, non mendaci si quiequam credis amico,  
stulta magis dici quam scelerata decet. 20  
nec breue nec tutum peccati quae sit origo  
scribere : tractari uulnera nostra timent.  
qualecumque modo mihi sint ea facta rogare  
desine : non agites, siqua coire uelis.  
quicquid id est, ut non fauinus sic culpa uocanda est,  
omnis an in magnos culpa deos scelus est ? 26

IV 46 onus O Argentoratensis, opus cett. codd. 49 ergo ego H τ. possem a codd. plerique. 50 genis τ. V 6 capant uitio A unde ut carcant uitio, si moucantur Merk. 21 Lixus A H, lieus (lycus) B C (in ras.) O ω, Lissus Merk. coll. Herodot. VII 108. 22 Athos C ω. 50 trahor a. 72 pinna A, penna cett. 79 calida es A, cal de B C unde calidus = Syenae Riese. 80 ligit O, pingit A B H τ. 81, 82 secl. Bentl. Merk. VI 13 fortunae Helius. Merk. ex codd. Mediceo.

spes igitur menti poenae, Graecine, leuandae  
 non est ex toto nulla relicta meae.  
 haec dea, cum fugerent sceleratas numina terras,  
 in dis inuisa sola remansit humo. 30  
 haec facit ut uiuat fossor quoque compede uinctus,  
 liberaque a ferro crura futura putet.  
 haec facit ut, uideat cum terras undique nullas,  
 naufragus in mediis brachia iacet aquis.  
 saepe aliquem sollers medicorum cura reliquit, 35  
 nec spes huic uena deficiente cadit.  
 carcere dicuntur clausi sperare salutem,  
 atque aliquis pendens in cruce uota facit.  
 haec dea quam multos laqueo sua colla ligantis  
 non est proposita passa perire nece. 40  
 me quoque conantem gladio finire dolorem  
 arguit iniecta continuoque manu,  
 'quid' que 'facis' lacrimis opus est, non sanguine,'  
 dixit  
 'saepe per has flecti principis ira solet.'  
 quamuis est igitur meritis indebita nostris, 45  
 magna tamen spes est in bonitate dei :  
 qui ne difficilis mihi sit, Graecine, precare,  
 confer et in uotum tu quoque uerba meum.  
 inque Tomitana iaceam tumulatus harena,  
 si te non nobis ista uouere liquet. 50  
 nam prius incipient turris uitare columbae,  
 antra ferae, pecudes gramina, mergus aquas,  
 quam male se praestet ueteri Graecinus amico.  
 non ita sunt fatis omnia uersa meis.

## VII

Littera pro uerbis tibi, Messaline, salutem,  
 quam legis, a saeuis attulit usque Getis.  
 indicat auctorem locus? an, nisi nomine lecto,  
 haec me Nasonem scribere uerba latet?  
 equis in extremo positus iacet orbe tuorum, 5  
 me tamen excepto, qui precor esse tuus?  
 di procul a cunetis, qui te uenerantur amantque,  
 huius notitiam gentis habere uelint.  
 nos satis est inter glaciem Scythicasque sagittas  
 uiuere, si uita est mortis habenda genus : 10  
 nos premat aut bello tellus aut frigore caelum,  
 truxque Getes armis, grandine pagnet hiemps :  
 nos habeat regio nec pomo feta nec uuis,  
 et cuius nullum cesset ab hoste latus.  
 cetera sit sospes cultorum turba tuorum, 15  
 in quibus, ut populo, pars ego parua fui.  
 me miserum, si tu uerbis offenderis istis  
 nosque negas ulla parte fuisse tuos !  
 idque sit ut uerum, mentito ignoscere debes :  
 nil demit laudi gloria nostra tuae. 20  
 quis se Caesaribus notus non fingit amicum?  
 da ueniam fasso : tu mihi Caesar eris.  
 nec tamen inrumpe quo non licet ire, satisque est  
 atria si nobis non patuisse negas.  
 utque tibi fuerit mecum nihil amplius, uno 25  
 nempe salutaris, quam prius, ore minus.  
 nec tuus est genitor nos infitatus amicos,  
 hortator studii causaque faxque mei :  
 cui nos et lacrimas, supremum in funere munus,  
 et dedimus medio scripta canenda foro. 30  
 adde quod est frater, tanto tibi iunctus amore,  
 quantus in Atridis Tyndaridisque fuit :  
 is me nec comitem nec dedignatus amicum est :  
 si tamen haec illi non nocitura putas.  
 si minus, hac quoque ne mendacem parte fatebor :  
 clausa mihi potius tota sit ista domus. 36  
 sed neque laudanda est, et nulla potentia uires

praestandi, ne quid peccet amicus, habet.  
 et tamen ut cuperem culpam quoque posse negari,  
 sic facinus nemo nescit abesse mihi. 40  
 quod nisi delicti pars excusabilis esset,  
 parua relegari poena futura fuit.  
 ipse sed hoc uidit, qui peruidet omnia, Caesar,  
 stultitiam dici crimina posse mea :  
 quaque ego permisi, quaque est res passa, pepercit,  
 unus et est modice fulminis igne sui. 46  
 nec uitam nec opes nec ademit posse reuerti,  
 si sua per uestras uicta sit ira preces.  
 at grauius cecidi. quid enim mirabile, si quis  
 a Ioue percussus non leue uulnus habet? 50  
 ipse suas etiam uires inhiberet Achilles,  
 missa grauis ictus Pelias hasta dabat.  
 iudicium nobis igitur cum uindictis adsit,  
 non est cur tua me ianua nosse neget.  
 culta quidem, fateor, citra, quam debuit, illa est :  
 sed fuit in fatis hoc quoque, credo, meis. 56  
 nunc tamen officium sensit domus altera nostrum :  
 hic, illic, uestro sub lare semper eram.  
 quaeque tua est pietas, ut te non excolat ipsum,  
 ius aliquod tecum fratris amicus habet. 60  
 quid quod, ut emeritis referenda est gratia semper,  
 sic est fortunae promeruisse tuae?  
 quod si permittis nobis suadere quid optes,  
 ut des quam reddas plura, precare deos.  
 idque facis, quantumque licet meminisse, solebas 65  
 officii causae pluribus esse dati.  
 quo libet in numero me, Messaline, repone,  
 sim modo pars uestrae non aliena domus :  
 et mala Nasonem, quoniam meruisse uidetur,  
 si non ferre doles, at meruisse dole. 70

## VIII

A tibi dilecto missam Nasone salutem  
 accipe, pars animae magna, Seuere, meae.  
 uene roga quid agam : si persequar omnia, flebis ;  
 summa satis nostri si tibi nota mali.  
 niuimus adsiduus expertes pacis in armis, 5  
 dura pharetrato bella mouente Geta.  
 deque tot expulsis sum miles in exule solus :  
 tuta, neque inuideo, cetera turba latet.  
 quoque magis nostros uenia dignere libellos,  
 haec in procinctu carmina facta leges. 10  
 stat uetus urbs, ripae uicina binominis Histri,  
 moenibus et positu uix aedeunda loci.  
 Caspios Aegisos, de se si credimus ipsis,  
 condidit, et proprio nomine dixit opus.  
 hanc ferus, Odrysiis inopino Marte peremptis, 15  
 cepit, et in regem sustulit arma Getes.  
 ille memor magni generis, uirtute quod auget,  
 protinus innumero milite cinctus adest.  
 nec prius abcessit, merita quam caede nocentum  
 audaces animos contuderat populi. 20  
 at tibi, rex aeuo, detur, fortissime nostro,  
 semper honorata scepra tenere manu.  
 teque, quod et praestat, (quid enim tibi plenius  
 optem?)  
 Martia cum magno Caesare Roma probet.  
 sed menor unde abii, queror, o iucunde sodalis, 25  
 accedant nostris saeuia quod arma malis.  
 ut careo uobis, Stygiis detrusus in oras,  
 quattuor autumnos Pleias orta facit.  
 nec tu credideris urbanae commoda uitae  
 quaerere Nasonem, quaerit et illa tamen. 30  
 nam modo uos animo dulces reminiscor, amici,  
 nunc mihi cum cara coniuge nata subit ;

VI 42 arcuit C O τ. VII 12 pulset τ, pugnat O, pungat Merk. 19-22 secl. Merk., 21, 22 suspectos Heinsio damnauit Benti. 52 dabit A, cf. 2. 90, dedit Etonensis, tulit O. 56 et fuit Riese. crede O τ. 57 nunc scripsi, nec codd., sed Riese. nec tamen—nescit Korn. con. 66 causae Purser (casu datiuo), causa a O τ, causam Argenterat. Merk. dati C ω, dari A B Argenterat., pati Merk. uersum lacunae explendae confictum censent Roeper et Korn. VIII 4 si A, sit cett. 20 om. A. contuderat Riese, contuderit B C. se nimis uleiscens extitit ipse nocens ω Heins. utrumque proscripserunt Merk. Korn. 23 et praesto est Merk. 27 Scythicas τ, sed cf. IV 9. 74.



aque domo rursus pulchrae loca uertor ad urbis,  
 cunctaque mens oculis peruidet usa suis,  
 nunc fora, nunc aedes, nunc marmore tecta theatra,  
 nunc subit aequata porticus omnis humo, 36  
 gramina nunc Campi pulchres spectantis in hortos,  
 stagnaque et euripi Virgineusque liquor.  
 at, puto, sic urbis misero est erepta uoluptas  
 quolibet ut saltem rure frui liceat? 40  
 non meus amissos animus desiderat agros  
 ruraque Paeligno conspicienda solo,  
 nec quos piniferis positos in collibus hortos  
 spectat Flaminiae Clodia iuncta uiae.  
 quos ego nescioci colui, quibus ipse solebam 45  
 ad sata fontanas, nec pudet, addere aquas:  
 sunt ubi, si uiuunt, nostra quoque consita quaedam,  
 sed non et nostra poma legenda manu.  
 pro quibus amissis nitinam contingere possit  
 hic saltem profugo glaeba colenda mihi! 50  
 ipse ego pendentis, liceat modo, rupe capellas,  
 ipse uelim baculo pascere nixus oues;  
 ipse ego, ne solitis insistant pectora curis,  
 ducam ruricolae sub iuga curua boues;  
 et diseam, Getici quae norunt uerba iuueni, 55  
 adductas illis adieciamque minas.  
 ipse manu capulum pressi moderatus aratri  
 experiar mota spargere semen humo.  
 nec dubitem longis purgare lignonibus herbas,  
 et dare iam sitiens quas bibat hortus aquas. 60  
 unde sed hoc nobis, minimum quos inter et hostem  
 discrimen murus clausaque porta facit?  
 at tibi nascenti, quod toto pectore laetor,  
 nerunt fatales fortia fila deae:  
 te modo campus habet, densa modo porticus umbra,  
 nunc in quo ponis tempora rara forum: 66  
 Umbria nunc renocat, nec non Albana petentem  
 Appia feruenti ducit in arua rota.  
 forsitan hic optes ut iustam supprimat iram  
 Caesar et hospitium sit tua uilla meum. 70  
 a! nimium est, quod amice, petis: moderatus opta  
 et uoti, quaeso, contrahe uela tui.  
 terra nelim propior nullique obnoxia bello  
 detur: erit nostris pars bona dempta malis.

## IX

Quae mihi de rapto tua uenit epistula Celso,  
 protinus est lacrimis umida facta meis;  
 quodque nefas dictu, fieri nec posse putauit,  
 inuitis oculis littera lecta tua est.  
 nec quicquam ad nostras peruenit acerbius aures, 5  
 ut sumus in Ponto, perueniatque precor.  
 ante meos oculos tamquam praesentis imago  
 haeret, et extinctum uiuere fingit amor.  
 saepe refert animus lusus grauitate carentes,  
 seria cum liquida saepe peracta fide. 10  
 nulla tamen subeunt mihi tempora densius illis,  
 quae uellem uitae summa fuisse meae,  
 eum domus ingenti subito mea lapsa ruina  
 conceidit, in domini procubuitque caput.  
 adfuit ille mihi, cum me pars magna reliquit, 15  
 Maxime, fortunae nec fuit ipse comes.  
 illum ego non aliter llorentem mea funera uidi,  
 ponendus quam si frater in igne foret.  
 haesit in amplexu consolatusque iacentem est,  
 cumque meis lacrimis miscuit usque suas. 20  
 o quotiens uitae custos inuisus amarae  
 contumit promptas in mea fata manus!  
 o quotiens dixit 'placabilis ira deorum est:  
 nunc nec ignosei tu tibi posse nega!'  
 uox tamen illa fuit celeberrima: 'respice quantum  
 debeat auxilium Maximus esse tibi. 26

Maxinus incumbet, quaque est pietate, rogabit,  
 ne sit ad extremum Caesaris ira tenax;  
 cumque suis fratris uires adhibebit et omnem,  
 quo leuius doleas, experietur open.' 30  
 haec mihi uerba malae minnerunt taedia uitae,  
 quae tu, ne fuerint, Maxime, uana, caue.  
 huc quoque uenturum mihi se iurare solebat  
 non nisi te longae ius sibi dante uiae.  
 nam tua non alio coluit penetralia ritu, 35  
 terrarum dominos quam colis ipse deos.  
 crede mihi, multos habebas cum dignis amicis,  
 non fuit e multis quolibet ille minor,  
 si modo non census nec clarum nomen auorum,  
 sed probitas magnos ingeniumque facit. 40  
 iure igitur lacrimas Celso libamus adempto,  
 cum fugerem, uiuo quas dedit ille mihi:  
 carmina iure damus raros testantia mores,  
 ut tua uenturi nomina, Celse, legant.  
 hoc est quod possim Geticis tibi mittere ab aruis,  
 hoc solum est istic quod licet esse meum. 46  
 funera non potui comitare nec ungere corpus,  
 aque tuis toto diuidor orbe rogis.  
 qui potuit, quem tu pro numine uiuus habebas,  
 praestitit officium Maximus omne tibi. 50  
 ille tibi exequias et magui funus honoris  
 fecit et in gelidos uersit amoma sinus,  
 diluit et lacrimis maerens unguenta profusis  
 ossaque uicina condita texit humo.  
 qui quoniam extinctis quae debet praestat amicis,  
 et nos extinctis adnumerare potest. 56

## X

Naso suo profugus mittit tibi, Flacce, salutem,  
 mittere rem siquis qua caret ipse potest.  
 longus enim curis uitiatum corpus amaris  
 non patitur uires languor habere suas.  
 nec dolor ullus adest, nec febrilibus uror anhelis, 5  
 et peragit soliti uena tenoris iter.  
 os hebes est, positaeque mouent fastidia mensae,  
 et queror inuisi cum nenit hora cibi.  
 quod mare quod tellus adpone quod educeat aer,  
 nil tibi quod nobis esuriat erit. 10  
 neetar et ambrosiam, latices epulasque deorum,  
 det mihi formosa naua luuenta manu,  
 non tamen exacuet torpens sapor ille palatum,  
 stabit et in stomacho pondus inerte diu.  
 haec ego non ausim, eum sint uerissima, cuiuis 15  
 scribere, delicias ne mala nostra nocet.  
 scilicet is status est, ea rerum forma mearum,  
 deliciis etiam possit ut esse locus.  
 delicias illi precor has contingere, si quis  
 ne mihi sit leuior Caesaris ira timet. 20  
 is quoque, qui graecli cibus est in corpore, somnus,  
 non alit officio corpus inane suo;  
 sed uigilo, uigilantque mei sine fine dolores,  
 quorum materiam dat locus ipse mihi.  
 nix igitur possis uisos agnoscere multos, 25  
 quoque ierit quaeas mihi fuit ante color.  
 parnus in exiles sucus mihi peruenit artus,  
 membraque sunt cera pallidiora noua.  
 non haec immodico contraxi damna Lyaeo:  
 seisc mihi quam solae paene bibantur aquae. 30  
 non epulis oneror: quarum si tangar amore,  
 est tamen in Geticis copia nulla locis.  
 nec uires adimit Veneris damnosa uoluptas:  
 non solet in maestos illa uenire toros.  
 nuda locusque nocent et causa ualentior istis, 35  
 anxietas animi, quae mihi semper adest.  
 hanc nisi tu pariter simili eum fratre leuares,  
 nix mens tristitiae nostra tulisset onus.



audet ad humanos fessa nemere sinus,  
 nec se uicino dubitat committere tecto,  
 quae fugit infestos territa cerua canes.  
 da, precor, accessum lacrimis, mississime, nostris,  
 nec rigidam timidis nocibus obde forem, 40  
 uerbaque nostra fauens Romana ad numina perfer  
 non tibi Tarpeio culta Tonante minus,  
 mandatque mei legatus suscipite causam :  
 nulla meo quamuis nomine causa bona est.  
 iam prope depositus, certe iam frigidus aeger 45  
 seruatus per te, si modo sernor, ero.  
 nunc tua pro lassis nitatur gratia rebus,  
 principis aeterni quam tibi praestat amor.  
 nunc tibi et eloqui nitor ille domesticus adsit,  
 quo poteras trepidis utilis esse reis. 50  
 uiuit enim in uobis facundi lingua parentis,  
 et res heredem reperit illa sumi.  
 hanc ego, non ut me defendere temptet, adoro :  
 non est confessi causa tuenda rei.  
 num tamen excuses erroris origine factum, 55  
 an nihil expediat tale mouere, uide.  
 uulneris id genus est, quod cum sanabile non sit,  
 non contrectari tutius esse puto.  
 lingua, sile : non est ultra narrabile quicquam :  
 posse uelim cineres obruere ipse meos. 60  
 sic igitur, quasi me nullus deceperit error,  
 uerba fac, ut uita, quam dedit ipse, fruatur ;  
 eumque serenus erit uultusque remiserit illos,  
 qui secum terras imperiumque mouent :  
 exiguam ne me praedam sinat esse Getarum, 65  
 detque solum miserac mite, precare, fugae.  
 tempus adest aptum precibus. ualet ipse uidetque,  
 quas fecit uires, Roma, ualere tuas.  
 incolomis coniuux sua piluinaria seruat ;  
 promouet Ansonium lilius imperium ; 70  
 praeterit ipse suos animo Germanicus annos,  
 nec uigor est Drusi nobilitate minor.  
 adde nurus neptesque pius natosque nepotum  
 ceteraque Augustae membra ualere domus ;  
 adde triumphatos modo Paconas, adde quieti  
 subdita montanae brachia Dalmatiae. 75  
 nec designata est abiectis Illyris amnis  
 Caesarem famulo uertice ferre pedem.  
 ipse super eurum placido spectabilis ore  
 tempora Phoebea uirgine nexa tulit. 80  
 quem pia nobiscum proles comitauit euntem,  
 digna parente suo nominibusque datis,  
 fratribus adsimilis, quos proxima templa tenentis  
 diuus ab excelsa Iulius aede uidet.  
 his Messalinus, quibus omnia cedere debent, 85  
 priuam laetitiae non negat esse loem.  
 quicquid ab his superest, nemit in certamen amoris :  
 hac hominum nulli parte secundus erit.  
 hanc colet ante diem qua, quae decreta merenti,  
 nemit honoratis laurea digna comis. 90  
 felices quibus, o, licuit spectare triumphos  
 et ducis ore deos acquirante frui !  
 at mihi Sauromatae pro Caesaris ore nidendi  
 terraque pacis inops undaque nineta gelu.  
 si tamen haec audis et nox mea peruenit istae, 95  
 sit tua mutando gratia blanda loco.  
 hoc pater ille tuus primo mihi cultus ab aeno,  
 siquid habet sensus umbra diserta, petit.  
 hoc petit et frater, quamuis fortasse neretur  
 seruandi noceat ne tibi cura mei. 100  
 tota domus rogat hoc : nec tu potes ipse negare,  
 et nos in turbac parte finisse tuae.  
 ingenii certe, quo nos male sensimus usos,  
 Artibus exceptis, saepe probator eras.  
 nec mea, si tantum peccata nonissima demas, 105  
 esse potest domui uita pendenda tuae.

sic igitur uestrae nigeant penetrabilia gentis,  
 curaque sit superis Caesaribusque tui :  
 mite, sed iratum merito mihi numen adora,  
 eximar ut Scythici de feritate loci. 110  
 difficile est, fateor : sed tendit in ardua uirtus  
 et talis meriti gratia maior erit.  
 nec tamen Aetnaeus uasto Polyphemus in antro  
 accipiet uoces Antiphataeque tuas :  
 sed placidus facilisque parens ueniaeque paratus,  
 et qui fulmineo saepe sine igne tonat. 116  
 qui cum triste aliquid statuit, fit tristis et ipse,  
 cuique fere poenam sumere poena sua est.  
 uicta tamen uisio est huius clementia nostro,  
 uenit et ad nires ira coacta suas. 120  
 qui quoniam patria toto sumus orbe remoti,  
 nec licet ante ipsos praebuisse deos,  
 quos colis, ad superos haec fer mandata sacerdos,  
 adde sed et proprias ad mea uerba preces.  
 sic tamen haec tempta si non nocitura putabis. 125  
 ignosces : timco naufragis omne fretum.

## III

Maxime, qui claris nomen uirtutibus aequas,  
 nec sinis ingenium nobilitate premi,  
 culte mihi (quid enim status hic a funere differt ?)  
 supremum nitae tempus adhaec meae,  
 rem facis, adlietum non auersatus amicum, 5  
 qua non est aeno rarior ulla tuo.  
 turpe quidem dictu, sed, si modo nera fatemur,  
 unguis amicitias utilitate probat.  
 cura quid expediat prius est quam quid sit honestum,  
 et enim fortuna statque caditque fides. 10  
 nec facile inuenias multis in milibus unum,  
 uirtutem pretium qui putet esse sui.  
 ipse decor, recte facti si praemia desint,  
 non mouet, et gratis paenitet esse probum.  
 nil nisi quod prodest earum est ; et, detrahe menti  
 spem fructus anidae, nemo petendus erit. 16  
 at reditus iam quisque suos amat, et sibi quid sit  
 utile, sollicitis suppulat articulis.  
 illud amicitiae quondam uenerabile numen  
 prostat et in quaestum pro meretricis sedet. 20  
 quo magis admiror non, ut torrentibus undis,  
 communis uitii te quoque labe trahi.  
 diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est :  
 quae simul intonuit, proxima quaeque fugat.  
 en ego non paucis quondam munus amicus, 25  
 dum illanit uelis aura secunda meis,  
 ut fera nimboso tumuerunt aequora mento,  
 in mediis lacera nane relinqnor aquis ;  
 cumque alii nolint etiam me posse uideri,  
 uix duo proiecto tresque thlistis orem. 30  
 quorum tu princeps. neque enim comes esse, sed  
 auctor,  
 nec petere exemplum, sed dare dignus eras.  
 te nihil ex acto nisi non peccasse petentem,  
 sponte sua probitas ollicimque iuuat. 35  
 indice te mercede caret per seque petenda est  
 externis uirtus incommutata bonis.  
 turpe putas abigi, quia sit miserandus, amicum,  
 quodque sit infelix, desinere esse tuum.  
 mitius est lasso digitum supponere mento,  
 mergere quam liquidis ora natantis aquis. 40  
 cerne quid Acaeiades post mortem praestet amico :  
 instar et hanc uitam mortis habere puta.  
 Pirithonem Theseus Stygius comitauit ad undas :  
 a Stygia quantum sors mea distat aqua ?  
 admittit insano inuenis Phocens Orestae : 45  
 et mea non minimum culpa furoris habet.

II 47 lapsi s. 69 incolomi a. 73 nurum AB τ exc. Pol., nuros C. 89 qua, quae (sc. est) scripsi, quāq; A, qua quam B, quamqua ut C, quamquam s, sua qua con. Postgate, noua qua Merk. 91 o. hos H recte? 94 iuncta A O τ, sed cf. Tr. II 10. 25. 95 istac Merk., istac A, istuc B C τ, illuc H O τ. 110 eximat A Argentorat. me Argentorat. III 15 nil B C O τ, et A τ, nec Merk. 16 uerendus Madv. 33 petentem T. Faber, fatentem codd. (fatentur B). 37 abigi B C, abici cett. codd.

tu quoque magnorum laudes admitte uirorum,  
 ut facis, et lapsu quam potes adfer opem.  
 si bene te noui, si qui prius esse solebas  
 nunc quoque es, atque animi non cedere tui, 50  
 quo fortuna magis saeuit, magis ipse resistis,  
 utque decet, ne te uicerit illa, caues,  
 et bene uti pugnes, bene pugnants efficit hostis :  
 sic eadem prodest causa nocetque mihi.  
 scilicet indignum, iuuenis carissime, ducis 55  
 te fieri comitem stantis in orbe deae.  
 firmus es, et quoniam non sunt ea, qualia uelles,  
 uela regis quassae qualiacumque ratis.  
 quaeque ita concussa est, ut iam casura putetur,  
 restat adhuc ueris fulsa ruina tuis. 60  
 ira quidem primo fuerat tua iusta, nec ipso  
 lenior, offensus qui mihi iure fuit.  
 quique dolor pectus tctigisset Caesaris alti,  
 illum iurabas protinus esse tuum.  
 ut tamen audita est nostrae tibi cladis origo, 65  
 diceris erratis ingemuisse meis.  
 tum tua me primum solari littera coepit  
 et laesum flecti spem dare posse deum.  
 mouit amicitiae tum te constantia longae,  
 ante tuos ortus quae mihi coepta fuit, 70  
 et quod eras aliis factus, mihi natus amicus,  
 quodque tibi in cunis oscula prima dedi.  
 quod, cum uestra domus teneris mihi semper ab  
 annis  
 culta sit, esse uetus me tibi cogit onus.  
 me tuus ille pater, Latiae facundia linguae, 75  
 quae non inferior nobilitate fuit,  
 primus ut auderem committere carmina famae  
 inpulit, ingenii dux fuit ille mei.  
 nec quo sit primum nobis a tempore cultus  
 contendo fratrem posse referre tuum. 80  
 te tamen ante omnis ita sum complexus ut unus  
 quolibet in casu gratia nostra fores.  
 ultima me tecum uidit maestisque cadentes  
 excepit lacrimas Aethalis Ilua genis :  
 cum tibi quaerenti num uerus nuntius esset, 85  
 attulerat culpae quem mala fama meae,  
 inter confessum dubie dubieque negantem  
 haerebam, pauidas dante timore notas,  
 exemploque niuis, quam mollit aquaticus Auster,  
 gutta per attonitas ibat oborta genas. 90  
 haec igitur referens et quod mea crimina primi  
 erroris uenia posse latere uides,  
 respicis antiquum lassis in rebus amicum,  
 fomentisque iuuas uulnera nostra tuis.  
 pro quibus optandi si nobis copia fiat, 95  
 tam bene promerito commoda mille precor.  
 sed si sola mihi dentur tua uota, precabor  
 ut tibi sit saluo Caesare salua parens.  
 haec ego cum faceres altaria pinguis ture  
 te solitum meminisse prima rogare deos. 100

## IV

Accipe conloquium gelido Nasonis ab Histro,  
 Attice, iudicio non dubitante meo.  
 ecquid adhuc remanes memor infelicis amici,  
 deserit an partis languida cura suas ?  
 non ita di mihi sunt tristes ut credere possim 5  
 fasque putem iam te non meminisse mei.  
 ante oculos nostros tua adest tua semper imago  
 et uideor uultus mente uidere tuos.  
 seria multa mihi tecum conlata recorder,  
 nec data iucundis tempora pauca iocis. 10

saepe citae longis uisae sermonibus horae,  
 saepe fuit breuior quam mea uerba dies.  
 saepe tuas uenit factum modo carmen ad aures  
 et noua iudicio subdita musa tuo est.  
 quod tu laudaras, populo placuisse putabam : 15  
 hoc pretium curae dulce recentis erat.  
 utque meus lima rasmus liber esset amici,  
 non semel admonitu facta litura tuo est.  
 nos fora uiderunt pariter, nos porticus omnis, 20  
 nos uia, nos iunctis curua theatra locis.  
 denique tantus amor nobis, carissime, semper,  
 quantus in Aeacide Nestorideque fuit.  
 non ego, si biberes securae pocula Lethes,  
 excidere haec credam pectore posse tuo.  
 longa dies citior brumali sidere noxque 25  
 tardior hiberna solstitialis erit,  
 nec Babylon aestum, nec frigora Pontus habebit,  
 calthaque Paestanas uinct odor rosas,  
 quam tibi nostrarum ueniant obliuia rerum :  
 non ita pars fati candida nulla mei est. 30  
 ne tamen haec diei possit fiducia mendax  
 stultaque credulitas nostra fuisse, caue,  
 constantique fide ueterem tutare sodalem,  
 qua licet et quantum non onerosus ero.

## V

Condita disparibus numeris ego Naso Salano  
 praeposita misi uerba salute meo.  
 quae rata sit cupio ; rebusque ut conprobet omen,  
 te precor a saluo possit, amice, legi.  
 candor, in hoc aeuo res intermortua paene, 5  
 exigit, ut faciam talia uota, tuus.  
 nam fuerim quamuis modico tibi iunctus ab usu,  
 diceris exiliis indoluisse meis :  
 missaque ab Euxino legeres cum carmina Ponto,  
 illa tuus iuuat qualiacumque fauor : 10  
 optastique breui solui mihi Caesaris iram,  
 quod tamen optari, si sciat, ipse sinat.  
 moribus ista tuis tam mitia uota dedisti,  
 nec minus idcirco sunt ea grata mihi.  
 quoque magis moueare malis, doctissime, nostris, 15  
 credibile est fieri condicione loci.  
 uix hac inuenies totum, mihi crede, per orbem,  
 quae minus Augusta pace fruatur humus.  
 tu tamen hic structos inter fera proelia uersus  
 et legis et lectos ore fauente probas ; 20  
 ingenioque meo, uena quod paupere manat,  
 plandis et e riuo flumina magna facis.  
 grata quidem sunt haec animo suffragia nostro,  
 uix sibi cum miseris posse placere putes.  
 dum tamen in rebus temptamus carmina paruis, 25  
 materiae gracili sufficit ingenium :  
 nuper, ut huc magni peruenit fama triumphii,  
 ausus sum tantae sumere mollis opus :  
 obruit audentem rerum grauitasque nitorque,  
 nec potui coepti pondera ferre mei. 30  
 illic quam laudes erit officiosa uoluntas :  
 cetera materia debilitata iacent.  
 qui si forte liber uestras peruenit ad aures,  
 tutelam mando sentiat ille tuam.  
 hoc tibi facturo, uel si non ipse rogarem, 35  
 accedat cumulus gratia nostra leuis.  
 non ego landandus, sed sunt tua pectora, lacte  
 et non calcata candidiora niue :  
 mirarisque alios, cum sis mirabilis ipse,  
 nec lateant artes eloquinumque tuum. 40  
 te iuuenum princeps, cui dat Germania nomen,

III 43 ut facis et. ut facias A, utque facis H O τ. 49 quid A Argentorat., quod τ. 55 rarissime edd. uett., clarissime exc. Pol. 75, 76 pater L. f. l. quoi (uel cui) n. Housman. 79 quod sit primo O τ. 84 Aethalis Ilua Rutgers, acithalis silua AB, idem fere C, ythalis hora O. 87 dubie om. A, medius O τ. IV 2 dubitante a H O. 7 tua adest L. Müller, De re metrica p. 291, tua .e. A, posita est BC, extat O, praesto est τ, tua nunc Merk. 16 regentis A O τ Riese, momentis H τ. 25 citius a. V 3 contra coniecturas criticorum defendit I. Vahlen, Ueber die Anfänge der Heroïden des Ouid p. 32. 11 breui Postgate, breuem codd., solui Postgate coll. Met. IX 274, salui a H τ, statui coniecti ed. Ox. Tristium p. ciii. cf. supr. 2. 116. fieri O τ. 24 putas AB, putat C. 32 debiliora Postgate.

participem studii Caesar habere solet.  
tu comes antiquus, tu primis inunctus ab annis  
ingenio mores acquirerante places.  
te dicente prius fit protinus impetus illi, 45  
teque habet elicias qui sua verba tuis.  
cum tu desisti mortaliaque ora quierunt  
tectaque non longa contigere mora,  
surgit luleo inuenis cognomine dignus,  
qualis ab Eois Lucifer ortus aquis, 50  
dumque silens adstat, status est uultusque disertus,  
spemque decens doctae uocis amictus habet.  
mox ubi pulsa mora est atque os caeleste solutum,  
hoc superos iures more solere loqui,  
atque 'haec est' dicas 'faecundia principe digna': 55  
eloquio tantum nobilitatis inest.  
huic tu cum placeas et uertice sidera tangas,  
scripta tamen profugi natis habenda putas.  
scilicet ingenii aliqua est concordia inunctis,  
et seruat studii foedera quisque sui: 60  
rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,  
rectorem dubiae nauitae puppis amat.  
tu quoque Pieridum studio, studiose, teneris,  
ingenioque fauces, ingeniose, inco.  
distat opus nostrum, sed fontibus exit ab isdem: 65  
artis et ingeniae cultor uterque suuus.  
thyrsus abest a te gustata et laurea nobis,  
sed tamen ambobus debet inesse calor:  
utque meis numeris tua dat faecundia ueruos,  
sic uenit a nobis in tua uerba nitor. 70  
iure igitur studio confinia carmina nostro  
et commiliti sacra tuenda putas.  
pro quibus, ut maneat, de quo censeris, amicus,  
comprecor, ad uitae tempora summa tuae,  
succeedatque tuis orbi moderatus habemis: 75  
quod necum populi nota precantur idem.

## VI

Carminum Graecinum, qui praesens noce solebat,  
tristis hae Euxinis Naso salutatis.  
exulis hae nox est: praebet mihi littera linguam,  
et si non liceat scribere, mutus ero.  
corripis, ut debes, stulti peccata sodalis 5  
et mala me meritis ferre minora doces.  
uera facis sed sera meae conuicia enlpaie:  
aspera confesso uerba reniite reo.  
cum poteram recto transire Ceramnia uelo,  
ut fera uitarem saxa, monendus eram. 10  
nunc mihi naufragio quid prodest disceere facto,  
qua mea debuerit errere cumba uia?  
brachia da lasso potius prendenda natanti,  
nec pigeat mento suppositis manum.  
idque facis, faciasque precor. sic mater et uxor, 15  
sic tibi sint fratres totaque salua donuus:  
quodque soles animo semper, quod noce precari,  
omnia Caesaribus sic tua facta probes.  
turpe erit in miseris ueteri tibi rebus amico  
auxilium nulla parte tulisse tum: 20  
turpe referre pedem, nec passu stare tenaci:  
turpe laborantem deseruisse ratem:  
turpe sequi casum et fortunae accedere amicum,  
et, nisi sit felix, esse negare suum.  
non ita uixerunt Strophio atque Agamemnone nati,  
non hae Aegidae Pirithoique fides, 26  
quos prior est mirata, sequens mirabitur aetas,  
in quorum plausus tota theatra sonant.

tu quoque per durum seruato tempus amico  
dignus es in tantis nomen habere uiris. 30  
dignus es, et quoniam laudem pietate mereris,  
non erit officii gratia surda tui.  
crede mihi, nostrum si non mortale futurum est  
earmen, in ore frequens posteritatis eris.  
fac modo permancas lasso, Graecine, fidelis, 35  
duret et in longas impetus iste moras.  
quae tu cum praestes, remo tamen utor in aura,  
nec noceat admissio subdere calcar equo.

## VII

Esse salutatum uult te mea littera primum  
a male peccatis, Attice, missa Getis.  
proxima subsequitur quid agas audire uoluptas,  
et si, quicquid agis, sit tibi cura mei.  
nec dubito quin sit: sed me timor malorum 5  
saepe superuacuos cogit habere metus.  
da ueniam, quaeso, nimitque ignosce timori:  
tranquillas etiam naufragus horret aquas,  
qui semel est laesus fallaci piscis ab hamo,  
omnibus unca eibis aera subesse putat. 10  
saepe eanem longe uisum fugit agna lupumque  
credit, et ipsa suam nescia uitat open.  
membra reformidant mollem quoque saucia tactum,  
uanaque sollicitis incitat umbra metum.  
sic ego fortunae telis confluxus iniquis 15  
pectore concipio uil uisi triste meo.  
iam mihi fata liquet coeptos seruantia cursus  
per sibi consuetas semper itura nias:  
observare deos, ne quid mihi cedat antice,  
uerbaque Fortunae uix puto posse dari. 20  
est illi curae me perdere, quaeque solebat  
esse leuis, constans et bene certa uocet.  
crede mihi, si sum ueri tibi cognitus oris,  
nec planus in nostris casibus esse putor,  
Cinyphiae segetis citius numerabis aristas, 25  
altaque quam multis floreat Hybla thymis,  
et quot aues motis nitantur in aere pinuis,  
quotque natent pisces aequore, certus eris,  
quam tibi nostrorum statuatur summa laborum,  
quos ego sum terra, quos ego passus aqua. 30  
nulla Getis toto gens est truceulenti orbe:  
sed tamen hi nostris ingemere malis.  
quae tibi si memori coner perscribere uersu,  
illas est fati longa futura mei.  
non igitur uereor quo te rear esse uerendum, 35  
enims amor nobis pignora mille dedit,  
sed quia res timida est omnis miser, et quia longo est  
tempore laetitiae ianna clausa meae.  
iam dolor in morem uenit meus: utque eadueis  
perussu erebro saxa canantur aquis, 40  
sic ego continuo fortunae uulneror ictu,  
nixque habet in nobis iam noua plaga locum.  
nec magis assiduo uomer tenuatur ab usu,  
nec magis est eurnis Appia trita rotis,  
pectora quam mea sunt serie caecata malorum. 45  
et nihil inueni quod mihi ferret open.  
artibus ingenuis quaesita est gloria multis:  
infelix perii dotibus ipse meis.  
nita prior uitio caret et sine labe peracta est:  
auxilii misero nil tulit illa mihi. 50  
culpa grauis precibus donatur saepe suorum:  
omnis pro nobis gratia muta fuit.  
adiuuat in duris aliquos praesentia rebus:

V 52 decens τ, docens α O. amictus Heins., amicus codd. 67, 68 detruserunt Korn, Merk. 67 abest a te Rothmaler, sublestate A, sibi est a te B C. gustata A, cf. Iuu. VII 19, gestata cett. codd. et Rothmaler, est codd., delphica non aequae gestata (gastata Bentl.) est laurea nobis Gudianus, exc. Pol.: probauit Bentl. 68 color O, quod coniecit Merk. ad Ibin p. 373. 75 suis α. orbi conieci, orbis codd. moderatus A C, moderator B O ω. VI 6 doces T. Faber, dolos codd. 23, 24 suspectos Heinsio deleuerunt Bentl., Korn, Merk. 23 cedere α. 24 tuum ε Riese, coll. 19: sed uide I 3. 2. 35 lapsu τ. VII 4 si quicquid. si quid A, iam si quid exc. Pol., bene signat Argentorat. τ, recte? nunc quicquid O. 5 tenor Bentl., tumor Merk. 14 amutat A, tacuit manus altera codicis Barberini. 24 planus in Ellis, Journal of Philology xv 9 et suo Marte Rothmaler, planis A, planus B C, fraus in O = putor Korn, potes α, potest ω. 27 sic A, peccatis cett. codd. 35 quo B C quod reduxi, qua A, quia O = edd. 49 est om. A. 53 aliquos B C τ, aliqua A, aliqua Heins. edd.

obruit hoc absens uasta procella caput.  
 quis non horruerit tacitam quoque Caesaris iram?  
 addita sunt poenis aspera uerba meis. 56  
 fit fuga temporibus leuior: proiectus in aequor  
 Arcturum subii Pleiadumque minas.  
 saepe solent hiemem placidam sentire carinae:  
 non Ithacae puppi saeuior unda fuit. 60  
 recta fides conitum poterat mala nostra lenare:  
 ditata est spoliis perfida turba meis.  
 mitius exilium faciunt loca: tristior ista  
 terra sub anbobus non iacet ulla polis.  
 est aliquid patriis uicinum finibus esse: 65  
 ultima me tellus, ultimus orbis habet.  
 praestat et exulibus pacem tua laurea, Caesar:  
 Pontica finitimo terra sub hoste iacet.  
 tempus in agrorum cultu consumere dulce est:  
 non patitur uerti barbarus hostis humum. 70  
 temperie caeli corpusque animusque inuatur:  
 frigore perpetuo Sarmatis ora riget.  
 est in aqua dulci non inuidiosa uoluptas:  
 aequoreo bibitur cum sale mixta palus.  
 omnia deficiunt: animus tamen omnia uincit, 75  
 ille etiam uires corpus habere facit.  
 sustineas ut onus, nitendum uertice pleno est:  
 aut, flecti nervos si patiere, cades.  
 spes quoque posse mora mitescere principis iram,  
 uiuere ne nolim deficiamque, cauet. 80  
 nec uos parua datis pauci solacia nobis,  
 quorum spectata est per mala nostra fides.  
 coepta tene, quaeso, neque in aequore desere nauem,  
 meque simul serua iudiciumque tuum.

## VIII

Redditus est nobis Caesar cum Caesare nuper,  
 quos mihi misisti, Maxime Cotta, deos.  
 utque tuum munus numerum, quem debet, haberet,  
 est ibi Caesaribus Linia iuncta suis.  
 argentum felix omnique beatus auro, 5  
 quod, fuerit pretium cum rude, numen habet.  
 non mihi diuitias dando maiora dedisses,  
 caelitibus missis nostra sub ora tribus.  
 est aliquid spectare deos et adesse putare,  
 et quasi cum uero numine posse loqui. 10  
 quantum animo, redii, nec me tenet ultima tellus,  
 utque prius, media sospes in urbe moror.  
 Caesareos uideo uultus, nelut ante uidebam:  
 uix huius uoti spes fuit ulla mihi;  
 utque salutabam numen caeleste, saluto: 15  
 quod reduci tribunas, nil, puto, maius habes.  
 quid nostris oculis nisi sola Palatia desunt?  
 qui locus ablato Caesare uilis erit.  
 hunc ego cum spectem, uideor mihi cernere Romam;  
 nam patriae faciem sustinet ille suae. 20  
 fallor an irati mihi sunt in imagine uultus,  
 toruaque nescioquid forma minantis habet?  
 parece, uir immenso maior uirtutibus orbe,  
 iustaque uindictae suppressae frena tuae.  
 parce, precor, saeculi deus indelebile nostri, 25  
 terrarum dominum quem sua cura facit.  
 per patriae nomen, quae te tibi carior ipso est,  
 per numquam surdos in tua uota deos,  
 perque tori sociam, quae par tibi sola reperta est,  
 et cui maiestas non onerosa tua est, 30  
 perque tibi similem uirtutis imagine natum,  
 moribus adgnosci qui tuus esse potest,

perque tuos uel auo dignos uel patre nepotes,  
 qui ueniunt magno per tua iussa gradu:  
 parte leua minima nostras et contrahe poenas, 35  
 daque procul Scythico qui sit ab hoste locum.  
 et tua, si fas est, a Caesare proxime Caesar,  
 numina sint precibus non inimica meis:  
 sic fera quam primum pauido Germania uultu  
 ante triumphantis serua feratur equos: 40  
 sic pater in Pyllos, Cumaeas mater in annos  
 uiuant, et possis filius esse diu.  
 tu quoque, conueniens ingenti nupta marito,  
 accipe non dura supplicis aure preces:  
 sic tibi uir sospes, sic sint cum prole nepotes, 45  
 cumque bonis nuribus quod pepererit nurus:  
 sic, quem dira tibi rapuit Germania Drusum,  
 pars fuerit partus sola caduca tui.  
 sic tibi mature fraterni funeris ulter  
 purpureus niueis filius instet equis. 50  
 adnuite o! timidis, mitissima numina, uotis:  
 praesentis aliquid prosit habere deos.  
 Caesaris aduentu tuta gladiator harena  
 exit, et auxilium non leue uultus habet:  
 nos quoque uestra inuuet quod, qua licet, ora uidemus,  
 intrata est superis quod domus una tribus. 56  
 felices illi qui non simulacra sed ipsos  
 quique deum coram corpora uera uident.  
 quod quoniam nobis inuidit inutile fatum,  
 quos dedit ars uultus effigiemque colo. 60  
 sic homines nouere deos, quos arduus aether  
 occultit, et colitur pro Ioue forma Iouis.  
 denique quae necum est et erit sine fine canete  
 ne sit in inuiso nestra figura loco.  
 nam caput e nostra citius ceruice recedet, 65  
 et patiar fossis lumen abire genis,  
 quam caream raptis, o publica numina, uobis:  
 uos eritis nostrae portus et ara fugae.  
 uos ego complectar, Geticis si cingar ab armis,  
 utque meas aquilas signaque dextra sequar. 70  
 aut ego me fallo nimiaque cupidine ludor,  
 aut spes exilii commodioris adest.  
 nam minus et minus est facies in imagine tristis,  
 uisaeque sunt dictis adnuere ora meis.  
 nera precor fiant timidae praesagia mentis, 75  
 iustaque quamuis est, sit minor ira dei.

## IX

Regia progenies, cui nobilitatis origo  
 nomen in Eumolpi peruenit usque, Coty;  
 fama loquax uestras si iam peruenit ad aures,  
 me tibi finitimi parte iacere soli:  
 supplicis exaudi, iuuenum mitissime, uocem, 5  
 quamque potes, profugo (nam potes) adfer opem.  
 me fortuna tibi (de qua quod non querar hoc est)  
 tradidit, hoc uno non iniunia mihi.  
 exceipe naufragium non duro litore nostrum,  
 ne fuerit terra tutior unda tua. 10  
 regia, erede mihi, res est succurrere lapsis,  
 conuenit et tanto, quantus es ipse, uiro.  
 fortunam decet hoc istam: quae maxima cum sit,  
 esse potest animo uix tamen aequa tuo.  
 conspicitur numquam meliore potentia causa, 15  
 quam quatuens uanas non sinit esse preces.  
 hoc nitor iste tui generis desiderat, hoc est  
 a superis ortae nobilitatis opus:  
 hoc tibi et Eumolpus, generis clarissimus auctor,

VII 55 *quis non horruerit* Heins., *quae non horruerit* A, *quem non obruerit* (obrueret H  $\tau$ )—*ira* (taeiti)—*ira* B<sup>2</sup> in litura *taeiti*—*iram* C) B C  $\omega$ . 71 *inuuantur*  $\tau$  edd., sed cf. Trist. I 3. 16. 77 *pleno, recto* Argentorat. exc. Pol.  $\tau$ , cf. Iuu. III 252. VIII 11 *quantum animo redii* Postgate, *q. ad te r.* Ehwald, Jahreshb. xliii 264, *quanta meridi* A, *quanta a te merui* B C, *quantum* (quando O) *ad me redii* H O  $\tau$  tutante Rappold Zeitschrift, f. d. östern. Gymn. 1881, p. 815, *praemia quanta dei* B<sup>3</sup> exc. Pol., *quanta tamen uidi* Ellis. 25 *precor* O Vossianus, *puer a  $\omega$ .* *indelebile* B (mg.)  $\tau$ , *indelebile a  $\tau$ .* *admirabile* B<sup>2</sup> H  $\tau$ , o *venerabile* O. 26 *sua Itali, tua* eodd. 40 *triumphantes* B  $\tau$ . 46 *quot*  $\tau$ . 53 *aduentum* A unde *ad nutum* Riese. *tota* A H  $\tau$  an *tuto*? 54 *uulnus* B (corr. B<sup>2</sup>) O  $\tau$  edd. complures. 70 *signaque* *uestraque* *sequar* *dextra sequar* Postgate, *signaque rara sequar* Ellis, *signa sequar* A, *tutaque signa querar* B, *tutaque signa sequor* C, *signa ego uestra sequar* H O  $\tau$ . 71 *nimioque* A B.

et prior Eumolpo suadet Erichthonius : 20  
 hoc tecum commune deost, quod uterque rogati  
 supplicibus uestris ferre soletis opem.  
 numquid erit, quare solito dignemur honore  
 numina, si demas uelle iuare deos?  
 Iuppiter oranti surdas si praebet aures, 25  
 uictima pro templo cur cadat iacta louis?  
 si pacem nullam pontus mihi praestet eunti,  
 inrita Neptuno cur ego tura feram?  
 uana laborantis si fallat uota coloni,  
 accipiat grauidae cur suis exa Ceres? 30  
 nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho,  
 musta sub adducto si pede nulla fluent.  
 Caesar ut imperii moderetur frena precamur,  
 tam bene quod patriae consult ille suae.  
 utilitas igitur magnos hominesque deosque 35  
 efficit, auxiliis quoque fanente suis.  
 tu quoque fac profugo prosint tua castra iacenti,  
 o Coty, progenies digna parente tuo.  
 conueniens homini est hominem seruare uoluptas,  
 et melius nulla quaeritur arte fauor. 40  
 quis non Antiphanta Laestrygona deuouet? aut quis  
 munifici mores improbat Alcinoi?  
 non tibi Casandrens pater est gentisque Pheraeae  
 quine repertorem torruit arte sua:  
 sed quam Marte ferox et nunci nescius armis, 45  
 tam nunquam facta pace eroris amans.  
 adde quod ingenus didicisse fideliter artes  
 emollit mores nec sinit esse ferus.  
 nec regum quisquam magis est instructus ab illis,  
 mitibus aut studiis tempora plura dedit. 50  
 earmina testantur, quae, si tua nomina demas,  
 Threicini inuenem composuisse negem.  
 neue sub hoc tractu nates foret nicus Orpheus,  
 Bistonis ingenio terra superba tu est.  
 utque tibi est animus, cum res ita postulat, arma 55  
 sumere et hostili tingere caede manum,  
 atque ut es excisio iaculum torquere lacerto  
 collaque uelocis llectere doctus equi,  
 tempora sic data sunt studiis ubi iusta paternis,  
 atque suis ueris forte quieuit opus, 60  
 ne tua mareseant per inertis otia somnos,  
 lucida Pieria tendis in astra uia.  
 haec quoque res aliquid tecum mihi foederis adfert:  
 eiusdem sacri cultor uterque sumus.  
 ad uatem nates orantia brachia tendo, 65  
 terra sit exiliis ut tua lida meis.  
 non ego caede nocens in Ponti litora ueni,  
 mixtae sunt nostra dira uenena manu:  
 nec mea subiecta conuicta est gemma tabella  
 mendacem linis inposuisse notam. 70  
 nec quiequam, quod lege uetor committere, feci:  
 est tamen his grauior noxa fatenda mihi.  
 nene roges quae sit, stultam quam scripsimus  
 Artem,  
 innocenas nobis haec uetat esse manus.  
 equid praeterea peccarum quaerere noli, 75  
 ut lateat sola culpa sub Arte mea.  
 quicquid id est, habuit moderatam uindictis iram.  
 qui nisi natalem nil mihi dempsit humum.  
 hac quoniam careo, tua nunc uicinia praestet,  
 inuiso possim tutus ut esse loco. 80

## X

Equid ab impressae cognoscis imagine ceræ  
 haec tibi Nasonem scribere uerba, Macer?  
 auctorisque sui si non est anulus index,  
 cognitane est nostra littera facta manu?  
 an tibi notitiam mora temporis eripit horum, 5

nec repetunt oculi signa uetusta tui?  
 sis licet oblitus pariter gemmaeque manusque,  
 exciderit tantum ne tibi cura mei.  
 quam tu uel longi debes conuictibus aeu,  
 uel mea quod coniunx non aliena tibi, 10  
 uel studiis, quibus es quam nos sapientius usus,  
 utque decet, nulla factus es Arte nocens.  
 tu canis aeterno quiequid restabat Homero,  
 ne careant summa Troica bella manu:  
 Naso parum prudens, artem dum tradit amandi, 15  
 doctrinae pretium triste magister habet.  
 sunt tamen inter se communia sacra poetis,  
 diuersum quamuis quisque sequamur iter.  
 quorum te memorem, quamquam procul absumus,  
 esse  
 suspicor, et casus uelle leuare meos. 20  
 te duce magnificas Asiae perspeximus urbes,  
 Trinacris est oculis te duce nota meis;  
 uidimus Aetnaea caelum splendescere flamma,  
 subpositus monti quam nimit ore gigans,  
 Hennaecosque lacus et olentis stagna Palici, 25  
 quaque suis Cyanen miscet Anapus aquis.  
 nec procul hinc nymphae quae, dum fugit Elidis  
 annem,  
 tecta sub aequorea nunc quoque currit aqua.  
 hic mihi labentis pars anni magna peracta est.  
 cheu, quam dispar est locus ille Getis! 30  
 et quota pars haec sunt rerum, quas uidimus ambo,  
 te mihi iucundas efficiente uias!  
 seu rate caeruleas pieta sulcauimus undas,  
 esseda nos agili siue tulere rota,  
 saepe breuis nobis uicibus uia uisa loquendi, 35  
 pluraque, si numeres, uerba fuere gradu,  
 saepe dies sermone minor fuit, inque loquendum  
 tarda per aestivos defuit hora dies.  
 est aliquid casus pariter timuisse marinos  
 iunctaque ad aequoreos uota tulisse deos, 40  
 et modo res egisse simul, modo rursus ab illis,  
 quorum non pudeat, posse referre iocos.  
 haec tibi cum subeant, absim licet, omnibus annis  
 ante tuos oculos, ut modo uisus, ero.  
 ipse quidem certe cum sim sub eardine mundi, 45  
 qui semper liquidis altior exat aquis,  
 te tamen intueor quo solo pectore possum  
 et tecum gelido saepe sub axe loquor.  
 hic es et ignoras, et ades celeberrimus absens,  
 inque Getas media iussus ab urbe uenis. 50  
 redde uiceni, et quoniam regio felicio ista est,  
 istie me memori pectore semper habe.

## XI

Hoc tibi, Rufe, breui properatum tempore mittit  
 Naso parum faustae conditor Artis opus:  
 ut, quamquam longe toto sumus orbe remoti,  
 scire tamen possis nos meminisse tui.  
 nominis ante mei uenient obliuia nobis, 5  
 pectore quam pietas sit tua pulsa meo:  
 et prius hanc animam uacuas reddemus in auras,  
 quam hat meriti gratia uana tui.  
 grande uoco lacrimas meritum quibus ora rigabas,  
 eum mea conereto sicca dolore forent: 10  
 grande uoco meritum maestae solacia mentis,  
 cum pariter nobis illa tibiue dares.  
 sponte quidem per seque mea est laudabilis uxor,  
 admonit melior fit tamen illa tuo.  
 namque quod Hermionae Castor fuit, Hector luli,  
 hoc ego te lactor coniugis esse meae. 16  
 quae ne dissimilis tibi sit probitate laborat,  
 seque tui uita sanguinis esse probat.

IX 21 deost scripsi (deco est Riese), deos A, deis B C<sup>2</sup> τ, dei C. 23 sic A, namquid cett. 37 profugo prosint Merk., profugus intra A, prosis (prosis C) intra (inter τ) B C ω. 43 sic A B τ, genitorum Caphareus B<sup>2</sup> in ras. C ω. 60 numerus Heins. 73 quae scripsimus A, conscripsimus B C O. 76 lateat O<sup>2</sup> Parisinus 7993 in mg., pateat O cett. 80 in iussu Riese. X 18 sequamur Etonensis, queramur A, sequatur cett. 25 olentis Zimzerling, olentia codd. 26 quique O. 27 nymppha est quae τ edd., sed cf. Am. II 17. 15. 45 equidem Merk., quidem codd. certe, aretoo Korn.

ergo quod fuerat stimulis factura sine ullis,  
 plenius auctorem te quoque nacta facit.  
 acer et ad palmae per se cursuros honores,  
 si tamen horteris, fortius ibit equus.  
 adde quod absentis cura mandata fideli

80 | perficis, et nullum ferre grauaris onus.  
 o, referant grates, quoniam non possumus ipsi, 25  
 di tibi ! qui referent, si pia facta uident ;  
 sufficiatque diu corpus quoque moribus istis  
 maxima Fundani gloria, Rufe, soli.

## LIBER TERTIVS

## I

Aequor Iasonio pulsatum renige primum,  
 quaeque nec hoste fero nec niue, terra, cares,  
 equod erit tempus quo uos ego Naso relinquam,  
 in minus hostili iussus abesse loco ?  
 an mihi barbaria uiuendum semper in ista, 5  
 inque Tomitana condar oportet humo ?  
 pace tua, si pax ulla est tua, Pontica tellus,  
 finitimus rapido quam terit hostis equo,  
 pace tua dixisse uelim, tu pessima duro 10  
 pars es in exilio, tu mala nostra grauas.  
 tu neque uer sentis cinctum florente corona,  
 tu neque messorum corpora nuda uides,  
 nec tibi pampineas autumnus porrigit uuas :  
 cuncta sed inmodicum tempora frigus habent.  
 tu glacie freta uincta tenes, et in aequore piscis 15  
 inclusus tecta saepe natauit aqua.  
 nec tibi sunt fontes laticis nisi paene marini,  
 qui potus dubium sistat alatne sitim.  
 rara, neque haec felix, in apertis eminent aruis  
 arbor, et in terra est altera forma maris.  
 non auis obloquitur, nisi siluis siqua remotis  
 aequoreas rauco gutture potat aquas.  
 tristitia per uacuos horrent absinthia campos,  
 conueniensque suo messis amara loco.  
 adde metus, et quod murus pulsatur ab hoste, 25  
 tinctaque mortifera tabe sagitta madet,  
 quod procul haec regio est et ab omni deuia cursu,  
 nec pede quo quisquam nec rate tutus eat.  
 non igitur mirum, finem quaerentibus horum  
 altera si nobis usque rogatur humus.  
 te magis est mirum non hoc euincere, coniunx,  
 inque meis lacrimas posse tenere malis.  
 quid facias, quaeris ? quaeras hoc scilicet ipsum :  
 inuenies, uere si reperire uoles.  
 uelle parum est : cupias, ut re potiaris, oportet, 35  
 et faciat somnos haec tibi cura breues.  
 uelle reor multos : quis enim mihi tam sit iniquus,  
 optet ut exilium pace carere meum :  
 pectore te toto cunctisque incumbere neruis  
 et niti pro me nocte dieque decet.  
 utque iuuent alii, tu debes uincere amicos 40  
 uxor et ad partis prima uenire tuas.  
 magna tibi inposita est nostris persona libellis :  
 coniugis exemplum diceris esse bonae.  
 hanc caue degeneres : ut sint praeconia nostra 45  
 uera, uide famae quod tuearis opus.  
 ut nihil ipse querar, tacito me fama queretur,  
 quae debet, fuerit ni tibi cura mei.  
 exposuit mea me populo fortuna uidentium,  
 et plus notitiae, quam fuit ante, dedit.  
 notior est factus Capaneus a fulminis ictu : 50  
 notus humo mersis Amphiarus equis :  
 si minus errasset, notus minus esset Vlixes :  
 magna Philoctetae uulnere fama suo est.  
 si locus est aliquis tanta inter nomina paruis, 55

nos quoque conspicuos nostra ruina facit.  
 nec te nesciri patitur mea pagina, qua non  
 inferius Coa Bitide nomen habes.  
 quicquid ages igitur, scaena spectabere magna,  
 et pia non paruis testibus uxor eris. 60  
 crede mihi, quotiens laudaris carmine nostro,  
 qui legit has laudes, an mereare rogat.  
 utque fauere reor plures uirtutibus istis,  
 sic tua non paucae carpere facta uolent.  
 quarum tu praesta ne liuor dicere possit 65  
 'haec est pro miseri lenta salute uiri.'  
 cumque ego deficiam nec possim ducere currum,  
 fac tu sustineas debile sola iugum.  
 ad medicum spectro uenis fugientibus aeger :  
 ultima pars animae dum mihi restat, ades. 70  
 quodque ego praestarem, si te magis ipse ualarem,  
 id mihi, cum ualeas fortius ipsa, refer.  
 exigit hoc socialis amor foedusque maritum :  
 moribus hoc, coniunx, exigis ipsa tuis.  
 hoc domui debes, de qua censeris, ut illam 75  
 non magis officii amor probitate colas.  
 cuncta licet facias, nisi eris laudabilis uxor,  
 non poterit credi Marcia culta tibi.  
 nec minus indigni : nec, si uis uera fateri,  
 debetur meritis gratia nulla meis. 80  
 redditur illa quidem grandi cum faenore nobis,  
 nec te, si cupiat, laedere rumor habet.  
 sed tamen hoc factis adiunge prioribus unum  
 pro nostris ut sis ambitiosa malis.  
 ut minus infesta iaceam regione, labora, 85  
 clauda nec officii pars erit ulla tui.  
 magna peto, sed non tamen inuidiosa roganti :  
 utque ea non teneas, tuta repulsa tua est.  
 nec mihi facisense, totiens si carmine nostro,  
 quod facis, ut facias, teque imitere, rogo. 90  
 fortibus adsueuit tubicen prodesse, suoque  
 dux bene pugnantis incitat ore uiros.  
 nota tua est probitas testataque tempus in omne ;  
 sit uirtus etiam non probitate minor.  
 non tibi Amazonia est pro me sumenda securis, 95  
 aut excisa leui pelta gerenda manu :  
 numen adorandum est, non ut mihi fiat amicum,  
 sed sit ut iratum, quam fuit ante, minus.  
 gratia si nulla est, lacrimae tibi gratia fient :  
 hac potes aut nulla parte mouere deos. 100  
 quae tibi ne desint, bene per mala nostra cauetur :  
 meque uiro flendi copia diues adest ;  
 utque meae res sunt, omni, puto, tempore flebis :  
 has fortuna tibi nostra ministret opes.  
 si mea mors redimenda tua, quod abominor, esset, 105  
 Admeti coniunx, quam sequeris, erat.  
 aemula Penelopes fieres, si fraude pudica  
 instantis uelles fallere nupta procos.  
 si comes exstincti manes sequerere mariti,  
 esset dux facti Laudamiae tui. 110  
 Iphia ante oculos tibi erat ponenda uolenti  
 corpus in accensos mittere forte rogos.

III I 5 anni A, an mi C recte? anne est B. 18 dubium est BCHO τ. 33 ipsa Riese. 45 hanc (supraser. ne) degeneres A. 49 mea me Gudianus, Heins., meme A, memet BC ω. 51 a om. α ω add. τ, fort. sub. 58 Bitide Merk., cf. Tr. I G. 2, bit tibi de A, pithyde C, battide ω. 60 pauca BCHO τ. 89 sic A cod. Basileensis, succense (succende O) cett. codd. 94 sitque tua uirtus non exc. Pol. 104 sic A. ministrat cett. codd. 109-112, 115-118, secluserunt Korn, Merk. secuti Roeperum.



morte nihil opus est, nihil Icarotide tela.  
 Caesaris est conuinx ore precanda tua,  
 quae praestat uirtute sua, ne prisca uetustas 115  
 laude pudicitiae saecula nostra premat :  
 quae Veneris formam mores Iunonis habendo  
 sola est caelesti digna reperta toro.  
 quid trepidas et adire times? non inopia Proene  
 filiane Aetiae uoce mouenda tua est, 120  
 nec nurus Aegypti, nec saeuia Agamemnonis uxor,  
 Scyllaque quae Siculas inguine terret aquas,  
 Telegoniue parens uertendis nata figuris,  
 nexaque nodosas angue Medusa comas,  
 femina sed princeps, in qua Fortuna uidere 125  
 se probat et caecae crimina falsa tulit :  
 qua nihil in terris ad finem solis ab ortu  
 clarius excepto Caesare mundus habet.  
 eligito tempus captatum saepe rogandi,  
 exeat aduersa ne tua uanis aqua. 130  
 non semper sacras reddunt oracula sortis,  
 ipsaque non omni tempore fana patent.  
 cum status urbis erit, qualem nunc auguror esse,  
 et nullus populi contrahet ora dolor,  
 cum domus Augusti, Capitoli more colenda, 135  
 laeta, quod est et sit, plenaque pacis erit,  
 tum tibi di faciant ademdi copia fiat ;  
 profectura aliquid tum tua uerba putes.  
 si quid aget maius, diller tua coepta caueque  
 spem festinando praecipitare meum. 140  
 nec rursus iubeo dum sit uacuisima quaeras :  
 corporis ad curam uix uacat illa sui.  
 omnia per rerum turbam fastidia perfer :  
 quolibet illa meat, tu quoque oportet eas.  
 cum tibi contigerit uultum Iunonis adire, 145  
 fac sis personae, quam tuare, memor.  
 nec factum defende meum : mala causa silenda est :  
 nil nisi sollicitae sint tua uerba preces.  
 tum lacrimis demenda mora est, summissaque terra 150  
 ad non mortales braehia tende pedes.  
 tum pete nil aliud saeno nisi ab hoste recedam :  
 hostem fortunam sit satis esse mihi.  
 plura quidem subeunt, sed si turbata timore  
 haec quoque uix poteris uoce tremante loqui,  
 suspicor hoc damno fore non tibi ; sentiet illa 155  
 te maiestatem pertinuisse suam.  
 nec tua si fletu scidentur uerba, nocebit :  
 interdum lacrimae pondera uocis habent.  
 lux etiam coeptis facito bona talibus adsit  
 horaque conueniens auspiciumque fauens. 160  
 sed prius imposito sanctis altaribus igni  
 tura fer ad magnos uinaque pura deos,  
 e quibus ante omnis Augustum numen adora  
 progeniemque piam participemque tori.  
 sint utinam mites solito tibi more tuasque 165  
 non duris lacrimas uultibus aspiciant.

## II

Quam legis a nobis missam tibi, Cotta, salutem,  
 missa sit ut uere perueniatque, precor.  
 namque meis sospes multum erueatibus auferis,  
 utque sit in nobis pars bona salua facis.  
 cumque labent aliqui inactaque uela relinquunt, 5  
 tu lacrae remanes ancora sola rati.  
 grata tua est igitur pietas. ignoscimus illis,  
 qui cum fortuna terga dederat fugae.  
 cum feriant unum, non unum fulmina terrent,

iunctaque percusso turba pauere solet : 10  
 cuique dedit paries uenturae signa ruinae,  
 sollicito uacuis fit locus ille metu.  
 quis non e timidus aegri contagia uitat,  
 uicinum metuens ne trahat inde malum?  
 me quoque amicorum nimio terrore metuque, 15  
 non odio quidam destituere mei.  
 non illis pietas, non officiosa uoluntas  
 defuit : aduersos extimere deos.  
 utque magis cauti possunt timidique uideri,  
 sic adpellari non merere mali. 20  
 aut meus excusat caros ita candor amicos,  
 utque habeant de me erimina nulla, lauet.  
 sint hi contenti uenia, sperentque licebit  
 purgari factum me quoque teste suum.  
 pars estis pauci melior, qui rebus in artis 25  
 ferre mihi nullam turpe putastis opem.  
 tunc igitur meriti morietur gratia uestri.  
 cum cinis assumpto corpore factus ero.  
 fallor, et illa meae superabit tempora uitae,  
 si tamen a memori posteritate legar. 30  
 corpora debentur maestis exsangui bustis :  
 effugiunt structos nomen horoque rogos.  
 occidit et Theseus et qui comitatus Oresten,  
 sed tamen in laudes uiuit atque snas.  
 uos etiam seri laudabunt saepe nepotes, 35  
 claraque erit scriptis gloria uestra meis.  
 hic quoque Sauronatae iam nos nouere Getaeque,  
 et tales animos barbara turba probat.  
 cumque ego de uestra nuper probitate referrem,  
 (nam didici Getiae Sarmaticaeque loqui) 40  
 forte senex quidam, coetu cum staret in illo,  
 reddidit ad nostros talia uerba sonos :  
 ' nos quoque amicitiae nomen, bone, nouimus, hospes,  
 quos procul a nobis Pontus et Hister habet.  
 est locus in Scythia, Tauros dixere priores, 45  
 qui Getica longe non ita distat humo.  
 hac ego sum terra (patriae nec paenitet) ortus :  
 consortem Phoebi gens colit illa deum.  
 templa manent hodie uastis immixta columnis,  
 perque quater denos itur in illa gradus. 50  
 fama refert illic signum caeleste fuisse :  
 quoque minus dubites, stat basis orba dea :  
 araque, quae fuerat natura candidi saxi,  
 decolor adfuso tincta cruore rubet.  
 femina sacra facit taedae non nota iugali, 55  
 quae superat Scythicas nobilitate nurus.  
 sacrifici genus est, sic instituerunt parentes,  
 aduena uirgineo caesus ut euse cadat.  
 regna Thoans habuit Maeotide clarns in ora,  
 nec fuit Enxinis notior alter aqnis. 60  
 scepra tenente illo liquidas fecisse per auras  
 nescioquam dicunt Iphigenian iter.  
 quam leuibus uentis sub nube per aera uectam  
 creditur his Phoebe deposuisse locis. 65  
 praefuerat templo multos ea rite per annos,  
 imita peragens tristia sacra manu :  
 cum duo uelifera iuuenes uenere cariua  
 presseruntque suo litora nostra pede.  
 par fuit his aetas et amor, quorum alter Orestes,  
 ast Pylades alter : nomina fama tenet. 70  
 protinus inमितem Triuiuae ducuntur ad aram,  
 euincti geminas ad sua terga manus.  
 spargit aqua captos Iustrali Graia sacerdos,  
 aubiat ut fuluas infula longa comas.  
 dumque parat sacrum, dum uelat tempora uittis, 75  
 dum tardae causas inuenit ipsa morae,

I 113 morte nihil tibi opus, nil Benth., sed cf. Tr. V 14. 11. 126 luit Merk. 137 cum a. 143 144 sic Com. B, fastidia—meat om. A. curia cum patribus fuerit stipata uerendis, per rerum (patrum II O τ exc. Pol.) turbam (turbas O) tu (tunc II O τ) quoque oportet eas ω. totum distichon uicis incluserunt Heins., Korn, Merk. 153 si turbata Madv. adu. ii 103, s. turbata A, sunt turbata ω, conturbata τ. 154 premente A. II 4 atque sit nobis A, atque ut sit nobis H Eton. exc. Pol., atque sit ut nobis O τ recte? 19 possit A, possint C τ. 20 post uere uerum sententiae aliquid huiusemodi deesse puto : aut, puto, sic res est, et me fugere timentes, cum nostram obruerit uicinis ira ratem. 21 at ω, an Gütbling. 22 facit O τ Elw. 23 sperentque Elw. (sperentue Merk.), sientq; A, signentque B C, fugiantque II O τ, persistente Ellis. 29 et. an Benth., sed cf. Her. 7. 35. 44 Pontus et Hister om. A, barbarus ister O, frigidus ister exc. Pol. τ, ultimus orbis H Argentorat. 63 acru II O τ, aequora ω ω, aethera τ. post 67 desinit A.

"non ego crudelis, iuvenes, (ignoscite)" dixit  
 "sacra suo facio barbariora loco :  
 ritus is est gentis. qua uos tamen urbe uenitis ?  
 quodue parum fausta puppe petistis iter ?" 80  
 dixit ; et audito patriae pia nomine uirgo  
 consortes urbis comperit esse suae ;  
 "alteruter uotis" inquit "cadat hostia sacris,  
 ad patrias sedes nuntius alter eat."  
 ire iubet Pylades carum periturus Oresten ; 85  
 hic negat, inque uices pugnat uterque mori.  
 extitit hoc unum, quo non conuenerit illis ;  
 cetera par concors et sine lite fuit.  
 dum peragunt iuuenes pulchri certamen amoris,  
 ad fratrem scriptas exarat illa notas. 90  
 ad fratrem mandata dabat : cuique illa dabantur,  
 (humanos casus aspice) frater erat.  
 nec mora, de templo rapiunt simulacra Dianae  
 clamque per immensas puppe feruntur aquas.  
 mirus amor iuuenum, quamuis abiere tot anni, 95  
 in Scythia magnum nunc quoque nomen habet.  
 fabula narrata est postquam uulgaris ab illo,  
 laudarunt omnes facta piamque fidem.  
 scilicet hac etiam, qua nulla ferocior ora est,  
 nomen amicitiae barbara corda mouet. 100  
 quid facere Ausonia geniti debetis in urbe,  
 cum tangant duros talia facta Getas ?  
 adde quod est animus semper tibi mitis, et altae  
 indicium mores nobilitatis habent,  
 quos Volesus patrii cognoscat nominis auctor, 105  
 quos Numa maternus non neget esse suos,  
 adiectique probent genetiu ad nomina Cottae,  
 si tu non esses, interitura domus.  
 digne uir hac serie, lapso succurrere amico  
 conueniens istis moribus esse puta. 110

## III

Si uacat exiguum profugo dare tempus amico,  
 o sidus Fabiae, Maxime, gentis, ades,  
 dum tibi quae uidi refero, seu corporis umbra  
 seu ueri species seu fuit ille sopor.  
 nox erat et bifores intrabant luna fenestras, 5  
 mense fere medio quanta nitere solet.  
 publica me requies curarum somnus habebat,  
 fusaque erant toto languida membra toro :  
 cum subito pinnis agitaturs inhorruit aer,  
 et genuit paruo mota fenestra sono. 10  
 territus in cubitum releuo mea membra sinistrum,  
 pulsus et e trepido pectore somnus abit.  
 stabat Amor uultu non quo prius esse solebat,  
 fulcra tenens laeua tristis acerna manu,  
 nec torquem collo nec habens crinale capillo, 15  
 nec bene dispositas comptus, ut ante, comas.  
 horrida pendebant molles super ora capilli,  
 et uisa est oculis horrida pinna meis :  
 qualis in aerae tergo solet esse columbae,  
 tractatam multae quam tetigere manus. 20  
 hunc simul agnouit, neque enim mihi notior alter,  
 talibus adfata est libera lingua sonis :  
 'o puer, exilii decepto causa magistro,  
 quem fuit utilius non docuisse mihi :  
 huc quoque uenisti, pax est ubi tempore nullo, 25  
 et coit astrictis barbarus Hister aquis ?  
 quae tibi causa uiae, nisi uti mala nostra uideres ?  
 quae sunt, si nescis, inuidiosa tibi.  
 tu mihi dictasti iuuenalia carmina primus ;  
 apposui senis te duce quinque pedes. 30  
 nec me Maeonio consurgere carmine nec me  
 dicere magnorum passus es acta ducum.  
 forsitan exiguas, aliquas tamen, arcus et ignis

ingenii uires comminuere mei.  
 namque ego dum canto tua regna tuaeque parentis,  
 in nullum mea mens grande uacauit opus. 36  
 nec satis hoc fuerat. stulto quoque carmine feci,  
 Artibus ut posses non rudis esse meis.  
 pro quibus exilium misero est mihi reddita merces,  
 id quoque in extremis et sine pace locis. 40  
 at non Chionides Eumolpus in Orpheia talis,  
 in Phryga nec Satyrum talis Olympus erat,  
 praemia nec Chiron ab Achille talia cepit,  
 Pythagoraeque ferunt non nocuisse Numam.  
 nomina neu referam longum collecta per aeuum, 45  
 discipulo perii solus ab ipse meo.  
 dum damus arma tibi, dum te, lasciue, docemus,  
 haec te discipulo dona magister habet.  
 scis tamen, et liquido iuratus dicere possis,  
 non me legitimos sollicitasse toros. 50  
 scripsimus haec illis, quarum nec uitta pudicos  
 contingit crines nec stola longa pedes.  
 dic, precor, ecquando didicisti fallere nuptas  
 et facere incertum per mea iussa genus ?  
 an sit ab his omnibus rigide summota libellis, 55  
 quam lex furtiuos arceat habere uiros ?  
 quid tamen hoc prodest, uetiti si lege seuera  
 credor adulterii composuisse notas ?  
 at tu, sic habes ferientes cuncta sagittas,  
 sic nunquam rapido lampades igne uacent, 60  
 sic regat imperium terrasque coereat omnis  
 Caesar, ab Aenea est qui tibi fratre tuus,  
 effice, sit nobis non implacabilis ira,  
 meque loco plecti commodiore uelit.  
 haec ego uisus eram puero dixisse uoluceri, 65  
 hos uisus nobis ille dedisse sonos :  
 'per mea tela, faces, et per mea tela, sagittas,  
 per matrem iuro Caesareumque caput,  
 nil nisi concessum nos te didicisse magistro,  
 Artibus et nullum crimen inesse tuis. 70  
 utque hoc, sic utinam defendere cetera posses !  
 scis aliud, quod te laeserit, esse, magis.  
 quicquid id est, neque enim debet dolor ipse referri,  
 non potes a culpa dicere abesse tua.  
 tu licet erroris sub imagine crimen obumbres, 75  
 non grauior merito iudicis ira fuit.  
 ut tamen aspicerem consolaremque iacentem,  
 lapsa per immensas est mea pinna uias.  
 haec loca tum primum uidi, cum matre rogante  
 Phasias est telis fixa puella meis. 80  
 quae nunc cur iterum post saecula longa reuisam,  
 tu facis, o castris miles amice meis.  
 pone metus igitur : mitescet Caesaris ira,  
 et ueniet uotis mollior hora tuis.  
 neue moram timeas, tempus, quod quaerimus, instat,  
 cunctaque laetitiae plena triumphus habet. 86  
 dum domus et nati, dum mater Liuia gaudet,  
 dum gaudes, patriae magne ducisque pater,  
 dum sibi gratatur populus, totamque per urbem  
 omnis odoratis ignibus ara calet, 90  
 dum faciles aditus praebet uenerabile numen :  
 sperandum est nostras posse ualere preces.  
 dixit, et aut ille est tenuis dilapsus in auras,  
 coeperunt sensus aut uigilare mei.  
 si dubitem faueas quin his, o Maxime, dictis, 95  
 Memnonio cyncos esse colore putem.  
 sed neque mutatur nigra pice lacteus umor,  
 nec quod erat candens fit terebinthus ebur.  
 conueniens animo genus est tibi, nobile namque  
 pectus et Herculeae simplicitatis habes. 100  
 liuor, iners uitium, mores non exit in altos,  
 utque latens ima uipera serpit humo.  
 mens tua sublimis supra genus eminet ipsum,  
 grandius ingenio nec tibi nomen inest.

II 77 interpunxit Housman. 81 patriae cognomine B C. 83 alteruter uotis (nostris Merk.) Heins., alter ut e nobis  
 codd. 88 par Naugerius, pars codd. 99 etiam, ipsa C, terra H. ora est. extat H. 102 uiros H exc. Pol. τ. 109  
 lapsu H O τ. lasso B C τ. III 20 tractantum τ. 37 stultus τ. 39 est om. ω. 43 Achilli O τ. 49 ut τ. 62 ius.  
 nepos H O τ. exc. Pol. 78 penna codd. 89 tibi τ. 91 praebet faciles aditus C H Argent. τ. numen C (teste Laub-  
 manno), tempus B ω, templum O edd. uett. 97 fuseatur C.

ergo alii noceant miseris optentque timeri,  
tinctaque mordaci spicula felle gerant :  
at tua supplicibus domus est adsuetu iuandis,  
in quorum numero me, precor, esse uelis.

## IV

Haec tibi non uanam portantia uerba salutem  
Naso Tomitana mittit ab urbe tuus,  
utque suo faueas, mandat, Rufine, Triumpho :  
in uestras uenit si tamen ille manus.  
est opus exiguum uestrisque paratibus inpar :  
quale tamen eumque est, ut tuare, rogo.  
firma ualent per se nullumque Machaona quaerunt :  
ad medicam dubius configit aeger opem.  
non opus est magnis placido lectore poetis :  
quemlibet inuitum dillieilemque tenent.  
nos, quibus ingenium longi minuere labores,  
aut etiam nullum forsitan ante fuit,  
uiribus infirmi, uestro candore ualemus :  
quod mihi si demas, omnia rapta putem.  
cunctaque cum mea sint propensio nixa fauore,  
praecipuum ueniae ius habet ille liber.  
spectatum nates alii scripsere triumphum :  
est aliquid memori uisa notare manu.  
nos ea uix audiam uulgo captata per aures  
scripsimus, atque oculi fama fuere mei.  
scilicet adfectus similes, aut inpectus idem  
rebus ab auditis conspicuisque uenit ?  
nec nitor argenti, quem uos indistis, et auri  
quod mihi defuerit purpuraque illa, queror :  
sed loca, sed gentes formatae mille figuris  
nutrissent carmen procliaque ipsa memi,  
et regum uultus, certissima pignora gentis,  
uiuissent aliqua forsitan illud opus.  
plausibus ex ipsis populi lactoque fauore  
ingenium quoduis incaluisse potest :  
tanquam ego sumpsissem tali clamore uigorem,  
quam rudis audita miles ad arma tuba.  
pectora sint nobis niuibus glacieque licebit  
atque hoc, quem patior, frigidiora loco :  
illa ducis facies in curru stantis eburno  
excuteret frigus sensibus omne meis.  
his ego defectus dubisque auctoribus usus  
ad uestri nemo iure fauoris opem.  
nec mihi nota ducum nec sunt mihi nota locorum  
nomina : materiam non habuere manus.  
pars quota de tantis rebus, quam fama referre  
aut aliquis nobis scribere posset, erat ?  
quo magis, o lector, debes ignoscere, si quid  
erratum est illic praeteritum me mihi.  
adde quod assidue domini meditata quicrelas  
ad lactum carmen uix mea uersa Iyra est.  
uix bona post tanto quaerenti uerba subibant,  
et gaudere aliquid res mihi uisa noua est.  
utque reformidant insuetum lumina solem,  
sic ad lactitiam mens mea segnis erat.  
est quoque cunctarum nouitas carissima rerum,  
gratiaque officio, quod mora tardat, abest.  
caetera certatim de magno scripta triumpho  
iam pridem populi suspicor ore legi.  
illa bibititens lector, mea poenla plenus :  
illa recens pota est, nostra tepebit aqua.  
non ego cessauit, nec fecit inertia serui :  
ultima me uasti sustinet ora freti.

105

dum uenit huc rumor properataque carmina fiunt  
factaque eunt ad uos, annus abisse potest.  
nec minimum refert intacta rosaria prius  
an sera carpas paene relicta manu.  
quid mirum, lectis exhausto floribus horto,  
si duce non facta est digna corona tuo ?  
deprecor haec natum contra sua carmina nequis  
dicta putet : pro se Musa locuta mea est.  
sunt mihi uobiseum communia sacra, poetae,  
in uestro miseris si licet esse choro.  
magnaue pars animae mecum nixistis, amici :  
haec ego nos absens nunc quoque parte colo.  
sint igitur uestro mea commendata fauore  
carmina, non possum pro quibus ipse loqui.  
scripta placent a morte fere, quia laedere uiuos  
liuor et iniusto carpere dente solet.  
si genus est mortis male uenire, terra moratur,  
et desunt fati sola sepulchra meis.  
denique opus curae culpetur ut undique nostrae,  
officium nemo qui reprehendat erit.  
ut desint uires, tamen est laudanda uoluntas :  
haec ego contentos auguror esse deos.  
haec facit ut ueniat pauper quoque gratus ad aras,  
et placeat caeso non minus agna boue.  
res quoque tanta fuit, quantaue subsistere summo  
Aeneae uati grande fuisset onus.  
ferre etiam molles elegi tam uasta triumpho  
pondera disparibus non potuere rotis.  
quo pede nunc utar, debia est sententia nobis :  
alter enim de te, Rhene, triumphus adest.  
inrita notorum non sunt praesagia uatum :  
danda Ioui laurus, dum prior illa uiret.  
nec mea uerba legis, qui sum summotus ad Ilistrum,  
non bene paentis flumina pota Getis :  
ista dei uox est, deus est in pectore nostro,  
haec duce praedico naticiorque deo.  
quid cessas currum pompamque parare triumphis,  
Livia ? dant nullas iam tibi bella moras.  
perfidia damnatas Germaniam proicit hastas :  
iam pondus dices omen habere memi.  
crede, breuique fides aderit : geminabit honorem  
filius et iunctis, ut prius, ibit equis.  
prome quod incias immeris uictoribus ostrum :  
ipsa potest solitum nosse corona caput :  
seuta sed et galeae geminis radientur et amo,  
stentque super uinctos trunca tropaea uiros :  
oppida turritis cingantur eburnea muris,  
haecque res nero more putetur agi.  
squalidus inmissos fracta sub harundine crines  
Rhenus et infectas sanguine portet aquas.  
barbara iam capti poseunt insignia reges,  
textaque fortuna diuitiora sua :  
et quae praeterea uirtus iniuncta tuorum  
saepe parata tibi, saepe paranda facit.  
di, quorum monitu sumus euentura locuti,  
uerba, precor, celeri nostra probate fide.

65

70

75

80

85

90

96

100

105

110

## V

Quam legis unde tibi mittatur epistula quaeris ?  
hinc ubi caeruleis ingititur Ilister aquis.  
ut regio dicta est, succurrere debet et auctor,  
laesus ab ingenio Naso poeta suo.  
qui tibi, quam mallet praesens adferre salutem,  
mittit ab hirsutis, Maxime Cotta, Getis.

5

IV 10 quemlibet B C ω, cf. Tr. III II. 24, quamlibet τ edd. 14 quem O τ. 19 nulla B, uulgi H, sero conieci. 20 scripsimus I<sup>2</sup> τ, uidiuus B C ω. 21 haec τ Ellis. 27 uentis fragin. Louaniense, codd. Fabricii, cf. A. A. II 378. 45 assiduus τ Argent. quicrelam H τ. 47 tantum τ exc. Pol. 51 calidissima B (m. pr.) C τ. 56 recens. prius C. posita C H Gudianus. 64 duce—suo codd., correxī ipse, uice—sua Merk. 65 hoc B C, uates H O τ exc. Pol. 69 animo B τ, animi H τ. 71 fauori τ Heins., Merk. 77 nostrae—curae O Heins., Merk. 82 placet τ. 84 Aeneae Quicherat, Aeneidos codd., quod ex Anth. Lat. I i 8 (Riese), 'Aeneidos totum carmen ut esse putent' frustra defendunt. Aeneidum Ehwald, Iliados Heins., cf. L. Müller, de re metr. p. 247. 89 notorum τ, uotorum B C ω retinuit (Süthling cum inrita coniungens contra usum Ouidianum, uerorum τ, cf. Met. XV 879, Her. 16. 123, notorum Heins., sanctorum Housman, uestrorum Ellis, sacrorum (cf. Am. III 9. 17, A. A. III 539) aut ductorum ipse temptauit. 106 uacrae Riese. 108 sic H τ exc. Pol., potat B, portat C, potet τ, porgat Merk. 109 ponent O τ.

legimus, o iuuenis patrii non degener oris,  
dicta tibi pleno uerba diserta ioro.  
quae quamquam lingua mihi sunt properante per  
horas  
lecta satis multas, pauca fuisse queror. 10  
plura sed haec feci relegendo saepe, nec unquam  
non mihi, quam primo, grata fuisse magis.  
cumque nihil totiens lecta e dulcedine perdant,  
uiribus illa suis, non nouitate placent.  
felices quibus haec ipso cognoscere in actu 15  
et tam facundo contigit ore frui!  
nam quamquam sapor est allata dulcis in unda,  
gratius ex ipso fonte bibuntur aquae.  
et magis adducto pomum decerpere ramo,  
quam de caelata sumere lance iuuat. 20  
at nisi peccassem, nisi me mea Musa fugasset,  
quod legi, tua uox exhibuisset opus,  
utque fui solitus, sedissem forsitan unus  
de centum iudex in tua uerba uiris,  
maior et inplisset praecordia nostra uoluptas, 25  
cum traheret dictis adnueremque tuis,  
quem quoniam fatum patria uobisque relictis  
inter inhumanos maluit esse Getas,  
quod licet, ut uidear tecum magis esse legendo,  
saepe, precor, studii pignora mitte tui, 30  
exemploque meo, nisi dignaris id ipsum,  
utere, quod nobis rectius ipse dares.  
namque ego, qui perii iam pridem, Maxime, uobis,  
ingenio nitor non periisse meo.  
redde uicem, nec rara tui monumenta laboris 35  
accipiant nostrae, grata futura, manus.  
dic tamen, o iuuenis studiorum plene meorum,  
aequid ab his ipsis aduocare mei.  
aequid, ubi aut recitas factum modo carmen amicis,  
aut, quod saepe soles, exigis ut recitent, 40  
quaeror, et interdum tua mens, oblita quid absit,  
nescioquid certe sentit abesse sui?  
utque loqui multum de me praesente solebas,  
nunc quoque Nasonis nomen in ore tuo est?  
ipse quidem Getico peream uiolatus ab arcu, 45  
(et sit periuri quam prope poena, uides)  
te nisi momentis uideo paene omnibus absens.  
gratia dis, menti quolibet ire licet.  
hac ubi perueni nullis cernendus in urbem,  
saepe loquor tecum, saepe loquente fruor. 50  
tum mihi difficile est quam sit bene dicere quamque  
candida iudiciis illa sit hora meis.  
tum me, siqua fides, caelesti sede receptum  
cum fortunatis suspicor esse deis.  
rursus ubi huc redii, caelum superosque relinquo, 56  
a Styge nec longe Pontica distat humus.  
unde ego si fato nitor prohibente reuertii,  
spem sine profectu, Maxime, tolle mihi.

## VI

Naso suo—posuit nomen quam paene—sodali  
mittit ab Euxinis hoc breue carmen aquis.  
at si cauta parum scripississet dextra quis esses,  
forsitan officio parta querela foret.  
cur tamen, hoc aliis tutum credentibus, unus 5  
adpellent ne te carmina nostra rogas?  
quanta sit in media clementia Caesaris ira,  
si nescis, ex me certior esse potes.  
huic ego, quam patior, nil possem demere poenae,  
si iudex meriti cogerer esse mei. 10  
non uetat ille sui quemquam meminisse sodalis,  
nec prohibet tibi me scribere teque mihi.  
nec scelus admittas si consoleris amicium,  
mollibus et uerbis aspera fata leues.  
cur, dum tuta times, facis ut reuerentia talis 15

fiat in augustos inuidiosa deos?  
fulminis adflatos interdum uiuere telis  
uidimus et refici, non prohibente Ioue.  
nec, quia Neptunus nauem lacerarat Vlixis,  
Leucothea nanti ferre negauit opem. 20  
crede mihi, miseris caelestia numina parcunt,  
nec semper laesos et sine fine premunt.  
principe nec nostro deus est moderatior ullus:  
iustitia uires temperat ille suas.  
nuper eam Caesar factio de marmore templo, 25  
iam pridem posuit mentis in aede suae.  
Iuppiter in multos temeraria fulmina torquet,  
qui poenam culpa non meruerit pati.  
obruerit cum tot saeuus deus aequoris undis,  
ex illis mergi pars quota digna fuit? 30  
cum pereant acie fortissima quaeque, uel ipso  
iudice delectus Martis iniquus erit.  
at si forte uelis in nos inquirere, nemo est  
qui se quod patitur commuerisse neget.  
adde quod exstinctos nel aqua uel Marte uel igni  
nulla potest iterum restituuisse dies: 36  
restituit multos aut poenae parte leuauit  
Caesar: et in multis me, precor, esse uelit.  
at tu, cum tali populus sub principe simus,  
adloquio profugii credis inesse metum. 40  
forsitan haec domino Busiride iure timeres,  
aut solito clausos urere in aere uiros:  
desine mitem animum uano infamare timore.  
saeua quid in placidis saxa uereris aquis?  
ipse ego quod primo scripsi sine nomine uobis, 45  
uix excusari posse mihi uideor.  
sed pauor attonito rationis ademerat usum,  
cesserat omne nouis consiliumque malis.  
fortunamque meam metuens, non uindictis iram,  
terrebat titulo nominis ipse mei. 50  
hactenus admonitus memori concede poetae  
ponat ut in chartis nomina cara suis.  
turpe erit ambobus, longo mihi proximus usu  
si nulla libri parte legere mei.  
ne tamen iste metus somnos tibi rumpere possit, 55  
non ultra quam uis officiosus ero.  
teque tegam qui sis, nisi cum permiseris ipse:  
coetur nemo munus habere meum.  
tu modo, quem poteras uel aperte tutus amare,  
si res est anceps ista, latenter ama. 60

## VII

Verba mihi desunt eadem tam saepe roganti,  
iamque pudet, uanas fine carere preces.  
taedia consimili fieri de carmine uobis,  
quidque petam cunctos edidicisse reor.  
nostraque quid portet iam nostis epistula, quamuis  
cera sit a uinclis non labefacta suis. 6  
ergo mutetur scripti sententia nostri,  
ne totiens contra quam rapit amnis eam.  
quod bene de uobis speraui, ignoscite, amici:  
talia peccandi iam mihi finis erit. 10  
nec grauis uxori dicar: quae scilicet in me  
quam proba tam timida est experiensque parum.  
hoc quoque, Naso, feres: etenim peiora tulisti.  
iam tibi sentiri sarcina nulla potest.  
ductus ab armento taurus detractat aratrum, 15  
subtrahit et duro colla nouella iugo:  
nos, quibus aduectum fatum erndeliter uti,  
ad mala iam pridem non sumus ulla rudes.  
uenimus in Geticos fines: moriamur in illis,  
Parcaque ad extremum qua mea coepit eat. 20  
spem iuuat amplecti quae non iuuat inrita semper:  
et fieri cupias siqua, futura putes.  
proximus huic gradus est bene desperare salutem,

V 13 nihil totiens lecta O = Argentorat., sua totiens nihil (nil B) BC τ. 29 loquendo BC, legenda Heins. 41 ita fragm. Louaniense. q. ut i. B C, interdum queritur ω. 48 dis Vaticanum om. B, quod C τ, sit H τ. 49 nullis B C H, nulli ω. 52 hora sit illa C O τ. VI 1 quam, cui τ. 20 Leucothea B C, Leucothee ω. 40 malum C recte? 43 inprimare conieci. 51 sodali C. VII 6 cera C exc. Pol., certa B, charta cett. codd. 15, 16 detractet—subtrahat B.

seque semel nera scire perisse fide.  
 curando fieri quaedam maiora uidemus  
 uulnera, quae melius non tetigisse fuit.  
 mitius ille perit, subita non mergitur unda,  
 quam sua qui tumidis brachia lassat aquis.  
 cur ego concepi Seythiis me posse carere  
 finibus et terra prosperiore frui?  
 eur aliquid de me sperari lenius umquam?  
 an fortuna mihi sic mea nota fuit?  
 torqueor eu grauius, repetitaque forma locorum  
 exiliu[m] renouat triste recensque facit.  
 est tamen utilius, studium cessasse meorum,  
 quam, quas admorint, non ualuisse preces.  
 magna quidem res est, quam non audetis, amici:  
 sed si quis peteret, qui dare uellet erat.  
 dummodo non nobis hoc Caesaris ira uegarit,  
 fortiter Euxinis immoriemur aquis.

## VIII

Quae tibi quaerebam memorem testantia curam  
 dona Tomitanus mittere posset ager:  
 dignus es argento, fuluo quoque dignior auro,  
 sed te, cum donas, ista inuare solent.  
 nec tamen haec loca sunt ullo pretiosa metallo:  
 hostis ab agricola uix sinit illa fodi.  
 purpura saepe tuos fulgens praetexit amictus:  
 sed non Sarmatico tingitur illa mari.  
 nelleri dura ferunt pecudes, et Palladis uti  
 arte Tomitanae non didicere nurus.  
 femina pro lana Cerealia munera frangit  
 suppositoque graueni nertice portat aquam.  
 non hic paupineis amicitur uerbis ulmus.  
 nulla prenuunt ramos pondere poma suo.  
 tristia deformes pariunt absinthia campi,  
 terraque de fructu quam sit amara docet.  
 nil igitur tota Ponti regione sinistri,  
 quod mea sedulitas mittere posset, erat.  
 clansa tamen nisi Seythica tibi tela pharetra:  
 hoste precor fiant illa cruenta tuo.  
 hos habet haec calamos, hos haec habet ora libellos,  
 haec uiget in nostris, Maxime, Musa locis,  
 quae quamquam misisse pudet, quia parua uidentur,  
 tu tamen haec, quaeso, consule missa boui.

## IX

Quod sit in his eadem sententia, Brute, libellis,  
 carmina nescioquem carpere nostra refers:  
 nil nisi me terra fruar ut propiore rogare,  
 et quam sim denso cinctus ab hoste loqui.

o, quam de multis nitium reprehenditur unum  
 hoc peccat solum si mea Musa, bene est.  
 ipse ego librorum uideo delicta meorum,  
 cum sua plus iusto carmina quisque probet.  
 auctor opus laudat: sic forsitan Agrius olim  
 Thersiten facie dixerit esse bona.  
 iudicium tamen hic nostrum non decipit error,  
 nec, quicquid genui, protinus illud amo.  
 cur igitur, si me uideo delinquere, peccem  
 et patiar scripto crimen inesse rogas?  
 non eadem ratio est sentire et demere morbos:  
 sensus inest cunctis, tollitur arte malum.  
 saepe aliquid uerbum cupiens imitare reliqui,  
 iudicium uires destituuntque meum.  
 saepe piget (quid enim dubitem tibi uera fateri?)  
 corrigere et longi ferre laboris onus.  
 scribentem iuuat ipse labor minuitque laborem,  
 cumque suo crescentis pectore feruct opus:  
 corrigere at res est tanto magis ardua quanto  
 magnus Aristareho maior Homerus erat;  
 sic animum lento curarum frigore laedit  
 et cupidi cursus frena retentat equi.  
 atque ita diuites mimant mihi Caesaris iram,  
 ossaque pacata nostra tegantur humo,  
 ut mihi conanti nonnumquam intendere curas  
 fortunae species obstat acerba meae,  
 uixque mihi uideo, faciam qui carmina, sanus,  
 inque feris eum corrigere illa Getis!  
 nil tamen est scriptis magis excusabile nostris,  
 quam sensus cunctis paene quod unus inest.  
 laeta fere laetus cecini, cano tristia tristis:  
 conueniens operi tempus utrumque suo est.  
 quid nisi de nitio scribam regionis amarae,  
 utque loco moriar communiore preceer?  
 eum totiens eadem dicam, uix audior ulli,  
 uerbaque profectu dissimulata earent.  
 et tamen haec eadem cum sint, non scribimus  
 isdem,  
 unaque per plures nox mea temptat opem.  
 an ne bis sensum lector reperiret eundem,  
 unus amicorum, Brute, rogandus eras?  
 non fuit hoc tanti. confesso ignoscite, docti:  
 uilior est operis fama salute mea.  
 denique materiam quom quis sibi finxerit ipse,  
 arbitrio uariat multa poeta suo.  
 Musa mea est index nimium quoque uera malorum  
 atque incorrupti pondera testis habet.  
 nec liber ut fieret, sed uti sua cuique daretur  
 littera, propositum curaque nostra fuit.  
 postmoda collectas utcumque sine ordine iunxi:  
 hoc opus electum ne mihi forte putes.  
 da ueniam scriptis, quorum non gloria nobis  
 causa, sed utilitas officiumque fuit.

## LIBER QVARTVS

## I

Accipe, Pompei, deductum carmen ab illo,  
 debitor est uitae qui tibi, Sexte, suae.  
 qui seu non prohibes a me tua nomina poni,  
 aecedet meritis haec quoque summa tuis:

sine trahis multus, equidem peccasse fatebor,  
 delicti tamen est causa probanda mei.  
 non potuit mea mens quin esset grata teneri:  
 sit precor officio non grauis ira pio.  
 o, quotiens ego sum libris mihi misus in istis  
 impius, in nullo quod legerere loco:

VII 28 lassat  $\tau$ , cf. F. IV 297, iactat uel lassat C, pulsat B, iactat H  $\tau$ , cf. I 6. 34 (uide Trist. ed. Ox. p. lxxviii).  
 39 nobis H  $\tau$ , recte si rein acu tetigit Verpoorten. VIII 9 uellere dum fuerint B C. IX 4 uerui  $\tau$  Heins. 9 Agrius  
 Vaticanus, accius B  $\alpha$ , agrius C. 10 dixerat  $\tau$ . 21 fauor O  $\tau$ , calor Heins. 22 cum quasso Meik. 23 tanto minus  
 B C. 25 laedit. mordet  $\tau$ . 26 et Postgate (qui etiam rector con. ut sit cursus interpretatio sit uoci cupidi ascripta;  
 cf. A. A. II 433), ut codd. cursus  $\alpha$ , in cursu C, erasum in B, curras Ellis, cum quis Riese. 31 qui O  $\tau$ , qui B C,  
 quod aut cum  $\alpha$ . 32 colligere Bentl. 33 est  $\alpha$ , c B C, in Vaticanus. 38 solo  $\tau$ . 44 erat C O  $\tau$ . 47 quom scripsi, cum  
 Bentl., quam codd. 50 incorruptae  $\tau$  Heins., sed cf. Fast. IV 203.

IV I 5 an trahes?

o, quotiens, alii cum nellem scribere, nomen  
 rettulit in ceras inscia dextra tuum !  
 ipse mihi placuit mendis in talibus error,  
 et uix inuita facta litura manu est.  
 ' uiderit ; ' ad summum dixi ' licet ipse queratur,  
 a, pndet offensam non meruisse prius'. 16  
 da mihi, siquid ea est, hebetantem pectora Lethen,  
 oblitus potero non tamen esse tui.  
 idque sinas oro, nec fastidita repellas  
 uerba nec officio crimen inesse putes ; 20  
 et lenis haec meritis referatur gratia tantis.  
 si minus, inuito te quoque gratus ero.  
 nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus,  
 nec mihi munificas arca negauit opes.  
 nunc quoque nil subitis clementia territa fatis 25  
 auxiliū uitae fertque feretque meae.  
 unde rogas forsā fiducia tanta futuri  
 sit mihi ? quod fecit, quisque tuetur opus.  
 ut Venus artificis labor est et gloria Coi,  
 aequoreo madidas quae premit imbre comas : 30  
 arcis ut Actaeae uel eburna uel aerea custos  
 bellica Phidiaca stat dea facta manu :  
 iudicat ut Calamis laudem, quos fecit, eqnorum :  
 ut similis uerae nacca Myronis opus :  
 sic ego sum rerum non ultima, Sexte, tuarum, 35  
 tutelaeque feror munus opusque tuae.

## II

Quod legis, o uates magnorum maxime regum,  
 uenit ab intonsis usque, Senere, Getis :  
 cuius adnuc nomen nostros tacuisse libellos,  
 si modo permittis dicere uera, pndet.  
 orba tamen numeris cessauit epistula nunquam 5  
 ire per alteras officiosa uices :  
 carmina sola tibi memorem testantia curam  
 non data sunt. quid enim, quae facis ipse,  
 darem ?  
 quis mel Aristaeo, quis Baccho uina Falerna,  
 Triptolemo fruges, poma det Alcinoo ? 10  
 fertile pectus habes, interque Heliconā colentes  
 uberius nulli prouenit ista seges.  
 mittere ad hunc carmen, frondes erat addere siluis.  
 haec mihi cunctandi causa, Seuere, fuit.  
 nec tamen ingenium nobis respondet ut ante, 15  
 sed siccnm sterili uomere litus aro.  
 scilicet ut limus uenas excaecat in undis,  
 laesaque suppresso fonte resistit aqua :  
 pectora sic mea sunt limo uitata malorum,  
 et carmen uena pauperiore fluit. 20  
 si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum.  
 esset, crede mihi, factus et ille Getes.  
 da ueniam fasso, studiis quoque frena remisi,  
 ducitur et digitis littera rara meis.  
 impetus ille sacer, qui uatum pectora nutrit,  
 qui prius in nobis esse solebat, abest.  
 uix uenit ad partes, uix sumptae Musa tabellae  
 inponit pigras paene coacta manus.  
 paruaque, ne dicam scribendi nulla uoluptas 30  
 est mihi, nec numeris nectere uerba inuat.  
 siue quod hinc fructus adeo non cepimus ullos,  
 principium nostri res sit ut ista mali :  
 siue quod in tenebris numerosos ponere gestus,  
 quodque legas nulli, scribere carmen, idem est.  
 excitat auditor studium, laudataque uirtus 35  
 crescit, et immensum gloria calcar habet.  
 hic mea cui recitem nisi flauis scripta Corallis,  
 quasque alias gentes barbarus Hister habet ?  
 sed quid solus agam, quaque infelicia perdam  
 otia materia surripiamque diem ? 40

nam quia nec uinum nec me tenet alea fallax,  
 per quae clam tacitum tempus abire solet,  
 nec me, quod cuperem, si per fera bella liceret,  
 oblectat culta terra nouata sno,  
 quid, nisi Pierides, solacia frigida, restant, 45  
 non bene de nobis quae meruere deae ?  
 at tu, cui bibitur felicius Aonijs fons,  
 utiliter studium quod tibi cedit ama,  
 sacraque Musarum merito cole : quodque legamus,  
 huc aliquod curae mitte recentis opus. 50

## III

Conquerar, an taceam ? ponam sine nomine crimen,  
 an notum qui sis omnibus esse uelim ?  
 nomine non ntar, ne commendere querela,  
 quaeraturque tibi carmine fama meo.  
 dum mea puppis erat ualida fundata carina, 5  
 qui mecum uelles enrere, primus eras.  
 nunc, quia contraxit uultum Fortuna, recedis,  
 auxilio postquam scis opus esse tuo.  
 dissimulas etiam, nec me uis nosse uideri,  
 quisque sit auditio nomine Naso rogas. 10  
 ille ego sum, quamquam non uis audire, uetusta  
 paene puer puero iunctus amicitia :  
 ille ego, qui primus tua seria nosse solebam  
 et tibi iucundis primus adesse iocis :  
 ille ego conctor densoque domesticus usu, 15  
 ille ego iudiciis unica Musa tuus.  
 ille ego sum, qui nunc an niam, perfide, nescis,  
 cura tibi de quo quaerere nulla fuit.  
 siue fui nunquam carus, simulasse fateris :  
 seu non fingebas, inueniere lenis. 20  
 aut age, dic aliquam, quae te mutauerit, iram :  
 nam nisi iusta tua est, iusta querela mea est.  
 quod te nunc crimen similem uetat esse priori ?  
 an crimen, coepi quod miser esse, uocas ?  
 si mihi rebus open nullam factisque ferebas, 25  
 uenisset uerbis charta notata tribus.  
 uix equidem credo : subito insultare iacenti  
 te mihi nec uerbis parcere fama refert.  
 quid facis, a, demens ? cur, si fortuna recedit,  
 naufragio lacrimas eripis ipse tuo ? 30  
 haec dea non stabili, quam sit leuis, orbe fatetur,  
 quem summum dubio sub pede semper habet.  
 quolibet est folio, quauis incertior aura :  
 par illi leuitas, inprobe, sola tua est.  
 omnia sunt hominum tenui pendentia filo, 35  
 et subito casu, quae ualere, ruunt.  
 diuitis audita est cui non opulencia Croesi ?  
 nempe tamen uitam captus ab hoste tulit.  
 ille Syracosia modo formidatus in urbe  
 uix humilis duram reppulit arte famem. 40  
 quid fuerat Magno maius ? tamen ille rogauit  
 summissa fugiens uoce clientis opem.  
 cuique uiro totus terrarum paruit orbis,  
 ille Iugurthino clarus Cimbroque triumpho, 45  
 quo uictrix totiens consule Roma fuit,  
 in caeno Marius iacuit cannaque palustri,  
 pertulit et tanto multa pudenda uiro.  
 ludit in humanis diuina potentia rebus,  
 et certam praesens uix feret hora fidem. 50  
 ' litus ad Euxinum ' si quis mihi diceret ' ibis,  
 et metues, arcu ne feriare Getae ' :  
 ' i, bibe ' dixissem ' purgantes pectora sucos,  
 quicquid et in tota nascitur Anticyra. '  
 sum tamen haec passus : nec, si mortalia possem, 55  
 et summi poteram tela cauere dei.  
 tu quoque fac timeas, et quae tibi laeta uidentur,  
 dum loqueris, fieri tristia posse puta.

I 11 uellum cum C τ. 16 a. hanc H. 26 feretque O coniecerat antea Heins., refertque cett. codd. II 33 gressus τ.  
 III 27 subito B C, sed et u. 29 recedit τ. 44 om. B C : uersum adulterium supplent B<sup>2</sup> ω indignus effectus (effectus coniecit  
 Ellis) omnibus ipse magis. 47 latuit τ. 50 feret B C, habet ω.

## IV

Nulla dies adeo est australibus umida nimbis,  
 non intermissis ut fluat imber aquis.  
 nec sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo  
 mixta fere duris utilis herba rubis.  
 nil adeo fortuna grauis miserabile fecit,  
 ut nimiant nulla gaudia parte malum. 5  
 ecce domo patriaque carens oculisque meorum,  
 naufragus in Gætici litoris actus aquas,  
 qua tamen, inueni, uultum dilluenda causa  
 possim, fortunae nec meminisse meae. 10  
 nam mihi cum fulua solus spatiarer arena,  
 uisa est a tergo pinna dedisse sonum.  
 respicio, nec erat corpus, quod cernere possem,  
 uerba tamen sunt haec aure recepta mea:  
 'en ego laetarum uenio tibi nuntia rerum 15  
 Fama per innensas aere lapsa uias.  
 consule Pompeio, quo non tibi carior alter,  
 candidus et felix proximis annis erit.'  
 dixit, et ut laeto Pontum rumore repleuit,  
 ad gentes alias hinc dea uertit iter. 20  
 at mihi dilapsis inter noua gaudia curis  
 exedit asperitas huius iniqua loci.  
 ergo ubi, laue biceps, longum reseraueris annum,  
 pulsus et a saero mense December erit,  
 purpura Pompeium summi uelabit honoris, 25  
 ne titulus quicquam debeat ille suis.  
 cernere iam uideo rumpi paene atria turba,  
 et populum laedi deficiente loco,  
 templaque Tarpeiae primum tibi sedis adiri,  
 et fieri faciles in tua uota deos, 30  
 colla boues niueos certae praebere securi,  
 quos aluit campis herba Falisca suis;  
 eumque deos omnes, tum quos impensius aequos  
 esse tibi cupias, cum loue Caesar erunt. 35  
 curia te excipiet, patresque et more uocati  
 intendent aures ad tua uerba suas.  
 hos ubi facundo tua nox hilarauerit ore,  
 utque solet, tulerit prospera uerba dies,  
 egeris et meritis sperperis eum Caesare grates,  
 (qui causam, facias cur ita saepe, dabit) 40  
 inde domum repetes toto cointante senatu,  
 ollicium populi nix capiente domo.  
 me miserum, turba quod non ego cernar in illa,  
 nec poterunt istis lumina nostra fini.  
 quod licet, absentem qua possum mente nidebo: 45  
 aspiciet uultus consulis illa sui.  
 di faciant aliquo subeat tibi tempore nostrum  
 nomen, et 'heu' dicas 'quid miser ille facit?'  
 haec tua pertulerit si quis mihi uerba, fatebor  
 protinus exilium mollius esse meum. 50

## V

Ite, leues elegi, doctas ad consulis aures,  
 uerbaque honorato ferte legenda uiro.  
 longa uia est, nec uos pedibus proceditis aequis,  
 teactae brumali sub nix terra latet.  
 cum gelidam Thraecum et opertum nubibus Haemum  
 et maris Ionii transieritis aquas, 6  
 luce minus decima dominam uenietis in urbem,  
 ut festinatum non faciatis iter.  
 protinus inde domus uobis Pompeia petatur:  
 non est Augusto iunctior ulla foro. 10  
 si quis, ut in populo, qui sitis et unde requiret,  
 nomina decepta quaelibet aure ferat,  
 ut sit enim tutum, sicut reor esse, fateri,  
 uerba minus certe fieta timoris habent.

copia nec uobis nullo prohibente uidendi 15  
 consulis, ut limen contigeritis, erit.  
 aut reget ille snos dicendo iura Quirites,  
 conspicium signis cum premet altus ebur:  
 aut populi reditus positam componet ad hastam,  
 et minui magnae non sinet urbis opes: 20  
 aut, ubi erunt patres in Iulia templa uocati,  
 de tanto dignis consule rebus aget:  
 aut feret Augusto solitam natoque salutem  
 deque parum noto consulat officio.  
 tempus ab his uacuum Caesar Germanicus omne 25  
 auferet: a magnis hunc colit ille deis,  
 cum tamen a turba rerum requieverit harum,  
 ad uos mansuetas porriget ille manus,  
 quidque parens ego uester agam, fortasse requiret.  
 talia nos illi reddere uerba uolo: 30  
 'uiuist adhuc uitamque tibi debere fatetur,  
 quam prius a mihi Caesare minus habet.  
 te sibi, cum fugeret, memori solet ore referre  
 barbariae tutas exhibuisse uias:  
 sanguine Bistonium quod non tepefecerit enseni, 35  
 effectum cura pectoris esse tui:  
 addita praeterea uitae quoque multa tuendae  
 munera, ne proprias attenuaret opes.  
 pro quibus ut meritis referatur gratia iurat  
 se fore mancipii tempus in omne tui. 40  
 nam prius umbrosa cariturus arbore moues  
 et freta ueliuolas non habitura rates,  
 illuminae in fontes cursu reditura supino,  
 gratia quam meriti possit abire tui.'  
 haec ubi dixeritis, seruet sua dona rogare: 45  
 sic fuerit uestrae causa peracta uiae.

## VI

Quam legis, ex illis tibi uenit epistula, Brute,  
 Nasonem nolles in quibus esse locis.  
 sed tu quod nolles, uoluit miserabile fatum.  
 ei mihi, plus illud quam tua nota ualeat.  
 in Scythia nobis quinquennis Olympias aeta est: 5  
 iam tempus lustris transit in alterius.  
 perstat enim fortuna tenax, uotisque malignum  
 opponit nostris insidiosa pedem.  
 certus eras pro me, Fabiae laus, Maxime, gentis,  
 numen ad Augustum supplicis noce loqui: 10  
 occidis ante preces, causamque ego, Maxime, mortis  
 (nec fuerim tanti) me reor esse tuae.  
 iam timeo nostram cuiquam mandare salutem:  
 ipsum morte tua concidit auxilium.  
 cooperat Augustus deceptae ignoscere enlhae: 15  
 spem nostram terras deseruitque simul.  
 quale tamen potui, de caelate, Brute, recenti  
 uestra proenl positus carmen in ora dedi.  
 quae prosit pietas utinam mihi, sitque malorum  
 iam modus et sacrae mitior ira domus. 20  
 te quoque idem liquido possum iurare precari,  
 o mihi non dubia cognite Brute nota.  
 nam cum praestiteris uerum mihi semper amorem,  
 hic tamen aduerso tempore creuit amor.  
 quique tuas pariter lacrimas nostrasque nideret, 25  
 passuros poenam crederet esse duos.  
 lenem te miseris genuit natura, nec ulli  
 mitius ingenium, quam tibi, Brute, dedit:  
 ut qui quid ualeas ignoret Marte forensi,  
 posse tuo peragi nix putet ore reos. 30  
 scilicet eiusdem est, quammis pugnare uidentur,  
 supplicibus frailem, sentibus esse truceum.  
 cum tibi suscepta est legis iudicta senerae,  
 uerba nelt timetum singula uirus habent.  
 hostibus eueniat quam sis uolentus in armis 35  
 sentire et linguae tela subire tnae.

IV 10 *possem* τ. 11 sic B C. *fulua tristis* II ω, *spatiarer tristis* O. 27 *paene atria*. *penetralia* τ. 34 *crit* α. 36 *intendant* B C. V 25 *ab*. et C et si fides Gütlingio B, *baud scio an recte*. 40 sic B C excerpta Scaligeri. *mancipium*—*tuum* ω. VI 5 *est* om. τ Housman puncto sublato. 8 *innidiosa* II τ. 12 *fucro* B C, *fucram* ω correcti. 15 *deceptae*, cf. Liu. XXII 4. 4, *deceptae insidiae*. 31 *uidetur* τ.

quae tibi tam tenui cura limantur, ut omnes  
 istius ingenium corporis esse negent.  
 at si quem laedi fortuna cernis iniqua.  
 mollior est animo femina nulla tuo. 40  
 hoc ego praecipue sensi, cum magna meorum  
 notitiam pars est infitiata mei.  
 inmemor illorum, vestri non inmemor umquam,  
 qui mala solliciti nostra lenatis, ero.  
 et prius hic nimium nobis conterminus Hister 45  
 in caput Euxino de mare uertet iter,  
 utque Thyesteae redeant si tempora mensae,  
 solis ad Eoas currus agetur aquas,  
 quam quisquam uestrum, qui me doluistis ademp-  
 tum,  
 arguat, ingratum non meminisse sui. 50

## VII

Missus es Euxinas quoniam, Vestalis, ad undas,  
 ut positis reddas iura sub axe locis,  
 aspicias en praesens, quali iaceamus in aruo,  
 nec me testis eris falsa solere queri.  
 accedet uoci per te non irrita nostrae, 5  
 Alpini iuuenis regibus orte, fides.  
 ipse uides certe glacie concresecere Pontum,  
 ipse uides rigido stantia uina gelu ;  
 ipse uides, onerata ferox ut ducat Iazyx  
 per medias Histri plaustra bubulcus aquas. 10  
 aspicias et mitti sub aduoco toxica ferro,  
 et telum causas mortis habere duas.  
 atque utinam pars haec tantum spectata fuisset,  
 non etiam proprio cognita Marte tibi !  
 tenditur ad primum per densa pericula pilum, 15  
 contigit ex merito qui tibi nuper honor.  
 sit licet hic titulus, plenis tibi fructibus, ingens,  
 ipsa tamen uirtus ordine maior erit.  
 non negat hoc Hister, cuius tua dextera quondam  
 puniceam Getico sanguine fecit aquam : 20  
 non negat Aegisos, quae te subeunte recepta  
 sensit in ingenio nil opis esse loci.  
 nam dubium positu melius defensa manune,  
 urbs erat in summo nubibus aequa iugo.  
 Sithonio regi ferus interceperat illam 25  
 hostis et ereptas uictor habebat opes :  
 donec fluminea deuecta Vitellius unda  
 intulit exposito milite signa Getis.  
 at tibi, progenies alti fortissima Donni,  
 uenit in aduersos inpetus ire uiros. 30  
 nec mora, conspicuus longe fulgentibus armis,  
 fortia ne possint facta latere caues,  
 ingentem gradu contra ferrumque locumque  
 saxaque brumali grandine plura subis.  
 nec te missa super iaculorum turba moratur, 35  
 nec quae uipereo tela cruore madent.  
 spicula cum pictis haerent in casside pinnis,  
 parsque fere scuti uulnere nulla uacat.  
 nec corpus cunctos feliciter effugit ictus :  
 sed minor est acri laudis amore dolor. 40  
 talis apud Troiam Danais pro nauibus Aiax  
 dicitur Hectoreas sustinuisse faces.  
 ut proprius uentum est admotaque dextera dextrae,  
 resque fero potuit comminus ense geri.  
 dicere difficile est quid Mars tuus egerit illic, 45  
 quotque neci dederis quosque quibusque modis.  
 ense tuo factos calcabas uictor aceruos,  
 inpositoque Getes sub pede multus erat.  
 pugnat ad exemplum primi minor ordine pili,  
 multaque fert miles uulnera, multa facit. 50  
 sed tantum uirtus alios tua praeterit omnes,  
 ante citos quantum Pegasus ibat equos.

uincitur Aegisos ; testaque tempus in omne  
 sunt tua, Vestalis, carmine facta meo.

## VIII

Littera sera quidem, studiis exculite Suilli,  
 huc tua peruenit, sed mihi grata tamen,  
 qua, pia si possit superos lenire rogando  
 gratia, laturum te mihi dicis opem.  
 ut iam nil praestes, animi sum factus amici 5  
 debitor et meritum uelle iuuare uoco.  
 inpetus iste tuus longum modo duret in aeuum,  
 neue malis pietas sit tua lassa meis.  
 ius aliquod faciunt adfinia uincula nobis,  
 quae semper maneat inlabefacta precor. 10  
 nam tibi quae coniunx, eadem mihi filia paene est,  
 et quae te generum, me uocat illa uirum.  
 ei mihi ! si lectis uultum tu uersibus istis  
 ducis et adfinem te pudet esse meum.  
 at nihil hic dignum poteris reperire pudore 15  
 praeter fortunam, quae mihi caeca fuit.  
 seu genus excutias, equites ab origine prima  
 usque per innumeros inueniemur auos :  
 siue uelis qui sint mores inquirere nostri,  
 errorem misero detrahe, labe carent. 20  
 tu modo si quid agi sperabis posse precando,  
 quos colis, exora supplice uoce deos.  
 di tibi sunt Caesar iuuenis. tua numina placae.  
 hac certe nulla est notior ara tibi.  
 non sinit illa sui uanas antistitis umquam 25  
 esse preces : nostris hinc pete rebus opem.  
 quamlibet exigua si nos ea iuuerit aura,  
 obruta de mediis cumba resurget aquis.  
 tunc ego tura feram rapidis sollemnia flammis,  
 et ualeant quantum numina testis ero. 30  
 nec tibi de Pario statuam, Germanice, templum  
 marmore : carpsit opes illa ruina meas.  
 templa domus facient uobis urbesque beatae :  
 Naso suis opibus, carmine, gratus erit.  
 parua quidem fateor pro magnis munera reddi, 35  
 cum pro concessa uerba salute damus.  
 sed qui quam potuit dat maxima, gratus abunde est,  
 et finem pietas contigit illa suum.  
 nec quae de parua pauper dis libat acerra  
 tura minus grandi quam data lance ualent. 40  
 agnaque tam lactens quam gramine pasta Falisco  
 uictima Tarpeios inficit icta focos.  
 nec tamen officio uatum per carmina facto  
 principibus res est aptior ulla uiris.  
 carmina ueststrarum peragunt praeconia laudum, 45  
 neue sit actorum fama caduca cauent.  
 carmine fit uiuax uirtus, expersque sepulcri  
 notitiam serae posteritatis habet.  
 tabida consumit ferrum lapidemque uetustas,  
 nullaque res maius tempore robur habet : 50  
 scripta ferunt annos. scriptis Agamemnona nosti,  
 et quisquis contra uel simul arma tulit.  
 quis Thebas septemque duces sine carmine nosset,  
 et quicquid post haec, quicquid et ante fuit ?  
 di quoque carminibus, si fas est dicere, fiunt, 55  
 tantaque maiestas ore canentis eget.  
 sic chaos ex illa naturae mole prioris  
 digestum partes scimus habere suas :  
 sic adfectantes caelestia regna Gigantas  
 ad Styga nimbifero uindictis igne datos : 60  
 sic uictor laudem superatis Liber ab Indis,  
 Alcides capta traxit ab Oechalia.  
 et modo, Caesar, auum, quem uirtus addidit astris,  
 sacrarunt aliqua carmina parte tuum. -  
 si quid adhuc igitur uiui, Germanice, nostro 65  
 restat in ingenio, seruiet omne tibi.

VII 9 *Iazyx* Merula, *iakis* similia codd. 15 *tenditur* scripsi, *tenditis* codd., unde *tendit* is Oberlin (sc. Mars, cf. 45). 21 *eguros* B H τ, *egilos* C, sed cf. I 8. 13. 23 *manune* Roeper, cf. III 1. 18, *manue* codd. 29 *domu* (suprascr. *domni*) B, *domni* H O exc. Pol. τ. 37 *pinnis* Merk., *pennis* codd. VIII 16 *sacua* Riese. 23 *sint* B C. 65 *riui* Hertzberg ad Prop. IV 1. 59.



non potes officium natis contemnere nates :  
iudicio pretium res habet ista tuo.  
quod nisi te nomen tantum ad maiora uocasset,  
gloria Pieridum summa futurus eras. 70  
sed dare materiam nobis quam carmina maus :  
nec tamen ex toto deserere illa potes.  
nam modo bella geris, numeris modo uerba coerces,  
quodque aliis opus est, hoc tibi lusus erit.  
utque nec ad citharam nec ad arcum segnis Apollo  
est, 75  
sed uenit ad sacras nernus uterque manus,  
sic tibi nec docti desunt nec principis artes,  
mixta sed est animo cum Ioue Musa tuo.  
quae quoniam nec nos unda summouit ab illa,  
ungula Gorgonei quam eua fecit equi, 80  
prosit openque ferat communia sacra tueri  
atque ipsidem studiis inposuisse manum :  
litora pellitis nimium subiecta Corallis  
ut tandem sacros effugiamque Getas :  
clausaque si misero patria est, ut ponar in ullo, 85  
qui minus Ansonia distet ab urbe, loco,  
unde tuas possim laudes celebrare recentes  
magnaque quam minima facta referre mora.  
tangat ut hoc uotum caelestia, care Suilli,  
numina, pro socero paene precare tuo. 90

## IX

Vnde licet, non unde iuuat, Graecine, salutem  
mittit ab Euxinis hanc tibi Naso natis.  
missaque di faciant Auroram occurrat ad illam,  
his senos fasces quae tibi prima dabit :  
nt, quoniam sine me tanges Capitolia consul 5  
et fiam turbae pars ego nulla tuae,  
in domini subeat partes et praestet amici  
ollicium iusso littera nostra die.  
atque ego si fatis genitus melioribus essem  
et mea sincero curreret axe rota, 10  
quo nunc nostra manus per scriptum fugitur, esset  
lingua salutandi munere functa tui,  
gratatusque darem cum dulcibus oesula uerbis,  
nec minus ille meus quam tuis esset honor.  
illa, conlitor, sic essem hinc superbus, 15  
ut caperet fastus nix domus ulla meos,  
dumque latus sancti cingit tibi turba senatus,  
consulis ante pedes ire inberer eques ;  
et quamquam cuperem semper tibi proximus esse,  
ganderem lateris non habuisse locum. 20  
nec quernus, turba quamuis elideret, essem,  
sed foret a populo tum mihi dulce premi.  
prospicerem gaudens, quantis foret agminis ordo,  
densaque quam longum turba teneret iter.  
quoque magis noris, quam me uulgaria tangant, 25  
spectareque, qualis purpura te tegeret.  
signa quoque in sella nossem formata curuli  
et totum Numidae sculptile dentis opus.  
at cum Tarpeias esses deductus in aereis,  
dum caderet iussu uictima sacra tuo, 30  
me quoque secreto grates sibi magnus agentem  
audisset media qui sedet aede deus ;  
turaque mente magis plena quam lance dedissem  
ter quater inperii laetis, honore tui.  
hic ego praesentes inter numerarer amicos, 35  
mitia ius urbis si modo fata darent,  
quaeque mihi sola capitur nunc mente noluptas,  
tunc oculis etiam percipienda foret.  
non ita caelitibus uisum est, et forsitan aquis :

nam quid me poenae causa negata iunet ? 40  
mente tamen, quae sola loco non exulat, utar,  
praetextam fasces aspiciamque tuos.  
haec modo te populo reddentem iura uidebit  
et se decretis finget adesse tuis :  
nunc longi reditus hastae supponere lustris 45  
credet et exacta cuncta locare fide :  
nunc facere in medio facundum uerba senatu,  
publica quaerentem quid petat utilitas :  
nunc pro Caesaribus superis decernere grates,  
albae opimorum colla ferere bouum. 50  
atque utinam, cum iam fueris potiora precatus,  
ut mihi placetur principis ira roges !  
surgat ad hanc uocem plena pius ignis ab ara,  
detque bonum noto lucidus omen apex.  
interea, qua parte licet, ne euncta queramur, 55  
hic quoque te festum consule tempus agam.  
altera laetitiae est nec cedens causa priori :  
successor tanti frater honoris erit.  
nam tibi linitum summo, Graecine, Decembri  
inperium Iani suscipit ille die. 60  
quaeque est in nobis pietas, alterna feretis  
gaudia, tu fratris fascibus, ille tuis.  
sic tu bis fueris consul, bis consul et ille,  
inque domo bimus conspicitur honor.  
qui quamquam est ingens, et nullum Martia summo  
altius inperium consule Roma uidet, 66  
multiplicat tamen hunc granitas auctoris honorem,  
et maiestatem res data dantis habet.  
iudiciis igitur licet Flaeoque tibique  
talibus Augusti tempus in omne frui. 70  
quod tamen a rerum cura propiore uaeabit,  
uota precor notis addite uestra meis,  
et si quem dabit aura sinum, iactate rudentes,  
exeat e Stygiis ut mea nauis aquis.  
praefuit his, Graecine, locis modo Flacens, et illo 75  
ripa ferox Histri sub duce tuta fuit.  
hic tenuit Mysas gentes in pace fideli,  
hic areu fisos terruit ense Getas.  
hic raptam Troesmin celeri uirtute recepit  
infecitque fero sanguine Danuuium. 80  
quaere loci faciem Scythique incommoda caeli,  
et quam uicino terrear hoste roga :  
sintne litae tenues serpentis felle sagittae,  
fiat an humanum uictima dira caput :  
mentiar, an coeat duratus frigore Pontus, 85  
et teneat glacies ingera multa freti.  
haec ubi narrarit, quae sit mea fama require,  
quoque modo peragam tempora dura roga.  
non sumus hic odio nec siclicet esse meremur,  
nec cum fortuna mens quoque uersa mea est. 90  
illa quies animi, quam tu laudare solebas,  
ille uetus solito perstat in ore pudor.  
sic ego sum longe,† sic hic, ubi barbarus hostis,  
ut fera plus ualeant legibus arma, facit,  
rem queat ut nullam tot iam, Graecine, per annos  
femina de nobis uirue puerne queri. 96  
hoc facit ut misero faueant adsintque Tomitae :  
haec quoniam tellus testificanda mihi est.  
illi me, quia uelle uident, discedere malunt :  
respectu cupiunt hic tamen esse sui. 100  
nec mihi credideris : exstant decreta, quibus nos  
laudat et immunes publica cera facit.  
conueniens miseris et quamquam gloria non sit,  
proxima dant nobis oppida munus idem.  
nec pietas ignota mea est : uidet hospita terra, 105  
in nostra sacrum Caesaris esse domo.  
stant pariter natusque pius coniunxque sacerdos,

VIII 77 nec desunt C τ. 85 illo B C O τ. 86 distat B C H O τ. IX 8 iusso i.e. eo die quo iussi litteras nostras adesse, cf. Verg. Aen. X 444 : inanis igitur Merckelii coniectura iusto. 18 uiderer τ. 25, 26 Bentl. 27, 28 Merk. deleuerunt. 35 tunc Housman, hinc Schenk, sic Merk. 40 inuat B<sup>2</sup> τ, foret B ex u. 38. 44 decretis Korn, secretis codl., secretis—locis τ Merk. 46 cernet τ Heims. 57 est om. τ Korn. eadet H τ. 64 bimus Gudianus 228, linus cett. codd. 71 quod B C τ, cum O τ, ut H τ. 79 Troesmin Korn, cf. Ehwald, Jahresbericht xliii p. 264, troesmen B C, Troesmin Merk. 93 sic hic corruptum, equidem Scythicus conieceram ed. Trist. Oxon. p. xxxviii, sic ego sum, sic hic sanctis ubi b. h. Korn, addita nimirum longe laeuae explendae. totum distichon del. Merk. 101-108 extant in fragm. Guelferbytan. saec. vi nel vii, sed haecra. 103 sit fr. Guelf., est cett. codd.

numina iam factio non leuora deo.  
 neu desit pars ulla domus, stat uterque nepotum,  
 hic auia lateri proximus, ille patris. 110  
 his ego do totiens cum ture precantia uerba,  
 Eoo quotiens surgit ab orbe dies.  
 tota, licet quaeras, hoc me non fingere dicet  
 officii testis Pontica terra mei.  
 Pontica me tellus, quantis hac possumus ora, 115  
 natalem ludis scit celebrare dei.  
 nec minus hospitibus pietas est cognita talis,  
 misit in has siquos longa Propontis aquas.  
 is quoque, quo laeuus fuerat sub praeside Pontus,  
 audierit frater forsitan ista tuus. 120  
 fortuna est inpar animo, talique libenter  
 exiguas carpo munere pauper opes.  
 nec uestris damus haec oculis procul urbe remoti :  
 contenti tacita sed pietate sumus.  
 et tamen haec tangent aliquando Caesaris aures :  
 nil illi toto quod fit in orbe latet. 126  
 tu certe scis hoc, superis ascite, uidesque,  
 Caesar, ut est oculis subdita terra tuis :  
 tu nostras audis inter conuexa locatus  
 sidera, sollicito quas damus ore, preces. 130  
 perueniant istuc et carmina forsitan illa,  
 quae de te misi caelate facta nouo.  
 auguror his igitur flecti tua numina, nec tu  
 inmerito nomen mite parentis habes.

## X

Haec mihi Cimmerico bis tertia ducitur aestas  
 litore pellitos inter agenda Getas.  
 ecquos tu silices, ecquod, carissime, ferrum  
 duritiae confers, Albinouane, meae?  
 gutta cauat lapidem, consumitur anulus usu, 5  
 et teritur pressa uomer aduncus humo.  
 tempus edax igitur praeter nos omnia perdit,  
 cessat duritia mors quoque uicta mea.  
 exemplum est animi nimium patientis Vlixes,  
 iactatus dubio per duo lustra mari : 10  
 tempora solliciti sed non tamen omnia fati  
 pertulit, et placidae saepe fuerat morae.  
 an graue sex annis pulchram fouisse Calypso  
 aequoreaque fuit concubuisse deae?  
 excipit Hippotades, qui dat pro munere nentos, 15  
 curuet ut impulsus utilis aura sinus.  
 nec bene cantantis labor est audire puellas,  
 nec degustanti lotos amara fuit.  
 hos ego, qui patriae faciunt obliuia, sucos  
 parte meae uitae, si modo dentur, emam. 20  
 nec tu contuleris urbem Laestrygonis unquam  
 gentibus, obliqua quas obit Hister aqua.  
 nec uincet Cyclops saeuum feritate Phycen,  
 qui quota terroris pars solet esse mei?  
 Scylla feris trunco quod latret ab inguine monstribus,  
 Heniochae nautis plus nocuere rates. 26  
 nec potes infestis conferre Charybdis Achaeis,  
 ter licet epotum ter uomat illa fretum.  
 qui quamquam dextra regione licentius errant,  
 securum latus hoc non tamen esse sinunt. 30  
 hic agri infrondes, hic spicula tincta uenenis,  
 hic freta nel pediti perna reddit hiemps,  
 ut, qua remus iter pulsus modo fecerat undis,  
 sicus contempta naue uiator eat.  
 qui ueniunt istinc, uix uos ea credere dicunt : 35  
 quam miser est, qui fert asperiora fide!  
 crede tamen : nec te causas nescire sinemus,  
 horrida Sarmaticum cur mare duret hiemps.  
 proxima sunt nobis plaustris praebentia formam  
 et quae praecipuum sidera frigus habent. 40

hinc oritur Boreas oraque domesticus huic est  
 et sumit uires a propiore loco.  
 at Notus, aduerso tepidum qui spirat ab axe,  
 est procul et rarus languidiorque uenit.  
 adde quod hic clauso miscetur ifumina Ponto, 45  
 uimque fretum multo perdit ab amne suam.  
 huc Lyeus, huc Sagaris Peniusque Hypanisque  
 Calesque  
 influit et crebro uertice tortus Halys,  
 Partheniusque rapax et uolens saxa Cynapses 50  
 labitur et nullo tardior anne Tyras,  
 et tu, femineae Thermodon cognite turmae,  
 et quondam Grai Phasi petite uiris,  
 cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyrapses  
 et tacite peragens lene Melanthus iter,  
 quique duas terras, Asiam Cadmique sororem, 55  
 separat et cursus inter utramque facit,  
 innumerique alii, quos inter maximus omnes  
 cedere Danuuus se tibi, Nile, negat.  
 copia tot laticum, quas auget, adulterat undas,  
 nec patitur uires aequor habere suas. 60  
 quin etiam, stagno similis pigraeque paludi,  
 caeruleus uix est diluiturque color.  
 innatat unda freto dulcis leuioque marina est,  
 quae proprium mixto de sale pondus habet.  
 si roget haec aliquis cur sint narrata Pedoni, 65  
 quidue loqui certis iuuerit ista modis,  
 'detinui' dicam 'curas tempusque fefelli :  
 hunc fructum praesens attulit hora mihi.  
 afuimus solito, dum scribimus ista, dolore,  
 in medijs nec nos sensimus esse Getis.' 70  
 at tu, non dubito, cum Thesea carmine laudes,  
 materiae titulos quon tuare tuae,  
 quemque refers, imitere uirum. uetat ille profecto  
 tranquillum comitem temporis esse fidem.  
 qui quamquam est factis ingens et conditur a te 75  
 uir tanto quanto debuit ore cani,  
 est tamen ex illo nobis imitabile quiddam,  
 inque fide Theseus quilibet esse potest.  
 non tibi sunt hostes ferro clauaque domandi,  
 per quos uix ulli peruius Isthmos erat : 80  
 sed praestandum amor, res non operosa uolenti.  
 quis labor est puram non temerare fidem?  
 haec tibi, qui perstas indeclinatus amico,  
 non est quod lingua dicta querente putes.

## XI

Gallio, crimen erit uix excusabile nobis,  
 carmine te nomen non habuisse meo.  
 tu quoque enim, memini, caelesti cuspidis facta  
 fouisti lacrimis uulnera nostra tuis. 5  
 atque utinam rapti iactura laesus amici  
 sensisses ultra, quod querere, nihil!  
 non ita dis placuit, qui te spoliare pudica  
 coniuge crudeles non habuere nefas.  
 nuntia nam luctus mihi nuper epistula uenit,  
 lectaque cum lacrimis sunt tua damna meis. 10  
 sed neque solari prudentem stultior ausim,  
 uerbaque doctorum nota referre tibi :  
 finitumque tunm, si non ratione, dolorem  
 ipsa iam pridem suspicior esse mora.  
 dum tua peruenit, dum littera nostra recurrens 15  
 tot maria ac terras permeat, annus abit.  
 temporis officium est solacia dicere certi,  
 dum dolor in cursu est et petit aeger opem :  
 at cum longa dies sedauit uulnera mentis,  
 in tempestiue qui mouet illa, nouat. 20  
 adde quod (atque utinam uerum tibi uenerit  
 omen)  
 coniugio felix iam potes esse nouo.

IX 108 fato fr. Guelf. 119 lactus B C. 126 sic B C. illum B<sup>2</sup> C O. 127 hoc C, haec B H O. 127-133 extant in fragm. Guelf. sed lacera. X 14 Acaeaque Merk. 21 laestrygonos B, lestrigones C. 23 piacchen B, piacchen C. 39 pres tantia B. 42 uires—loco. mors—locus Merk. polo Meyncke. 43 uortice O = recte? 49 cinipses C. 53 Lycastus ed. Etonensis. 67 tempus curasque = exc. Pol. XI 20 mouet. fouet Heins.

## XII

Quo minus in nostris ponaris, amice, libellis,  
 nominis ellicitur condicione tui.  
 ast ego non alium prius hoc dignarer honore:  
 est aliquis nostrum si modo carmen honor.  
 lex pedis officio fortunaque nominis obstat, 5  
 quaque meos adeas, est uia nulla, modos.  
 nam pudet in geminos ita nomen scindere uersus,  
 desinat ut prior hoc incipiatque minor.  
 et pudeat, si te, qua syllaba parte moratur,  
 artius adpellem Tuticanumque uocem: 10  
 nec potes in uersum Tuticani more venire,  
 fiat ut e longa syllaba prima breuis:  
 aut ut ducatur, quae nunc correptius exit,  
 sit porrecta longa secunda mora.  
 his ego si uitiis ausim corrumpere nomen, 15  
 ridear et merito pectus habere neget.  
 haec mihi causa fuit dilati mueris huius.  
 quod uerus adiecto faenore reddet amor:  
 teque canam quaecumque nota, tibi carmina mittam,  
 paene mihi puero cognite paene puer, 20  
 perque tot aunorum seriem, quot habemus uterque,  
 non mihi, quam fratri frater, amate minus.  
 tu bonus hortator, tu duxque comesque fuisti,  
 eum regerem tenera frenata nouella manu.  
 saepe ego correxi sub te censore libellos, 25  
 saepe tibi admonitu facta litura meo est,  
 dignam Maconiis Phaeacida condere chartis  
 eum te Pieriae perlocuere deae.  
 hic tenor, haec miridi concordia coepta iuuenta  
 uenit ad albescentes inlabefacta comas. 30  
 quae nisi te moueant, duro tibi pectora ferro  
 esse uel inuicta clausa adamante putem.  
 sed prius huic desint et bellum et frigora terrae,  
 inuisus nobis quae duo Pontus habet,  
 et tepidus Boreas et sit praefrigidus Anster, 35  
 et possit fatum mollius esse meum,  
 quam tua sint lasso praecordia dura sodali:  
 hic emulus nostris absit abstectque malis.  
 tu modo per superos, quorum certissimus ille est,  
 quo tuus adsidue principe erent honor, 40  
 effice constanti profugum pietate tuendo,  
 ne sperata meam deserat aura ratem.  
 quid mandem quaeris? peream, nisi dicere nix est:  
 si modo, qui perit, ille perire potest.  
 nec quid agam inuenio, nec quid nolimue nelimne,  
 nec satis utilitas est mihi nota mea. 46  
 erede mihi, miseris prudentia prima relinquit,  
 et sensus cum re consiliumque fugit.  
 ipse, precor, quaeras, qua sim tibi parte inuandus,  
 quoque uiam facias ad mea nota nado. 50

## XIII

O mihi non dubios inter memorande sodales,  
 qui quod es, id nere, Care, nocaris, ane.  
 unde saluteris, color hic tibi protinus index  
 et structura mei carminis esse potest:  
 non quia mirifica est, sed quod non publica cerle  
 est: 5  
 qualis enim emque est, non latet esse meam.  
 ipse quoque, ut titulum chartae de fronte reuellas,  
 quod sit opus, uideo dicere posse, tuum.  
 quamlibet in multis positus noscere libellis,  
 perque obseruatas inuenire notas. 10  
 proident auctorem uires, quas Hercule dignas  
 uouimus atque illi, quem canis ipse, pares.

XII 13 *ut ducatur (dicatur B C) B C τ, producat B<sup>2</sup> H O τ* edd. praeter Riesium. 15 19 et 41 44 habet fragm. Guelf. 19 *nota. naia fr. Guelf. 27 dignam τ Heins., dignum codd. 28 Pierides τ. 42 spe ceteris litt. erasis fragm. Guelf. XIII 2 quique quod es uere τ. 5 quod nec τ. 12 canis esse τ. 27 coactus exc. Scaligeri; cf. Suet. Tib. 24. 47 interpunxit Postgate, dnorm τ. 48 quis laus formandis est data magna tibi O τ. 49 momenta O τ, monumenta B C τ. XIV 7 *inter O τ. 15 sic C, succenscut cett. codd. 19 eur ego τ.**

et mea Musa potest proprio deprensa colore,  
 insignis uitis forsitan esse suis.  
 tam mala Thersiten prohibebat forma latere, 15  
 quam pulehra Nireus conspiciendus erat.  
 nec te mirari, si sint uitiosa, deebit  
 carmina, quae faciam paene poeta Getes.  
 a, pudet, et Getico scripsi sermone libellum,  
 strictaque sunt nostris barbara uerba molis: 20  
 et plaeui, gratare mihi, coepique poetae  
 inter inhumanos nomen habere Getas.  
 materiam quaeris? laudes de Caesare dixi,  
 adiuta est nouitas numine nostra dei.  
 nam patris Augusti docui mortale fuisse 25  
 corpus, in aetherias nomen abisse domos:  
 esse parem uirtute patri, qui frena rogatus  
 saepe rensati ceperit imperii:  
 esse pudicarum te Vestam, Liniā, malrum,  
 ambiguum nato dignior anne uiro: 30  
 esse duos iuuenes, limā adiumenta parentis,  
 qui dederint animi pigmora certa sui.  
 haec ubi non patria perlegi scripta Camena,  
 uenit et ad digitos ultima charta meos,  
 et caput et plenas omnes mouere pharetras, 35  
 et longum Getico murmur in ore fuit.  
 atque aliquis 'scribas haec cum de Caesare,' dixit  
 'Caesaris imperio restituendus eras.'  
 ille quidem dixit: sed me iam, Care, nivali  
 sexta relegatum bruna sub axe uidet. 40  
 carmina nil prosunt. noenerunt carmina quondam,  
 primaque tam miserae causa fuere fugae  
 at tu, per studii communia foedera sacri,  
 per non uile tibi nomen amicitiae,  
 (sic capto Latius Germanicus hoste eatenis 45  
 materiam uestris adferat ingenis:  
 sic naleant pueri, uotum commune, deorum,  
 quos laus formandos est tibi magna datos)  
 quanta potes, praebe nostrae momenta saluti,  
 quae nisi mutato nulla futura loco est. 50

## XIV

Haec tibi mittuntur, quem sum modo carmine  
 questus  
 non aptum numeris nomen habere meis:  
 in quibus, excepto quod adhuc utrumque ualemus,  
 nil me praeterea quod inuenit inuenies.  
 ipsa quoque est inuisa salus, suntuque ultima uota  
 quolibet ex istis scilicet ire locis. 6  
 nulla mihi cura est, terra quo mittar ab ista,  
 haec quia, quam uideo, gratior omnis erit.  
 in medias Syrtis, mediam mea uela Charybidi  
 mittite, praesenti dum careamus humo. 10  
 Styx quoque, siquid ea est, bene commutabitur  
 Histro,  
 siquid et inferius quam Stygia mundus habet.  
 grauius cultus iger, frigus minus odit hirundo,  
 proxima Marticolis quam loca Naso Getis,  
 talia suscensent propter mihi uerba Tomitae, 15  
 iraque carminibus publica nota meis.  
 ergo ego cessabo nunquam per carmina laedi,  
 plectar et incauto semper ab ingenio?  
 ergo ego, ne scribam, digitos incidere ennetor,  
 telaque adhuc demens, quae noerere, sequor? 20  
 ad ueteres scopulos iterum denetor et illas,  
 in quibus offendit naufraga puppis, aquas?  
 sed nihil admisi, nulla est mea culpa, Tomitae,  
 quos ego, cum loca sin nestra perosus, auo.  
 quilibet excutiat nostri monumenta labotis: 25  
 littera de uobis est mea quaeista nihil.  
 frigus et incursus omni de parte timendos

et quod pulsetur murus ab hoste queror :  
 in loca, non homines, uerissima crimina dixi.  
 culpatis uestrum uos quoque saepe solum. 30  
 esset perpetuo sua quam uitabilis Ascre,  
 ausa est agricolae Musa docere senis,  
 et fuerat genitus terra, qui scripsit, in illa :  
 intumuit uati nec tamen Asra suo.  
 quis patriam sollerte magis dilexit Vlix? 35  
 hoc tamen asperitas indice nota loci est.  
 non loca, sed mores scriptis uexauit amaris  
 Scepsius Ausonios, actaque Roma rea est :  
 falsa tamen passa est aequa conuicia mente,  
 obfuit auctori nec fera lingua suo. 40  
 at malus interpres populi mihi concitat iram  
 inque nouum crimen carmina nostra uocat.  
 tam felix utinam quam pectore candidus essem !  
 extat adhuc nemo saucius ore meo.  
 adde quod Illyrica si iam pice nigrior essem, 45  
 non mordenda mihi turba fidelis erat.  
 molliter a uobis mea sors excepta, Tomitae,  
 tam mites Graios indicat esse uiros.  
 gens mea Paeligni regioque domestica Sulmo  
 non potuit nostris lenior esse malis. 50  
 quem uix incolumi cuiquam saluoque daretis,  
 is datus a uobis est mihi nuper honor.  
 solus adhuc ego sum uestris immunis in oris,  
 exceptis, siqui munera legis habent.  
 tempora sacrata mea sunt uelata corona, 55  
 publicis inuito quam fauor inposuit.  
 quam grata est igitur Latonae Delia tellus,  
 erranti tutum quae dedit una locum,  
 tam mihi cara Tomis, patria quae sede fugatis  
 tempus ad hoc nobis hospita fida manet. 60  
 di modo fecissent, placidae spem posset habere  
 pacis et a gelido longius axe foret.

## XV

Siquis adhuc usquam nostri non inmemor extat,  
 quidue relegatus Naso, requirit, agam :  
 Caesaribus uitam, Sexto debere salutem  
 me sciat ; a superis hic mihi primus erit.  
 tempora nam miserae complectar ut omnia uitae, 5  
 a meritis eius pars mihi nulla uacat ;  
 quae numero tot sunt, quot in horto fertilis arui  
 punica sub lento cortice grana rubent,  
 Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,  
 quot Steyon bacas, quot parit Hybla fauos. 10  
 confiteor, testere licet : signate, Quirites :  
 (nil opus est legum uiribus, ipse loquor)  
 inter opes et me, paruam rem, pone paternas ;  
 pars ego sim census quantalacumque tui.  
 quam tua Trinaeria est regnataque terra Philippo, 16  
 quam tua rus oculis domini Campaniam gratum,  
 quaeque relicta tibi, Sexte, uel empta tenes :  
 tam tuus en ego sum, cuius te munere tristi  
 non potes in Ponto dicere habere nihil. 20  
 atque utinam possis, et detur amicus aruum,  
 remque tuam ponas in meliore loco !  
 quod quoniam in dis est, tempta lenire precando  
 numina, perpetua quae pietate colis.  
 erroris nam tu uix est discernere nostri 25

sis argumentum maius an auxilium.  
 nec dubitans oro : sed flumine saepe secundo  
 augetur remis cursus euntis aquae.  
 et pudet et metuo semperque eademque precari,  
 ne subeant animo taedia iusta tuo. 30  
 uerum quid faciam? res immoderata cupido est :  
 da ueniam uitio, mitis amice, meo.  
 scribere saepe aliud cupiens delabor eodem :  
 ipsa locum per se littera nostra rogat.  
 seu tamen effectus habitura est gratia, seu me 35  
 dura iubet gelido Parca sub axe mori :  
 semper inoblita repetam tua munera mente,  
 et mea me tellus audiet esse tuum.  
 audiet et caelo posita est quaecumque sub ullo,  
 transit nostra feros si modo Musa Getas, 40  
 teque meae causam seruatoremq; salutis,  
 meque tuum libra norit et aere minus.

## XVI

Inuide, quid laceras Nasonis carmina rapti?  
 non solet ingenii summa nocere dies,  
 famaue post cineres maior uenit. et mihi nomen  
 tunc quoque, cum uiuis adnumerarer, erat :  
 cum foret et Marsus magnique Rabirius oris 5  
 Iliacusque Maer sidereusque Pedo :  
 et qui Iunonem laesisset in Hercule Carus,  
 Iunonis si iam non gener ille foret :  
 quique dedit Latio carmen regale, Seuerus,  
 et cum subtili Priscus uterque Numa : 10  
 quique uel imparibus numeris, Montane, uel aequis  
 sufficis et gemino carmine nomen habes :  
 et qui Penelopae rescribere iussit Vlixen  
 errantem saeuo per duo lustra mari :  
 quique suam †Trisomem imperfectumque dierum 15  
 deseruit celeri morte Sabinus opus :  
 ingeniique sui dictus cognomine Largus,  
 Gallica qui Phrygium duxit in arua senem :  
 quique canit domito Camerinus ab Hectore Troiam :  
 quique sua nomen Phyllide Tuscus habet : 20  
 uel uolique maris uates, cui credere possis  
 carmina caeruleos composuisse deos :  
 quique acies Libycas Romanaeque proelia dixit :  
 et scripti Marius dexter in omne genus :  
 Trinaeriusque suae Perseidos auctor, et auctor 25  
 Tantalidae reducis Tyndaridosque Lupus :  
 et qui Maeoniam Phaeacida uertit, et una  
 Pindaricae fidicen tu quoque, Rufe, lyrae,  
 Musaque Turran tragicis innixa coturnis,  
 et tua cum soco Musa, Melisse, leuis : 30  
 cum Varus Gracchusque darent fera dicta tyrannis,  
 Callimachi Proculus molle teneret iter :  
 †Tityron antiquas Passerque rediret ad herbas,  
 aptaque uenanti Grattius arma daret :  
 Naidas a Satyris caneret Fontanus amatas, 35  
 clauderet inparibus uerba Capella modis :  
 cumque forent alii, quorum mihi cuncta referre  
 nomina longa mera est, carmina uulgus habet :  
 essent et iuuenes, quorum quod inedita causa est,  
 adpellandorum nil mihi iuris adest. 40  
 te tamen in turba non ausim, Cotta, silere,  
 Pieridum lumen praesidiumque fori,  
 maternos Cottas cui Messallasque paternos,

XIV 31 *Asra* O = exc. Pol., cf. A. A. I 28. 36 *nota* τ, *docta* B C, *dicta* H O ω. XV 2 sic τ, *requirat* B C ω (ex confinio uocis *extat*). 21 *et. ut* Itali. 25 *maeroris* Merk. 34 *secl.* Merk. 42 *magis* τ nonnullis probatum : potius utaris interprete Gronouio (Obserruat. II 1) 'Tuus, inquit, sum, immo mancipium tuum, nisi quod sola libra et aes meae mancipationi abfuerunt' : cf. Manil. I 776 'Tarquinioque minus reges.' XVI 4 *tum* C O τ. 5 *cumque foret Marsus* B C O τ. 8 *non iam* O Etonensis. 15 *trisomem* (*trisemem* teste Kornio) B, *trisomē* C, *troceen* O, *troadem* H, *troesen* exc. Pol., *Troecena* quidam apud Micyllum, *Chrysen* Roeper, *Thressen* Hertz, epistolam Herus ad Leandrum intellegens : cf. O. Hennig, *De P. Ouidii Nasonis sodalibus* (Vratislaviae, 1883) p. 40. 19 *domitam*—ab *Hercule* = Merk., quem dudum redarguit Merula. 21 *uates. nomen* Merk. ad Ibin p. 377. *posses* C H O τ. 24 *scriptor* B recte? *marius scriptor* C, *marius scripti* cett. codd. 27 sic τ, cf. sup. xii 27. *aeacida* B, *aeacida* C. 30 *leuis* Heins. 31 sic B τ. *uariis* C, *uariis* B<sup>2</sup> τ. 33 *Tityrus antiquas et erat qui pasceret herbas* H O τ. 34 *grattius* codd. 39 *cura* Thuanus Heinsii : iniuria receperunt edd., cum *causa* Graecam *ἰσθησιων* exprimat.

Maxime, nobilitas ingeminata dedit.  
 dicere si fas est, claro mea nomine Musa  
 atque inter tantos quae legeretur, erat.  
 ergo summotum patria proscindere, Liuor,  
 desine neu cineres sparge, cruento, meos.

45

omnia perdidimus : tantummodo uita relicta est,  
 praebet ut sensum materiamque mali. 50  
 quid iuuat extinctos ferrum demittere in artus?  
 non habet in nobis iam noua plaga locum.

XVI 44 *Maxime* B<sup>1</sup> C, *maxima* cett. codd.

# P. OVIDI NASONIS

## QVI FERTVR

### HALIEVTICON LIBER

\*           \*           \*  
**A**CCIPIT mundus legem, dedit arma per  
 admonitque sui. uitulus sic nempe mina-  
 tur,  
 qui nondum gerit in tenera iam cornua fronte,  
 sic dammae fugiunt, pugnant uirtute leones  
 et morsu canis et caudae sic scorpios ictu, 5  
 concussisque leuis pennis sic euolat ales.  
 omnibus ignotae mortis timor, omnibus hostem  
 praesidiumque datum sentire et noscere teli  
 nimque modumque sui. sic et scarus arte sub undis  
 si n 10  
 decidit adsumptamque dolo tandem pauet escam.  
 non audet radiis obnixa occurrere fronte,  
 auersus crebro nimen sed uerbere caudae  
 laxans subsequitur tutumque euadit in aequor.  
 quin etiam si forte aliquis, dum praenatat, arto 15  
 mitis luctantem scarus hunc in umine uidit,  
 auersi caudam morsu tenet atque ita . . .  
 liber seruato, quem textit, ciue resultat.  
 sepia tarda fugae, tenui cum forte sub unda  
 deprensa est iam iamque manus timet illa rapacis,  
 inficiens aequor nigrum uomit illa *eruorem* 21  
 auertitque uias oculos frustrata sequentis.  
 clausus rete lupo, quamuis inmitis et acer,  
 dimotis cauda summissus sidit harenis.  
 . . . . . in auras 25  
 emicat atque dolos saltu delidit inultus.  
 et murena ferox, teretis sibi conscia tergi,  
 ad laxata magis conixa foramina retis  
 tandem per multos euadit lubrica flexus  
 exemplotque nocens cunctis iter inuenit una. 30  
 at contra scopulis crinali corpore segnis  
 polyypus haeret et hac eludit retia fraude,

et sub lege loci sumit mutatque colorem,  
 semper ei similis quem contigit. atque ubi praedam  
 pendentem saetis audis rapit, hic quoque fallit, 35  
 elato calamo cum demum emersus in auras  
 brachia dissoluit populatumque expuit hamum.  
 at mngil canda pendentem euerberat escam  
 excussamque legit. lupo acri concitus ira  
 discursu fertur uario fluctusque ferentes 40  
 prosequitur quassatque caput, dum uulnere saeuus  
 laxato cadat hamus et ora patentia linguat.  
 nec proprias uires nescit murena nocendi  
 auxiliamque suam, morsu nec comminus acri  
 deficit aut animos ponit captiua minacis. 45  
 anthias his, tergo quae non uidet, utitur armis,  
 uim spinae nouitque suae nersoque supinus  
 corpore lina secat fixumque interceptit hamum.  
 Cetera, quae densas habitant animalia siluas,  
 aut uani quatiunt semper lymphata timores, 50  
 aut trahit in praeceps non sana ferocia mentis.  
 illa sequi natura monet uel comminus ire.  
 impiger ecce leo uenantum sternere pergit  
 agmina et aduersis infert sua pectora telis :  
 quoque uenit fidens magis et sublator ardet 55  
 concussitque toros et uiribus addidit iram,  
 procidit atque suo properat sibi robore letum.  
 foedus Lucanis pronoluitur ursus ab antris,  
 quid nisi pondus iners stolidique [ferocia mentis]?  
 actus aper saetis iram denuntiat hirtis 60  
 et ruit oppositi nitens in uulnera ferri  
 pressus et emisso moritur per uiscera telo.  
 altera pars fidens pedibus dat terga sequenti,  
 ut pauidi lepores, ut fuluo tergore dammae  
 et cauto fugiens ceruus sine fine timore. 65  
 hic generosus honos et gloria maior equorum ;

*Halieutica* a Plinio, in P(arisino 8071) V(indobonensi 277) *Ouidi uersus de piscibus et feris* appellantur. initium periisse uidetur. 1 *Pracepit* Birt. 2 *nempe* Burm., *namque* P V. 5 *scorpius* P, *scurpius* V, sed uid. 116. 8 *pernicemque* Birt. 10 *sin* initio uersus ponit V, inter uu. 9, 11 in marg. addit P, *si nassa captus de spe, piscator et ipse* Birt post Vlitium qui con. *nassa*. 11 *adsumptamque* edd. uett., *adsamptaque* P V Riese, *adsumtamque* Vlitius Birt. *escan* V teste Haupt, *esca* Riese. 13 *sed* uulg., *sub* P V. 15 *aliquis* P V, *alios* Birt praeter necessitatem. *dum praenatat arto* Heins., *dum pronata reto* P, *dampno nataret* V, d. p. *extra* Pithoeus Gütth(ing). 17 *ita* P, *lita* V, *ita tandem* Heins., *citato* Riese, *laccetit* Birt. 18 *liber seruato* Heins. Merk., *uber seruato* V, *uberer uato* P, *uindex* s. C. Schenk, Gütth., *uerbere* Riese. *ciue* Heins., *que(m)* P V. *resaltat* Vlitius, *resultet* P V. 19 *suepia* V. 20 *hilla* Birt. *rapetis* P V. 21 *illa eruorem* edd. uett., *illa c* V, *illat* P, *uicet* Vlitius, addiderim *humorem* uersu hypermetro Haupt quem secuti sunt Merk. Riese. 24 *ridet* P, *sedet* V, corr. Pantagathus. 25 lacunam sic expleuit Birt in *foueaque iacens abi rete leuatar*. 26 *asta* Birt. *diludit* P V, corr. Heins. 27 *et more ferox etreti—teri* P V. 28 *conixa* Merk. Riese, *connextat* P, *connextat* V, *conaxa* Haupt. 30 *exemplo qui* P V, corr. Heins. *interaenit una* V, *int uenitura* P, corr. Bersmann. 32 *haec* V, *hec* P. *praelia* Birt. 33 *et sub. pressas* Birt. *ut—sumat mutetque* Hemsterhuys. 38 *et* P. 39 *ira. aere* Birt. 40 *discussus* P V. 44 *auxiliumque suam* Postgate, *auxiliumque sui* P V, cf. Met. I 30, *auxiliuq. sui* Haupt. <sup>no</sup> *uersu* V, *mouersu* P. 45 post hunc u. lacunam statuit Birt quam sic explet: *amplius os hamo uorat eroditque ita linum*. 49-81 hos uu. secludit Heins. ut plane aliunde petitos. 51 *mentis* edd., *mestes* V, m. . . s P, 'an Martis?' Haupt. 52 *illa sequi* Postgate, *ipsa sequi* P V, quod corruptum esse iudicarunt Merk. (qui con. *quati*) Birt (*suepta sequi*) Schenk. 55 'locus plane desperatus' Schenk. *quodq;* P. *sibi latior ardi* P. 57 *procidit* Burmann Haupt uulg., *prodedit* P V, *prorait* Gesnerus, Gütth. 59 *stolidique* P V, *stolidaque* edd. *ferocia mentis* ex u. 51 inlatum ut censet Postgate qui *audacia cordis* con. 61 *et ruit* Vlitius, *sed ruit* Birt, *seruit* P V. 65 post hunc u. 52 iteratur in P V. 66 *hic. hinc* Heins.



# P. OVIDI NASONIS

## QVI FERTVR

### I B I S

<p><b>T</b>EMPUS ad hoc lustris bis iam mihi quinque peractis omne fuit Musae carmen inerme meae ; nullaque, quae possit, scriptis tot milibus extat littera Nasonis, sanguinolenta legi ; nec quemquam nostri nisi me laesere libelli, 5 artificis periit cum caput Arte sua. unus, et hoc ipsum est iniuria magna, perennem candoris titulum non sinit esse mei. quisquis is est, nam nomen adhuc utcumque tacebo, cogit inassuetas sumere tela manus. 10 ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus non sinit exilio delituisse meo, vulneraque immitis requiem quaerentia uexat, iactat et in toto nomina nostra foro, perpetuoque mihi sociatam foedere lecti 15 non patitur miseri funera flere uiri. cumque ego quassa meae complectar membra carinae, naufragii tabulas pugnat habere mei. et, qui debuerat subitas extinguere flammam, hic praedam medio raptor ab igne petit. 20 nititur ut profugae desint alimenta senectae. heu quanto est nostris dignior ipse malis. di melius, quorum longe mihi maximus ille est qui nostras inopes noluit esse uias. huic igitur meritas grates, ubicumque licebit, 25 pro tam mansueto pectore semper agam. audiat hoc Pontus. faciet quoque forsitan idem terra sit ut propior testificanda mihi. at tibi, calcasti qui me, uiolentem, iacentem, quod licet et misero, debitus hostis ero. 30 desinet esse prius contrarius ignibus umor, iunctaque cum luna lumina solis erunt, parsque eadem caeli Zephyros emittet et Euros, et tepidus gelido flabit ab axe Notus, et uer autumnno, brumae miscbebitur aestas, 37 atque eadem regio uesper et ortus erit, 38 et noua fraterno ueniet concordia fumo 35 quem uetus accensa separat ira pyra, 36 quam mihi sit tecum positus, quae sumpsimus, armis 39 gratia, commissis, improbe, rupta tuis. 40 pax erit haec nobis, donec mihi uita manebit, 43 cum pecore infirmo quae solet esse lupis.</p>	<p>pugnabunt arcu dum Thraces, Iazyges hasta, 135 dum tepidus Ganges, frigidus Hister erit, robora dum montes, dum mollia pabula campi, dum Tiberis liquidas Tuscus habebit aquas, tecum bella geram ; nec mors mihi finiet iras, saeua sed in manis manibus arma dabit. 140 prima quidem coepto committam proelia uersu, 45 non soleant quamuis hoc pede bella geri. utque petit primo plenum flauentis harenae nondum calfacti militis hasta solum, sic ego te nondum ferro iaculabor acuto, protinus inuisum nec petet hasta caput, 50 et neque nomen in hoc nec dicam facta libello, teque breui qui sis dissimulare sinam. postmodo, si perges, in te mihi liber iambus tincta Lycambeo sanguine tela dabit. nunc, quo Battiaedes inimicum deuouet Ibin, 55 hoc ego deuoueo teque tuosque modo. utque ille, historiis inuoluam carmina caecis, non solem quamuis hoc genus ipse sequi. illius ambages imitatus in Ibide dicar oblitus moris iudiciumque mei. 60 et, quoniam qui sis nondum quaerentibus edo, Ibidis iterea tu quoque nomen habe. utque mei uersus aliquantum noctis habebunt, sic uitae series tota sit atra tuae. haec tibi natali facito Ianique Kalendis 65 non mentituro quilibet ore legat. di maris et terrae, quique his meliora tenetis inter diuersos cum Ioue regna polos, huc precor huc uestras omnes aduertite mentes et sinite optatis pondus inesse meis. 70 ipsaque tu tellus, ipsum cum fluctibus aequor, ipse meas aether accipe summe preces, sideraque et radii circumdata solis imago lunaque, quae nunquam quo prius orbe micas, noxque tenebrarum specie reuerenda tuarum, 75 quaeque ratum triplici pollice netis opus, quique per infernas horrendo murmure ualles imperuratae laberis annis aquae, quasque ferunt torto uitatis angue capillis carceris obscuras ante sedere fores ; 80 uos quoque plebs superum Fauni Satyrique Laresque Fluminaque et Nymphae semideumque genus,</p>
---	---

9 *latebit* F(rancofurtanus) T(uronensis) X(Parisinus). 11 sq. affert Eutyches G L K V 475. 11 *gelidas*—oras Eut. 12 suo P(hillippicus) Eut. 14 *uerba canina* F T X ex 232. 15 sq. post 13 exhibit P. 16 *miscr. uiri* G(aleanus) praeter rem. 22 *est* rectius om. s. *ille* G H(olkhamicus) V(indobonensis) X. 27 *audiat* G, *audiet* cett. 30 *quod, qua* G, *quam* P. et P, *hei* F H T V, *heu* G X. 31—44 extant omissis 35, 36, 41, 42 in Atr(ebatensi defloratione) et Par(isina deflor.) et omissis 32, 33, 35, 36, 41, 42 in Brit(annici musei deflor.). 35 sq. post 38 transp. s. Schrader. 36 *quem* s, *quam* O (= F G H P T V X). 41 sq. = 133 sq., om. hoc loco G P cum deflorationibus, habent cett., ante 39 collocat F. 43 sq. extant in Bod(eiana deflor.). 43 *donec mihi* O, *semper dum* Atr. Par. Brit. Bodl. 135—140 post 44 transp. Housman ; extant in Atr. Par. 135 *iaziges* Atr., *iatiges* Par., *iapiges* T, *iapides* peioraue cett. 137 *pab. mol.* P X, *mitia pab.* G, cf. Met. VII 284. 139 *tec. bel. ger.* G, *bel. ger. tec.* cett. Atr. Par. 140 *dabit* Heinsius, *dabo* O Atr. Par., *inde meis m. a.* dabo C. Schenkl. 49 *fer. non.* F P. 61 *qui* P V X, *quis* cett. 65 *facito. festo* G, *faxo* Heinsius. 69 *nunc precor* G T. 76 et 77 transp. V. 76 *netis* T, *nectis* (nectit V) cett.



denique ab antiquo diui ueteresque nouique in nostrum cuncti tempus, adeste, chao, carnina dum capiti male fido dira canentur et peragent partes ira dolorque suas. annuite optatis omnes ex ordine nostris, et sit pars uoti nulla caduca mei. quaeque precor fiant, ut non mea dicta sed illa Pasiphaes generi uerba fuisse putet. quasque ego transiero poenas, patiatur et illas : plenus ingenio sit miser ille meo. neue minus noceant fictum execrantia nomen uota, minus magnos commoueantur deos, illum ego deuouco quem mens intellegit Ibin, qui se scit factis has meruisse preces. nulla mora est in me : peragam rata uota sacerdos. quisquis ades sacris, ore fauete, meis. quisquis ades sacris, lugubria dicite uerba et fletu madidis Ibin adite genis. omnibusque malis pedibusque occurrite laeuis, et nigrae uestes corpora uestra tegant. tu quoque quid dubitas ferales sumere uitas ? iam stat, ut ipse uides, funeris ara tui. pompa parata tibi est : uotis mora tristibus absit : da iugulum cultris hostia dira meis. terra tibi fruges, amnis tibi deneget undas, deneget afflatus uentus et aura snos. nec tibi sol calidus nec sit tibi lucida Phoebae : destituam oculos sidera clara tuos. nec se Vulcanus nec se tibi praebat aer, nec tibi det tellus nec tibi potius iter. exul inops erres alienaque limina lustras exiguumque petas ore tremente cibum. nec corpus querulo nec mens uacet aegra dolore, noxque die grauior sit tibi, nocte dies. sisque miser semper nec sis miserabilis ulli : gaudeat aduersis femina uirque tuis. accedat lacrimis odium, dignusque puteris qui, mala cum tuleris plurima, plura feras. sitque, quod est rarum, solitro defecta fauore, fortuna facies inuidiosa tuae. causaque non desit, desit tibi copia mortis : optatam fugiat uita coacta necem. luctatusque diu cruciatus deserat artus spiritus et longa torqueat ante mora. euenient. dedit ipse mihi modo signa futuri Phoebus, et a laeua maesta uolant uis. certe ego, quae uoueo, superos motura putabo speque tuae mortis, perfide, semper alar. et prius hanc animam nimum tibi, saeuae, petitam auferet illa dies quae mihi sera uenit, quam dolor hic unquam spatio euanescere possit, leniat aut odium tempus et hora meum. tum quoque, cum fuero uacuas dilapsus in auras, exanguis mores oderit umbra tuos. tum quoque factorum ueniam memor umbra tuorum, insequar et uultus ossea forma tuos. siue ego, quod nolim, longis consumptus ab annis, siue manu facta morte solutus ero, siue per immensas iactabor naufragus undas, siue pergrinae carpent mea membra uolucres,	siue meo tinguent sanguine rostra lupi, siue aliquis dignatus erit supponere terrae et dare plebeio corpus inane rogo, quidquid ero, Stygiis erumpere nitar ab oris et tendam gelidas ultor in ora manas. me uigilans cernes, tacitis ego noctis in umbris excitiam somnos uisus adesse tuos. denique quidquid ages, ante os oculosque uolabo et querar, et nulla sede quietus eris. uerbera saeua dabunt sonitum nexaeque colubrae : conscia fumabunt semper ad ora faces. his uiuis furis agitabere, mortuus idem ; et breuior poena uita futura tua est. nec tibi continget funus lacrimaeque tuorum : indeploratum prociere caput. carnificisque manu populo plaudente traheris, infixusque tuis ossibus uncus erit. ipsae te fugient, quae carpunt omnia, flammae : respuet inuisum iusta cadauer humus. ungubus et rostro tardus trahet ilia uultur, et scindet auidi perfida corda canes. deque tuo fiet (licet hac sis laude superbus) insatiabilibus corpore rixa lupis. in loca ab Elysiis diuersa fugabere campis, quasque tenet sedes noxia turba, coles. Sisyphus est illic saxum uolensque petensque, quique agit rapidae uinctus ab orbe rotae, quaeque gerunt ueris perituras Belides undas, exulis Aegypti, turba eruenta, murus ; poma pater Pelopis praesentia quaerit et idem semper eget liquidis semper abundat aquis ; iugeribusque nouem summus qui distat ab imo uisceraeque assidue debita praebet ani. hic tibi de Furiis scindet latus una flagello, ut secleres numeros confiteare tui, altera Tartareis sectos dabit anguibus artus, tertia fumantes incoquet igne genas. noxia mille modis laecribitur umbra, tuasque Aeacus in poenas ingeniosis erit. in te transcribet ueterum tormenta reorum : sontibus antiquis causa quietis eris. Sisypho, cui tradas reuolubile pondus habebis : uersabunt celeres nunc noua membra rotae. hic et erit ramos frustra qui captet et undas : hic inconsumpto uiscere pascet auis. nec mortis poenas mors altera finiet huius, horaque erit tantis ultima nulla malis. inde ego pauca canam, frondes ut siquis ab Ida aut summam Libyco de mare carpat aquam. nam neque, quot flores Sicilia nascantur in Hybla, quotue ferat, dicam, terra Cilisia crocos, nec, cum tristis hiemps Aquilonis inhorruit alis, quam multa fiat grandine canus Atrhus. nec mala uoce mea poterunt tua cuncta referri, ora licet tribuas multiplicata mihi. tot tibi uae misero uenient talesque ruinae, ut cogi in lacrimas me quoque posse putem. illae me lacrimae facient sine fine beatum : dulcior hic risu tum mihi fletus erit. natus es infelix, ita di uolucere, nec illa commoda nascenti stella lenius fuit.	85 90 95 100 106 110 116 120 125 130 141 146 150 155 160 165 170 175 180 185 190 195 200 205 210
--	--	--

84 *chao* ed. Rubi an. 1474, *chori* (*thori* H) O. 85 *canentur* T, *canantur* H, *canuntur* cett. 86 *peragent* PT, *peragant* HX, *peragunt* cett. 88 *pars* sit G P V X. 94 *ue. que* G T. 96 *scit* se F G. 98 et 99 *ales* G X, *adest* cett. 98 *meis. rogo* P, *precor* T, *faucere* uelo H. 101 *nominibusq.* V. 103 *uestes* G H T (de X siletur). 107 126 habent Atr. Par. ; 107-118, 120, 123-126 Brit. et omisso 126 Boll. 109 *calidus* Atr. Par. Brit. Bodl., *clarus* O. 119 *accipias* Atr. Par. ; fort. *adicias. putere* T X, *putare* Par. (de P Atr. siletur). 121 *deserat* V Atr. Par. 125 *deserat* T V, *spiritus* cett. cum *dehor.* 126 *spiritus* T V, *deserat* cett. Atr. Par. Brit. 130 *passime* G P X. post 130 (post 132 in F V) seuntur in O haec *finiet illa dies que te mihi subtrahet olim finiet illa dies que mihi tarda uenit* : del. Heinsius. 131 sq. om. G. 131 *saeue* Heinsius, *saepe* O. 132 *sera* O, *tarda* = fort. recte. 133 sq. om. hoc loco V, habet ante 43. 135-140 post 44 transp. Housman. 141 sq. habet Par., 141-144 Atr. 141 *tunc* F G H Atr., *tu* V X, *nunc* Par. 142 *exanguis* T, *exanimis* cett. Atr. Par. *manes* F T. 143 *tunc* G H, *tu* V X. 145 *nolim* =, *nollem* O. 148 *corpora* F H T. 155-158 habet Atr. 155 *noctis in. conditus* P X (de Atr. siletur). 157 sq. habet Par. 159 *saeua. torua* F, *torta* V. *colubre* G sicut con. Merkel, *colubris* cett. 169 *cruidus* Heinsius probabiliter. 173 *uocabere* G. 174 *tenet* V, *impia* G. 177 sq. del. Schrader. 178 *egypti* =, *egypti* (*egypti* H) O. 179 *coptat* F T ex 193. 181 sq. ponendi uidentur inter 176 et 179. 189 *reorum* Heinsius coll. Sen. H. F. 580 et Claud. in Rufin. H 495, *uirorum* O. 190 *sontibus* Heinsius, *omnibus* (*manibus* F) O. 193 *erit* et G P X. ante 197 inserendi uidentur 203 sq. 197 ab G T V, in cett. 199 *nascantur* V, *nascuntur* cett. 200 *cyllissa* H, *cilissa* peioraue cett. 208 *tunc* G H T V. 210 *ue* G V, *que* cett.

non Venus affulsit, non illa Iuppiter hora, lunaque non apto solque fuere loco. nec satis uiliter positos tibi praebuit ignes quem peperit magno lucida Maia Ioui. te fera nec quicquam placidum spondentia Martis sidera presserunt falcaferique senis. 216 lux quoque natalis, nequid nisi triste uideres, turpis et inductis nubibus atra fuit. haec est, in fastis cui dat grauis Allia nomen; quaeque dies Ibin, publica damna tulit. 220 qui simul impura matris prolapsus ab aluo Cinyphian foedo corpore pressit humum, sedit in aduerso nocturnus culmine bubo funereoque graues edidit ore sonos. profinx Eumenides lauere palustribus undis, qua caua de Stygiis fluxerat unda uadis, pectoraque unxerunt Erebeae felle colubrae terque cruentatas increpue re manus, gutturaque imbuerunt infantia lacte canino: hic primus pueri uenit in ora cibus. 230 perbibit inde suae rabiem nutriticis alumnus, latrat et in toto uerba canina foro. membraque uinxerunt tinctis ferrugine pannis, a male deserto quos rapere rogo, et, ne non fultum nuda tellure iaceret, molle super silices imposuere caput. 235 iamque recessurae uiridi de stipte factas admorunt oculis usque sub ora faces. flebat ut est fumis infans contactus amaris; de tribus est cum sic una locuta soror: 'tempus in immensum lacrimas tibi monimus istas, quae semper causa sufficiente cadent.' dixerat: at Clotho iussit promissa ualere, neu it infesta stamina pulla manu, et, ne longa suo praesagia diceret ore, 'fata canet uates qui tua' dixit 'erit.' ille ego sum uates: ex me tua uulnera disces, dent modo di uires in mea uerba suas; carminibusque meis accedent pondera rerum, quae rata per luctus experiere tuos. 250 neue sine exemplis aeu cruciari prioris, sint tua Troianis non leuiora malis. quanta clauigeri Poentique Herculis heres, tanta uenenato uulnera crure geras. nec leuius doleas quam qui bibit ubera ceruae armatique tulit uulnus, inermis opem, 255 quique ab equo praiceps in Aleia decidit arua, exitio facies cui sua paene fuit. id quod Amyntorides uideas trepidumque ministro praetemptes baculo luminis orbus iter. 260 nec plus aspicias quam quem sua filia rexit, expertus scelus est cuius uterque parens; qualis erat, postquam est iudex de lite iocosa sumptus, Apollinea clarus in arte senex, qualis et ille fuit, quo praecipiente columba 265 est data Palladiae praecua duxque rati, quique oculis caruit, per quos male uiderat aurum, inferias nato quos dedit orba parens; pastor ut Aetnaeus, cui casus ante futuros	Telemns Eurymides uaticinatus erat; 270 ut duo Phinidae, quibus idem lumen ademit qui dedit; ut Thamyrae Demodocique caput. sic aliquis tua membra seceat, Saturnus ut illas subsecuit partes unde creatus erat. nec tibi sit timidus melior Neptunus in undis, 275 quam cui sum subitae frater et uxor aues, sollertique uiro, lacerae quem fracta tenentem membra ratis Semeles est miserata soror. nel tua, ne poenae genus hoc cognouerit unus, uiscera diuersis scissa ferantur equis. 280 uel, quae qui redimi Romano turpe putauit a duce Puniceo pertulit, ipse feras. nec tibi praesidio sit praesens numen, ut illi cui nil Hercei profuit ara Iouis. utque dedit saltus de summa Thessalus Ossa, 285 tu quoque saxoso praecipitere iugo. aut uelut Enrylochi, qui sceptrum cepit ab illo, sint artus audis anguibus esca tui. uel tua maturet sicut Minoa fata per caput infusae feruidus umor aquae. 290 [utque parum mitis, sed non impune, Prometheus aeris uolucres sanguine fixus alas.] aut, ut Erechthides magno ter ab Hercule uictus, caesus in immensum prociare fretum. aut, ut Amyntiaden, turpi dilectus amore 295 oderit et saeuo uulneret ense puer. nec tibi fida magis miserici poula possint, quam qui cornigero de Ioue natus erat. more uel interea capti suspensus Achaei, qui miser aurifera teste pendit aqua. 300 aut, ut Achillidae cognato nomine clarum, opprimat hostili tegula iacta manu. nec tua quam Pyrrhi felicius ossa quiescant, sparsa per Ambracias quae iacuere uias. nataque ut Aeacidae iaculis moriaris adactis: 305 non licet hoc Cereri dissimulare sacrum. utque nepos dicti nostro modo carmine regis, cantharidum sucos dante parente bibas. aut pia te caeso dicatur adultera, sicut qua cecidit Leucon iudice dicta pia est. 310 inque pyram tecum carissima corpora mittas, quem finem uitae Sardanapallus habet. utque Iouis Libyci templum uiolare parantes, acta Noto uultus condat arena tuos. utque necatorum Darei fraude secundi, 315 sic tua subsidens deuoret ora cinis. aut, ut oliuifera quondam Sicyone profecto, sit frigus mortis causa fameseque tuae. aut, ut Atarnites, insutus pelle iuueni turpiter ad dominum praeda ferare tuum. 320 inque tuo thalamo ritu iugulere Pheraei qui datus est leto coniugis ense suae. quosque putas fidos, ut Larisaens Aleuas, uulnere non fidos experiare tuo. utque Milo, sub quo cruciata est Pisa tyranno, 325 uiuus in oculatas praecipiteris aquas. quaeque in Adimantium phyleisia regna tenentem a Ioue uenerunt, te quoque tela petant.
---	---

211 *effulsit* T, *illucit* G. 220 interpunxit Housman (eaeque dies, quae Ibin tulit, publica damna tulit, sc. cladem Alliensem: cf. Remed. 220). 221 *impure* G H, *impurae* τ. *aluo* T X<sup>1</sup>, *aluo est* cett. 225 *undis*. fort. *antris*; *paludibus* udis Saluagnius. 229 *imbuerunt* τ, *imbuerant* O. 233 *uinxerunt* T, *uinxerunt*, *unxerunt*, *tinxerunt* al. 239 *inf. fum.* HPV. 249 *accident* τ, *accendant* O. 250 *experiare* F. 253 *heros* G T. 256 *armatig.* ed. uet. apud Micylum, *armatisq.* P, *armatusq.* cett. *uulnus* V, *uulvus* cett. *inermis opem* eadem ed. uet., *inermis potens* O. 257 *in Aleia* Heinsius, *aliena* in HPX, *alienis* cett., fuisse qui legerent in *Aleis* tradit Constantius Fanensis. *ineidit* FTV, *aruis* FTV, *armis* G. 259 *trepidumq.* P T, *trepidusq.* (trepidusq. V) cett. 265 *ille* G H, *ipse* cett. 270 *Thelemus* V, *Telemus*, *Telephus* similia cett. 271 *et* G P T. 272 *ut* F, *et* cett. *demodociq.* τ, *denodosiq.* C(onradus de Mure), *demodofiq.* peioraue O. 275 *mel.* tum. FHV, *tum. tibi sit mel.* T. 281 *redemi* C bis. 282 *Puniceo* non Ouidianum, *Cinyphio* τ. 284 *ereci* τ, *rethci* (ethei P, etherei T) O. 285 *de.* e P T X, a G. 287 *euiloci*, *euiloco*, *euiloci*, *erolli*, *yrioni* O. 291 sq. ante 289 exhibet H. del. Saluagnius, Bentley, cf. 543 sq. 291 *mitis. fidus* F, *parens ignis* Nettleship. 292 *corpore* FHV, *pasee* tuo FGHV (de X siletur). 293 *Erechthides* Ellis, *ethreclides* G, *echeeratides*, *eeratides*, *eratides* al., *uelut Euryerates* Burmann. *uictus* C T, *quintus* cett. 296 *uerberet* G, fort. *uolneret*. 301 *Achilleidae* Saluagnius, *achilliden* O. 306 *sacrum. nefas* FH. 308 *cantharidum* G P X, *tantaridum* H, *Thessalidum* sim. cett. *matre parante* G. 313 sq. post 316 exhibet X. 316 *succedens* G, *succedens* X fort. recte. *ossa* G. 319 *atharnites* F, *acarnites*, *atarnides* sim. cett. 323 *Aleuas* τ Scaliger, *alebas* (alepas F) O. 325 *Pisa. ipsa* F, *roma* G. 327 *philesia*, *phylesia*, *phillesia* (phiseia H) O, *philacia* C, *Aphidantium Phylacesia* uel *Phialesia* (praestat *Phialeia*) Ellis, quod si uerum est delendi erunt 473 sq. 328 a O, ab τ.

aut, ut Amastriaeis quondam Lenaeus ab oris,  
 nudus Achillea destituaris humo. 330  
 utque vel Eurydamas ter eorum busta Thrasylli  
 est Larisaeis raptus ab hircu rotis,  
 uel qui quae fuerat tutatus moenia saepe  
 corpore lustrauit non diuturna suo,  
 utque nouum passa genus Hippomeneide poenae 335  
 tractus in Aetaea fertur adulter humo,  
 sie, ubi uita tuos inuisa reliquerit artus,  
 ultores rapiant turpe cadauer equi.  
 solaque Limone poenam ne senserit illam, 459  
 et tua dente fero uiscera carpat eqs. 460  
 utque ferox Phalaris, lingua prius enae reseeta 439  
 more bouis Paphio clausus in acre gemas. 440  
 aut, ut Cassandrens domino non mitior illo, 461  
 saucius ingesta eorum uulneris humo. 462  
 uiscera sie aliquis scopulus tua figat, ut olim 339  
 fixa sub Euboico Graecia fuere sinu.  
 utque ferox perit et fulmine et aequore raptor,  
 sic te mersuras adiunct ignis aquas.  
 mens quoque sie furis uecors agitur, ut illi  
 unum qui toto corpore uulnus habet,  
 utque Dryantiadae Rhodopeia regna tenenti, 345  
 in gemino dispar cui pede cultus erat;  
 ut fuit Oetaeo quondam generoq; draconum  
 Tisamenique patri Callirhoesque uiro.  
 nec tibi contingat matrona pudicior illa  
 qua potuit Tydeus crubuisse nurn,  
 quaeque sui uenerem iunxit cum fratre marito 350  
 Locris in anellae dissimulata nece.  
 tam quoque di faciant possis gaudere fideli  
 coniuge quam Talai Tyndareique gener,  
 quaeque parare suis letum patriuilibus ausae 355  
 Belides assidua colla premuntur aqua.  
 Byblidos et Canaces, sicut facit, ardent igne  
 nec nisi per crimen sit tibi fida soror.  
 filia si fuerit, sit quod Pelopea Thyestae,  
 Myrrha suo patri Nyctimeneque suo. 360  
 neue magis pia sit capitiq; parentis amica  
 quam sua uel Pterelae, uel tibi, Nise, fuit,  
 infamemque locum sceleris quae nomine fecit,  
 pressit et inductis membra paterna rotis.  
 ut iuuenes pereas quorum fastigia uultus 365  
 membraque Pisaecae sustinere foris,  
 ut qui perusam miserorum saepe procorum  
 ipse suo melius sanguine tinxit humum;  
 proditor ut saeni perit auriga tyranni  
 qui noua Myrtoae nomina fecit aquae, 370  
 ut qui uelocem frustra petiere puellam  
 dum facta est pomis tardior illa tribus,  
 ut qui tecta noui formam eclantia monstri  
 intrarunt caecae non redeunda domus,  
 ut quorum Aeaides misit uiolentis in altum 375  
 corpora eum senis altera sena rogam,

ut quos obsenri uietos ambagibus oris  
 legimus infandae Spyinga dedisse neci,  
 ut qui Bistoniae templo cecidere Mineruae,  
 propter quos acies nune quoque tecta deaest, 380  
 ut qui Threicii quondam praesaepia regis  
 fecerunt dapibus sanguinolenta suis,  
 Therodamanteos ut qui sensere leones  
 quique Thoanteae Taurica sacra deae,  
 ut quos Seylla uorax Scyllaeque aduersa Charybdis  
 Dulichiae pauidos eripere rati, 386  
 ut quos demisit nastam Polyphemus in aluum,  
 ut Laestrygonias qui subiere manus,  
 ut quos dux Poenus misit putealibus undis  
 et facto canas puluere fecit aquas; 390  
 sex bis ut Icaridos famulae periere prociq;  
 inque caput domini qui dabat arma procis;  
 ut iacet Aonio luctator ab hospite fusus  
 qui, mirum, uictor, cum cecidisset, erat,  
 ut quos Antaei fortes pressere laerti 395  
 quosque ferae morti Lennia claua dedit,  
 ut qui post longum, sacri monstrator iniqui,  
 elicit pluuias uictima caesus aquas;  
 frater ut Antaei, quo sanguine debuit, aras  
 tinxit et exemplis occidit ipse suis; 400  
 ut qui terribiles pro gramen habentibus herbis  
 impius humano uiscere pauit equos,  
 ut duo dinersis sub eodem iudice caesi  
 uulneribus, Nessus Dexamenique gener,  
 ut pronepos, Saturne, tuus, quem reddere uitam 405  
 urbe Coronides midit ab ipse sua,  
 ut Sinis et Sciron et cum Polypemone natus  
 quique homo parte sui parte iuuenens erat,  
 quique trabes pressas ab humo mittebat in aras  
 acquoris aspiciens huius et huius aquas, 410  
 quaeque Ceres lacto uidit percutia multa  
 corpora Thesea Cereyone manu.  
 haec tibi, quem meritis precibus mea deuouet ira,  
 euenient aut his non leuiora malis.  
 qualis Achaemenidae, Sieula desertus in Aetna 415  
 Troica cum uidit uela uenire, fuit,  
 qualis erat nec non fortuna binominis Iri,  
 quique tenent pontem, spe tibi maior erit.  
 filius et Cereris frustra tibi semper anctur  
 destituaque tuas usque petitus opes. 420  
 utque per alternos unda labente recursum  
 subtrahitur presso mollis harena pedi,  
 sic tua nescioqua semper fortuna liqueat  
 lapsaque per medias effluit usque manus.  
 utque pater solitae uarias mutare liguras, 425  
 plenus inextincta conficiare fame.  
 nec dapis humanae tibi erunt fastidia, quaque  
 parte potes Tydeus temporis huius eris.  
 atque aliquid facies, a nespere rursus ad ortus  
 cur externati solis agantur equi. 430

329 *Ieneus* T, *Ienneus*, *Ienneus* cett. 335 *passu* ed. Aldina pr. au. 1502, *passu* est O. *Hippomeneide* Aldina, *ypomeneida* P, *hypomeneida*, *hipomeneida* sim. cett. 336 *in aetna* TVX, *et aetna* cett., *Erechthide* Heinsius, cf. Stat. Theb. XII 471 MSS. 459 sq. post 338 transp. Housman. inter 338 et 339 exhibet 439 sq. 461 sq. T, eosdem uersus sed praepositis 637 sq. F H V, uolus 637 sq. G P, nihil X. 461 *cassandrens* F, *cassandrus*, *cassandra* ed. dominus F P X. 344 *qui—habet. cui—erat* (erat G) F. 345 *dryantiadae* F G, *driantide* (es P) cett. 347 *aetna* P T. 348 *Tisameniq.* τ. *Tesimaniq.* sim. O. *callirhoesq.* τ, *callirhoesq.* G, *callirhoesq.* O. 351 *uenerit* II, *uen. uen.* T V. 355 sq. del. Schrader. 355 *necnon uisceris* T, cf. Met. IV 461, A. A. 173. 357 *facit* τ, *facis* O. 359 *thyestae* τ, *thyesti* O, cf. 527, 545. 361 *filia neue magis capiti sit fida parentis* P T X. 362 *suu. tua* F T, *tibi* II. *pterde* P, *ptelen*, *terde* ad. 365 *uestigia* G, *proiecta cadavera quorum* V. 366 *membraque* T, *brachia* F G H, *oraeque* X, *quorum* P X, *foris* τ, *fores* O. 367 *sape* F G X, *cede* cett. 372 *capta* G P X. 374 *adnuda* τ. 375 *altis* P X, *ortus* G. 376 *uolus* F G P X. 377 *obscuris* P X. 380 *quos* C T, *quod* cett. *acies* Housman, *facies* O, cf. Lycophr. 988 γυνας ἀγάρμα—μυστι, Strab. p. 264 δεικνυσθαι καὶ τὴν καταμῶνον τὴν ἔσσαν. *tanta* II T. 383 *Therodamanteos* G H V, *Therodamanteos* Heinsius coll. ex Pont. I 2. 119. 385 *raptus* T. 387 *demisit* T, *dimisit* cett. 391 *sex bis* ut τ, *sexus* ut X, *sex* ut P, *et uulnt* cett. *famuli* F T V. 396 *claua* Housman, *tarba* O, cf. Met. VII 437, Hyg. fab. 158, Paus. II 1. 4, Apollod. III 16. 1. 397 *langum* F, *annum* G P T. *mostyator* II. 399 *ancei* G. 401 *sanum* esse recte negauit Saluagnius, distichon Burmanno suspectum del. Schrader. fort. *germen* (uel *germina*) *agentibus*. 402 *sanguine* H V. 404 *temporibus* G H T V. 407 *euu. de* G. *natus*. fort. *lanrus* sc. Marathonus. 409 sq. post 396 transponendi uidentur. 411 *uid. lact.* G P T X. 412 *ercionca* τ, *grionca* O. 413 *germ. que* F G H (de X silectur). *meritis precibus* F H V, cf. 96, *meritis iustis* cett., *precibus iustis* τ, cf. Met. I 377, III 406. 414 *euenient* G H T. 415 sq. post 418 exhibet V. 415 *Achaemenidae* Housman distinctione mutata, *achamenidae*, *achimeneides* cett. *claua* C F T, *ora*, *hora* cett., cf. Met. XIV 160. 418 *spe* Housman dubitauer, *que* (qui) G) O. 419 *et* Aldina pr., *ut* O. 426 *destituaere* H I T V fort. ex 420. 427 *erunt. siut* G V. 429 *facies* G H T V. *rursus* P T, *solis* cett. 430 *uolus*.

foeda Lycaoniae repetes conuiuia mensae temptabisque cibi fallere Iouem. teque aliquis posito temptet uim numinis opto ; Tantalides tu sis Threiciusque puer. et tua sic latos spargantur membra per agros, tamquam quae patrias detinere uias. aere Perilleo ueros imitere iuencos ad formam tauri conueniente sono. dumque redire uoles acui melioris in annos, ut uetus Admeti decipiare socer. aut eques in medii mergare uoragine caeni, dum modo sint fati nomina nulla tui. atque utinam pereas, ueluti de dentibus orti Sidonia iactis Graia per arua manu. et quae Pitthides fecit de fratre Medusae eueniant capiti uota sinistra tuo, et quibus exiguo uolucris deuota libello est, corpora proiecta quae sua purgat aqua. uulnera totque feras quot dicitur ille tulisse cuius ab inferiis culter abesse solet. attonitusque seces, ut quos Cybeleia mater incitat, ad Phrygios uilia membra modos. deque uiro fias nec femina nec uir, ut Attis, et quatiás molli tympana rauca manu. inque pecus subito magna uertare parentis, uictor ut est celeri uictaque uersa pede. aut ut Abantiades, aut ut Cyeneius heros, clausus in aequoreas praecipiteris aquas. uictima uel Phoebo sacras materis ad aras, quam tulit a saeuo Theodotus hoste necem. aut te deuoueat certis Abdera diebus saxaque deuotum grandine plura petant. aut Iouis infesti telo feriare trisulco, ut satus Hipponoo Dexionesque pater, ut soror Antonoos, ut cui matertera Maia, ut tenere optatos qui male rexit equos, ut ferus Aeolides, ut sanguine natus eodem, quo genita est liquidis quae caret Arctos aquis. ut Macedon rapidis ictus cum coniuge flammis, sae precor aetherii iudicis igne cadas. praedaque sis illis, quibus est Latonia Delos ante diem raptu non adeunda Thaso, quique uerecundae speculantem labra Dianae quique Crotopiaden diripere Iunim. neue uenenato leuius feriaris ab angue quam senis Oeagri Calliopesque nurus, quam puer Hypsipyles, quam qui caua primus acuta cuspidi suspecti robora fixit equi. neue gradus adeas Elpenore cautiús altos, uimque feras uini quo tulit ille modo. tamque cadas domitus quam quisquis ad arma uo- cantem iuuuit inhumantum Thiodamanta Dryops,	quam ferus ipse suo perit mactatus in antro proditus inclusae Cacus ab ore bouis, quam qui dona tulit Neseo tincta ueneno Euboicasque suo sanguine tinxit aquas. uel de praecipiti uenias in Tartara saxo, ut qui Socraticum de nece legit opus, ut qui Theseae fallacia uela carinae uidit, ut Iliaca missus ab arce puer, ut teneri nutrix eadem et matertera Bacchi, ut cui causa necis serra reperta fuit, liuida se scopulis ut uirgo misit ab altis, dixerat inuiso quae mala uerba deo. feta tibi occurrat patrio popularis in aruo sitque Phalaeceae causa laena necis. quique Lycurgiden letauit et arbore natum Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper. isque uel exanimis faciat tibi uulnus, ut illi, ora super fixi quem cecidere suis. atque idem, simili pinus quem morte peremit + frigia, uenator sis Berecyntiades. si tua contigerit Minoas puppis harenas, te Coreyraem Cresia turba putet. lapsuramque domum subeas, ut sanguis Aleuae, stella Leoprepidae cum fuit aequa Iouis. utque uel Euenus, torrenti flumine mersus nomina des rapidae, uel Tiberinus, aquae. Astacidaeque modo decisa cadauere trunco, digna feris, hominis sit caput esca tuum. quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis, des tua succensae membra cremanda pyrae. inclususque necem cauea patiaris, ut ille non profecturae conditor historiae. utque repertori nocuit pugnacis iambi, sic sit in exitium lingua proterua tuum. utque parum stabili qui carmine laesit Athenin, inuisus pereas deficiente cibo. utque lyrae uates fertur perisse seuerae, causa sit exitii dextera laesa tui. utque Agamemnonio uulnus dedit anguis Orestae, tu quoque de morsu uirus habente cadas. sit tibi coniugii nos prima nouissima uitae : Eupolis hoc perit et noua nupta modo. utque coturnatum periisse Lycophrona narrant, haereat in fibris fixa sagitta tuis. aut lacer in silua manibus spargare tuorum, sparsus ut est Thebis angue creatus auo. perque feros montes tauro rapiente traharis, ut tracta est coniunx imperiosa Lyci. quodque suae passa est paellex inuita sororis, excidat ante pedes lingua ressecta tuos. conditor ut tardae, laesus cognomine, Myrrhae, orbis in innumeris inueniariae locis. inque tuis opifex, uati quod fecit Achaeo,	490 495 500 505 510 515 520 525 530 535 540
---	--	---

431 *repetens* G, *repetent* P, *repetas* H, *referens* X. 432 *temptabis*. *temptabilis* H, *temptabunt* P V. *que cibi*. *que tibi* T, *alii* V, *aliqua* G, *que aliqua* X. 434 *tu*. ut *Micyllus*. *threiciusq.* τ, *tu tereiq.* F<sup>1</sup> P T V X, *tu telciq.* G<sup>1</sup>, *tu cereiq.* C, *tindareiq.* H. 439 sq. post 438 exhibent F G P X, non H T V, uid. ad 338. 443 *aut* G, *utque* T, *atque* cett. 444 *fati* V, *facti* cett. 447 *Pittheides* Saluagnius, *penthides* (*pentelides* T) O. *de fratre*. *fraterque* G P X. significatur Hippolytus Medusae Phorenyidos frater patruelis (cf. Seru. ad Verg. A. V 824), non obstantibus 577 sq. 449 *et* T, *ut* V, *ex* cett. *est* om. F G P, post *exiguo* habet V (de X siletur). 450 *postica* Postgate. 455 *nec uir nec fcm.* F H fort. recte. 459 sq. post 338 transp. Housman. 461 sq. ante 463 exhibent F G P X, non H T V, uid. ad 338. 463 *cigneus* τ, *cigneus* C, *ligneus* G H, *lignetus* V, *lincius* F, *lincius* X, *lignisus* P T, *Lyrnesius* ed. pr. Romana an. 1471 fort. uere. 466 *Theodotus* ed. Rubei, *theodoceus* C, *theodotus* F T V, *theodorus*, *todotus*, *theadus* cett. 470 *ypponoo* H, *hipponoo* peioraue cett. *dexionesq.* G sicut con. Kinkel, *dexithoesq.* sim. cett. 471 *aut eui* G P X. *est* in fine add. F T V. 472 *ut* T, *aut* V, *et* cett. 473 *eodem sanguine nati* τ. 475 *macedon* C X, *macedo* H P V, *macedo* cett. *ictus* T X, *iaetus* C, *iaeta est* cett., *ietu est* τ, fort. *tactus* uel *tacta est*. 478 *thaso* V, *thraso*, *traso* cett. 482 *caliopesq.* P V. 483 *hypsipyles* τ, *hysiphiles* O. 485 *cautiior* F T. 488 *iuuuit* G, *iuuit* T, *luit* P, *uidit* cett. 492 *nomine fecit* G<sup>1</sup> ex 370. 497 *et* om. G H. 499 *liuida* Parrhasius, *Lindia* (*Lidia* T V) O. 500 *inuiso* τ, *inuiso* (*inuiso* T), *in uoto* H) O. *quae* G, *quod* cett. (de T X siletur). 502 *Phalaeceae* praemonstrante Parrhasio Heinsius, *paphyge* P, *paphyge* G T X, *pefayge*, *pefayce*, *pegayce* cett. 503 *effert Eulyches* G L K V 484. 507 *atque* C F H V, *sive* cett. 508 *Phitia* T, *Frixia* X, *uenator frigia* C. 509 *harcnas* F H V, *ad undas* cett. 511 *aleue* V, *alebe* cett. 512 *Leoprepidae* Scaliger, *leotropido* P, *leotepide* X, *leporide* peioraue cett. *eui* F H T X. *Iouis* Housman, cf. Hor. Carm. II 17. 22 sqq., *uiro* O, *dei* Schrader. 513 *euemus* C, *ebenus*, *hebenus*, *ebeneus* sim. O. 515 *Astacideq.* C sicut con. Sanctius, *Taeideq.* (i supra T) G, *Ytaideq.* P, *Hyrttaideq.* sim. cett. *decisa* H, *defixa* cett. *cadauere* Sanctius, *caduera* O. 517 *brotean uel brotean* (*prothea* V) O. 523 *que*. *ue* G X, om. P. *Athenin* Alciatus, *athenas* O. 525 *que* H, om. F, *ue* cett. 527 *orestae* τ, *oresti* O, cf. Trist. I 5. 22. 530 *Eupolis* O G P, corrupta cett. 531 *eccidisse* H. *licophrona* V, *licofona* F, *licophora* cett. 533 *siluis* F H. 537 *inuisa* G P. *sorori* G P X. 539 sq. del. Schrader. 539 *conditor* H T, *conitor* cett. *turdus* G P T X. *Blaesus cognomine* Cyrae Leopardus; sed significatur C. Heluius Cinna Zuyrnae scriptor, cf. Trist. III 9. 28, Plut. uit. Brut. 20. 4, Catull. 95. 1 sq. 540 fort. *urbis*.

noxia luminibus spicula condant apes.  
 fixus et in duris carparis viscera saxis,  
 ut cui Pyrrha sui filia fratris erat.  
 ut puer Harpagides referas exempla Thyestae 545  
 inque tui caecus viscera patris eas.  
 trunca geras saeuo mutilatis partibus ense  
 qualia finamerte membra fuisse ferunt.  
 utue Syracosio praestrieta fauce poetae,  
 sic animae laqueo sit uia clausa tuae. 550  
 nudaue derepta pateant tua viscera pelle,  
 ut Phrygium cuius nomina flumen habet.  
 saxiferae uideas infelix ora Medusae,  
 Cephenum multos quae dedit uia neci.  
 Potniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum 555  
 inque maris salias, Glaucus ut alter, aquas.  
 utque duobus idem dietis modo nomen habenti,  
 praefocent animae Gnosia mella uiam.  
 sollicitoque bibas, Anyti doctissimus olim  
 imperturbato quod bibit ore reus. 560  
 nec tibi, siquid amas, felicibus Ilaemone cedat,  
 utque sua Macareus, sic potiare cuncta.  
 nel uideas quod iam cum flammae tuneta tenerent  
 Hectoreus patria uidit in urbe puer.  
 sanguine probra luas, ut auo genitore creatus, 565  
 per facinus soror est eni sua facta parens.  
 ossibus inque tuis teli genus haerent illud,  
 traditur Iearii quo cecidisse gener.  
 utque loquax in equo est elisus guttur acerno,  
 sic tibi claudatur pollice nocis iter. 570  
 aut, ut Anaxarehus, pila minuaris in alta,  
 ietaque pro solitis frugibus ossa sonent.  
 utque patrem Psmathes, condant te Phoebus in ima  
 Tartara, quod natae fecerat ille suae.  
 inque tuos ea pestis eat quam dextra Coroelbi 575  
 nicit, opem miseris Argolis inque tulit.  
 utque nepos Aethrae Veneris moriturus ob iram,  
 exil ab attonitis exentiariis equis.  
 propter opes magnas ut perdidit hospes alumnus,  
 perdat ob exiguas te tuis hospes opes. 580  
 utque ferunt caesos sex cum Danaos iethone fratres,  
 intereat tecum sic genus omne tnum.  
 addidit ut fidem miseris sua funera natis,  
 sic tibi sint uitae taedia iusta tuae.  
 utue soror Pelopis, saxo dureris aborto, 585  
 ut laesus lingua Battus ab ipse sua.  
 aera si misso uacuum iaculabere disco,  
 quo puer Oeбалides ictus ab orbe caedas.  
 signa per alternos pulsabitur unda lacertos,  
 omnis Alydena sit tibi peior aqua. 590  
 comicus ut liquidus perit dum uabat in undis,  
 et tua sic Stygius strangulet ora liquor.  
 aut, ubi uentosum superaris naufragis aequor,

contacta pereas ut Palinurus humo.  
 utque coturnatum uatem, tutela Dianae, 595  
 dilaniet uigilum te quoque turba canum.  
 aut, ut Trinacrius, salias super ora Gigantis,  
 plurima qua flammis Sicanis Aetna uomit.  
 diripiantque tuos insanis unguibus artus  
 Strymoniae matres Orpheos esse ratae. 600  
 natus ut Althacae flammis absentibus arsit,  
 sic tuis ardescat stiptis igne rogus.  
 ut noua Phasiaca compressa est nupta corona,  
 utque pater nuptae cunq̄ parente domus,  
 ut error Herculeos abiit diffusus in artus, 605  
 corpora pestiferum sic tua uirus edat.  
 qua sua † penteliden proles est ulta Lycurgum,  
 haec maneat teli te quoque plaga noui.  
 utque Milo, robur diducere lisside temptes  
 nec possis captas inde referre manus. 610  
 numeribusque tuis laedaris ut Icarus, in quem  
 intulit armatas ebris turba manus.  
 quodque dolore necis patriae pia lilia fecit,  
 uincula per laquei fac tibi guttur eat.  
 obstructoque famem patiaris limine tecti,  
 ut legem poenae eni dedit ipsa parens. 615  
 illius exemplo uioles simulacra Mineruae,  
 Anlidis a portu qui leue uertit iter.  
 Naupliadaene modo poenas pro crimine ficto  
 morte luas, nec te non meruisse innet. 620  
 Aethalon ut mita spoliavit Isindus hospes,  
 quem memor a sacris nunc quoque pellit Iou,  
 utque Melanthea tenebris a caede latentem  
 prodidit officio luminis ipsa parens,  
 sic tua coniectis fodiantur viscera telis, 625  
 sic precor auxiliis impellere tuis.  
 qualis equos pacto quos fortis agebat Achilles  
 aeta Phrygi timido eat, nox tibi talis eat.  
 nec tu quam Rhesus somno meliore quiescas,  
 quam comites Rhesi tum necis, ante uiae, 630  
 quam quos cum Rutulo morti Rammete dederunt  
 impiger Hyrtacides Hyrtacidaeque eomes.  
 Clinia daene modo circumdatus ignibus atris  
 membra feras Stygiae semicremata neci.  
 utque Remo muros auso transire recentes, 635  
 noxia sint capiti rustica tela tuo.  
 denique Sarmaticas inter Geticasque sagittas  
 his precor ut uinas et moriare loeis.  
 haec tibi tantisper subito sint missa libello,  
 immemores ne nos esse querare tui : 640  
 pauca quidem, fateor ; sed di dent plura rogatis  
 multiplicentque suo nota fauore mea.  
 postmodo plura leges et nomen habentia uerum  
 et pede quo debent acria bella geri.

542 apes H P X. 543 uiscere H P V. 545 Harpagides ed. pr. Romana, arpaides C P, arpaige, arpasue, arpagie cett., Harpalyces τ. thiestis H T V. 548 mamerte, minerti, minermi sim. O. Mamerci Ellis. 549 Syracosio Constantius, siracusio O. 551 ue. que F H X. derepta F sicut com. Saluagnius, direpta G H P T, directu V X. 555 Potniadum H, Porniadum peioraue cett. 558 noxia G V X. 559 anti P, animo T X, ueluti cett., fort. Aniti. 562 sic. tu F H T, tua P. 564 in. ab G H T. arce H. 569 acerno τ Politianus, acerro F H, uenior cett. 571 anaxarehus τ, anaxareus F T X, anaxaracus G, peiora cett. 572 sq. om. X. 572 ietaq. F G, uetaq. cett., fractaq. Heinsius fori. uere. 573 psmathes τ, psmathis F, psmathis P, peiora cett. 576 Argolisinq. Ellis, argolisinq. (ausiliinq. G) O, cf. Prop. l. 20. l. 12 MSS. 577 moribundus G X, periturus H P. 581 fratres—caesos G P T X. 585 aborto T X, abortu (ab ouo V) cett. 587 uacuum, liquidum F H V X fort. ex 591. 589 iactabitur F G V ex 587. 596 dilaceret F V. 598 mouet G H X. 600 orpheos τ, orpheon (orphan F V) O. 603 compressa τ. 607 penteliden G, penthuden G. 611 sq. om. G. 615 obstructoq. τ, obstructusq. F, obstructusq. H, peiora cett. templi Constantius. 619 ue. que P X. falso F H V. 621 ysidius P X, isidius F G T, insidius V, spoliauerit yulius H. 622 io G P T. 623 utq. quenq. F V, quocq. H. melantheum F T. 625 uiscera G, corpora P, pectora cett. 627 habebat X; acta cum sequatur, poterat aiebat, sed cf. Hom. Il. X (K) 323, Eur. Rhés. 186. 628 est om. G X. 630 Rheso Heinsii textus an. 1661. uiae. diem G H V X. 631 rutulo F, rutilo cett. 635 que. ue F H V. 637 sq. om. F H P V, uid. ad 338. 639 sunt F P V.

# FRAGMENTA

## PHAENOMENA

1 (=V Gütling). Probus in *Verg. Georg.* I 138 *Ouidius in Phaenomenis dicens de Perseo*

Pliades ante genus septem radiare feruntur;  
sex tamen apparent, sub opaca septima nube est.

2 (=VI Gütling). Lactantius *Inst. Div.* II 5 *is (Naso) cum librum quo Φαινόμενα breuiter comprehendit his tribus uersibus terminauit*

tot numero talique deus simulacra figura  
inposuit caelo perque atras sparsa tenebras  
clara pruinosa iussit dare lumina nocti.

## EPIGRAMMATA

3 (=III Gütling). Priscianus V p. 149. 13 H (Hertz, sed textui subiectum) *Ouidius in Epigrammatis*

Larte ferox caeso Cossus opima tulit.

Eodem referas

4 (=IV Gütling). Quintilianus IX 3. 70 *apud Ouidium ludentem*

eur ego non dicam, Furia, te furiam?

5 (=X Gütling). Quintilianus XII 10. 75 *lana tincta fuco citra purpuras placet;*

at si contuleris eam, lacernae  
conspectu melioris obruatur

ut *Ouidius ait.*

6 (=VII Gütling)=Priap. III, quod carmen Ouidi esse testatur Seneca *Contr.* I 2. 22.

## MEDEA

7 (=I Gütling). Quintilianus VIII 5. 6 *apud Ouidium Medea dicit*

seruare potui: perdere an possim, rogas?

8 (=II Gütling). Seneca *Suasor.* III 7 *hoc autem (sc. plena deo) dicebat Gallio Nasoni suo ualde placuisse; itaque fecisse illum quod in multis aliis uersibus Vergilii fecerat non subripiendi causa sed palam mutandi ut uellet agnosci; esse autem in tragoedia eius*

feror huc illuc ut plena deo.

## INCERTORVM LIBRORVM RELIQVIAE

9 (=VIII Gütling). Seruius ad *Verg. Georg.* IV 495 *Ouidius*

lis rapitur uixitque semel.

10 (=XI Gütling). Paulus Festi epit. p. 327. 4 M. *Ouidius*

nymphaeque salaces.

11 (=XIV Gütling). Scriptor de dub. nomin. in *Gramm. Lat.* ed. Keil V p. 576. 6 *Ouidius*

currus crystallo lucidus albo.

12 (=XV Gütling). id. p. 592. 27 *Ouidius*  
innumerosque uehes.

13 (=IX Gütling). Porphyryon ad *Hor. Carm.* II 5. 20 [Gyges] *de huius pueri pulehritudine etiam Ouidius locutus est.*

Fragm. 1 sex Heins., sed codd. est add. Heins. 5 at—eam. ac—etiam codd. 11 alba codd., corr. Haupt. 13 *Ouidius* ex *superius* corruptum esse putat Hauthal. 15 hoc ad A. A. III 513 spectare suspicatus est Domitius. 17 (9) *quamquam est filiae* codd., corr. Haase. *praeter se* O. Rebling, *praeteris* codd. *quid est* Haase, *quidem* codd. (10) *quam paene necauit hic I.* Lipsius. *optionibus* ut O. Jahn, *optionibus (et)* codd. *quos adprobaueris* Bursian, *quasi ad probaturi* codd. *ut tu uis* Bursian, *ut ius* codd. (11) *nota causa* codd., corr. Ioh. Schultingh.

Perierunt, praeter carmen Getico sermone conscriptum (ex P. IV 13. 19 sqq., cf. Trist. III 14. 48), ea quorum mentionem ipse facit ex P. I 2. 131; I 7. 27 sqq.; III 4. 3 sqq., cf. III 5. 27; IV 6. 17 sq., cf. 9. 131 sq.; et quem "Ouidius ex tetrastichon Macri carmine librum in malos poetas" composuit teste Quint. VI 3. 96.

14 (XII Gütling). Plinius *Nat. Hist.* XXX 33 *anginis felle anserino eum elatrio et melle citissime succurritur, cerebro noctuae, cinere hirundinis ex aqua calida poto. huius medicinae auctor est Ouidius poeta.*

15 (=XIII Gütling). Martialis II 41. 1 sq.

'ride si sapis, o puella, ride'

*Paclignus puto dixerat poeta.*

16 (=10 Baehrens *Fragm. Poet. Lat.*). Charisius *Gramm. Lat.* (Keil) I 530. 17 (*uiscera*) *Ouidius singulariter*

uisocere diuiso.

17 (=XVI Gütling). Seneca *Contr.* II 2. 9

*tunc autem cum studeret habebatur bonus declamator. hanc certe controuersiam ante Arcllium Fuscum declamauit, ut mihi uidebatur, longe ingeniosius, excepto eo quod sine certo ordine per locos discurreret. haec illo dicente excepta memini: quidquid laboris est, in hoc est ut uxori uirum et uxorem uiro diligere concedas. necesse est deinde iurare permittas si amare permiseris. quod habuisse nos ius iurandum putas? tu nobis religiosum nomen fuisti; si mentiremur, illa sibi iratum patrem inuocauit, ego socerum. parce pater: non peierauimus. ecce obiurgator nostri quam effrenato amore fertur! queritur quemquam esse filiae praeter se carum. quid est quod illum ab indulgentia sua auocet? (10) di boni, quomodo hic amauit uxorem? amat filiam et abdicat; dolet periclitatum esse et ab eo abducit sine quo negat se posse uiuere; queritur periculum eius qua paene carnis hic qui amare caute iubet. facilius in amore finem inpetres quam modum. tu hoc optinebis ut terminos quos adprobaueris custodiant, ut nihil faciant nisi considerate, nihil promittant nisi ut tu uis facturi, omnia uerba ratione et fide ponderent? senes sic amant. pauca nosti, pater, crimina: et litigauimus aliquando et cecidimus et quod fortasse non putas, peierauimus. quid ad patrem pertinet quod amantes iurant sibi credere? nec ad deos pertinet. (11) non est quod tibi placeas, uxor, tamquam prima peccaueris: periit aliqua cum uiro, periit aliqua pro uiro; illas tamen omnis aetas honorabit, omne celebrabit ingenium. fer, socer, felicitatem tuam. magnum tibi quam paruo constat exemplum! in reliquum, ut iubes, diligentiores facti sumus; errorem nostrum confitemur; exciderat iurantibus esse tertium qui magis amaret: sic, di, sit semper. perseueras, socer? recipe filiam: ego qui peccaui poena dignus sum; quare uxori notae causa sim, socio orbitatis? discedam et ciuitate, fugiam, exulabo, utcumque potero, desiderium misera et crudeli patientia perferam. morerer si solus moriturus essem.*

## DVBIVM

18 (=14 Baehrens). Primasius *Comment. Epist. ad Hebr.* 11 *saccula uero, ut Ouidius Naso dicit, dicuntur a sequendo, eo quod sese sequantur atque reuoluantur, teste Varrone.*



LONDINI: EXCVDEBANT C. WHITTINGHAM ET SOC.







8-62130

GETTY RESEARCH INSTITUTE



3 3125 01409 6123

